
Biblia utriusque Testamenti iuxta vulgatam translationem et eam quam haberi potuit emendatissimam

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1538

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5123



BIBLIA
VTRIVSQVE TESTAMENTI
IVXTA VVLGATAM TRANSLATIONEM & eam quàm haberi potuit emendatissimam: cui in Nouo, apposuimus DES. ERASMI ROT. uersionem.

Subiunximus his Interpretationem nominum Hebraicorum ac Chaldaicorum, cum Indice copiosissimo.



BASILEAE
M D XXXVIII

Iosue primo
Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, &c.





HIER. FROBENIVS ET NIC. EPISCOPIVS LECTORI S.

QVVM distractis nostris quę ante annos hinc octo excuderamus Biblijs, nouam eorũ adornare editionem esset animus, antequã ipsam aggrederemur, more nostro (non enim ullũ solemus autorem, nedũ sacra uolumina, illotis attrectare manibus, & temerè in uulgus emittere) consultauimus cum uiris eruditis, tam Theologiæ quàm Hebræi sermonis scientissimis, quonam pacto liceret quàm optima conficere Biblia: eisque Lutetianam editionẽ, quæ tunc postrema omnium, ac magno studio cum scholijs tum diuersis hincinde iuxta Hebræos lectionibus elaborata erat, excutiendam commisimus: ibi uno ore omnes candidè eius Typographi laudauere diligentiam, nec tamen nobis censuerunt imitandam, quòd sacrę linguæ exprimẽdo in ipsis idiomati nullæ satisfaciant marginales annotatiũculę, imò noua potius de integro opus sit uersione, in prophetis potissimum: tum tam ardua dei abstrusaque mysteria, ne longissimis quidem commentarijs explicari satis posse, multo minus unius aut alterius uocis glossulis: propterea qui solidam istorum assequi cognitionẽ uelit, aut Hebræorum fontes aut ueterum interpretũ lucubrationes scrutetur oportere. Horum sequuti cõsilium, omissis istis pannis, ueterem translationem quàm licuit castigatissimam proferimus, additis in margine & singulorum capitum argumentulis citra loquacitatẽ copiosis, & concordantijs selectis: præmissis etiam in singulos Bibliorum libros suis prologis & argumentis, maximè D. Hieronymi, sicubi ipsius habebantur. Præter hanc operam per utrunque Testamentum sedulò præstitam, in Nouo etiam Des. Erasmi Rot. interpretationem ueteri è regione ueluti ipsa magis alicubi perspicuam, ac multum doctis familiarem opposuimus, ut cuicunque lectori satisfaceremus. Denique ultra uocum Hebraicarũ interpretationem recognitam auctamque, Syllabum etiam conscripsimus, in speciem certe non admodum magnum, attamen omnibus quantumuis uerbosis hactenus euulgatis longè uberiorem. Hæc ita habere, nec uanè dicta esse, facilè testabitur amicus lector, qui hoc nostrũ opus non oscitanter perlustrarit. Bene uale, ac industriæ nostræ in posterum fauere desine, nisi ex animo deprenderis nos & candidè rem agere studiosorum.

Ex chalcographia nostra Idib. Martijs M D XXXVIII

ORDO LIBRORVM
SACRAE SCRIPTVRAE QVI HVCVSQVE SERVATVR IN VEteri translatione ab Ecclesia recepta.

VETVS TESTAMENTVM

Hos ueteris testamenti libros Christus Iesus in Legem, Prophetas & Psalmos, simplicissimè partitus est, Matthei VII, XI, & XXII. & Lucæ ultimo. Hæc sunt, inquit, uerba quæ loquutus sum ad uos, quum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Quam distinctionẽ sequuti sunt Apostoli, patresq́ nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebræorum distinctio תּוֹרָה uocantiũ Legem, נְבִיאִים prophetas, כְּתוּבִים hagiographa, inter quæ & Psalmi Dauid numerantur: autor est Hieronymus in Prologo galeato, qui libris Regum præmissus est.

NOVVM TESTAMENTVM

ORDO ET NVMERI

LIBRORVM VETERIS TESTAMENTI

IVXTA HEBRAEOS

EBRAEI in librorum Veteris instrumenti distinctione alium quàm Latini ordinem obseruant. Vocant enim totum Veteris testamenti corpus עֶשְׂרִים וְאַרְבַּע id est, uiginti & quatuor: tot enim in suo canone indubitatæ autoritatis habent libros, quos in quatuor diuidunt partes, uidelicet

תּוֹרָה 1 Legem, quæ & חוּמָּשׁ id est, quinarius: Græcè, πεντάτευχον.
נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים 2 Prophetas priores.
נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים 3 Prophetas posteriores.
כְּתוּבִים 4 Scripta, seu hagiographa.

LEX

בְּרֵאשִׁית 1 Genesis
וְאֵלֶּה שְׁמוֹת 2 Exodus
וַיִּקְרָא 3 Leuiticus
בְּמִדְבַּר & וַיְדַבֵּר 4 Numerus
אֵלֶּה הַדְּבָרִים 5 Deuteronomium

PROPHETAE PRIORES

יְהוֹשֻׁעַ 6 Iosue
שׁוֹפְטִים 7 Iudicum
שְׁמוּאֵל 8 Samuel, id est, Regum primus & secundus
מְלָכִים 9 Malachim, Regum tertius & quartus

PROPHETAE POSTERIORES

יְשַׁעְיָה 10 Isaias
יִרְמְיָה 11 Ieremias
יְחֶזְקֵאל 12 Ezechiel
תְּרֵי עָשָׂר 13 Duodecim, prophetæ minores
הוֹשֵׁעַ Osee
יוֹאֵל Ioel
עָמוֹס Amos
עֹבַדְיָה Abdia
יוֹנָה Ionas
מִיכָה Micheas
נַחוּם Nahum
חֲבַקּוּק Abacuc
צְפַנְיָה Sophonias
חַגַּי Aggæus
זְכַרְיָה Zacharias
מַלְאָכִי Malachias

HAGIOGRAPHA

דִּבְרֵי הַיָּמִים 14 Paralipomenon libri duo
תְּהִלִּים & תְּלִים 15 Psalterium, seu Hymni
מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה 16 Prouerbia, Parabolæ Salomonis
אִיּוֹב 17 Iob
רוּת 18 Ruth
קֹהֶלֶת 19 Ecclesiastes
אֵיכָה 20 Threni
שִׁיר הַשִּׁירִים 21 Cantica canticorum
אֶסְתֵּר 22 Ester
דָּנִיאֵל 23 Daniel
עֶזְרָא 24 Esdras & Nehemias

LIBRI SEQVENTES

NON SVNT DE CANONE HEBRAEORVM

1 Liber Iesu Sirach, id est Ecclesiasticus
2 Iudith
3 Tobias
4 Machabæorum libri
5 Esdræ tertius & quartus
6 Sapientia Philonis
7 Baruch, Ieremiæ scriba

INTER NON CANONICA SVNT ITEM

Confessio regis Manasse
Oratio Salomonis
Epistola Ieremiæ
Oratio, & canticum trium puerorum. Dan. 3.
Historia Susannæ. Dan. 13.
Historia Belis. Dan. 14.
Somnium Mardochæi, &c. à capite 10 usque ad finem Esther.

EPISTOLA DIVI HIERONYMI PRESBYTERI AD PAVLINVM DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS

F RATER AMBROSIVS tua mihi munuſcula perferens, detulit & ſuauiſſimas literas, quæ à principio amicitiarum fidem iam probatæ fidei & ueteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa neceſſitudo eſt & Chriſti glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præſentia tantum corporum, non ſubdola & palpans adulatio, ſed dei timor & diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Legimus in ueteribus hiſtorijs quoſdam luſtraſſe prouincias, nouos adiſſe populos, maria tranſiſſe, ut eos quos ex libris nouerant, coram quoque uiderent. Sic Pythagoras Memphiticos uates, ſic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eamq́ oram Italiæ, quæ quondã magna Græcia dicebatur, laborioſiſſime peragrauit, ut qui Athenis magiſter erat & potens, cuiusq́ doctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus atque diſcipulus, malens aliena uerecunde diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Denique cum literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur, captus à piratis atque uenundatus, etiam tyranno crudeliſſimo paruit, captiuus, uinctus, & ſeruus, tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hiſpaniæ Galliarumq́ finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis celebrandumq́ miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quærerẽt. Apollonius ſiue ille magus, ut uulgus loquitur, ſiue philoſophus, ut Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſsima Indiæ regna penetrauit, & ad extremum latiſsimo Phyſon amne tranſmiſſo, peruenit ad Brachmanas, ut Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos, de natura, de motibus ſyderum ac dierum curſu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſthinos, reuerſus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, ut gymnoſophiſtas & famoſiſsimam ſolis menſam uideret in ſabulo. Inuenit ille uir ubique quod diſceret, & ſemper proficiẽs, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſsimè octo uoluminibus Philoſtratus. Quid loquar de ſeculi hominibus, cum apoſtolus Paulus, uas electionis & magiſter gentium, qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcum Arabiamq́ luſtratam, aſcenderit Ieroſolymam, ut uideret Petrum, & manſerit apud eum diebus quindecim. Hoc enim myſterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gentium prædicator inſtruendus erat. Rurſumq́ poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito, expoſuerit apoſtolis euangelium, ne fortè in uacuum curreret aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latentis ἐνεργείας uiua uox, & in aures diſcipuli de autoris ore transfuſa fortius ſonat. Vnde & Æſchynes cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atq́ laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua uerba reſonantem? Hæc non dico, quod ſit in me aliquid tale, quod uel poſſis, uel uelis diſcere, ſed quod ardor tuus ac diſcendi ſtudium etiam abſq́ nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras, conſideramus. Mollis cera & ad formandum facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tamen uirtute totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes Gamalielis legem domini & prophetas didiciſſe ſe gloriatur, ut armatus ſpiritualibus telis, poſtea diceret confidenter: Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei, & captiuantem

uantem omnem intellectum ad obediendum Christo,& subiugare parati cunctam inobedientiam. Ad Timotheũ scribit ab infantia sacris literis eruditum,& hortatur ad studium lectionis,ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyteri. Tito pręcipit,ut inter cæteras uirtutes episcopi,quem breui sermone depinxit,scientiam quoq; eligat scripturarum: Obtinentem,inquit,eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem,ut potens sit exhortari in doctrina sana,& contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest,& quantum ædificat ex uitæ merito ecclesiam Christi,tãtum nocet si destruentibus non resistat. Malachias propheta,imò per Malachiam dominus interrogauit sacerdotes legem. Intantum sacerdotis officium est,interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum,& annuntiabit tibi: seniores tuos,& dicent tibi. In psalmo quoq; centesimodecimo octauo: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ,in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti uiri,cum eum Dauid arbori uitæ,quæ est in paradiso compararet,inter cæteras uirtutes & hoc intulit: In lege domini uoluntas eius,& in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ uisionis iustos ait fulgere sicut stellas,& intelligentes,hoc est doctos quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas & docta iustitia? Alij stellis,alij cœlo comparantur. Quãquam iuxta Hebraicam ueritatem,utrunq; de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apostolus uas electionis? Nempe quia legis & sanctarum scripturarum armarium est. Pharisæi stupent ad doctrinam domini,& mirantur in Petro & Ioanne,quomodo legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet,illis spiritus sanctus suggerebat. Et erant iuxta quod scriptum est θεοδίδακτοι. Duodecim annos saluator impleuerat,& in templo senes de quæstionibus legis interrogans,magis docet,dum prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrum,rusticum dicimus Ioannem,quorum uterq; dicere poterat: Etsi imperitus sermone,non tamen scientia. Ioannes rusticus,piscator,indoctus? Et unde uox illa obsecro: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum? Logos enim Græcè multa significat: Nam & uerbum est,& ratio,& supputatio,& causa uniuscuiusq; rei,per quam sunt singula quæ subsistunt,quæ uniuersa rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam,inquit,sapientiam sapientium,& prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: Et quãquam stultitia prædicationis in cruce sit,tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapiẽtiam autem non seculi huius,nec principum istius seculi quæ destruitur,sed loquitur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim dei uirtus & sapientia est. Hæc sapiẽtia in mysterio abscõdita est,de qua & noni psalmi titulus prænotatur,pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et qui in mysterio abscõditus erat,prædestinatus est ante secula,prædestinatus autem & præfiguratus in lege & prophetis. Vnde & prophetæ appellabantur uidentes,quia uidebant eum,quem cæteri non uidebant. Abraham uidit diem eius,& lætatus est. Aperiebantur cœli Ezechieli,qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit Dauid,oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est,& reuelatione opus est ut intelligatur,ac reuelata facie dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur,quem si dederis homini scienti literas ut legat,respondebit tibi: Non possum,signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, & tenent signatum librum,nec aperire possunt,nisi ille reserauerit,qui habet clauem Dauid,qui aperit,& nemo claudit: claudit,& nemo aperit? In Actibus apostolorum sanctus eunuchus, imò uir (sic enim eum scriptura cognominat) cum legeret Isaiam prophetam,interrogatus à Philippo: Putás ne intelligis quæ legis? Respondit: Quomodo possum,nisi aliquis me docuerit? Ego,ut de me loquar interim,nec sanctior sum hoc eunucho,nec studiosior, qui

 de Æthio

de Æthiopia,id eſt,de extremis mundi finibus uenit ad templum,reliquit aulam regiam, & tantus amator legis diuinæq; ſcientiæ fuit,ut etiam in uehiculo ſacras literas legeret. Et tamen cum librum teneret,& uerba domini cogitatione conciperet,lingua uolueret,labijs perſonaret,ignorabat eum quem in libro neſciens uenerabatur. Venit Philippus,oſtendit ei Ieſum qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris uirtus,eadem hora credit eunuchus, baptizatur,& fidelis & ſanctus factus eſt,ac de diſcipulo magiſter: Plus in deſerto fontę eccleſiæ quàm in aurato ſinagogæ templo reperit. Hæc à me breuiter perſtricta ſunt(neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius patiebatur)ut intelligeres te in ſcripturis ſanctis ſine præuio & monſtrante ſemitam,nõ poſſe ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philoſophis,geometris,dialecticis,muſicis,aſtronomis,aſtrologis,medicis,quorum ſcientia mortalibus uel utiliſſima eſt,& in tres partes ſcinditur τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes ueniam,& quæ non tam lingua quàm manu adminiſtrantur. Agricolæ,cementarij,fabri metallorum,lignorumúe cęſores,lanarij quoque & fullones,& cæteri qui uariam ſupellectilem & uilia opuſcula fabricantur,abſque doctore non poſſunt eſſe quod cupiunt. Quod medicorum eſt,promittũt medici,tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars eſt,quam ſibi omnes paſſim uindicant.

Scribimus indocti,doctiq; poemata paſſim.

Hanc garrula anus,hanc delirus ſenex,hanc ſophiſta uerboſus,hanc uniuerſi præſumunt, lacerant,docent antequàm diſcant. Alij adducto ſupercilio grandia uerba trutinantes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij diſcunt proh pudor à fœminis, quod uiros doceant,& ne parum hoc ſit,quadam facilitate uerborum,imò audacia ediſſerunt alijs quod ipſi non intelligũt. Taceo de mei ſimilibus,qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares literas uenerint,& ſermone cõpoſito,aurem populi mulſerint, quicquid dixerint, hoc legem dei putant. Nec ſcire dignantur quid prophetæ,quid apoſtoli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia,quaſi grande ſit & non uitioſiſſimum docendi genus deprauare ſententias,& ad uoluntatem ſuam ſcripturã trahere repugnantẽ. Quaſi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas,ac nõ ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianum,quia ſcripſerit:

Iam redit & uirgo,redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.

Et patrem loquentem ad filium:

Nate meæ uires,mea magna potentia ſolus.

Et poſt uerba ſaluatoris in cruce:

Talia perſtabat memorans,fixuſq; manebat.

Puerilia ſunt hæc,& circulatorum ludo ſimilia,docere quod ignores,imò ut cum ſtomacho loquar,ne hoc quidem ſcire quod neſcias. Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis,in qua de creatura mundi,de exordio generis humani,de diuiſione terræ,de confuſione linguarũ & gentium,uſq; ad exitum ſcribitur Hebræorum. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo,cum myſticis diuiniſq; præceptis. In promptu eſt Leuiticus liber,in quo ſingula ſacrificia,imò ſingulæ penè ſyllabæ;& ueſtes Aaron,& totus ordo Leuiticus ſpirant cœleſtia ſacramenta. Numeri uero,nónne totius Arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadragintaduarum per eremum manſionum myſteria continent? Deuteronomium quoq; ſecunda lex,& euãgelicæ legis præfiguratio,nõne ſic ea habet quæ priora ſunt,ut tamẽ noua ſint omnia de ueteribus? Huc uſq; Moyſes,huc uſq; Pẽtateuchus,quibus quinq; uerbis loqui ſe uelle apoſtolus in eccleſia gloriatur. Iob exemplar patientiæ,quæ nõ myſteria ſuo ſermone cõplectitur? Proſa incipit,uerſu labitur,pedeſtri ſermone finitur, omneſq; leges Dialecticæ,propoſitione,aſſumptione,confirmatione,concluſione determinat. Singula in eo uerba plena ſunt ſenſibus:& ut de cæteris ſileam,reſurrectionem corporum ſic prophetat,ut nullus de ea uel manifeſtius uel cautius ſcripſerit. Scio,inquit, quod redẽptor meus uiuit:& in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum,& rurſum circundabor pelle mea: &

in carne

in carne mea uidebo deum, quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & nō alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Veniam ad Iesum Naue qui typus domini, non solum in gestis, sed etiam in nomine, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuisit terram uictori populo, & per singulas urbes, uiculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, ecclesiæ cœlestisq; Hierusalem spiritualia regna describit. In Iudicum libro quot principes populi, tot figuræ sunt. Ruth Moabitis Esaiæ explet uaticinum, dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad mōtem filiæ Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, ueterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoch atque Dauid, noui sacerdotij nouiq; imperij sacramenta testatur. Malachim id est Regum tertius, & quartus liber, à Salomone usque ad Iechoniam, & ab Hieroboam filio Nabat, usque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, uerba simplicia sunt: si in litera sensum latentem inspexeris, ecclesiæ paucitas & hæreticorum contra ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in unius uoluminis angustias coartati, multo aliud quàm sonant in litera, præfigurant. Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & uxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere uiduam, & sub ueste lugubri uiri ad se reditum præstolari. Iohel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine uastante corruptam, & post euersionem prioris populi, effusum spiritum sanctum super seruos dei & ancillas, id est, super centum uiginti credentium nomina, qui effundendus erat in cœnaculo Sion. Qui centū uiginti, ab uno usque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur. Amos pastor & rusticus & ruborū mora distringens, paucis uerbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria aut quatuor scelera Damasci, Gazæ, & Tyri & Idumeæ, & filiorum Ammon & Moab & in septimo octauoq; gradu Iudææ & Israel? Hic loquitur ad uaccas pingues quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum maiorem minorémque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum uel adamantinum, & uncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terram, non famem panis nec sitim aquæ, sed audiendi uerbum dei. Abdias qui interpretatur seruus dei, pertonat contra Edom sanguineum terrenúmque hominem, fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spirituali. Ionas columba pulcherrima, naufragio suo passionem domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue salutem gentibus nunciat. Micheas de Morasthi, cohæres Christi, uastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit iudicis Israel. Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Abacuk luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, ut Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra, splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator & arcanorum domini cognitor, audit clamorem à porta piscium & eiulatum à secunda, & cōtritionem à collibus. Indicit quoq; ululatum habitatoribus Pilæ quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt uniuersi qui inuoluti erant argento. Aggęus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, ut in gaudio meteret, destructum templum ædificat, dominumq; patrem inducit loquētem: Adhuc unum modicum, & ego commouebo cœlum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum uestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem, candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoq; oliuas à sinistris lampadis cernit & dextris, ut post equos nigros, rufos, uarios, & albos: & dissipatas quadrigas ex Ephraim: & equum de Hierusalem: pauperem regem uaticinetur

& prædicet

& prædicet sedentem super pullum filium asinæ subiugalis. Malachias apertè & in fine omnium prophetarum, de abiectione Israel & uocatione gētium: Non est mihi, ait, uoluntas in uobis. dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Esaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis possit uel intelligere uel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi uidetur texere, sed euangelium. Secundus uirgam nuceam & ollam succensam à facie aquilonis, & pardum spoliatū suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetū. Tertius principia & finem tātis habet obscuritatibus inuoluta, ut apud Hebræos istæ partes cum exordio geneseos, ante annos triginta nō legantur. Quartus uero, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi Philistoros, lapidem præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat. Dauid, Simonides noster, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoq;, Catullus & Serenus, Christū lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis suscitat resurgentem. Solomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit & Christum, sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium. Hester in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes cōuiuij & diem celebrē mittit in posteros. Paralipomenon liber id est instrumenti ueteris ἐπιτομή, tantus ac talis est, ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi uoluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasq; uerborum, & prætermissæ in Regum libris tangūtur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstiones. Esdras & Neemias adiutor uidelicet & consolator à domino, in unum uolumen coartantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, Leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud retinent in medulla. Cernis me scripturarū amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod uolui. Audiuimus tantum quid nosse, quid cupere debeamus, ut & nos quoque possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterum Socraticum illud impletur in nobis: Hoc tantum scio quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum: Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes, quadriga domini & uerum cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos & in sublime tendētes, terga pennata, & ubiq; uolitātia, tenent se mutuo, sibiq; perplexi sunt, & quasi rota in rota uoluūtur, & pergūt quocunq; eos flatus sancti spiritus perduxerit. Paulus apostolus, ad septē ecclesias scribit (octaua enim ad Hebræos à plerisq; extra numerū ponitur.) Timotheum instruit, ac Titum. Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur, super quo tacere melius puto, q̄ pauca scribere. Actus apostolorum nudam quidem sonare uidentur historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere. Sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertemus pariter omnia uerba illius animæ languentis esse medicinā. Iacobus, Petrus, Ioānes, Iudas apostoli septē epistolas ediderūt, tam mysticas q̄ succinctas, & breues pariter & longas, breues in uerbis, longas in sententijs, ut rarus sit qui non in earum lectione cæcutiat. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot uerba. Parum dixi pro merito uoluminis, laus omnis inferior est. In uerbis singulis multiplices latent intelligētiæ. Oro te frater charissime, inter hæc uiuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere, nonne tibi uidetur iam hic in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate & quasi uilitate uerborum quæ uel uitio interpretum, uel de industria sic prolata sunt, ut rusticam concionem facilius instruerent, & in una eademq; sententia, aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, ut hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorū radices in cœlo fixæ sunt, sed uelle fateor, sedenti me præfero, magistrum renuens comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens

inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam, & ut inepte aliquid ac de Hermagoræ tumiditate effundam, quicquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarũ mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij uenustatem, etiam absq; illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te, & hæretis in salo nauiculæ funem magis præcide quàm solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest uendere, quæ contempsit ut uẽderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro tam deest quod habet, quàm quod nõ habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis etiam obolo indiget. Sic uiuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & uestitus, diuitiæ Christianorum. Si habes in potestate rem tuam, uende: si nõ habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, caute & pedetentim tuas possessiunculas uẽdideris, non habet Christus unde alat pauperes suos. Totum deo dedit, qui se ipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerũt. Vidua duo æra misit ad gazophylacium & præfertur Crœsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

VERSVS MEMORIAE IVVANDAE GRATIA omnes utriusq; testamenti libros ordine referentes.

Genesis, Exo. Leui. Numerorum, Deuteronomi.
Post Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralip. Esdræ
Tobias, Iudith, Hester, Iob, Dauidicusq;
Prouerb. Ecclesiast. Cantat, Sapit, Ecclesiastic.
Esai. Hieremi. Baruch, Ezech. Danielq;
Osee, Iohel, Amos, Abdi. Ionas, Miche. Naum, Aba.
Sophon, Aggæus, Zacha. Malachias, Machabæus
Matthæus, Marcus, Lucas, Ioan. Actaq; iunge
Roma. Corin. Galat. Ephe. Philippen. Colossenses
Thessal. & Timotheus, Titus, Philemon, Hebræus
Postremi Iacob. Petrus, Ioan. & Iudas, Apoc.
His accessit tertius Machabæorum liber è Græco in Latinum uersus.

DIVI HIERONYMI IN PENTATEVCHVM MOSI PRAEFATIO

DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis ut translatū in Latinam de Hebræo sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderē. Periculosum opus certe, & obtrectatorū meorum latratibus patens: qui me asserūt in Septuaginta interpretū suggillationē noua pro ueteribus cudere, ita ingenium quasi uinum probantes: cum ego sæpissime testatus sim, me pro uirili portiōe in tabernaculo dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorū paupertate fœdari. Quod ut auderem, Origenis me studium prouocauit, qui æditioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo opus omne distinguens, dum aut illucescere facit quæ minus ante fuerant, aut superflua quæque iugulat & confodit, maxime quæ euangelistarum & apostolorum autoritas promulgauit. In quibus multa de ueteri testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur, ut est illud: Ex Ægypto uocaui filium meum: & Quoniam Nazaræus uocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, &: Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se, & multa alia quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos ubi hæc scripta sint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Esaia, tertium in Zacharia, quartum in Prouerbijs, quintū æque in Esaia, quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta sectantur, & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus unius dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehēderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere uidebatur. Deniq; ubicunque sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritusancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut & regi satisfacerent, & arcanum fidei non uulgarent. Nescio quis primus autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint, cum Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑπερασπιστής, & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim uatem, aliud est esse interpretem. Ibi spiritus uentura prædicit, hic eruditio & uerborum copia ea quæ intelligit, transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphōte afflatus rhetorico spiritu trāstulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per apostolos spiritussanctus testimonia texuit, ut quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mētiti sint. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime: Sed post priorum studia in domo domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubijs protulere sententijs: nos uero post passionem & resurrectionem eius, nō tam prophetiā quàm historiā scribimus. Aliter enim audita, aliter uisa narrātur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta. Non damno, non reprehendo septuaginta, sed confidenter cunctis illis apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego, in quibus ultimum penè gradum interpretes tenēt. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos cōtra me cōcitas? Sicubi in trāslatione tibi uideor errare, interroga Hebręos, diuersarū urbiū magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices nō habent Aliud est, si cōtra se postea ab apostolis usurpata testimonia probauerūt, & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verum hæc contra inuidos. Nunc te precor Desideri charissime, ut me quia tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordiū capere, orationibus iuues, quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

GENESIS
HEBRAICE
בראשית

A IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS COELVM ET TERRAM. Terra autem erat inanis & uacua,& tenebræ erāt ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas. Dixitq́ Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et uidit deus lucem quòd eſſet bona:& diuiſit lucem à tenebris: appellauitq́ lucem, diem: & tenebras, noctem. Factumq́ eſt ueſpere & mane dies unus. Dixit quoq́ deus: Fiat firmamentum in medio aquarum,& diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuiſitq́ aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitq́ deus firmamētum, cœlum. Et factum eſt ueſpere & mane dies ſecundus. Dixit uerò deus: Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locū unum,& appareat arida.

Mundi, omniumq́ animantium creatio

B Et factum eſt ita. Et uocauit deus aridam, terram: congregationesq́ aquarum appellauit maria. Et uidit deus quòd eſſet bonum,& ait: Germinet terra herbam uirentē & facientem ſemen:& lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam uirentem & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumq́ faciens fructum,& habens unumquodq́ ſementē ſecundùm ſpeciem ſuam. Et uidit deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt ueſpere & mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento cœli,& diuidant diem ac noctem,& ſint in ſigna & tempora & dies & annos, ut luceant in firmamento cœli & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitq́ deus duo luminaria magna: luminare maius, ut præeſſet diei:& luminare minus, ut præeſſet nocti:& ſtellas: & poſuit eas in firmamento cœli, ut lucerent ſuper

Pſal. 135.a
Deut. 4.c

C terram,& præeſſent diei ac nocti,& diuiderent lucem ac tenebras. Et uidit deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt ueſpere & mane dies quartus. Dixit etiam deus: Producant aquæ reptile animæ uiuentis,& uolatile ſuper terram ſub firmamento cœli. Creauitq́ deus cete grandia,& omnem animam uiuentem atq́ motabilem quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas,& omne uolatile ſecundùm genus ſuum. Et uidit deus quòd eſſet bonum: benedixitq́ eis, dicens: Creſcite & multiplicamini,& replete aquas maris: auesq́ multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt ueſpere & mane dies quintus. Dixit quoq́ deus: Producat terra animam uiuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factumq́ eſt ita. Et fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas,& iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et uidit deus quòd eſſet bonum. Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,& præſit piſcibus maris & uolatilibus cœli & beſtijs, uniuerſæq́ terræ, omniq́ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem

D ſuam: ad imaginem dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Benedixitq́ illis deus,& ait: Creſcite & multiplicamini & replete terram,& ſubijcite eam,& dominamini piſcibus maris & uolatilibus cœli & uniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Dixitq́ deus: Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram,& uniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint uobis in eſcam & cunctis animantibus terræ, omniq́ uolucri cœli & uniuerſis quæ mouentur in terra,& in quibus eſt anima uiuens, ut habeant ad ueſcendum. Et factum eſt ita. Viditq́ deus cuncta quæ fecerat,& erant ualde bona. Et factum eſt ueſpere & mane dies ſextus.

Sap. 2.d

CAPVT II

Sabbati ſanctificatio, Adæ & Euæ creatio, Paradiſi deſcriptio

A IGitur perfecti ſunt cœli & terra,& omnis ornatus eorum. Compleuitq́ deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat,& requieuit die ſeptimo ab uniuerſo opere quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo,& ſanctificauit illū, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod

creauit deus ut faceret. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quãdo creatæ ſunt die quo fecit dominus deus cœlum & terram & omne uirgultum agri antequàm orìretur in terra, omnemꝗ herbam regionis prius quàm germinaret: non enim pluerat dominus deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat è terra, irrigans uniuerſam ſuperficiem terræ. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inſpirauit **B** in faciem eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem. Plantauerat autem dominus deus paradiſum uoluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat. Produxitꝗ dominus deus de humo omne lignum pulchrum uiſu, & ad ueſcendum ſuaue: lignum etiam uitæ in medio paradiſi, lignumꝗ ſcientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita, nomen uni Phiſon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Heuilath: ubi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt, ibiꝗ inuenitur bdellium & lapis onychinus. Et nomen fluuij ſecundi Gehon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Æthiopiæ. Nomen uerò **C** fluminis tertij, Tigris: ipſe uadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates. Tulit ergo dominus deus hominem, & poſuit eum in paradiſum uoluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum: præcepitꝗ ei, dicens: Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali, ne comedas. In quocunꝗ enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoꝗ dominus deus: Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſui. Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terræ & uniuerſis uolatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut uideret quid uocaret ea. omne enim quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitꝗ Adam nominibus ſuis cuncta **D** animantia, & uniuerſa uolatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ uerò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Immiſit ergo dominus deus ſoporem in Adam: cumꝗ obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit dominus deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitꝗ Adam: Hoc nunc, os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc uocabitur uirago, quoniam de uiro ſumpta eſt. Quam ob rem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne una. Erat autem uterꝗ nudus, Adam ſcilicet & uxor eius: & non erubeſcebant.

1. Cor. 15. e — *Mat. 19. a* — *Eph. 5. g*

CAPUT III

Serpentis dolus & maledictio, primiꝗ hominis lapſus & pœna

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus deus. Qui **A** dixit ad mulierem: Cur præcepit uobis deus ut nõ comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier: De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo, ueſcimur: de fructu uerò ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis deus ne comederemus & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. ſcit enim deus quòd in quocunꝗ die comederitis ex eo, aperientur oculi ueſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignũ ad ueſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuꝗ delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditꝗ **B** uiro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum: cumꝗ cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Et cum audiſſent uocem domini dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & uxor eius à facie domini dei in medio ligni paradiſi. Vocauitꝗ dominus deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiſo: & timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit: Quis enim indicauit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixitꝗ Adam: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de **C** ligno, & comedi. Et dixit dominus deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Quæ reſpondit. Serpens decepit me, & comedi. Et ait dominus deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: * ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoꝗ dixit: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub uiri poteſtate

Ioan. 8. d — *Hebr. ipſum*

eris

eris,& ipse dominabitur tui. Adæ uerò dixit: Quia audisti uocem uxoris tuæ,& comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus D comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi,& comedes herbas terræ. In sudore uultus tui uesceris pane donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es,& in puluerē reuerteris. Et uocauit Adam nomen uxoris suæ, Heua: eo quòd mater esset cunctorum uiuentium. Fecit quoq; dominus deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas,& induit eos. Et ait: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonū & malum. nunc ergo ne fortè mittat manum suam,& sumat etiam de ligno uitæ,& comedat,& uiuat in æternum. Et emisit eum dominus deus de paradiso uoluptatis, ut operaretur terrā: de qua sumptus est. Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubim,& flammeum gladium atq; uersatilem ad custodiendam uiam ligni uitæ.

CAP. IIII

A ADam uerò cognouit uxorem suam Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per dominum. Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium,& Cain agricola. Factum est autem post multos dies ut offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum: & respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain autem & ad munera illius non respexit. Iratusq; est Cain uehementer,& cóncidit uultus eius. Dixitq; dominus ad eum: Quare iratus es? & cur cóncidit facies tua? Nónne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus eius,& tu dominaberis B illius. Dixitq; Cain ad Abel fratrē suum: Egrediamur foras. Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel,& interfecit eum. Et ait dominus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; ad eum: Quid fecisti? uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nūc igitur maledictus eris super terram: quæ aperuit os suum,& suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit fructus suos: uagus & profugus eris super terram. Dixitq; Cain ad dominum: Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ,& à facie tua abscondar,& ero uagus & profugus in terra: omnis igitur qui in-C uenerit me, occidet me. Dixitq; ei dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq; dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Egressusq; Cain à facie domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognouit autē Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, uocauitq; nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad,& Irad genuit Mauiael,& Mauiael genuit Matusael,& Matusael genuit Lamech. Qui accepit duas uxores, nomē uni Ada,& alteri Sella. Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs atq; pastorum: & nomen fratris eius Iubal, ipse fuit pater canētium cithara & organo. Sella quoq; genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cun-D cta opera æris & ferri. Soror uerò Tubalcain, Noema. Dixitq; Lamech uxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite uocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi uirum in uulnus meum,& adolescentulum in liuorem meum, septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech uerò septuagies septies. Cognouit quoq; adhuc Adam uxorē suam: & peperit filium: uocauitq; nomen eius, Seth: dicens: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem uocauit Enos. iste cœpit inuocare nomen domini.

Cain parricida Abelis maledicitur, & eius soboles recensetur

Iob 15.c

CAPVT V

A HIc est liber generationis Adam: in die qua creauit deus hominem, ad similitudinē dei fecit illum. Masculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & uocauit nomen eorum Adam in die quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad similitudinem & imaginem suam, uocauitq; nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam postquàm genuit Seth, octingenti anni, genuitq; filios & filias. Et factū est omne tempus quod uixit Adam, anni nongenti triginta,& mortuus est. Vixit quoq; Seth cētum quinq; annis, & genuit Enos. Vixitq; Seth postquàm genuit Enos, octingentis septem annis, genuitq;

Adæ genealogia usque ad Noe

filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorũ duodecim annorũ, & mortuus est. B
Vixit uerò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post cuius ortũ uixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factiq; sunt omnes dies Enos nongenti quinq; anni, & mortuus est. Vixit quoq; Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. Et uixit Cainan postquàm genuit Malaleel octingentis quadraginta annis, genuitq; filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus est. Vixit autem Malaleel sexagintaquinq; annis, & genuit Iared. Et uixit Malaleel postq; genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingẽti nonagintaquinque anni, & mortuus est. Vixitq; Iared centum sexagintaduobus annis, & genuit Henoch. C
Et uixit Iared postq; genuit Henoch octingẽtis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongẽti sexagintaduo anni, & mortuus est. Porrò Henoch uixit sexagintaquinq; annis, & genuit Mathusalã. Et ambulauit Henoch cum deo: & uixit Henoch postq; genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexagintaquinq; anni: ambulauitq; cum deo, & non apparuit, quia tulit eum deus. Vixit quoq; Mathusala centũ octogintaseptem annis, & genuit Lamech. Et uixit Mathusala postq; genuit Lamech, septingẽtis octogintaduobus annis: & genuit filios & filias. D
Et facti sunt omnes dies Mathusalæ nongenti sexagintanouem anni, & mortuus est. Vixit autem Lamech centũ octogintaduobus annis, & genuit filium: uocauitq; nomẽ eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuũ nostrarum, in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech postq; genuit Noe, quingentis nonagintaquinq; annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuagintaseptẽ anni, & mortuus est. Noe uerò cum quingẽtorũ esset annorũ genuit Sem, Cham & Iaphet.

4. Reg. 2. a

CA. VI

Diluuij causa, arca Noe, & qui eam ingredi debeant

CVmq; cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, uidentes filij dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; dominus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum uiginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquàm enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illæq; genuerũt, isti sunt potentes à seculo uiri famosi. Videns autem dominus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ, ab homine usque ad animantia, à reptili usq; ad uolucres cœli. pœnitet enim me fecisse eos. Noe uerò inuenit gratiam coram deo. Hæ sunt generationes Noe. Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum deo ambulauit. Et genuit tres filios: Sem, Cham, & Iaphet. Corrupta est autem terra coram deo, & repleta est iniquitate. Cumq; uidisset deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat uiam suam super terram) dixit ad Noe: Finis uniuersæ carnis uenit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. C
Fac tibi arcam de lignis leuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem eius: ostium autem arcæ pones ex latere: deorsum, cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, & interficiam omnem carnem in qua spiritus uitæ est subter cœlum, & uniuersa quæ in terra sunt, consumentur. Ponamq; fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus uniuersæ carnis bina induces in arcam, ut uiuant tecum, masculini sexus & fœminini. De uolucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint uiuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quàm illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi deus. D

A

B

1. Reg. 15. c

CAPVT VII

Dixitq;

A DIxitq́ dominus ad eum: Ingredere tu & omnis domus tua in arcã: te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam: de animantibus uerò immundis duo & duo, masculum & fœminam. Sed & de uolatilibus cœli, septena & septena, masculum & fœminam: ut saluetur semen super faciem uniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substãtiam quam feci, de superficie terræ. Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei dominus. Eratq́ sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram. Et ingressus est Noe & B filij eius, uxor eius & uxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij. De animantibus quoq́ mundis & immundis, & de uolucribus, & ex omni quod mouetur super terrã, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat deus Noe. Cumq́ transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram. Anno sexcentesimo uitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe & Sem & Cham C & Iapheth filij eius: & uxor illius, & tres uxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, uniuersaq́ iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumq́ uolatile secundum genus suum, uniuersæ aues, omnesq́ uolucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei deus: & inclusit eum dominus deforis. Factumq́ est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ: porrò arca ferebatur super D aquas. Et aquæ præualuerunt nimis super terram: opertiq́ sunt omnes montes excelsi sub uniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaq́ est omnis caro quæ mouebatur super terram, uolucrum, animantium, bestiarum, omniumq́ reptilium quæ reptant super terram. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum uitæ est in terra, mortua sunt. Et deleuit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quàm uolucres cœli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noe & qui cum eo erant, in arca. Obtinueruntq́ aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Noe ingressus in arcam, & diluuij inundatio

2. Pet. 2. b

Sap. 10. a

CAPVT VIII

A REcordatus autem deus Noe cunctorum animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo. Reuersæq́ sunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centũ quinquaginta dies. Requieuitq́ arca mense septimo, uicesimoseptimo die mensis, super montes Armeniæ. At uerò aquæ ibant & decrescebant usq́ ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumq́ transissent quadraginta dies, aperiens Noe fene- B stram arcæ quam fecerat, dimisit coruum: qui egrediebatur & reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoq́ columbam post eum, ut uideret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super uniuersam terram: extenditq́ manum suam, & apprehẽsam intulit in arcam. Expectatis autem ultra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa uenit ad eum ad uesperam, portans ramum oliuæ uirentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram. Expectauitq́ nihilominus septem C alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa ultra ad eum. Igitur sexcẽtesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, uiditq́ quòd exiccata esset superficies terræ. Mense secundo, septimo & uicesimo die mensis, arefacta est terra. Locutus est autem deus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu & uxor tua, filij tui & uxores filiorũ tuorum tecum. Cuncta animantia quæ sunt

Diluuij recessus, & Noe egressus ex arca

apud te, ex omni carne tam in uolatilibus quàm in bestijs & uniuersis reptilibus quæ reptãt super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: crescite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe & filij eius & uxor illius & uxores filiorum eius cum eo. Sed & om- D nia animantia, iumenta & reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Ædificauit autem Noe altare domino: & tollens de cunctis pecoribus & uolucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam uiuentem sicut feci. Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

CAP. IX

Noe filiorũq; eius benedictio, esus suffocatorũ & homicidij interdictio, iridis significatio, & Noe ebrietas

BEnedixitq; deus Noe & filij eius. Et dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete A terram. Et terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terræ & super omnes uolucres cœli, cum uniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui uestræ traditi sunt. Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum quasi olera uirentia tradidi uobis omnia: excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinẽ enim animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu uiri fratris eius requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe dei factus est homo. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Hæc quoq; dixit deus ad Noe: & ad filios B eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum, & cum semine uestro post uos, & ad omnem animam uiuentem quæ est uobiscum, tam in uolucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctisq; quæ egressa sunt de arca, & uniuersis bestijs terræ. Statuam pactum meum uobiscum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram. Dixitq; deus: Hoc est signum fœderis quod do inter me & uos, & ad omnem animam uiuẽtem quæ est uobiscum in generationes sempiternas: Arcum meum ponam in nubibus: & erit signum fœderis inter me & inter terram. Cumq; obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei C uobiscum & cum omni anima uiuente quæ carnem uegetat: & non erunt ultra aquæ diluuij ad delendam uniuersam carnem. Eritq; arcus in nubibus, & uidebo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter deum & omnem animam uiuentem uniuersæ carnis quæ est super terram. Dixitq; deus ad Noe: Hoc est signum fœderis quod constitui inter me & omnem carnem super terram. Erant ergo filij Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iaphet: porrò Cham, ipse est pater Chanaan. Tres isti, filij sunt Noe: & ab his disseminatum est omne genus hominum super uniuersam terram. Cœpitq; Noe uir agricola exercere terram, & plantauit uineam. Bibensq; uinum inebriatus est, & nudatus est in D tabernaculo suo. Quod cum uidisset Cham pater Chanaan, uerenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiauit duobus fratribus suis foras. At uerò Sem & Iaphet pallium imposuerũt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt uerenda patris sui: faciesq; eorum auersæ erant, & patris uirilia non uiderunt. Euigilans autem Noe ex uino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorũ erit fratribus suis. Dixitq;: Benedictus dominus deus Sem: sit Chanaan seruus eius. Dilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem: sitq; Chanaan seruus eius. Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies eius nongẽtorum quinquaginta annorum: & mortuus est.

Esa. 54. c

Esa. 5. a

CAP. X

Noe filiorum genealogia, terræq; inter ipsos diuisio

HÆ sunt generationes filiorum Noe: Sem, Cham, & Iaphet: natiq; sunt eis filij post A diluuium. Filij Iaphet: Gomer & Magog & Madai & Iauan & Thubal & Mosoch & Thiras. Porrò filij Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma. Filij autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam & familias in nationibus suis. Filij autem Cham: Chus & Mesraim & Phut & Chanaan. Filij autem Chus: Saba & Heuila & Sabatha &

B Regma & Sabathacha. Filij Regma: Saba & Dadan. Porrò Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus uenator coram domino. ab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robustus uenator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylon & Arach & Achad & Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. Resen quoque inter Niniuen & Chale: hæc est ciuitas magna. At uerò Mesraim genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim & Phetrusim & Chasluim: de quibus egressi sunt Philistijm & Chaptorim. *Ionæ 1.a*

C Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum & Iebusæum & Amorrhæum & Gergesæum & Heuæum & Aracæum, Sinæum & Aradium, Samaræum & Hamathæum: & per hos disseminati sunt populi Chananæorum. Factique sunt termini Chanaan uenientibus à Sidone Geraram usque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam & Seboim usque Lasa. Hi sunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus, terrisque & gentibus suis. De Sem quoque nati sunt, patre omnium liorum Heber, fratre Iaphet maiore. Filij Sem: Ælam & Assur & Arphaxad, Lud & Aram.

D Filij Aram: Hus & Hul & Gether & Mes. At uerò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber. Natique sunt Heber, filij duo: nomen uni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra: & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph & Asarmoth, Iare & Adoram & Vzal & Decla & Hebal & Abimael, Saba & Ophir & Heuila & Iobab: omnes isti, filij Iectan. Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem. Isti filij Sem secundum cognationes & linguas & regiones in gentibus suis. Hæ familiæ filiorum Noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

CAPVT XI

A ERat autem terra labij unius, & sermonum eorundem. Cumque proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cemento: & dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen nostrum antequàm diuidamur in uniuersas terras. Descendit autem dominus ut uideret ciuitatem & turrem quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce, unus est populus, & unum est labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat *De ædificatione Babel & linguarũ confusione, deque Lot & Abrahami profectionibus*

B unusquisque uocem proximi sui. Atque ita diuisit eos dominus ex illo loco in uniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco uocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium uniuersæ terræ: & inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium. Vixitque Sem postquàm genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. Porrò Arphaxad uixit trigintaquinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad postquàm genuit Sale, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. Sale quoque uixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale postquàm genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios & filias. Vixit autem He- *1. Paral. 1.b*

C ber trigintaquatuor annis, & genuit Phaleg. Et uixit Heber postquàm genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg postquàm genuit Reu, ducentis nouem annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Reu trigintaduobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquàm genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios & filias. Vixit uerò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitque Sarug postquàm genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor uigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor postquàm genuit Thare, centum decem & nouem annis: & ge-

D nuit filios & filias. Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran. Hæ sunt autem generationes Thare: Thare genuit Abram, Nachor & Aran.

Porrò Aran genuit Lot. Mortuusq́ est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor uxores: nomen uxoris Abram Sarai: & nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieschæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan: ueneruntq́ usque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

Iosu.24.a

CAPVT XII

Abrahã rursus solum uertẽs, Sarai permittitur nubere Pharaoni

A DIxit autem dominus ad Abram: Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Faciamq́ te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq́ benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq́ in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaq́ Abram sicut præceperat ei dominus, & iuit cum eo Lot: septuagintaquinq́ annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitq́ Sarai uxorem suam, & Lot filium fratris sui, uniuersamq́ substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt ut irent in terram Chanaan. Cumq́ uenissent in eam, per- B transiuit Abram terram usq́ ad locum Sichem, & usq́ ad cõuallem illustrem: Chananæus autẽ tunc erat in terra. Apparuitq́ dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoq́ ibi altare domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitq́ Abram uadens & ultra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra. Descẽditq́ Abram in Ægyptũ, ut peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cumq́ C propè esset ut ingrederetur Ægyptũ, dixit Sarai uxori suæ: Noui quòd pulchra sis mulier: & quòd cum uiderint te Ægyptij, dicturi sunt: Vxor illius est. & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & uiuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaq́ ingressus esset Abram Ægyptum, uiderunt Ægyptij mulierem quòd esset pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis: Abram uerò bene usi sunt pro- D pter illam. Fueruntq́ ei oues & boues & asini & serui, & famulæ & asinæ & cameli. Flagellauit autem dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai uxorem Abram. Vocauitq́ Pharao Abram, & dixit ei: Quid nam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi, quòd uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & uade. Præcepitq́ Pharao super Abram uiris: & deduxerunt eum & uxorem illius & omnia quæ habebat.

Esa.43.a

CAPVT XIII

Lot & Abraham propter opes nequeũt cohabitare

A AScendit ergo Abram de Ægypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad australem plagam. Erat autem diues ualde Abram in possessione auri & argenti. Reuersusq́ est per iter quo uenerat, à meridie in Bethel, usq́ ad locum ubi prius fixerat tabernaculum, inter Bethel & Hai: in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen domini. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium & armẽta & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substãtia eorum multa, & nequibant habitare cõmuniter. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram B & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce uniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq́ Lot oculis, uidit omnem circa regionem Iordanis, quæ uniuersa irrigabatur antequàm subuerteret dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus domini, & sicut Ægyptus ue- C nientibus in Segor. Elegitq́ sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab oriẽte: diuisiq́ sunt

Hier.40.a

Deut.2.b

sunt alterutrum à fratre suo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot uerò moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ D pessimi erant, & peccatores coram domino nimis. Dixitq; dominus ad Abram postquàm diuisus est ab eo Lot: Leua oculos tuos, & uide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo & semini tuo usq; in sempiternum: faciamq; semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoq; tuum numerare poterit. Surge ergo, & perambula terram in longitudine & latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur Abram tabernaculum suum, uenit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitq; ibi altare domino.

CAP. XIIII

In Sodomitico bello Lot captus eripitur hostib. per Abrahã, qui decimas spoliorũ dat Melchisedec sacerdoti

A FActum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Ælamitarum, & Thadal rex gentium inirent bellum cõtra Bara regem Sodomorũ, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraq; regem Balæ, ipsa est Segor. Omnes hi conuenerunt in uallem Syluestrem, quæ nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. Igitur quartodecimo anno uenit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: percusseruntq; Raphaim in Astaroth Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in montibus Seir, usque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. Reuersiq; sunt, & uenerunt usque B ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabant in Asasonthamar. Et egressi sunt rex Sodomorum, rex Gomorrhæ, rexq; Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in ualle Syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor regem Ælamitarum, & Thadal regem gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum & rex Gomorrhæ terga uerterunt, cecideruntq; ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæorum, & uniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: necnon & Lot C & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce unus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eschol & fratris Aner. Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod quum audisset Abram, captum uidelicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos uernaculos suos trecentos decem & octo: & persequutus est eos usque Dan. Et diuisis socijs, irruit super eos nocte: percussitq; eos, & persequutus est usque Hoba, quæ est ad leuam Damasci. Reduxitq; omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoq; & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquàm reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in ualle Saue, quæ est uallis regis. D At uerò Melchisedec rex Salem, proferens panem & uinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelso qui creauit cœlum & terram, & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas: cætera tolle tibi. Qui respondit ei: Leuo manum meam ad dominum deum excelsum, possessorem cœli & terræ, quòd à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt: ne dicas, Ego ditaui Abram. exceptis his quæ comederunt iuuenes: & partibus uirorum qui uenerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

Iosu.10.b
1.Reg.30.b

CAPVT XV

Abrahæ promittitur semẽ qui uerbis dei credidit

A HIs itaq; transactis, factus est sermo domini ad Abram per uisionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego uadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. Addiditq; Abram: Mihi autem non dedisti semen: &

ecce

ecce uernaculus meus, hæres meus erit. Statimq; sermo domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitq; eum foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas si potes. Et dixit ei: Sic erit semen B tuum. Credidit Abram domino, & reputatum est illi ad iustitiam. Dixitq; ad eum: Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine deus, unde scire possum quòd possessurus sim eam? Et respondens dominus: Sume (inquit) mihi uaccam triennem & capram trimam & arietem annorum trium, turturem quoq; & columbam. Qui tollens uniuersa hæc, diuisit ea per medium, & utrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. Descenderuntq; uolucres super C cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq; sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dictumq; est ad eum: Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verùtamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc. necdum enim completæ sunt iniquitates D Amorrhæorum usq; ad præsens tempus. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti usque ad fluuium magnum Euphratem, Cinæos & Cenezæos, Cedmonæos & Hethæos & Pherezæos, Raphaim quoq; & Amorrhæos & Chananæos & Gergesæos & Iebusæos.

Rom. 4. a — *Gal. 3. a* — *Act. 7. a* — *Deut. 20. c*

CAPVT XVI

Agar ex Abraha hero concipit, quæ spretæ postea dominæ dat pœnas

IGitur Sarai uxor Abram non genuerat sibi liberos: sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce, conclusit me dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cumq; ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam uiro suo uxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se uidens, despexit dominam suam. Dixitq; Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ uidens quòd conceperit, despectui me habet. iudicet dominus inter me & te. Cui respondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere ea ut libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. Cumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in uia Sur in deserto, dixit ad ancillam: Agar ancilla Sarai, unde uenis? & quò uadis? Quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitq; ei angelus domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursum: Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps: Ecce, ait, concepisti, & paries filium: uocabisq; nomen eius Ismahel, eo quòd audierit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & è regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem nomẽ domini qui loquebatur ad eam: Tu deus qui uidisti me. Dixit enim: Profectò hic uidi posteriora uidentis me. Propterea appellauit puteum illum: Puteum uiuentis & uidentis me. ipse est inter Cades & Barad. Peperitq; Agar Abræ filium: qui uocauit nomen eius Ismahel. Octoginta & sex annorũ erat Abram quãdo peperit ei Agar Ismahelẽ.

CAP. XVII

Abrahæ ac Sarai nominũ immutatio, eorũ seminis benedictio, & circuncisionis institutio

POstquàm uerò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei dominus: dixitq; ad eum: Ego deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitq; ei deus: Ego sum, & pactum meum tecum, erisq; pater multarum gentium. Nec ultra uocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamq; te crescere uehementissimè, & ponam te in gentibus, regesq; ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: ut sim deus tuus & seminis tui post te. Daboq; tibi & semini tuo post te terram peregrinationis tuæ,

omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroq; deus eorum. Dixit iterum deus
B ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & uos & semen tuum post te: Circuncidetur ex uobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij uestri, ut sit in signum fœderis inter me & uos. Infans octo dierum circuncidetur in uobis, omne masculinum in generationibus uestris, tam uernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunq; non fuerit de stirpe uestra: eritq; pactum meum in carne uestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoq; deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo, dicens: Putás ne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad deum: Vtinam Ismahel uiuat coram te. Et ait deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, uocabisq; nomen eius Isaac, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismahel quoq; exaudiui te: ecce benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum ualde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Pactum uerò meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara tempore isto
D in anno altero. Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismahel filium suum, & omnes uernaculos domus suæ, uniuersosq; quos emerat, & cunctos mares ex omnibus uiris domus suæ: & circuncidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij sui. Et Ismahel filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ. Eadem die circuncisus est Abraham & Ismahel filius eius. Et omnes uiri domus illius tam uernaculi quàm emptitij & alienigenæ pariter circuncisi sunt.

Luc.2.e *Luc.1.c*

CAP. XVIII

A Apparuit autem ei dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes prope eum: quos cum uidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra. Et dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes uestri, & requiescite sub arbore: ponamq; buccellam panis, & confortetur cor uestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum uestrum. Qui dixerunt: Fac ut loquutus es. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse uerò ad armentum cucurrit, & tulit inde uitulum tenerrimum & optimum: deditq; puero, qui festinauit & coxit illum. Tulit quoq; butyrum & lac & uitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse uerò
B stabat iuxta eos sub arbore. Cumq; comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara uxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Reuertens ueniam ad te tempore isto uita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes prouectæq; ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occultè, dicens: Postquàm consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Num uerè paritura sum anus? Nunquid deo quicquam est difficile? Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore uita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara, dicens, Non risi: timore perterrita. Dominus autem: Non est (inquit) ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent inde uiri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur deducens eos. Di-
C xitq; dominus: Num cælare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis & domui suæ post se ut custodiant uiam domini, & faciant iudicium & iustitiam, ut adducat dominus propter Abraham omnia quæ loquutus est ad eum. Dixit itaq; dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, &

Abrahæ humanitas ergà tres hospites, Sodomitarum excidium prænuntiantes

Mat.13.c

eſt,& peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.Deſcẽdam,& uidebo utrum clamorem qui uenit ad me,opere cõpleuerint:an non eſt ita,ut ſciam.Conuerteruntq; ſe inde,& abierunt Sodomam:Abraham uerò adhuc ſtabat coram domino.Et appropinquans ait:Nunquid perdes iuſtum cum impio?Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate,peribunt ſimul?& non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos,ſi fuerint in ea?Abſit à te ut rem hanc facias,& occidas iuſtum cum impio,fiatq; iuſtus ſicut impius:non eſt hoc tuum,qui iudicas omnem terram:nequaquam facias iudicium hoc.Dixitq; dominus ad eum:Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis,dimittam omni loco propter eos. Reſpondensq; Abraham ait:Quia ſemel cœpi,loquar ad dominum meum,cum ſim puluis & cinis.Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinq; fuerint?delebis propter quinq; uniuerſam urbem?Et ait:Non delebo,ſi inuenero ibi quadragintaquinq;.Rurſumq; loquutus eſt ad eum:Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint,quid facies?Ait:Non percutiam propter quadraginta. Ne quæſo(inquit)indigneris domine,ſi loquar.Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta?Reſpondit:Non faciam,ſi inuenero ibi triginta.Quia ſemel(ait)cœpi,loquar ad dominum meum. Quid ſi ibi inuenti fuerint uiginti?Ait:Non interficiam propter uiginti.Obſecro(inquit)ne iraſcaris domine,ſi loquar adhuc ſemel.Quid ſi inuenti fuerint ibi decem?Et dixit: Non delebo propter decem.Abijtq; dominus poſtquàm ceſſauit loqui ad Abraham:& ille reuerſus eſt in locum ſuum.

CAP. XIX

Sodomiticum excidium, & quomõ id effugerit Loth, cuius uxor in ſalis ſtatuam mutatur, & filiæ concipiũt ex patre

VEneruntq; duo angeli Sodomam ueſpere,ſedente Lot in foribus ciuitatis.Qui cum uidiſſet eos,ſurrexit & iuit obuiam eis,adorauitq; pronus in terram,& dixit:Obſecro domini mei,declinate in domum pueri ueſtri,& manete ibi:lauate pedes ueſtros,& mane proficiſcemini in uiam ueſtram.Qui dixerunt:Minime,ſed in platea manebimus.Compulit illos oppidò ut diuerterent ad eum: ingreſſiſq; domum illius,fecit conuiuium,& coxit azyma,& comederunt.Prius autem quàm irent cubitum,uiri ciuitatis uallauerunt domum illius,à puero uſq; ad ſenem,omnis populus ſimul.Vocaueruntq; Lot,& dixerunt ei: Vbi ſunt uiri qui introierunt ad te nocte?educ illos huc,ut cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot,poſt tergum accludens hoſtium,ait:Nolite quæſo fratres mei,nolite malum hoc facere.Habeo duas filias quæ nondum cognouerunt uirum,educam eas ad uos,& abutimini eis ſicut uobis placuerit,dummodo uiris iſtis nihil mali faciatis,quia ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei.At illi dixerunt:Recede illuc.Et rurſus:Ingreſſus es(inquiunt)ut aduena,nunquid ut iudices?te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimq; faciebãt Lot uehementiſſimè:iamq; prope erat,ut effringerent fores.Et ecce miſerunt manum uiri,& introduxerunt ad ſe Lot,clauſeruntq; hoſtium:& eos qui foris erant,percuſſerunt cæcitate à minimo uſq; ad maximum,ita ut oſtium inuenire non poſſent.Dixerunt autem ad Lot:Habes hic quempiam tuorum generum,aut filios aut filias?omnes qui tui ſunt,educ de urbe hac:delebimus enim locum iſtum,eo quòd increuerit clamor eorum coram domino,qui miſit nos ut perdamus illos. Egreſſus itaq; Lot,loquutus eſt ad generos ſuos qui accepturi erãt filias eius,& dixit: Surgite,& egredimini de loco iſto,quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et uiſus eſt eis quaſi ludens loqui.Cumq; eſſet mane,cogebant eum angeli,dicentes:Surge, tolle uxorem tuam & duas filias quas habes:ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.Diſſimulante illo,apprehenderunt manum eius & manum uxoris ac duarum filiarum eius,eo quòd parceret dominus illi. Eduxeruntq; eum,& poſuerunt extra ciuitatem.Ibiq; loquuti ſunt ad eum,dicentes:Salua animã tuam:noli reſpicere poſt tergum,nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſaluum te fac,ne & tu ſimul pereas. Dixitq; Lot ad eos:Quæſo domine mi,quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum ut ſaluares animam meam,nec poſſum in monte ſaluari,ne fortè apprehendat me malum,& moriar: eſt ciuitas hæc iuxta,ad quam poſſum fugere,parua,& ſaluabor in ea:nunquid non modica eſt,& uiuet anima mea?Dixitq; ad eum:Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas,ut non ſubuertam urbem pro qua loquutus es. Feſtina,& ſaluare ibi:quia non potero facere quicquam,donec ingrediaris illuc.Idcirco uocatum eſt nomen

2.Pet.2.b

Sap.10.a

urbis

urbis illius Segor. Sol egressus est super terram,& Lot ingressus est Segor. Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à domino de cœlo:& subuertit ciuitates has & omnem circa regionem,uniuersos habitatores urbium,& cuncta terræ uirentia. Respiciensq; uxor eius post se,uersa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane ubi steterat prius cum domino,intuitus est Sodomam & Gomorrham & uniuersam terram regionis illius:uiditq; ascendētem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subuerteret deus ciuitates regionis illius,recordatus est Abrahæ:& liberauit Lot de subuersione urbium,in quibus habitauerat. Ascenditq; Lot de Segor,& mansit in monte,duæ quoq; filiæ eius cum eo(timuerat enim manere in Segor)& mansit in spelunca ipse & duæ filiæ eius cum eo. Dixitq; maior ad minorem:Pater noster senex est,& nullus uirorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem uniuersæ terræ. Veni,inebriemus eum uino,dormiamusq; cum eo:ut seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere uinum nocte illa. Et ingressa est maior,dormiuitq; cum patre: at ille non sensit nec quando accubuit filia,nec quando surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem:Ecce,dormiui heri cum patre meo,demus ei bibere uinum etiam hac nocte,& dormies cum eo,ut saluemus semen de patre nostro. Dederunt & illa nocte patri suo bibere uinum: ingressaq; minor filia,dormiuit cum eo:& nec tunc quidem sensit quando concubuerit,uel quando illa surrexerit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. Peperitq; maior filium,& uocauit nomen eius Moab:ipse est pater Moabitarum usq; in præsentem diem. Minor quoq; peperit filium,& uocauit nomen eius Ammon, id est,filius populi mei:ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Esa. 13 d *Hier. 50 f* *Amos 4 d* F G *Leuit. 18 a*

CAPVT XX

Abrahæ peregrinantis uxorem rapit Abimelech, qui à deo correptus marito eã cũ donis intactã restituit

A PRofectus inde Abraham in terram australem,habitauit inter Cades & Sur:& peregrinatus est in Geraris. Dixitq; de Sara uxore sua:Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ,& tulit eam. Venit autem deus ad Abimelech per somnium nocte,& ait illi:En morieris propter mulierem quam tulisti:habet enim uirum. Abimelech uerò non tetigerat eam:& ait,Domine,num gentem ignorantem & iustam interficies? Nónne ipse dixit mihi, Soror mea est:& ipsa ait,Frater meus est? In simplicitate cordis mei & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitq; ad eum deus:Et ego scio quòd simplici corde feceris:& ideo custodiui te,ne peccares in me:& non dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uiro suo uxorem,quia propheta est:& orabit pro te,& uiues. si autem nolueris reddere,scito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua sunt. Statimq; de nocte consurgens Abimelech,uocauit omnes seruos suos:& loquutus est uniuersa uerba hæc in auribus eorum:timueruntq; omnes uiri ualde. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham,& dixit ei:Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te,quia induxisti super me & super regnum meum peccatum grande? quæ non debuisti facere,fecisti nobis. Rursumq; expostulans ait:Quid uidisti,ut hoc faceres? Respondit Abraham:Cogitaui mecum,dicens:Forsitan non est timor dei in loco isto, & interficient me propter uxorem meam:aliàs autem & uerè soror mea est,filia patris mei, & non filia matris meæ:& duxi eam in uxorem. Postquàm autem eduxit me deus de domo patris mei dixi ad eam:Hanc misericordiam facies mecum:In omni loco ad quem ingrediemur,dices quòd frater tuus sim. Tulit igitur Abimelech oues & boues & seruos & ancillas,& dedit Abraham: redditq; illi Saram uxorem suam,& ait:Terra coram uobis est: ubicunq; tibi placuerit,habita. Saræ autem dixit:Ecce,mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi in uelamen oculorum ad omnes qui tecum sunt:& quocunq; perrexeris,memento te reprehensam. Orante autem Abraham,sanauit deus Abimelech & uxorem ancillasq; eius:& pepererunt. concluserat enim deus omnem uuluam domus Abimelech,propter Saram uxorem Abrahæ.

B C D

CAPVT XXI

Sara parit Isaac, Agar eijcitur, Abraham & Abimelech fœderantur

A VIsitauit autem dominus Saram sicut promiserat,& impleuit quæ loquutus est. Concepitq; & peperit filium in senectute sua,tempore quo prædixerat ei deus:uocauitq; Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac: & circuncidit eum octauo die,sicut præceperat ei deus,cum centum esset annorum:hac quippe ætate patris,natus est Isaac.

Dixitq; Sara: Risum mihi fecit deus: quicunq; audierit, corridebit mihi. Rursumq; ait: Quis auditurus crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, & ablactatus est: fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq; uidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit deus: Non tibi uideatur asperum super puero B

Rom. 9 a

& super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi uocem eius: quia in Isaac uocabitur tibi semen. sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaq; Abraham mane, & tollens panem & utrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditq; puerum, & dimisit eam. Quæ cum abijsset, errabat in solitudine Bersabee. Cumq; consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unam arborem quæ ibi erat. Et abijt, seditq; è regione procul quantum potest arcus iacere. dixit enim: Non uidebo morientem puerum. & sedens contrà leuauit uocem suam, & fleuit. Exaudiuit autē deus uocem pueri: uocauitq; angelus dei Agar de cœlo, dicēs: Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim deus uocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum & tene manum illius: quia in gentem magnam C

Esa. 41 c

faciam eum. Aperuitq; oculos eius deus: quæ uidēs puteum aquæ, abijt, & impleuit utrem, deditq; puero bibere. Et fuit deus cum eo: qui creuit, & moratus est in solitudine, factusq; est iuuenis sagittarius. Habitauitq; in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti. Eodem tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum est in uniuersis quæ agis. Iura ergo per deum, ne noceas mihi & posteris meis, stirpiq; meæ: sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua uersatus es aduena. Dixitq; Abraham: Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem ui abstulerant serui eius. Respondítq; Abimelech: Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui prçter hodie. Tulit itaq; Abraham oues D & boues, & dedit Abimelech: percusserūtq; ambo fœdus. Et statuit Abrahā septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech: Quid sibi uolunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium quoniam ego fodi puteum istum. idcirco uocatus est locus ille Bersabee: quia ibi uterq; iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech & Phicol princeps exercitus eius, reuersiq; sunt in terram Palæstinorum. Abraham uerò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen domini dei æterni. Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

CAPVT XXII

Abrahæ fides exploratur immolatione filij

QVæ postquàm gesta sunt, tentauit deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis A Isaac, & uade in terram Visionis, atq; ibi offeres eum in holocaustū super unum montium quem monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte cōsurgens strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes & Isaac filium suum: cumq; concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum quem præceperat ei deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, uidit locum procul, dixitq; ad pueros suos: Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc usque properantes, postquàm adorauerimus reuertemur ad uos. Tulit quoq; ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse uerò portabat in manibus ignem & gladium. Cumq; ambo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid uis, fili? Ecce, inquit, ignis B & ligna: ubi est uictima holocausti? Dixit autem Abrahā: Deus prouidebit sibi uictimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, & uenerunt ad locum quem ostenderat ei deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cumq; colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditq; manum, & arripuit gladium ut immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de cœlo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. C Qui respondit: Adsum. Dixitq; ei: Non extendas manum tuam super puerum, neq; facias

Rom. 8 d

illi quicquam: nunc cognoui quòd timeas deum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, uiditq; post tergum arietem inter uepres, hærentem

tem cornibus:quem assumens obtulit holocaustũ pro filio. Appellauitq; nomen loci illius, Dominus uidebit. unde usq; hodie dicitur, In monte Dominus uidebit. Vocauit autem angelus domini Abraham secundò de cœlo, dicens: Per memetipsum iuraui, dicit dominus: D quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & uelut arenã quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntq; Bersabee simul, & habitauit ibi. His itaq; gestis nũtiatum est Abrahæ quòd Melcha quoq; genuisset filios Nachor fratri suo: Hus primogenitum & Buz fratrem eius & Camuel patrem Syrorum & Cased & Azau, Pheldas quoq; & Iedlaph ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. Concubina uerò illius nomine Roma, peperit Tabee & Gaham & Thaas & Maacha.

CAPVT XXIII

Saræ ætas, mors & sepultura
Act. 8 a

A VIxit autem Sara centum uigintiseptem annis. Et mortua est in ciuitate Arbee, quę est Hebron, in terra Chanaan: uenitq; Abraham ut plangeret & fleret eam. Cumq; surrexisset Abraham ab officio funeris: loquutus est ad filios Heth, dicens: Aduena sum & peregrinus apud uos: date mihi ius sepulchri uobiscum, ut sepeliam mortuum meum. Respõderuntq; filij Heth, dicentes: Audi nos domine, princeps dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusq; te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios uidelicet B Heth: dixitq; ad eos, Si placet animæ uestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, ut det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram uobis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Respõditq; Ephron Hethæus ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens, Nequaquam ita fiet domine mi: sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filijs populi mei, sepeli mortuum tuum. Adorauit Abra- C ham coram populo terræ. Et loquutus est ad Ephron circũstante plebe eius. Quæso ut audias me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo. Respõditq; Ephron: Domine mi, audi me. Terra quam postulas, quadringẽtos siclos argenti ualet: istud est pretium inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset Abraham appendit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Confirmatusq; est ager quondam Ephronis in quo erat spelunca duplex respiciens Mambræ, tam ipse quàm spe- D lunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in possessionẽ, uidentibus filijs Heth & cunctis qui intrabãt portam ciuitatis illius. Atq; ita sepeliuit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambræ, hæc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filijs Heth.

CAP. XXIIII

Isaac quanta dei prouidentia nactus sit Rebeccã uxorem

A ERat autem Abraham senex dierumq; multorum, & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum: ut adiurem te per dominum deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Respondit seruus: Si noluerit mulier uenire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixitq; Abraham: Caue ne quãdo reducas filium meum illuc. Dominus deus cœli & terræ qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis B meæ, qui loquutus est mihi & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo: sinautem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulitq; decem

camelos de grege domini sui,& abijt,ex omnibus bonis eius portans secum: profectusq́
perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Cumq́ camelos fecisset accumbere extra
oppidum iuxta puteum aquæ, uespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad haurien-
dam aquam, dixit: Domine deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac
misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habi
tatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero:
Inclina hydriam tuam ut bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum:
ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam quòd feceris misericordiam
cum domino meo. Necdum intra se uerba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia
Bathuel filij Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriã in scapula sua: puel-
la decora nimis, uirgoq́ pulcherrima & incognita uiro: descenderat autem ad fontem, & im
pleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritq́ ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad sor-
bendum præbe de hydria tua. Quæ respondit: Bibe, domine mi. Celeriterq́ deposuit hy-
driam super ulnam suã, & dedit ei potum. Cumq́ ille bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis
hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensq́ hydriam in canalibus, recurrit ad pu-
teum ut hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur
eam tacitus, scire uolens utrum prosperum iter suum fecisset dominus, an non. Postquàm
autem biberunt cameli, protulit uir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas toti
dem pondo siclorum decem. Dixitq́ ad eam: Cuius es filia? indica mihi. est in domo patris
tui locus ad manendũ? Quæ respondit: Filia sum Bathuelis filij Melchæ quem peperit Na-
chor. Et addidit, dicens: Palearum quoq́ & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus
ad manendum. Inclinauit se homo, & adorauit dominum, dicẽs: Benedictus dominus deus
domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & ueritatem suam à domino meo,
& recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaq́ puella, & nuntia-
uit in domum matris suæ omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine
Laban, qui festinus egressus est ad hominem foras ubi erat fons. Cumq́ uidisset inaures &
armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta uerba referentis: Hæc loquutus est mihi
homo: uenit ad uirum qui stabat iuxta camelos & prope fontem aquæ, dixitq́ ad eum: In-
gredere, benedicte domini: cur foris stas? præparaui domum & locum camelis tuis. Et intro
duxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditq́ paleas & fœnum & aquam ad lauan
dos pedes camelorum & uirorum qui uenerant cum eo. Et appositus est in conspectu eius
panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar sermones meos. Respõdit ei: Loquere. At ille:
Seruus, inquit, Abraham sum. Et dñs benedixit dño meo ualde, magnificatusq́ est: & dedit
ei oues & boues, argẽtum & aurũ, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara uxor
dñi mei filium dño meo in senectute sua: deditq́ illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me
dñs meus, dicẽs: Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorũ, in quorum terra
habito: sed ad domũ patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorẽ filio meo. Ego
uerò respondi dño meo, Quid si noluerit uenire mecum mulier? Dominus, ait, in cuius con-
spectu ambulo, mittet angelũ suum tecum, & diriget uiam tuam: accipiesq́ uxorẽ filio meo
de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cũ ueneris ad
proximos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: Dñe deus
dñi mei Abraham, si direxisti uiam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontẽ aquæ,
& uirgo quæ egredietur ad hauriendã aquam, audierit à me: Da mihi pauxillũ aquæ ad bi-
bẽdum de hydria tua: & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipsa est mulier quam
præparauit dñs filio domini mei. Dumq́ hæc tacitus mecum uoluerem, apparuit Rebecca
ueniẽs cum hydria quam portabat in scapula: descenditq́ ad fontẽ & hausit aquam. Et aio
ad eam: Da mihi paululũ bibere. Quæ festinans deposuit hydriã de humero, & dixit mihi:
Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauiq́ eam, &
dixi: Cuius es filia? Quę respondit: Filia Bathuelis sum filij Nachor, quẽ peperit ei Melcha.
Suspendi itaq́ inaures ad ornandã faciem eius, & armillas posui in manibus eius. Pronusq́

adoraui

Marginal notes: Iudith 9 a; C; D; 1 Reg. 16 c; E

F adoraui dominum,benedicens domino deo domini mei Abraham,qui perduxit me recto itinere,ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quam ob rem,si facitis misericordiã & ueritatem cum domino meo,indicate mihi:sin autem aliud placet,& hoc dicite mihi,ut uadam ad dexterã siue ad sinistram. Responderuntq; Laban & Bathuel: A domino egressus est sermo:non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est,tolle eam & proficiscere,& sit uxor filij domini tui,sicut loquutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram dominum. Prolatisq; uasis argenteis & aureis ac uestibus,dedit eas Rebeccæ pro munere:fratribus quoq; eius & matri dona obtulit. Initoq; conuiuio uescentes pariter & bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane loquutus est puer: Dimitte me,ut uadam ad dominũ meum. Responderuntq; frater eius & mater: Maneat puella saltẽ decem dies apud nos,& postea proficiscetur. Noli te,ait,me retinere,quia dominus direxit uiam meam:dimittite me ut pergam ad dominum G meum. Et dixerunt: Vocemus puellam:& quæramus ipsius uoluntatem. Cumq; uocata uenisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius,seruumq; Abraham & comites eius,imprecantes prospera sorori suæ atq; dicentes: Soror nostra es:crescas in mille millia,& possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca & puellæ illius ascensis camelis sequutæ sunt uirum:qui festinus reuertebatur ad dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per uiam quæ ducit ad puteum,cuius nomen est Viuentis & uidentis:habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro,inclinata iam die:cumq; eleuasset oculos, uidit camelos uenientes procul. Rebecca quoq; conspecto Isaac,descendit de camelo,& ait ad puerum: Quis est ille homo qui uenit per agrum in occursum nobis? Dixitq; ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium,operuit se. Seruus autem cuncta quæ gesserat,narrauit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ,& accepit eam uxorem:& intantum dilexit eam,ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat,temperaret.

CAP. XXV

Abrahæ secũdæ nuptiæ,hæreditatis distributio,ætas mors & sepultura: itẽ Esau primogenitorum uenditio

A Abraham uerò aliam duxit uxorem nomine Ceturam,quæ peperit ei Zamran & Iecsan & Madan & Madian & Iesboc & Sue. Iecsan quoq; genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim & Latussim & Laomim. At uerò ex Madian ortus est Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa:oẽs hi,filij Ceturæ. Deditq; Abraham cuncta quæ possederat,Isaac:filijs autem concubinarum largitus est munera,& separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse uiueret,ad plagam orie͂talem. Fuerunt autem dies uitæ Abrahæ centum septuagintaquinq; anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæq; ætatis,& plenus dierum:congregatusq; est ad populum suum. Et sepelierunt eum Isaac & Ismahel filij sui in spelunca duplici,quæ sita est in agro Ephron filij Seor He- B thæi,è regione Mambre,quam emerat à filijs Heth. Ibi sepultus est ipse,& Sara uxor eius. Et post obitum illius,benedixit deus Isaac filio eius,qui habitabat iuxta puteũ nomine Viuentis & uidentis. Hæ sunt generationes Ismahel filij Abrahæ,quem peperit ei Agar Ægyptia,famula Saræ:& hæc nomina filiorum eius in uocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth,deinde Cedar & Adbeel & Mabsam,Masma quoq; & Duma & Massa,Hadad & Thema & Ietur & Naphis & Cedma:isti sunt filij Ismahelis:& hęc nomina per castella & oppida eorum,duodecim principes tribuum suarum. Et facti sunt anni uitæ Ismahelis centum trigintaseptem,deficiensq; mortuus est,& appositus ad populum suum. Habitauit autem ab Heuila usq; Sur,quæ respicit Ægyptũ introeuntibus Assy- C rios:coram cũctis fratribus suis obijt. Hæ quoq; sunt generationes Isaac filij Abrahã. Abraham genuit Isaac:qui cum quadraginta esset annorum,duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia,sororẽ Laban. Deprecatusq; est Isaac dominum pro uxore sua,eo quòd esset sterilis:qui exaudiuit eum,& dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in utero eius paruuli:quæ ait: Si sic mihi futurũ erat,quid necesse fuit me concipere? Perrexitq; Rebecca ut consuleret dominum. Qui respondens ait: Duæ gẽtes sunt in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur,populusq; populum superabit,& maior seruiet mi-

Rom. 9 b

nori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui primus egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: uocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis factus est Esau uir gnarus uenandi, & homo agricola: Iacob autē uir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quòd de uenationibus illius uesceretur: & Rebecca diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum uenisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam uocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. Ille respondit: En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & uendidit primogenita. Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, paruipendens quòd primogenita uendidisset.

CAPUT XXVI

Vxorē Isaac, fingit sororē, Abimelechfœdus cū eo init, concertāt inter se pastores.

ORta autem fame super terram post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Apparuitque ei dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi. Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo uniuersas regiones has, complens iuramentū quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: daboque posteris tuis uniuersas regiones has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abrahā uoci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legesque seruauerit. Mansit itaque Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à uiris loci illius super uxore sua, respondit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata coniugio: reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertrāsissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, uidit eum iocantem cum Rebecca uxore sua. Et accersito eo ait: Perspicuum est quòd uxor tua sit: cur mentitus es, sororem tuam esse? Respōdit: Timui ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius uxorem, morte morietur. Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiscens atque succrescens: donec magnus uehementer effectus est, habuitque possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderant serui patris illius Abrahā, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: intātum ut ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es ualde. Et ille discedens ut ueniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi: rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthijm: appellauitque eos eisdem nominibus quibus antè pater uocauerat. Foderuntque in torrente, & repererūt aquam uiuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicētium: Nostra est aqua: quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat, uocauit Calumniam. Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non cōtenderunt: itaque uocauit nomen eius Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram. Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersabee, ubi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. Itaque ædificauit ibi altare: & inuocato nomine domini, extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis ut foderent puteum. Ad quem locum cum uenissent de Geraris Abimelech & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, loquutus est eis Isaac: Quid uenistis ad me hominē quem odistis, & expulistis à uobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse dominum: & idcirco nunc diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus: ut non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus

Iud. 11. d

mus

mus auctum benedictione domini. Fecit ergo eis conuiuium: & post cibum & potum sur-gentes mane, iurauerunt sibi mutuo: dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum. Ecce autem uenerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum Abundantiam: & nomen urbi impositum est Bersabee usque in præsentem diem. Esau uerò quadragenarius duxit uxores, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci, quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.

CAPVT XXVII

A SEnuit autem Isaac & caligauerūt oculi eius, & uidere non poterat: uocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Cumque uenatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut uelle me nosti, & affer ut comedam: & benedicat tibi anima mea antequàm moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abijsset in agrum ut iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de uenatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram domino antequàm moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter uescitur: quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi prius quàm moriatur. B Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego leuis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi uoluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi uocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditque matri: Parauit illa cibos sicut uelle nouerat patrem illius. Et uestibus Esau ualde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hœdorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis dixit: Pater mi. At ille respondit: Audio, quis es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede & comede de uenatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, C tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas dei fuit, ut cito occurreret mihi quod uolebam. Dixitque Isaac: Accede huc ut tangam te, fili mi: & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo dixit Isaac; Vox quidem, uox Iacob est: sed manus, manus Esau sunt. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de uenatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam uinum: quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque ut sensit uestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor D agri, cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & uini. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, uenit Esau, coctosque de uenatione cibos intulit patri, dicens: Surge, pater mi, & comede de uenatione filij tui, ut benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore uehementi: & ultra quàm credi potest admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum captam uenationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu uenires? benedixique ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno, & consterE natus ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Iustè uocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me en altera uice: primogenita mea antè tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem: Nunquid non reseruasti, ait, & mihi

Iacob absente Esau occupat benedictionē patris p fraudes maternas

Heb. 11 d
Eccli. 3 b

benedictionem? Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius ser uituti illius subiugaui: frumento & uino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, ultrà quid fa- F ciam? Cui Esau: Num unam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? mihi quoq; obse cro ut benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tem- pusq; ueniet cum excutias & soluas iugũ eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & G uocans Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te. Nunc ergo fili mi, audi uocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: ha- bitabisq; cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc: cur utroq; orbabor filio in uno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tædet me uitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ, nolo uiuere.

Abd.1 a

CAP. XXVIII

Iacobo ad Labã pro cõnubio misso mira in somnis occurrunt

VOcauit itaq; Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq; ei, dicens, Noli accipere coniu A gem de genere Chanaan: sed uade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad do- mum Bathuel patrem matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Labã auunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atq; multiplicet, ut sis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahæ & semini tuo post te: ut possideas terram pe regrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. Cumq; dimisisset eum Isaac, profectus per- uenit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrẽ Rebeccæ matris suæ. Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiã B Syriæ, ut inde uxorem duceret: & quòd post benedictionem præcepisset ei, dicens: Non ac cipies uxorem de filiabus Chanaan: quodq; obediens Iacob parẽtibus suis isset in Syriam: probans quoq; quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismahelem, & duxit uxorem absq; ijs quas prius habebat, Maheleth filiam Ismahel filij Abraham, so- rorem Nabaioth. Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. Cumq; uenisset ad quendam locum, & uellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iace- bant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stantem C super terram, & cacumen illius tangens cœlum: angelos quoq; dei ascendentes & descẽden tes per eam, & dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. Eritq; semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad orientem & occidentem & septentrionem & meridiem: & benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocunq; perre- xeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittã, nisi compleuero uniuersa quæ dixi. Cumq; euigilasset Iacob de somno, ait: Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensq;, D Quàm terribilis est, inquit, locus iste: non est hic aliud, nisi domus dei, & porta cœli. Surgẽs ergo Iacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellauitq; nomen urbis Bethel: quę prius Luza uocabatur. Vouit etiam uotum, dicens: Si fuerit deus mecum, & custodierit me in uia per quam ego ambulo, & de- derit mihi panem ad uescendum, & uestimentum ad induendum, reuersusq; fuero prospe rè ad domum patris mei: erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem erexi in titulum, uo- cabitur Domus dei: cunctorumq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

1 Par.17 e

Esa.43 a

CAP. XXIX

Iacob quomodo à Labã acceptus & illusus sit, dũ pro Rachel seruit

PRofectus ergo Iacob uenit in terram orientalem. Et uidit puteum in agro, tres quoq; A greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius gran di lapide claudebatur. Morisq; erat, ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent. Dixitq; ad pastores: Fratres, unde estis? Qui responderunt: De Haran. Quos interrogans: Nunquid, ait, nostis Laban filium Na- chor? Dixerunt: Nouimus. Sanus ne est, inquit? Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius ue nit cum grege suo. Dixitq; Iacob: Adhuc multum diei superest, nec est tempus ut reducan-

tur

tur ad caulas greges:date antè potum ouibus,& sic eas ad pastum reducite.Qui responde/
runt:Non possumus,donec omnia pecora congregentur,& amoueamus lapidem de ore
B putei,ut adaquemus greges.Adhuc loquebantur,& ecce Rachel ueniebat cum ouibus pa/
tris sui:nam gregem ipsa pascebat.Quam cum uidisset Iacob & sciret consobrinam suam,
ouesq; Laban auunculi sui,amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege
osculatus est eam,& eleuata uoce fleuit: & indicauit ei,quòd frater esset patris sui,& filius
Rebeccæ.At illa festinans,nuntiauit patri suo.Qui cum audisset uenisse Iacob filium soro/
ris suæ,occurrit obuiam ei:complexusq; eum,& in oscula ruens,duxit in domum suam.Au
ditis autē causis itineris respondit:Os meum es,& caro mea. Et postquàm impleti sunt dies
mensis unius,dixit ei:Num quia frater meus es,gratis seruies mihi?dic quid mercedis acci/
pias.Habebat uerò duas filias:nomen maioris,Lia:minor uero appellabatur,Rachel.Sed
Lia,lippis erat oculis:Rachel,decóra facie & uenusto aspectu.Quam diligēs Iacob,ait:Ser
C uiam tibi pro Rachel filia tua minore,septē annis.Respondit Laban:Melius est ut tibi eam
dem quàm alteri uiro:mane apud me.Seruiuit ergo Iacob pro Rachel,septem annis:& ui/
debātur illi pauci dies præ amoris magnitudine.Dixitq; ad Labā:Da mihi uxorem meam:
quia iam tempus impletum est,ut ingrediar ad illam.Qui uocatis multis amicorum turbis
ad conuiuium,fecit nuptias.Et uesperè Liam filiam suam introduxit ad eum,dans ancillam
filiæ,Zelpham nomine.Ad quam cum ex more,Iacob fuisset ingressus, facto mane uidit
Liam:& dixit ad socerum suum:Quid est quod facere uoluisti?nónne pro Rachel seruiui
tibi?quare imposuisti mihi?Respondit Laban:Non est in loco nostro consuetudinis,ut mi
nores antè tradamus ad nuptias.Imple hebdomadam dierum huius copulę:& hanc quoq;
dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis alijs.Acquieuit placito:& hebdo/
D mada transacta,Rachel duxit uxorem:cui pater seruam Balam tradiderat.Tandemq; poti
tus optatis nuptijs,amorem sequentis priori prætulit,seruiens apud eum septem annis alijs.
Videns autem dominus quòd despiceret Liam, aperuit uuluam eius,sorore sterili perma/ *1 Par. 2 a*
nente:quæ conceptum genuit filium,uocauitq; nomen eius Ruben,dicens:Vidit dominus
humilitatem meam:nunc amabit me uir meus.Rursumq; concepit & peperit filium,& ait:
Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui,dedit etiam istum mihi:uocauitq; no/
men eius Simeon.Concepitq; tertiò,& genuit alium filium:dixitq;,Nunc quoq; copulabi/
tur mihi maritus meus,eo quòd pepererim ei tres filios:& idcirco appellauit nomen eius Le
ui.Quartò concepit,& peperit filium,& ait:Modò confitebor domino:& ob hoc uocauit
eum Iudam:cessauitq; párere.

CAP. XXX

A CErnens autem Rachel quòd infœcunda esset,inuidit sorori suæ,& ait marito suo:Da mihi liberos,alioquin moriar.Cui iratus respondit Iacob:Num pro deo ego sum,qui priuauit te fructu uentris tui?Ait illa:Habeo,inquit,famulam Balam:ingredere ad illam,ut pariat super genua mea,& habeam ex illa filios.Deditq; illi Balam in coniugium:quæ in/ gresso ad se uiro,concepit,& peperit filium.Dixitq; Rachel:Iudicauit mihi dominus,& ex/ audiuit uocem meam,dans mihi filium:& appellauit idcirco nomen eius Dan.Rursumq; Bala concipiens,peperit alterum:pro quo ait Rachel:Comparauit me dominus cum soro/ re mea,& inualui:uocauitq; eum Nephthali.Sentiens Lia quòd párere desiisset,Zelpham ancillam suam marito tradidit:qua post conceptum ædente filium,dixit:Feliciter.& idcirco uocauit nomen eius Gad.Peperit quoq; Zelpha alterum:dixitq; Lia:Hoc pro beatitudine
B mea:beatam quippe me dicēt omnes mulieres:propterea appellauit eum Aser.Egressus au tem Ruben tempore messis triticeæ in agrum,reperit mādragoras,quas matri Liæ detulit. Dixitq; Rachel:Da mihi partem de mandragoris filij tui.Illa respōdit:Parùm ne tibi uide/ tur ꝙ præripueris maritum mihi,nisi etiam mandragoras filij mei tuleris?Ait Rachel:Dor/ miat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui.Redeuntiq; ad uesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia:& ait:Ad me,inquit,intrabis:quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei.Dormiuitq; cum ea,nocte illa. Et exaudiuit deus preces eius:conce/ pitq; & peperit filium quintum:& ait:Dedit deus mercedem mihi,quia dedi ancillā meam

Iacob permis/su uxorū cum famulab. rem habet, & qui/bus præmijs à socero sit di/missus

uiro

uiro meo,appellauitq; nomen eius Iſſachar.Rurſum Lia concipiens peperit ſextum filium,
& ait:Dotauit me deus dote bona:etiam hac uice mecum erit maritus meus,eo quòd ge-
nuerim ei ſex filios.& idcirco appellauit nomē eius Zabulon.Poſt quem peperit filiam no-
mine Dinam. Recordatus quoq; dominus Rachelis,exaudiuit eam,& aperuit uuluā eius: C
quæ cōcepit & peperit filium,dicens:Abſtulit deus opprobrium meum.Et uocauit nomen
3 Reg.11 d eius,Ioſeph:dicens,Addat mihi dominus filium alterum. Nato autem Ioſeph,dixit Iacob
ſocero ſuo:Dimitte me ut reuertar in patriam meam & ad terram meam.Da mihi uxores
& liberos meos,pro quibus ſeruiui tibi,ut abeam:tu uerò noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi.
Ait illi Laban:Inueniam gratiam in conſpectu tuo:experimento didici quia benedixerit mi
hi deus propter te:conſtitue mercedem tuam,quam dem tibi. At ille reſpondit:Tu noſti
quomodo ſeruierim tibi,& quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua.Modicum habuiſti
antequàm uenirem ad te,& nunc diues effectus es:benedixitq; tibi deus ad introitū meum:
iuſtum eſt igitur,ut aliquando prouideam etiam domui meæ.Dixitq; Laban:Quid tibi da
bo?At ille ait:Nihil uolo:ſed ſi feceris quod poſtulo,iterum paſcam & cuſtodiam pecora D
tua.Gyra omnes greges tuos,& ſepara cunctas oues uarias & ſparſo uellere:& quodcunq;
fuluum & maculoſum uariumq; fuerit,tam in ouibus quàm in capris,erit merces mea. Re-
ſpondebitq; mihi cras iuſtitia mea,quādo placiti tempus aduenerit coram te:& omnia quæ
non fuerint uaria & maculoſa & fulua,tam in ouibus quàm in capris,furti me argues. Di-
xitq; Laban:Gratum habeo quod petis,Et ſeparauit in die illa capras & oues,hircos & arie
tes uarios atq; maculoſos:cunctum autem gregem unicolorem,id eſt albi aut nigri uelleris,
tradidit in manu filiorum ſuorum.Et poſuit ſpatium itineris trium dierum inter ſe & gene-
rum,qui paſcebat reliquos greges eius.Tollens ergo Iacob uirgas populeas uirides,& amy
gdalinas & ex platanis,ex parte decorticauit eas:detractisq; corticibus,in his quæ ſpoliata
fuerant candor apparuit:illa uero quæ integra fuerant,uiridia permanſerunt:atque in hunc E
modum color effectus eſt uarius.Poſuitq; eas in canalibus ubi effundebatur aqua,ut cum
ueniſſent greges ad bibendum,ante oculos haberent uirgas,& in aſpectu earum concipe-
rent.Factumq; eſt ut in ipſo calore coitus oues intuerentur uirgas,& parerent maculoſa &
uaria & diuerſo colore reſperſa.Diuiſitq; gregem Iacob,& poſuit uirgas in canalibus ante
oculos arietum:erant autem alba & nigra quæq;,Laban:cætera uerò,Iacob,ſeparatis inter
ſe gregibus.Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues,ponebat Iacob uirgas in
canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium,ut in earum cōtemplatione conciperent.
quando uerò ſerotina admiſſura erat,& cōceptus extremus,non ponebat eas.Factaq; ſunt
ea quæ erant ſerotina,Laban:& quæ primi temporis,Iacob.Ditatusq; eſt homo ultra mo-
dum,& habuit greges multos,ancillas & ſeruos,camelos & aſinos.

CAP. XXXI

Iacob repetit patriā, quem uxor Rachel raptis idolis paternis comitatur,eos Labā inſequitur hoſtiliter, attamen pacifice dimittit

POſtquam autem audiuit uerba filiorum Laban dicentium:Tulit Iacob omnia quæ fue A
runt patris noſtri,& de illius facultate ditatus,factus eſt inclytus: animaduertit quoq;
faciem Laban quòd non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius,maxime dicente ſibi domi-
no:Reuertere in terram patrum tuorum & ad generationem tuam,eroq; tecum: Miſit Ia-
cob,& uocauit Rachel & Liam in agrum ubi paſcebat greges,dixitq; eis: Video faciem pa-
tris ueſtri,quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius:deus autem patris mei fuit me-
cum.Et ipſæ noſtis quòd totis uiribus meis ſeruierim patri ueſtro.Sed & pater ueſter circū-
uenit me,& mutauit mercedem meam decem uicibus:& tamen non dimiſit eum deus ut
noceret mihi.Si quando dixit:Variæ erunt mercedes tuæ,pariebāt omnes oues uarios fœ-
tus.Quando uerò econtrario ait:Alba quæq; accipies pro mercede,omnes greges alba pe-
pererunt.Tulitq; deus ſubſtantiam patris ueſtri,& dedit mihi.Poſtquàm enim conceptus B
ouium tempus aduenerat,leuaui oculos meos,& uidi in ſomnis aſcendētes mares ſuper fœ
minas,uarios & maculoſos & diuerſorū colorum.Dixitq; angelus dei ad me in ſomnis: Ia-
cob.Et reſpondi:Adſum.Qui ait:Leua oculos tuos,& uide uniuerſos maſculos aſcendentes
ſuper fœminas,uarios,maculoſos atq; reſperſos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Labā.Ego
ſum deus Bethel,ubi unxiſti lapidem,& uotū uouiſti mihi.Nunc ergo ſurge,& egredere de
terra

terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. Responderuntq; Rachel & Lia: Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus & hæreditate domus patris nostri? Nónne quasi alienas reputauit nos, & uendidit, comeditq; pretium nostrum? Sed deus tulit opes patris C nostri, & eas tradidit nobis ac filijs nostris: unde omnia quæ præcepit tibi deus, fac. Surrexit itaq; Iacob, & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abijt. Tulitq; omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues: & Rachel furata est idola patris sui. Noluitq; Iacob confiteri socero suo, quòd fugeret. Cumq; abijsset tam ipse quàm omnia quæ iuris sui erant: & amne transmisso pergeret contra montem Galaad, nuntiatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persequutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad. Viditq; in somnis dicentem sibi dominum: Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. Iamq; Iacob extenderat in monte tabernaculum: cumq; ille consequutus fuisset eum cum fratribus suis, D in eodem monte Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me, fugere uoluisti, nec indicare mihi: ut prosequerer te cum gaudio & canticis & tympanis & citharis? Non es passus ut oscularer filios meos & filias: stultè operatus es. Et nunc quidem ualet manus mea reddere tibi malum: sed deus patris uestri heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Respondit Iacob: Quòd inscio te profectus sum, timui ne uiolenter auferres filias tuas. Quòd autem furti me arguis: apud quemcunq; inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. Hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata esset idola. Ingressus itaq; Laban tabernaculum Iacob & Liæ & E utriusq; famulæ, non inuenit. Cumq; intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper: scrutantiq; omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic delusa solicitudo quærentis est. Tumensq; Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Idcirco uiginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum à bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: quicquid furto perierat, à me exigebas: die noctuq; æstu urgebar & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis. Sic per F uiginti annos in domo tua seruiui tibi: quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoq; mercedem meam decem uicibus. Nisi deus patris mei Abraham & timor Isaac adfuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses. Afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit deus, & arguit te heri. Respondit ei Laban: Filiæ meæ & filij & greges tui, & omnia quę cernis, mea sunt: quid possum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus, ut sit in testimoniũ inter me & te. Tulit itaq; Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitq; fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederũtq; super eum. Quem uocauit Laban, Tumulum testis: & Iacob, Aceruum testimonij: uterq; iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitq; Laban: Tumulus iste erit testis inter me & te hodie: & idcirco appellatũ est nomen eius Galaad, id est, tumulus testis. G Intueatur & iudicet dominus inter nos, quãdo recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias uxores super eas: nullus sermonis nostri testis est, absq; deo qui præsens respicit. Dixitq; rursus ad Iacob: En tumulus hic & lapis quem erexi inter me & te, testis erit. Tumulus, inquam, iste & lapis, sint in testimonium: si aut ego transiero illum, pergens ad te: aut tu præterieris, malũ mihi cogitans. Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos, deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: immolatisq; uictimis in monte, uocauit fratres suos, ut ederet panem; Qui cum comedissent, mãserunt ibi.

1 Reg. 19 c

Exo. 22 b

Iosu. 22 f

Laban

Laban uerò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas: & benedixit illis: reuersusque est in locum suum.

CAPVT XXXII

Iacob fratrem suum muneribus placat, luctatur cum angelo, & aliud nomē assumit

A IAcob autem abijt in itinere quod cœperat: fueruntque ei obuiam angeli dei. Quos cum uidisset, ait: Castra dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir regionis Edom: præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque in præsentem diem: habeo boues & asinos & oues, & seruos & ancillas: mittoque nunc legationem ad dominum meum, ut inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersique sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce pro- B perat in occursum tibi cum quadringentis uiris. Timuit Iacob ualde: & perterritus diuisit populum qui secum erat, greges quoque & oues & boues & camelos in duas turmas, dicens: Si uenerit Esau ad unam turmam & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac, domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cūctis miserationibus tuis, & ueritate tua quam expleuisti seruo tuo. in baculo meo transiui Ior- C danem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau, quia ualde eum timeo: ne fortè ueniens, percutiat matrem cum filijs. Tu loquutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Cumque dormisset ibi nocte illa, separauit de his quæ habebat, munera Esau fratri suo, capras ducentas, hircos uiginti, oues ducentas, arietes uiginti, camelos fœtas cum pullis suis triginta, uaccas quadraginta, & tauros uiginti, asinas uiginti, & pullos earum D decem. Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges: dixitque pueris suis: Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem. Et præcepit priori, dicēs: Si obuium habueris fratrē meum Esau, & interrogauerit te: Cuius es? aut, Quò uadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris? respondebis: Serui tui Iacob, munera misit domino suo Esau: ipse quoque post nos uenit. Similiter dedit mandata secundo & tertio, ac cunctis qui sequebātur greges, dicens: Hisdem uerbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum: & addetis: Ipse quoque seruus E tuus Iacob iter nostrum insequitur. Dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & postea uidebo illum, forsitan propitiabitur mihi. Præcesserunt itaque munera ante eum: ipse uerò mansit nocte illa in castris. Cumque mane surrexisset, tulit duas uxores suas & totidem famulas cum undecim filijs, & transiuit uadum Iaboc. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebāt, mansit solus: & ecce uir luctabatur cum eo usque mane. Qui cum uideret quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum: F Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respōdit: Iacob. At ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi quo appellaris nomine? Respondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortusque est G ei statim sol postquàm transgressus est Phanuel: ipse uerò claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob, usque in præsentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

1 Reg. 25 c — *Ose. 12 a*

CAP. XXXIII

Iacob & Esau reconciliātur, & ubi Iacob habitarit

A ELeuans autem Iacob oculos suos, uidit uenientem Esau, & cum eo quadringentos uiros: diuisitque filios Liæ & Rachel, ambarumque famularum: & posuit utranque ancillam & liberos earum in principio: Liam uerò & filios eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis uidit mulieres & paruulos earū, & ait: Quid sibi uolunt isti? & si ad te pertineant? Respondit: Paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris

B pueris suis:& cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerũt. Dixitq; Esau: Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait: Habeo plurima, frater mi: sint tua tibi. Dixit Iacob: Noli ita, obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. sic enim uidi faciem tuam, quasi uiderim uultum dei: esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi deus, tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens,

2 Reg. 19 c

C ait: Gradiamur simul, eroq; socius itineris tui. Dixitq; Iacob: Nosti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim uestigia eius, sicut uidero paruulos meos posse, donec ueniam ad dominũ meum in Seir. Respõdit Esau: Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem socij remaneant uiæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc uno tantum indigeo, ut inueniam gratiam in conspe-

D ctu tuo, domine mi. Reuersus est itaq; illo die Esau itinere quo uenerat in Seir. Et Iacob uenit in Socoth: ubi ædificata domo & fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Socoth, id est tabernacula. Transiuitq; in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, post quàm reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum. Emitq; partẽ agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum deum Israel.

Iosu. 24 f

CAP. XXXIIII

Dina infertur uis, quod scelus grauissimè ulciscũtur eius fratres

A EGressa est autem Dina filia Liæ, ut uideret mulieres regionis illius. Quam cum uidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemq; deliniuit blanditijs. Et pergens ad Hemor patrem suum: Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob absentibus filijs, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. Egresso autem Hemor patre Sichem ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius ueniebant de agro: auditoq; quod acciderat, irati sunt ualde, eo quòd fœdam rem operatus esset in Israel, & uiolata filia Iacob rem illicitam perpetrasset. Loquutus est itaq; Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæsit animæ filiæ uestræ: date eam illi uxorem. Et iungamus uicissim

B connubia: filias uestras tradite nobis, & filias nostras accipite. Et habitate nobiscum: terra in potestate uestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam. Sed & Sichẽ ad patrem & ad fratres eius, ait: Inueniam gratiam coram uobis: & quæcũq; statueritis dabo. augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc, uxorem. Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis: Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircũciso: quod illicitum & nepharium est apud nos. Sed in hoc ualebimus fœderari, si uolueritis esse similes nostri, & circuncidatur in uobis omne masculini sexus. Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias uestras ac nostras: & habitabimus uobiscum, erimusq; unus populus. Si autem

C circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. Placuit oblatio eorum Hemor & Sichem filio eius. Nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur, expleret: amabat enim puellam ualde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressiq; portam urbis, loquuti sunt ad populum: Viri isti, pacifici sunt, & uolunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus uxores, & nostras illis dabimus. Vnum est, quo differtur tantum bonum, Si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes. Et substantia eorum & pecora & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, unum efficiamus populum. Assensiq; sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. Et ecce, die tertio quando grauissi-

Iudith 9 a

D mus uulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingressi sunt urbem confidenter: interfectisq; omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob: & depopulati sunt urbem in ultionem stupri. Oues eorum & armenta & asinos cunctaq; uastantes quæ in domibus & in agris erant: paruulos quoq; eo-

rum & uxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me: & odiosum fecistis me Chananaeis & Pherezaeis habitatoribus terrae huius. Nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Responderunt: Nunquid ut scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV

Iacob uocatus Israel iubet terra obrui idola, Rachel ex partu moritur, & Ruben patris pellici se miscet

INterea loquutus est deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare deo qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob uerò conuocata omni domo sua, ait: Abijcite deos alienos qui in medio uestri sunt, & mundamini, ac mutate uestimenta uestra. Surgite, & ascendamus in Bethel, & faciam ibi altare deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meae, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quae erant in auribus eorum: at ille infodit eas subter terebinthum, quae est post urbem Sichem. Cumque profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam, quae est in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipse & omnis populus cum eo. Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus dei: ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccae, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: uocatumque est nomen loci illius Quercus fletus. Apparuit autem iterum deus Iacob postquàm reuersus est de Mesopotamia Syriae, benedixitque ei, dicens: Non uocaberis ultrà Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, dixitque ei: Ego deus omnipotens: cresce & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille uerò erexit titulum lapideum in loco quo loquutus fuerat ei deus: libans super eum libamina, & effundens oleum: uocansque nomen loci illius Bethel. Egressus autem inde uenit uerno tempore ad terram quae ducit Ephratam: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari coepit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima prae dolore, & imminente iam morte, uocauit nomen filij sui Benoni, id est filius doloris mei: pater uerò appellauit eum Beniamin, id est filius dextrae. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in uia quae ducit Ephratham, haec est Bethlehem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel, usque in praesentem diem. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minimè latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liae: primogenitus Ruben, & Simeon & Leui & Iudas & Issachar & Zabulon. Filij Rachel: Ioseph & Beniamin. Filij Balae ancillae Rachelis: Dan & Nephthali. Filij Zelphae, ancillae Liae: Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriae. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, haec est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusque aetate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

Mat. 1 b — *2 Reg. 16 d*

CAPVT XXXVI

Enumeratio principũ qui ex Esau descẽdunt, & quõ Esau aliò migrarit

HAE sunt autem generationes Esau: ipse est Edom. Esau accepit uxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethaei, & Oolibama filiam Anae filiae Sebeon Heuaei, Basemath quoque filiam Ismahel sororem Nabaioth. Peperit autem Ada, Eliphaz: Basemath genuit Rahuel. Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. hi filij Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autem Esau uxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suae, & substantiam, & pecora, & cuncta quae habere poterat in terra Chanaan: & abijt in alteram regionem: recessitque à fratre suo Iacob. Diuites enim erant ualde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum, prae multitudine gregum. Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom. Hae autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir, & haec nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada uxoris Esau: Rahuel quoque filius Basemath uxoris eius. Fueruntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho & Gatham & Senez. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Esau, quae peperit ei Amalech

lech.hi sunt filij Ada uxoris Esau.Filij autem Rahuel:Nahath & Zara,Samma & Meza.
hi filij Basemath uxoris Esau.Isti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon uxoris Esau,quos genuit ei,Iehus & Ihelom & Core.Hi duces filiorum Esau.Filij Eliphaz primogeniti Esau:dux Theman,dux Omar,dux Sepho,dux Cenez,dux Core,dux Gathā,
dux Amalech . hi filij Eliphaz in terra Edom,& hi filij Adæ.Hi quoque filij Rahuel filij Esau,dux Nahath,dux Zara,dux Samma,dux Meza . hi autem duces Rahuel in terra Edom : isti filij Basemath uxoris Esau. Hi autem filij Oolibama uxoris Esau,dux Iehus,
C dux Ihelom,dux Core.hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esau.Isti sunt filij Esau,& hi duces eorum:ipse est Edom.Isti sunt filij Seir Horræi,habitatores terræ:Lotan & Sobal & Sebeon & Ana & Dison & Eser & Disan,hi duces Horræi,filij Seir in terra Edom. Facti sunt autem filij Lotan:Hori & Hemam . erat autem soror Lotan,Thamna.Et isti filij Sobal:Aluan & Manahath & Ebal & Sepho & Onam.Et hi filij Sebeon:Aia & Ana.Iste est Ana qui inuenit equas calidas in solitudine,cum pasceret asinas Sebeon patris sui.Habuitque filium Dison,& filiam Oolibama.Et isti filij Dison:Hamdan & Esebam & Iethran & Charan.Hi quoque filij Eser:Balaan & Zauan & Acan. Habuit autem filios Disan:Hus & Aran. Hi duces Horræorum:dux Lotan,dux Sobal,dux Sebeon,dux Ana,dux Dison, dux Eser,dux Disan:isti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir.Reges autem qui regnauerunt in terra Edom antequàm haberent regem filij Israel,fuerunt hi:Bela filius
D Beor,nomenque urbis eius Denaba . Mortuus est autem Bela & regnauit pro eo,Iobab filius Zaræ de Bosra.Cumque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Hoc quoque mortuo,regnauit pro eo Adad filius Badad,qui percussit Madian in regione Moab:& nomen urbis eius Auith.Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Masreca . Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. Cumque & hic obijsset,successit in regnum Balanan filius Achobor.Isto quoque mortuo,regnauit pro eo Adar, nomenque urbis eius Phau:& appellabatur uxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus & locis & uocabulis suis:dux Thamna, dux Alua,dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela,dux Phinon,dux Cenez,dux Theman,dux Mabsar,dux Magdiel,dux Hiram:hi duces Edom habitantes in terra imperij sui,ipse est Esau pater Idumæorum.

Leuit.19 c

CAP. XXXVII

A HAbitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est . Et hæ sunt generationes eius:Ioseph cum sedecim esset annorum,pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer:& erat cum filijs Balæ & Zelphæ uxorum patris sui:accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quòd in senectute genuisset eum:fecitque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filijs amaretur,oderant eum,nec poterant ei quicquam paci-
B ficè loqui.Accidit quoque ut uisum somnium referret fratribus suis,quæ causa maioris odij seminarium fuit.Dixitque Ioseph fratribus suis:Audite somnium meum quod uidi . Putabam nos ligare manipulos in agro:& quasi consurgere manipulū meum,& stare,uestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meum . Responderunt fratres eius : Numquid rex noster eris? aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum,inuidiæ & odij fomitem ministrauit.Aliud quoque uidit somnium,quod narrans fra-
C tribus,ait: Vidi per somnium quasi solem & lunam & stellas undecim adorare me . Quod cum patri suo & fratribus retulisset,increpauit eum pater suus,& dixit:Quid sibi uult hoc somnium quod uidisti? Num ego & mater tua,& fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui:pater uerò rem tacitus considerabat.Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel:Fratres tui pascunt oues in Sichimis:ueni,mittam te ad eos.Quo respondente:Præsto sum,ait.Vade,& uide si
D cuncta prospera sint erga fratres tuos,& pecora:& renuntia mihi quid agatur.Missus de ualle Hebron,uenit in Sichem : inuenitque eum uir errantem in agro,& interrogauit quid quæreret. At ille respondit:Fratres meos quæro : indica mihi ubi pascant greges.Dixitque ei

Ioseph Aegyptijs uenditur à fratribus

1 Reg.3 d

uir: Recesserũt de loco isto: audiui aũt eos dicẽtes: Eamus in Dothain. Perrexit itaq; Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain. Qui cum uidissent eum procul, antequàm accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuò loquebantur: Ecce, somniator uenit: uenite, occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem, dicemusq;: Fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum: & dicebat: Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proijcite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine: manusq; uestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, uolens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. Confestim igitur ut peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, miseruntq; eum in cisternam ueterem quæ non habebat aquam. Et sedentes ut comederẽt panem, uiderunt Ismahelitas uiatores uenire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata & resinam & stacten, in Ægyptum. Dixit ergo Iuda fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est ut uendatur Ismahelitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius. Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, uendiderunt eum Ismahelitis uiginti argenteis: qui duxerũt eum in Ægyptum. Reuersusq; Ruben ad cisternam, non inuenit puerum: & scissis uestibus pergens ad fratres suos, ait: Puer non comparet: & ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: uide utrum tunica filij tui sit, an non. Quam cum cognouisset pater, ait: Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisq; uestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere: sed ait: Descendam ad filium meum, lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu, Madianitæ uendiderunt Ioseph in Ægypto, Phutiphari, eunucho Pharaonis, magistro militum.

Act. 7 b (margin) — E, F, G (margin letters)

CAP. XXXVIII

Coniugiũ Iudæ et incestus coitus eius cũ nuru sua

EOdem tempore descendens Iuda à fratribus suis, diuertit ad uirum Odollamiten, nomine Hiram. Viditq; ibi filiam hominis Chananæi, uocabulo Sua: & accepta uxore, ingressus est ad eam: quæ concepit & peperit filium, & uocauit nomen eius Her. Rursumq; concepto fœtu, natum filium uocauit Onan. Tertium quoq; peperit, quem appellauit Sela: quo nato, parere ultra cessauit. Dedit autem Iudas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoq; Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu domini: & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, ut suscites semen fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram: ne liberi, fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus, eo quòd rem detestabilem faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto uidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autem multis diebus, mortua est Sua uxor Iudæ: qui post luctum, consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. Nuntiatumq; est Thamar, quòd socer illius ascenderet in Thãnas ad tondendas oues. Quæ depositis uiduitatis uestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnã: eo q; creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quam cum uidisset Iudas, suspicatus est esse meretricẽ: operuerat enim uultũ suum, ne agnosceretur. Ingrediensq; ad eam, ait: Dimitte me, ut coeam tecũ. nesciebat enim q; nurus sua esset. Qua respondente: Quid dabis mihi, ut fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumq; illa dicente: Patiar quod uis, si dederis mihi arabonem, donec mittas quod polliceris. Ait Iudas: Quid uis tibi pro arabone dari? Respondit: Anulum tuum & armillam & baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier cõcepit, & surgens abijt: depositoq; habitu quem sumpserat, induta est uiduitatis uestibus. Misit autem Iudas hœdũ per pastorem suum Odollamiten, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non inuenisset

Deut. 25 a — *Leuit. 18 b* (margin) — A, B, C, D, E (margin letters)

eam

eam, interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix: Reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam:
F sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas: Habeat sibi. certè mendacij arguere nos non poterit: ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam. Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & uidetur uterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam ut comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De uiro cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit anulus & armilla & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: Iu-
G stior me est: quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognouit eam. Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo uerò retrahente manum egressus est alter: dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causam uocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

1 Par. 2 a

CAP. XXXIX

A IGitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, uir Ægyptius, de manu Ismahelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo: & erat uir in cunctis prosperè agens: habitauitque in domo domini sui, qui optimè nouerat dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & uniuersa quæ ei tradita fuerant: benedixitque dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cun-
B ctam eius substantiam. Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo uescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nephario, dixit ad eam: Ecce, dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquam est quod non in mea sit potestate, uel nō tradiderit mihi, præter te, quæ uxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in deum? Huiuscemodi uerbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stu-
C prum. Accidit autem quadam die ut intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: & illa, apprehensa lacinia uestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cumque uidisset mulier uestem in manibus suis: & se esse contemptam, uocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit uirum Hebræum, ut illuderet nobis: ingressus est ad me, ut coiret mecum: cumque ego succlamassem, & audisset uocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum suam, & ait:
D Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, ut illuderet mihi: cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. His auditis dominus & nimium credulus uerbis coniugis, iratus est ualde: tradiditque Ioseph in carcerem, ubi uincti regis custodiebantur: & erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum Ioseph, & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius uniuersos uinctos qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Ioseph heri sui thalamum renuit fœdare

1 Reg. 16 d

CAP. XL

A HIs itaque gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi: pincerna regis Ægypti, & pistor domino suo. Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) misit eos in carcerem principis militum, in quo erat uinctus & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte una, iuxta interpretationem congruam sibi:
B ad quos cum introijsset Ioseph mane, & uidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solitò facies uestra? Qui responderunt: Somnium uidimus: & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph: Nunquid non dei est interpretatio? referte mihi

Ioseph duobus concaptiuis somnia interpretatur

quid uideritis. Narrauit prior, præpositus pincernarum somnium suum: Videbam coram me uitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas: & post flores, uuas maturescere: calicemq; Pharaonis in manu mea: tuli ergo uuas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisq; ei calicem iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras. Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit. & facies mecum misericordiam: ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere: quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister, quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego uidi somnium: Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum: & in uno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tria canistra, tres adhuc dies sunt: post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt uolucres carnes tuas. Exinde dies tertius, natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis. Restituitq; alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum: alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris ueritas probaretur. Et tamen succedētibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CAP. XLI

Ioseph ob Pharaonis somniū explicatū toti Aegypto præficitur, cui prouidit sapientissime

POst duos annos uidit Pharao somnium: Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus. Aliæ quoq; septem emergebant de flumine, fœdæ, confectæq; macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis uirentibus. deuorauerūtq; eas quarum mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & uidit alterum somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo uno plenæ atq; formosæ: aliæ quoq; totidem spicæ tenues, & percussæ uredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctosq; sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait: Confiteor peccatum meum: Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum: ubi una nocte uterque uidimus somnium, præsagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euentus. ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperiū, eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac ueste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat: quæ audiui te sapientissime conijcere. Respondit Ioseph: Absq; me deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod uiderat: Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus: quæ in pastu paludis uireta carpebant. & ecce, has sequebantur aliæ septem boues intantum deformes & macilentæ, ut nunquam tales in terra Ægypti uiderim, quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere uestigium: sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans, rursus sopore depressus, uidi somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno plenæ atq; pulcherrimæ. aliæ quoq; septem tenues & percussæ uredine, oriebantur è stipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somniorum, & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph: Somnium regis unum est: quæ facturus est deus, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septem ubertatis anni sunt, eandemq; uim somnij comprehendunt. Septem quoq; boues tenues atq; macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & uento urente percussæ: septem anni uenturæ sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce, septem anni uenient fertilitatis magnæ in uniuersa terra Ægypti: quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, ut obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: consumptura est enim fames omnem terram, & ubertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. Quòd autem uidisti secundo

do

B dò, ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est: eo quòd fiat sermo dei, & uelocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex uirum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Ægypti. Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serueturq; in urbibus. Et præparetur futuræ septem annorum fami quæ oppressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius: loquutusq; est ad eos: Num inuenire poterimus talem uirum, qui spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi deus omnia quæ loquutus es, nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni solio te præcedam. Dixitq; rursum Pharao ad Ioseph: Ecce, constitui te super uniuersam terram Ægypti. Tulitq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: uestiuitq; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent uniuersæ terræ Ægypti. Dixit quoq; rex Ægypti ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitq; nomen eius, & uocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Deditq; illi uxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti (triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circumiuit omnes regiones Ægypti. Venitq; fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est. Tantaq; fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. Nati sunt autem Ioseph filij duo antequàm ueniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoq; secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem ubertatis annis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt uenire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph: & in uniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Ægypti erat panis. Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph: & quicquid ipse uobis dixerit, facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Ioseph uniuersa horrea, & uendebat Ægyptijs: nam & illos oppresserat fames. Omnesq; prouinciæ ueniebant in Ægyptum, ut emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

Psal.104 b
Act.7 b

CAPVT XLII

A Audiens autem Iacob quòd alimenta uenderentur in Ægypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? Audiui quòd triticum uenundetur in Ægypto. Descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus uiuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto, Beniamin retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: Ingressi sunt terram Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioseph

B erat princeps in terra Ægypti, atq; ad eius nutum frumenta populis uendebantur. Cumq; adorassent eũ fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde uenistis? Qui responderunt. De terra Chanaan, ut emamus uictui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatusq; somniorum quæ aliquando uiderat, ait ad eos: Exploratores estis: ut uideatis infirmiora terræ uenistis. Qui dixerunt: Non est ita, domine: sed serui tui uenerũt ut emerent cibos. Omnes filij unius uiri su-

C mus: pacifici uenimus, nec quicquam famuli tui machinãtur mali. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ huius considerare uenistis. At illi dixerunt: Duodecim, inquiũt, serui tui fratres sumus, filij uiri unius in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod loquutus sum: Exploratores estis. Iam nunc experimentũ uestri

Iacob filij prò annona in Ægyptũ missi, grauia incidere pericula apud fratrẽ

capiam. Per salutem Pharaonis, non egredimini hinc, donec ueniat frater uester minimus. Mittite ex uobis unum, & adducat eum: uos autem eritis in uinculis, donec probentur quæ dixistis, utrum uera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis, exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & uiuetis: deum enim timeo. Si pacifici estis, frater uester unus ligetur in carcere: uos autem abite & ferte frumenta quæ emistis, in domos uestras: & fratrem uestrum minimum ad me adducite, ut possim uestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt ut dixerat: & loquuti sunt adinuicem. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, uidentes angustias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco uenit super nos ista tribulatio. E quibus unus, Ruben, ait: Nunquid non dixi uobis: Nolite peccare in puerum? Et non audistis me. En sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quòd intelligeret Ioseph: eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Auertitq; se parumper, & fleuit. Et reuersus, loquutus est ad eos. Tollensq; Simeon, & ligans, illis præsentibus, iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis suprà cibarijs in uia. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoq; unus sacco, ut daret iumento pabulum in diuersorio, contēplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia mea: en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatiq; mutuo, dixerunt: Quidnam est hoc quod fecit nobis deus? Ueneruntq; ad Iacob patrem suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes: Loquutus est nobis dominus terræ durè: & putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec ullas molimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus: unus non est supèr, minimus cum patre nostro est, in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quòd pacifici sitis. Fratrem uestrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus uestris necessaria sumite, & abite: fratremq; uestrum minimum adducite ad me, ut sciam quòd non sitis exploratores: & istum qui tenetur in uinculis, recipere possitis: ac deinceps quæ uultis, emendi habeatis licentiam. His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisq; simul omnibus, dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est supèr, Simeon tenetur in uinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben: Duos filios interfice, si nō reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille: Non descendet, inquit, filius meus uobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

CAPUT XLIII

Filij Iacob secundò redeūt ad fratrem adducto secū Bēiamin, grauiusq; affligūtur

INterim fames omnem terram uehemēter premebat. Consumptisq; cibis quos ex Ægypto detulerāt, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas: Denuntiauit nobis uir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non uidebitis faciem meam, nisi fratrem uestrum minimum adduxeritis uobiscum. Si ergo uis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. Si autem non uis, non ibimus: uir enim, ut sæpe diximus, denuntiauit nobis, dicens: Non uidebitis faciem meam absque fratre uestro minimo. Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere uos fratrem. At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem, nostram progeniem: si pater uiueret, si haberemus fratrem. & nos respondimus ei consequenter, iuxta id quod fuerat sciscitatus. Nunquid scire poteramus, quòd dicturus esset: Adducite fratrem uestrum uobiscum? Iudas quoq; dixit patri suo: Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, & possimus uiuere: ne moriamur nos & paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum: nisi reduxero & reddidero eū tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non intercessisset dilatio, iam uice altera uenissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod uultis: sumite de optimis terrę fructibus in uasis uestris, & deferte uiro munera: modicum resinæ & mellis & storacis, stactes & terebinthi & amygdalarum: pecuniam quoq; duplicem ferte uobiscum: & illam quam inuenistis in sacculis,

reporta

reportate, ne fortè errore factum sit. Sed & fratrem uestrum tollite, & ite ad uirum. Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem: & remittat uobiscum fratrem uestrum quem tenet in uinculis, & hunc Beniamin: ego autem quasi orbatus absq; liberis ero. Tulerunt ergo uiri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: descenderuntq; in Ægyptum, & steterunt coram Ioseph. Quos cum ille uidisset, & Beniamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc uiros domum, & occide uictimas, & instrue conuiuium: quoniam hodie mecum sunt comesturi, meridie. Fecit ille sicut sibi fuerat imperatum, & introduxit uiros domum. Ibiq; exterriti, dixerunt mutuo: Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: ut deuoluat in nos calumniam, & uiolēter subijciat seruituti & nos & asinos nostros. Quam ob rem in ipsis foribus accedentes, ad dispensatorem loquuti sunt: Oramus domine ut audias nos. Iam antè descēdimus ut emeremus escas: quibus emptis cum uenissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis necessaria sunt. Non est in nostra conscientia, quis posuerit eam in marsupijs nostris. At ille respondit: Pax uobiscum, nolite timere: deus uester & deus patris uestri, dedit uobis thesauros in saccis uestris: nam pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeon. Et introductis domum attulit aquam, & lauerunt pedes suos: deditq; pabulum asinis eorum. Illi uerò parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie: audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus est Ioseph domum suam: obtuleruntq; ei munera, tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram. At ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens: Sanus ne est pater uester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc uiuit? Qui responderunt: Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc uiuit. Et incuruati, adorauerunt eum. Attollens autē Ioseph oculos, uidit Beniamin fratrem suum uterinum, & ait: Iste est frater uester paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. Festinauitq;, quia commota fuerant uiscera eius super fratre suo, & erumpebāt lachrymæ: & introiens cubiculum fleuit. Rursumq; lota facie egressus, continuit se, & ait: Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus: Ægyptijs quoq; qui uescebantur simul, seorsum: (illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuscemodi conuiuium) sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam. Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq; pars uenit Beniamin, ita ut quinq; partibus excederet. Biberuntq;, & inebriati sunt cum eo.

Tob. 1 b
Iudith 12 a

CAP. XLIIII

Dimissos fratres Ioseph insequitur et capit rursumq; uexat

PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Impete saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris, factumq; est ita. Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis. Iamq; urbem exierant, & processerant paululum: tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, inquit, & persequere uiros: & apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. Et apprehensis per ordinem, loquutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, ut serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate saccorū, reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum uel argentum? Apud quēcunq; fuerit inuentum seruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus serui domini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta uestram sententiam. apud quēcunq; fuerit inuentum, ipse sit seruus meus, uos aūt eritis innoxij. Itaq; festinatò deponētes in terram saccos, aperuerūt singuli. Quos scrutatus, incipiens à maiore usq; ad minimū, inuenit scyphū in sacco Beniamin. At illi scissis uestibus, oneratisq; rursum asinis, reuersi sunt in oppidū. Primusq; Iudas cū fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnesq; ante eum pariter in terrā corruerunt. Quibus ille ait: Cur sic agere uoluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurādi sciētia?

Cui Iudas: Quid respondebimus, inquit, domino meo? uel quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos & apud quem inuentus est scyphus. Respondítq; Ioseph: Absit à me ut sic agam. Qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus: uos autem abite liberi ad patrem uestrum. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur seruus tuus uerbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos: Habetis patrem aut fratrem? Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius uterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater uerò tenerè diligit eum. Dixistíq; seruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. Suggessimus tibi domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis: Nisi uenerit frater uester minimus uobiscum, non uidebitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ loquutus est dominus meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus uidere faciem uiri. At ille respondit: Vos scitis quòd duos filios genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus, & dixistis: Bestia deuorauit eum. & hucusque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in uia contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cum anima illius, ex huius anima dependeat) uideritq; eum non esse nobiscum, morietur: & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi, dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaq; seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem, absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

CAPVT XLV

Ioseph fratribus se apit, patréq; ad se uocatum exhilarat

NOn se poterat ultrà cohibere Ioseph multis coram astantibus: unde præcepit ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauítq; uocem cum fletu, quam audierunt Ægyptij, omnisq; domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus uiuit? Non poterant respondere fratres, nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè: Ego sum, ait, Ioseph frater uester, quem uendidistis in Ægyptum. Nolite pauere: neque uobis durum esse uideatur, quòd uendidistis me in his regionibus: pro salute enim uestra misit me deus ante uos. Biennium est enim quòd cœpit fames in terra esse: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Præmisítq; me deus ut reseruemini super terram, & escas ad uiuendum habere possitis. Non uestro consilio, sed dei uoluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum uniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me dominum uniuersæ terræ Ægypti: descende ad me: ne moreris: & habitabis in terra Gessen: erisq; iuxta me, tu & filij tui & filij filiorum tuorum, oues tuæ & armenta tua, & uniuersa quæ possides. Ibíq; te pascam (adhuc enim quinq; anni residui sunt famis) ne & tu pereas & omnis domus tua & omnia quæ possides. En oculi uestri & oculi fratris mei Beniamin, uident quòd os meum loquatur ad uos. Nuntiate patri meo uniuersam gloriam meam, & cũcta quæ uidistis in Ægypto: festinate & adducite eum ad me. Cumq; amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoq; similiter flente super collum eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq; est & celebri sermone uulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioseph. Et gauisus est Pharao atq; omnis familia eius. Dixítq; ad Ioseph, ut imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan. Et tollite inde patrem uestrum & cognationem, & uenite ad me: & ego dabo uobis omnia

bona

bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ. Præcipe etiam ut tollant plaustra de terra Ægypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem ue-
F strum, & properate quantocyus uenientes: nec dimittatis quicquam de supellectili uestra: quia omnes opes Ægypti, uestræ erunt. Feceruntq́ filij Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoq́ proferri iussit binas stolas: Beniamin uerò dedit trecentos argenteos cum quinq́ stolis optimis: tantundem pecuniæ & uestium mittens patri suo, addens ei asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Ægypti, & totidem asinas, triticum in itinere, panesq́ por-
G tantes. Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait, Ne irascamini in uia. Qui ascendentes ex Ægypto, uenerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. Et nuntiauerunt ei, dicentes: Ioseph uiuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cumq́ uidisset plaustra & uniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus uiuit: uadam, & uidebo illum antequàm moriar.

CAP. XLVI

A PRofectusq́ Israel cum omnibus quæ habebat, uenit ad puteum iuramenti: & mactatis ibi uictimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per uisionem nocte uocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adsum. Ait illi deus: Ego sum fortissimus deus patris tui: noli timere, sed descende in Ægyptum, quia in gẽtem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoq́ ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramenti: tuleruntq́ eum filij cum paruulis & uxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum senem, & omnia quæ posse derat in terra Chanaan: uenitq́ in Ægyptum cum omni semine suo, filij eius & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptũ, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Henoc & Phallu & Hes-
B ron & Charmi. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerson & Caath & Merari. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara: mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natiq́ sunt filij Phares: Hesron & Hamul. Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. hi filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ, cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, trigintatres. Filij Gad: Sephon & Aggi & Esebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. Filij Aser: Iamna & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoq́ soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. Filij Rachel uxoris Iacob: Ioseph, & Beniamin. Natiq́ sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis He-
C liopoleos: Manasses, & Ephraim. Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. hi filij Rachel, quos genuit Iacob, omnes animæ quatuordecim. Filij Dan: Husim. Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Ieser & Sallem. hi filij Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob, omnes animæ, septem. Cunctæq́ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius absq́ uxoribus filiorum eius, sexagintasex. Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. Misit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph, ut nuntiaret ei, & ille occurreret in Gessen. Quò cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum: uidensq́ eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Di-
D xitq́ pater ad Ioseph: Iam lætus moriar, quia uidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. At ille loquutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendam, & nuntiabo Pharaoni, dicamq́ ei: Fratres mei & domus patris mei qui erant in terra Chanaan, uenerunt ad me: & sunt uiri pastores ouium, curamq́ habent alendorum gregum: pecora sua & armenta & omnia quæ habere potuerũt, adduxerunt secum. Cumq́ uocauerit uos, & dixerit: Quod est opus uestrum? Respõdebitis: Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra usq́

Iacob cum uniuersa familia in Aegyptum profectus quo modo à filio Ioseph exceptus sit

Exo. 1 a
Num. 26 a
1 Par. 5 a

Deut. 10 d

usq; in præsens,& nos & patres nostri. Hæc autem dicetis,ut habitare possitis in terra Gessen:quia detestantur Ægyptij omnes pastores ouium. CAP. XLVII

Familiæ Iacob terram Gessæ donat Pharao
Dira fame affligitur Aegyptus

INgressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni,dicens:Pater meus & fratres,oues eorum & armenta & cuncta quæ possident,uenerunt de terra Chanaan:& ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoq; fratrum suorum quinq; uiros statuit coram rege:quos ille interrogauit:Quid habetis operis? Responderunt:Pastores ouium sumus serui tui,& nos & patres nostri. Ad peregrinandum in terram tuam uenimus:quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum,ingrauescente fame in terra Chanaan:petimusq; ut esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaq; rex ad Ioseph:Pater tuus & fratres tui uenerunt ad te. Terra Ægypti in conspectu tuo est:in optimo loco fac habitare eos,& trade eis terram Gessen. Quòd si nosti in eis esse uiros industrios,constitue illos magistros pecorum meorum. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem,& statuit eum coram eo:qui benedicens illi, & interrogatus ab eo:Quot sunt dies annorum uitæ tuæ? Respondit:Dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorum sunt,parui & mali,& non peruenerunt usq; ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Ioseph uerò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco Ramesses,ut præceperat Pharao. Et alebat eos,omnemq; domum patris sui,præbens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat,& oppresserat fames terrã,maxime Ægypti & Chanaan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro uenditione frumenti,& intulit eam in ærarium regis. Cumq; defecisset emptoribus pretium,uenit cuncta Ægyptus ad Ioseph,dicens: Da nobis panes:quare morimur coram te,deficiente pecunia? Quibus ille respondit: Adducite pecora uestra,& dabo uobis pro eis cibos,si pretium non habetis. Quæ cũ adduxissent,dedit eis alimenta pro equis & ouibus & bobus & asinis:sustentauitq; eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoq; anno secundo,& dixerunt ei:Non celamus domino nostro,quòd deficiente pecunia,pecora simul defecerunt:nec clam te est quòd absq; corporibus & terra,nihil habeamus. Cur ergo morimur,te uidente? Et nos & terra nostra,tui erimus:eme nos in seruitutem regiam,& præbe semina,ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti uendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni,& cunctos populos eius à nouissimis terminis Ægypti usq; ad extremos fines eius:præter terram sacerdotum quę à rege tradita fuerat eis:quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur,& idcirco non sunt compulsi uendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos:En,ut cernitis,& uos & terram uestram Pharao possidet:accipite semina,& serite agros,ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis:quatuor reliquas permitto uobis in sementem,& in cibum familijs & liberis uestris. Qui respõderunt:Salus nostra in manu tua est:respiciat nos tantum dominus noster,& læti seruiemus regi. Ex eo tempore usq; in præsentem diem in uniuersa terra Ægypti,regibus quinta pars soluitur,& factum est quasi in legem:absq; terra sacerdotali,quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Ægypto,id est in terra Gessen,& possedit eam:auctusq; est & multiplicatus nimis. Et uixit in ea decem & septem annis:factiq; sunt omnes dies uitæ illius,centum quadragintaseptem annorum. Cumq; appropinquare cerneret diem mortis suæ,uocauit filium suum Ioseph,& dixit ad eum:Si inueni gratiam in conspectu tuo,pone manum tuam sub femore meo:& facies mihi misericordiam & ueritatem,ut non sepelias me in Ægypto,sed dormiam cum patribus meis,& auferas me de terra hac,condasq; in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph:Ego faciam quod iussisti. Et ille:Iura ergo,inquit,mihi. Quo iurante adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput. CAP. XLVIII

Iacob morbo correptus filijs Ioseph benedicit

HIs ita transactis nuntiatum est Ioseph quòd ægrotaret pater suus,qui assumptis duobus filijs Manasse & Ephraim,ire perrexit. Dictumq; est seni:Ecce filius tuus Ioseph uenit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph, ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan: benedixitq; mihi, & ait: Ego te

augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboq; tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij tui qui nati sunt tibi in terra Ægypti antequam huc uenirem ad te, mei erunt, Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, & nomine B fratrum suorum uocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim quando ueniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratq; uernum tempus: & ingrediebar Ephratham, & sepeliui eam iuxta uiam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem filios eius dixit ad eum, Qui sunt isti? Respondit, Filij mei sunt quos donauit mihi deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis. Oculi enim Israel caligauerant præ nimia senectute, & clarè uidere non poterat. Applicitosq; ad se, deosculatus & circumplexus eos, dixit ad Ioseph filium suum: non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi deus semen tuum. Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terram. Et posuit Ephraim ad dexterã suam id est ad sinistram Israel: C Manassen uero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris: applicuitq; ambos ad eum. Qui extẽdens manum dexteram, posuit super caput Ephraim iunioris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitq; Iacob Ioseph, & ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea usq; in præsentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Videns aũt Ioseph quod D posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrem, Non ita cõuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuã super caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos & multiplicabitur: sed frater eius iunior, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes. Benedixitq; eis in tempore illo, dicẽs, In te benedicetur Israel, atq; dicetur, Faciat tibi deus sicut Ephraim & sicut Manasse. Constituitq; Ephraim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filiũ suũ, En ego morior, & erit deus uobiscũ, reducetq; uos in terrã patrũ uestrorũ. Do tibi partẽ unã extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

CAP. XLIX

Iacob sub morte uocatis ad se filijs sua facta singulis prędixit

A VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis, Congregamini, ut annuntiem quæ uentura sunt uobis in diebus nouissimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principiũ doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascẽdisti cubile patris tui & maculasti stratum eius. Simeon & Leui fratres: uasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non ueniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderũt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Iuda te laudabũt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prędam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti ut leo & quasi leæna, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ue B niat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem o fili mi asinam suam. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in litore maris habitabit, & in statione nauium pertingens usq; ad Sidonẽ. Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiẽs. Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. Gad accinctus prę liabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius, & prębebit delicias regibus. Nephtali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens Ioseph,

filius accrescens & decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntq; illi habētes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt uincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotēs benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum & uuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius: donec ueniret desiderium collium æternorum. fiant in capite Ioseph & in uertice nazaræi inter fratres suos. Beniamin lupus rapax, mane comedet prędam, & uespere diuidet spolia. Omnes hi in tribubus Israel duodecim, hæc locutus est eis pater suus, benedixitq; singulis benedictionibus proprijs. Et præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi cōtra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abrahā cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierūt eum, & Saram uxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obijt: appositusq; est ad populum suum.

Phil. 3 a

Caput L

Ioseph parentis funus curat, fratribus ignoscit ac moritur

QVod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens deosculans eum. Præcepitq; seruis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies, iste quippe mos erat cadauerū conditorum. fleuit eum Ægyptus septuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conspectu uestro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quod pater meus adiurauerit me dicēs, En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitq; ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ Ægypti, domus Ioseph cum fratribus suis, absq; paruulis & gregibus, absq; armentis quæ dereliquerunt in terra Gessen. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. Venerūtq; ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem, ubi celebrantes exequias planctu magno atq; uehementi impleuerunt septem dies. Quod cum uidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, Planctus magnus est iste Ægyptijs. Et idcirco uocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: & portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionē sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. Reuersusq; est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timētes fratres eius, & mutuo colloquentes, Ne forte memor sit iniurię quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus ei: mandauerunt ei dicentes, Pater tuus præcepit nobis antequā moreretur, ut hæc tibi uerbis illius diceremus, Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atq; malitiæ quam exercuerunt in te. nos quoq; oramus ut seruis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui, & proni adorantes in terram, dixerunt. Serui tui sumus. Quibus ille respōdit, Nolite timere: num dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum, sed deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me sicut impręsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam uos & paruulos uestros. consolatusq; est eos, & blande ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: uixitq; centum decem annis. Et uidit Ephraim filios usq; ad tertiam generationem. Filij quoq; Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis, Post mortem meam deus uisitabit uos, & ascendere uos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob. Cūq; adiurasset eos, atq; dixisset, Deus uisitabit uos, asportate ossa mea uobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decem uitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

Supra 47 g

Acto. 7 b

Heb. 11. d

EXODVS
HEBRAICE
ואלה שמות

A HAEC SVNT NOMINA filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob: singuli cũ domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon & Beniamin, Dan & Nephthali, Gad & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum qui ingressi sunt, de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Ægypto erat. Quo mortuo, & universis fratribus eius, omniq́ cognatione sua, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram. B Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum: ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq́ nobis egrediatur è terra. Præposuit itaq́ eis magistros operum ut affligeret eos oneribus: ædificaueruntq́ urbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom & Ramesses. C Quantoq́ opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant: oderantq́ filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis & inuidentes. Atq́ ad amaritudinem perducebant uitam eorũ operibus duris luti & lateris, omniq́ famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræarum, quarum una uocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite illum: si fœmina, reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares. D Quibus accersitis ad se rex, ait: Quid nam est hoc quod facere uoluistis, ut pueros seruaretis? Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam: & prius quàm ueniamus ad eas, pariunt. Benè ergo fecit deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusq́ est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum, ædificauit illis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

Nouus Pharao filios Israel numero crescentes opprimi iubet

Act. 7. c

CAPVT II

A EGressus est post hæc uir de domo Leui: & accepit uxorem stirpis suæ: quæ concepit & peperit filium: & uidens eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumq́ iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq́ intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum uidisset fiscellã in papyrione, misit unam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensq́ in ea paruulum uagientem, miserta eius, ait: B De infantibus Hebræorum est hic. Cui soror pueri: Vis, inquit, ut uadam & uocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit: Vade. Perrexit puella, & uocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumq́ tradidit filię Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij, uocauitq́ nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquàm creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: uiditq́ afflictionem eorum, & uirum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. C Cumq́ circunspexisset huc atq́ illuc, & nullum adesse uidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq́ ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis constituit te principem & iudicem super nos? Num occidere me tu uis, sicut heri occidisti Aegyptium?

Mosis natiuitas, homicidiũ & cõiugium, filiorum Israel clamor ad deum

Timuit Moyses,& ait, Quomodo palàm factum est uerbum istud? Audiuitq; Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ uenerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitq; Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. Quæ cum reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas, Cur uelocius uenistis solito? Respõderunt, Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille: Vbi est, inquit? quare dimisistis hominem? uocate eum ut comedat panem. Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius uxorem: quæ peperit ei filium, quem uocauit Gersam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum uerò peperit, quem uocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum uerò temporis mortuus est rex Ægypti. Et ingemiscentes filij Israel, propter opera, uociferati sunt: ascenditq; clamor eorum ad deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigerat cum Abraham, Isaac & Iacob. Et respexit dominus filios Israel, & cognouit eos.

Exo.18 a

CAPVT III

Mosen deus ex rubo ardẽti instruit qua uia Israelitas liberet

MOyses autẽ pascebat oues Iethro soceri sui, sacerdotis Madian: cumq; minasset gregem ad interiora deserti, uenit ad montẽ dei Horeb. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & uidebat quòd rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyses: Vadam, & uidebo uisionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem dominus quòd pergeret ad uidendum, uocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. At ille: Ne appropies, inquit, huc: solue calciamẽtum de pedibus tuis. locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait, Ego sum deus patris tui, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra deum. Cui ait dominus, Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebusæi. Clamor ergo filiorum Israel uenit ad me: uidiq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur. Sed ueni, mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Ægypto. Dixitq; Moyses ad deum: Quis sum ego, ut uadam ad Pharaonẽ, & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis signum quòd miserim te: Cum eduxeris populum de Aegypto, immolabis deo super montẽ istum. Ait Moyses ad deum: Ecce ego uadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum uestrorum misit me ad uos. Si dixerint mihi: Quod est nomẽ eius? quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos. Dixitq; iterum deus ad Moysen: Hæc dices filijs Israel: Dominus deus patrum uestrorum, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, misit me ad uos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade, congrega seniores Israel, & dices ad eos, Dominus deus patrum uestrorum apparuit mihi, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, dicens: Visitans uisitaui uos: & uidi omnia quæ acciderunt uobis in Aegypto: & dixi ut educam uos de afflictione Aegypti in terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pheresæi & Heuæi & Iebusæi, ad terram fluentẽ lacte & melle. Et audient uocem tuam: ingredierisq; tu & seniores Israel ad regem Aegypti, & dices ad eum, Dominus deus Hebræorum uocauit nos: ibimus uiam trium dierum in solitudinem, ut immolemus domino deo nostro. Sed ego scio quòd non dimittet uos rex Aegypti ut eatis, nisi per manum ualidam. Extendamq; manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet uos. Daboq; gratiam populo huic coram Aegyptijs: & cùm egrediemini, non exibitis uacui, sed postulabit mulier à uicina sua & ab hospita sua uasa argentea & aurea ac uestes: ponetisq; eas super filios & filias

Mat.22 c
Mar.12 c
Luc.20 f

D B C D E F G

lias uestras,& spoliabitis Ægyptum.

CAPVT IIII

A RESpondens Moyses,ait:Non credét mihi,neq; audient uocem meam:sed dicent,Non apparuit tibi dominus.Dixit ergo ad eum:Quid est quod tenes in manu tua?Respondit:Virga.Dixitq; dominus:Proijce eam in terram. Proiecit,& uersa est in colubrum,ita ut fugeret Moyses.Dixitq; dominus:Extende manum tuam,& apprehēde caudam eius.Extendit & tenuit,uersaq; est in uirgam.Vt credāt,inquit,quòd apparuerit tibi dominus deus patrum suorum, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob.Dixitq; ei dominus rursum:

Deus Mosi munus suū recusanti animū addit & dexteritatem

B Mitte manum tuam in sinum tuum.Quam cum misisset in sinum,protulit leprosam instar niuis.Retrahe,ait,manum tuam in sinum tuum.Retraxit,& protulit iterum,& erat similis carni reliquæ.Si non crediderint,inquit,tibi:neq; audierint sermonem signi prioris,credent uerbo signi sequentis.Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint,neq; audierint uocem tuam:sume aquam fluminis,& effunde eam super aridam:& quicquid hauseris de fluuio,uertetur in sanguinem.Ait Moyses:Obsecro domine,non sum eloquens ab heri & nu-

Hier.1 a

C diustertius:& ex quo locutus es ad seruum tuum,impeditioris & tardioris linguæ sum.Dixit dominus ad eum:Quis fecit os hominis?aut quis fabricatus est mutū & surdum,uidentem & cæcum?Nōne ego?Perge igitur,& ego ero in ore tuo:doceboq; te quid loquaris.At ille:Obsecro domine,inquit,mitte quem missurus es.Iratus dominus in Moysen,ait:Aaron frater tuus leuites,scio quòd eloquens sit:ecce ipse egredietur in occursum tuum,uidensq; te,lætabitur corde.Loquere ad eum,& pone uerba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo,&

Act.9 b

D in ore illius:& ostendam uobis quid agere debeatis.Et ipse loquetur pro te ad populum,& erit os tuum:tu autem eris ei in his quæ ad deum pertinent.Virgam quoq; hāc sume in manu tua,in qua facturus es signa.Abijt Moyses,& reuersus est ad Iethro socerum suum: dixitq; ei:Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptū,& uideam si adhuc uiuant.Cui ait Iethro: Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian: Vade,& reuertere in Ægyptum:mortui sunt enim omnes qui quærebāt animam tuam.Tulit ergo Moyses uxo

E rem suam & filios suos,& imposuit eos super asinum:reuersusq; est in Ægyptum,portans uirgam dei in manu sua.Dixitq; ei dominus reuertenti in Ægyptum: Vide ut omnia ostenta quæ posui in manu tua,facias coram Pharaone:ego indurabo cor eius,& nō dimittet populum.Dicesq; ad eum:Hæc dicit dominus,filius meus primogenitus,Israel.Dixi tibi:Dimitte filium meum ut seruiat mihi:& noluisti dimittere eum,ecce ego interficiā filium tuum

F primogenitum.Cumq; esset in itinere,in diuersorio occurrit ei dominus,& uolebat occidere eum.Tulit ilicò Sephora acutissimam petram,& circuncidit præputium filij sui,tetigitq; pedes eius,& ait:Sponsus sanguinum tu mihi es.Et dimisit eum postquàm dixerat:Sponsus sanguinum tu mihi es: ob circuncisionem.Dixitq; dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum.Qui perrexit obuiam ei in montem dei,& osculatus est eum.Nar-

G rauitq; Moyses Aaron omnia uerba domini pro quibus miserat eum,& signa quæ mandauerat.Veneruntq; simul,& congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel.Locutusq; est Aaron omnia uerba quæ dixerat dominus ad Moysen:& fecit signa coram populo,& credidit populus.Audieruntq; quòd uisitasset dominus filios Israel,& quòd respexisset afflictionem illorum:& proni adorauerunt.

CAP. V

A POst hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit dominus deus Israel:Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.At ille respōdit:Quis est dominus,ut audiam uocem eius,& dimittam Israel?nescio dominum,& Israel nō dimittam.Dixerūt:Deus Hebræorum uocauit nos,ut eamus uiam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus domino deo nostro:ne fortè accidat nobis pestis aut gladius.Ait ad eos rex Ægypti:Quare Moyses & Aaron solicitatis populum ab operibus suis?ite ad onera uestra. Dixitq; Pharao:Multus est populus terræ:uidetis q; turba succreuerit:quāto magis si dede

Moyses & Aaron mādata dei exequūtur apud regem,sed frustra

B ritis eis requiem ab operibus?Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi,dicens:Nequaquam ultrà dabitis paleas populo ad conficiēdos lateres,sicut prius:sed ipsi uadant & colligant stipulas.Et mensuram laterum,quam prius faciebant,imponetis su-

per eos,nec minuetis quicquam:uacant enim,& idcirco uociferantur,dicentes:Eamus & sacrificemus deo nostro.Opprimantur operibus,& expleant ea: ut non acquiescant uerbis mendacibus. Igitur egressi præfecti operum & exactores,ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao:Non do uobis paleas. Ite,& colligite sicubi inuenire poteritis:nec minuetur quicquam de opere uestro.Dispersusq; est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas C paleas.Præfecti quoq; operum instabãt,dicentes:Complete opus uestrũ quotidie,ut prius facere solebatis quando dabãtur uobis paleæ.Flagellatiq; sunt qui præerant operibus filiorum Israel,ab exactoribus Pharaonis,dicentibus:Quare non impletis mensuram laterum sicut prius,nec heri nec hodie? Veneruntq; præpositi filiorum Israel,& uociferati sunt ad Pharaonem,dicentes:Cur ita agis contra seruos tuos?Paleæ non dantur nobis,& lateres similiter imperantur:en famuli tui flagellis cædimur,& iniustè agitur contra populũ tuum. Qui ait:Vacatis otio:& idcirco dicitis,Eamus & sacrificemus domino.Ite ergo,& operamini:paleæ non dabuntur uobis,& reddetis cõsuetum numerum laterum. Videbantq; se præ- D positi filiorum Israel in malum,eo quod diceretur eis:Non minuetur quicquã de lateribus per singulos dies. Occurreruntq; Moysi & Aaron,qui stabant ex aduerso, egredientes à Pharaone:& dixerunt ad eos, Videat dominus,& iudicet:quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius,& præbuistis ei gladium ut occideret nos. Reuersusq; Moyses ad dominum,ait:Domine,cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer ex nomine tuo,afflixit populum tuum:& non liberasti eos.

CAP. VI

Latius instruitur Moses à deo,& recensetur genealogia Israelitica

Dixit dominus ad Moysen: Nunc uidebis quæ facturus sum Pharaoni. Per manum A enim fortem dimittet eos,& in manu robusta eijciet illos de terra sua.Locutusq; est dominus ad Moysen,dicẽs:Ego dominus qui apparui Abraham,Isaac & Iacob in deo omnipotente:& nomen meum Adonai,non indicaui eis.Pepigiq; fœdus cum eis,ut darem illis terram Chanaan,terram peregrinationis eorum in qua fuerunt aduenæ.Ego audiui gemitum filiorum Israel,quo Ægyptij oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei. Ideo dic filijs Israel:Ego dominus qui educam uos de ergastulo Ægyptiorum,& eruam de seruitute eorum:ac redimam in brachio excelso & iudicijs magnis.Et assumã uos mihi in populum, & ero uester deus:& scietis quòd ego sum dominus deus uester,qui eduxerim uos de ergastulo Ægyptiorum:& induxerim uos in terrã,super quam leuaui manum meam ut darem B eam Abraham, Isaac & Iacob:daboq; illam possidendam uobis, ego dominus. Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel:qui non acquieuerũt ei,propter angustiam spiritus,& opus durissimum. Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens:Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti,ut dimittat filios Israel de terra sua.Respondit Moyses corã domino: Ecce,filij Israel non audiunt me:& quomodo audiet Pharao,præsertim cum incircuncisus sim labijs? Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron:& dedit mãdatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ægypti ut educerent filios Israel de terra Ægypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Rubẽ primogeniti Israelis:Henoch & Phallu,Hesron & Charmi.hæ cognationes Ruben. Filij Simeon:Iamuel & Iamin & Ahod & Iachin & So- C har & Saul filius Chananitidis. hæ progenies Simeon,Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas:Gerson & Caath & Merari.Anni autem uitę Leui fuerunt,centum triginta septem.Filij Gerson:Lobni & Semei, per cognationes suas. Filij Caath:Amram & Isaar & Hebron & Oziel.anni quoq; uitæ Caath, centum trigintatres. Filij Merari: Moholi & Musi.hæ cognationes Leui per familias suas. Accepit autem Amram uxorem Iochabed patruelem suam:quæ peperit ei Aaron & Moysen & Mariam.Fueruntq; anni uitæ Amrã, centum trigintaseptem.Filij quoq; Isaar:Core & Nepheg & Zechri.Filij quoq; Oziel:Misael & Elisaphan & Sethri.Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth filiam Aminadab,sororẽ Naason,quæ peperit ei Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar.Filij quoq; Core:Aser D & Elcana & Abiasaph.hæ sunt cognationes Coritarum.At uerò Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel,quæ peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leuiticarum

Num.26 g
1 Par.6 a

ticarum per cognationes suas. Iste est Aaron & Moyses quibus præcepit dominus, ut educerent filios Israel de terra Aegypti per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, ut educat filios Israel de Aegypto. Iste est Moyses & Aaron, in die qua locutus est dominus ad Moysen in terra Aegypti. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Ego dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi. Et ait Moyses coram domino: En incircuncisus labijs sum, quomodo audiet me Pharao?

CAPVT VII

A Dixitq; dominus ad Moysen: Ecce constitui te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus, erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet uos: immittamq; manum meam super Ægyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel de terra Ægypti per iudicia maxima. Et scient Ægyptij quia ego sum dominus qui extenderim manum meam super Ægyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaq; Moyses & Aaron sicut præceperat dominus: ita egerunt. Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octogintatrium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Dixitq; domi-

Moses & Aaron suis miraculis nihil efficiunt apud Pharaonem

B nus ad Moysen & Aaron: Cum dixerit uobis Pharao: Ostēdite signa: dices ad Aaron: Tolle uirgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac uertetur in colubrū. Ingressi itaq; Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerūt sicut præceperat dominus. Tulitq; Aaron uirgam coram Pharaone & seruis eius, quæ uersa est in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas & arcana quædam similiter. Proieceruntq; singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones: sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum. Induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat dominus. Dixit autem dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis, & non uult dimittere populum. Vade ad eum mane: ecce egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius

2 Tim. 3 b

C super ripam fluminis: & uirgam quæ conuersa est in draconem, tolles in manu tua, dicesq; ad eum: Dominus deus Hebræorum misit me ad te, dicens, Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto: & usq; ad præsens audire noluisti. Hæc igitur dicit dominus: In hoc scies quòd sim dominus: ecce percutiam uirga quæ in manu mea est, aquam fluminis, & uertetur in sanguinem. Pisces quoq; qui sunt in fluuio, morientur, & computrescēt aquæ, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis. Dixit quoq; dominus ad Moysen: Dic ad Aaron, Tolle uirgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios eorum & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut uertantur in sanguinem: & sit cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis uasis quàm in saxeis. Fecerunt itaq; Moyses & Aaron si-

Psal. 77 e

D cut præceperat dominus: & eleuans uirgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ uersa est in sanguinem. Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt: computruitq; fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota terra Aegypti. Feceruntq; similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis. & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat dominus. Auertitq; se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac uice. Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam ut biberent: non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq; sunt septem dies, postquàm percussit dominus fluuium.

CAP. VIII

A Dixit quoq; dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit dominus, Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domū tuam & cubiculum lectuli tui & super stratum tuū & in domos seruorū tuorum & in populū tuum & in furnos tuos & in reliquias ciborū tuorum, & ad te & ad populū tuum & ad omnes seruos tuos intrabūt ranæ. Dixitq; dn̄s ad Moysen: Dic ad Aaron, Extende manū tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super terram Ae-

Pharao plagis territus flectitur, quibus cessantib. mox redit ad ingenium

B gypti. Extendit Aaron manū super aquas Aegypti, & ascenderūt ranæ, operueruntq; terrā Aegypti. Fecerunt autē & malefici per incantationes suas similiter: eduxeruntq; ranas super

terram Ægypti. Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis: Orate dominum ut auferat ranas à me & à populo meo:& dimittam populum ut ſacrificet domino. Dixitq́ Moyſes ad Pharaonē: Conſtitue mihi quando deprecer pro te & pro ſeruis tuis & pro populo tuo, ut abigantur ranæ à te & à domo tua & à ſeruis tuis & à populo tuo, & tantum in flumine remaneant. Qui reſpondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, uerbum tuum faciam: ut ſcias C quoniam non eſt ſicut dominus deus noſter. Et recedent ranæ à te & à domo tua & à ſeruis tuis & à populo tuo:& tantum in flumine remanebunt. Egreſsiq́ ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone:& clamauit Moyſes ad dominum pro ſponſione ranarum quam cōdixerat Pharaoni. Fecitq́ dominus iuxta uerbum Moyſi:& mortuæ ſunt ranæ de domibus & de uillis & de agris. Congregaueruntq́ eas in immēſos aggeres, & computruit terra. Videns autem Pharao q̀ data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & non audiuit eos, ſicut præceperat dominus. Dixitq́ dominus ad Moyſen: Loquere ad Aaron: Extende uirgam tuam, & percute D puluerem terræ:& ſint ciniphes in uniuerſa terra Ægypti. Feceruntq́ ita. Et extendit Aaron manum, uirgam tenēs: percuſsitq́ puluerem terræ, & facti ſunt ciniphes in hominibus & iumentis: omnis puluis terræ uerſus eſt in ciniphes per totam terram Ægypti. Fecerūtq́ ſimiliter malefici incantationibus ſuis, ut educerent ciniphes, & non potuerunt: erantq́ ciniphes tam in hominibus quàm in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus dei eſt hoc. induratumq́ eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat dominus. Dixit quoq́ dominus ad Moyſen: Conſurge diluculo, & ſta corā Pharaone, egredietur enim ad E aquas:& dices ad eum: Hæc dicit dominus: Dimitte populū meum ut ſacrificet mihi. Quòd ſi non dimiſeris eum: ecce ego immittam in te & in ſeruos tuos & in populū tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum:& implebuntur omnes domus Ægyptiorum muſcis diuerſi generis, & uniuerſa terra in qua fuerint. Faciamq́ mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, ut non ſint ibi muſcæ: ut ſcias quoniam ego dominus in medio terræ. Ponamq́ diuiſionem inter populū meum, & populum tuum: cras erit ſignum iſtud. Fecitq́ dominus ita. Et uenit muſca grauiſsima in domos Pharaonis & ſeruorū eius, & in om- F nem terrā Ægypti: corruptaq́ eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitq́ Pharao Moyſen & Aarō, & ait eis: Ite & ſacrificate deo ueſtro in terra hac. Et ait Moyſes: Non poteſt ita fieri: abominationes enim Ægyptiorum immolabimus domino deo noſtro: q̀ ſi mactauerimus ea quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem:& ſacrificabimus domino deo noſtro, ſicut prȩcepit nobis. Dixitq́ Pharao: Ego dimittam uos ut ſacrificetis domino deo ueſtro in deſerto: uerumtamē longius ne G abeatis, rogate pro me. Et ait Moyſes: Egreſſus à te, orabo dominū:& recedet muſca à Pharaone & à ſeruis ſuis & à populo eius cras: uerūtamen noli ultrà fallere, ut non dimittas populum ſacrificare domino. Egreſſusq́ Moyſes à Pharaone, orauit dominū. Qui fecit iuxta uerbum illius:& abſtulit muſcas à Pharaone & à ſeruis ſuis & à populo eius: non ſuperfuit ne una quidē. Et ingrauatū eſt cor Pharaonis, ita ut ne hac quidē uice dimitteret populum.

CAP. IX

Grauioribus plagis ingruētibus Pharao promittit Iſraelitis dimiſſionem, nec tamen præſtat

Dixit autem dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Dimitte populum meum ut ſa- A crificet mihi. Quòd ſi adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos & aſinos & camelos & oues & boues peſtis ualde grauis. Et faciet dominus mirabile inter poſſeſſiones Iſrael & poſſeſſiones Ægyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitq́ dominus tēpus, dicens: Cras faciet dominus uerbum iſtud in terra. Fecit ergo dominus uerbū hoc altera die: mortuaq́ ſunt omnia animantia Ægyptiorum: de animalibus uerò filiorum Iſrael nihil omnino perijt. Et miſit Pharao ad uidendum. nec erat quicquam mortuum de his quæ poſſidebat Iſrael. Ingrauatumq́ eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. Et dixit dominus ad Moyſen & Aaron: Tollite B plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone. Sitq́ puluis ſuper omnem terram Ægypti: erunt enim in hominibus & iumentis ulcera, & ueſicæ turgentes in uniuerſa terra Ægypti. Tuleruntq́ cinerem de camino, & ſteterunt coram

Pharaone,& sparsit illum Moyses in cœlum:factaq; sunt ulcera uesicarum turgentium in
C hominibus & iumetis:nec poterant malefici stare coram Moyse propter ulcera quæ in illis
erant,& in omni terra Aegypti. Indurauitq; dominus cor Pharaonis:& non audiuit eos,
sicut locutus est dominus ad Moysen.Dixitq; dominus ad Moysen:Mane cōsurge,& sta
coram Pharaone,& dices ad eum: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Dimitte popu-
lum meum ut sacrificet mihi.Quia in hac uice mittam omnes plagas meas super cor tuum,
& super seruos tuos,& super populum tuum:ut scias quòd non sit similis mei in omni terra.
Nunc enim extendens manum meam percutiam te,& populum tuum peste, peribisq; de
D terra.Idcirco aūt posui te,ut ostendam in te fortitudinem meam,& narretur nomen meum *Rom.9 b*
in omni terra.Adhuc retines populum meum:& non uis dimittere eum.En pluam cras hac
ipsa hora grandinem multam nimis:qualis non fuit in Aegypto à die qua fundata est usq;
in præsens tempus.Mitte ergo iam nunc,& congrega iumenta tua,& omnia quæ habes in
agro:homines enim & iumenta & uniuersa quæ inuenta fuerint foris,nec congregata de
agris,cecideritq; super ea grando,morientur.Qui timuit uerbum domini de seruis Pharao-
nis,fecit confugere seruos suos & iumenta in domos:qui autem neglexit sermonem domi-
E ni,dimisit seruos suos & iumenta in agris.Et dixit dominus ad Moysen,Extende manum
tuam in cœlum,ut fiat grando in uniuersa terra Aegypti super homines & super iumenta &
super omnem herbam agri in terra Aegypti.Extenditq; Moyses uirgam in cœlum,& do-
minus dedit tonitrua & grandinem,ac discurrentia fulgura super terram:pluitq; dominus
grandinem super terram Aegypti.Et grando & ignis mista pariter ferebantur:tantæq; fuit
magnitudinis,quanta antè nunquam apparuit in uniuersa terra Aegypti,ex quo gens illa
condita est.Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris,ab ho-
F mine usq; ad iumentum:cunctamq; herbam agri percussit grando,& omne lignum regio-
nis confregit.Tantum in terra Gessen,ubi erant filij Israel,grando non cecidit.Misitq; Pha
rao,& uocauit Moysen & Aaron,dicens ad eos: Peccaui etiam nunc.Dominus,iustus:&
ego & populus meus,impij.Orate dominum,ut desinant tonitrua dei,& grando:ut dimit-
tam uos:& nequaquam hic ultrà maneatis.Ait Moyses:Cum egressus fuero de urbe,extē-
dam palmas meas ad dominum,& cessabunt tonitrua,& grando non erit:ut scias quia do- *Psal.77 c*
mini est terra.Noui autem quòd & tu & serui tui,necdum timeatis dominum deum.Linum *& 104 d*
G ergo & hordeum læsum est,eo quod hordeum esset uirens,& linum iam folliculos germi-
naret.Triticum autem & far non sunt læsa,quia serotina erant. Egressusq; Moyses à Pha-
raone ex urbe,tetendit manus ad dominū:& cessauerunt tonitrua & grando,nec ultrà stilla
uit pluuia super terram.Videns autem Pharao quòd cessasset pluuia & grando & tonitrua,
auxit peccatum:& ingrauatum est cor eius & seruorum illius,& induratum nimis,nec dimi-
sit filios Israel,sicut præceperat dominus per manum Moysi.

CAP. X

A ET dixit dominus ad Moysen:Ingredere ad Pharaonem:ego enim indurauí cor eius &
seruorum illius:ut faciam signa mea hæc in eo,& narres in auribus filij tui & nepotum
tuorum,quoties contriuerim Aegyptios,& signa mea fecerim in eis:& sciatis quia ego do-
minus.Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem,& dixerunt ei:Hæc dicit domi-
nus deus Hebræorum:Vsquequo non uis subijci mihi? dimitte populum meum, ut sacrifi-
cet mihi.Sin autem resistis,& non uis dimittere eum:ecce ego inducam cras locustam in fi-
nes tuos:quæ operiet superficiem terræ,ne quicquā eius appareat,sed comedatur quod resi
duum fuerit grandini.corrodet enim omnia ligna,quæ germinant in agris.Et implebunt do
B mos tuas,& seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum, quantam non uiderunt patres
tui & aui,ex quo orti sunt super terram,usq; in pręsentem diem.Auertitq; se,& egressus est
à Pharaone. Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum: Vsquequo patiemur hoc scanda-
lum? dimitte homines,ut sacrificent domino deo suo. Nónne uides quòd perierit Aegy-
ptus? Reuocaueruntq; Moysen & Aaron ad Pharaonem:qui dixit eis:Ite, sacrificate do-
mino deo uestro. Qui nam sunt qui ituri sunt? Ait Moyses: Cum paruulis nostris,& se-
nioribus pergemus, cum filijs & filiabus, cum ouibus & armentis. Est enim solennitas
domini

Ostentis alijs incitatus rex Mosi interdicit, ne unquā in suum prodeat cōspectū.

domini dei nostri. Et respõdit Pharao: Sic dominus sit uobiscum, quomodo ego dimittam C uos & paruulos uestros. Cui dubium est, quòd pessimè cogitetis? Non fiat ita, sed ite tãtum uiri, & sacrificate domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimq; eiecti sunt de conspectu Pharaonis. Dixit autem dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam, ut ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. Et extendit Moyses super terram Aegypti: & dominus induxit uentum urẽtem tota die illa & nocte: & mane facto, uentus urens leuauit locustas. Quæ ascenderunt super uniuersam terram Aegypti: & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt, nec postea futuræ sunt. Operueruntq; uniuersam superficiem terræ, uastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoq; omnino uirens relictum est in lignis & in herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quam ob rem festinus Pharao uocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in dominum deum uestrum, & in uos: sed nunc dimittite peccatum mihi, etiam hac uice: & rogate dominum deum uestrum, ut auferat à me mortem istam. Egressusq; est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit dominum. Qui flare fecit uentum ab occidente uehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum: non remansit nec una quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit autem dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cœlum: & sint tenebræ super terram Aegypti tam densæ, ut palpari queant. Extenditq; Moyses manum in cœlum: & factæ sunt tenebræ horribiles in uniuersa terra Aegypti tribus diebus. Nemo uidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: ubicunq; autem habitabant filij Israel, lux erat. Vocauitq; Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate domino: oues tantum uestræ & armenta remaneãt, paruuli uestri eant uobiscum. Ait Moyses. Hostias quoq; & holocausta dabis nobis, quæ offeramus domino deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt in cultum domini dei nostri: præsertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad Moysen: Recede à me: & caue ne ultrà uideas faciem meam. Quocunque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses: Ita fiat ut loquutus es: non uidebo ultrà faciem tuam.

Ioel. 14 (margin, at "raonis")

D E F G (margin letters)

CAPVT XI

Dominus iubet spoliare Aegyptios

A ET dixit dominus ad Moysen: Adhuc una plaga tangam Pharaonem & Aegyptum: & post hæc dimittet uos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, ut postulet uir ab amico suo, & mulier à uicina sua, uasa argentea & aurea. Dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. Fuitq; Moyses uir magnus ualde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo. Et ait: Hæc dicit dominus: B Media nocte egrediar in Aegyptum: & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, usque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. Eritq; clamor magnus in uniuersa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel, non C mutiet canis ab homine usque ad pecus: ut sciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios & Israel. Descendentq; omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi, post hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem dominus ad Moysen: Non audiet uos Pharao, ut multa signa D fiant in terra Aegypti. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone: & indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

CAPVT XII

Pascha instituitur, Aegypti primogenita ac thesauri intereũt, & Israelitæ expelluntur

A DIxit quoq; dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste, uobis principium mensiũ: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad uniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mẽsis huius tollat unusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, ut sufficere possit ad uescendum agnum: assumet uicinum suum, qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum

ad eſum agni. Erit autem agnus abſq; macula, maſculus anniculus: Iuxta quem ritum tolle/
tis & hœdum. Et ſeruabitis eum uſq; ad quartamdecimam diem mēſis huius, immolabitq;
B eum uniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad ueſperam. Et ſument de ſanguine eius, ac po/
nent ſuper utrunq; poſtem, & in ſuperliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et
edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes, cum lactucis agreſtibus. Non comede/
tis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tātum igni, caput cum pedibus eius &
inteſtinis uorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo uſq; mane. ſi quid reſiduum fuerit igne
comburetis. Sic autem comedetis illum, Renes ueſtros accingetis, & calceamenta ueſtra ha
bebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinantes: eſt enim phaſe,
id eſt tranſitus domini. Et tranſibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamq; omne pri/
mogenitum in terra Aegypti ab homine uſq; ad pecus: & in cūctis dijs Aegypti faciam iu/
dicia, ego dominus. Erit autem ſanguis uobis in ſignum in ædibus in quibus eritis, & uide/
bo ſanguinem, & tranſibo uos, nec erit in uobis plaga diſperdens quando percuſſero terrā
C Aegypti. Habebitis autem hunc diem in monimentum, & celebrabitis eam ſolennem do/
mino in generationibus ueſtris cultu ſempiterno. Septem diebus azyma comedetis, in die
primo non erit fermentum in domibus ueſtris: quicunq; comederit fermētatum, peribit a/
nima illa de Iſrael, à primo die uſq; ad diem ſeptimum. Dies prima erit ſancta atq; ſolennis,
& dies ſeptima eadē feſtiuitate uenerabilis, nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad ue
ſcendum pertinent. Et obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam exercitum ue/
ſtrum de terra Aegypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes ueſtras ritu perpetuo.
Primo menſe, quartadecima die menſis ad ueſperam comedetis azyma uſq; ad diem uiceſi
mam primam eiuſdem menſis ad ueſperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur
in domibus ueſtris, qui comederit fermentatū, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de ad/
D uenis quàm de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis, in cunctis habitaculis
ueſtris edetis azyma. Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorū Iſrael & dixit ad eos,
Ite tollētes animal per familias ueſtras, & immolate phaſe. Faſciculumq; hyſſopi tingite in
ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, & utrunq; poſtem: nullus ueſtrū
egrediatur oſtium domus ſuæ uſq; mane. Tranſibit enim dominus percutiens Aegyptios:
Cumq; uiderit ſanguinem in ſuperliminari & in utroq; poſte, tranſcendet oſtium domus, &
non ſinet percuſſorem ingredi domos ueſtras & lædere. Cuſtodi uerbum iſtud legitimum
tibi & filijs tuis uſq; in æternum. Cumq; introieritis terram quam dominus daturus eſt uo/
bis ut pollicitus eſt, obſeruabitis ceremonias iſtas. Et cum dixerint uobis filij ueſtri: Quæ eſt
iſta religio? dicetis eis, Victima trāſitus domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum
Iſrael in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatuſq; populus
adorauit. Et egreſſi filij Iſrael, fecerunt ſicut præceperat dominus Moyſi & Aaron. Factum
eſt autem in noctis medio, percuſſit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à pri/
mogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, uſq; ad primogenitum captiuæ quæ erat in
E carcere, & omne primogenitum iumētorum. Surrexitq; Pharao nocte & omnes ſerui eius,
cunctaq; Aegyptus, & ortus eſt clamor magnus in Aegypto, neq; enim erat domus in qua
non iaceret mortuus. Vocatiſq; Pharao, Moyſe & Aaron nocte, ait, Surgite egredimini à
populo meo, & uos & filij Iſrael, ite, & immolate domino ſicut dixiſtis. Oues ueſtras & ar/
menta aſſumite ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantq; Aegyptij populum
de terra exire uelociter, dicentes, omnes moriemur. Tulit igitur populus conſperſam farinā
antequam fermentaretur, & ligans in pallijs poſuit ſuper humeros ſuos. Feceruntq; filij Iſ/
rael ſicut præceperat dominus Moyſi, & petierunt ab Aegyptijs uaſa argentea & aurea, ue
F ſtemq; plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Aegyptijs ut commoda
rent eis, & ſpoliauerunt Aegyptios. Profectiq; ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth ſexcen
ta ferè millia peditum uirorum abſq; paruulis & mulieribus. Sed & uulgus promiſcuum in/
numerabile aſcendit cum eis, oues & armenta & animantia diuerſi generis multa nimis. Co/
xeruntq; farinam quam dudum de Aegypto conſperſam tulerant, & fecerunt ſubcineritios

Leuit. 23 d
Nume. 28 e

Sap. 18 b

panes

panes azymos:neq; enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptijs, & nullam facere ſinentibus moram:nec pulmẽti quicquam occurrerat præparare. Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſerunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra Aegypti. Nox iſta eſt obſeruabilis dñi, quando eduxit eos de terra Aegypti:hanc obſeruare debẽt dño omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron, Hæc eſt religio phaſe, Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. Quod ſi quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritq; ſicut indigena terræ. ſi quis autem circunciſus non fuerit, nõ ueſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud uos. Feceruntq; omnes filij Iſrael ſicut præceperat dominus Moyſi & Aarõ. Et eadẽ die eduxit dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

Numer.19.b *Ioan.19.f*

CAP. XIII

Primogenita deo ſacranda, & quõ Iſraelitas deus die noctuq; præceſſerit

LOcutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicẽs, Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit uuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus quàm de iumentis: mea ſunt enim omnia. Et ait Moyſes ad populum, Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Aegypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit uos dominus de loco iſto, ut non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini menſe nouarum frugum. Cumq; introduxerit te dominus in terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebuſæi, quam iurauit patribus tuis ut daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem ſacrorum menſe iſto. Septem diebus ueſceris azymis, & in die ſeptimo erit ſolennitas domini. Azyma comedetis ſeptem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Narrabiſq; filio tuo in die illo, dicens. Hoc eſt quod fecit mihi dominus quando egreſſus ſum de Aegypto. Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos: & ut lex domini ſemper ſit in ore tuo. in manu enim forti eduxit te dominus de Aegypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies. Cumq; introduxerit te dominus in terram Chananæi, ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: ſeparabis omne quod aperit uuluã domino, & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis, quicquid habueris maſculini ſexus, cõſecrabis domino. Primogenitum aſini mutabis oue. quod ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filijs tuis, pretio redimes. Cumq; interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid eſt hoc? reſpondebis ei, In manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nam cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito hominis, uſq; ad primogenitum iumentorum, idcirco immolo domino omne quod aperit uuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationem, ante oculos tuos, eo quod in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto. Igitur cum emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit deus per uiam terræ Philiſtiim quæ uicina eſt, reputans ne forte pœniteret eum, ſi uidiſſet aduerſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in Aegyptum. Sed circunduxit per uiam deſerti quæ eſt iuxta mare rubrum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti. Tulit quoq; Moyſes oſſa Ioſeph ſecum, eo quod adiuraſſet filios Iſrael, dicens, Viſitabit uos deus, efferte oſſa mea hinc uobiſcum. Profectiq; de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad oſtẽdendam uiam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux eſſet itineris utroq; tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem, coram populo.

Num.14.c *1.Cor.10.a*

CAP. XIIII

Pharaonen inſequentem Iſraelitas deus perdit

LOcutus eſt autem dominus ad Moyſen dicens, Loquere filijs Iſrael. Reuerſi caſtrametentur è regione Phihahiroth quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſephon, in cõſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. Dicturuſq; eſt Pharao ſuper filijs Iſrael, Coartati

tati sunt in terra,conclusit eos desertum.Et indurabo cor eius, ac persequetur uos,& glorifi/
B cabor in Pharaone & in omni exercitu eius:scientq; Aegyptij quia ego sum dominus.Fece
runtq; ita.Et nuntiatum est regi Aegyptiorũ quod fugisset populus: immutatumq; est cor
Pharaonis & seruorum eius super populum,& dixerunt,Quid uoluimus facere ut dimitte/
remus Israel,ne seruiret nobis?Iunxit ergo currum,& omnem populum suum assumpsit se
cum.Tulitq; sexcẽtos currus electos,& quicquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius
exercitus.Indurauitq; dominus cor Pharaonis regis Aegypti,& persecutus est filios Israel:
at illi egressi erãt in manu excelsa. Cumq; persequerentur Aegyptij uestigia præcedẽtium,
C repererunt eos in castris super mare,omnis equitatus & currus Pharaonis, & uniuersus ex/
ercitus erant in Phihahiroth contra Beelsephon.Cumq; appropinquasset Pharao, leuan/
tes filij Israel oculos,uiderunt Aegyptios post se, & timuerunt ualde,clamaueruntq; ad do
minum,& dixerunt ad Moysen,Forsitan non erant sepulchra in Aegypto,ideo tulisti nos,
ut moreremur in solitudine:quid hoc facere uoluisti,ut educeres nos ex Aegypto? Nonne
iste est sermo quem loquebamur ad te in Aegypto,dicentes, Recede à nobis ut seruiamus
Aegyptijs?multo enim melius erat seruire eis,q; mori in solitudine.Et ait Moyses ad popu
D lum,Nolite timere:state,& uidete magnalia domini quæ facturus est hodie: Aegyptios e/
nim quos nunc uidetis,nequaquam ultrà uidebitis usq; in sempiternum.Dominus pugna/
bit pro uobis,& uos tacebitis. Dixitq; dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? loquere
filijs Israel ut proficiscantur.Tu autem eleua uirgam tuam, & extende manum tuam super
mare,& diuide illud:ut gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indura/
bo cor Aegyptiorum ut persequantur uos:& glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu
eius,& in curribus & in equitibus illius.Et scient Aegyptij quia ego sum dominus:cum glo/
E rificatus fuero in Pharaone,& in curribus atq; in equitibus eius.Tollensq; se angelus domi
ni qui præcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis,priora di/ *Psal.140 d*
mittẽs post tergum.Stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel:& erat nubes tenebro/
sa & illuminans noctẽ,ita ut ad seinuicẽ toto noctis tempore accedere nõ ualerent. Cumq;
extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus, flante uento uehementi
& urente tota nocte,& uertit in siccum:diuisaq; est aqua. Et ingressi sunt filij Israel per me/
dium sicci maris:erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. Persequentesq; Ae/
F gyptij ingressi sunt post eos,& omnis equitatus Pharaõis,currus eius & equites per mediũ
maris.Iamq; aduenerat uigilia matutina,& ecce respiciens dominus super castra Aegyptio
rum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, *Sap.18 b*
ferebanturq; in profundum.Dixerunt ergo Aegyptij,Fugiamus Israelem: dominus enim
pugnat pro eis contra nos.At ait dominus ad Moysen,Extende manum tuam super mare
ut reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorũ. Cumq; extendisset Moy/
ses manum contra mare,reuersum est primo diluculo ad priorẽ locum: fugientibusq; Ae/
G gyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersæq; sunt a/
quæ,& operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis,qui sequentes ingresi fue
rant mare:nec unus quidem superfuit ex eis.Filij autem Israel perrexerunt per medium sic/
ci maris,& aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris:liberauitq; dominus in die
illa Israel de manu Aegyptiorum.Et uiderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & ma
num magnam quam exercuerat dominus contra eos: timuitq; populus dominum,& credi
derunt domino,& Moysi seruo eius.

CAP. XV

A TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc domino,& dixerunt.
Cantemus domino:gloriose enim magnificatus est,equũ & ascensorẽ deiecit in mare.
Fortitudo mea,& laus mea dominus,& factus est mihi in salutem.
Iste deus meus,& glorificabo eum, deus patris mei & exaltabo eum.
Dominus quasi uir pugnator,omnipotens nomen eius.
Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in
mari rubro.

Epiniciũ deo cantant Israe litæ.aquæ a/ maræ in Ma/ ra dulcescunt

Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua dn̄e magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos: misisti iram tuam quæ deorauit eos sicut stipulam. B

Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: stetit unda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, Persequebar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. C

Quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. D

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistĳm.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pauor: in magnitudine brachĳ tui fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. E

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine: sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum & ultrá.

Ingressus est enim eques, Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas maris: filĳ autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens, Cantemus domino: gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinē, & nō inueniebant aquā. Et uenerunt in Mara, nec poterāt bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ: unde & cōgruum loco nomen imposuit, uocans illum Mara, id est amaritudinē. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinē uersæ sunt. ibi cōstituit ei præcepta, atq; iudicia, & ibi tentauit eum, dicens, Si audieris uocē domini dei tui, & quod rectum est corā eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq; omnia præcepta illius: cunctum langorem quem posui in Aegypto, non inducam super te. ego enim sum dominus deus sanator tuus. Venerunt autē in Elim filĳ Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas. CAP. XVI F G

Iud. 5 c *Eccl. 38 a*

Populus Israel inedia cōcitatus dū obloquitur Mosi, celitus manna & coturnicibus pascitur

Profectiq; sunt de Elim, & uenit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel cōtra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntq; filĳ Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panē in saturitate, cur induxistis nos in desertū istud, ut occideretis omnē multitudinem fame? Dixit aūt dominus ad Moysen, Ecce ego pluā uobis panes de cœlo: egrediatur populus & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non. Die aūt sexto parēt quod inferant: & sit duplum q̄ colligere solebāt per singulos dies. Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel, Vespere scietis quod dn̄s eduxerit uos de terra Aegypti. Et mane uidebitis gloriā domini: audiuit enim murmur uestrum cōtra dominum: A B

nos uero quid ſumus, quia muſsitaſtis contra nos? Et ait Moyſes, Dabit uobis dominus ueſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo quod audierit murmuratiões ueſtras, quibus murmurati eſtis contra eum. nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur ueſtrum, ſed contra dominum. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron, Dic uniuerſæ congregationi filiorum Iſrael, Accedite coram domino: audiuit enim murmur ueſtrum. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinem: & ecce gloria do C mini apparuit in nube. Locutus eſt autem dominus ad Moyſen, dicens, Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos, Veſpere comedetis carnes, & manè ſaturabimini panibus: ſcietisq; quod ego ſum dominus deus ueſter. Factum eſt ergo ueſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra: manè quoq; ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cumq; operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cum uidiſſent filij Iſrael, dixerunt ad inuicem, Man hu? quod ſignificat, Quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes, Iſte eſt pa D nis quem dominus dedit ad ueſcendum. Hic eſt ſermo quem præcepit dominus, Colligat unuſquiſq; ex eo quantum ſufficit ad ueſcendum: gomor per ſingula capita, iuxta numerũ animarum ueſtrarum, quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. Feceruntq; ita filij Iſrael, & collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſuram gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, cõgregauerunt. Dixitq; Moyſes ad eos, Nullus relinquat ex eo in manè. Qui nõ audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eo uſq; manè, & ſcatere cœpit uermibus, atq; cõ E putruit. Et iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebant autem manè ſinguli, quantum ſufficere poterat ad ueſcendum: cumq; incaluiſſet ſol, liquefiebat. In die autem ſexta collegerũt cibos duplices, in eſt duo gomor per ſingulos homines: uenerunt aũt omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis, Hoc eſt quod locutus eſt dominus: requies ſabbathi ſanctificata eſt domino cras. quodcunq; operandum eſt facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid autẽ reliquum fuerit, reponite uſq; in manè. Feceruntq; ita ut præceperat Moyſes, & non cõputruit, neq; uermis inuentus eſt in eo. Dixitq; Moyſes, Comedite illud F hodie, quia ſabbathum eſt domino: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbathum eſt, idcirco non inuenietur. Venitq; ſeptima dies: & egreſsi de populo ut colligerent, non inuenerunt. Dixit autem dominus ad Moyſen, Vſq; quo nõ uultis cuſtodire mandata mea, & legẽ meam? Videte quod dominus dederit uobis ſabbathum, & propter hoc die ſexta tribuit uobis cibos duplices: maneat unuſquiſq; apud ſemet ipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbatizauit populus die ſeptimo. Appellauitq; domus Iſrael nomen eius Man: quod erat quaſi ſemen coriãdri, album guſtusq; G eius quaſi ſimilæ cum melle. Dixit autem Moyſes, Iſte eſt ſermo quem præcepit dominus, Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retrò generationes: ut nouerint panem quo aliui uos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti. Dixitq; Moyſes ad Aaron, Sume uas unum, & mitte ibi man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram domino ad ſeruandum in generationes ueſtras, ſicut præcepit dominus Moyſi. Poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. Filij autem Iſrael comederũt man quadraginta annis: donec uenirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt, uſq; quo tangerent fines terræ Chanaan. Gomor autem decima pars eſt ephi.

Pſalm. 77 c *Sap. 16 c* *Ioan. 6 d* *2. Cor. 8 d*

CAP. XVII

Aqua petræ refocillati Iſraelitæ cũ Amalecitis arma conferunt

A IGitur profecta omnis multitudo filiorũ Iſrael de deſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonẽ domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, ubi nõ erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moyſen, ait, Da nobis aquam ut bibamus. Quibus reſpondit Moyſes, Quid iurgamini contra me? cur tentatis dominũ? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmurauit cõtra Moyſen, dicens, Cur feciſti nos exire de Aegypto, ut occideres nos, & liberos noſtros, ac iumẽta ſiti? Clamauit autem Moyſes ad dominum, dicens, Quid faciam populo huic? adhuc paululum & lapidabit me. Et ait dominus ad Moyſen, Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael: & uirgam qua percuſsiſti fluuium, tolle in

manu tua & uade. En ego stabo coram te, ibi supra petram Horeb: percutiesq; petram, & B exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Et uocauit nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt dominum, dicentes, Est ne dominus in nobis, an non? Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitq; Moyses ad Iosue, Elige uiros, & egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in uertice collis, habens uirgam dei in manu mea. Fecit Iosue ut locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem & Aaron, & Hur ascenderunt super C uerticem collis. Cumq; leuaret Moyses manus, uincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Et factum est ut manus ipsius non lassarentur, usq; ad occasum solis. Fugauitq; D Iosue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad Moysen. Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec sub cœlo. Aedificauitq; Moyses altare: & uocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens, Quia manus solij domini, & bellum domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

Iudith. 4 d

CAP. XVIII

Iethro Mosen generum inuisit, suadetq; ut sui oneris partem in cōmilitones reijciat

CVmq; audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat deus A Moysi, & Israeli populo suo, quod eduxisset dn̄s Israel de Aegypto: tulit Sephorā uxorem Moysi quā remiserat: & duos filios eius, quorū unus uocabatur Gersam, dicēte patre, Aduena fui in terra aliena. alter uero Eliezer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaōis. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius & uxor eius ad Moysen in desertū, ubi erat castrametatus iuxta mōtē dei. Et mādauit Moysi dicēs. Ego Iethro cognatus tuus uenio ad te, & uxor tua, & duo filij tui cū ea. Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutauerūtq; se mutuò uerbis pacificis. Cumq; intrassent tabernaculū, narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat dn̄s Pharaoni & B Aegyptijs propter Israel: uniuersumq; laborē qui accidisset eis in itinere, & quod liberauerat eos dominus. Lætatusq; est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israeli eo quod eruisset eum de manu Ægyptiorum, & ait, Benedictus dominus qui liberauit uos de manu Aegyptiorū, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dn̄s super omnes deos, eo quod superbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias deo: ueneruntq; Aaron & omnes seniores filiorū Israel, ut comederent panem cum eo coram deo. Altera autem die sedit Moyses ut iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane usq; ad uesperam. Quod cum uidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait, Quid est quod facis in C plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane usq; ad uesperā? Cui respōdit Moyses, Venit ad me populus quærens sententiam dei. Cumq; acciderit eis aliqua disceptatio, ueniunt ad me ut iudicem inter eos, & ostendam præcepta dei, & leges eius. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecū est: ultra uires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi uerba mea atq; consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad deum pertinent, ut referas quæ dicuntur, ad eum: ostendasq; populo ceremonias & ritum colendi, uiamq; per quam ingredi debeāt, & opus quod facere debeant. Prouide aūt de omni plebe uiros potentes & timē- D tes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit: referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusq; sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat. Et electis uiris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicabant plebem domini omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo

Deut. 1 b

modo iudicantes. Dimisitq; cognatum suum: qui reuersus abijt in terram suam. CAP. XIX

A Mense tertio egressionis filiorũ Israel de terra Aegypti, in die hac uenerunt in solitudinem Sinai. Nã profecti de Raphidim, & peruenientes usq; in desertum Sinai, castrametati sunt in eodẽ loco, ibiq; Israel fixit tentoria e regione mõtis. Moyses autẽ ascendit ad deũ: uocauitq; eum dñs de monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annũciabis filijs Israel, Vos ipsi uidistis quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim uos super alas aquilarũ, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis uocẽ meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. Et uos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. hæc sunt uerba quæ loqueris ad filios Israel. Venit Moyses & cõ-

Tertio mense ad mõtẽ sinai perueniũt, illic multa deus profert Mosi, quæ ipse dehinc populo promulgat

B uocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat dñs. Responditq; omnis populus simul, cuncta quæ locutus est dominus, faciemus. Cumq; retulisset Moyses uerba populi ad dñm, ait ei dominus, Iam nunc ueniã ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyses uerba populi ad dominum. Qui dixit ei, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauentq; uestimenta sua. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet dominus coram omni plebe super montem Sinai. Constituesq; terminos populo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit

C montem, morte morietur. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut cõfodietur iaculis: siue iumentum fuerit siue homo, nõ uiuet. cum cœperit clangere buccina, tunc ascendant in montẽ. Descenditq; Moyses de mõte ad populum, & sanctificauit eum. Cũq; lauissent uestimenta sua, ait ad eos. Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus uestris. Iamq; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ uehementius perstrepebat: & timuit omnis populus qui erat in castris. Cũq; eduxisset eos Moyses in occursum dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autẽ mons Sinai

Hebr. 12 e

Deut. 4 b

D fumabat: eo quod descendisset dominus deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: eratq; omnis mons terribilis. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & deus respõdebat ei. Descenditq; dominus super montẽ Sinai in ipso montis uertice, & uocauit Moysen in cacumẽ eius. Quò cum ascẽdisset, dixit ad eum, Descende, & contestare populum: ne fortè uelit transcendere terminos ad uidendum dominũ, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad dñm, sanctificentur ne percutiat eos. Dixitq; Moyses ad dñm, Nõ poterit uulgus ascendere in montẽ Sinai: tu enim testificatus es & iussisti, dicens, Pone terminos circa mõtem, & sanctifica illũ. Cui ait dñs, Vade, descende: ascẽdesq; tu & Aaron tecum: sacerdotes aũt & populus non transeant terminos, nec ascendant ad dñm, ne fortè interficiat illos. Descenditq; Moyses ad populum, & omnia narrauit eis. CAP. XX

A Locutusq; est deus cunctos sermones hos: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Nõ facies tibi sculptile: neq; omnẽ similitudinẽ quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neq; coles: ego sum dñs deus tuus fortis zelotes, uisitãs iniquitatẽ patrum in filios, in tertiam & quartã generationẽ eorũ qui oderunt me, & faciens misericordiã in milia his qui diligũt me, & custodiunt pręcepta mea. Nõ

Legũ tabulas binas tradit Mosi deus

B assumes nomen dñi dei tui in uanum. nec enim habebit insontem dñs eum qui assumpserit nomen dñi dei sui frustra. Memẽto ut diem sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo aũt die sabbathũ dñi dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentũ tuum & aduena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit dñs cœlum & terrã & mare, & omnia quæ in eis sunt: & requieuit die septimo, idcirco benedixit dominus diei sabbathi, & sanctificauit eũ. Honora patrem tuum & matrẽ tuam, ut sis lõgæuus super terrã quam dominus deus tuus dabit

C tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum

tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces domũ proximi tui. Nec deſyderabis uxorem eius, non ſeruum, non ancillã, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Cunctus aũt populus uidebat uoces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq́ fumantẽ: & perterriti ac pauore cõcuſſi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: ut enim probaret uos uenit deus, & ut terror illius eſſet in uobis, & non peccaretis. Stetitq́ populus delonge. Moyſes aũt acceſsit ad caliginem in qua erat deus. Dixit præterea dominus ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſrael, Vos uidiſtis quod de cœlo locutus ſim uobis. Non facietis mecũ deos argenteos, nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica ueſtra, oues ueſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: ueniam ad te, & benedicam tibi. Quod ſi altare lapideum feceris mihi, nõ ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum tuũ ſuper eum, polluetur. Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. CAP. XXI

Deu.27 a
Ioſue 8 f

HAec ſunt iudicia quæ propones eis. Si emeris ſeruũ Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi. in ſeptimo egredietur liber gratis. Cum quali ueſte intrauerit, cũ tali exeat. ſi habens uxorẽ: & uxor egredietur ſimul. Sin aũt dominus dederit illi uxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini ſui, ipſe uerò exibit cũ ueſtitu ſuo. Quod ſi dixerit ſeruus, Diligo dominũ meũ & uxorẽ ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs. & applicabitur ad oſtiũ & poſtes perforabitq́ aurẽ eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculũ. Si quis uendiderit filiam ſuã in famulam, nõ egredietur ſicut ancillæ exire cõſueuerunt. Si diſplicuerit oculis dñi ſui, cui tradita fuerit, dimittet eã: populo aũt alieno uendendi non habebit poteſtatẽ, ſi ſpreuerit eam. Sin autẽ filio ſuo deſponderit eã, iuxta morẽ filiarũ faciet illi. Quod ſi alterã ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & ueſtimenta, & precium pudicitiæ non negabit. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis abſq́ pecunia. Qui percuſſerit hominem uolens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed deus illum tradidit in manus eius: conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab altari meo auelles eum ut moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & uendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo uel matri, morte moriatur. Si rixati fuerint uiri, & percuſſerit alter proximũ ſuum lapide uel pugno, & ille mortuus nõ fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuũ, innocẽs erit qui percuſſerit, ita tamen ut operas eius, & impẽſas in medicos, reſtituat. Qui percuſſerit ſeruũ ſuũ, uel ancillã uirga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin autem uno die uel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint uiri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa uixerit: ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtiõe, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore. Si percuſſerit quiſpiã oculum ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq́ ſi excuſſerit ſeruo uel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit uirum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur & non comedentur carnes eius, dominus quoq́ bouis innocẽs erit. Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum, occideritq́ uirum aut mulierem: bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident. Quod ſi pretium fuerit ei impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. Filium quoq́ & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententię ſubiacebit. Si ſeruum ancillamq́ inuaſerit, triginta ſiclos argẽti domino dabit, bos uero lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit ciſternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritq́ bos aut aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium iumentorum: quod aũt mortuum eſt, ipſius erit. Si bos alienus bouem alterius uulnerauerit, & ille mortuus fuerit: uendet bouem uiuum, & diuident

Traditur hic & aliæ leges
Leuit. 24 c
Matth. 5 f
Leuit. 24 d
Deut. 19. d

D A B C D E F G

diuident pretium,cadauer autem mortui inter se dispertient. Si autē sciebat quod bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue,& cadauer integrum accipiet.

CAP. XXII

A SI quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit,uel uēdiderit:quinq; boues pro uno boue restituet,& quatuor oues pro una oue. Si effringens fur domum siue effodiēs fuerit inuentus,& accepto uulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit,homicidium perpetrauit,& ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat,ipse uenundabitur. si inuentum fuerit apud eum quod furatus est,uiuens,siue bos,siue asinus,siue ouis:duplum restituet. Si læserit quispiam agrum uel uineam:& dimiserit iumentū suum ut depascatur aliena: quicquid optimū habuerit in agro suo uel in uinea, pro damni æstimatiōe restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas,& cōprehenderit aceruos B frugum,siue stātes segetes in agris:reddet damnū qui ignē succenderit. Si quis cōmendauerit amico pecuniā aut uas in custodiā:& ab eo qui susceperat,furto ablata fuerint:si inuenitur fur duplū reddet:si latet fur,dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quod nō extēderit manū in rem proximi sui,ad perpetrandā fraudem tam in boue q̃ in asino, & oue ac uestimento, & quicquid dāni inferre potest:ad deos utriusq; causa perueniet: & si illi iudicauerint,duplū restituet proximo suo. Si quis cōmendauerit proximo suo asinum,bouem,ouem,& omne iumentum ad custodiā,& mortuū fuerit aut debilitatum, uel captum ab hostibus,nullusq; hoc uiderit,iusiurandum erit in medio quod non extenderit manum ad rem proximi sui:suscipietq; dominus iuramentum,& ille reddere non cogetur. Quod si C furto ablatū fuerit,restituet damnum domino. Si comestū à bestia, deferat ad eum quod occisum est,& nō restituet. Qui à proximo suo quicquid horum mutuò postulauerit,& debilitatum aut mortuum fuerit,domino non præsente:reddere compelletur. Quod si impręsentiarum dominus fuerit,non restituet, maxime si conductū uenerat pro mercede operis sui. Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam & habebit eam uxorē. Si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere consueuerunt. Maleficas non patieris uiuere. Qui coierit cum iumēto,morte moriatur. Qui immolat dijs,occidetur,præterquam domino soli. Aduenam non contristabis,neq; affliges eum:aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduæ & pu D pillo nō nocebitis. Si læseritis eos,uociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamq; uos gladio, & erunt uxores uestræ uiduæ,& filij uestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor,nec usuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis uestimentum,ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat:si clamauerit ad me,exaudiam eum,quia misericors sum. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere:primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoqu e,& ouibus similiter facies:septem diebus sit cum matre sua,die octaua reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi: carnem quæ à bestijs fuerit prægustata, non comedetis,sed proijcietis canibus.

Pœnæ furti, damni, depositi, cōmodati & aliorum

Gen.31 f

Acto.23 a

CAP: XXII

A NOn suscipies uocem mendacij:nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciēdum malum. nec in iudicio, plurimorū acquiesces sententiæ,ut à uero deuies. Pauperis quoq; nō misereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui,aut asino errāti,reduc ad eum. Si uideris asinū odientis te,iacere sub onere, non pertrāsibis,sed subleuabis cum eo. Non declinabis in iudicium pauperis. Mendaciū fugies. Insontem & iustum non occides,quia auersor impium. Nec accipies munera,quæ etiā excęcant prudētes,& subuertunt uerba iustorū. Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas:quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sex annis seminabis terram tuam & cōgregabis fruges eius. Anno aūt septimo dimittes eam,& requiescere facies,ut co B medant pauperes populi tui:& quicquid reliquum fuerit edāt bestię agri. ita facies in uinea,

Et hic uariæ leges ferūtur

Deut.22 a

Deut.16 d Eccl.20 d

& in oliueto tuo. Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, ut requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia quæ dixi uobis, custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neq; audietur ex ore uestro. Tribus uicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solẽnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi tempore mensis nouorum, quando egressus es de Aegypto: non apparebis in conspectu meo uacuus. Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunq; seminaueris in agro: solennitatem quoq; in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro, Ter in anno apparebit omne masculinum tuum corã domino deo. Nõ immolabis super fermento sanguinẽ uictimæ meæ, nec remanebit adeps solẽnitatis meæ usq; manè. Primitias frugũ terræ tuæ deferes in domũ domini dei tui: nec coques hœdum in lacte matris suæ. Ecce ego mittã angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in uia, & introducat in locum quẽ præparaui. Obserua eum, & audi uocẽ eius, non contemnendũ putes: quia non dimittet cũ peccaueritis, & est nomen meũ in illo. Quod si audieris uocẽ eius, & feceris omnia quę loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te. Præcedetq; te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæũ, & Hethæum, & Pherezæũ, Chananæũq;, & Heuæum & Iebusæũ, quos ego conterã. Non adorabis deos eorũ, nec coles eos: nõ facies opera eorum, sed destrues eos: & cõfringes statuas eorum. Seruietisq; domino deo uestro, ut benedicã panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infœcũda, nec sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cũctorumq; inimicorum tuorum coram te terga uertam, emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæũ, & Chananæum, & Hethæum, antequã introeas. Non eijciam eos à facie tua anno uno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestię. Paulatim expellam eos de conspectu tuo donec augearis, & possideas terram. Ponam autem terminos tuos à mari rubro usq; ad mare Palæstinorum, & à deserto usq; ad fluuium: tradam in manibus uestris habitatores terrę, & eijciam eos de conspectu uestro. Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris dijs eorum: quod tibi certe erit in scandalum.

C D E F G (marginal letters)

Deut. 7 c

CAP. XXIIII

ἀνακεφαλαίωσις capitis 19. Et de libro ac sanguine fœderis

MOysi quoq; dixit, Ascende ad dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. Solusq; Moyses ascẽdet ad dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia uerba domini, atq; iudicia: respõditq; cũctus populus una uoce, Omnia uerba domini, quæ locutus est faciemus. Scripsit aũt Moyses uniuersos sermones dñi: & mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitq; iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntq; uictimas pacificas domino, uitulos. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensq; uolumen fœderis, legit audiente populo qui dixerunt, Omnia quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes. Ille uerò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus uobiscũ super cunctis sermonibus his. Ascenderuntq; Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: & uiderunt deum Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam: uideruntq; deum, & comederunt ac biberunt. Dixit autem dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, & legẽ, ac mandata quæ scripsi, ut doceas eos. Surrexerũt Moyses, & Iosue minister eius, ascendensq; Moyses in montẽ dei, senioribus ait, Expectate hic donec reuertamur ad uos. habetis Aaron & Hur uobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die uocauit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ domini, quasi ignis ardens super uerticem montis in

A B C D (marginal letters)

Heb. 9 e

conspectu

conspectu filiorum Israel. Ingressusq; Moyses medium nebulæ, ascēdit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. CAP. XXV

Sanctuarium & eius supellectilē sibi confici iubet deus

A LOcutusq; est dominus ad Moysen dicens, Loquere filijs Israel, ut tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, Aurum, & argentum, & æs, hyacinthum & purpuram, coccúmque bis tinctum & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pellesq; ianthinas, & ligna setim. oleum ad luminaria cōcinnanda, aromata in unguentū, & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, & gēmas ad ornandū Ephod, ac rationale. Facientq; mihi sanctuariū, & habitabo in medio eorū: iuxta omnē similitudinē tabernaculi quod ostendā tibi, & omnium uasorū in cultum eius, sicq; facietis illud. Arcā de lignis setim cōpingite, cuius lōgitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitū & dimidiū, altitudo cubitū similiter ac semissem. Et deaurabis eā auro mundissimo intus & foris: faciesq; supra coronā aureā per circuitū: & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. duo circuli sint in latere uno, & duo in altero. Facies quoq; uectes de lignis setim, & operies eos auro. Inducesq; per circulos qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec unquā extrahentur ab eis. Ponesq; in arca testificationē quam dabo tibi. Facies & propiciatorium de auro mūdissimo: duos cubitos & dimidiū tenebit lōgitudo eius, & cubitū ac semissem latitudo. Duos quoq; cherubim aureos & productiles facies ex utraq; parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Vtrunq; latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operiētes oraculū, respiciātq; se mutuò uersis uultibus in propitiatoriū quo operiēda est arca, in qua pones testimoniū quod dabo tibi. Inde præcipiā, & loquar ad te supra propitiatoriū, ac de medio duorū cherubim, qui erunt super arcā testimonij: cunctaq; mandabo per te filijs Israel. Facies & mensam de lignis setim, habentē duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitū ac semissem, Et inaurabis eā auro purissimo: faciesq; illi labiū aureum per circuitū, & ipsi labio coronā interrasilē altam quatuor digitis: & super illam, alterā coronam aureolam. Quatuor quoq; circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mēsæ per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mitttatur uectes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoq; uectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendam mensam. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in cōspectu meo semper. Facies & cādelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæq; simul & lilia. Et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq; simul & lilia. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæq; per singulos, & lilia. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili uno. Et sphęrulę igitur & calami ex ipso erunt, uniuersa ductilia de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso. Emunctoria quoq;, & ubi quæ emuncta sunt extinguātur, fiāt auro purissimo. Omne pōdus candelabri cum uniuersis uasis suis habebit talētum auri purissimi. Inspice, & fac secundum exēplar quod tibi in monte monstratum est. CAP. XXVI

3. Reg. 6 d

Heb. 8 b
Acto. 7 f

Tabernaculi eiusq; partiū descriptio

A TAbernaculum uerò ita fiet: decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, uariatas opere plumario facies. Lōgitudo cortinę unius habebit uiginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorū erit. Vnius mensuræ fient uniuersa tentoria. Quinq; cortinæ sibi iungētur mutuò, & alię quinq; nexu simili cohęrebūt. Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarū, ut possint inuicē copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraq; parte, ita insertas, ut ansa cōtra ansam ueniat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarū uela iungēda sunt, ut unū tabernaculū fiat. Facies & saga cilicina undecim, ad operiēdū tectū tabernaculi

Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos,& latitudo quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium.E quibus quinque iuges seorsum,& sex sibi mutuò copulabis,ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut coniungi cum altero queat:& quinquaginta ansas in ora sagi alterius,ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est unum sagum quod C amplius est,ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. Et cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine utrunque latus tabernaculi protegens.Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem.In lateribus tabulæ,duæ incastraturæ fient,quibus tabula alteri tabulæ connectatur,atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. Quarum uiginti erunt in latere meridiano quod uergit ad austrum. Quibus quadraginta bases argenteas fundes,ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur.In latere quoque secundi tabernaculi quod uergit ad aquilonem,uiginti tabulæ erunt,quadraginta habentes bases argenteas.binæ bases singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem uerò plagam tabernaculi facies sex tabulas,& rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque sibi E coniunctæ à deorsum usque sursum,& una omnes compago retinebit.Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt,similis iunctura seruabitur.Et erunt simul tabulæ octo,bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies & uectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas à summo usque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos F per quos uectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est.Facies & uelum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario & pulchra uarietate contextum: quod appendes ante quatuor colūnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt,& habebunt capita aurea,sed bases argenteas.Inferetur autem uelum per circulos,intra quod pones arcam testimonij,quo & sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & G propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum: mensamque extra uelum:& cōtra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mēsa enim stabit in parte Aquilonis.Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho,& purpura, coccoque bis tincto,& bysso retorta opere plumarij. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim,ante quas ducetur tentorium,quarum erunt capita aurea & bases æneæ. CAP. XXVII

Et hic tabernaculi quædā partes ac altare deliniātur

FAcies & altare de lignis setim,quod habebit quinque cubitos in longitudine,& totidem A in latitudine,id est in quadrum,& tres cubitos in altitudine. Cornua autē per quatuor angulos ex ipso erunt:& operies illud ære.Faciesque in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres,& forcipes atque fuscinulas,& ignium receptacula.omnia uasa,ex ære fabricabis.Craticulamque in modū retis æneam:per cuius quatuor angulos erūt quatuor annuli ænei,quos pones subter arulā altaris.eritque craticula usque ad altaris medium. Facies & uectes altaris de lignis setim duos,quos operies laminis ęneis:& induces per circulos,eruntque ex utroque latere altaris ad portandū.Non solidū, sed inane & cauum intrinsecus facies illud,sicut tibi in mō B te monstratū est.Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga cōtra meridiem erunt tentoria de bysso retorta.Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine,& columnas uiginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum,columnæ uiginti,& bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. In latitudine uero atrij quod respicit ad occidentē erunt tētoria per quinquaginta cubitos,& columnę decem,basesque totidem.In ea quoque atrij latitudine quæ respicit ad orientem,quinquagin C ta cu

ta cu

ta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnæq; tres & bases totidem: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres & bases totidem. In introitu uero atrij fiet tentorium cubitorũ uiginti ex hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta opere plumarij. columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitum uestitæ erunt argẽteis
D laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinq; cubitorum erit. fietq; de bysso retorta, & habebit bases æneas. Cuncta uasa tabernaculi in omnes usus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. Præcipe filijs Israel ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloq; contusum: ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra uelum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, ut usq; mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filijs Israel.

Leuit.24 a

A Applica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Faciesq; uestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, ut faciant uestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt uestimenta quæ facient, Rationale & superhumerale, tunicam & lineam strictam, cidarim & baltheum. Facient uestimenta sancta fratri tuo Aaron & filijs eius, ut sacerdotio fungantur mihi. Accipientq; aurum & hyacinthum & purpuram, coccumq; bis tinctum & byssum. Facient autem super
B humerale de auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant. Ipsa quoque textura & cuncta operis uarietas erit ex auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta. Sumesq; duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris & cælatura gemmarij, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circundatos, & pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filijs Israel. Portabitq; Aaron nomina eorum coram domino super utrunque hume
C rum, ob recordationem. Facies & uncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes, quas inseres uncinis. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta. Quandrangulum erit & duplex: mensurã palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidum. in primo uersu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. in secundo: carbũculus, sapphirus, & iaspis. in tertio: ligyrius, achates, & amethystus. in quarto: chrysolitus, onychinus, & beryllus. inclusi auro erunt per ordines suos. Habebuntq; nomina filiorũ Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides
D nominibus singulorũ per duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo: & duos annulos aureos quos pones in utraq; rationalis summitate: catenasq; aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius: & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroq; latere superhumeralis quod rationale respicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ e regione sunt superhumeralis & posteriora eius aspiciunt. Necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi sunt in utroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iunctu
E ræ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali, & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis uitta hyacinthina, ut maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari. Portabitq; Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum: quando ingredietur sanctuarium memoriale coram domino in ęternum. Pones autẽ in rationali iudicij doctrinam & ueritatem, quæ erũt in pectore Aaron quando ingredietur corã domino: & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu domini semper. Facies & tunicã superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius

Cultus sacerdotalis descriptio

Exo.39 a

cuius medio supra erit capitium,& ora per gyrum eius textilis,sicut fieri solet in extremis ue stium partibus,ne facile rumpatur.Deorsum uerò ad pedes eiusdẽ tunicæ per circuitũ qua si mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto,mistis in medio tintina/ bulis, ita ut tintinabulũ sit aureũ & malum punicum,rursumq; tintinabulum aliud aureũ & malum punicũ. Et uestietur ea Aaron in officio ministerij,ut audiatur sonitus quãdo ingre ditur & egreditur sanctuarium in cõspectu domini,& non moriatur. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctũ domino.Ligabisq; eam uitta hya/ cinthina,& erit super tiaram,imminens fronti pontificis. Portabitq; Aaron iniquitates eo/ rum quæ obtulerunt & sanctificauerũt filij Israel,in cunctis muneribus & donarijs suis.Erit autem lamina semper in fronte eius,ut placatus sit ei dominus.Stringensq; tunicam bysso, & tiaram byssinam facies,& baltheum opere plumarij. Porrò filijs Aarõ tunicas lineas pa/ rabis & baltheos ac tiaras in gloriã & decorem : uestiesq; his omnibus Aarõ fratrem tuum & filios eius cum eo.Et cunctorũ consecrabis manus,sanctificabisq; illos,ut sacerdotio fun gantur mihi.Facies & feminalia linea , ut operiant carnẽ turpitudinis suæ à renibus usq; ad femora:& utentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij,uel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron,& semini eius post eum. CAP. XXIX

Ecel.45 b · F · G

Modus initiãdi sacerdotes *Leuit.8 a* *Exod.40 b*

SEd & hoc facies,ut mihi in sacerdotio cõsecrentur.Tolle uitulum de armento,& arietes duos immaculatos,panesq; azymos,& crustulã absq; fermento,quæ cõspersa sit oleo, lagana quoq; azyma oleo lita:de simila triticea cuncta facies. Et posita in canistro offeres: uitulum autẽ & duos arietes, & Aaron,ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testi/ monij. Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua , indues Aaron uestimentis suis,id est li/ nea & tunica,& superhumerali & rationali,quod cõstringes baltheo.Et pones tiaram in ca pite eius,& laminam sanctam super tiaram, & oleũ unctionis fundes super caput eius,atq; hoc ritu consecrabitur. Filios quoq; illius applicabis & indues tunicis lineis , cingesq; bal/ theo ,Aaron scilicet & liberos eius,& impones eis mitras,eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua.Postquam initiaueris manus eorum,applicabis & uitulum coram tabernaculo te stimonij.Imponẽtq; Aaron & filij eius manus super caput illius,& mactabis eum in cõspe/ ctu domini,iuxta ostium tabernaculi testimonij.Sumptumq; de sanguine uituli,pones su/ per cornua altaris digito tuo,reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius . Sumes & adipem totum qui operit intestina , & reticulum iecoris, ac duos renes,& adipem qui su/ per eos est,& offeres incensum super altare. Carnes uerò uituli & corium & fimum combu res foris extra castra,eo quod pro peccato sit. Vnum quoq; arietem sumes,super cuius ca/ put ponẽt Aaron & filij eius manus.Quem cum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fun des circa altare. ipsum autem arietem secabis in frusta : lotaq; intestina eius ac pedes pones super concisas carnes,& super caput illius. Et offeres totum arietem in incensum super alta/ re:oblatio est domino,odor suauissimus uictimę domini.Tolles quoq; arietem alterum,su per cuius caput Aaron & filij eius ponent manus . Quem cum immolaueris, sumes de san/ guine eius,& pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius,& super polli ces manus eorum ac pedis dextri,fundesq; sanguinem super altare per circuitum. Cumq; tuleris de sanguine qui est super altare & de oleo unctionis, asperges Aaron & uestes eius, filios & uestimenta eorum.Consecratisq; ipsis & uestibus,tolles adipem de ariete,& caudã & aruinam quæ operit uitalia,ac reticulum iecoris,& duos renes,atq; adipem qui super eos est,armumq; dextrum,eo quod sit aries consecrationis:tortamq; panis unius,crustulam cõ spersam oleo,laganum de canistro azymorum,quod positum est in conspectu domini:po nesq; omnia super manus Aaron & filiorum eius,& sanctificabis eos eleuans coram domi no:Suscipiesq; uniuersa de manibus eorum,& incendes super altare in holocaustum,odo/ rem suauissimum in cõspectu domini, quia oblatio eius est. Sumes quoq; pectusculum de ariete quo initiatus est Aaron,sanctificabisq; illud eleuatum coram domino,& cedet in par tem tuam.Sanctificabisq; & pectusculum consecratum, & armum quẽ de ariete separasti,

A · B · C · D

quo

E quo initiatus est Aaron & filij eius,cedentq; in partem Aaron & filiorum eius iure perpe-tuo à filijs Israel,quia primitiua sunt & initia de uictimis eorum pacificis quæ offerunt domino. Vestem autem sanctam qua utetur Aaron habebunt filij eius post eum,ut ungãtur in ea,& consecrẽtur manus eorum.Septem diebus utetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius,& qui ingredietur tabernaculum testimonij ut ministret in sanctuario. Arietem autem consecrationum tolles,& coques carnes eius in loco sancto,quibus uescetur Aaron & filij eius.Panes quoq; qui sunt in canistro in uestibulo tabernaculi testimonij comedent,ut sit placabile sacrificium,& sanctificentur offerentium manus. Alienigena non uescetur ex eis,quia sancti sunt.Quòd si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus usq; mane,cõbures reliquias igni.non comedentur,quia sanctificata sunt.Omnia quæ præcepi tibi,facies super Aaron & filijs eius.Septem diebus consecrabis manus eorum:& uitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum.Mundabisq; altare cum immola ueris expiationis hostiam,& unges illud in sanctificationem.Septem diebus expiabis altare & sanctificabis,& erit sanctum sanctorum.omnis qui tetigerit illud,sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari:Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter,unum agnum manè,& alterum uesperè,decimã partem similæ conspersæ oleo tuso,quòd habeat mensuram quartam partem hin,& uinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno uno.Alterum uerò agnum offeres ad uesperam iuxta ritum matutinæ oblationis,& iuxta ea quæ diximus in odorem suauitatis.sacrificium est domino,oblatione perpetua in generationes uestras,ad ostium tabernaculi testimonij coram domino,ubi constituam ut loquar ad te.Ibiq; præcipiam filijs Israel,& sanctificabitur altare in gloria mea.Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari,& Aaron cum filijs suis,ut sacerdotio fungantur mihi.Et habitabo in medio filiorum Israel,eroq; eis deus,& scient quia ego dominus deus eorum,qui eduxi eos de terra Ægypti,ut manerem inter illos,ego dominus deus ipsorum. CAP. XXX.

Leuit. 8 g

Quõ ara thymiamatis, labrum æneum, sacrum oleum & thymiama fiant

A FAcies quoq; altare ad adolendum thymiama de lignis setim,habens cubitum longitudinis,& alterum latitudinis,id est quadrangulum,& duos cubitos in altitudine.Cornua ex ipso procedent.Vestiesq; illud auro purissimo,tam craticulam eius,quàm parietes per circuitum,& cornua.Faciesq; ei coronam aureolam per gyrum,& duos annulos aureos sub corona per singula latera,ut mittantur in eos uectes,& altare portetur.Ipsos quoq; uectes facies de ligno setim,& inaurabis. Ponesq; altare contra uelum,quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium,ubi loquar tibi.Et adolebit incensum super eo Aaron,suaue fragrans mane.Quando componet lucernas incendet illud:& quando collocabit eas ad uesperum,uret thymiama sempiternum coram domino in generationes uestras.Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius,nec oblationem B & uictimam,nec libabitis libamina.Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato,& placabit super eo in generationibus uestris.sanctum sanctorum erit domino.Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens:Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum,dabunt singuli pretium pro animabus suis domino,& non erit plaga in eis,cum fuerint recensiti.Hoc autem dabit omnis qui trãsit ad numerum,dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus,uiginti obolos habet.Media pars sicli offeretur domino.Qui habetur in numero à uiginti annis & supra,dabit pretium. Diues non addet ad medium sicli,& pauper nihil minuet.Susceptamq; pecuniam quæ collata est à filijs Israel,trades in usus tabernaculi testimonij,ut sit monimẽtum eorum coram domino,& propitietur animabus eorum.Locutusq; est dominus ad Moysen,dicẽs, Facies C & labrum æneum cum basi sua ad lauandum:ponesq; illud inter tabernaculum testimonij & altare.Et missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes,quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij,& quando accessuri sunt ad altare,ut offerant in eo thymiama domino,ne fortè moriantur.legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius per successiones.Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens: Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos,& cinnamomi medium,id est ducẽtos quinquaginta siclos,

calami ſimiliter ducentos quinquaginta ſiclos, caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, oleum de oliuetis menſuram hin: facieſq; unctionis oleum ſanctum unguentũ compoſitum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum teſtimonij & arcam teſtamenti, menſamq; cum uaſis ſuis, candelabrum & utenſilia eius, altaria thymiamatis & holocauſti, & uniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet: Sanctificabiſq; omnia, & erunt ſancta ſanctorum. qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Aaron & filios eius unges, ſanctificabiſq; eos, ut ſacerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Iſrael dices: Hoc oleum unctionis ſanctum erit mihi in generationes ueſtras. Caro hominis non ungetur ex eo, & iuxta cõpoſitionem eius non facietis aliud: quia ſanctificatũ eſt, & ſanctum erit uobis. Homo quicunq; tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo. Dixitq; dominus ad Moyſen: Sume tibi aromata, ſtacten & onychẽ, galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia, facieſq; thymiama compoſitum opere unguentarij miſtum diligenter, & purum, & ſanctificatione digniſſimum. Cumq; in tenuiſſimum puluerem uniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. ſanctum ſanctorum erit uobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in uſus ueſtros, quia ſanctum eſt domino. Homo quicunq; fecerit ſimile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

Leuit.8 b

D

CAPVT XXXI

Deus artifices ſacris conficiẽdis ĩdicat, ſabbati obſeruationẽ mãdat, et dat Moſi tabulas lapideas

A Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicens: Ecce, uocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia in omni opere, ad excogitãdum quicquid fabrefieri poteſt ex auro & argento & ære, marmore & gemmis & diuerſitate lignorum. Dediq; ei ſocium Ooliab filium Achiſamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi poſui ſapientiam, ut faciant cuncta quæ præcepi tibi: tabernaculum fœderis & arcam teſtimonij, & propitiatorium quod ſuper eam eſt, & cuncta B uaſa tabernaculi, menſamq; & uaſa eius, candelabrum puriſſimum cum uaſis ſuis, & altare thymiamatis & holocauſti & omnia uaſa eorum, labrum cum baſi ſua, ueſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti & filijs eius, ut fungantur officio ſuo in ſacris, oleum unctionis & thymiama aromatum in ſanctuario. omnia quæ præcepi tibi facient. Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Videte ut ſabbatum meum cu- C ſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & uos in generationibus ueſtris: ut ſciatis quia ego dominus qui ſanctifico uos. Cuſtodite ſabbatũ: ſanctum eſt enim uobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. Sex diebus facietis opus: in die ſeptimo ſabbatum eſt, requies ſancta domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Cuſtodiant filij Iſrael ſabbatum, & celebrent illud in generationibus ſuis. Pa- D ctum eſt ſempiternum inter me & filios Iſrael, ſignumq; perpetuum. Sex enim diebus fecit dominus cœlũ & terram, & in ſeptimo ab omni opere ceſſauit. Dedit quoq; dominus Moyſi completis huiuſcemodi ſermonibus in monte Sinai duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito dei.

CAPVT XXXII

Ob uitulũ aureũ, cõmotus Moſes tabulas lapideas confringit, et idololatras interficit

A Videns autem populus quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron, ait: Surge, fac nobis deos qui nos præcedãt: Moyſi enim huic uiro qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit ei. Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum filiorumq; & filiarum ueſtrarũ auribus, & afferte ad me. Fecitq; populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis uitulum conflatilem. Dixeruntq;: Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cum uidiſſet Aaron ædificauit altare coram eo, & præ- B conis uoce clamauit, dicens: Cras, ſolennitas domini eſt. Surgenteſq; mane obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Locutus eſt autem dominus ad Moyſen, dicens: Vade, deſcende, peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti: receſſerunt cito de uia quam oſtendi eis: feceruntq; ſibi uitulũ conflatilem, & adorauerunt: atq; immolantes hoſtias ei, dixerunt: Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rurſumq; ait dominus ad Moyſen: Cerno quòd populus iſte C

1 Cor.10 b

duræ

duræ ceruicis sit: dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq́ te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens: Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, quæso, dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens:

D Multiplicabo semen uestrum sicut stellas cœli: & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini uestro, & possidebitis eam semper. Placatusq́ est dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex utraq; parte, & factas opere domini. Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi uociferantis, dixit ad Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neq; uociferatio compellentium ad fugam: sed uocem cantan-

E tium ego audio. Cumq́ appropinquasset ad castra, uidit uitulum & choros: iratusq́ ualde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. Arripiensq́ uitulum quem fecerant, combussit, & contriuit usq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitq́ ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respõdit: Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum. dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi:

F Quis uestrũ habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi, & proieci illud in ignem: egressusq́ est hic uitulus. Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) & stans in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur mihi. Congregatiq́ sunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait: Hæc dicit dominus deus Israel, Ponat uir gladium super femur suum: ite, & redite de porta usq; ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisq; fratrem & amicum & proximum suum. Feceruntq́ filij Leui iuxta sermonem Moysi, cecideruntq́ in die illa quasi tria millia hominum. Et ait Moyses: Consecrastis manus uestras hodie domino,

G unusquisq; in filio & in fratre suo, ut detur uobis benedictio. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximũ: ascendam ad dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere uestro. Reuersusq́ ad dominum, ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntq́ sibi deos aureos. aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dominus: Qui peccauit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem uade, & duc populum istum quò locutus sum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu uituli quem fecerat Aaron. CAP. XXXIII

Populus luget, & Moses figit tentoria, cui deus loquitur in columna nubis

A LOcutusq́ est dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto, tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti in terram quam iuraui Abraham Isaac & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. & mittam præcursorem tui angelũ, ut eijciam Chananæum & Amorrhæum & Hethæum & Pherezæum & Heuæum & Iebusæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es: ne fortè disperdam te in uia. Audiensq́ populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq́ dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel, Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatũ tuum, ut sciam

B quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. Moyses quoq; tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, uocauitq́ nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquã quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cumq́ egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat uniuersa plebs, & stabat unusquisq; in ostio papilionis sui, respiciebantq́ tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat colum

na nubis,& stabat ad ostium,loquebaturq; cum Moyse,cernētibus uniuersis quòd colum na nubis staret ad ostium tabernaculi.Stabantq; ipsi,& adorabant per fores tabernaculorum suorum.Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem,sicut solet loqui homo ad amicū suum.Cumq; ille reuerteretur in castra,minister eius Iosue,filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.Dixit autem Moyses ad dominum:Præcipis ut educam populum istum:& non indicas mihi quem missurus es mecum,præsertim cum dixeris,Noui te ex nomine,& inuenisti gratiam coram me.Si ergo inueni gratiam in cōspectu tuo,ostende mihi faciem tuam,ut sciam te,& inueniam gratiam ante oculos tuos:respice populum tuum gentem hanc. Dixitq; dominus:Facies mea præcedet te,& requiem dabo tibi.Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas,ne educas nos de loco isto.In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo,nisi ambulaueris nobiscum,ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram? Dixit autem dominus ad Moysen:Et uerbum istud quod locutus es,faciam:inuenisti enim gratiam coram me,& te ipsum noui ex nomine.Qui ait:Ostende mihi gloriam tuam.Respondit:Ego ostendam omne bonum tibi,& uocabo in nomine domini coram te:& miserebor cui uoluero,& clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumq; ait:Non poteris uidere faciem meam: non enim uidebit me homo,& uiuet. Et iterum:Ecce,inquit,est locus apud me,& stabis supra petram. Cumq; transibit gloria mea,ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea,donec transeam: tollamq; manum meam,& uidebis posteriora mea: faciem autem meam uidere non poteris.

1 Par.8 c — Rom.9 c — C, D (margin letters)

CAP. XXXIIII

AC deinceps:Præcide,ait,tibi duas tabulas lapideas instar priorum,& scribam super eas uerba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.Esto paratus manè,ut ascēdas statim in montem Sinai:stabisq; mecum super uerticem montis.Nullus ascēdat tecum,nec uideatur quispiam per totum montem,boues quoq; & oues non pascantur econtra.Excidit ergo duas tabulas lapideas,quales antea fuerant:& de nocte consurgens ascendit in montem Sinai,sicut præceperat ei dominus,portans secum duas tabulas.Cumq; descēdisset dominus per nubem,stetit ibidem cum eo,inuocans nomen domini.Quo transeunte coram eo,ait: Dominator domine deus misericors & clemēs,patiens & multæ miserationis,ac uerax,qui custodis misericordiam in millia,qui aufers iniquitatē & scelera atq; peccata:nullusq; apud te per se innocens est:qui reddis iniquitatē patrum filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.Festinusq; Moyses,curuatus est pronus in terram,& adorans ait:Si inueni gratiam in conspectu tuo domine,obsecro ut gradiaris nobiscum:populus enim duræ ceruicis est:& auferas iniquitates nostras atque peccata,nosq; possideas.Respondit dominus:Ego inibo pactum uidentibus cunctis,signa faciam quę nunquam uisa sunt super terram,nec in ullis gentibus:ut cernat populus iste,in cuius es medio,opus domini terribile quod facturus sum.Obserua cuncta quæ hodie mādaui tibi:ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorræum & Chananæum & Hethæum, Pherezæum quoq; & Heuæum & Iebusæum.Caue ne unquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias,quæ sint tibi in ruinam:sed & aras eorum destrue,confringe statuas,lucosq; succide.Noli adorare deum alienum.Dominus zelotes nomē eius:deus est æmulator.Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum:ne cum fornicati fuerint cum dijs suis,& adorauerint simulachra eorum,uocet te quispiam ut comedas de immolatis.Nec uxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis:ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ,fornicari faciant & filios tuos in deos suos.Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies.Septem diebus uesceris azymis,sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum.mense enim uerni temporis egressus es de Ægypto.Omne quod aperit uuluam generis masculini,meum erit.De cunctis animantibus tam de bobus quàm de ouibus,meum erit.Primogenitum asini redimes oue:sin autem nec pretium pro eo dederis,occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes:nec apparebis in conspectu meo uacuus.Sex diebus operaberis,die septimo cessabis arare & metere.Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ,& solennitatem

Cōspectū Moysis nouas tabulas promulgātis populus nō sustinuit — Deut.5 a — Deut.7 a — 3 Reg.11 a — A, B, C (margin letters)

quando redeunte anni tempore cuncta condũtur. Tribus temporibus anni apparebit om ne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel. Cum enim tulero gen tes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascẽdente te & ap parente in conspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sangui nem hostiæ meæ: neq; residebit mane de uictima solennitatis phase. Primitias frugum ter ræ tuæ offeres in domo domini dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. Dixitq;

D dominus ad Moysen: Scribe tibi uerba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit: & scripsit in tabulis uerba fœderis decem. Cumq; descende ret Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. Videntes autem Aaron & filij Israel cornu tam Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatiq; ab eo, reuersi sunt tam Aaron, quàm principes synagogæ. Et postquàm locutus est ad eos, uenerunt ad eum etiam omnes filij Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à domino in monte Sinai. Impletisq; sermo nibus posuit uelamen super faciem suam. Quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant impe rata. Qui uidebant faciem egredientis Moysi esse cornutã: sed operiebat ille rursus faciem suam, siquando loquebatur ad eos.

2 Cor. 3 c

CAP. XXXV

Moses populum conferre ad tabernaculi constructionẽ iussum experitur beneuolum & conuocat artifices

A IGitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit dominus fieri, Sex diebus facietis opus: septimus dies erit uobis sanctus, sabbatum & requies do mini: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis ue stris per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit dominus, dicens, Separate apud uos primitias domino. Omnis uolunta rius & prono animo offerat eas domino: aurum & argentum & æs, hyacinthum & purpu ram, coccumq; bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, pellesq; arietum rubricatas, & ian thinas, ligna setim, & oleum ad luminaria concinnãda, & ut conficiatur unguentum, & thy miama suauissimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & ratio

B nalis. Quisquis uestrum sapiens est, ueniat, & faciat quod dominus imperauit. Tabernacu lum scilicet & tectum eius atq; operimentum, annulos & tabulata cum uectibus, paxillos & bases, arcam & uectes, propitiatorium & uelum quod ante illud oppanditur, mensam cum uectibus & uasis & propositionis panibus, candelabrum ad luminaria sustentanda, uasa illius & lucernas & oleum ad nutrimenta ignium, altare thymiamatis & uectes & oleum unctionis & thymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare ho locausti & craticulam eius æneam cum uectibus & uasis suis, labrum & basim eius, corti nas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus uestibuli, paxillos tabernaculi atrij cum funiculis suis, uestimenta quorum usus est in ministerio sanctuarij, uestes Aaron pon

C tificis ac filiorum eius ut sacerdotio fungantur mihi. Egressaq; omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima atq; deuota primitias domi no, ad faciendũ opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad uestes sanctas ne cessarium erat, uiri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne uas aureum in donaria domini separatum est. Si quis habebat aurum, hyacinthum & purpuram, coccumq; bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas & ianthinas, argenti ærisq; metalla obtulerunt domino, lignaq; setim in uarios usus. Sed & mulieres doctæ quæ neuerãt dederunt hyacinthum, purpuram & uermiculum ac bys sum, & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. Principes uerò obtulerunt lapi

D des onychinos & gemmas ad superhumerale & rationale, aromataq; & oleum ad lumina ria concinnanda & ad præparandum unguentum, ac thymiama odoris suauissimi compo nendum. Omnes uiri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ iusserat dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel uoluntaria domino dedicauerunt. Dixitq; Moyses ad filios Israel: Ecce, uocauit dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij

Hur de tribu Iuda:impleuitq; eum ſpiritu dei,ſapientia & intelligentia & ſcientia & omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento & ære,ſculpendisq; lapidibus,& opere carpētario.quicquid fabrè adinueniri poteſt,dedit in corde eius.Ooliab quoq; filium Achiſamech de tribu Dan:ambos erudiuit ſapientia,ut faciant opera abietarij,polymitarij ac plumarij de hyacintho ac purpura,coccoq; bis tincto & byſſo,& texant omnia,ac noua quæq; reperiant. CAP. XXXVI

Tabernaculi eiq; neceſſariorū constructio

FEcit ergo Beſeleel & Ooliab & omnis uir ſapiens,quibus dedit dominus ſapiētiam & intellectum,ut ſcirent fabrè operari quæ in uſus ſanctuarij neceſſaria ſunt,& quæ præcepit dominus.Cumq; uocaſſet eos Moyſes,& omnem eruditum uirum cui dederat dominus ſapientiam,& qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus,tradidit eis uniuerſa donaria filiorum Iſrael.Qui cum inſtarent operi,quotidie manè uota populus offerebat. Vnde artifices uenire compulſi,dixerunt Moyſi:Plus offert populus quàm neceſſarium eſt.Iuſſit ergo Moyſes præconis uoce cantari:Nec uir nec mulier quicquam offerat ultrà in opere ſanctuarij.Sicq; ceſſatum eſt à muneribus offerendis,eo quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent.Feceruntq; omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta & hyacintho & purpura,coccoq; bis tincto,opere uario & arte polymita:quarum una habebat in longitudine uigintiocto cubitos & in latitudine quatuor:una menſura erat omnium cortinarum.Coniunxitq; cortinas quinq;,alteram alteri,& alias quinq; ſibi inuicem copulauit.Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ unius ex utroq; latere,& in ora cortinæ alterius ſimiliter,ut contra ſe inuicem uenirent anſæ, & mutuò iungerentur.unde & quinquaginta fudit circulos aureos,qui morderent cortinarū anſas,& fieret unum tabernaculum. Fecit & ſaga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi:unum ſagum in longitudine habebat cubitos triginta,& in latitudine cubitos quatuor:unius menſuræ erant omnia ſaga:quorum quinq; iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim.Fecitq; anſas quinquaginta in ora ſagi unius,& quinquaginta in ora ſagi alterius,ut ſibi inuicem iungerentur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum,ut unum pallium ex omnibus ſagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis:aliudq; deſuper uelamentum de pellibus ianthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſetim ſtantes.Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius: & unum ac ſemis cubitum latitudo retinebat.Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas,ut alteri altera iungeretur.Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.E quibus uiginti ad plagam meridianam erant contra auſtrum cum quadraginta baſibus argenteis.Duæ baſes ſub una tabula ponebantur ex utraq; parte angulorum,ubi incaſtraturæ laterum in angulis terminantur.Ad plagam quoq; tabernaculi quæ reſpicit ad aquilonem,fecit uiginti tabulas cum quadraginta baſibus argenteis,duas baſes per ſingulas tabulas.Contra occidentem uerò,id eſt ad eam partem tabernaculi quæ mare reſpicit,fecit ſex tabulas,& duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retro:quæ iunctæ erant à deorſum uſque ſurſum: & in unam compaginem pariter ferebantur.Ita fecit ex utraque parte per ſingulos angulos:ut octo eſſent ſimul tabulæ,& haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis.Fecit & uectes de lignis ſetim,quinq; ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,& quinq; alios ad alterius lateris coaptandas tabulas:& extra hos quinque,alios uectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoq; uectem alium,qui per medias tabulas ab angulo uſq; ad angulum perueniret.Ipſa autem tabulata deaurauit,fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos,per quos uectes induci poſſent : quos & ipſos laminis aureis operuit.Fecit & uelum de hyacintho & purpura,uermiculo ac byſſo retorta,opere polymitario:uarium atq; diſtinctum:& quatuor columnas de lignis ſetim,quas cum capitibus deaurauit:fuſis baſibus earum argenteis.Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho,purpura,uermiculo,byſſoq; retorta opere plumarij:& columnas quinq; cum capitibus ſuis,quas operuit auro,baſeſq; earum fudit æneas. CAP. XXXVII

Fecit

A FEcit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitũ ac semissem in latitudine, altitudo quoq; unius cubiti fuit & dimidij: uestiuitq; eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere uno, & duos in altero. Vectes quoq; fecit de lignis setim quos uestiuit auro, & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ, ad portãdum eam. Fecit & propitiatorium, id est oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraq; parte propitiatorij, cherub unum in summitate unius partis, & cherub alterum in summitate partis alterius: duos B cherubim in singulis summitatibus propitiatorij extendentes alas, & tegentes propitiatorium, seq; mutuò & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis setim in longitudine duorum cubitorũ, & in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. circũdeditq; eam auro mũdissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsiq; labio coronam auream interrasilem quatuor digitorũ, & super eandem alterã coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam, misitq; in eos uectes, ut possit mensa portari. Ipsos quoq; uectes fecit de C lignis setim, & circundedit eos auro. Et uasa ad diuersos usus mensæ, acetabula, phialas & cyathos & thuribula, ex auro puro, in quibus offerẽda sunt libamina. Fecit & cãdelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius uecte calami, scyphi, sphærulæq; simul & lilia procedebant: sex in utroq; latere, tres calami ex parte una, & tres ex altera: tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæq; simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæq; simul & lilia. Æquum erat opus sex calamorũ, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem uecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulęq; per singulos simul & lilia: & sphærulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt D calami procedẽtes de uecte uno: & sphærulæ igitur, & calami ex ipso erãt uniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septẽ cum emũctorijs suis, & uasa ubi ea quæ emuncta sunt, extinguãtur, de auro mũdissimo. Talentũ auri appendebat candelabrũ cum omnibus uasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrũ singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebãt cornua. Vestiuitq; illud auro purissimo cũ craticula ac parietibus & cornibus. Fecitq; ei coronã aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos uectes, & possit altare portari. Ipsos autẽ uectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. Composuit & oleum ad sanctificationis unguentum, & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

Arcæ testimonij cũ suis necessarijs fabricatio, & compositio thymiamatis

CAP. XXXVIII

A FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinq; cubitorum per quadrum & trium in altitudine: cuius cornua de angulis procedebant, operuitq; illud laminis æneis. Et in usus eius parauit ex ęre uasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, uncinos, & ignium receptacula. Craticulamq; eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, fusis quatuor æneis annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos uectes ad portandũ: quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: induxitq; in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum aũt altare non erat solidũ, sed cauum ex tabulatis, & intus uacuum. Fecit & labrũ æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant B tentoria de bysso retorta, cubitorũ centum, columnæ æneæ uiginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. Æquè ad septentrionalẽ plagam tentoria, columnæ basesq;, & capita columnarũ eiusdẽ mensuræ, & operis ac metalli erant. In ea uerò plaga quæ ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorũ quinquaginta, colũnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarũ, & tota operis cælatura argentea. Porrò contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus, quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis unum tenebãt latus: & in parte altera, quia inter utraq; introitum tabernaculi fecit, quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæq; tres,

Fabricatio altaris holocausti, & summa impẽsarum in tabernaculi ædificationẽ

& bases totidem. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuere C æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea, sed & ipsas columnas atrij uestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, uermiculo ac bysso retorta, quod habebat uiginti cubitos in longitudine, altitudo uerò quinque cubitorum erat iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebant. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argēteæ: paxillos quoque tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in ceremonias Leuitarū per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda domino per Moysen iubente compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, uermiculo & bysso. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs, uiginti & nouem talentorum fuit, & septingentorum D triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à uiginti annis & supra, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij & introitus ubi uelum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingētis, & septuagintaquinque siclis fecit capita columnarum, quas & ipsas uestiuit argento. Æris quoque oblata sunt talenta septuagintaduo millia, & quadringenti suprà sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniaque uasa quę ad usum eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

CAP. XXXIX

Cultus sacerdotalis fit, & absolutum tabernaculū populus domino offert

DE hyacintho uerò & purpura, uermiculo ac bysso fecit uestes, quibus indueretur Aaron A quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit dominus Moysi. Fecit igitur & superhumerale de auro, hyacintho & purpura, coccoque bis tincto & bysso retorta, opere polymitario. Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, ut possent torqueri cum priorū colorum subtegmine, duasque oras sibi inuicem copulatas in utroque latere summitatum, & baltheum ex eisdem coloribus, sicut præceperat dominus Moysi. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorū Israel. B Posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut pręceperat dominus Moysi. Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto & bysso retorta, quadrangulum duplex mensuræ palmi. Et posuerunt in eo gemmarum ordines quatuor, in primo uersu erat sardius, topazius, smaragdus: in secundo, carbunculus, saphyrus & iaspis: in tertio, ligyrius, achates & amethystus: in quarto, chrysolithus, onychinus & berillus, circūdati & inclusi auro per ordines C suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohęrentes, de auro purissimo, & duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in utroque latere rationalis, è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis qui in superhumeralis angulis eminebant. Hæc & ante & retro ita conueniebant sibi, ut superhumerale & rationale mutuò necterentur, stricta ad baltheū & annulis fortius copulata, D quos iungebat uitta hyacinthina, ne laxa fluerent & à se inuicē mouerentur, sicut præceperat dominus Moysi. Feceruntque tunicā superhumeralis totam hyacinthinā: & capitium in superiori parte contra mediū, oramque per gyrum capitij textilē: deorsum autē ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, uermiculo ac bysso retorta: & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerūt inter mala granata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinnabulum autem aureum & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando mi E nisterio fungebatur, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius: & mitras cū coronulis suis ex bysso: feminalia quoque linea, byssina: cin

na:cingulum uerò de bysso retorta,hyacintho,purpura ac uermiculo distinctum arte plu/maria,sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt & laminam sacræ uenerationis de auro purissimo,scripseruntq; in ea opere gemmario, Sanctum domini:& strinxerunt eam cum
F mitra uitta hyacinthina,sicut præceperat dominus Moysi.Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij.Feceruntq; filij Israel cũcta quæ præceperat dominus Moysi.Et obtulerunt tabernaculum & tectum & uniuersam supellectilem, annulos,tabulas,uectes,columnas ac bases,opertorium de pellibus arietum rubricatis,& aliud operimẽtum de ianthinis pellibus,uelum:arcam,uectes,propitiatorium,mensam cum uasis suis & propositionis panibus:candelabrum,lucernas,& utẽsilia earum cum oleo:altare aureum & unguen
G tum,& thymiama ex aromatibus,& tentorium in introitu tabernaculi:altare æneum,retiaculum,uectes,& uasa eius omnia,labrum cum basi sua:tentoria atrij & columnas cum basibus suis,tentorium in introitu atrij,funiculosq; illius & paxillos.Nihil ex uasis defuit quę in ministerium tabernaculi,& in tectum fœderis iussa sunt fieri.Vestes quoq; quibus sacerdotes utuntur in sanctuario,Aaron scilicet & filij eius,obtulerunt filij Israel,sicut præceperat dominus.Quæ postquàm Moyses cuncta uidit completa,benedixit eis. CAP. XL

A LOcutus est dominus ad Moysen,dicens:Mense primo,prima die mensis eriges tabernaculum testimonij,& pones in eo arcam,demittesq; ante illam uelum:& illata mensa pones super eam quæ rite præcepta sunt.Cãdelabrum stabit cum lucernis suis,& altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonij.Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones,& ante illud altare holocausti:labrum inter altare & tabernaculum,quod implebis aqua.Circũdabisq; atrium tentorij & ingressum eius.Et assumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum uasis suis,ut sanctificentur:altare holocausti & omnia uasa eius: labrum cum basi sua:omnia unctionis oleo consecrabis,ut sint sancta sanctorum.Applica
B bisq; Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij,& lotos aqua indues sanctis uestibus,ut ministrent mihi,& unctio eorũ in sacerdotium sempiternum proficiat.Fecitq; Moyses omnia quæ præceperat dominus.Igitur mense primo anni secundi,in prima die mensis collocatum est tabernaculum. Erexitq; Moyses illud,& posuit tabulas ac uases & uectes, statuitq; columnas,& expandit tectum super tabernaculum,imposito desuper operimento,sicut dominus imperauerat.Posuit & testimoninm in arca subditis infrà uectibus,& oraculum desuper.Cumq; intulisset arcam in tabernaculum testimonij,appendit ante eam uelum,ut expleret domini iussionem.Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam
C septentrionalem extra uelum,ordinatis coram propositionis panibus,sicut præceperat dominus Moysi.Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ in parte australi,locatis per ordinem lucernis,iuxta præceptum domini.Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra uelum,& adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat dominus Moysi.Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij,& altare holocausti in uestibulo testimonij,offerens in eo holocaustum & sacrificia,ut dominus imperauerat.Labrum quoq; statuit inter tabernaculum testimonij & altare,implens illud aqua.Laueruntq; in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes,cum ingrederentur tectum fœde
D ris,& accederent ad altare,sicut præceperat dominus Moysi.Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris,ducto in introitu eius tentorio.Postquàm omnia perfecta sunt,operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis,nube operiente omnia,& maiestate domini coruscante,quia cuncta nubes operuerat.Siquando nubes tabernaculum deserebat,proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper,manebant in eodem loco.Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo,& ignis in nocte, uidentibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

Tabernaculũ erigitur, & gloria domini id operit

Num. 7 a

Exo. 25 b

Num. 9 c

3 Reg. 8 b

LEVITICVS
HEBRAICE
וַיִּקְרָא

Holocausto/mata siue ho/stias animatas offerẽdi ritus

VOCAVIT AVTEM MOYSEN, & locutus est ei dominus de ta/bernaculo testimonij, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Ho/mo qui obtulerit ex uobis hostiam domino de pecoribus, id est de bo/bus & ouibus offerens uictimas: si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi te/stimonij, ad placãdum sibi dominum: ponetq; manus super caput ho/stiæ & acceptabilis erit, atq; in expiationẽ eius proficiens. Immolabitq; uitulum coram domino, & offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. detractaq; pelle hostiæ, artus in frusta concident, & subijciẽt in altari ignem, strue lignorum antè composita: & membra quæ sunt cæsa, desuper ordinãtes: caput uidelicet & cuncta quæ adhærent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitq; ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorem domino. Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum: masculum & abs/que macula offeret: immolabitq; ad latus altaris quod respicit aquilonem, coram domino. sanguinem uerò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum: diuidentq; membra, caput & omnia quæ adhærent iecori: & imponent super ligna, quibus subijciẽdus est ignis: intestina uerò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum domino. Si autem de auibus, holocausti oblatio fue/rit domino: de turturibus & pullis columbæ offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto uulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: uesiculam uerò gutturis & plumas proijciat prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. confringetq; ascellas eius, & non secabit, neq; ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est & oblatio suauissimi odo/ris domino.

Exo. 29 b

CAPVT II

Sacrificiorum uescorũ ex fa rina aut thure offerendorum mos

Anima cum obtulerit oblationem sacrificij domino, simila erit eius oblatio. fundetq; super eam oleum, & ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotes: quorum unus tollet pugillũ plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odo/rem suauissimum domino. quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Cum autem obtuleris sacrificiũ coctum in clibano: de simila, panes scilicet absq; fermento consperso oleo, & lagana azyma oleo li/ta. Si oblatio tua fuerit de sartagine: similæ conspersæ oleo & absq; fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, æquè simila oleo conspergetur, quam offerens domino, trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis domino. quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationi/bus domini. Omnis oblatio quæ offertur domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fer/menti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis ac mune/ra: super altare uerò non imponentur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sa/le condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc uirentibus torrebis igni, & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas domino, fundens su/per ea oleum & thus imponens, quia oblatio domini est. de qua adolebit sacerdos in memo/riam muneris partem farris fracti & olei ac totum thus.

CAP. III

Quòd

A QVòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio,& de bobus uoluerit offerre marem siue fœminam,immaculata offeret coram domino.Ponetq; manum super caput uictimæ suæ,quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonij.fundentq; filij Aaron sacerdotes,sanguinem per altaris circuitum.Et offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit uitalia,& quicquid pinguedinis est intrinsecus:duos renes cum adipe B quo teguntur ilia,& reticulum iecoris cum renunculis.Adolebuntq; ea super altare in holocaustum,lignis igne supposito:in oblationem suauissimi odoris domino.Si uerò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hostia,siue masculum obtulerit siue fœminam,immaculata erunt.Si agnum obtulerit coram domino,ponet manum suam super caput uictimæ suæ, quæ immolabitur in uestibulo tabernaculi testimonij:fundentq; filij Aarõ sanguinem eius C per circuitum altaris.Et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino:adipem & caudam totam cum renibus,& pinguedinem quæ operit uẽtrem atq; uniuersa uitalia,& utrũq; renunculum cum adipe qui est iuxta ilia,reticulumq; iecoris cum renũculis.& adolebit ea sacerdos super altare in pabulũ ignis & oblationis domini.Si capra fuerit eius oblatio,& obtulerit eam domino,ponet manum suam super caput eius,immolabitq; eam in introitu taber D naculi testimonij.Et effundent filij Aaron sanguinem eius super altaris circuitum.Tollẽtq; ex ea in pastum ignis dominici adipem qui operit uentrẽ,& qui tegit uniuersa uitalia.Duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia,& aruinam iecoris cum renũculis:adolebitq; ea super altare sacerdos in alimoniam ignis & suauissimi odoris.Omnis adeps,domini erit iure perpetuo in generationibus & cunctis habitaculis uestris:nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

De hostijs pacificorũ uarij generis

Gen.9 a

CAPVT IIII

A LOcutusq; est dominus ad Moysen,dicens:Loquere filijs Israel:Anima cum peccauerit per ignorantiam,& de uniuersis mandatis domini quæ præcepit ut non fierent,quippiam fecerit:Si sacerdos qui unctus est peccauerit,delinquere faciens populum,offeret pro peccato suo uitulum immaculatum domino.& adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram domino,ponetq; manum super caput eius,& immolabit eum domino. Hauriet quoq; de sanguine uituli,inferens illum in tabernaculum testimonij.Cumq; intinxerit B digitum in sanguinem asperget eo septies coram domino contra uelum sanctuarij:ponetq; de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino,quod est in tabernaculo testimonij. omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi.Et adipẽ uituli offeret pro peccato,tam eum qui uitalia operit,quàm omnia quæ intrinsecus sunt.Duos renunculos & reticulum,quod est super eos iuxta ilia,& adipem iecoris cum renũculis,sicut offertur de uitulo hostiæ pacificorum:& adolebit ea su C per altare holocausti.Pellem uerò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum,ubi cineres effundi solent:incendetq; ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quòd si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est,& postea intellexerit peccatum suum,offeret pro peccato suo uitulum,adducetq; eum ad ostium tabernaculi.Et ponent seniores populi manus super caput eius co D ram domino.Immolatoq; uitulo in conspectu domini,inferet sacerdos qui unctus est,de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergens septies contra uelum. ponetq; de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonij. reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum,quod est in ostio tabernaculi testimonij.Omnemq; eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciens & de hoc uitulo quomodo fecit & prius:& rogante pro eis sacerdote,propitius E erit eis dominus.Ipsum autem uitulum efferet extra castra,atq; comburet sicut & priorem uitulum: quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps,& fecerit unum è pluribus per ignorantiam,quod domini lege prohibetur:& postea intellexerit peccatum suum,offeret hostiam domino, hircum de capris immaculatum. Ponetq; manum suam super caput eius: cumq; immolauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram

De sacrificijs pro peccatis

Num.15 c

domino

domino,quia pro peccato est,tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato,tangens cornua altaris holocausti,& reliquum fundens ad basim eius.Adipem uero adolebit supra,sicut in uictimis pacificorum fieri solet:rogabitq́ pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.Quòd si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ,ut faciat quicquam de his quæ domini lege prohibentur,atq́ delinquat,& cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam.Ponetq́ manus super caput hostiæ quæ pro peccato est,& immolabit eam in loco holocausti.Tolletq́ sacerdos de sanguine in digito suo:& tangens cornua altaris holocausti,reliquum fundet ad basim eius.Omnem autem adipem auferés, sicut auferri solet de uictimis pacificorum,adolebit super altare in odorem suauitatis domino:rogabitq́ pro eo,& dimittetur ei.Si autem de pecoribus obtulerit uictimam pro peccato,ouem scilicet immaculatã: ponet manum super caput eius,& immolabit eam in loco ubi solent cædi holocaustorũ hostiæ.Sumetq́ sacerdos de sanguine eius digito suo,& tangens cornua altaris holocausti,reliquum fundet ad basim eius.Omnem quoq́ adipem auferés, sicut auferri solet adeps arietis,qui immolatur pro pacificis:& cremabit super altare incensum domini:rogabitq́ pro eo & pro peccato eius,& dimittetur ei.

CAP. V

De uictimis peierantiũ & reliquis expiationum generibus

SI peccauerit anima,& audierit uocem iurantis,testisq́ fuerit quòd aut ipse uidit,aut conscius est:nisi indicauerit,portabit iniquitatem suam.Anima quæ tetigerit aliquid immundum,siue quod occisum à bestia est,aut per se mortuum,aut quodlibet aliud reptile,& oblita fuerit immunditiæ suæ,rea est,& deliquit.& si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet,oblitaq́ cognouerit postea,subiacebit delicto.Anima quæ iurauerit & protulerit labijs suis ut uel male quid faceret uel bene,& idipsum iuramento & sermone firmauerit,oblitaq́ postea intellexerit delictum suum,agat pœnitentiam pro peccato,& offerat de gregibus agnam siue capram:orabitq́ pro eo sacerdos & pro peccato eius.sin autem nõ potuerit offerre pecus,offerat duos turtures uel duos pullos columbarum domino,unum pro peccato,& alterum in holocaustum,dabitq́ eos sacerdoti.Qui primum offerens pro peccato,retorquebit caput eius ad pennulas,ita ut collo adhæreat,& non penitus abrumpatur.Et asperget de sanguine eius parietem altaris.quicquid autem reliquum fuerit,faciet distillare ad fundamẽtum eius,quia pro peccato est. Alterum uero in holocaustum adolebit, ut fieri solet:rogabitq́ pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.Quod si non quiuerit manus eius duos offerre turtures,aut duos pullos columbarum,offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam.non mittet in eam oleum nec thuris aliquid imponet,quia pro peccato est:tradetq́ eam sacerdoti.qui plenum ex ea pugillum hauriens,cremabit super altare in monimentum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians,reliquam uerò partem ipse habebit in munere.Locutusq́ est dominus ad Moysen,dicens:Anima si præuaricans ceremonias per errorem in his quæ domino sunt sanctificata peccauerit,offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus,qui emi potest duobus siclis,iuxta pondus sanctuarij:ipsumq́ quod intulit damni restituet,& quintã partem ponet supra,tradens sacerdoti,qui rogabit pro eo offerens arietẽ,& dimittetur ei. Anima quæ peccauerit per ignorantiam,feceritq́ unum ex his quæ domini lege prohibentur, & peccati rea,intellexerit iniquitatem suam,offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti,iuxta mensuram æstimationemq́ peccati:qui orabit pro eo,quia nesciens fecerit:& dimittetur ei,quia per errorem deliquit domino.

CAP. VI

Et holocausti & aliarum uictimarũ, tum eius quæ in unctione sacerdotis fit,modi

LOcutus est dominus ad Moysen,dicens:Anima quæ peccauerit,& contempto domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, uel ui aliquid extorserit,aut calumniam fecerit,siue rem perditam inuenerit,& inficians insuper peierauerit,& quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines,conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem uoluit obtinere,integra,& quintam insuper partem domino cui damnum intulerat.Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti,iuxta æstimationem mensuramq́ delicti:qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccauit. Locutusq́ est dominus ad

Moysen

B Moysen dicens, Præcipe Aaron & filijs eius, Hæc est lex holocausti, Cremabitur in altari tota nocte usque mane. ignis, in eodem altari erit. uestietur tunica sacerdos & feminalibus lineis: tolletque cineres, quos uorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus uestimentis, indutusque alijs offeret eos extra castra in loco mūdissimo. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies, & imposito holocausto desuper, adolebit adipes pacificorum. ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram domino, & coram altari, Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari in monimentum odoris suauissi-

C mi domino. reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filijs suis, absque fermento: & comedet in loco sancto, in atrio tabernaculi. ideo aūt non fermentabitur, quia pars eius in domini offertur incensum. sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. Mares tantum stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generatiōibus uestris de sacrificijs domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Loquutusque est dominus ad Moysen, dicēs, Hęc est oblatio Aaron, & filiorū eius, quā offerre debent domino in die unctiōis suæ. Decimā partē ephi offerent similę in sacrificio sempiterno, mediū eius mane, & mediū eius uespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret aūt eam calidam in odorē suauissimū dn̄o sacerdos, qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. Om-

D ne enim sacrificium sacerdotum igne cōsumetur, nec quisquā comedet ex eo. Loquutus est autem dominus ad Moysen, dicēs, Loquere Aaron & filijs eius, Ista est lex hostiæ pro peccato, In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur oblatio coram domino. sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, comedet eā in loco sancto, in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabit. Si de sanguine illius uestis fuerit aspersa, illud super quod aspersum fuerit lauabitur in loco sancto. Vas aūt fictile in quo cocta est, cōfringetur. quod si uas æneum fuerit, defricabitur & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali uescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est: Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

CAP. VII

A HÆc quoque est lex hostiæ pro delicto, sancta sanctorum est: idcirco ubi immolabitur holocaustum, mactabitur & uictima pro delicto, sanguis eius per gyrum altaris fundetur. Offerent ex ea caudam & adipem qui operit uitalia. Duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis remouebit, & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto uescetur his carnibus, quia sanctum sanctorū est. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: utriusque hostiæ lex una erit ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti uictimā, habebit pellem eius. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, uel in sartagine præparatur, eius erit sa-

Hostiæ pro delicto

B cerdotis à quo offertur: siue oleo conspersa, siue arida fuerit: cunctis filijs Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admistione cōspersas, panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: ex quibus unus ex omni oblatione pro primitijs offertur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam usque mane. Si uoto, uel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, uesci licitum est: quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. & si quis de carnibus uictimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offe-

C renti. quin potius quæcunque anima tali se edulio cōtaminauerit, præuaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed cōburetur igni. qui fuerit mūdus, uescetur ex ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est

domino, peribit de populis ſuis. Et quæ tetigerit immunditiam hominis uel iumenti, ſiue omnis rei quæ polluere poteſt, & comederit de huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à beſtia captũ eſt, habebitis in uarios uſus. Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum domini, comederit, peribit de populo ſuo. Sanguinem quoq; omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de auibus, q̃ de pecoribus. Omnis anima quę ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, dicens, Qui offert uictimã pacificorum domino, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt libamenta eius. tenebit manibus adipẽ hoſtiæ, & pectuſculum. cumq; ambo oblata domino conſecrauerit, tradet ſacerdoti, qui adolebit adipem ſuper altare, pectuſculum autem erit Aaron & filiorum eius. armus quoq; dexter de pacificorum hoſtijs cedet in primitias ſacerdotis. Qui obtulerit ſanguinem & adipem filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in portione ſua. Pectuſculum enim eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filijs Iſrael de hoſtijs eorum pacificis, & dedi Aarõ ſacerdoti, & filijs eius lege perpetua ab omni populo Iſrael. Hæc eſt unctio Aaron & filiorum eius in ceremonijs domini in die quo obtulit eos Moyſes, ut ſacerdotio fungerẽtur, & quæ præcepit eis dari dominus à filijs Iſrael religione perpetua in generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificij pro peccato atq; delicto, & pro conſecratiõe & pacificorum uictimis, quam conſtituit dominus Moyſi in monte Sinai quando mãdauit filijs Iſrael ut offerrent oblationes ſuas domino in deſerto Sinai.

Leu.17 c.19.f — Deut.12.b — D — Nume.18 c

CAP. VIII

De Aaronis eiusq; filiorũ initiatione ac habitatione

A LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen, dicens, Tolle Aaron cum filijs ſuis, ueſtes eorum, & unctionis oleum, uitulum pro peccato, duos arietes, caniſtrum cum azymis, & congregabis omnem cœtũ ad oſtium tabernaculi. Fecit Moyſes ut dominus imperauerat, Cõgregataq; omni turba ante fores tabernaculi, ait, Iſte eſt ſermo quem dominus iuſſit fieri. Statimq; obtulit Aaron & filios eius. Cumq; lauiſſet eos, ueſtiuit pontificẽ ſubucula linea, accingẽs eum baltheo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit, quod aſtringens cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & ueritas. Cidari quoq; texit caput: & ſuper eam, contra frontem poſuit laminam auream conſecratam in ſanctificatione, ſicut pręceperat ei dominus. Tulit & unctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. Cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptẽ uicibus, unxit illud, & omnia uaſa eius, labrumq; cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaron: unxit eum, & conſecrauit. filios quoq; eius oblatos ueſtiuit tunicis lineis, & cinxit balthcis, impoſuitq; mitras, ut iuſſerat dominus. Obtulit & uitulum pro peccato. cumq; ſuper caput eius poſuiſset Aaron, & filij eius manus ſuas, immolauit eum: hauriens ſanguinem, & tincto digito tetigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & ſanctificato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. Adipem uerò qui erat ſuper uitalia, & reticulũ iecoris, duosq; renunculos cum aruinulis ſuis adoleuit ſuper altare: uitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat dominus. Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper cuius caput cum impoſuiſſent Aaron & filij eius manus ſuas, immolauit eum, & fudit ſanguinem eius per circuitum altaris. Ipſumq; arietem in fruſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius inteſtinis & pedibus. totumq; ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quod eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris domino, ſicut præceperat ei. Obtulit & arietem ſecundum, in conſecrationem ſacerdotum: poſueruntq; ſuper caput eius Aaron & filij eius manus ſuas. quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron & pollicem manus eius dextræ, ſimiliter & pedis. Obtulit & filios Aaron. cumq; de ſanguine arietis immolatis tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollicis manus ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper altare per circuitum. adipem uerò, & caudam, omnemq; pinguedinem, quę operit inteſtina, reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dextro ſeparauit. Tollens autem de caniſtro azymorum, quod erat coram domino, panem abſque fermento unum, & collyridam

B — Eccl.45 c — C — D — Exo.29 b — E

consperſam oleo, laganumq́ʒ poſuit ſuper adipes, & armum dextrum, tradens ſimul omnia Aaron & filijs eius. Qui poſtquam leuauerunt ea coram domino, rurſum ſuſcepta de manibus eorum, adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quod conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuauitatis ſacrificij domini. Tulitq́ʒ pectuſculum eleuans illud coram domino de F ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei dominus. Aſſumensq́ʒ unguentum, & ſanguinem qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & ueſtimenta eius, & ſuper filios illius ac ueſtes eorum. Cumq́ʒ ſanctificaſſet eos in ueſtitu ſuo, præcepit eis, dicens, Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi dominus, dicens, Aaron & filij eius comedēt G eos: quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet. De oſtio quoq́ʒ tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, uſq́ʒ ad diem quo complebitur tempus conſecrationis ueſtræ. ſeptem enim diebus finitur conſecratio: ſicut in præſentiarum factum eſt, ut ritus ſacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruantes cuſtodias domini, ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt. Fecerūtq́ʒ Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt dominus per manum Moyſi.

CAP. IX

Prima Aaronis immolatio, & quomodo ignis cælo deſcēdēs uictimas abſumit

A FActo autem octauo die, uocauit Moyſes Aarō & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitq́ʒ ad Aaron, Tolle de armento uitulum pro peccato, & arietē in holocauſtū, utrunque immaculatum, & offer illos coram domino. Et ad filios Iſrael loqueris, Tollite hircum pro peccato, & uitulum atque agnum anniculum, & ſine macula in holocauſtum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram domino in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes. hodie enim dominus apparebit uobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi: ubi cum omnis multitudo aſtaret, ait Moyſes B Iſte eſt ſermo quem præcepit dominus: facite, & apparebit uobis gloria eius. Et dixit ad Aaron, Accede ad altare: & immola pro peccato tuo. offer holocauſtum, & deprecare pro te & pro populo. cumq́ʒ mactaueris hoſtiam populi, ora pro eo, ſicut præcepit dominus. Statimq́ʒ Aaron accedēs ad altare, immolauit uitulum pro peccato ſuo: cuius ſanguinē obtulerunt ei filij ſui. in quo tingens digitū, tetigit cornu altaris, & fudit reſiduū ad baſim eius. Adipemq́ʒ, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat dominus Moyſi: carnes uerò & pellem eius, extra caſtra combuſſit igni. C Immolauit & holocauſti uictimam: obtuleruntq́ʒ ei filij ſui ſanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſuper altare cremauit igni, lotis aqua prius inteſtinis & pedibus. Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatoq́ʒ altari, fecit holocauſtum, addens in ſacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſuper altare, abſq́ʒ ceremonijs holocauſti matutini. Immolauit & bouem atque arietem hoſtias pacificas populi. obtuleruntq́ʒ ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper altare in circuitum. Adipem autem bouis & D caudam arietis, renunculosq́ʒ cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris poſuerunt ſuper pectora. cumq́ʒ cremati eſſent adipes ſuper altare, pectora eorum & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram domino, ſicut præceperat Moyſes. Et extendens manum ad populum, benedixit ei. Sicq́ʒ completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. Ingreſſi autem Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi benedixerūt populo. Apparuitq́ʒ gloria domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis à domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cum uidiſſent turbæ, laudauerunt dominum, ruentes in facies ſuas.

CAP. X

Nadab & Abiu interimuntur, ſacerdotibus uino interdicitur, & adſcribitur portio uictimarū

A ARreptisq́ʒ Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egreſſusq́ʒ ignis à domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram domino. Dixitq́ʒ Moyſes ad Aaron, Hoc eſt quod locutus eſt dominus. Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens, tacuit Aaron. Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres ue-

ſtros de conſpectu ſanctuarij, & aſportare extra caſtra. Confeſtimq; pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, ueſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, ut ſibi fuerat imperatum. Locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: Capita ueſtra nolite nu- B dare, & ueſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres ueſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium quod dominus ſuſcitauit: uos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe ſanctæ unctionis eſt ſuper uos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi. Dixitq; dominus ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes ueſtras, Et ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea quę locutus ſum ad eos per C manum Moyſi. Locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant reſidui, Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatiōe domini, & comedite illud abſq; fermēto iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt. Comedetis autem in loco ſancto quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus domini, ſicut præceptum eſt mihi. Pectuſculum quoq; quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: eo quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit dominus. Inter hæc D hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratusq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quę ſancta ſanctorum eſt, & data uobis ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu domini, præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie uictima pro peccato & holocauſtum coram domino, mihi autem accidit quod uides. quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

Mundorum ab immundis definitio

CAP. XI A

LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Dicite filijs Iſrael, Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ, Omne quod habet diuiſam ungulā & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet ungulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cætera, nō comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chœrogryllus qui ruminat, ungulamq; nō diuidit, immundus eſt. Lepus quoq;: nam & ipſe ruminat, ſed ungulam nō diuidit. Et ſus: qui cum ungulam diuidat, non ruminat. horum carnibus non ueſcimini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt uobis. Hæc etiam ſunt quę gignuntur in aquis, & ueſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, come- B detis. Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & uiuunt, abominabile uobis execrandumq; erit. carnes eorum non comedetis, & morticina uitabitis. Cuncta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & uitanda ſunt uobis, Aquilam, & gryphem, & haliæetum, & miluum ac uulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimilitudinē ſuam, ſtruthionem, & noctuam & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum, bubonē, & mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem herodionem, & charadriō iu- C xta genus ſuum, upupam quoq; & ueſpertilionem. Omne de uolucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit uobis. Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retrò crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, ut eſt bruchus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta, ſingula iuxta genus ſuum. Quicquid autē ex uolucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit uobis: & quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus uſq; ad ueſperum: & ſi neceſſe fuerit ut portet quippiam horum mortuum, lauabit ueſtimenta ſua, & immundus D erit

erit usque ad occasum solis. Omne animal quod habet quidem ungulam, sed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad uesperum. Et qui portauerit huiusmodi cadauera, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usque ad uesperum, quia omnia hæc immunda sunt uobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quę mouentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suum, mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa: omnia hęc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immūdus erit usq; ad uesperum: & super quod ceciderit quicq; de morticinis eorū, polluetur tam uas ligneum & uestimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocunq; fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt usq; ad uesperum, & sic postea mundabuntur. Vas autem fictile in quod horum quicquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est. Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de uniuerso uase, immūdum erit. Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt. Fontes uerò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementem, non polluet eam. Si autem quispiam aqua sementē perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, ilicò polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet uobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit usq; ad uesperum. & qui comederit ex eo quippiam siue portauerit: lauabit uestimenta sua, & immundus erit usq; ad uesperū. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humū trahitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas uestras, nec tangatis quicquā eorum, ne immundi sitis, Ego enim sum dominus deus uester. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas uestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego enim sum dominus, qui eduxi uos de terra Aegypti, ut essem uobis in deū. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac uolucrum, & omnis animæ uiuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, ut differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

Leuit.5 a. E F G

CAP. XII

LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ. Et die octauo circuncidetur infantulus. ipsa uero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purificationis suæ. Sinautem fœminam peperit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumq; expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti: qui offeret illa coram domino, & rogabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. ista est lex parientis masculum aut fœminam. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures uel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterū pro peccato. orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

Puerperæ purgatiōis tēpus et oblatio A B C D *Luc. 2 d* *Leuit. 5 b*

CAPVT XIII

LOcutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, uel ad unum quemlibet filiorum eius. Qui cum uiderit lepram in cute & pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur. Sinautem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & consyderabit die septimo. & si quidem lepra ultrà non creuerit, nec tran-

Consideratio leprarum A

fierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus alijs, & die septimo con/templabitur. si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mūdabit eam: quia scabies est: B lauabitq́ homo uestimenta sua, & mundus erit. Quod si postquam à sacerdote uisus est & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ condem/nabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & uidebit eum. Cúmque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro uiua apparuerit: lepra uetustissima iudicabitur atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est. Si autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite usque ad pedes, quicquid sub aspectum oculorum cadit, consyderabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: eo quod C omnis in candorem uersa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando uerò caro uiuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. caro enim uiua si lepræ aspergitur, immunda est. Quod si rursum uersa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, consyderabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis in qua ulcus natum est & sanatum, & in loco ulceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem: qui cum uiderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos uersos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in ulcere. Quod si pilus, coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & uicina carne non est humilior, re D cludet eum septem diebus. & si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. si autem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix, & homo mundus erit. Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, consyderabit eam sacerdos, & ecce uersa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quod si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. si autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco munda- E bitur, quia cicatrix est combusturæ. Vir siue mulier in cuius capite uel barba germinauerit lepra, uidebit eos sacerdos. & si quidē humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitoq́ subtilior: contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Si autem uiderit locum maculæ æqualem uicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eos septem diebus, & die septimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus alijs. Si die septimo uisa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisq́ uestibus suis mundus erit. Si autem post emundationem rursus creuerit ma- F cula in cute, non quæret amplius utrum capillus in flauum colorem sit commutatus, quia aperte immundus est. Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronunciet mundum. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est: & si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Si autem in caluitio siue in recaluatione albus uel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos uiderit, condemnabit eum haud dubie lepræ, quæ orta est in caluitio. Qui- G cunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit uestimenta dissuta, caput nudum, os ueste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmine, aut certe pellis, uel quicquid ex pelle confectum est, si alba uel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur ostendeturq́ sacerdoti. qui consideratam recludet septem diebus: & die septimo rursus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit uestimentum & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Quod si eam uiderit non cre- H

uisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludetq́ illud septem diebus alijs. Et cum uiderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quod infusa sit in superficie uestimenti uel per totum lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ postquam uestis est lota, abrumpet eum & à solido diuidet. Quod si ultrà apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra uolatilis & uaga: debet igne comburi. si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundo, & munda erunt. Ista est lex lepræ uestimenti lanei & linei, staminis atque subtegminis, omnisq́ supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat uel contaminari.

CAPVT XIIII

A Locutusq́ est dominus ad Moysen, dicens, Hic est ritus leprosi quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem: qui egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur ut offerat duos passeres uiuos pro se, quos uesci licitum est, & lignum cedrinum, uermiculumq́ & hyssopum. & unum ex passeribus immolari iubebit in uase fictili super aquas uiuentes: alium autem uiuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est, septies, ut iure purgetur, & dimittet passerem uiuum, ut in agrum auolet. Cumq́ lauerit homo uestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusq́ ingredietur castra, ita duntaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septi B mo radat capillos capitis, barbamq́ & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum uestibus & corpore, die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumq́ sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum & offeret eum pro delicto, oleiq́ sextariū. Et oblatis ante dominum omnibus, immolabit agnum ubi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta sanctorum est. Assumensq́ sacerdos de sanguine hostię, quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextrę eius qui mundatur, C & super pollices manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittet in manum suam sinistrā, tingetq́ digitum dextrum in eo, & asperget coram domino septies. quod autem reliquum est olei in leua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, & super caput eius. Rogabitq́ pro eo sacerdos coram domino, & faciet sacrificium pro peccato. tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo rite mundabitur. Quod si pauper est, & nō potest manus eius inuenire quæ dicta sunt pro delicto, assumet agnum ad oblationem ut roget pro eo sacerdos, decimamq́ partē similæ conspersę oleo in sacrificiū, & olei sextarium, duosq́ turtures siue duos pullos columbæ, quorū unus D sit pro peccato, & alter in holocaustum: offeretq́ ea die octauo purificationis suę sacerdoti ad ostiū tabernaculi testimonij corā domino. qui suscipiens agnum pro delicto & sextariū olei, leuabit simul: immolatoq́ agno de sanguine eius ponet super extremum auriculę dextræ illius qui mūdatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri. olei uero partem mittet in manum suam sinistram, in quo tingēs digitum dextræ manus asperget septies coram domino: tangetq́ extremū dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: reliquā autē partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut placet pro eo dominum: & turturem siue pullum columbæ offeret, unum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. hoc est E sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationē sui. Locutusq́ est dominus ad Moysen & Aaron, dicens. Cumq́ ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo uobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ uidetur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet ut efferantur uniuersa de domo priusquam ingrediatur eam, & uideat utrum leprosa sit, ne

Leprosi mundandi & expiandi ritus
Matth.8 a
Marc.1 d
Luc.5 c.17 b
Leuit.5 b 12 d

immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq́ postea, ut consideret leprā domus: & cū uiderit in parietibus illius quasi ualliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur ostiū domus, & statim claudet illā septē diebus. Reuersusq́ die septimo, cōsiderabit eam. si inuenerit creuisse leprā, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatē in locum immundum, domum aūt ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerē rasuræ extra urbem in locum immundum, lapidesq́ alios reponi pro his qui ablati fuerint: & luto alio liniri domum. Sin autem postquā eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos uiderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus: quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atq́ uniuersum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum quādo clausa est, immundus erit usq́ ad uesperum: & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit uestimenta sua. Quod si introiens sacerdos uiderit lepram non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate: & in purificatione eius sumet duos passeres, lignumq́ cedrinum, & uermiculum atq́ hyssopum: & immolato uno passere in uase fictili super aquas uiuas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum & coccum & passerē uiuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atq́ in aquis uiuētibus, & asperget domum septies, purificabitq́ tam in sanguine passeris, quàm in aquis uiuentibus, & in passere uiuo lignoq́ cedrino & hyssopo atq́ uermiculo. Cumq́ dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. Ista est lex omnis lepræ & percussuræ, lepræ uestium & domorum, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ & in uarias species coloribus immutatis, ut possit sciri quo tempore mundum quid, uel immundum sit. CAP. XV

Virorum quibus genitura fluit & mulierum mēstruosarum purgationis modus

LOcutusq́ est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Loquimini filijs Israel, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic uitio subiacere, cum per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & ubicunque sederit. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit uestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Si sederit ubi ille sederat, & ipse lauabit uestimēta sua: & lotus aqua, immundus erit usq́ ad uesperum. Qui tetigerit carnē eius, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua immūdus erit usq́ ad uesperū. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eū qui mundus est, lauabit uestimenta sua, & lotus aqua immundus erit usq́ ad uesperum. Sagma super quod sederit, immundum erit: & quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit usq́ ad uesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit uestimēta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit uestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: uas autem ligneum lauabitur aqua. Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis uestibus & toto corpore in aquis uiuentibus, erit mundus, Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbæ, & ueniet in conspectum domini ad ostiū tabernaculi testimonij, dabitq́ eos sacerdoti. qui faciet unum pro peccato, & alterū in holocaustū, rogabitq́ pro eo corā domino, ut emundetur à fluxu seminis sui. Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suū: & immundus erit usq́ ad uesperum. Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit usq́ ad uesperum. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit usq́ ad uesperum. Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit usque ad uesperum: & locus in quo dormierit uel sederit diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum suum, lauabit uestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit usq́ ad uesperū. Omne uas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit uestimēta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit usq́ ad uesperum. Si coierit cum ea uir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum in quo dormierit, polluetur.

Leuit. 18 c

Mulier

D Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, uel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo. omne stratum in quo dormierit, & uas in quo sederit, pollutum erit. quicunque tetigerit eam, lauabit uestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonij: qui unum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabitque pro ea coram domino, & pro fluxu immunditiæ eius. Docebitis ergo filios Israel ut caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum quod est inter uos. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ mēstruis temporibus separatur, uel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

CAP. XVI

Sanctuarium quō ingrediēdū sacerdoti, & de duplici duorum hircorum imolatione, deque septimi mensis ieiunio

A Locutusque est dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: & præcepit ei dicens, Loquere ad Aaron fratrem tuum ne omni tempore ingrediatur sanctuarium quod est intra uelum coram propitiatorio quo tegitur arca, ut non moriatur (quia in nube apparebo super oraculum) nisi hæc ante fecerit, Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. Tunica linea uestietur, feminalibus lineis uerenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti: hæc enim uestimenta sunt sancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Suscipietque B ab uniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cumque obtulerit uitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij: mittensque super utrunque sortē, unam domino, & alteram capro emissario: cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuum coram domino, ut fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinem. His rite celebratis, offeret uitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum. assumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, C & hauriēs manu compositum thymiama in incensum, ultra uelum intrabit in sancta: ut positis super ignem aromatibus coram domino, nebula eorum & uapor operiat oraculum quod est supra testimonium, & non moriatur. Tollet quoque de sanguine uituli, & asperget digito septies contra propiciatorium ad orientem. Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra uelum, sicut præceptum est de sanguine uituli, ut asper gat eregione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cūctisque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, quod D fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israel, donec egrediatur. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem uituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: aspergensque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israel. Postquam emundauerit sanctuarium & tabernaculum & altare, tunc offerat hircum uiuentem: & posita utraque manu super caput eius, cōfiteatur omnes iniquitates filiorum Is- E rael, & uniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. Cumque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terrā solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis uestibus quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium, relictisque ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque uestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: & adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille uerò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit uestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem & hir- F cum qui pro peccato fuerant immolati, & quorū sanguis illatus est in sanctuarium ut expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburēt igni, tam pelles quàm carnes eorum ac fimum

Leuit. 4 a

Eze. 45 d

fimum: & quicunque combusserit ea, lauabit uestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra. Eritq; uobis hoc legitimum sempiternum. Mense autem septimo, decima die mensis affligetis animas uestras, nullúmque opus facietis, siue indigena siue aduena qui peregrinatur inter uos. In hac die expiatio erit uestri atque mundatio, ab omnibus peccatis uestris coram domino mundabimini. sabbathum enim requietionis est, & affligetis animas uestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos qui unctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt ut sacerdotio fungantur pro patre suo: induetúrque stola linea & uestibus sanctis, & expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonij atque altare, sacerdotes quoque & uniuersum populum. Eritq; uobis hoc legitimum sempiternum, ut oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat dominus Moysi. G

CAP. XVII

Vbi, & cui sacrificandum, sanguineq; & morticino abstinendum

ET locutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Israel, dicens ad eos. Iste est sermo quem mandauit dominus, dicens, Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris uel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas quas occidunt in agro, ut sanctificentur domino ante hostium tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas domino. Fundetq; sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorē suauitatis domino, & nequaquā ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. Et ad ipsos dices, Homo de domo Israel & de aduenis qui peregrinantur apud uos, qui obtulerit holocaustum siue uictimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eam, ut offerat domino, interibit de populo suo. Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter uos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum uobis, ut super altare meū expietis pro animabus uestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filijs Israel, Omnis anima ex uobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud uos. Homo quicunque de filijs Israel & de aduenis qui peregrinantur apud uos, si uenatione atque aucupio ceperit feram uel auem, quibus uesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filijs Israel, Sanguinem uniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunq; comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinum uel captum à bestia, tā de indigenis quàm de aduenis, lauabit uestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit usq; ad uesperum: & hoc ordine, mundus fiet. Quod si non lauerit uestimenta sua uel corpus, portabit iniquitatem suam. A B C D

Gen. 9 a Leuit. 3. 7. 19

CAP. XVIII

Agnatiōis gradus, & quibuscum non licet habere rē

LOcutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Ego sum dominus deus uester: iuxta consuetudinem terræ Aegypti in qua habitastis, non facietis, & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum uos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis, ego dominus deus uester. Custodite leges meas atq; iudicia, quę faciens homo, uiuet in eis. ego dominus. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius. ego dominus. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuę non discooperies. mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies, turpitudo enim patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre quæ domi uel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinem filiæ filij tui uel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis: eo quod caro sit matris tuę. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad uxorem A B

eius quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia uxor filij tui est: nec discooperies ignominiam eius. Turpitudinē uxoris fratris tui nō reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinē uxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, C & filiam filię illius non sumes, ut reueles ignominiā eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incæstus est. Sororem uxoris tuę in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente. Ad mulierē quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis cōmistione maculaberis. De semine tuo non dabis ut cōsecretur idolo Moloch, nec pollues nomen dei tui. ego dominus. *Leuit.20 a* Cum masculo non commisćearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Cum omni pecore nō coibis nec maculaberis cum eo. Mulier non succūbet iumento, nec miscebitur ei: quia sce D lus est. Nec polluamini in omnibus his quibus cōtaminatæ sunt uniuersæ gentes, quas ego ejiciā ante conspectum uestrum, & quibus polluta est terra: cuius ego scelera uisitabo, ut euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tā indigena quàm colonus qui peregrinatur apud uos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę, qui fuerunt ante uos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & uos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante uos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante uos, & ne polluamini in eis. ego dominus deus uester.

CAP. XIX

A LOcutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, *Sanctis quæ facienda, quæq; uitanda sint* & dices ad eos, Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus uester. Vnusquisq; patrem suum & matrem suam timeat. Sabbatha mea custodite. ego dominus deus uester. Nolite conuerti ad idola, nec deos cōflatiles faciatis uobis. ego dominus deus uester. Si immolaueritis hostiam pacificorum domino ut sit placabilis: eo die quo fuerit immolata, comedetis eā, & die altero: quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne cōburetis. si B quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & impietatis reus: portabitq; iniquitatē suam, quia sanctum domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. Cumq; messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usq; ad solum superficiē terræ: nec remanentes spicas colliges. Neq; in uinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes, ego dominus deus uester. Non facietis furtum. Non mētiemini, nec decipiet unusquisq; proximum suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen *Exo.20 d Deut.5 b* C dei tui: ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercennarij tui apud te usq; mane. Non maledices surdo, nec corā cæco pones offendiculū: sed timebis dominum deū tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non consyderes personam pauperis, nec honores uultū potentis. Iustè iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui, ego dominus. Nō oderis fratrem tuum in corde tuo, sed pu D blice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. ego dominus. Leges meas custodite. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quę ex duobus texta est, non indueris. Homo si dormierit cū muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio nō redempta, nec libertate donata: uapulabunt ambo, & non morientur, quia non fuit libera. pro delicto aūt suo offeret domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem: orabitq; pro eo sacerdos & pro pec E cato eius coram domino, & repropitiabitur ei, dimittetur q; peccatum. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quę germinant, immunda erunt uobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. ego dominus deus uester. Non comedetis cū sanguine. Non augura F bimini, nec obseruabitis somnia. Neq; in rotundū attondebitis comā: nec radetis barbam.

Et super mortuo non incidetis carnes uestras,neq; figuras aliquas,aut stigmata facietis uobis.ego dominus. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra,& impleatur piaculo. Sabbatha mea custodite,& sanctuarium meum metuite.ego dominus. Non declinetis ad magos,nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos.ego dominus deus uester. Coram cano capite consurge,& honora personam senis: & time dominum deum tuum,e- G go sum dominus.Si habitauerit aduena in terra uestra,& moratus fuerit inter uos,non exprobretis ei,sed sit inter uos quasi indigena,& diligetis eum quasi uosmetipsos.fuistis enim & uos aduenæ in terra Aegypti. ego dominus deus uester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera,iustus modius,æquusq; sextarius.ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Custodite omnia præcepta mea, & uniuersa iudicia, & facite ea. ego dominus.

Exod.22 c

CAP. XX

Moloch idolo ne sacrificet, nõnullaq; alia scelera prohibentur

Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens, Hæc loqueris filijs Israel, Homo de filijs Israel, & de aduenis qui habitant in A Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch,morte moriatur:populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidámque eum de medio populi sui,eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum,ac polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec uoluerit eum occidere: ponam faciem meam super hominem illum,& cognationem eius, succidamq; & ipsum,& omnes qui consenserunt ei ut fornicaretur cum Moloch,de medio populi sui. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos,& fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meã contra eam,& interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini,& estote sancti, quia B & ego sum sanctus dominus deus uester. Custodite præcepta mea, & facite ea: Ego dominus qui sanctifico uos. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. patri matriq; qui maledixerit,sanguis eius sit super eum.Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius,& adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo.sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua,uterque moriatur, quia scelus operati sunt. sanguis eorum sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nephas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos.Qui supra uxorem filiã, duxerit matrem eius, scelus operatus est:uiuus ardebit cũ eis, C nec permanebit tantũ nefas in medio uestri.Qui cum iumento & pecore coierit,morte moriatur:pecus quoq; occidite.Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento,simul interficietur cũ eo:sanguis eorum sit super eos.Qui acceperit sororẽ suam filiam patris sui,uel filiam matris suæ & uiderit turpitudinẽ eius,illaq; conspexerit fratris ignominiam:nefariam rem operati sunt,occidentur in conspectu populi sui,eo quod turpitudinem suã mutuò reuelauerint,& portabunt iniquitatem suam.Qui coierit cum muliere in fluxu mẽstruo, & reuelauerit turpitudinem eius,ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui, interficiẽtur ambo de medio populi sui.Turpitudinem materteræ,& amitæ tuæ non discooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum uxore patrui,uel D auunculi sui,& reuelauerit ignominiam cognationis suę,portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam,turpitudinem fratris sui reuelauit:asque liberis erunt. Custodite leges meas,atque iudicia, & facite ea: ne & uos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante uos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis autem loquor, Possidete terram eorum,quam dabo uobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. ego dominus deus uester, qui separaui uos à cæteris populis. Separate ergo & uos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas uestras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ uobis ostendi esse polluta. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego dominus,

Deut.22 d

Deut.25 a

& sepa

& separaui uos à cæteris populis,ut essetis mei. Vir siue mulier,in quibus pythonicus,uel diuinationis fuerit spiritus,morte moriantur, lapidibus obruent eos:sanguis eorum sit super illos.

CAPVT XXI

A Dixit quoq; dominus ad Moysen:Loquere ad sacerdotes filios Aaron,& dices ad eos,Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum,nisi tantum in consanguineis ac propinquis,id est super patrem & matrem & filium & filiam,fratrem quoq; & sororem uirginem,quæ non est nupta uiro:sed nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent caput nec barbam,neq; in carnibus suis facient inscissuras. Sancti erunt deo suo,& non polluent nomen eius. Incensum enim domini, & panes dei sui offerunt,& ideo sancti erunt.Scortum & uile prostibulū non ducet uxorem,nec eam quæ repudiata est à marito: B quia consecratus est deo suo,& panes propositionis offert.Sit ergo sanctus,quia & ego sanctus sum dominus.qui sanctifico uos.Sacerdotis filia deprehensa si fuerit in stupro,& uiolauerit nomen patris sui,flammis exuretur.Pontifex,id est sacerdos maximus inter fratres suos,super cuius caput fusum est unctionis oleum,& cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt,uestitusq; est sanctis uestibus,caput suum non discooperiet, uestimenta sua non scindet,& ad omnem mortuum non ingredietur omnino. super patre quoq; suo & matre non contaminabitur,nec egredietur de sanctis,ne polluat sanctuarium dei sui,quia oleum C sanctæ unctionis dei sui super eum est:ego dominus. Virginem ducet uxorem:uiduam autem & repudiatam & sordidam atq; meretricem non accipiet:sed puellam de populo suo: ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suæ:quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens:Loquere ad Aaron:Homo de semine tuo per familias suas,qui habuerit maculam non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius:si cæcus fuerit,si claudus,si uel paruo uel grandi uel torto naso,si fracto pede,si manu,si gibbus,si lippus,si albuginem habens in oculo,si iugem scabiem,si impetiginem D in corpore,uel herniosus.Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis,non accedet offerre hostias domino,nec panes deo suo:uescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario,ita duntaxat ut intra uelum non ingrediatur,nec accedat ad altare,quia maculam habet,& contaminare non debet sanctuarium meum.Ego dominus qui sanctifico eos.Locutus est ergo Moyses ad Aaron & ad filios eius & ad omnem Israel,cuncta quæ fuerant sibi imperata.

Sacerdos qualis sit

Ezec.44 f

CAPVT XXII

A Locutus quoq; est dominus ad Moysen,dicens:Loquere ad Aaron & ad filios eius, ut caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel,& non contaminent nomen sanctificatorum mihi,quæ ipsi offerunt:ego dominus.Dic ad eos & ad posteros eorum:Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ consecrata sunt,& quæ obtulerunt filij Israel domino,in quo est immunditia,peribit coram domino:ego sum dominus.Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus,aut patiens fluxum seminis,non uescetur his quæ sanctificata sunt mihi,donec sanetur.Qui tetigerit immundum super mortuo,& ex quo egreditur semen quasi coitus,& qui tangit reptile,& quodlibet immundum,cuius tactus est sordidus,immundus erit usq; ad uesperum,& non uescetur his quæ sanctificata sunt:sed cum B lauerit carnem suam aqua,& occubuerit sol,tunc mundatus uescetur de sanctificatis,quia cibus illius est.Morticinum & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis:ego sum dominus.Custodiant præcepta mea,ut non subiaceant peccato,& moriantur in sanctuario,cum polluerint illud:ego dominus qui sanctifico eos.Omnis alienigena non comedet de sanctificatis:inquilinus sacerdotis,& mercennarius non uescentur ex eis.Quem autem sacerdos emerit,& qui uernaculus domus eius fuerit,hi comedent ex eis.si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit:de his quæ sanctificata sunt,& de primitijs non uescetur.sinautem uidua uel repudiata & absq; liberis reuersa fuerit ad domum patris sui:sicut puella consueuerat,aletur cibis patris sui.Omnis alienigena,comedendi ex eis non habet potestatem.Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam,addet quintam partem cum C eo quod comedit,& dabit sacerdoti in sanctuarium.Nec contaminabunt sanctificata filiorum

Rursus de sacerdotibus & eorum familia ac sacrificijs

Exo.22 d

Ezec.44 g

rum Iſrael,quæ offeruntur domino:ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui,cum ſancti-ficata comederint:ego dominus qui ſanctifico eos. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens: Loquere ad Aaron & filios eius & ad omnes filios Iſrael,dicesq; ad eos, Homo de domo Iſrael,& de aduenis qui habitant apud uos,qui obtulerit oblationem ſuam,uel uota ſoluens,uel ſponte offerens,quicquid illud obtulerit in holocauſtum domini,ut offeratur per uos,maſculus immaculatus erit ex bobus & ouibus & ex capris:ſi maculam habuerit,non offeretis,neq; erit acceptabile. Homo qui obtulerit uictimam pacificorum domino,uel uota ſoluens,uel ſponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus,immaculatum offeret,ut acceptabile ſit:omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit,ſi fractum,ſi cicatricem habens,ſi papulas aut ſcabiem aut impetiginem:non offeretis ea domino,nec adolebitis ex eis ſuper altare domini. Bouem & ouem,aure & cauda amputatis,uoluntarie offerre potes:uotum autem ex ijs ſolui non poteſt. Omne animal quod uel contritis uel tunſis uel ſectis,ablatisq; teſticulis eſt,non offeretis domino,& in terra ueſtra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes deo ueſtro,& quicquid aliud dare uoluerit:quia corrupta,& maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens: Bos,ouis & capra cum genita fuerint,ſeptem diebus erunt ſub ubere matris ſuæ:die autem octauo,& deinceps offerri poterunt domino. Siue illa bos ſiue ouis, non immolabuntur una die cum fœtibus ſuis. Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actione domino,ut poſſit eſſe placabilis eodem die comedetis eam,non remanebit quicquam in mane alterius diei:ego dominus. Cuſtodite mandata mea,& facite ea:ego dominus. Ne polluatis nomen meum ſanctum, ut ſanctificer in medio filiorum Iſrael. Ego dominus, qui ſanctifico uos, & eduxi de terra Aegypti, ut eſſem uobis in deum: ego dominus.

Deut.15 d & 17 a

D

CAPVT XXIII

De ſabbati ac feſtorum reliquorum obſeruatione

Locutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens: Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos: Hæ ſunt feriæ domini,quas uocabitis ſanctas. Sex diebus facietis opus:dies ſeptimus, quia ſabbati requies eſt,uocabitur ſanctus. omne opus non facietis in eo. ſabbatum domini eſt in cunctis habitationibus ueſtris. Hæ ſunt ergo feriæ domini ſanctæ,quas celebrare debetis temporibus ſuis. Menſe primo,quartadecima die menſis ad ueſperum, phaſe domini eſt:& quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. dies primus erit uobis celeberrimus,ſanctusq;:omne opus ſeruile non facietis in eo,ſed offeretis ſacrificiũ in igne domino ſeptẽ diebus. dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior:nullumq; ſeruile opus facietis in eo. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens: Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis terrã quam ego dabo uobis,& meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum primitias meſſis ueſtræ ad ſacerdotem. qui eleuabit faſciculum coram domino,ut acceptabile ſit pro uobis, altero die ſabbati,& ſanctificabit illum. Atque in eodem die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum domini, & libamenta offerentur cum eo duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum domini,odoremq; ſuauiſſimum: liba quoq; uini quarta pars hin. Panem & polentam & pultes non comedetis ex ſegete uſque ad diem qua offeretis ex ea deo ueſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationibus,cunctisq; habitaculis ueſtris. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati in quo obtuliſtis manipulum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas,uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ,id eſt quinquaginta dies:& ſic offeretis ſacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis ueſtris,panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermentatæ,quos coquetis in primitias domini. Offeretisq; cum panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos,& uitulum de armento unum,& arietes duos,& erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis,in odorem ſuauiſſimum domino. Facietis & hircum pro peccato,duosq; agnos anniculos hoſtias pacificorum. Cumq; eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram domino,cedent in uſum eius. Et uocabitis hunc diem celeberrimum atq; ſanctiſſimum,omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit

A

Exo.12 a
Num.28 c

B

C

D

erit in cunctis habitaculis & generationibus uestris. Postquàm autem messueritis segetem terræ uestræ, non secabitis eam usque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum dominus deus uester. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, Mense septimo, prima dies mensis erit uobis sabbatum memoriale, clangentibus tubis, & uocabitur sanctum: omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino. Locutusq; est dominus ad Moysen, di-E cens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus: affligetisq; animas uestras in eo, & offeretis holocaustum domino. omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, ut propitietur uobis dominus deus uester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit uobis in cunctis generationibus & habitationibus uestris. sabbatum requietionis est, & affligetis animas uestras. Die nono mensis à uespere usque ad uesperam, celebrabitis sabbata uestra. Et locutus est dominus ad Moysen, di-F cens: Loquere filijs Israel, A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus domino. dies primus uocabitur celeberrimus atq; sanctissimus. omne opus seruile non facietis in eo: & septem diebus offeretis holocausta domino. dies quoque octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & offeretis holocaustū domino: est enim cœtus atq; collectæ: omne opus seruile non facietis in ea. Hæ sunt feriæ domini, quas uocabitis celeberrimas atq; sanctissimas, offeretisq; in eis oblationes domino holocausta & libamenta iuxta ritum uniuscuiusq; diei, exceptis sabbatis domini, donisq; uestris, & quæ offeretis ex uoto, uel quæ sponte tribuetis domino. A quintodecimo ergo die mensis septi-G mi, quando cōgregaueritis omnes fructus terræ uestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est requies. Sumetisq; uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram domino deo uestro: celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. legitimum sempiternum erit in generationibus uestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, ut discant posteri uestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. ego dominus deus uester. Locutusq; est Moyses super solennitatibus domini ad filios Israel. CAP. XXIIII

Num. 29 b

A ET locutus est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filijs Israel, ut afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter. Extra uelum testimonij in tabernaculo fœderis, ponet eas Aaron à uespere usque in mane coram domino, cultu rituq; perpetuo in generationibus uestris. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu domini. Accipies quoq; similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: quorum senos altrinsecus super mensam puris-B simam coram domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monimentum oblationis domini. Per singula sabbata mutabuntur coram domino suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno: eruntq; Aaron & filiorum eius, ut comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificijs domini iure perpetuo. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de uiro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum uiro Israelite. Cumq; blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, C adductus est ad Moysen. Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan. Miseruntq; eum in carcerem, donec nossent quid iuberet dominus. Qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus uniuersus. Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Qui percusserit & oc-

Lucernæ ac panes propositionis quomodo parentur, deq; blasphemi & homicidæ aliorumq; pœna

Exo.21 c ciderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddet uicarium, id est animam D
Deut.19 d pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei: fractu/ram pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit macu/lam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit iumentum, reddet aliud. Qui percusserit ho/minem, punietur. Æquum iudicium sit inter uos, siue peregrinus siue ciuis peccauerit: quia ego sum dominus deus uester. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerũt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filij Israel sicut praece perat dominus Moysi.

CAPVT XXV

De anni septi/mi et quinquagesimi sanctificatione, deque emptiõibus et uenditionibus

Locutusque est dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: Loquere filijs Israel, & di/ A ces ad eos, Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis, sabbatizet sabba/tum domino. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam, colligesque fructus eius: septimo autem anno sabbatum erit terræ requietionis domini: agrum non se/res, & uineam non putabis. Quæ sponte gignet humus, non metes: & uuas primitiarũ tua/rum non colliges quasi uindemiam: annus enim requietionis terræ est. sed erunt uobis in
Deut.15 a cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ tuæ & mercennario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quæ simul faciunt quadraginta/nouem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in B uniuersa terra uestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & uocabis remissionem
Ezec.46 c cunctis habitatoribus terræ uestræ, ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessio/nem suam, & unusquisque redibit ad familiam pristinam: quia iubileus est quinquagesimus annus. Non seretis atque metetis sponte in agro nascentia, & primitias uindemiæ non colli/getis, ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comedetis. Anno iubilei redient om/nes ad possessiones suas. Quando uendes quippiam ciui tuo, uel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum uendet tibi. Quanto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & pre/tium: quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus C enim frugum uendet tibi. Nolite affligere contribules uestros, sed timeat unusquisque deum suum, quia ego dominus deus uester. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos, quibus uescamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Quòd si dixe ritis: Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus neque collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam uobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: seretisque anno octauo, & comedetis ueteres fruges usque ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis uetera. Terra quoque non uendetur in perpetuum: quia mea est, & uos aduenæ & co loni mei estis. unde cuncta regio possessionis uestræ sub redemptionis conditione uende/ D tur. Si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suam, & uoluerit propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat. sin autem non habuerit proximum, & ipse pre/tium ad redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempore quo uen/didit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. quòd si non inuenerit manus eius ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat usque ad annum iu/bileum. in ipso enim omnis uenditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. Qui uendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus im/pleatur annus. si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in iubileo. Sin autem in uilla fuerit E domus quæ muros non habet, agrorum iure uendetur. si antè redempta non fuerit, in iu/bileo reuertetur ad dominum suum. Ædes Leuitarum quæ in urbibus sunt, semper pos/sunt redimi: si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus ur/bium Leuiticarũ pro possessionibus sunt inter filios Israel. Suburbana autem eorum non ueneant, quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu,

& susce

& susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & uixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. time deum tuum, ut uiuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum abundantiam non exiges. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Ægypti, ut darem uobis terram Chanaan, & essem uester deus. Si paupertate compulsus uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercennarius & colonus erit. usque ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti. non uæneant conditione seruorum: ne affligas eum per potentiam, sed metuito deum tuum. Seruus & ancilla sint uobis de nationibus quæ in circuitu uestro sunt. Et de aduenis qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fuerint in terra uestra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. fratres autem uestros filios Israel, ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud uos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus uendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: post uenditionem potest redimi. Qui uoluerit ex fratribus suis, redimet eum & patruus & patruelis & consanguineus & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis à tempore uenditionis suæ usq; in annum iubileum: & pecunia qua uenditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercennarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent usq; ad iubileum, secundum hos reddet & pretium. si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum uiolenter in conspectu tuo. Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti.

Exo.27 c
Deut.23 c

F

G

CAP. XXVI

A

EGo dominus deus uester: Non facietis uobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra uestra, ut adoretis eum. ego enim sum dominus deus uester. Custodite sabbata mea, & pauete ad sanctuarium meum. ego dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis, dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura uindemiam, & uindemia occupabit sementem: & comedetis panem uestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros. Persequemini inimicos uestros, & corruent coram uobis. persequentur quinq; de uestris centum alienos, & centum de uobis decem millia: cadent inimici uestri gladio in conspectu uestro. Respiciam uos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum uobiscum. Comedetis uetustissima ueterum, & uetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio uestri, & non abijciet uos anima mea. Ambulabo inter uos, & ero deus uester, uosq; eritis populus meus. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum uestrarum, ut incederetis erecti. Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoq; hæc faciam uobis, Visitabo uos uelociter in egestate & ardore, qui cõficiat oculos uestros, & consumat animas uestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra uos, & corruetis coram hostibus uestris, & subijciemini his qui oderunt uos. fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones uestras septuplum propter peccata uestra, & conteram superbiam duritiæ uestræ. Daboq; uobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur in cassum labor uester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec uolueritis audire me, addam plagas uestras usque in septuplum propter peccata uestra: emittamq; in uos bestias agri, quæ consumant uos, & pecora ue-

Quæ præmia dei cultores, quæ calamitates eius cõtemptores sint secuturæ

Exo.20 a
Deut.5 a

B

C

Deut.28 b
Malac.2 a

D

ſtra,& ad paucitatem cuncta redigant,deſertæq; fiant uiæ ueſtræ.Quòd ſi nec ſic uolueritis recipere diſciplinam,ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi:ego quoq; contra uos aduerſus incedam, & percutiam uos ſepties propter peccata ueſtra, inducamq; ſuper uos gladium ultorem fœderis mei.Cumq; confugeritis in urbes,mittam peſtilentiam in medio ueſtri,& trademini in manibus hoſtium,poſtquàm confregero baculum panis ueſtri:ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes,& reddant eos ad pondus,& comedetis,& non ſaturabimini. Sin autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me,& ego incedam aduerſus uos in furore contrario,& corripiam uos ſeptem plagis propter peccata ueſtra,ita ut comedatis carnes filiorum ueſtrorum & filiarum ueſtrarum.deſtruam excelſa ueſtra, & ſimulachra confringam.Cadetis inter ruinas idolorum ueſtrorum,& abominabitur uos anima mea,intantum ut urbes ueſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria ueſtra,nec recipiam ultrà odorem ſuauiſſimum.Diſperdámque terram ueſtram,& ſtupebunt ſuper ea inimici ueſtri,cum habitatores illius fuerint. Vos autem diſpergam in gentes,& euaginabo poſt uos gladium, eritq; terra ueſtra deſerta,& ciuitates ueſtræ dirutæ.Tunc placebunt terræ ſabbata ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ:quando fueritis in terra hoſtili,ſabbatizabit,& requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuæ,eo quòd non requieuerit in ſabbatis ueſtris quando habitabatis in ea. Et qui de uobis remanſerint,dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium,terrebit eos ſonitus folij uolantis,& ita fugient quaſi gladium.cadent nullo perſequente,& corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes.nemo ueſtrum inimicis audebit reſiſtere.Peribitis inter gentes,& hoſtilis uos terra conſumet.Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint,tabeſcent in iniquitatibus ſuis,in terra inimicorum ſuorum,& propter peccata patrum ſuorum & ſua affligentur:donec confiteantur iniquitates ſuas & maiorum ſuorum,quibus præuaricati ſunt in me,& ambulauerunt ex aduerſo mihi.Ambulabo igitur & ego contra eos,& inducam illos in terram hoſtilem,donec erubeſcat incircunciſa mens eorum:tunc orabunt pro impietatibus ſuis.Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob & Iſaac & Abraham.Terræ quoq; memor ero:quæ cum relicta fuerit ab eis,complacebit ſibi in ſabbatis ſuis,patiens ſolitudinem propter illos.Ipſi uerò rogabunt pro peccatis ſuis,eo quòd abiecerint iudicia mea,& leges meas deſpexerint. Attamen etiam cum eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci eos,neque ſic deſpexi,ut conſumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis.Ego enim ſum dominus deus eorum,& recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conſpectu gentium,ut eſſem deus eorum.ego dominus deus.Hæc ſunt iudicia atque præcepta & leges,quas dedit dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

Deut.4 c

CAPVT XXVII

De uarijs uotis & redemptione corundem,deq; decimis

LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens:Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos,Homo qui uotum fecerit & ſpoponderit deo animam ſuam,ſub æſtimatione dabit pretium.Si fuerit maſculus à uiceſimo anno uſq; ad ſexageſimum annum,dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij:ſi mulier,triginta. A quinto autem anno uſq; ad uiceſimum,maſculus dabit uiginti ſiclos:fœmina decem.Ab uno menſe uſque ad annum quintum,pro maſculo dabuntur quinque ſicli:pro fœmina,tres.Sexagenarius & ultrà,maſculus dabit quindecim ſiclos:fœmina decem.Si pauper fuerit,& æſtimationem reddere non ualebit,ſtabit coram ſacerdote:& quantum ille æſtimauerit & uiderit eum poſſe reddere,tãtum dabit.Animal autem quod immolari poteſt domino,ſi quis uouerit domino, ſanctum erit,& mutari non poterit,id eſt nec melius malo,nec peius bono. quòd ſi mutauerit:& ipſum quod mutatum eſt,& illud pro quo mutatum eſt, conſecratum erit domino.Animal immundum quod immolari domino non poteſt,ſi quis uouerit, adducetur ante ſacerdotem:qui diiudicans utrum bonum an malum ſit,ſtatuet pretium.quòd ſi redimere uoluerit is qui offert,addet ſuper æſtimationem quintam partem.Homo ſi uouerit domum ſuam,& ſanctificauerit domino,conſiderabit eam ſacerdos utrum bona an mala ſit,& iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum,uenundabitur.ſin autem ille qui uouerat

rat,uoluerit redimere eam,dabit quintam partem æstimationis suprà,& habebit domum. Quòd si agrum possessionis suæ uouerit, & consecrauerit domino: iuxta mensuram se/mentis æstimabitur pretium.si triginta modijs hordei seritur terra,quinquaginta siclis uæ/nundetur argenti. Si statim ab anno incipientis iubilei uouerit agrum,quanto ualere po/

C test,tanto æstimabitur.sin autem post aliquantulum temporis,supputabit sacerdos pecu/niam iuxta annorum qui reliqui sunt numerum usque ad iubileum,& detrahetur ex pre/tio.Quòd si uoluerit redimere agrum ille qui uouerat,addet quintam partem æstimatæ pecuniæ,& possidebit eum.Sin autem noluerit redimere,sed alteri cuilibet fuerit uænunda tus:ultrà eum qui uouerat,redimere non poterit. quia cum iubilei uenerit dies,sanctifica/tus erit domino,& possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.Si ager emptus est,& non de possessione maiorum,sanctificatus fuerit domino:supputabit sacerdos iuxta an/norum numerum usque ad iubileum,pretium:& dabit ille qui uouerat eum,domino.in iu bileo autem reuertetur ad priorem dominum qui uendiderat eum,& habuerat in sortem possessionis suæ.Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus,uiginti obolos habet. Primogenita quæ ad deum pertinent,nemo sanctificare poterit & uouere,siue bos siue ouis fuerit:domini sunt.Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationem suam,& addet quintam partem pretij.si redimere noluerit,uendetur alteri quantumcunq; fuerit antè æstimatum.Omne quod domino consecratur,siue homo fue/rit siue animal siue ager,non uæniet,nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecra/tum,sanctum sanctorum erit domino.Et omnis consecratio quæ offertur ab homine,non redimetur,sed morte morietur.Omnes decimæ terræ siue de pomis arborum siue de fru/gibus,domini sunt,& illi sanctificantur.Si quis autem uoluerit redimere decimas suas,ad/det quintam partem earum.Omnium decimarum bouis & ouis & capræ,quæ sub pasto/ris uirga transeunt,quicquid decimum uenerit,sanctificabitur domino.Non eli/getur nec bonum nec malum,nec altero commutabitur. si quis muta/uerit:& quod mutatum est,& pro quo mutatum est,sanctifi/cabitur domino,& non redimetur. Hæc sunt præce/pta quæ mandauit dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

Exo.30 b
D Num.3 g
Ezec.45 d

N V M E R I
H E B R A I C E
וידבר

Recensentur Israelitæ militiæ idonei, & duces creãtur Tribus Leui præficitur sacris

L OCVTVSQVE EST DOMINVS ad Moysen in deserto Sinai A in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens: Tollite summam uniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum quicquid sexus est masculini à uicesimo anno & suprà, omnium uirorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. Eruntq; uobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina: De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur. de tribu Simeon, Salamiel filius Surisaddai. de tribu Iuda, Naasson filius Aminadab. de tribu Issachar, Nathanael filius Suar. de tribu Zabulon, Eliab filius Helon. Filiorum autem Io B seph, de tribu Ephraim, Elisama filius Ammiud. de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassur. de tribu Beniamin, Abidan filius Gedeonis. de tribu Dan, Ahiezer filius Ammisaddai. de tribu Aser, Phegiel filius Ochran. de tribu Gad, Eliasaph filius Duel. de tribu Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel: quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni uulgi multitudine, & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, sicut præceperat dominus Moysi. Numeratiq; sunt in deserto Sinai. De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum omne C quod sexus est masculini à uicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum quadragintasex millia quingenti. De filijs Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à uicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum, quinquagintanouem millia trecenti. De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à uiginti annis & suprà, omnes qui ad bella procederent. quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationum suarum per nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, recensiti sunt septuagintaquatuor millia sexcenti. D De filijs Issachar per generationes & familias ac domos cognationum suarum per nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui ad bella procederent, recensiti sunt quinquagintaquatuor millia quadringenti. De filijs Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintaseptem millia quadringenti. De filijs Ioseph filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia quingenti. Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina E singulorum à uiginti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaduo millia ducenti. De filijs Beniamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaquinq; millia quadringenti. De filijs Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, sexagintaduo millia septingenti.

De filijs

De filijs Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procede-
F re, quadraginta millia & mille quingenti. De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à uicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria millia quadringenti. Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum. Fueruntque omnes filij Israel per domos & familias suas à uicesimo anno & suprà, qui poterant ad bella procedere, sexcentatria millia uirorum quingenti quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Tribum Leui noli numerare, neque pones summã
G eorum cum filijs Israel: sed constitues eos super tabernaculum testimonij & cuncta uasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia utensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendũ fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cum castrametandum, erigent. quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabuntur autem castra filij Israel, unusquisque per turmas & cuneos atque exercitum suum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi.

1 Par. 24 d

CAP. II

De castrorum metatione

A LOcutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Singuli per turmas, signa atque uexilla & domos cognationum suarum castrametabũtur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Naasson filius Aminadab. & omnis de stirpe eius summa pugnantiũ, septuagintaquatuor millia sexcenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar. & omnis numerus pugnatorum eius, quinquagintaquatuor millia quadringenti. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon, omnisque de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquagintaseptem millia quadringenti. Vniuersi qui
B in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octogintasex millia quadringenti per turmas suas: primi egredientur. In castris filiorum Ruben ad meridianã plagam erit princeps Elisur filius Sedeur. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintasex millia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: cuius princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquagintanouem millia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille qua-
C dringenti quinquaginta per turmas suas, in secundo loco proficiscentur. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarum & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscẽtur. Ad occidentalẽ plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps erit Elisama filius Ammiud. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorũ princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. cunctusque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, trigintaduo millia ducẽti. In tribu filiorũ Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis. & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui recensiti sunt, trigin-
D taquinque millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. Ad aquilonis partem castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. cunctusque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexagintaduo millia septingenti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. cunctusque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingẽti. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. cunctus exercitus pugnatorũ eius, quinquagintatria millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centũ quinquagintaseptẽ

millia

millia ſexcenti:& nouiſſimi proficiſcentur. Hic numerus filiorum Iſrael,per domos cognationum ſuarum & turmas diuiſi exercitus,ſexcentatria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non ſunt numerati inter filios Iſrael:ſic enim præceperat dominus Moyſi. Feceruntq; Iſrael iuxta omnia quæ mãdauerat dominus. Caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias ac domos patrum ſuorum.

Num.1 g

CAP. III

Leui & Aaronis filiorũ munus ac autoritas

HÆ ſunt generationes Aaron & Moyſi, in die qua locutus eſt dominus ad Moyſen in monte Sinai. Et hæc nomina filiorum Aaron : Primogenitus eius Nadab,deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron ſacerdotum qui uncti ſunt,& quorum repletæ & conſecratæ manus ut ſacerdotio fungerentur. Mortui ſunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conſpectu domini in deſerto Sinai,abſq; liberis:functiq; ſunt ſacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen,dicens: Applica tribum Leui,& fac ſtare in cõſpectu Aaron ſacerdotis,ut miniſtrent ei,& excubent & obſeruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij,& cuſtodiant uaſa tabernaculi,ſeruientes in miniſterio eius. Dabiſq; dono Leuitas Aaron & filijs eius,quibus traditi ſunt à filijs Iſrael. Aarõ autem & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij, Externus qui ad miniſtrãdum acceſſerit,morietur. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen:dicens: Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito qui aperit uuluam in filijs Iſrael,eruntq; Leuitæ mei. Meum eſt enim omne primogenitum,ex quo percuſſi primogenita in terra Ægypti:ſanctificaui mihi quicquid primum naſcitur in Iſrael ab homine uſq; ad pecus,mei ſunt:ego dominus. Locutusq; eſt dominus ad Moyſen in deſerto Sinai,dicens: Numera filios Leui per domos patrum ſuorum & familias,omnem maſculum ab uno menſe & ſuprà. Numerauit Moyſes ut præceperat dominus,& inuenti ſunt filij Leui per nomina ſua: Gerſon & Caath & Merari. Filij Gerſon: Lobni & Semei. Filij Caath: Amrã & Ieſaar,Hebron & Oziel. Filij Merari: Moholi & Muſi. De Gerſon fuere familiæ duæ, Lobnitica & Semeitica: quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab uno menſe & ſuprà,ſeptem millia quingentorum. Hi poſt tabernaculum metabuntur ad occidentem ſub principe Heliaſaph filio Lael. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis,ipſum tabernaculum & operimentum eius,tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis,& cortinas atrij:tentorium quoq; quod appenditur in introitu atrij tabernaculi,& quicquid ad ritum altaris pertinet,funes tabernaculi & omnia utenſilia eius. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Ieſaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum,recenſitæ per nomina ſua: omnes generis maſculini ab uno menſe & ſuprà,octo millia ſexcenti. habebunt excubias ſanctuarij,& caſtrametabuntur ad meridianam plagam. Princepsq; eorum erit Eliſaphan filius Oziel. & cuſtodient arcam, menſamq; & candelabrum,altaria & uaſa ſanctuarij, in quibus miniſtratur,& uelum,cunctamq; huiuſcemodi ſupellectilem. Princeps autem principum Leuitarum Eleazar,filius Aaron ſacerdotis,erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarij. At uerò de Merari erunt populi Moholitæ & Muſitæ recenſiti per nomina ſua omnes generis maſculini ab uno menſe & ſuprà,ſex millia ducenti. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel:in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur. Erunt ſub cuſtodia eorum tabulæ tabernaculi & uectes & columnæ ac baſes earum,& omnia quæ ad cultum huiuſcemodi pertinẽt: columnæq; atrij per circuitum cum baſibus ſuis,& paxilli cum funibus. Caſtrametabuntur ante tabernaculum fœderis,id eſt ad orientalem plagam, Moyſes & Aaron cum filijs ſuis,habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſrael. quiſquis alienus receſſerit,morietur. Omnes Leuitæ quos numerauerũt Moyſes & Aaron iuxta præceptum domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe uno & ſuprà,fuerũt uigintiduo millia. Et ait dñs ad Moyſen: Numera primogenitos ſexus maſculini de filijs Iſrael ab uno mẽſe & ſuprà,& habebis ſummã eorũ. Tollesq; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorũ Iſrael,ego ſum dñs:& pecora eorum pro uniuerſis primogenitis pecorũ filiorum Iſrael. Recẽſuit Moyſes ſicut præceperat dñs primogenitos filiorũ Iſrael.& fuerũt maſculi per nomina ſua à menſe

Num.8 b

A B C D E F

uno

uno & suprà,uigintiduo millia ducenti septuagintatres. Locutusq; est dominus ad Moy/
G sen,dicens: Tolle leuitas pro primogenitis filiorum Israel,& pecora leuitarum pro pecori/
bus eorum: eruntq; leuitæ mei.ego sum dominus. In pretio autem ducentorum septuagin
tatrium,qui excedunt numerum leuitarum de primogenitis filiorum Israel,accipies quin/ Exo.30 b
q; siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. Siclus habet uiginti obolos. Dabisq; Leuit.27 c
pecuniam Aaron & filijs eius pretium eorum qui suprà sunt. Tulit igitur Moyses pecu/ Ezech.45 d
niam eorum qui fuerant amplius & quos redemerat à leuitis pro primogenitis filiorum Is/
rael,mille trecentorum sexagintaquinq; siclorum iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam
Aaron & filijs eius iuxta uerbum quod præceperat sibi dominus.

CAP. IIII

Singulis filiorum Leui tribub. propria & quæ officia attribuuntur

A LOcutusq; est dominus ad Moysen & Aaron,dicẽs: Tolle summam filiorum Caath
de medio leuitarum per domos & familias suas, à tricesimo anno & suprà,usque ad
quinquagesimum annum omnium qui ingrediuntur,ut stent & ministrent in tabernaculo
fœderis. Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis & sanctum sanctorum
ingredientur Aaron & filij eius,quando mouenda sunt castra, & deponent uelum quod Num.10 b
pendet ante fores,inuoluentq; eo arcam testimonij,& operient rursum uelamine ianthi/
narum pellium, extendentq; desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent uectes.
Mensam quoq; propositionis inuoluent hyacinthino pallio,& ponent cum ea thuribula
& mortariola,cyathos & crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt: extendẽtq;
desuper pallium coccineum, quod rursum operient uelamento ianthinarum pellium, &
inducent uectes. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucer
nis & forcipibus suis & emunctorijs & cunctis uasis olei,quæ ad concinnãdas lucernas ne/
cessaria sunt: & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium,& inducent ue/
ctes. Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino uestimento,& extendent desuper
operimentum ianthinarum pellium, inducentq; uectes. Omnia uasa quibus ministratur
in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio,& extendent desuper operimentum ianthina/
B rum pellium,inducentq; uectes. Sed & altare mundabunt cinere,& inuoluent illud pur/
pureo uestimento,ponentq; cum eo omnia uasa quibus in ministerio eius utuntur,id est
ignium receptacula,fuscinulas ac tridẽtes,uncinos & batilla. Cuncta uasa altaris operient
simul uelamine ianthinarum pellium,& inducẽt uectes. Cumq; inuoluerint Aaron & filij
eius sanctuarium & omnia uasa eius in commotione castrorum,tunc intrabũt filij Caath
ut portent inuoluta: & non tangent uasa sanctuarij,ne moriantur. Ista sunt onera filiorum
Caath in tabernaculo fœderis. Super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius
curã pertinet oleum ad concinnandas lucernas & cõpositionis incensum & sacrificiũ quod
semper offertur,& oleum unctionis,& quicquid ad cultũ tabernaculi pertinet,omniumq;
uasorum quæ in sanctuario sunt. Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron,dicẽs: No
lite perdere populum Caath de medio Leuitarum: sed hoc facite eis,ut uiuant & non mo
riantur,si tetigerint sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt,ipsiq; disponent opera
singulorũ,& diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate uideant quæ sunt in
sanctuario prius q̃ inuoluantur,alioquin morientur. Locutusq; est dominus ad Moysen,
dicens: Tolle summã etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas à
triginta annis & suprà,usq; ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediũtur & mi Num.8 d
C nistrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officiũ familię Gersonitarũ,ut portent cortinas ta
bernaculi & tectũ fœderis operimentũ aliud,& super omnia uelamen ianthinũ,tentoriũq;
quod pẽdet in introitu tabernaculi fœderis,cortinas atrij,& uelũ in introitu quod est ante
tabernaculũ. Omnia quæ ad altare pertinẽt funiculos & uasa ministerij,iubẽte Aaron & fi
lijs eius,portabũt filij Gerson: & sciẽt singuli cui debeãt oneri mãcipari. Hic est cultus fami
liæ Gersonitarũ in tabernaculo fœderis: erũtq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.
Filios quoq; Merari per familias & domos patrũ suorũ recẽsebis à triginta annis & suprà,
usq; ad annos quinquaginta,omnes qui ingrediũtur ad officiũ ministerij sui & cultũ fœde
ris testimonij. Hæc sunt onera eorũ: Portabũt tabulas tabernaculi & uectes eius,colũnas
ac ba/

ac bafes earum,columnas quoq; atrij per circuitum cum bafibus & paxillis & funibus fuis. Omnia uafa,& fupellectilem ad numerum accipient,ficq; portabunt.hoc eft officium fa/ miliç Meraritarum & minifterium in tabernaculo fœderis:eruntq; fub manu Ithamar filij Aaron facerdotis. Recenfuerunt igitur Moyfes & Aaron & principes fynagogæ filios Ca ath per cognationes & domus patrum fuorum à triginta annis & fuprà,ufque ad annum quinquagefimum,omnes qui ingrediuntur ad minifterium tabernaculi fœderis:& inuenti funt duo millia feptingenti quinquaginta. Hic eft numerus populi Caath,qui intrant ta/ bernaculum fœderis:hos numerauit Moyfes & Aaron iuxta fermonem domini per ma/ num Moyfi. Numerati funt & filij Gerfon per cognationes & domos patrũ fuorum,à tri/ ginta annis & fuprà,ufque ad quinquagefimum annum,omnes qui ingrediuntur ut mini/ ftrent in tabernaculo fœderis:& inuenti funt duo millia fexcenti triginta. hic eft populus Gerfonitarum,quos numerauerunt Moyfes & Aaron iuxta uerbum domini. Numerati funt & filij Merari per cognationes & domos patrum fuorum à triginta annis & fuprà,uf/ que ad annum quinquagefimum,omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis:& inuenti funt tria millia ducenti.hic eft numerus filiorum Merari,quos recenfue/ runt Moyfes & Aaron iuxta imperium domini per manum Moyfi. Omnes qui recenfiti funt de Leuitis,& quos recenferi fecit ad nomen Moyfes & Aaron,& principes Ifrael per cognationes & domos patrum fuorum à triginta annis & fuprà,ufq; ad annum quinqua/ gefimum,ingredientes ad minifterium tabernaculi,& onera portanda,fuerunt fimul octo millia quingenti octoginta. Iuxta uerbum domini recenfuit eos Moyfes,unũquenq; iuxta officium & onera fua,ficut præceperat ei dominus. D

CAP. V

Qui è caftris eijciẽdi, & de facrificio zelotypiæ

LOcutusq; eft dominus ad Moyfen,dicens: Præcipe filijs Ifrael ut eijciant de caftris omnem leprofum,& qui femine fluit, pollutusq; eft fuper mortuo: tam mafculum quàm fœminã eijcite de caftris,ne contaminẽt ea,cum habitauerint uobifcum. Feceruntq; ita filij Ifrael,& eiecerunt eos extra caftra,ficut locutus erat dominus Moyfi. Locutusq; eft dominus ad Moyfen,dicens: Loquere ad filios Ifrael: Vir fiue mulier cum fecerint ex om/ nibus peccatis,quæ folent hominibus accidere,& per negligẽtiam tranfgreffi fuerint man datum domini atque deliquerint,confitebuntur peccatum fuum,& reddent ipfum caput, quintamq; partem defuper ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit qui recipiat,da/ bunt domino,& erit facerdotis,excepto ariete qui offertur pro expiatione,ut fit placabilis hoftia. Omnes quoq; primitiæ quas offerunt filij Ifrael,ad facerdotem pertinent:& quic/ quid in fanctuariũ offertur à fingulis,& traditur manibus facerdotis,ipfius erit. Locutusq; eft dominus ad Moyfen,dicens: Loquere ad filios Ifrael,& dices ad eos: Vir cuius uxor er rauerit,maritumq; contemnens dormierit cum altero uiro,& hoc maritus deprehendere non quiuerit,fed latet adulterium,& teftibus argui non poteft,quia non eft inuenta in ftu/ pro: fi fpiritus zelotypiæ concitauerit uirum contra uxorem fuam,quæ uel polluta eft,uel falfa fufpicione appetitur: adducet eam ad facerdotem,& offeret oblationem pro illa,deci/ mam partem fati farinæ hordeaceæ.non fundet fuper eam oleum,nec imponet thus: quia facrificium zelotypiæ eft,& oblatio inueftigans adulterium. Offeret igitur eam facerdos, & ftatuet coram domino,affumetq; aquam fanctam in uafe fictili,& pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; fteterit mulier in confpectu domini,difcoo/ periet caput eius,& ponet fuper manus illius facrificium recordationis,& oblationem zelo typiæ: ipfe autem tenebit aquas amariffimas,in quibus cum execratione maledicta cõgef/ fit,adiurabitq; eam,& dicet: Si non dormiuit uir alienus tecum,& fi non polluta es deferto mariti thoro,non te nocebunt aquæ iftæ amariffimæ,in quas maledicta congeffi. Sin au/ tem declinafti à uiro tuo,atq; polluta es,& concubuifti cum altero uiro: his maledictioni/ bus fubiacebis: Det te dominus in maledictionem,exemplumq; cũctorum in populo fuo. putrefcere faciat femur tuum,& tumens uterus tuus difrumpatur.ingrediantur aquæ male dictæ in uentrem tuum,& utero tumefcente putrefcat femur. Et refpõdebit mulier: Amen, amen. Scribetq; facerdos in libello ifta maledicta,& delebit ea aquis amariffimis,in quas

Leuit. 5 c

A B C D

maledicta

maledicta congessit,& dabit ei bibere. Quas cum exhauserit,tollet sacerdos de manu eius sacrificiũ zelotypiæ,& eleuabit illud coram domino,imponetq́ illud super altare:ita dun/taxat ut prius pugillum sacrificij tollat,de eo quod offertur,& incendat super altare:& sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit,si polluta est,& contempto uiro adulterij rea,pertransibunt eam aquæ maledictionis,& inflato uentre cõputrescet femur: eritq́ mulier in maledictionem & in exemplum omni populo. Quòd si polluta nõ fuerit, erit innoxia,& faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à uiro suo,& si polluta fuerit,maritusq́ zelotypiæ spiritu concitatus,adduxerit eam in conspectum domini,& fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt,maritus absque culpa erit,& illa recipiet iniquitatem suam.

CAP. VI

Deo deuotis siue Nazaræis quæ obseruanda & quõ populo benedicendum

Leuit. 21 a

A Locutusq́ est dñs ad Moysen,dicẽs: Loquere ad filios Israel,& dices ad eos: Vir siue mulier cum fecerint uotum ut sanctificentur,& se uoluerint domino cõsecrare: à uino & omni quod inebriare potest,abstinebunt. Acetum ex uino & ex qualibet alia potione, & quicquid de uua exprimitur,non bibent: uuas recentes siccasq́ non comedent cunctis diebus quibus ex uoto domino consecrantur: quicquid ex uinea esse potest,ab uua passa usq́ ad acinum non comedent. Omni tempore separationis suæ nouacula nõ transibit super caput eius usq́ ad completum diem quo domino consecratur. Sanctus erit,crescente cæsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum nõ ingredietur,nec super patris quidem & matris & fratris sororisq́ funere contaminabitur,quia consecratio B dei sui super caput eius est, Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo,polluetur caput cõsecrationis eius: quod radet ilicò in eadem die purgationis suæ,& rursum septima. in octaua autẽ die offeret duos turtures uel duos pullos colũbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij: facietq́ sacerdos unum pro peccato,& alterum in holocaustum,& deprecabitur pro eo,quia peccauit super mortuo: sanctificabitq́ caput eius in die illo,& consecrabit domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant,quoniam polluta est sanctificatio eius. Ista est lex consecrationis. Cum dies quos ex uoto decreuerat, complebũtur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis,& offeret oblationem eius do/ C mino,agnum anniculum immaculatum in holocaustum,& ouem anniculam immaculatã pro peccato,& arietem immaculatum,hostiam pacificam,canistrũ quoq́ panum azymorum,qui conspersi sunt oleo,& lagana absq́ fermento uncta oleo,ac libamina singulorũ: quæ offeret sacerdos coram domino,& faciet tam pro peccato quàm in holocaustũ. Arietem uerò immolabit hostiam pacificam domino,offerens simul canistrum azymorum,& libamenta quæ ex more debentur. Tunc radetur nazaręus ad ostium tabernaculi fœderis cæsarie cõsecrationis suæ: tolletq́ capillos eius,& ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum. Et armum coctum arietis,tortamq́ absq́ fermento unã de canistro, & laganum azymum unum,& tradet in manus nazaræi,postquã rasum fuerit caput eius. D Susceptaq́ rursum ab eo,eleuabit in conspectu domini: & sanctificata,sacerdotis erunt,sicut pectusculũ quod separari iussum est,& femur. post hæc potest bibere nazaræus uinũ. Ista est lex nazaræi,cum uouerit oblationem suam domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius. iuxta quod mẽte deuouerat,ità faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Locutusq́ est dominus ad Moysen,dicens: Loquere Aaron & filijs eius, Sic benedicetis filijs Israel,& dicetis eis: Benedicat tibi dñs,& custodiat te: ostẽdat dominus faciẽ suam tibi,& misereatur tui: cõuertat dominus uultum suum ad te,& det tibi pacem. Inuocabuntq́ nomen meum super filios Israel,& ego benedicam eis.

CAP. VII

Dum tabernaculum erigeretur quid singuli duces israelitici obtulerint

A Factum est autem in die qua compleuit Moses tabernaculũ,& erexit illud: unxitq́ & sanctificauit cũ omnibus uasis suis,altare similiter & omnia uasa eius. Obtulerũt principes Israel & capita familiarum quæ erant per singulas tribus,præfecti eorum qui numerati fuerant,munera coram domino,sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnũ plaustrum obtulere duo duces,& unum bouem singuli,obtuleruntq́ ea in conspectu taberna/

culi. Ait autem dominus ad Moysen: Suscipe ab eis ut seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis, iuxta ordinem ministerij sui. Itaq; cum suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit ea leuitis. Duo plaustra & quatuor boues dedit filijs Gerson, iuxta id quod habebant necessariũ. quatuor alia plaustra & octo boues dedit filijs Merari, secundũ offi/cia & cultum suum, sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. filijs autem Caath nõ dedit plaustra & boues: quia in sanctuario seruiunt, & onera proprijs portãt humeris. Igitur ob/tulerunt duces in dedicationem altaris, die qua unctum est, oblationem suam ante altare. Dixitq; dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedica/tionem altaris. Primo die obtulit oblationem suam Naasson filius Aminadab de tribu Iu da: fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argen tea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, utrũq; plenũ simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ ex decem siclis aureis plenum incenso: bouem de armẽto, & arie tem, & agnum anniculum in holocaustũ: hircumq; pro peccato: & in sacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos ãniculos quinq;. hæc est oblatio Naasson filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Issachar, acetabu lum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septua/ginta siclos, iuxta pondus sanctuarij, utrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso: bouem de armẽto & arietem, & agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: & in sacrificio pacificorũ bo ues duos, arietes quinq;, hircos qnq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon, obtulit acetabulũ ar/genteum appendens centũ triginta siclos, phialam argenteam habẽtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ au reum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento & arietem & agnũ an/niculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: & in sacrificio pacificorũ boues duos, arie tes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur obtulit acetabulũ argenteum appen dens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificiũ: mortariolum aureum appen dens decem siclos plenum incenso: bouem de armento & arietem & agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorũ boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Elisur filij Sedeur. Die quinto prin ceps filiorum Simeon, Salamiel filius Surisaddai, obtulit acetabulum argenteũ appendẽs centum triginta siclos, phialam argenteã habentem septuaginta siclos ad pondus sanctua rij, utrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holo caustum: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Salamiel filij Surisaddai. Die sexto prin/ceps filiorum Gad, Eliasaph filius Duel, obtulit acetabulũ argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteã habentem septuaginta siclos ad põdus sanctuarij, utrũq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appẽdens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum: hir cumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos ãniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliasaph filij Duel. Die septimo princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum tri/ginta siclos, phialam argenteam habẽtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrũq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appẽdens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum: hir/cumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Elisama filij Ammiud. Die octauo princeps filio

rum

rum Manasse, Gamaliel filius Phadassur, obtulit acetabulũ argẽteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteã habẽtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrũq;
E plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureum appendens decem siclos plenũ incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculũ in holocaustũ: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadassur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis, obtulit acetabulum argenteum appẽdens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrũq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armẽto, & arietem & agnum anniculum in holocaustũ: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorũ boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammisaddai obtulit acetabulũ argẽteum appendens centũ triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrũq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureum appẽdens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro
F peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Ahiezer filij Ammisaddai. Die undecimo princeps filiorum Aser, Phegiel filius Ochran, obtulit acetabulum argenteũ appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habẽtem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrũq; plenũ simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocaustũ: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo princeps filiorũ Nephthali, Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, utrunq; plenum simila oleo conspersa in sacrificium: mortariolum aureum appẽdens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, & arietem & agnum anniculũ in holocaustum: hircumq; pro peccato: & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à prin-
G cipibus Israel, in die qua consecratum est: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: ita ut centum triginta siclos argẽti haberet unum acetabulum, & septuaginta siclos argenti haberet una phiala, id est in commune uasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarij: mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarij, id est simul auri sicli centum uiginti. boues de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. hirci duodecim pro peccato. hostiæ pacificorũ, boues uigintiquatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quãdo unctum est. Cumq; ingrederetur Moyses tabernaculũ fœderis, ut consuleret oraculũ, audiebat uocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos cherubim, unde & loquebatur ei.

Exo.25c

CAP. VIII

De lucernis et cãdelabro, itẽ de Leuitarum initiatione, ui ctimis et ætate

A LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicẽs: Loquere Aaron, & dices ad eum: Cum posueris septem lucernas: contra eam partem quam candelabrũ respicit, lucere debebũt. Fecitq; Aarõ, & imposuit lucernas super candelabrũ, ut præceperat dominus Moysi. Hæc autem erat factura candelabri: ex auro ductili, tam medius stipes q̃ cuncta quæ ex utroq; calamorum latere nascebantur: iuxta exemplum quod ostendit dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. Et locutus est dominus ad Moysen, dicẽs: Tolle Leuitas ex medio filiorũ Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant
B omnes pilos carnis suæ. Cumq; lauerint uestimẽta sua, & mundati fuerint, tollent bouem de armentis, & libamentũ eius similam oleo conspersam: bouem autem alterũ de armento

tu accipies pro peccato:& applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis,cōuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumq; Leuitæ fuerint corā domino,ponent filij Israel manus suas super eos,& offeret Aaron Leuitas,munus in cōspectu domini à filijs Israel,ut seruiāt in ministerio eius. Leuitæ quoq; ponent manus suas super capita boum,è quibus unum facies pro peccato,& alterum in holocaustū domini,ut depreceris pro eis. Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius,& cōsecrabis oblatos domino,ac separabis de medio C filiorum Israel ut sint mei:& postea ingrediantur tabernaculum fœderis,ut seruiant mihi. Sicq; purificabis & consecrabis eos in oblationem domini,quoniā dono donati sunt mihi à filijs Israel. Pro primogenitis quæ aperiūt omnem uuluam in Israel,accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorū Israel,tam ex hominibus q; ex iumentis. Ex die quo percussi omne primogenitū in terra Ægypti,sanctificaui eos mihi:& tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel:tradidiq; eos dono Aarō & filijs eius de medio filiorū Israel, ut seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis,& orent pro eis,ne sit in populo plaga,si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Feceruntq; Moyses & Aaron & omnis multitudo fi D liorum Israel super Leuitis quæ præceperat dominus Moysi:purificatiq; sunt,& lauerunt uestimenta sua. Eleuauitq; eos Aaron in conspectu domini,& orauit pro eis ut purificati ingrederētur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filijs eius. Sicut præceperat dominus Moysi de Leuitis,ita factum est. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est lex Leuitarum, A uigintiquinq; annis & suprà,ingredientur ut ministrent in tabernaculo fœderis. Cumq; quinquagesimū annum ætatis impleuerint,seruire cessabūt, eruntq; ministri fratrū suorum in tabernaculo fœderis,ut custodiant quæ sibi fuerint commendata,opera autem ipsa non faciant.sic dispones Leuitas in custodijs suis.

Exo.13 a — Luc.2 d

CAP. IX

De phase seu paschatis solēnitate,et nube tabernaculum operiente

LOcutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo,postq; egressi sunt A de terra Ægypti mense primo,dicens: Faciant filij Israel phase in tempore suo,quartadecima die mensis huius ad uesperā iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. Præcepitq; Moyses filijs Israel ut facerent phase. Qui fecerūt tempore suo,quartadecima die mensis ad uesperam in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat dominus Moysi,fecerunt filij Israel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis,qui non poterāt facere phase in die illo,accedentes ad Moysen & Aaron,dixerunt eis: Immundi sumus super anima hominis:quare fraudamur ut non ualeamus oblationem offerre domino in tempore suo inter filios Israel? Quibus respondit Moyses: State,ut consulam quid præcipiat domi B nus de uobis. Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens: Loquere filijs Israel, Homo qui fuerit immūdus super anima,siue in uia procul in gēte uestra,faciat phase domino in mēse secundo,quartadecima die mensis ad uesperam:cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud.non relinquent ex eo quippiam usq; mane,& os eius non confringent,omnem ritum phase obseruabunt. Si quis autem & mundus est,& in itinere non fuit,& tamen non fecit phase,exterminabitur anima illa de populis suis,quia sacrificium domino non obtulit tempore suo:peccatū suum ipse portabit. Peregrinus quoq; & aduena si fuerint apud uos, facient phase domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idem erit apud C uos tam aduenæ q; indigenæ. Igitur die qua erectum est tabernaculū,operuit illud nubes. A uespere autem super tentorium erat quasi species ignis usq; mane.sic fiebat iugiter.per diem operiebat illud nubes,& per noctem quasi species ignis. Cumq; ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat,tunc proficiscebantur filij Israel,& in loco ubi stetisset nubes,ibi castrametabantur. Ad imperium domini proficiscebantur,& ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculū,manebāt in eodem loco:& si euenisset ut multo tempore maneret super illud,erāt filij Israel in excubijs domini,& non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. D Ad imperium domini erigebant tentoria,& ad imperiū illius deponebant. Si fuisset nubes à uespere usq; ad mane,& statim diluculò tabernaculum reliquisset,proficiscebantur:& si post diem & noctem recessisset,dissipabant tentoria. Si uerò biduo aut uno mense uel lon

Exo.12 a — Exo.12 g — 10.19 f — Exo.40 c

giori

giori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non pro ficiscebantur: statim autem ut recessisset, mouebant castra. Per uerbum domini figebant tentoria, & per uerbum illius proficiscebātur: erantq; in excubijs domini, iuxta imperium eius per manum Moysi.

CAPVT X

A LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicēs: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Cumq; increpueris tubis, cōgregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. Si semel clangueris, uenient ad te principes & capita multitudinis Israel: si autem prolixior atque concisior clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. in secundo autem sonitu & pari ululatu tubæ, leuabūt tentoria qui habitant ad meridiem. Et iuxta hunc modum reliqui facient, ululantibus tubis in profectionem. Quando autem congregādus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concise ululabunt. Filij autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritq; hoc legitimum sempiternum in generationibus uestris. Si exieritis ad bellum de terra uestra, contra hostes qui dimicant aduersum uos, clangetis ululantibus tubis, & erit recordatio uestri coram domino deo uestro, ut eruamini de B manibus inimicorum uestrorum. Siquando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis & pacificis uictimis, ut sint uobis in recordationem dei uestri: ego dominus deus uester. Anno secundo, mense secundo, uicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: profectiq; sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. Moueruntq; castra primi iuxta imperium domini per manum Moysi. Filij Iuda per turmas suas, quorum princeps erat Naasson filius Aminadab. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. Depositumq; est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson & Merari. Profectiq; sunt & filij Ruben, per turmas & ordinem suum, C quorum princeps erat Helisur filius Sedeur. In tribu autem filiorum Simeō, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel. Profectiq; sunt & Caathitæ portantes sanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec uenirēt ad erectionis locum. Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. Nouissimi castrorum omniū profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Nephthali, princeps fuit Ahira filius Enan. Hæc sunt castra & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. Dixitq; Moy D ses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis: ueni nobiscum, ut benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israeli. Cui ille respondit: Non uadam tecum, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Cumq; nobiscum ueneris, quicquid optimū fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte domini uiam trium dierum, arcaq; fœderis domini præcedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum. Nubes quoq; domini super eos erat per diem cum incederent, Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cum autem deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel.

De tubarū argentearū usu, deq; Israelitarum profectione ductu Hobab

Supra 1 a

CAPVT XI

A INterea ortum est murmur populi, quasi dolētium, pro labore, contra dominum. Quod cum audisset, iratus est. Et accensus in eos ignis domini, deuorauit extremam castrorum partem. Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Vocauitq; nomen loci illius Incensio: eo quòd succensus fuisset contra eos ignis domini. Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio,

Israelitæ rebelles fastidito man carnes flagitant, qui pasti coturnicibus pœnas luunt insolentiæ: septuaginta Mosi onerum socijs dat prophetiæ donum deus

sedens & flens, iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait: Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones, porriq; & cepe & allia. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man. Erat autem man, quasi semen coriandri, coloris bdellij. Circuibatq; populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cumq; descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratusq; est furor domini ualde: sed & Moysi intoleranda res uisa est, & ait ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, uel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini? Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi uidetur, obsecro ut interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta uiros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, & descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Populo quoq; dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes. ego enim audiui uos dicere, Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Vt det uobis dominus carnes, & comedatis: non uno die nec duobus, uel quinque aut decem, nec uiginti quidem, sed usque ad mensem dierum: donec exeat per nares uestras, & uertatur in nauseam, eo quòd repuleritis dominum qui in medio uestri est, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egressi sumus ex Ægypto? Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carnium mense integro? Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? uel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient? Cui respondit dominus: Nunquid manus domini inualida est? Iam nunc uidebis utrum meus sermo opere compleatur. Venit igitur Moyses, & narrauit populo uerba domini, congregans septuaginta uiros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditq; dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta uiris. Cumq; requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec ultrà cessauerunt. Remanserant autem in castris duo uiri, quorum unus uocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiauit Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses, prohibe eos. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Reuersusq; est Moyses, & maiores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra, itinere quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, uolabantq; in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo & nocte ac die altero, congregauit coturnices: qui parum, decem coros: & siccauerũt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus: & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusq; est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, uenerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

Margin: B; Exo.16 f; C; D; Io.6 a; E; Isa.59 a; F; G; Psal.77 a

CAPVT XII

Aaron et Maria Mosi obloquentes increpãtur, Maria leprosa beneficio Mosi reualescit.

A Locutaq; est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Æthiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est dominus? Nónne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset dominus, iratus est. Erat enim Moyses uir mitissimus

super

super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est dominus ad eum &
B ad Aaron & Mariam: Egredimini uos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cumq́
fuissent egressi, descendit dominus in columna nubis,& stetit in introitu tabernaculi uocans Aaron & Mariam. Qui cum issent, dixit ad eos: Audite sermones meos, Si quis fuerit inter uos propheta domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. ore enim ad os
C loquor ei: palàm,& non per ænigmata & figuras, dominum uidet. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusq́ contra eos, abijt: nubes quoq́ recessit quæ erat super tabernaculum:& ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumq́ respexisset eam Aaron,& uidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus: ne fiat hæc quasi mortua,& ut ab-
D ortiuum quod proijcitur de uulua matris suæ. ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. Clamauitq́ Moyses ad dominum, dicens: Deus obsecro, sana eam. Cui respondit dominus: Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra,& postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus:& populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

Leuit. 13.14

CAPVT XIII

Terram Chanaan exploratum missi diuersa referũt

A PRofectusq́ est populus de Haseroth fixis tentorijs in deserto Pharan. Ibiq́ locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte uiros qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes uiros, quorum ista sunt nomina. de tribu Ruben, Sammua filium Zechur. de tribu Simeon, Saphat filium Huri. de tri-
B bu Iuda, Caleb filium Iephone. de tribu Issachar, Igal filium Ioseph. de tribu Ephraim, Osee filium Nun. de tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. de tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. de tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. de tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. de tribu Aser, Sthur filiũ Michael. de tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. de tribu Gad, Guel filium Machi. hæc sunt nomina uirorũ quos misit Moyses ad con-
C siderãdam terram: uocauitq́ Osee filium Nun, Iosue. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan,& dixit ad eos: Ascendite ad meridianã plagam. Cumq́ ueneritis ad montes, considerate terram qualis sit:& populum qui inhabitator est eius, utrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures: ipsa terra, bona an mala: urbes quales, muratæ, an absq́ muris: humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absq́ arboribus. Confortamini,&
D afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quãdo iam præcoquæ uuæ uesci possunt. Cumq́ ascendissent, explorauerunt terram à deserto Sin usque Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntq́ ad meridiem,& uenerunt in Hebron, ubi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac. nam Hebron septem annis ante Tanim urbem Ægypti cõdita est. Pergentesq́ usq́ ad torrentem Botri, absciderunt palmitem cum uua sua, quem portaue-
E runt in uecte duo uiri. De malis quoq́ granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel eschol, id est Torrens botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. Reuersiq́ exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, uenerunt ad Moysen & ad Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel, in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq́ eis & omni multitudini ostenderunt fructus terræ,& narrauerunt, dicentes:
F Venimus in terram ad quam misisti nos, quæ re uera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet,& urbes grandes atque muratas. Stirpem Enac uidimus ibi: Amalec habitat in meridie,& Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus uerò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus,
G & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alij uerò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum ualemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq́ terræ quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes: Terra quam lustraui-

Deut. 1 a

mus, deuorat habitatores suos: populus quem aspeximus, proceræ staturę est: ibi uidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ uidebamur.

CAPVT XIIII

Israelitas pusillanimes animant Iosue et Caleb, Deus punit oblocutores cum exploratoribus

IGitur uociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, & non in hac uasta solitudine. Vtinã pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & uxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Ægyptum? Dixeruntq; alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. At uero Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerunt terram, sciderunt uestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra quam circuiuimus, ualde bona est. si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum: neq; timeatis populum terræ huius, quia sicut panẽ ita eos possimus deuorare. recessit ab eis omne præsidium: dominus nobiscum est: nolite metuere eos. Cumq; clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos uellet opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis cunctis filijs Israel. Et dixit dominus ad Moysen: Vsq; quo detrahet mihi populus iste? Quousq; non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia atq; consumam: te autem faciam principem super gentem magnam & fortiorem quàm hæc est. Et ait Moyses ad dominum: Vt audiant Ægyptij de quorũ medio eduxisti populũ istum, & habitatores terræ huius, qui audierunt quòd tu domine in populo isto sis, & facie uidearis ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem: quòd occideris tantam multitudinem quasi unum hominem, & dicant: Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini, sicut iurasti, dicens: Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumq; innoxium derelinquens: qui uisitas peccata patrũ in filios in tertiam & quartam generationem. Dimitte obsecro, peccatum populi tui huius, secũdum magnitudinem misericordiæ tuæ: sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto usq; ad locum istum. Dixitq; dominus: Dimisi iuxta uerbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria domini uniuersa terra. Attamen omnes homines qui uiderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem uices, nec obedierunt uoci meæ, non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum: nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam: quoniam Amalecites & Chananæus habitant in uallibus. Cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per uiam maris rubri. Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Vsq; quo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israel audiui. Dic ergo eis: Viuo ego, ait dominus, sicut locuti estis, audiente me: sic faciam uobis. In solitudine hac iacebũt cadauera uestra. Omnes qui numerati estis à uiginti annis & suprà, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuaui manum meam ut habitare uos facerem, præter Caleb filium Iephone & Iosue filium Nun. Paruulos autẽ uestros, de quibus dixistis q, prædæ hostibus forent, introducam: ut uideant terram quæ uobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij uestri erunt uagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationẽ uestram, donec consumãtur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum quibus cõsiderastis terram, annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates uestras, & scietis ultionẽ meam: quoniã sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ cõsurrexit aduersum me. in solitudine hac deficiet & morietur. Igitur omnes uiri quos miserat Moyses ad contemplandã terram, & qui reuersi murmurare fecerãt contra eum omnem multitudinem, detrahẽtes terræ q, esset mala, mortui sunt atq; percussi in conspe-

Marginal references: A (line 1 of chapter), B, C, D, E, F; Iosf.14 b (at "meum Caleb"); Deut.1 f (at "per quam leuaui").

conſpectu domini. Ioſue autem filius Nun,& Caleb filius Iephone uixerunt ex omnibus qui perrexerāt ad conſiderandam terram. Locutusq; eſt Moyſes uniuerſa uerba hæc ad G omnes filios Iſrael,& luxit populus nimis. Et ecce mane primo ſurgentes,aſcenderunt uerticem montis,atq; dixerunt: Parati ſumus aſcendere ad locū de quo dominus locutus eſt: quia peccauimus. Quibus Moyſes: Cur,inquit,tranſgredimini uerbum domini:quod uobis non cedet in proſperum? Nolite aſcēdere:non enim eſt dominus uobiſcum:ne corruatis coram inimicis ueſtris. Amalecites & Chananæus ante uos ſunt,quorum gladio corruetis:eo quòd nolueritis acquieſcere domino:nec erit dominus uobiſcum. At illi contenebrati aſcenderunt in uerticem montis. Arca autem teſtamenti domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris. Deſcenditq; Amalecites & Chananæus qui habitabant in monte:& percutiens eos atq; concidens,perſecutus eſt eos uſque Horma.

CAP. XV

Victimarum quarundā traditio, ſabbati uiolatoris pœna,& de fimbrijs ueſtimentorum oris aſſuendis

A LOcutus eſt dominus ad Moyſen,dicēs: Loquere ad filios Iſrael,& dices ad eos: Cum ingreſſi fueritis terram habitationis ueſtræ,quam ego dabo uobis,& feceritis oblationem domino in holocauſtum aut uictimam pacificam uota ſoluentes,uel ſponte offerentes munera,aut in ſolennitatibus ueſtris adolentes odorem ſuauitatis domino,de bobus ſiue de ouibus:offeret quicunq; immolauerit uictimam,ſacrificium ſimilæ decimā partem ephi conſperſam oleo,quod mēſuram habebit quartam partem hin:& uinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ dabit in holocauſtū ſiue in uictimam. Per agnos ſingulos & arietes erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis hin,& uinum ad libamentum tertiæ partis eiuſdem menſuræ offeret in odorem ſuauitatis domino. Quando uerò de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiam,ut impleas uotum uel pacificas uictimas,dabis per ſingulos boues ſimilæ tres decimas conſperſæ oleo,quod habeat B medium menſuræ hin,& uinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ in oblationē ſuauiſſimi odoris domino. Sic facies per ſingulos boues & arietes & agnos & hœdos. Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent ſacrificia. unum præceptum erit atq; iudicium tam uobis quàm aduenis terræ. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos: Cum ueneritis in terram quam dabo uobis,& comederitis de panibus regionis illius,ſeparabitis primitias domino de cibis ueſtris. Sicut de areis primitias ſeparabitis,ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. Quòd ſi per ignorātiam præterieritis quicquam horum quæ locutus eſt dominus ad Moyſen,& mādauit per eum ad uos, à die qua cœpit iubere & ultrà,oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret uitulum de armēto C holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino,& ſacrificium eius ac liba ut ceremoniæ poſtulant,hircumq; pro peccato,& rogabit ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſrael: & dimittetur eis,quoniam non ſponte peccauerunt,nihilominus offerentes incenſum domino pro ſe & pro peccato atq; errore ſuo:& dimittetur uniuerſæ plebi filiorum Iſrael,& aduenis qui peregrinantur inter eos, quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam. Quòd ſi anima una neſciens peccauerit,offeret capram anniculam pro peccato ſuo,& deprecabitur pro ea ſacerdos,quòd inſcia peccauerit corā domino:impetrabitq; ei ueniam, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis una lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. Anima uerò quæ per ſuperbiam aliquid cōmiſerit,ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus: quoniam aduerſus dominum rebellis fuit,peribit de populo ſuo. uerbum enim domini cōtempſit,& præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur,& portabit iniquitatem ſuam. Factum eſt autem cum eſſent filij Iſrael in ſolitudine,& inueniſſent hominem colligentem D ligna in die ſabbati,obtulerunt eum Moyſi & Aaron & uniuerſæ multitudini. Qui recluſerunt eum in carcerem,neſciētes quid ſuper eo facere deberent. Dixitq; dominus ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte:obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra. Cumq; eduxiſſent eum foras,obruerūt eum lapidibus,& mortuus eſt ſicut præceperat dominus. Dixit quoq; dominus ad Moyſen: Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos ut faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis uittas hyacinthinas: quas cum uiderint, recordentur omnium mandatorum domini: ne ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per

Leui.2 a 6 b

Leui.4 e

res uarias fornicãtes, sed magis memores præceptorũ domini faciant ea, sintq; sancti deo suo. Ego dñs deus uester, qui eduxi uos de terra Ægypti, ut essem deus uester. CA. XVI

De seditiõe ac pœna Core, Dathan, Abiron, eorumq; sectatorum

ECce autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atq; Abiron filij Eliab, A Hon quoq; filius Pheleth de filijs Ruben, surrexerũt contra Moysen, alijq; filiorum Israel ducenti quinquaginta uiri proceres synagogæ, & qui tempore cõsilij per nomina uocabantur. Cumq; stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat uobis, quia omnis multitudo, sanctorum est, & in ipsis est dominus: cur eleuamini super populum domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: locutusq; ad Core & ad omnem multitudinem: Manè, inquit, notum faciet dominus qui ad se pertineãt, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Hoc igitur facite: Tollite unusquisq; thuribula sua, tu Core & omne cõcilium tuum: & hausto cras igne ponite desuper thymiama coram domino: & quemcũq; elegerit, ipse erit sanctus. multum erigimini filij Leui. Dixitq; rursum ad Core: Audite filij Leui, Num parum uobis est, quòd separauit uos deus Israel B ab omni populo, & iunxit sibi, ut seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, ut uobis etiam sacerdotium uendicetis, & omnis globus tuus stet contra dominũ? quis est enim Aaron ut murmuretis contra eũ? Misit ergo Moyses ut uocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non uenimus. nunquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Reuera induxisti nos in terrã quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & uinearum? an & oculos nostros uis eruere? nõ uenimus. Iratusq; Moyses ualde, ait ad dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd nec asellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quẽpiam eorum. Dixitq; ad Core: Tu & omnis C cõgregatio tua state seorsum coram domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula uestra, & ponite super ea incensum offerentes domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoq; teneat thuribulum suum. Quod cum fecissent, stãtibus Moyse & Aaron, & coaceruassent aduersum eos omnem multitudinẽ ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria domini. Locutusq; dominus ad Moysen & Aarõ, ait: Separamini de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciẽ atq; dixerunt: Fortissime deus spirituum uniuersæ carnis: num uno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? Et ait dominus ad Moysen: Præcipe uniuerso populo ut separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. Surrexitq; Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Cumq; recessissent à tentorijs eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoribus & liberis, omniq; frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis quòd dominus miserit me ut facerem uniuersa quæ cernitis, & nõ ex proprio ea corde protulerim: Si consueta hominum morte interierint, & uisitauerit eos plaga qua & cæteri uisitari solent: non misit me dominus. sin autem nouam rem fecerit dominus, & aperiẽs terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintq; uiuentes in infernũ, scietis quod blasphemauerint dominum. Confestim igitur ut cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & uniuersa substantia eorum. descenderuntq; uiui in infernum operti humo, & perierunt de medio E multitudinis. At uerò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egressus à dño, interfecit ducentos quinquaginta uiros qui offerebant incensum. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti ut tollat thuribula quæ iacent in incẽdio, & ignem huc illucq; dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatq; ea in laminas & affigat altari, eo quòd oblatum sit in eis incensum domino & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo & monimento filij Israel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula

Num.3 a — *Psal.105 b* — *Deut.11 a*

ænea in quibus obtulerãt hi quos incendium deuorauit,& produxit ea in laminas affigens
F altari:ut haberent postea filij Israel quibus cõmonerentur,ne quis accedat alienigena,qui non est de semine Aaron ad offerendũ incensum domino,ne patiatur sicut passus est Core,& omnis congregatio eius,loquente domino ad Moysen.Murmurauit aũt omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron,dicẽs:Vos interfecistis populum domini.Cumq; oriretur seditio & tumultus incresceret,Moyses & Aaron fugerũt ad tabernaculũ fœderis.Quod postq; ingressi sunt,operuit nubes,& apparuit gloria domini. Dixitq; dominus ad Moysen:Recedite de medio huius multitudinis,etiam nunc delebo
G eos.Cumq; iacerẽt in terra,dixit Moyses ad Aaron:Tolle thuribulum,& hausto igne de altari,mitte incẽsum desuper,pergens cito ad populum ut roges pro eis:iam enim egressa est ira à domino,& plaga desæuit.Quod cum fecisset Aaron,& cucurrisset ad mediã multitudinem quam iam uastabat incendium,obtulit thymiama:& stans inter mortuos ac uiuentes,pro populo deprecatus est,& plaga cessauit.Fuerunt autem qui percussi sunt quatuordecim milia hominum & septingenti,absq; his qui perierant in seditione Core.Reuersusq; est Aarõ ad Moysen ad ostiũ tabernaculi fœderis postq; quieuit interitus. CA.XVII

Sap.18 d

A ET locutus est dominus ad Moysen,dicẽs:Loquere ad filios Israel,& accipe ab eis uirgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribuum uirgas duodecim,& uniuscuiusq; nomen superscribes uirgæ suæ:nomẽ autem Aaron erit in tribu Leui,& una uirga cunctas eorum familias continebit:ponesq; eas in tabernaculo fœderis coram testi-
B monio ubi loquar ad te.quem ex his elegero,germinabit uirga eius,& cohibebo à me querimonias filiorum Israel,quibus contra uos murmurãt.Locutusq; est Moyses ad filios Israel:& dederunt ei omnes principes uirgas per singulas tribus:fueruntq; uirgæ duodecim absq; uirga Aaron.Quas cum posuisset Moyses corã domino in tabernaculo testimonij,
C sequenti die regressus inuenit germinasse uirgam Aaron in domo Leui:& turgẽtibus gemmis eruperant flores:qui folijs dilatatis,in amygdalas deformati sunt.Protulit ergo Moyses omnes uirgas de conspectu domini ad cunctos filios Israel:uideruntq; & receperũt singuli uirgas suas.Dixitq; dominus ad Moysen:Refer uirgam Aaron in tabernaculum te-
D stimonij,ut seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel,& quiescant querelæ eorum à me,ne moriantur.Fecitq; Moyses sicut præceperat dominus.Dixerũt autem filij Israel ad Moysen:Ecce consumpti sumus:omnes peribimus:quicũq; accedit ad tabernaculum domini moritur.num usq; ad internecionem cuncti delendi sumus? CAP.XVIII

Aaronis sacerdotium approbatur uirga eius germinãte

A DIxitq; dominus ad Aaron:Tu & filij tui & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij:& tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij uestri.sed & fratres tuos de tribu Leui,sceptro patris tui sume tecum,præstoq; sint & ministrent tibi:tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntq; Leuitæ ad præcepta tua,& ad cuncta opera tabernaculi:ita duntaxat ut ad uasa sanctuarij & altare non accedant,ne & illi moriantur,& uos pereatis simul.sint autem tecum,& excubẽt in custodijs tabernaculi,& in omnibus ceremonijs eius.Alienigena non miscebitur uobis.Excubate in custodia sanctuarij,& in ministerio altaris:ne oriatur indignatio super filios Israel.Ego dedi uobis fratres uestros Leuitas de medio filiorum Israel,& tradidi donum domino,ut seruiant in ministerijs tabernaculi eius.Tu autem & filij tui custodite sacerdotium uestrum:& omnia quæ ad cultum altaris pertinent,& intra uelũ sunt,per sacerdotes administrabũtur.
B si quis externus accesserit,occidetur.Locutusq; est dominus ad Aarõ:Ecce dedi tibi custodiam primitiarũ mearum.Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel,tradidi tibi & filijs tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.Hæc ergo accipies de his quæ sanctificãtur,& oblata sunt domino.Omnis oblatio & sacrificiũ & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi,& cedit in sancta sanctorum,tuum erit & filiorum tuorum.In sanctuario comedes illud:mares tantum edent ex eo,quia consecratum est tibi.Primitias autem quas uouerint & obtulerint filij Israel,tibi dedi & filijs tuis ac filiabus tuis iure perpetuo.qui mundus est in domo tua,uescetur eis.Omnem medullam olei & uini ac frumẽti quicquid offerunt primi-

De officio & premio Aaronis & sacerdotum

primitiarum domino,tibi dedi. Vniuersa frugum initia quæ gignit humus,& domino deportantur,cedent in usus tuos.qui mundus est in domo tua,uescetur eis. Omne quod ex uoto reddiderint filij Israel,tuum erit. Quicquid primum erumpet è uulua cunctæ carnis, quam offerunt domino,siue ex hominibus,siue de pecoribus fuerit,tui iuris erit:ita duntaxat,ut pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum est redimi facias,cuius redemptio erit post unum mensem,siclis argenti quinque,pondere sanctuarij. Siclus uiginti obolos habet. Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi,quia sanctificata sunt domino,sanguinem tantum eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimum odorem domino. Carnes uerò in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum & armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel domino,tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactũ salis est sempiternum coram domino,tibi ac filijs tuis. Dixitque dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis.nec habebitis partem inter eos:ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis:ut non accedant ultrà filij Israel ad tabernaculum,nec committant peccatum mortiferum,solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus,& portantibus peccata populi.legitimum sempiternũ erit in generationibus uestris. Nihil aliud possidebunt,decimarum oblatione contenti,quas in usus eorum & necessaria separaui. Locutusque est dominus ad Moysen,dicens: Præcipe leuitis,atque denuntia: Cum acceperitis à filijs Israel decimas quas dedi uobis,primitias earum offerte domino,id est decimam partem decimæ,ut reputetur uobis in oblationem primitiuorum, tam de areis quàm de torcularibus. Et de uniuersis quorum accipitis primitias,offerte domino,& date ea Aaron sacerdoti. Omnia quæ offeretis ex decimis,& in donaria domini separabitis,optima & electa erunt cuncta. Dicesque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis,reputabitur uobis quasi de area & torculari dederitis primitias:& comedetis eas in omnibus locis uestris,tam uos quàm familiæ uestræ,quia pretiũ est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et non peccabitis super hoc,egregia uobis & pinguia reseruantes:ne polluatis oblationes filiorum Israel,& moriamini.

CAP. XIX

De uaccæ rufæ immolatione, & aqua expiationis

LOcutusque est dominus ad Moysen & Aaron,dicens: Ista est religio uictimæ,quam constituit dominus: Præcipe filijs Israel ut adducant ad te uaccam rufam ætatis integræ,in qua nulla sit macula,nec portauerit iugum:tradetisque eam Eleazaro sacerdoti,qui eductam extra castra,immolabit in conspectu omnium:& tingens digitum in sanguine eius,asperget contra fores tabernaculi septẽ uicibus,comburetque eam cunctis uidentibus, tam pelle & carnibus eius quàm sanguine & fimo flammæ traditis. Lignum quoque cedrinũ & hyssopum,coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam quæ uaccam uorat. Et tũc demũ lotis uestibus & corpore suo ingredietur in castra,cõmaculatusque erit usque ad uesperum. Sed & ille qui cõbusserit eam,lauabit uestimenta sua & corpus,& immũdus erit usque ad uesperũ. Colliget aũt uir mundus cineres uaccæ,& effundet eos extra castra in loco purissimo,ut sint multitudini filiorũ Israel in custodiã & in aquam aspersionis:quia pro peccato uacca cõbusta est. Cumque lauerit qui uaccæ portauerat cineres uestimenta sua,immundus erit usque ad uesperũ. Habebũt hoc filij Israel & aduenæ,qui habitant inter eos,sanctũ iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis,& propter hoc septem diebus fuerit immundus,aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo,& sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit,septimo non poterit emũdari. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticiniũ, & aspersus hac cõmixtione nõ fuerit,polluet tabernaculũ domini,& peribit ex Israel:quia aqua expiationis non est aspersus,immũdus erit,& manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediũtur tentorium illius,& uniuersa uasa quæ ibi sunt,polluta erunt septẽ diebus. Vas quod non habuerit operculũ,nec ligaturã desuper,immundũ erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis,aut per se mortui,siue os illius uel sepulchrum,immũdus erit septem diebus. Tollentque de cineribus combu

Marginalia: Exo.34 c (line 3); Num.31 c (line "iure perpetuo"); section letters C, D, A, B, C in right margin.

combustionis atque peccati, & mittent aquas uiuas super eos in uas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiusmodi contagione pollutos: atq; hoc modo mundus lustrabit immundum
D tertio & septimo die. expiatusq; die septimo, lauabit se & uestimenta sua, & immundus erit usq; ad uesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima ipsius de medio ecclesiæ: quia sanctuarium domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit uestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad uesperam. Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit usque ad uesperam.

CAP. XX

A Veneruntq; filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortuaq; est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumq; indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron, & uersi in seditionem, dixerunt, Vtinam perijssemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudinē, ut & nos & nostra iumēta moriamur? Quare nos fecistis ascēdere de Aegypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficū gignit, nec uineas, nec mala granata, insuper & aquam non habet ad bibendum? Ingressusq; Moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntq; ad dominum, atq; dixerunt, Domine deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ uiuæ, ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit
B gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Tolle uirgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumēta eius. Tulit igitur Moyses uirgam, quæ erat in conspectu domini, sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitq; eis, Audite rebelles & increduli, Num de petra hac uobis aquā poterimus eijcere? Cumq; eleuasset Moyses manū, percutiens uirga bis silicem, egressæ sunt aquę largissimę, ita ut populus biberet & iumenta. Dixitq; dominus ad Moysen & Aaron. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc est aqua cōtradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem
C Edom, qui dicerent, Hæc mandat frater tuus Israel, Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tēpore: afflixerintq; nos Ægyptij, & patres nostros: & quomodo clamauerimus ad dominū, & exaudierit nos, miseritq; angelum qui eduxerit nos de Aegypto. Et ecce in urbe Cades, quę est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam, Non ibimus per agros, nec per uineas, nō bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur uia publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom, Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntq; filij Israel, Per tritam gradiemur uiam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est: nulla erit in pretio difficultas, tantum uelociter transeamus. At ille
D respondit, Non transibis. Statimq; egressus est obuius, cum infinita multitudine, & manu forti, nec uoluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos. quam ob rē diuertit ab eo Israel. Cumq; castra mouissent de Cades, uenerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom: ubi locutus est dominus ad Moysen, dicens, Pergat Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram quam dedi filijs Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumq; nudaueris patrem ueste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses ut præceperat dominus, & ascenderunt in montē Hor coram omni multitudine. Cumq; Aaron spoliasset uestibus suis, induit eis Eleazarum filiū eius. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo ui

Maria moritur, populo siti concitato aquam petræ fundunt, Moyses frustra petit transitū ab Edō, & Aarō excedit è uiuis

Psal. 77 b

dens occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. CAP. XXI

Reges Arad, Sehon, & Og uincuntur ab Israelitis, qui serpentibus ignitis afflicti cõspectu ænei reualuere

QVod cum audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, uenisse scilicet Israel per exploratorum uiam, pugnauit contra illum, & uictor existens, duxit ex eo prædam. At Israel uoto se domino obligans, ait, Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius. Exaudiuitq; dominus preces Israel, & tradidit Chananæũ: quẽ ille interfecit subuersis urbibus eius: & uocauit nomen loci illius, Horma, id est anathema. Profecti sunt autem de monte Hor, per uiam quæ ducit ad mare rubrum, ut circuirent terram Edom. Et tedere cœpit populum itineris ac laboris: locutusq; contra dominũ & Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, uenerunt ad Moysen, atq; dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus contra dominum & te: ora ut tollat à nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & locutus est dominus ad eum, Fac serpentem æneũ, & pone eum pro signo. qui percussus aspexerit eũ, uiuet. Fecit ergo Moyses serpentẽ æneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Profectiq; filij Israel castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine quæ respicit Moab contra orientalem plagam. Et inde mouentes uenerunt ad torrentem Zared. Quem relinquẽtes castrametati sunt contra Arnon quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos. Vnde dicitur in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt ut requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est dominus ad Moysen, Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel carmen istud, Ascendat puteus. Concinebant, Puteus quẽ foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. Profectiq; sunt de solitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. Bamoth uallis est in regione Moab, in uertice Phasga, quod respicit contra desertum. Misit autem Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhęorum, dicẽs, Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & uineas, non bibemus aquas ex puteis. uia regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit ut transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu cõgregato, egressus est obuiam in desertum, & uenit in Iasa, pugnauitq; contra eum. A quo percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon usq; Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & uiculis eius. Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, usq; Arnon. Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ędificetur, & construatur ciuitas Sehon. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Væ tibi Moab, peristi popule Chamos, Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. Iugum ipsorum disperijt ab Hesebon usque Dibon, lassi peruenerunt in Nophe, & usque Medaba. Habitauit itaque Israel in terra Amorrhæi. Misitq; Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt uiculos, & possederunt habitatores. Verterúntque se, & ascenderunt per uiam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. Dixitq; dominus ad Moysen, Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciésque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hũc cum filijs suis, uniuersumq; populum eius usque ad internicionem, & possederunt terram illius CAP. XXII

Balaã ariolus maledictum Israelitis à Balac missus munus suum nequit exequi

PRofectiq; castrametati sunt in campestribus Moab, ubi trans Iordanem Iericho sita est. Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu

natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere. Ipſe autem erat eo tempore rex in Moab. Miſit ergo nuntios ab Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat ſuper flumen terræ filiorum Ammon, ut uocarent eum, & dicerent, Ecce egreſſus eſt populus ex Aegypto qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic,
B quia fortior me eſt: ſi quomodo poſſim percutere & eijcere eum de terra mea. noui enim quod benedictus ſit, cui benedixeris: & maledictus in quem maledicta congeſſeris. Perrexeruntque ſeniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus. Cúmque ueniſſent ad Balaam, & narraſſent ei omnia uerba Balac, ille reſpondit, Manete hic nocte, & reſpondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus autem illis apud Balaam, uenit deus, & ait ad eum, Quid ſibi uolunt homines iſti apud te? Reſpondit, Balac filius Sephor rex Moabitarum miſit ad me, dicens, Ecce populus qui
C egreſſus eſt de Aegypto, operuit ſuperficiem terræ: ueni, & maledic ei, ſi quo modo poſſim pugnans abijcere eum. Dixitq́ deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt. Qui mane conſurgens dixit ad principes, ite in terram ueſtram, quia prohibuit me dominus uenire uobiſcum. Reuerſi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam uenire nobiſcum. Rurſum ille multo plures & nobiliores quàm antè miſerat, miſit. Qui cum ueniſſent ad Balaam, dixerunt, *Sic* dicit Balac filius *S*ephor. Ne cuncteris uenire ad me: paratus ſum honorare te, & quicquid uolueris dabo: ueni, & male-
D dic populo iſti. Reſpondit Balaam, *Si* dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare uerbum domini dei mei, ut uel plus uel minus loquar. Obſecro ut hic maneatis etiam hac nocte, & ſcire queam quid mihi rurſum reſpondeat dominus. Venit ergo deus ad Balaam nocte, & ait ei, *Si* uocare te uenerint homines iſti, ſurge, & uade cum eis: ita duntaxat, ut quod tibi præcepero facias. Surrexit Balaam mane, & ſtrata aſina profectus eſt cum eis. Et iratus eſt deus. Stetitq́ angelus domini in uia contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum. Cernens aſina angelum
E ſtantem in uia euaginato gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cum uerberaret Balaam, & uellet ad ſemitam reducere, ſtetit angelus in anguſtijs duarum maceriarum, quibus uineæ cingebantur. Quem uidens aſina, iunxit ſe parieti, & atriuit ſedentis pedem. At ille iterum uerberabat eam, & nihilominus angelus ad locum anguſtum tranſiens, ubi nec ad dexterã nec ad ſiniſtram poterat deuiari, obuius ſtetit. Cumq́ uidiſſet aſina ſtãtem angelum, concidit ſub pedibus ſedentis. Qui iratus, uehementius cædebat fuſte latera eius. Aperuitq́ dominus os aſinæ, & locuta eſt, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam ter-
F tio? Reſpondit Balaam, Quia commeruiſti & illuſiſti mihi: utinam haberem gladium ut te percuterem. Dixit aſina, Nónne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti uſque in præſentem diem? Dic quid ſimile unquam fecerim tibi? At ille ait, Nunquam. Protinus aperuit dominus oculos Balaam, & uidit angelum ſtãtem in uia euaginato gladio, adorauitq́ eum pronus in terram. Cui angelus, Cur, inquit, tertio uerberaſti aſinam tuam? Ego ueni ut aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt uia tua, mihiq́ contraria. & niſi aſina declinaſſet de uia, dans locum reſiſtẽti, te occidiſſem, & illa uiueret. Dixit Balaam, Peccaui, neſciens quod
G tu ſtares contra me: & nunc ſi diſplicet tibi ut uadam, reuertar. Ait angelus, Vade cum iſtis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audiſſet Balac, egreſſus eſt in occurſum eius in oppido Moabitarum, quod ſitum eſt in extremis finibus Arnon. Dixitq́ ad Balaam, Miſi nuntios ut uocarent te, cur non ſtatim ueniſti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille reſpondit, Ecce adſum: nunquid loqui potero aliud, niſi quod deus poſuerit in ore meo? Perrexerunt ergo ſimul, & uenerunt in urbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cúmque occidiſſet Balac boues, & oues, miſit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelſa Baal, & intuitus eſt extremam partem populi.

Nume. 23 c

CAPVT XXIII

Balaā maledicere iuſſus benedicit Iſrael

DIxitq; Balaam ad Balac, Aedifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem uitulos, eiuſdemq; numeri arietes. Cumq; feciſſet iuxta ſermonem Balaam impoſuerunt ſimul uitulum & arietem ſuper aram. Dixitq; Balaam ad Balac. Sta pauliſper iuxta holocauſtū tuum donec uadam, ſi forte occurrat mihi dominus, & quodcunque mihi imperauerit loquar tibi. Cumq; abijſſet uelociter, occurrit illi deus. Locutusq; ad eum Balaam, Septē, inquit, aras erexi, & impoſui uitulum & arietē deſuper. Dominus aūt poſuit uerbū in ore eius, & ait. Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Reuerſus inuenit ſtantem Balac iuxta holocauſtum ſuum, & omnes principes Moabitarum: aſſumptáque parabola ſua, dixit. De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & deteſtare Iſrael. Quomodo maledicam, cui non maledixit deus? Qua ratione deteſter, quem dominus non deteſtatur? De ſummis ſilicibus uidebo eum, & de collibus conſyderabo illum. Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare poſſit puluerem Iacob, & noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Dixitq; Balac ad Balaā, Quí eſt quod agis? Vt maledíceres inimicis meis uocaui te: & tu econtrario benedicis eis. Cui ille reſpondit, Num aliud poſſum loqui niſi quod iuſſerit dominus? Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum, unde partem Iſrael uideas, & totum uidere non poſſis, & inde maledicito ei. Cumq; duxiſſet eum in locum ſublimem, ſuper uerticem montis Phaſga, ædificauit Balaam ſeptem aras, & impoſitis ſupra uitulis atque arietibus, dixit ad Balac. Sta hic iuxta holocauſtum tuum, donec ego obuius pergā. Cui cum dominus occuriſſet, poſuiſſetq; uerbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hęc loqueris ei. Reuerſus inuenit eum ſtantem iuxta holocauſtum ſuum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac, Quid, inquit, locutus eſt dominus? At ille aſſumpta parabola ſua, ait, Sta Balac & auſculta, audi fili Sephor, Nō eſt deus quaſi homo ut mētiatur, nec ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt, & non implebit? Ad benedicendū adductus ſum, benedictionem prohibere non ualeo. Non eſt idolum in Iacob, nec uidetur ſimulachrum in Iſrael. Dominus deus eius cum eo eſt, & clangor uictoriæ regis in illo. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Non eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. Temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſraeli quid operatus ſit deus. Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat. Dixitq; Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait, Nónne dixi tibi quod quicquid mihi deus imperaret hoc facerem? Et ait Balac ad eum, Veni & ducam te ad alium locum: ſi forte placet deo ut inde maledicas eis. Cumq; duxiſſet eum ſuper uerticem montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem, dixit ei Balaam, Aedifica mihi hic ſeptem aras, & para totidem uitulos, eiuſdémque numeri arietes. Fecit Balac ut Balaam dixerat: impoſuitq; uitulos, & arietes per ſingulas aras.

1.Cor.2 d.10 b

CAP. XXIIII

Maledictio Balaam cōuertitur in benedictionē, & rex in prophetam cōmouetur

CVmq; uidiſſet Balaam quod placeret domino ut benediceret Iſraeli, nequaquam abijt ut antè perrexerat, ut augurium quæreret: ſed dirigens contra deſertum uultum ſuum, & eleuans oculos uidit Iſrael in tentorijs commorātem per tribus ſuas, & irruente in ſe ſpiritu dei aſſumpta parabola ait. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum dei, qui uiſionem omnipotentis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael: ut ualles nemoroſæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula quæ fixit dominus, quaſi cedri prope aquas. Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. Deus eduxit illū de Aegypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Deuorabunt gentes hoſtes illius, oſſaq; eorum cōfringent, & perforabunt ſagittis. Accubans dormiuit ut leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusq; Balac contra Balaam, comploſis manibus, ait, Ad maledicendum inimicis

inimicis meis uocaui te, quibus econtrario tertiò benedixisti: reuertere ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed dominus priuauit te honore dispositο. Respondit Balaam ad Balac, Nónne nuntijs tuis, quos misisti ad me, dixi, Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem domini dei mei, ut uel boni quid, uel mali proferam ex corde meo, sed quicquid dominus dixerit, C hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meum. dabo tibi consilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, uisiones omnipotentis uidet, quia cadens apertos habet oculos, Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non propè. Orietur stella ex Iacob, & consurget uirga de Israel: & percutiet duces Moab, uastabitq; omnes filios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel uerò fortiter aget. De D Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cumq; uidisset Amalec, assumens parabolam, ait, Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaq; parabola iterum locutus est, Heu quis uicturus quãdo ista faciet deus? Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, uastabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitq; Balaam, & reuersus est in locum suum. Balac quoq; uia qua uenerat redijt.

CAP. XXV

24000 Israelitæ Moabitarũ mulieribus se miscẽtes & ipsorũ idolo seruiẽtes occidũtur. Phinees ipse zelo dei percitus par fornicantiũ interimit

A MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ uocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerũt deos earũ. Initiatusq; est Israel Beelphegor, & iratus dominus ait ad Moysen, Tolle cũctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: ut auertatur furor meus ab Israel. Dixitq; Moyses ad iudices Israel, Occidat unusquisq; proximos suos, qui initiati sunt Beel B phegor. Et ecce unus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem uidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cũ uidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post uirum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, uirum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitq; plaga à filijs Israel, & occisi sunt ui C ginti quatuor milia hominum. Dixitq; dominus ad Moysen, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomẽ uiri Israelitæ qui oc D cisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, uocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Hostes uos sentiant Madianitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra uos, & deceperunt insidijs per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

CAP. XXVI

Recensentur rursum filij Israel terram Chanaan ingressuri

A POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aarõ sacerdotem, Numerate omnem summam filiorum Israel à uiginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaq; Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho ad eos qui erãt à uiginti annis & suprà, sicut dominus imperauerat, quorum iste est numerus: Ruben primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarũ numerus inuentus est quadraginta tria millia & septingenti triginta. Filius Phallu, Eliab. huius filij, Namuel &

 Dathan

Dathan & Abiron. Iſti ſunt Dathan & Abiron principes populi qui ſurrexerunt contra B Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quando aduerſus dominum rebellauerunt: & aperiẽs terra os ſuum deuorauit Core morientibus plurimis, quando cõbuſſit ignis ducentos quinquaginta uiros. Et factum eſt grande miraculum, ut Core pereunte, filij illius non perirent. Filij Simeon per cognationes ſuas, Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum. Iachin ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit uiginti duo millia ducenti. Filij Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. iſtæ ſunt familiæ Gad, quarum omnis nu- C merus fuit quadraginta millia quingenti. Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui ſunt in terra Chanaan. Fueruntq; filij Iuda per cognationes ſuas: Sela, à quo familia Selaitarum:

Gen. 39 ab Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. iſtæ ſunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit ſeptuaginta ſex milia quingenti. Filij Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum numerus fuit ſexaginta quatuor millia trecenti. Filij Zabulon per cognationes ſuas: Saredi, à quo familia Zareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Iahelel, à quo familia Iahelelitarum. hæ ſunt cognationes Zabulon, quarum numerus D fuit ſexaginta millia quingenti. Filij Ioſeph per cognationes ſuas, Manaſſe & Ephraim. De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à

Ioſue 17 a quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: & Aſriel, à quo familia Aſrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida, à quo familia Semidaitarum: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, ſed tantum filias, quarum iſta ſunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Therſa. hæ ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum quinquaginta duo millia ſeptingenti. Filij autem Ephraim per cognationes ſuas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Tehenitarum. Porrò filius Su- E thala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. hæ ſunt cognationes filiorum Ephraim: quarum numerus fuit trigintaduo millia quingentorum. Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. Filij Beniamin in cognationibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum: Supham, à quo familia Suphamitarum: Huphã, à quo familia Huphamitarum. Filij Bela, Hered & Noemã. de Hered familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarum. hi ſunt filij Beniamin per cognationes ſuas, quorum numerus fuit quadraginta quinq; millia ſexcenti. Filij Dan per cognationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ ſunt cognationes Dan per familias ſuas. omnes fuere Suhamitæ, quarũ numerus erat ſexaginta quatuor milia quadringenti. Filij Aſer per cognationes ſuas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Ieſſui, à quo fami F lia Ieſſuitarũ: Brie, à quo familia Brieitarũ. Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomẽ autem filiæ Aſer, fuit Sara. hæ ſunt cognationes filiorum Aſer, & numerus eorũ quinquagintatria millia quadringenti. Filij Nephtali per cognationes ſuas: Ieſiel, à quo familia Ieſielitarũ: Guni, à quo familia Gunitarũ: Ieſer à quo familia Ieſeritarũ: Sellem, à quo familia Sellemitarũ. hæ ſunt cognationes filiorũ Nephthali per familias ſuas: quarũ numerus quadraginta quinq; millia quadringenti. Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael, qui recenſiti ſunt ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta. Locutusq; eſt dñs ad Moyſen, dicẽs, Iſtis diuidetur terra iuxta numerũ uocabulorũ in poſſeſſiones ſuas. Pluribus maiorẽ partem dabis, & paucioribus minorẽ: ſingulis ſicut nũc recenſiti ſunt

ſunt tradetur poſſeſsio:ita duntaxat ut ſors terrā tribubus diuidat & familijs. Quicquid ſorte cōtigerit, hoc uel plures accipiāt, uel pauciores. Hic quoq; eſt numerus filiorum Leui per familias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarū: Caath, à quo familia Caathitarū: Merari à quo familia Meraritarum. hæ ſunt familiæ Leui. Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Muſi, familia Core. At uerò Caath genuit Amram: qui habuit uxorē Iochabed filiā Leui, quæ nata eſt ei in Aegypto. hæc genuit Amram uiro ſuo, filios Aaron & Moyſen, & Mariam ſororē eorum. De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar: quorum Nadab & Abiu mortui ſunt, cum obtuliſſent ignem alienum corā domino.

H Fueruntq; omnes qui numerati ſuut, uiginti tria millia generis maſculini ab uno menſe & ſuprà: quia non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cum cæteris data poſſeſſio eſt. Hic eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho: inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati ſunt à Moyſe & Aaron in deſerto Sinai. Prædixerat enim dominus quod omnes morerētur in ſolitudine. Nulluſq; remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſue filius Nun.

CAP. XXVII

A ACceſſerunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: quarum ſunt nomina, Maala & Noa, & Hegla & Melcha & Therſa. Steteruntq; coram Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cunctis principibus populi ad oſtium tabernaculi fœderis, atq; dixerunt, Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ concitata eſt contra dominū ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia ſua quia non habet filium? Date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris

Legitima hæreditatis ſucceſsio traditur oſtēditur terra promiſſiōis Moſi, qui Ioſue conſtituit populi principem

B noſtri. Retulitq; Moyſes cauſam earum ad iudicium domini. Qui dixit ad eum, Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſsionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditate ſuccedant. Ad filios autem Iſrael loqueris hæc, Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos: quod & ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatē fratribus patris eius. ſin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. eritq; hoc filijs Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit dominus Moyſi. Dixit quoque dominus ad Moyſen, Aſcen-

C de in montem iſtum Abarim, & contemplare inde terram quam daturus ſum filijs Iſrael: cumq; uideris eam, ibis & tu ad populum tuum, ſicut iuit frater tuus Aaron: quia offendiſtis me in deſerto Sin in contradictione multitudinis, nec ſanctificare me uoluiſtis corā eis ſuper aquas. hæ ſunt aquæ cōtradictionis in Cades deſerti Sin. Cui reſpōdit Moyſes, Prouideat dominus deus ſpirituum omnis carnis, hominē qui ſit ſuper multitudinem hanc: & poſſit exire & intrare ante eos, & educere eos uel introducere, ne ſit populus domini ſicut oues abſq; paſtore. Dixitq; dominus ad eum, Tolle Ioſue filium Nun uirū in quo eſt ſpi-

Deut. 3 d

D ritus, & pone manum tuā ſuper eum. Qui ſtabit corā Eleazaro ſacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis uidentibus, & partē gloriæ tuæ, ut audiat eū omnis ſynagoga filiorum Iſrael. Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet dominū. Ad uerbū eius egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moyſes ut præceperat ei dominus. Cumq; tuliſſet Ioſue, ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi. Et impoſitis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat dominus.

CAP. XXVIII

A DIxit quoq; dominus ad Moyſen, Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Oblationē meā & panes, & incenſum odoris ſuauiſſimi offerte per tempora ſua. Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre debetis, Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocauſtum ſempiternum: unum offeretis manè, & alterum ad ueſperum: decimam partē ephi ſimilæ, quæ cōſperſa ſit oleo puriſſimo, & habeat quartā partem hin. holocauſtum iuge eſt quod obtuliſtis in monte Sinai in odorē ſuauiſſimū incenſi domini. & libabitis bini quartā partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario domini. Alterumq; agnū ſimiliter offeretis ad ueſperam iuxta omnem ritum ſacrificij matutini, & libamentorum eius, oblationem ſuauiſsimi odo-

Quales quibuslibet anni tēporibus uictimæ

ris domino. Die autem ſabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas de- B
cimas ſimilæ oleo cõſperſæ in ſacrificio, & liba quæ ritè funduntur per ſingula ſabbatha in holocauſtũ ſempiternum. In calendis aũt, id eſt in menſium exordijs, offeretis holocauſtũ domino, uitulos de armẽto duos, arietẽ unum, agnos anniculos ſeptẽ immaculatos, & tres decimas ſimilæ oleo cõſperſæ in ſacrificio per ſingulos uitulos: & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes: & decimam decimæ ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos. holocauſtum ſuauiſſimi odoris atque incenſi eſt domino. Libamenta autem uini quæ per ſingulas fundenda ſunt uictimas, iſta erunt, Media pars hin per ſingulos uitulos, tertia per arietẽ, quarta per agnum. hoc erit holocauſtum per omnes menſes, qui ſibi anno uertente ſuccedunt. Hircus quoq; offeretur domino pro peccatis in holocauſtum C ſempiternum cum libamentis ſuis. Menſe autem primo, quartadecima die mẽſis phaſe domini erit, & quintadecima die ſolennitas: ſeptem diebus ueſcentur azymis. Quarum dies prima uenerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretisq; incenſum holocauſtũ domino uitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem: & ſacrificia ſingulorum ex ſimila quæ conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingulos uitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt per ſeptem agnos. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro uobis, præter holocauſtum matutinum quod ſemper offeretis. Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum in fomitẽ ignis, & in odorem ſuauiſſimum domino: qui ſurget de holocauſto & de libationibus ſingulorũ. D Dies quoq; ſeptimus celeberrimus & ſanctus erit uobis: omne opus ſeruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino, expletis hebdomadibus uenerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile nõ facietis in ea. Offeretisq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino, uitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, atq; in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos uitulos, per arietes duos, per agnos decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſeptem. hircũ quoq; unum qui mactatur pro expiatione: præter holocauſtum ſempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

Exo.12 c
Leuit.23 c

CAP. XXIX

Septimus mẽſis quomodo celebrandus

MEnſis etiam ſeptimi prima dies uenerabilis & ſancta erit uobis. omne opus ſeruile nõ A facietis in ea, quia dies clangoris eſt & tubarum. Offeretisq; holocauſtũ in odorem ſuauiſsimũ domino, uitulũ de armento unum, arietẽ unum, & agnos anniculos immaculatos ſeptẽ: & in ſacrificijs eorum ſimilę oleo cõſperſæ tres decimas per ſingulos uitulos, duas decimas per arietẽ, unã decimã per agnum, qui ſimul ſunt agni ſeptẽ: & hircũ pro peccato, qui offertur in expiationẽ populi: præter holocauſtũ calendarum cum ſacrificijs ſuis, & holocauſtum ſempiternũ cũ libationibus ſolitis. Eiſdẽ ceremonijs offeretis in odorem ſuauiſsimum incẽſum domino. Decima quoq; dies mẽſis huius ſeptimi erit uobis ſancta atq; uenerabilis, & affligetis animas ueſtras: omne opus ſeruile nõ facietis in ea. Offeretisq; holocauſtum domino in odorẽ ſuauiſsimum, uitulum de armento unũ, arietẽ unum, agnos anniculos immaculatos ſeptem. & in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſin- B gulos uitulos, duas decimas per arietem, decimam decimæ per agnos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem: & hircũ pro peccato. abſq; his quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem: & holocauſto ſempiterno, & ſacrificio & libaminibus eorum. Quintadecima uerò die menſis ſeptimi, quæ uobis ſancta erit atq; uenerabilis, omne opus ſeruile non facietis in ea: ſed celebrabitis ſolennitatem domino ſeptem diebus. offeretisq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimum domino, uitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: & in libamentis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per uitulos ſingulos, qui ſunt ſimul uituli tredecim: et duas decimas arieti uno, id eſt ſimul arietibus duobus, & decimã decimæ agnis ſingulis, qui ſunt ſimul agni quatuordecim: & hircũ pro peccato. abſq; holocauſto ſempiterno, & ſacrificio & libamine eius. In die altero offeretis uitulos C de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ſacrificiaque & libamina ſingulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis, & hircum

Leuit.16 g & 23 e

pro

pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; & libamine eius. Die tertio offeretis uitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificióque & libamine eius. Die quarto offeretis uitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiáque & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die quinto offeretis uitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato.
D absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die sexto offeretis uitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die septimo offeretis uitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, offerētes holocaustum in odorem suauissimum domino, uitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaq; eius & libamina singulorum per uitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Hæc offeretis domino in solennitatibus uestris. præter uota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

CAP. XXX

De uotis reddendis

A Narrauitq; Moyses filijs Israel omnia quæ ei dominus imperauerat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel, Iste est sermo quem præcepit dominus, Si quis uirorum uotū domino uouerit, aut se cōstrinxerit iuramento: non faciet irritum uerbū suum, sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam uouerit, & se constrinxerit iuramēto quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater uotum quod pol-
B licita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, uoti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. sin autem statim ut audierit contradixerit pater: & uota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit, & uouerit aliquid, & semel de ore eius uerbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit uir, & non cōtradixerit, uoti rea
C erit, reddetq; quodcunq; promiserat. sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, uerbaq; quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei dominus. Vidua & repudiata quicquid uouerint reddent. Vxor in domo uiri cum se uoto constrinxerit & iuramento, si audierit uir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunq; promiserat. sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea:
D quia maritus contradixit, & dominus ei propitius erit. Si uouerit, & iuramento se constrinxerit ut per ieiunium uel cæterarum rerum abstinētiam affligat animam suam: in arbitrio uiri erit siue faciat, siue non faciat: quod si audiens uir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid uouerat atq; promiserat, reddet: quia statim ut audiuit tacuit. sin autem cōtradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. Istæ sunt leges quas constituit dominus Moysi inter uirum & uxorem, inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate est, uel quæ manet in parentis domo.

CAP. XXXI

De crudeli Madianitarū & Balaā strage, deq; spoliorū diuisiōe & magnitudine

A Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populū tuum. Statimq; Moyses, Armate, inquit, ex uobis uiros ad pugnam, qui possint ultionē domini expetere de Madianitis. mille uiri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellū. Dederuntq; millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorum ad pugnam: quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, uasaq; sancta, & tubas ad clangendum tradidit eis. Cumq; pugnassent contra

Madianitas atque uicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Ceperuntque mulieres eorum & paruulos, omniaque pecora & cunctam supellectilem, B quicquid habere potuerant depopulati sunt. tam urbes, quàm uiculos & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & uniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. Reliqua autem utensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. Egressi sunt autē Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratusque Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui uenerant de bello, ait, Cur fœminas reseruastis? Nónne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari uos fecerunt in C dominum super peccato Phogor, unde & percussus est populus? Ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt uiros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas uirgines reseruate uobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, uel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda siue uestimentum fuerit siue uas, & aliquid in utensilia præparatum de caprarum pellibus & pilis & ligno, expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad uiros exercitus, qui pugnauerant, sic locutus est, Hoc est præceptum legis quod mandauit dominus Moysi, Aurum & argentum & æs & ferrum & plumbum & stannum, & omne quod po- D test transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiatiōis sanctificabitur: & lauabitis uestimēta uestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. Dixitque dominus ad Moysen, Tolle summam eorum quæ capta sunt ab homine usque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & omnes principes uulgi: diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egressique sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, unam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Is- E rael accipies quinquagesimum caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorumque animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi domini. Feceruntque Moyses & Eleazar, sicut præceperat dominus. Fuit autem præda quam exercitus ceperat, ouiū sexcenta septuaginta quinque millia, boum septuaginta duo millia, asinorū sexaginta millia & mille: animæ hominū sexus fœminei, quæ non cognouerāt uiros, triginta duo millia, dataque est media pars his qui in prælio fuerant, ouiū trecenta triginta septē millia quingentæ: è quibus in partē domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuagintaquinque. Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta unus: de animabus hominū sedecim millibus, cesserunt in partē dn̄i F triginta duæ animæ. Tradiditque Moyses numerū primitiarū domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum ex media parte filiorū Israel, quā separauerat his qui in prælio fuerant. De media uerò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est de ouibus trecētis triginta septē millibus quingentis, & de bobus triginta sex millibus, & de asinis triginta millibus quingentis, & de hominibus sedecim millibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo domini, sicut præceperat dominus. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque, dixerunt, Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne unus qui- G dem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, ut depreceris pro nobis dominum. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos à tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in prēda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii, in monimentum filiorum Israel coram domino. CAP. XXXII

A Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumque uidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alēdis terras, uenerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad principes multitudinis, atque dixerunt: Ataroth, & Dibō, & Iazer, & Nemra, & Hesebon, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon, terra quā percussit dominus in conspectu filiorum Israel, regionis uberrimæ est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurque si inuenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Quibus re-B spondit Moyses, Nunquid fratres uestri ibunt ad pugnam, & uos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeāt in locum quem eis daturus est dominus? nónne ita egerunt patres uestri, quando misi de Cadesbarne ad explorandum terram: Cumque uenissent usque ad uallem Botri lustrata omni regione, subuerterūt cor filiorum Israel, ut non intrarent fines quos eis dominus dedit. Qui iratus iurauit, dicens, Si uidebunt homines isti qui ascenderunt ex Aegypto à uiginti annis & suprà, terram quam sub iuramēto pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, præter Caleb filium C Iephone Cenezæum, & Iosue filium Nun: isti impleuerunt uolūtatem meam. Iratusque dominus aduersum Israel, circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur uniuersa generatio quæ fecerat malū in conspectu eius. Et ecce, inquit, uos surrexistis pro patribus uestris incremēta, & alumni hominū peccatorū, ut augeretis furorē dñi cōtra Israel. Quod si nolueritis sequi eū, in solitudine populū derelinquet, & uos causa eritis necis omniū. At illi propè accedētes, dixerunt, Caulas ouiū fabricabimus & stabula iumentorū, paruulis quoque nostris urbes munitas: nos aūt ipsi armati & accincti pergemus ad prælium D ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in urbibus munitis, propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras, usque dum possideant filij Israel hæreditatem suam: nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in orientali eius plaga. Quibus Moyses ait, Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram domino ad pugnam: & omnis uir bellator armatus Iordanem trāseat, donec subuertat dominus inimicos suos, & subijciatur ei omnis terra: tunc eritis inculpabiles apud dominum & apud Israel, & obtinebitis E regiones quas uultis coram domino. Sinautem quod dicitis non feceritis, nulli dubium est quin peccetis in deum: & scitote quoniam peccatum uestrum apprehendit uos. Aedificate ergo urbes paruulis uestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis, implete. Dixeruntque filij Gad & Ruben ad Moysen, Serui tui sumus, faciemus quod iubet dominus noster. Paruulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumenta relinquemus in urbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris. Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus fami-F liarum per tribus Israel, & dixit ad eos, Si transierint filij Gad, & filij Ruben uobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram domino, & uobis fuerit terra subiecta: date eis Galaad in possessionem. Sinautem noluerint transire armati uobiscum in terram Chanaan, inter uos habitandi accipiant loca. Responderuntque filij Gad, & filij Ruben, sicut locutus est dominus seruis tuis, ita faciemus: ipsi armati pergemus corā domino in terram Chanaan, & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. Dedit itaque Moyses filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filij Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi, & G regnum Og regis Basan, terram eorum cum urbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophan, & Iazer, & Iegbaa, & Bethnemra, & Betharan, urbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij uerò Ruben ædificauerunt Hesebon, & Eleale, & Chariathaim, & Nabo, & Baalmeon uersis nominibus, Sabama quoque: imponentes uocabula urbibus quas extruxerant. Porrò filij Machir, filij Manasse perrexerunt in Galaad, & uastauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terrā Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. Iair autem filius Manasse abijt, & occupauit uicos eius, quos appellauit Hauothiair, id est

Rubenitis, Gaditis & dimidiæ tribui Manasse adscribitur natio trās Iordanem

Iosue 1 a

uillas Iair. Nobe quoq; perrexit, & apprehēdit Canath cum uiculis suis: uocauitq; eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII

Castrorum Israel metatiões enumerãtur, & terra Chanaan funditus uastari iubetur

Exo.12.13.14 15.16.17.19

HÆ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, quas descripsit Moyses iuxta castrorū loca, quæ domini iussione mutabant. Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die phase, filij Israel in manu excelsa, uidentibus cunctis Aegyptijs, & sepelientibus primogenitos quos percusserat dominus, (nam & in dijs eorum exercuerat ultionē) castrametati sunt in Socoth. Et de Socoth uenerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. Inde egressi uenerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. Profectiq; de Phihahiroth transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Mara. Profectiq; de Mara uenerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibiq; castrametati sunt. Sed & inde egressi fixerūt tentoria super mare rubrum. Profectiq; de mari rubro, castrametati sunt in deserto Sin. Vnde egressi uenerunt in Daphca. Profectiq; de Daphca castrametati sunt in Alus. Egressiq; de Alus, in Raphidim fixere tētoria, ubi populo defuit aqua ad bibendum. Profectiq; de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. Sed & de solitudine Sinai egressi, uenerunt ad sepulchra concupiscentiæ. Profectiq; de Sepulchris cōcupiscētiæ, castrametati sunt in Haseroth. Et de Haseroth uenerūt in Rethma. Profectiq; de Rethma, castrametati sunt in Rēmonphares. Vnde egressi uenerūt in Lebna. De Lebna castrametati sunt i Ressa. Egressiq; de Ressa, uenerūt in Ceelatha. Vnde profecti, castrametati sunt in mōte Sepher. Egressi de mōte Sepher, uenerūt in Harada. Inde proficiscentes, castrametati sunt in Maceloth. Profectiq; de Maceloth, uenerūt in Thahath. De Thahath castrametati sunt in Thare. Vnde egressi, fixere tentoria in Methca. Et de Methca castrametati sunt in Hesmona. Profectiq; de Hesmona, uenerunt in Moseroth. Et de Moseroth castrametati sunt in Beneiaacam. Profectiq; de Beneiaacā uenerūt in montem Gadgad. Vnde profecti castrametati sunt in Ietebatha. Et de Ietebatha uenerunt in Hebrona. Egressiq; de Hebrona, castrametati sunt in Asiongaber. Inde profecti uenerūt in Desertum Sin, hæc est Cades. Egressiq; de Cades castrametati sunt in monte Hor in extremis finibus terræ Edom. Ascenditq; Aaron sacerdos in montem Hor iubente domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egresionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum uigintitrium. Audiuitq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan uenisse filios Israel. Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona. Vnde egresi uenerunt in Phunon. Profectiq; de Phunon, castrametati sunt in Oboth. Et de Oboth uenerunt in Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum. Profectiq; de Ieabarim fixere tentoria in Dibongad. Vnde egresi, castrametati sunt in Helmondeblathaim. Egressiq; de Helmondeblathaim, uenerunt ad montes Abarim contra Nabo. Profectiq; de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho. Ibiq; castrametati sunt de Bethsimoth usq; ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum, ubi locutus est dominus ad Moysen: Præcipe filijs Israel, & dic ad eos, Quando transieritis Iordanem, intrantes terram Chanaan, disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & statuas cōminuite, atque omnia excelsa uastate, mundantes terram, & habitantes in ea. ego enim dedi uobis illā in possessionē, quam diuidetis uobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. Singulis ut sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ: qui remanserint, erūt uobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur uobis in terra habitationis uestræ: & quicquid illis cogitaueram facere, uobis faciam.

Num.10.11.12 20.21.25.26

Iosue 16.b

CAP. XXXIIII

Terræ Chanaan limites & à quibus diuidenda

LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Præcipe filijs Israel, & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem uobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur, Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos

minos contra orientem mare salsissimum: qui circuibunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita ut transeant in Senna, & perueniat ad meridiem usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad uillam nomine Adar, & tendent usque ad Asemona. ibitque per gy-
B rum terminus ab Asemona usque ad torrentem Ægypti, & magni maris littore finietur. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. Porrò ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes usque ad montem altissimum, à quo uenient in Emath usque ad terminos Sedada, ibuntque confinia usque ad Zephrona & uillam Enan. hi erunt termini in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam, de uilla Enan usque Sephama, & de Sephama descendent termini in Reblatha contra fontem Daphnim: inde peruenient contra orientem ad mare Cenereth, & tendent
C usque ad Iordanem, & ad ultimum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Præcepitque Moyses filijs Israel, dicens: Hæc erit terra quam possidebitis sorte, & quam iussit dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manasse, id est duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. Et ait dominus ad Moysen: Hæc sunt nomina uirorum qui terram uobis diuident: Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & singuli prin-
D cipes de tribubus singulis, quorum ista sunt uocabula: De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. de tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. de tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. de tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. filiorum Ioseph de tribu Manasse, Haniel filius Ephod. de tribu Ephraim, Camuel filius Sephtan. de tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach. de tribu Issachar dux Phaltiel filius Ozan. de tribu Aser, Ahiud filius Salomi. de tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. Hi sunt quibus præceperat dominus, ut diuiderent filijs Israel terram Chanaan.

Ios. 14 a

CAP. XXXV

A HÆc quoque locutus est dominus ad Moysen in cāpestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: Præcipe filijs Israel, ut dent Leuitis de possessionibus suis urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis: quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tendentur. contra orientem duo millia erūt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque quod respicit ad occidentem, eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntque urbes in medio, & foris suburbana. De ipsis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his alia quadragintaduo oppida, id est simul quadragin-
B taocto cum suburbanis suis. Ipsæque urbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan, decernite quæ urbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolētes, sanguinem fuderint: in quibus cum fugerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. De ipsis autem urbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filijs Israel, quàm aduenis atque peregrinis: ut confugiat ad eas, qui nolens, sanguinem fuderit. Si quis ferro percusse-
C rit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij, & ipse morietur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine uindicabitur. Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim ut apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, uel iecerit quippiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit. cognatus occisi statim ut inuenerit eum, iugulabit. Quod si fortuitu & absque odio & inimicitijs quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio uentilata: liberabitur innocens de ulto-

Leuitis suæ ciuitates, homicidis & suæ per asylis adscribuntur, & de discrimine homicidarum

Ios. 20 a

Deut. 19 a

ris manu,& reducetur per sententiam in urbem ad quam confugerat:manebitq; ibi,donec sacerdos magnus,qui oleo sancto unctus est,moriatur. Si interfector extra fines urbium quæ exulibus deputatæ sunt,fuerit inuentus,& percussus ab eo qui ultor est sanguinis:absque noxa erit,qui eum occiderit.debuerat enim profugus usque ad mortem pontificis in urbe residere.postquàm autem ille obierit,homicida reuertetur in terram suam. Hæc sempiterna erunt,& legitima in cunctis habitationibus uestris. Homicida sub testibus punietur:ad unius testimonium,nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis:statim & ipse morietur. Exules & profugi ante mortem pontificis, nullo modo in urbes suas reuerti poterunt:ne polluatis terram habitationis uestræ,quæ insontium cruore maculatur:nec aliter expiari potest,nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit. Atque ita emundabitur uestra possessio,me commorante uobiscum. ego enim sum dominus,qui habito inter filios Israel.

Deut.17 b & 19 c

CAP. XXXVI

Cõnubiorũ et hæreditatum apud Israelitas quæ lex

ACcesserunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir,filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph:locutiq; sunt Moysi coram principibus Israel,atque dixerunt: Tibi domino nostro præcepit dominus,ut terram sorte diuideres filijs Israel,& ut filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri:quas si alterius tribus homines uxores acceperint,sequetur possessio sua,& translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur:atque ita fiet,ut cum iubileus,id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit,confundatur sortium distributio,& aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filijs Israel,& domino præcipiente ait:Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est:& hæc lex super filiabus Salphaad à domino promulgata est:Nubant quibus uolunt,tantum ut suæ tribus hominibus:ne cõmisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim uiri ducent uxores de tribu & cognatione sua,& cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient:ut hæreditas permaneat in familijs,nec sibi misceantur tribus,sed ita maneant ut à domino separatæ sunt. Feceruntq; filiæ Salphaad ut sibi fuerat imperatum:& nupserunt Maala & Thersa & Hegla & Melcha & Noa filijs patrui sui, de familia Manasse,qui fuit filius Ioseph:& possessio quæ illis fuerat attributa,mansit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atq; iudicia quæ mandauit dominus per manum Moysi ad filios Israel,in campestribus Moab supra Iordanem contra Hiericho.

DEVTERONOMIVM

HEBRAICE

אֵלֶּה הַדְּבָרִים

A

HAEC SVNT VERBA quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, ubi auri est plurimum. undecim diebus de Horeb per uiam montis Seir usque ad Cadesbarne. Quadragesimo anno, undecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi dominus ut diceret eis: postquàm percussit Seon regem Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cœpitque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit uobis quòd in hoc monte mansistis: reuertimini, & uenite ad montem Amorrhæorũ, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atque montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta littus maris, terram Chananæorum, & Libani usque ad flumen magnum Euphraten. En, inquit, tradidi uobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit dominus patribus uestris Abraham, Isaac & Iacob, ut daret illam eis, & semini eorum post eos. Dixique uobis illo in tempore: Non possum solus sustinere uos: quia dominus deus uester multiplicauit uos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. Dominus deus patrum uestrorum addat ad hũc numerum multa millia, & benedicat uobis sicut locutus est. Non ualeo solus negotia uestra sustinere, & pondus ac iurgia. Date ex uobis uiros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris, ut ponam eos uobis principes. Tunc respondistis mihi: Bona res est quam uis facere. Tulique de tribubus uestris uiros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos & centuriones & quinquagenarios ac decanos, qui docerent uos singula. Præcepique eis, dicens: Audite illos: & quod iustum est, iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis ut magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Quòd si difficile uobis uisum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Præcepique uobis omnia quæ facere deberetis. Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam quam uidistis, per uiam mõtis Amorrhæi, sicut præceperat dominus deus noster nobis. Cumque uenissemus in Cadesbarne, dixi uobis: Venistis ad montem Amorrhęi, quem dominus deus noster daturus est nobis. Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi: ascende & posside eam, sicut locutus est dominus deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam paueas. Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus uiros qui considerent terram, & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. Cumque mihi sermo placuisset, misi ex uobis duodecim uiros, singulos de tribubus suis. Qui cum perrexissent & ascendissent in montana, uenerunt usque ad uallem botri: & considerata terra sumentes de fructibus eius, ut ostẽderent ubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerũt: Bona est terra, quam dominus deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem domini dei nostri murmurastis in tabernaculis uestris, atque dixistis: Odit nos dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, ut traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. Quò ascendemus? nuntij terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: urbes magnæ, & ad cœlum usque munitæ. filios Enacim uidimus ibi. Et dixi uobis: Nolite metuere, nec timeatis eos: dominus deus qui ductor est uester, pro uobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis uidentibus, & in solitudine ipsi uidistis. Portauit te dominus deus tuus, ut solet ho-

Moses refricat Israelitis dei beneficia, arguitque eos igratitudinis & diffidentiæ

Exo. 18 c

Num. 13 a

mo gestare paruulum filium suum, in omni uia per quam ambulastis, donec ueniretis ad Exo.13 d locum istum. Et nec sic quidem credidistis domino deo uestro, qui præcessit uos in uia, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens uobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Cumque audisset dominus uocem sermonum uestrorum, iratus F Num.14 d iurauit, & ait: Non uidebit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus uestris: præter Caleb filium Iephone. ipse enim uidebit eam, & ipsi dabo terram quam calcauit, & filijs eius, quia secutus est dominum. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus dominus propter uos dixerit: Nec tu ingredieris illuc: sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte terram diuidet Israeli. Paruuli uestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo terram, & possidebunt eam. Vos autem reuertimini, & abite in solitudinem per uiam maris rubri. Et respondistis mihi: Peccauimus domino: ascendemus & pu G gnabimus, sicut præcepit dominus deus noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem, ait mihi dominus: Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis: non enim sum uobiscum: ne cadatis coram inimicis uestris. Locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio domini, & tumentes superbia ascendistis in montem. Itaque egressus Amorrhæus qui habitabat in montibus, & obuiam ueniens persecutus est uos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir usque Horma. Cumque reuersi ploraretis coram domino, non audiuit uos, nec uoci uestræ uoluit acquiescere. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore. CAP. II

Idē facit quod in præcedenti capite

PRofectique inde uenimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixe A rat dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. Dixitque dominus ad me: Sufficit uobis circuire montem istum: ite contra aquilonem, & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum uestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt uos. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos, neque enim dabo uobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare uestigium: quia in possessionem Esau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. Dominus deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum B quomodo transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos, habitans tecum dominus deus tuus, & nihil tibi defuit. Cumque transissemus fratres nostros, filios Esau, qui habitant in Seir, per uiam campestrem de Elath & de Asiongaber, uenimus ad iter quod ducit in desertum Moab. Dixitque dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec in Gen.19 e eas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Lot tradidi Ar in possessionem. Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus & ualidus, & tam excelsus ut Enacim stirpe quasi gigantes crederētur, & essent similes filiorum C Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Horrhæi: quibus expulsis atque deletis habitauerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit illi dominus. Surgentes ergo ut transiremus torrentem Zared, uenimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne usque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat dominus: cuius manus fuit aduersum eos, ut interirent de castrorum medio. Postquàm autem uniuersi ceciderunt pugnatores, locutus D est dominus ad me, dicens: Tu transibis hodie terminos Moab urbem nomine Ar: & accedens in uicina filiorum Ammon, caue ne pugnes cōtra eos, nec mouearis ad prælium. non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Lot dedi eam in possessionem. Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ uocant Zomzommim, populus magnus & proceræ longitudinis, sicut Enacim: quos deleuit do Gen.36 d minus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis, sicut fecerat filijs Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident usque in præsens. E Heuæos quoque qui habitabant in Aserim usque Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egressi

egressi de Cappadocia deleuerunt eos,& habitauerunt pro illis. Surgite & transite torren- tem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæorum,& terram eius incipe possidere,& committe aduersus eum prælium. Hodie incipiam mittere terro- rem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cœlo: ut audito nomine tuo paueant,& in morem parturientium contremiscant,& dolore teneantur. Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon uerbis pacificis, dicens:

Gen.36 d *Num.21 e*

F Transibimus per terram tuam, publica gradiemur uia: non declinabimus neque ad dex- tram neque ad sinistram. Alimenta pretio uende nobis,ut uescamur: aquam pecunia tri- bue,& sic bibemus. Tantum est ut nobis concedas transitum,sicut fecerunt filij Esau,qui habitant in Seir,& Moabitæ qui morantur in Ar: donec ueniamus ad Iordanem,& trans- eamus ad terram quam dominus deus noster daturus est nobis. Noluitq; Sehon rex He sebon dare nobis transitum: quia indurauerat dominus deus tuus spiritum eius,& obfir- mauerat cor illius,ita ut traderetur in manus tuas,sicut nunc uides. Dixitq; dominus ad me: Ecce cœpi tibi tradere Sehon & terram eius,incipe possidere eam. Egressusq; est Se-

Amos 2 c

G hon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa. Et tradidit eum dominus deus noster nobis: percussimusq; eum cum filijs suis & omni populo suo. Cunctasq; ur- bes in tempore illo cepimus,interfectis habitatoribus earum,uiris ac mulieribus & paruu- lis. non reliquimus in eis quicquam. Absq; iumentis,quæ in partem uenere prædantium: & spolijs urbium,quas cepimus ab Aroer,quæ est super ripam torrentis Arnon,& oppi- do quod in ualle situm est,usque Galaad, Non fuit uicus & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit dominus deus noster nobis. Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc,& urbibus montanis,uniuer sisq; locis,à quibus nos prohibuit dominus deus noster.

CAP. III

A Itaque conuersi ascendimus per iter Basan: egressusq; est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. Dixitq; dominus ad me: Ne timeas eum,quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciesq; ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum,qui habitauit in Hesebon. Tradidit ergo dominus deus no- ster in manibus nostris etiam Og regem Basan,& uniuersum populū eius: percussimusq; eos usque ad internecionem,uastantes cunctas ciuitates illius uno tempore. non fuit oppi- dum quod nos effugeret: sexaginta urbes,& omnem regionem Argob regni Og in Ba- san. Cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis,portisq; & uectibus,absque oppidis in- numeris quæ non habebant muros. Et deleuimus eos,sicut feceramus Sehon regi Hese- bon,disperdentes omnem ciuitatem,uirosq; ac mulieres & paruulos: iumenta autem &

Repetitur in- teritus Og, Rubenitis,Ga ditis & dimi- diæ tribui Ma nasse datur sua portio,ac Mosi succedit Iosue in prin- cipatum

B spolia urbium diripuimus. Tulimusq; illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon usq; ad montem Hermon, quem *Sidonij* Sarion uocant,& Amorrhæi *Sanir*: omnes ciuitates quæ sitæ sunt in plani- tie,& uniuersam terram Galaad & Basan usque ad Selcha,& Edrai ciuitates regni Og in Basan. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Et monstratur lectus eius ferreus,qui est in Rabbath filiorum Ammon,nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti uirilis manus. Terramq; possedimus in tempo- re illo,ab Aroer quæ est super ripam torrentis Arnon,usque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquam autem partem Galaad,& om- nem Basan regni Og,tradidi mediæ tribui Manasse,omnem regionem Argob: cunctaq;

Num.32 f

C Basan uocabatur terra gigantum. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob usque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitq; ex nomine suo Basan,Hauoth Iair,id est Villas Iair,usque in præsentem diem. Machir quoq; dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad usque ad torrentem Arnon medium torrentis & confinium usque ad torrentem Ieboc,qui est terminus filiorum Ammon: & planitiem solitudinis at- que Iordanem,& terminos Cenereth usq; ad mare deserti,quod est salsissimum,ad radi- ces montis Phasga contra orientem. Præcepitq; uobis in tempore illo,dicens: Dominus

deus uester dat uobis terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres uestros filios Israel omnes uiri robusti: absq; uxoribus & paruulis atq; iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in urbibus remanere debebunt, quas tradidi uobis: donec requiē tribuat dominus fratribus uestris, sicut uobis tribuit: & possideant ipsi etiam terrā quam daturus est trans Iordanem: tunc reuertetur unusquisq; in possessionem suam quam dedi D uobis. Iosue quoq; in tempore illo præcepi, dicens: Oculi tui uiderunt quæ fecit dominus deus uester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ trāsiturus es. Ne timeas eos: dominus enim deus uester pugnabit pro uobis. Precatusq; sum dominum in tempore illo, dicens: Domine deus, tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinē tuam, manumq; fortissimam. neq; enim est alius deus uel in cœlo uel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur & uidebo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium & Libanum. Iratusq; est dominus mihi propter uos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquā ultrà loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circunfer ad occidentem & aquilonem, austrumq; & orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanem istum. Præcipe Iosue, & corrobora eum atq; conforta: quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis terram quam uisurus es. Mansimusq; in ualle contra Fanum Phogor.

Num.27 d

CAP. IIII

Enumeratis dei beneficijs adhortatur populū ad culturā eius unius, & homicidis certa refugia constituit

ET nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: ut faciens ea, uiuas, & ingrediens possideas terram quam dominus deus patrum uestrorum daturus est uobis. A Non addetis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata domini dei uestri, quæ ego præcipio uobis. Oculi uestri uiderunt omnia quæ fecit dominus contra Beelphegor, quomodo cōtriuerit omnes cultores eius de medio uestri. Vos autem qui adhæretis domino deo uestro, uiuitis uniuersi usq; in præsentem diem. Scitis quòd docuerim uos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi dominus deus meus: sic facietis ea in terra quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim uestra sapientia, & intellectus coram populis, ut audientes uniuersi præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut dominus deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ B est enim alia gens sic inclyta ut habeat ceremonias, iustaq; iudicia, & uniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos uestros? Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè. Ne obliuiscaris uerborum quæ uiderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo stetisti coram domino deo tuo in Horeb, quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo uiuunt in terra, doceantq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat usque ad cœlum: erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq; est dominus ad uos de medio ignis. Vocem uerborum eius audistis, & formam penitus non uidistis. Et ostēdit uobis pactum suum quod præcepit ut faceretis, & decem uerba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. C Mihiq; mandauit in illo tempore, ut docerem uos ceremonias & iudicia quæ facere debetis in terra quàm possessuri estis. Custodite igitur solicitè animas uestras. Non uidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est uobis dominus in Horeb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis uobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi uel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terram, uel auium sub cœlo uolantium atque reptilium quæ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlum uideas solem & lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die. Iratusq; est dominus contra me propter sermones uestros, & iurauit ut non transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus est uobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem: uos D

Exo.19 c

transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue ne quando obliuiscaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri dominus prohibuit. quia dominus deus tuus, ignis consumens est, deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptiq; feceritis uobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram domino deo uestro, ut eum ad iracundiam prouocetis: testes inuoco hodie cœlum & terram, cito perituros uos esse de terra, quam transito Iordane possessuri estis. non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit uos dominus atque disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas uos ducturus est dominus. ibiq; seruietis dijs qui hominum manu fabricati sunt ligno & lapidi, qui non

E uident nec audiunt nec comedunt nec odorantur. Cumq; quæsieris ibi dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Postquàm te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum, & audies uocem eius. Quia deus misericors dominus deus tuus est, non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit dominus deus hominem super terram, à summo cœlo usque ad summum eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut unquam cognitum est, ut audiret populus uocem dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti: & uixisti. si fecit deus ut ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa atq; portenta, per pugnam & robustam manum, extentumq; brachium, & horribiles uisiones, iuxta omnia quæ fecit pro uobis dominus deus ue-

F ster in Ægypto, uidentibus oculis tuis: ut scires quoniam dominus, ipse est deus, & non est alius præter eum. De cœlo te fecit audire uocem suam, ut doceret te: & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti uerba illius de medio ignis: quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te præcedens in uirtute sua magna ex Ægypto, ut deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretq; tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd dominus ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ego præcipio tibi: ut bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tempore super terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi. Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, ut confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante

Num. 35 a
Ios. 20 c

G unum & alterum diem, & ad harum aliquam urbium possit euadere: Bosor, in solitudine, quæ sita est in terra campestri, de tribu Ruben: & Ramoth, in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan, in Basan, quæ est in tribu Manasse. Ista est lex quam proposuit Moyses coram filijs Israel, & hæc testimonia & ceremoniæ atque iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto trans Iordanem in ualle contra Fanum Phogor, in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filij quoq; Israel egressi ex Ægypto possederunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum: ab Aroer quæ sita est super ripam torrentis Arnon, usque ad montem Sion, qui est & Hermon, omnem planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam, usque ad mare solitudinis, & usque ad radices montis Phasga.

CAPVT V

Decalogũ repetit, & hortatur eos ut sedulo eum obseruent

A VOcauitq; Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: Audi Israel ceremonias atq; iudicia, quæ ego loquor in auribus uestris hodie: discite ea, & opere complete. Dominus deus noster pepigit nobiscũ fœdus in Horeb. Non cum patribus nostris inijt pactum: sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus & uiuimus. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & medius fui inter dominum & uos in tempore illo, ut annuntiarem uobis uerba eius. timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem. Et ait: Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo seruitutis. Non habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium

quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ uersantur in aquis sub terra. Non adorabis ea,& non coles:Ego enim sum dominus deus tuus,deus æmulator,reddés iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me & custodientibus præcepta mea. Non usurpabis nomen domini dei tui frustra:quia non erit impunitus,qui super re uana nomen eius assumpserit.Obserua diem sabbati,ut sanctifices eum sicut præcepit tibi dominus deus tuus. Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua. Septimus dies sabbati est,id est requies domini dei tui.Non facies in eo quicquam operis,tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla,bos & asinus,& omne iumentum tuum,& peregrinus qui est intra portas tuas:ut requiescat seruus tuus & ancilla tua,sicut & tu. Memento quòd & ipse seruieris in Ægypto,& eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti & brachio extento.Idcirco præcepit tibi ut obseruares diem sabbati.Honora patrem tuum & matrem,sicut præcepit tibi dominus deus tuus,ut longo uiuas tempore,& bene sit tibi in terra quã dominus deus tuus daturus est tibi.Non occides.Neq; mœchaberis.Furtum nõ facies.Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.Non concupisces uxorem proximi tui.non domum,non agrum,non seruum,non ancillam,non bouem,non asinum,& uniuersa quæ illius sunt.Hæc uerba locutus est dominus ad omnem multitudinem uestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis uoce magna,nihil addens amplius:& scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi.Vos autem postquàm audistis uocem de medio tenebrarum,& montem ardere uidistis,accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu,atq; dixistis:Ecce ostẽdit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suam.uocem enim eius audiuimus de medio ignis,& probauimus hodie quòd loquente deo cũ homine uixerit homo.Cur ergo moriemur,& deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultrà uocem domini dei nostri,moriemur.Quid est omnis caro,ut audiat uocem dei uiuentis,qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus,& possit uiuere? Tu magis accede,& audi cuncta quæ dixerit dominus deus noster tibi:loquerisq; ad nos, & nos audientes faciemus ea.Quod cum audisset dominus,ait ad me:Audiui uocem uerborum populi huius quæ locuti sunt tibi:bene omnia sunt locuti.Quis det talem eos habere mentem ut timeant me,& custodiant uniuersa mandata mea in omni tempore,ut bene sit eis & filijs eorum in sempiternum? Vade ergo,& dic eis:Reuertimini in tentoria uestra. Tu uerò hic sta mecum,& loquar tibi omnia mandata mea & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos ut faciant in terra quam dabo illis in possessionem.Custodite igitur & facite ea quæ præcepit dominus deus uobis:non declinabitis neq; ad dexteram neq; ad sinistram:sed per uiam quam præcepit dominus deus uester ambulabitis,ut uiuatis,& bene sit uobis,& protelentur dies uestri in terra possessionis uestræ.

Exo.34 a — B — *Exo.20 c* — C — D — *Deut.17 c*

CAP. VI

Hic iterũ enumerat dei præcepta ac ceremonias,uultq; ea obseruari & tradi posteris

HÆc sunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia,quæ mandauit dominus deus uester ut docerem uos,ut faciatis ea in terra,ad quam transgredimini possidendam:Vt timeas dominum deum tuum,& custodias omnia mandata & præcepta eius,quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus uitæ tuæ,ut prolongentur dies tui.Audi Israel,& obserua ut facias:& bene sit tibi,& multipliceris amplius,sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. Audi Israel: Dominus deus noster,dominus unus est.Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota fortitudine tua.Eruntq; uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:& narrabis ea filijs tuis,& meditaberis sedens in domo tua,& ambulans in itinere,dormiens atq; consurgens.Et ligabis ea quasi signum in manu tua,eruntq; & mouebũtur inter oculos tuos,scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ.Cumq; introduxerit te dñs deus tuus in terram pro qua iurauit patribus tuis Abraham,Isaac & Iacob:& dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti,domos plenas cunctarũ opum quas non extruxisti,cisternas quas nõ fodisti,uineta & olíueta quę non plãtasti,& comederis & saturatus fueris:caue diligenter ne obliuiscaris dñi qui eduxit te de terra Ægypti,de domo

A — *Mat.22 d* — *Mar.12 c* — *Luc.10 e* — B

seruitutis. Dominũ deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarũ gentium, quæ in circuitu uestro sunt: quoniam deus æmulator dominus deus tuus in medio tui: nequando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta domini dei tui, ac testimonia & ceremonias quas præcepit tibi: & fac quod placitum est & bonum in conspectu domini, ut bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis, ut deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est. Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicẽs: Quid sibi uolunt testimonia hæc, & ceremoniæ atq; iudicia quæ præcepit dominus deus noster uobis? dices ei: Serui eramus Pharaoni in Ægypto, & eduxit nos dominus de Ægypto in manu forti: fecitq; signa atq; prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem & omnem domum illius in conspectu nostro, & eduxit nos inde, ut introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. Præcepitq; nobis dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus dominum deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus uitæ nostræ, sicut est hodie. Eritq; nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

Mat. 4 b
Luc. 4 b

CAP. VII

Terrã promissam ubi attigerint, radicitus eam gentẽ extirpent iubet

Cum uerò introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum & Heuæum & Iebuzæum, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te: tradideritq; eas dominus deus tuus tibi, percuties eas usq; ad internecionẽ. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neq; sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis seruiat dijs alienis. irasceturq; furor domini, & delebit te cito. Quin potius hæc facietis eis: Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite. Quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terrã. Non quia cũctas gentes numero uincebatis, uobis iunctus est dominus, & elegit uos, cum sitis omnibus populis pauciores: sed quia dilexit uos dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus uestris. Eduxitq; uos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. Et scies quia dominus deus tuus, ipse est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius in mille generationes: & reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, & ultrà non differat, protinus eis restituens quod merentur. Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia quæ ego mando tibi hodie, ut facias ea. Si postquàm audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & dominus deus tuus pactum tibi & misericordiam quam iurauit patribus tuis: & diliget te ac multiplicabit, benedicetq; fructui uentris tui & fructui terræ tuæ, frumẽto tuo atq; uindemiæ, oleo & armentis, gregibus ouium tuarum, super terram pro qua iurauit patribus tuis, ut daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusq; sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet dominus à te omnem languorem: & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gẽtes istæ quàm ego, quomodo potero delere eas? noli metuere, sed recordare quæ fecerit dominus deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptijs, plagas maximas quas uiderunt oculi tui, & signa atq; portenta, manumq; robustam & extentum brachium ut educeret te dominus deus tuus. sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper & crabrones mittet dominus deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint & latere potuerint. Non timebis eos, quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus & terribilis: ipse consumet nationes has in cõspectu tuo paulatim atq; per partes. Nõ poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur cõtra te bestiæ terræ.

Deut. 14 a & 26 d

Iosu. 24 c

Dabit

Dabitq́ eos dominus deus tuus in conspectu tuo:& interficiet illos,donec penitus deleantur. Tradetq́ reges eorum in manus tuas,& disperdes nomina eorum sub cœlo:nullus poterit resistere tibi,donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures:non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt,neque assumes ex eis tibi quicquam,ne offendas: propterea quia abominatio est domini dei tui. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam,ne fias anathema,sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis,& uelut inquinamentum ac sordes abominationi habebis,quia anathema est.

CAP. VIII

Dei beneficia iterum recēset & eis curæ iubet esse mādata ipsius, tum describit terram promissionis

OMne mandatum quod ego præcipio tibi hodie,caue diligenter ut facias:ut possitis A uiuere,& multiplicemini:ingressiq́ possideatis terram,pro qua iurauit dominus patribus uestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum,ut affligeret te,atq́ tentaret,& nota fierent quę in tuo animo uersabantur,utrum custodires mandata illius,an non. Afflixit te penuria,& dedit tibi cibū manna,quod ignorabas tu & patres tui:ut ostēderet tibi,quòd non in solo pane uiuat homo,sed in omni uerbo quod egreditur de ore domini. Vestimentum tuum quo operiebaris,nequaquam uetustate defecit,& pes tuus nō est subtritus,en quadragesimus annus est. B Vt recogites in corde tuo,quia sicut erudit filium homo,sic dominus deus tuus erudiuit te,ut custodias mandata domini dei tui,& ambules in uijs eius,& timeas eum. Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam,terram riuorum,aquarumq́ & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi,terram frumēti,hordei ac uinearum,in qua ficus & mala granata & olíueta nascuntur,terram olei ac mellis:ubi absq́ ulla penuria comedes panem tuum,& rerum omnium abūdantia perfrueris:cuius lapides ferrum sunt,& de montibus eius æris metalla fodiuntur:ut cum comederis,& satiatus fueris, C benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedi tibi. Obserua,& caue nequando obliuiscaris domini dei tui,& negligas mandata eius atque iudicia & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie:ne postquàm comederis & satiatus fueris,domos pulchras ædificaueris,& habitaueris in eis,habuerisq́ armenta boum & ouium greges,argēti & auri,cunctarumq́ rerum copiam,eleuetur cor tuum,& non reminiscaris domini dei tui,qui eduxit te de terra Ægypti,de domo seruitutis:& ductor tuus fuit in solitudine magna atq́ terribili, in qua erat serpens flatu adurens,& scorpio ac dipsas,& nullæ omnino aquæ:qui eduxit D riuos de petra durissima,& cibauit te manna in solitudine,quod nescierunt patres tui. Et postquàm afflixit ac probauit te,ad extremum misertus est tui:ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea,& robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt. Sed recorderis domini dei tui,quòd ipse uires tibi præbuerit:ut impleret pactum suum,super quo iurauit patribus tuis:sicut præsens indicat dies. Sin autē oblitus domini dei tui,secutus fueris deos alienos,coluerisq́ illos & adoraueris:ecce nunc prædico tibi,quòd omnino dispereas. Sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo,ita & uos peribitis,si inobedientes fueritis uoci domini dei uestri.

Deut.11 b · *Num.21 b*

CAPVT IX

Vni deo cūcta adscribenda, meritis ac hominū iustitiæ penitus nihil docet

AVdi Israel:Tu transgredieris hodie Iordanem,ut possideas nationes maximas & A fortiores te,ciuitates ingentes,& ad cœlum usq́ muratas,populum magnum atque sublimem, filios Enacim quos ipse uidisti & audisti,quibus nullus potest ex aduerso resistere. Scies ergo hodie quòd dominus deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorans atq́ consumens,qui conterat eos & deleat atq́ disperdat ante faciem tuam uelociter,sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo,cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me dominus,ut terram hāc possiderem,cum propter impietates suas,istæ deletæ sint nationes. Neq́ enim propter iustitias tuas,& æquitatem cordis tui,ingredieris ut possideas terras earum:sed quia illæ egerunt impiè,introeunte te deletæ sunt:& ut compleret uerbum suum dominus,quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abrahā,Isaac & Iacob. Scito ergo q̀ non propter iustitias tuas dominus deus B tuus dederit tibi terram hanc optimā in possessionem,cum durissimæ ceruicis sis populus. Memento,& ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominū deum tuum

in solitudine:ex eo die quo egressus es de Ægypto usq; ad locum istum semper aduersum dominum contendisti. Nam & in Horeb prouocasti eum,& iratus delere te uoluit,quando ascendi in montem,ut acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit uobiscum dominus:& perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus,panem non comedens,& aquã non bibens. Deditq; mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei,& continentes omnia uerba quæ uobis locutus est in monte de medio ignis,quando concio populi congregata est. Cumq; transissent quadraginta dies & totidem noctes,dedit mihi dominus duas tabulas lapideas,tabulas fœderis:dixitq; mihi:Surge,& descende hinc cito: C quia populus tuus quem eduxisti de Ægypto,deseruerunt uelociter uiam,quam demonstrasti eis:feceruntq; sibi conflatile. Rursumq; ait dominus ad me:Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit:dimitte me,ut conteram eum,& deleam nomen eius de sub cœlo,& constituã te super gentem,quæ hac maior & fortior sit. Cumq; de monte ardente descenderem,& duas tabulas fœderis utraq; tenerẽ manu,uidissemq; uos peccasse domino deo uestro,& fecisse uobis uitulum conflatilem,ac deseruisse uelociter uiam eius quam uobis ostenderat:proieci tabulas de manibus meis,confregiq; eas in cõspectu uestro. Et procidi ante dominũ sicut prius quadraginta diebus & noctibus,panem non comedẽs & aquam non bibens,propter omnia peccata uestra quæ gessistis cõtra dominum,& eum ad iracundiam prouocastis. timui enim indignationem & iram illius,qua aduersum uos concitatus, delere uos uoluit. Et exaudiuit me dominus etiam hac uice. Aduersum Aaron quoq; uehementer iratus,uoluit eum conterere,& pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem uestrum quod feceratis,id est uitulum,arripiens,igne combussi,& in frusta comminuens, D omninoq; in puluerem redigens,proieci in torrentem qui de monte descẽdit. In incendio quoq;,& in tentatione,& in Sepulchris concupiscentiæ prouocastis dominum:& quando misit uos de Cadesbarne,dicens:Ascendite,& possidete terrã quam dedi uobis.& contempsistis imperium domini dei uestri,& non credidistis ei:neq; uocem eius audire uoluistis, sed semper fuistis rebelles à die qua nosse uos cœpi. Et iacui corã domino quadraginta diebus ac noctibus,quibus eum suppliciter deprecabar,ne deleret uos ut fuerat comminatus: & orans dixi:Domine deus,ne disperdas populum tuum & hæreditatem tuam,quam redemisti in magnitudine tua,quos eduxisti de Ægypto in manu forti. Recordare seruorũ tuorum Abraham,Isaac & Iacob. Ne aspicias duritiam populi huius,& impietatem atque peccatum:ne forte dicant habitatores terræ,de qua eduxisti nos, Non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis,& oderat illos:idcirco eduxit,ut interficeret eos in solitudine. qui sunt populus tuus & hæreditas tua,quos eduxisti in fortitudine tua magna,& in brachio tuo extento.

Exo.19 c & 24 d & 31 d & 32 b

Num.11 a & 16 a & 21 a

CAPVT X

Pergit enumerare Israelitarum scelera et profectiones

A IN tempore illo dixit dominus ad me:Dola tibi duas tabulas lapideas,sicut priores fuerunt,& ascende ad me in montem:faciesq; arcam ligneam,& scribam in tabulis uerba quæ fuerunt in his quas antè confregisti,ponesq; eas in arca. Feci igitur arcam de lignis setim. Cumq; dolassem duas tabulas lapideas instar priorũ,ascendi in montem,habens eas in manibus. Scripsitq; in tabulis iuxta id quod prius scripserat,uerba decẽ,quæ locutus est dominus ad uos in monte de medio ignis,quando populus congregatus est,& dedit eas mihi. Reuersusq; de monte,descendi,& posui tabulas in arcã quam feceram,quæ hucusq; B ibi sunt,sicut mihi præcepit dominus. Filij autẽ Israel mouerunt castra ex Beroth filiorum Iacan in Mosera,ubi Aaron mortuus & sepultus est,pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius. Inde uenerunt in Gadgad:de quo loco profecti,castrametati sunt in Ietabatha,in terra aquarum atq; torrentium. Eo tempore separauit tribum Leui,ut portaret arcam fœderis domini,& staret coram eo in ministerio,ac benediceret in nomine illius usque in præsentem diem. Quam ob rem non habuit Leui partem neq; possessionem cum fratribus suis: quia ipse dominus,possessio eius est:sicut promisit ei dominus deus tuus. C Ego autem steti in monte,sicut prius,quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me dominus etiam hac uice,& te perdere noluit. Dixitq; mihi:Vade,& præcede populum,

Num.18 d

ut ingre

ut ingrediatur & possideat terram quam iuraui patribus eorum, ut traderem eis. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in uijs eius, & diligas eũ, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: custodiasq; mandata dñi, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi? En domini dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia quæ in ea sunt: & tamen patribus tuis conglutinatus est dominus, & amauit eos, elegitq; semen eorum post eos, id est uos, de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur. Circuncidite igitur præputium cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius: quia dominus deus uester, ipse est deus deorum & dominus dominantium, deus magnus & potens & terribilis, qui personam non accipit nec munera. Facit iudicium pupillo & uiduæ, amat peregrinum, & dat ei uictum atque uestitum. & uos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Dominum deum tuum timebis, & ei soli seruies: ipsi adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Ipse est laus tua & deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ uiderũt oculi tui. In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus sicut astra cœli. D

Mat.4 b *Luc.4 b*

CAP. XI

Iterum uarijs modis iculcat obseruationẽ præceptorum dei

AMa itaq; dominum deum tuum, & obserua præcepta eius & ceremonias, iudicia atque mandata omni tempore. Cognoscite hodie quæ ignorant filij uestri, qui non uiderunt disciplinam domini dei uestri, magnalia eius & robustam manum, extentumq; brachium, signa & opera quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni regi & uniuersæ terræ eius, omniq; exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquę maris rubri, cum uos persequerentur, & deleuerit eos dominus usq; in præsentem diem: uobisq; quæ fecerit in solitudine, donec ueniretis ad hunc locũ: & Dathan atq; Abiron filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis, & uniuersa substantia eorum, quam habebãt in medio Israelis. Oculi uestri uiderunt omnia opera domini magna quæ fecit, ut custodiatis uniuersa mandata illius, quæ ego hodie præcipio uobis: & possitis introire & possidere terram ad quam ingredimini, multoq; in ea uiuatis tempore: quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus uestris & semini eorum, lacte & melle manantem. Terra enim ad quam ingrederis possidẽdam, non est sicut terra Ægypti de qua existi, ubi iacto semine in hortorum morem aquæ ducũtur irriguæ: sed montuosa est & campestris, de cœlo expectãs pluuias, quam dominus deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni usque ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie pręcipio uobis, ut diligatis dominum deum uestrum, & seruiatis ei in toto corde uestro & in tota anima uestra: dabit pluuiam terræ uestræ temporaneam & serotinam, ut colligatis frumentum & uinum & oleum, fœnumq; ex agris ad pascenda iumẽta, & ut ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor uestrum, & recedatis à domino, seruiatisq; dijs alienis, & adoretis eos: iratusq; dominus claudat cœlum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suũ, pereatisq; uelociter de terra optima quam dominus daturus est uobis. Ponite hæc uerba mea in cordibus & in animis uestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos uestros collocate. Docete filios uestros, ut illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in uia, & accubueris atq; surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ: ut multiplicentur dies tui & filiorum tuorum, in terra quam iurauit dominus patribus tuis, ut daret eis quamdiu cœlum immineret terræ. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio uobis, & feceritis ea, ut diligatis dominum deum uestrum, & ambuletis in omnibus uijs eius, adhærentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram, & possidebitis eas quæ maiores & fortiores uobis sunt. Omnis locus quem calcauerit pes uester, uester erit. A deserto & à Libano, à flumine magno Euphrate usque ad mare occidentale, erunt termini uestri. Nullus stabit contra uos: terrorem uestrum & formidinem dabit dominus deus uester super omnem terram quam calcaturi estis: sicut locutus est uobis. En propono in conspectũ uestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis domini

A

Num.16 e & 26 b

B

Prouer.3 a

C

Iosu.14 a

D

domini dei uestri,quæ ego hodie præcipio uobis:maledictionem,si non obedieritis mandatis domini dei uestri,sed recesseritis de uia quam ego nunc ostendo uobis,& ambulaueritis post deos alienos,quos ignoratis.Cum uerò introduxerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam,pones benedictionem super montem Garizim,maledictionem super montem Hebal:qui sunt trans Iordanem,post uiam quæ uergit ad solis occubitum in terra Chananæi,qui habitat in campestribus contra Galgalam,quæ est iuxta uallem tendentem & intrantem procul. Vos enim transibitis Iordanem,ut possideatis terram quam dñs deus uester daturus est uobis,ut habeatis & possideatis illam. Videte ergo ut impleatis ceremonias atq; iudicia,quæ ego hodie ponam in conspectu uestro. CAP. XII

A HÆc sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus est tibi,ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris.Subuertite omnia loca in quibus coluerũt gentes quas possessuri estis,deos suos super montes excelsos & colles,& subter omne lignum frondosum.Dissipate aras earum, & confringite statuas,lucos igne cõburite,& idola comminuite:disperdite nomina eorum de locis illis.Nõ facietis ita domino deo uestro:sed ad locum quem elegerit dominus deus uester de cunctis tribubus uestris,ut ponat nomen suum ibi,& habitet in eo,uenietis:& offeretis in loco illo holocausta & uictimas uestras,decimas & primitias manuum uestrarũ, & uota atq; donaria,primogenita boum & ouium,Et comedetis ibi in conspectu domini dei uestri:ac lætabimini in cũctis ad quæ miseritis manum uos & domus uestræ,in quibus benedixerit uobis dominus deus uester.Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie,singuli quod sibi rectum uidetur.Neq; enim usq; in præsens tempus uenistis ad requiem,&

Pariter et hic dei iussis obtẽperãdũ docet

B possessionem quam dominus deus uester daturus est uobis. Transibitis Iordanem,& habitabitis in terra quam dominus deus uester daturus est uobis,ut requiescatis à cunctis hostibus uestris per circuitũ:& absq; ullo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus uester,ut sit nomen eius in eo.Illuc omnia quæ præcipio conferetis,holocausta & hostias ac decimas & primitias manuum uestrarum:& quicquid pręcipuum est in muneribus quæ uouistis domino.Ibi epulabimini coram domino deo uestro,uos & filij ac filiæ uestræ,famuli & famulæ atq; Leuites qui in urbibus uestris commorantur.neq; enim habet aliam partem & possessionem inter uos.Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris:sed in eo quem elegerit dominus,in una tribuum tuarum offeres hostias,& facies quæcunq; præcipio tibi.Si autem comedere uolueris,& te esus carnium delectauerit,occide &

Supra 10 b

C comede iuxta benedictionem domini dei tui,quam dedit tibi in urbibus tuis:siue immundum fuerit,hoc est maculatum & debile:siue mundum,hoc est integrum & sine macula, quod offerri licet,sicut capream & ceruum,comedes,absq; esu duntaxat sanguinis,quem super terram quasi aquam effundes.Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti & uini & olei tui,primogenita armentorum & pecorum & omnia quæ uoueris,& sponte offerre uolueris,& primitias manuum tuarum:sed coram domino deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus,tu & filius tuus & filia,seruus & famula atque Leuites qui manent in urbibus tuis:& lætaberis,& reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuam.Caue ne derelinquas Leuiten in omni tempore quo uersaris in terra.Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos,sicut locutus est tibi,& uolueris uesci carnibus quas desiderat anima tua:locus autem quem elegerit do-

Eccli. 7 d

D minus deus tuus,ut sit nomen eius ibi,si procul fuerit,occides de armẽtis & pecoribus quæ habueris,sicut præcepi tibi,& comedes in oppidis tuis,ut tibi placet.Sicut comeditur caprea & ceruus,ita uesceris eis.& mundus & immundus in commune uescentur.Hoc solum caue ne sanguinem comedas.sanguis enim eorum pro anima est:& idcirco non debes animam comedere cum carnibus:sed super terram fundes quasi aquam,ut bene sit tibi & filijs tuis post te,cum feceris quod placet in conspectu domini.Quæ autem sanctificaueris & uoueris domino,tolles & uenies ad locum quem elegerit dominus,& offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare domini dei tui:sanguinem hostiarum tuarum fun-

des in altari:carnibus autem ipse uesceris. Obserua & audi omnia quę ego præcipio tibi,ut bene sit tibi & filijs tuis post te in sempiternũ,cum feceris quod bonum est & placitum in conspectu domini dei tui. Quando disperdiderit dominus deus tuus ante faciẽ tuam gentes ad quas ingredieris possidendas,& possederis eas,atq; habitaueris in terra earum:caue ne imiteris eas,postquàm te fuerint introeunte subuersæ,& requiras ceremonias earum, dicens:Sicut coluerunt gentes istæ deos suos,ita & ego colam. Non facies similiter domino deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur dominus,fecerunt dijs suis,offerentes filios & filias,& comburentes igni. Quod præcipio tibi,hoc tantum facito domino: nec addas quicquam nec minuas.

Deut.18 b
Iosu.23 c

CAPVT XIII

Pseudoprophetæ quomodo dignoscẽdi & quomõ puniendi cũ suis sectatoribus

SI surrexerit in medio tui prophetes,aut qui somnium uidisse se dicat,& prædixerit signum atq; portentum,& euenerit quod locutus est,& dixerit tibi:Eamus,& sequamur deos alienos quos ignoras,& seruiamus eis:non audies uerba prophetæ illius aut somniatoris:quia tentat uos dominus deus uester,ut palàm fiat utrum diligatis eum an non,in toto corde,& in tota anima uestra. Dominum deum uestrum sequimini,& ipsum timete,& mandata illius custodite,& audite uocem eius:ipsi seruietis,& ipsi adhærebitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur:quia locutus est ut uos auerteret à domino deo uestro,qui eduxit uos de terra Ægypti,& redemit uos de domo seruitutis:ut errare te faceret de uia quam tibi præcepit dominus deus tuus:& auferes malũ de medio tui. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ,aut filius tuus uel filia,siue uxor quæ est in sinu tuo,aut amicus quem diligis ut animam tuam,clàm dicens:Eamus,& seruiamus dijs alienis,quos ignoras tu & patres tui,cunctarum in circuitu gentium quæ iuxtà & procul sunt,ab initio usq; ad finem terræ:non acquiescas ei,nec audias,neq; parcat ei oculus tuus ut miserearis & occultes eum,sed statim interficies. sit primũ manus tua super eum,& post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur:quia uoluit te abstrahere à domino deo tuo,qui eduxit te de terra Ægypti de domo seruitutis:ut omnis Israel audiens timeat,& nequaquam ultrà faciat quippiam huius rei simile. Si audieris in una urbium tuarum,quas dominus deus tuus dabit tibi ad habitãdum,dicentes aliquos:Egressi sunt filij Belial de medio tui,& auerterunt habitatores urbis suæ,atq; dixerunt:Eamus,& seruiamus dijs alienis quos ignoratis:quære solicitè,& diligenter rei ueritate perspecta,si inueneris certum esse quod dicitur,& abominationem hãc opere perpetratam,statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij,& delebis eam,omniáq; quæ in illa sunt usq; ad pecora. quicquid etiam supellectilis fuerit,congregabis in medio platearum eius,& cum ipsa ciuitate succendes,ita ut uniuersa consumas domino deo tuo,& sit tumulus sempiternus. non ædificabitur amplius,& non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua,ut auertatur dominus ab ira furoris sui,& misereatur tui,multiplicetq; te,sicut iurauit patribus tuis,quãdo audieris uocem domini dei tui,custodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie,ut facias quod placitum est in conspectu domini dei tui.

A
B
C
D

CA. XIIII

Gentiũ ritum damnat, quæ mũda itẽ sint, & decimæ quibus debentur, docet

FIlij estote domini dei uestri:Non uos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo. quoniam populus sanctus es domino deo tuo:& te elegit ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. Ne comedatis quæ immunda sunt. Hoc est animal quod comedere debetis:Bouem & ouem & capram,ceruum & capream,bubalum,tragelaphum,pygargum,orygem,camelopardalim. Omne animal quod in duas partes findit ungulam & ruminat,comedetis. De his autem quæ ruminãt,& ungulam non findunt,hæc comedere non debetis,camelum,leporem,chœrogyllium:quia ruminãt,& non diuidunt ungulam,immunda erunt uobis. Sus quoq; quoniam diuidit ungulam,& non ruminat,immunda erit. carnibus eorum non uescemini,& cadauera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis. Quæ habent pinnulas & squamas,comedite: quæ absq; pinnulis & squamis sunt,ne comedatis:quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immundas ne comedatis:aquilam scilicet,& gryphem,& haliæetum,ixion,& uulturem ac miluum iuxta genus suum:& omne coruini generis & struthionem ac no-

A
B

ctuam & larum atque accipitrem iuxta genus suum: herodium ac cygnum, & ibin ac mergulum, porphyrionem & nycticoracem, onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: upupam quoque & uespertilionem. Et omne quod reptat & pennulas habet, immundũ erit nec comedetur. Omne quod mundum est comedite. Quicquid autem morticinum est, ne
C uescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut uende ei: quia tu populus sanctus domini dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascũtur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit, ut in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui & uini & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: ut discas timere dominũ deum tuum in omni tempore. Cum autem longior fuerit uia, & locus quem elegerit dominus deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, uendes omnia, & in pretium rediges, portabisque manu tua, & proficisceris ad locum quem
D elegerit dominus deus tuus: & emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, uinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua: & comedes coram domino deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam, ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. Venietque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & uidua qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: ut benedicat tibi dñs deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris. CAP. XV

Deut. 26 c

A SEptimo anno facies remissionem, quę hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico uel proximo ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est domini: A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. Et omnino indigens & mendicus non erit inter uos: ut benedicat tibi dominus in terra quam traditurus est tibi in possessionem: Si tamen audieris uocem domini dei tui, & custodieris uniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie pręcipio tibi, benedicet tibi ut pollicitus est. Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si unus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non
B obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuũ quo eũ indigere perspexeris. Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis: & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat, mutuum commodare: nec clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum uersatur in terra. Cum tibi uenditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebręa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum libe
C rum: & quem libertate donaueris, nequaquã uacuum abire patieris, sed dabis uiaticum de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quòd & ipse seruieris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit: Nolo egredi: eo quòd diligat te & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi usque in æternum. ancillæ quoque similiter facies. Non auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercennarij per sex annos seruiuit tibi: ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus quæ agis. De primogenitis quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctifi-
D cabis domino deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus, tu & domus tua. Sin autem habuerit maculam, & uel claudum fuerit uel cæ-

De septimi anni sabbato, & quõ agẽdũ sit cũ debitorib. egenis & seruis

Leui. 25 a

Rom. 12 b

Exo. 21 a

cum,aut in aliqua parte deforme uel debile,non immolabitur domino deo tuo.sed intra portas urbis tuæ comedes illud:tam mundus quàm immũdus similiter uescentur eis quasi caprea & ceruo,Hoc solum obseruabis,ut sanguinem eorum non comedas,sed effundas in terram quasi aquam.

CAP. XVI

De triũ festorum principaliũ obseruatione & institutiõe magistratuum

OBserua mensem nouarum frugum,& uerni primum temporis,ut facias Phase domino deo tuo:quoniam in isto mense eduxit te dominus deus tuus de Ægypto nocte. A Immolabisq; phase domino deo tuo de ouibus & de bobus in loco quẽ elegerit dominus deus tuus,ut habitet nomen eius ibi.Non comedes in eo panem fermentatũ.Septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem,quoniam in pauore egressus es de Ægypto:ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus uitæ tuæ.Non apparebit fermentatũ in omnibus terminis tuis septem diebus,& nõ remanebit de carnibus eius quod immolatum est uespere in die primo usq; ad mane.Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum,quas dominus deus tuus daturus est tibi:sed in loco quem elegerit dominus deus tuus,ut habitet nomen eius ibi:immolabisq; phase uespere ad solis occasum,quãdo egressus es de Ægypto.Et coques,& comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus,maneq; consurgens uades in tabernacula tua.Sex diebus comedes azyma:& in die septimo,quia collecta est domini dei tui,non facies opus.Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris,& celebrabis diem festum hebdomadarum domino deo tuo,oblationem spontaneã manus tuæ,quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui:& epulaberis coram domino deo tuo,tu & filius tuus & filia tua & seruus tuus & ancilla tua & Leuites qui est intra portas tuas,& aduena & pupillus & uidua, C qui morantur uobiscum:in loco quem elegerit dominus deus tuus,ut habitet nomen eius ibi:& recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto:custodiesq; ac facies quæ præcepta sunt.Solennitatem quoq; tabernaculorum celebrabis per septem dies quãdo collegeris de area & torculari fruges tuas:& epulaberis in festiuitate tua tu & filius tuus & filia,& seruus tuus & ancilla,Leuites quoq; & aduena & pupillus ac uidua,qui intra portas tuas sunt.Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quẽ elegerit dominus:benedicetq; tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis,& in omni opere manuum tuarum,erisq; in lætitia.Tribus uicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit,in solennitate azymorum,& in solennitate hebdomadarum,& in solennitate tabernaculorum.Non apparebit ante dominum uacuus:sed offeret unusquisq; secundum quod habuerit iuxta benedictionẽ domini dei sui,quam dederit ei. D Iudices & magistros cõstitues in omnibus portis tuis,quas dominus deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas:ut iudicent populum iusto iudicio,nec in alteram partem declinẽt. Non accipies personam,nec munera:quia munera excæcant oculos sapientum,& mutant uerba iustorum.Iustè quod iustum est,persequeris:ut uiuas,& possideas terram quam dominus deus tuus dederit tibi.Non plãtabis lucum & omnem arborem iuxta altare domini dei tui.Nec facies tibi atq; constitues statuam,quæ odit dominus deus tuus.

CAP. XVII A

De delinquentibus & testibus,deq; regis & iudicis officio

NOn immolabis domino deo tuo bouem & ouem,in quo est macula aut quippiam uitij:quia abominatio est domino deo tuo.Cũq; reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum,quas dominus deus tuus dabit tibi,uir aut mulier qui faciant malum in conspectu domini dei tui,& transgrediantur pactum illius ut uadant,& seruiant dijs alienis & adorent eos,solem & lunam,& omnem militiam cœli,quæ non præcepi:& hoc tibi fuerit nũtiatum,audiensq; inquisieris diligenter,& uerũ esse repereris,& abominatio facta est in Israel:educes uirum ac mulierẽ qui rem sceleratissimã perpetrarunt,ad portas ciuitatis tuæ,& lapidibus obruentur.In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. B

Mat. 18 b Nemo occidatur,uno contra se dicente testimoniũ.Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur:ut auferas malum de medio tui.Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem,causam & causam,lepram & non leprã,& iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari:surge,& ascẽde

ad lo

ad locum quem elegerit dominus deus tuus, uenies&que ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis qui indicabunt tibi iudicij ueritatem. Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui C autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusque populus audiēs timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueris que in illa, & dixeris, Cōstituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum cōstitues quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim D cum dominus pręceperit uobis, ut nequaquā amplius per eandem uiam reuertamini. Non habebit uxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. Postquàm autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus uitæ suæ, ut discat timere dominum deum suum, & custodire uerba & ceremonias eius quæ in lege pręcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram uel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filij eius super Israel. *Gen. 6 a*

CAPVT XVIII

De sorte Leuitarum & propheta uēturo, deque discernendis pseudoprophetis

A NOn habebūt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatē cum Israel: quia sacrificia domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. dominus enim ipse est hæreditas eorum: sicut locutus est illis. Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt uictimas: siue bouem, siue ouem immolauerint, dabunt sacerdoti armum ac uentriculum: primitias frumenti, uini & olei, & lanarum partem ex ouium tōsione. Ipsum enim elegit dominus deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet & ministret nomini domini, ipsi & filij eius in sempiternum. Si exierit Leuites ex una urbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, & uoluerit B uenire, desiderans locum quem elegerit dominus, ministrabit in nomine domini dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram domino. Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri: excepto eo quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur. Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, caue ne imitari uelis abominationes illarum gentium: nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis ueritatem. omnia hæc abominatur dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in in C troitu tuo: perfectus eris, & absque macula cum domino deo tuo. Gentes istæ quarum possidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à domino deo tuo aliter institutus es. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus: ipsum audies ut petisti à domino deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltrà non audiam uocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non uidebo, ne moriar. Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locuti: Prophetam suscitabo eis de medio fratrū suorum similē tui: & ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. qui autē uerba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego D ultor existam. Propheta autem qui arrogantia deprauatus uoluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. Quòd si tacita cogitatione responderis, Quomodo possum intelligere uerbū quod dominus non est locutus? hoc habebis signum: Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit: hoc dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit: & idcirco non timebis eum. *Exo. 32 f* *Leui. 20 d* *Deut. 13 a*

CAPVT XIX

Asyla & discrimina homicidarũ, itẽ de testimoniorũ põdere et falsi testis pœna

CVm disperdiderit dominus deus tuus gentes, quarũ tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaueris(que) in urbibus earum & in ædibus: tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter uiam: & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciam diuides, ut habeat è uicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius uita seruãda est: Qui percusserit proximum suum, nesciens: & qui heri & nudiustertius nullum cõtra eum odium habuisse comprobatur: sed abiisse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorũ securis fugerit manum, ferrum(que) lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit: hic ad unam supradictarũ urbium confugiet, & uiuet: ne forsitã proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehẽdat eum si longior uia fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis: quia nullum cõtra eum qui occisus est, odium prius habuisse monstratur. Idcirco præcipio tibi, ut tres ciuitates æqualis inter se spatii diuidas. Cum autem dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis: & dederit tibi cunctã terram, quam eis pollicitus est (si tamen custodieris mãdata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, ut diligas dominum deum tuum, & ambules in uiis eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & supradictarum trium urbium numerum duplicabis: ut non effundatur sanguis innoxius in medio terræ quam dominus deus tuus dabit tibi possidẽdam, ne sis sanguinis reus. Si quis autem odio habens proximũ suum insidiatus fuerit uitæ eius, surgens(que) percusserit illum, & mortuus fuerit, fugerit(que) ad unam de supradictis urbibus, mittẽt seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradent(que) in manus proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Non misereberis eius, & auferes innoxium sanguinem de Israel, ut bene sit tibi. Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua quam dominus deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis possidẽdam. Non stabit testis unus cõtra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorũ aut trium testium stabit omne uerbum. Si steterit testis mendax contra hominẽ, accusans eum præuaricationis, stabunt ambo quorum causa est, ante dominum in conspectu sacerdotũ & iudicum qui fuerint in diebus illis. Cum(que) diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testẽ dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquã talia audeant facere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

CAP. XX

Quomodo et iure belligerã dum sit

SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & uideris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas aduersarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia dominus deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum: Audi Israel, Vos hodie cõtra inimicos uestros pugnam committitis, non pertimescat cor uestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia dominus deus uester in medio uestri est, & pro uobis contra aduersarios dimicabit, ut eruat uos de periculo. Duces quo(que) per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui ædificauit domũ nouam, & non dedicauit eam? uadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo qui plantauit uineam, & necdum fecit eam esse cõmunem, & de qua uesci omnibus liceat? uadat, & reuertatur in domũ suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit uxorem, & non accepit eam? uadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus, & corde pauido? uadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cum(que) siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, unusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit & aperuerit tibi portas, cũctus populus qui in ea est,

Iudic. 7 a

saluabi

saluabitur,& seruiet tibi sub tributo. Sin aūt fœdus inire noluerit,& cœperit contra te bellum,oppugnabis eam. Cumq; tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua,percuties omne quod in ea generis masculini est,in ore gladij,absq; mulieribus & infantibus,iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt. Omnem prędam exercitui diuides,& comedes de spolijs hostium tuorum,quæ dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus,quæ à te procul ualde sunt,& non sunt de his urbibus quas in possessionem accepturus es. De his D autem ciuitatibus quæ dabūtur tibi,nullum omnino permittes uiuere,sed interficies in ore gladij,Hethæum uidelicet & Amorrhæum & Chananæum,Pherezæum & Heuæum & Iebusæum,sicut præcepit tibi dominus deus tuus:ne fortè doceāt uos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt dijs suis,& peccetis in dominum deum uestrum. Quādo obsederis ciuitatem multo tempore,& munitionibus circundederis ut expugnes eam,non succides arbores de quibus uesci potest,nec securibus per circuitum debes uastare regionem:quoniam lignum est,& non homo,nec potest bellātium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera,sed agrestia,& in cæteros apta usus,succide,& instrue machinas,donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

Deut.7 a

CAP. XXI

A QVando inuentū fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi hominis cadauer occisi,& ignorabitur cædis reus,egredientur maiores natu & iudices tui,& metientur à loco cadaueris singularum per circuitū spatia ciuitatum:& quam uiciniorem cæteris esse perspexerint,seniores ciuitatis illius tollent uitulam de armento,quæ non traxit iugum,nec terram scidit uomere,& ducēt eam ad uallem asperam atq; saxosam,quæ nunq; arata est nec sementem recepit,& cædent in ea ceruices uitulæ:accedētq; sacerdotes filij Leui,quos elegerit dominus deus tuus ut ministrent ei,& benedicāt in nomine eius,& ad uerbum eorum omne negotium pendet:& quicquid mundum uel immundū est,iudicetur. Et B uenient maiores natu ciuitatis illius ad interfectū,lauabuntq; manus suas super uitulā quæ in ualle percussa est,& dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinē hunc,nec oculi uiderunt. propitius esto populo tuo Israel,quem redemisti domine,& ne reputes sanguinē innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis:tu aūt alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est,cū feceris quod præcepit dominus. Si egressus fueris ad pugnam cōtra inimicos tuos,& tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua,captiuosq; duxeris,& uideris in numero captiuorū mulierem pulchrā,& adamaueris eam,uolueris q; habere uxorem,introduces eam in domū tuam:quæ radet cæsariem,& circūcidet ungues, C & deponet uestem in qua capta est:sedēsq; in domo tua,flebit patrem & matrē suam uno mense,& postea intrabis ad eam,dormiesq; cum illa,& erit uxor tua. Si autem postea non sederit animo tuo,dimittes eam liberā,nec uendere poteris pecunia,nec opprimere per potentiam:quia humiliasti eam. Si habuerit homo uxores duas,unam dilectā,& alterā odiosam,genuerintq; ei liberos,& fuerit filius odiosæ primogenitus,uoluerítq; substantiā inter filios suos diuidere:non poterit filium dilectæ facere primogenitū,& præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitū,dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. iste est enim principium liberorum eius,& huic debentur primogenita. Si genuerit homo D filium contumacem & proteruum,qui non audierit patris ac matris imperium,& coercitus obedire contempserit:apprehēdent eum,& ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicij,dicentq; ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est,monita nostra audire contemnit,comessationibus uacat,& luxuriæ atq; conuiuijs:lapidibus eum obruet populus ciuitatis,& morietur,ut auferatis malū de medio uestri,& uniuersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est,& adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo:non permanebit cadauer eius in ligno,sed in eadē die sepelietur: quia maledictus à deo qui pēdet in ligno,& nequaquā contaminabis terram tuam,quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem.

De expiatiōe homicidij incerti & cōiugio captiuæ, tū de iure primogenitorum et cadauere suspēsi sepeliēdo

Exo.21 b

Præter alias constitutiones tradit pœnas adulterij & stupri

CAP. XXII

A NOn uidebis bouem fratris tui aut ouem errantem,& præteribis,sed reduces fratri tuo,etiamsi non est propinquus frater tuus,nec nosti eum:duces in domum tuam,&

erunt apud te quãdiu quærat ea frater tuus,& recipiat. Similiter facies de asino & de uestimento,& de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. Si uideris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in uia, non despicies, sed subleuabis cum eo. Non induetur mulier ueste uirili, nec uir utetur ueste fœminea, abominabilis enim apud deum est qui facit hæc. Si ambulans per uiam, in arbore uel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis uel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios, ut bene sit tibi, & longo uiuas tempore. Cum ędificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. Non seres uineam tuam altero semine: ne & sem ẽtis quam seuisti, & quæ nascuntur ex uinea, pariter sanctificentur. Non arabis in boue simul & asino. Non indueris uestimento quod ex lana linoq; contextum est. Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris. Si duxerit uir uxorem, & postea odio habuerit eam, quæsieritq; occasiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomẽ pessimum, & dixerit: Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni uirginem: tollet eam pater & mater eius, & ferent secum signa uirginitatis eius ad seniores urbis qui in porta sunt: & dicet pater, Filiam meam dedi huic uxorem, quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, ut dicat, Non inueni filiam tuam uirginẽ: & ecce hæc sunt signa uirginitatis filiæ meæ. Et expandent uestimentũ coram senioribus ciuitatis: apprehẽdentq; senes urbis illius uirum, & uerberabũt illum, condẽnantes insuper centum siclis argẽti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimũ super uirginẽ Israel: habebitq; eam uxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus uitæ suæ. Quòd si uerum est quod obijcit, & nõ est in puella inuenta uirginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent uiri ciuitatis illius, & morietur: quoniã fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui: & auferes malũ de medio tui. Si dormierit uir cum uxore alterius, uterq; morietur: id est adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puellam uirginem desponderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes utrũq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: uir, quia humiliauit uxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. Sin aũt in agro repererit uir puellam quæ desponsata est, & apprehendens cõcubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro cõsurgit cõtra fratrem suum, & occidit animam eius: ita & puella perpessa est. sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eã. Si inuenerit uir puellam uirginẽ, quæ non habet sponsum, & apprehẽdens concubuerit cum illa, & res ad iudiciũ uenerit: dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorẽ, quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus uitæ suæ. Non accipiet homo uxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

Num.5 b · *Leui.20 a* · *Exo.22 c*

CAP. XXIII

Qui nõ admittẽdi in cœtum domini, aliæq; nonnullæ traditiones

Num.22 a

NOn intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & abscisso ueretro ecclesiã domini. Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini usq; ad decimã generationem. Ammonites & Moabites etiã post decimam generationem non intrabunt ecclesiã domini in æternum: quia noluerunt uobis occurrere cum pane & aqua in uia quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerũt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syrię, ut malediceret tibi: & noluit dominus deus tuus audire Balaam, uertitq; maledictionem eius in benedictionẽ tuam, eo quòd diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus uitæ tuæ in sempiternum. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptiũ, quia aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in ecclesiam domini. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter uos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur prius q̃ ad uesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gerẽs paxillum in balteo. cumq; sederis, fodies per circuitũ, & egesta humo operies quo releuatus es (Dominus enim deus

tuus

tuus ambulat in medio castrorum,ut eruat te,& tradat tibi inimicos tuos)& sint castra tua sancta:& nihil in eis appareat fœditatis,ne derelinquat te.Nō trades seruum domino suo, qui ad te confugerit.habitabit tecum in loco qui ei placuerit,& in una urbium tuarū requiescet:ne cōtristes eum.Non erit meretrix de filiabus Israel,nec scortator de filijs Israel.Non offeres mercedem prostibuli,nec pretium canis in domo domini dei tui,quicquid illud est quod uouerint:quia abominatio est utrūq; apud dominum deum tuum. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniā,nec fruges,nec quālibet aliam rem:sed alieno.Fratri autem D tuo absq; usura id quo indiget,commodabis:ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo,in terra ad quam ingredieris possidendam.Cum uotum uoueris domino deo tuo,non tardabis reddere:quia requiret illud dominus deus tuus,& si moratus fueris,reputabitur tibi in peccatum.Si nolueris polliceri,absq; peccato eris.Quod autem semel egressum est de labijs tuis,obseruabis,& facies sicut promisisti domino deo tuo,& propria uoluntate & ore tuo locutus es.Ingressus uineam proximi tui,comede uuas quantum tibi placuerit:foras ne efferas tecum.Si intraueris segetem amici tui,franges spicas,& manu con/ A teres:falce autem non metes.

Exo.22 e
Leui.25 f

CAP. XXIIII

SI acceperit homo uxorem,& habuerit eam,& non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem:scribet libellum repudij,& dabit in manu illius,& dimittet eam de domo sua.Cūq; egressa alterū maritū duxerit,& ille quoq; oderit eam,dederitq; ei libellum repudij,& dimiserit de domo sua,uel certè mortuus fuerit:nō poterit prior maritus recipere eam in uxorem:quia polluta est,& abominabilis facta est corā domino:ne peccare facias terram tuam quam dominus deus tuus tradiderit tibi possidendā.Cum acceperit homo nuper uxorem,non procedet ad bellum,nec ei quippiam necessitatis iniun/ B getur publicè:sed uacabit absq; culpa domui suæ,ut uno anno lætetur cum uxore sua.Nō accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam:quia animam suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel,& uendito eo acceperit pretium:interficietur,& auferes malum de medio tui.Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ,sed facies quæcunq; docuerint te sacerdotes Leuitici generis,iuxta id quod prę cepi eis,& imple solicitè.Memento quæ fecerit dominus deus tuus Marię,in uia cum egrederemini de Ægypto.Cum repetes à proximo tuo rem aliquam,quam debet tibi,non ingredieris domum eius ut pignus auferas:sed stabis foris,& ille tibi proferet quod habue/ C rit.Sin autem pauper est,non pernoctabit apud te pignus,sed statim reddes ei ante solis occasum:ut dormiens in uestimēto suo,benedicat tibi,& habeas iustitiā coram domino deo tuo.Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui siue aduenæ qui tecum moratur in terra,& intra portas tuas est:sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum,quia pauper est,& ex eo sustentat animam suam:ne clamet cōtra te ad dominū, & reputetur tibi in peccatū.Non occidētur patres pro filijs,nec filij pro patribus:sed unusquisq; pro peccato suo morietur.Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli,nec auferes pignoris loco uiduæ uestimentum.Memento quòd seruieris in Ægypto,& eruerit te domi/ D nus deus tuus inde.Idcirco præcipio tibi ut facias hanc rem.Quando messueris segetem in agro tuo,& oblitus manipulum reliqueris,non reuerteris ut tollas illum:sed aduenā & pupillum & uiduam auferre patieris,ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum.Si fruges collegeris oliuarum,quicquid remanserit in arboribus,non reuerteris ut colligas:sed relinques aduenæ,pupillo ac uiduæ.Si uindemiaueris uineā tuam,nō colliges remanentes racemos,sed cedent in usus aduenæ,pupilli ac uiduæ.Memento quòd & tu seruieris in Ægypto,& idcirco præcipio tibi ut facias hanc rem.

De repudio et prærogatiua noui cōiugis, deq; alijs charitatis officijs

Leuit.18 c

2 Reg.4 b
2 Par.25 b
Ezec.18 e

CAP. XXV

A SI fuerit causa inter aliquos,& interpellauerint iudices:quem iustum esse perspexerint,illi iustitiæ palmam dabunt:quem impiū,condemnabunt impietatis.Sin autem eum qui peccauit,dignum uiderint plagis:prosternent,& coram se facient uerberari.Pro mensura peccati,erit & plagarum modus:ita duntaxat ut quadragenarium numerum non excedāt: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.Non ligabis os bouis triturantis

De iudiciū officio,boue triturante,fratris femine excitādo,æquis ponderib.& Amalecitis extirpandis

in area

in area fruges tuas. Quando habitauerint fratres simul,& unus ex eis absque liberis mortuus fuerit,uxor defuncti non nubet alteri:sed accipiet eam frater eius,& suscitabit semen fratris sui:& primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit,ut non deleatur nomen eius ex Israel. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui quæ ei lege debetur,perget mulier ad portam ciuitatis,& interpellabit maiores natu,dicetq́;:Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel:nec me in coniugem sumere. Statimq́; accersiri eum facient,& interrogabunt. Si responderit:Nolo eam uxorem accipere:accedet mulier ad eum coram senioribus,& tollet calceamentum de pede eius,spuetq́; in faciem illius,& dicet:Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et uocabitur nomen illius in Israel,Domus discalceati. Si habuerint inter se iurgium uiri duo,& unus contra alterum rixari cœperit:uolensq́; uxor alterius eruere uirum suum de manu fortioris,miseritq́; manum,& apprehenderit uerenda eius:abscindes manum illius,nec flecteris super eam ulla misericordia. Non habebis in sacculo diuersa pódera,maius & minus:nec erit in domo tua modius maior & minor. pondus habebis iustum & uerum,& modius æqualis & uerus erit tibi:ut multo uiuas tempore super terrã quam dominus deus tuus dederit tibi. abominatur enim dominus deus tuus eum qui facit hæc,& auersatur omnem iniustitiam. Memento quæ fecerit tibi Amalec in uia quando egrediebaris ex Ægypto:quomodo occurrerit tibi,& extremos agminis tui,qui lassi residebant,ceciderit,quando tu eras fame & labore cõfectus, & non timuerit deum. Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi requiem,& subiecerit cũctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est:delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

Exo.17 c

CAPVT XXVI

Primitiæ & decime dãdæ

CVmq́; intraueris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendam,& obtinueris eam,atq; habitaueris in ea,tolles de cunctis frugibus tuis primitias,& pones in cartalo,pergesq́; ad locũ quem dominus deus tuus elegerit,ut ibi inuocetur nomen eius:accedesq́; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis,& dices ad eum:Profiteor hodie coram domino deo tuo,quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit dominus patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipiensq́; sacerdos cartalũ de manu tua,ponet ante altare domini dei tui,& loqueris in conspectu domini dei tui:Syrus persequebatur patrẽ meum qui descendit in Ægyptũ,& ibi peregrinatus est in paucissimo numero:creuitq́; in gentem magnam ac robustam ac infinitæ multitudinis. Afflixeruntq́; nos Ægyptij,& persecuti sunt, imponentes onera grauissima:& clamauimus ad dominum deum patrum nostrorum,qui exaudiuit nos,& respexit humilitatẽ nostram & laborem atq; angustias:& eduxit nos de Ægypto in manu forti,& brachio extento,in ingenti pauore,in signis atq; portentis,& introduxit ad locum istum,& tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nũc offero primitias frugum terræ quam dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui:& adorato domino deo tuo,epulaberis in omnibus bonis quæ dominus deus tuus dederit tibi & domui tuæ,tu & Leuites & aduena qui tecum est. Quãdo compleueris decimam cũctarum frugum tuarum,anno decimarũ tertio dabis Leuitæ & aduenæ & pupillo & uiduæ,ut comedant intra portas tuas,& saturentur:loquerisq́; in cõspectu domini dei tui,Attuli quod sanctificatũ est de domo mea,& dedi illud Leuitæ & aduenæ & pupillo ac uiduæ,sicut iussisti mihi:non præteriui mãdata tua,nec sum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo,nec separaui ea in qualibet immũditia,nec expendi ex his quicquã in re funebri. Obediui uoci domini dei mei,& feci omnia sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo,& de excelso cœlorum habitaculo,& benedic populo tuo Israel,& terræ quam dedisti nobis,sicut iurasti patribus nostris,terræ lacte & melle manãti. Hodie dominus deus tuus præcepit tibi ut facias mãdata hæc atq; iudicia:& custodias & impleas ex toto corde tuo & ex tota anima tua. Dominũ elegisti hodie,ut sit tibi deus,& ambules in uijs eius,& custodias ceremonias illius,& mandata atq; iudicia,& obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris,sicut locutus est tibi,& custodias omnia præcepta illius:& faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem,& nomen

Gen.42.46

Deut.14 c

men & gloriam suam, ut sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est. CAP. XXVII

A PRæcepit autem Moyses & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio uobis hodie. Cumque transieris Iordanem in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, ut possis in eis scribere omnia uerba legis huius, Iordane transmisso: ut introeas terram quam dominus deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio uobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta domino deo tuo, &

Trāsmisso Iordane aram ac columnas deo erigere iubentur, benedictiōisque & maledictiōis loca constituuntur

Ios. 8 f

B immolabis hostias pacificas comedesque ibi, & epulaberis coram domino deo tuo. Et scribes super lapides omnia uerba legis huius planè & lucidè. Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem: Attende, & audi Israel, Hodie factus es populus domini dei tui. audies uocem eius, & facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi hodie. Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicēdum populo super montem Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph & Beniamin. Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad & Aser & Zabulon, Dan & Nephthali. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentque ad omnes uiros Israel

C excelsa uoce: Maledictus homo qui faciet sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. & respondebit omnis populus, & dicet, Amen. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & uiduæ. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, & reuelat opertimentum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus,

Exo. 20 a

Isa. 57 a

D Amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui uel matris suæ. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui clàm percusserit proximum suum. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

Gal. 3 b

CAP. XXVIII

A SI autem audieris uocem domini dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ uersantur in terra. Venientque super te uniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris, Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorū tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos, qui consurgūt aduersum te, corruentes in conspectu tuo. per unam uiam uenient contra te, & per septem fugient à facie tua. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te dominus sibi in

Quæ præmia pios, quæ calamitates impios sint secutura docetur

B populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata domini dei tui, & ambulaueris in uijs eius. Videbuntque omnes terrarum populi quod nomen domini inuocatum sit super te, & timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu iumentorū tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit dominus patribus tuis ut daret tibi. Aperiet dominus thesaurū suum optimum, cœlum, ut tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuū tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. Cōstituet te dominus in caput, & non in caudā: & eris semper suprà, & non subtèr: si audieris mandata dn̄i dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris

& fece

& feceris,ac non declinaueris ab eis nec ad dextram nec ad sinistrā,nec secutus fueris deos alienos,neq; colueris eos.Quòd si audire nolueris uocem domini dei tui,ut custodias & faciasomnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, uenient super te omnes maledictiones istæ,& apprehendent te.Maledictus eris in ciuitate,maledictus in agro.Maledictum horreum tuum,& maledictæ reliquiæ tuæ.Maledictus fructus uentris tui,& fructus terræ tuæ,armēta boum tuorum,& greges ouium tuarum.Maledictus eris ingrediens,& maledictus egrediens.Mittet dominus super te famem & esuriem,& increpationem in omnia opera tua quæ tu facies:donec conterat te & perdat uelociter,propter adinuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me.Adiūgat tibi dominus pestilentiam, donec consumat te de terra ad quam ingrederis possidendam.Percutiat te dominus egestate,febri & frigore,ardore & æstu & aere corrupto ac rubigine,& persequatur donec pereas.Sit cœlum quod supra te est,æneum:& terra quam calcas,ferrea.Det dominus imbrem terræ tuæ puluerem,& de cœlo descendat super te cinis,donec conteraris.Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos:& per unam uiam egrediaris contra eos,& per septem fugias,& dispergaris per omnia regna terræ.sitq; cadauer tuum in escam cunctis uolatilibus cœli & bestijs terræ,& non sit qui abigat.Percutiat te dominus ulcere Ægypti,& partem corporis per quam stercora egeruntur,scabie quoq; & prurigine:ita ut curari nequeas.Percutiat te dominus amentia & cæcitate ac furore mētis,& palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris,& non dirigas uias tuas.Omniq; tempore calumniam sustineas,& opprimaris uiolentia,nec habeas qui liberet te.Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea.Domum ædifices,& non habites in ea. Plantes uineam,& non uindemies eam.Bos tuus immoletur coram te,& non comedas ex eo,Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo,& non reddatur tibi.Oues tuæ dentur inimicis tuis,& non sit qui te adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ tradātur alteri populo uidentibus oculis tuis,& deficientibus ad conspectū eorum tota die,& non sit fortitudo in manu tua.Fructus terrę tuæ,& omnes labores tuos comedat populus quem ignoras:& sis semper calumniam sustinens,& oppressus cunctis diebus,& stupens ad terrorem eorum quæ uidebunt oculi tui.Percutiat te dominus ulcere pessimo in genibus & in suris,sanariq; non possis à planta pedis usque ad uerticem tuum. Ducet te dominus,& regem tuum quem cōstitues super te,in gentem quam ignoras tu & patres tui:& seruies ibi dijs alienis ligno & lapidi.Et eris perditus in prouerbiū ac fabulam omnibus populis,ad quos te introduxerit dominus.Semētem multam iacies in terram,& modicum congregabis:quia locustæ deuorabūt omnia. Vineam plantabis & fodies,& uinum non bibes,nec colliges ex ea quippiam:quoniam uastabitur uermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis,& non ungeris oleo:quia defluent & deperibunt.Filios generabis & filias,& non frueris eis:quoniam ducētur in captiuitatem.Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo consumet.Aduena qui tecum uersatur in terra,ascendet super te, eritq; sublimior:tu autē descendes,& eris inferior.Ipse fœnerabit tibi,& tu non fœnerabis ei.Ipse erit in caput,& tu eris ei in caudam.Et uenient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te,donec intereas:quia non audisti uocem domini dei tui, nec seruasti mandata eius & ceremonias quas præcepit tibi.Et erunt in te signa atq; prodigia,& in semine tuo usq; in sempiternum:eo quòd non seruieris domino deo tuo in gaudio,cordisq; lætitia,propter rerum omnium abūdantiam.Seruies inimico tuo quem emittet tibi dominus,in fame & siti & nuditate & omni penuria,& ponet iugum ferreum super ceruicem tuam,donec te conterat.Adducet dominus super te gentem de longinquo,& de extremis terræ finibus in similitudinē aquilæ uolantis cum impetu:cuius linguam intelligere non possis:gētem procacissimā,quæ non deferat seni,nec misereatur paruuli,& deuoret fructum iumentorū tuorum,ac fruges terræ tuæ:donec intereas,& non relinquat tibi triticum,uinum & oleū,armenta boum & greges ouium:donec te disperdat,& conterat in cunctis urbibus tuis,& destruātur muri tui firmi atq; sublimes,in quibus habebas fiduciam in omni terra tua.Obsideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit tibi dominus deus

tuus

Leuit.26 b

C

D

Mich.6 d
Agg.1 b

E

Hier.5 e

F

tuus:& comedes fructum uteri tui,& carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus deus tuus, in angustia & uastitate qua opprimet te hostis tuus. Homo delicatus in te,& luxuriosus ualde inuidebit fratri suo,& uxori quæ cubat in sinu suo,ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet: eo quod nihil aliud habeat in obsidione & penuria qua uastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata quæ super terram ingredi non ualebat, nec pedis uestigium figere propter mollitiam & teneritudinem nimiam,inuidebit uiro suo,qui cubat in sinu eius super filij & filiæ carnibus, & illuuie secundinarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt.comedet enim eos clàm propter rerum omnium penuriam, in obsidione & uastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris,& feceris omnia uerba legis huius quæ scripta sunt in hoc uolumine, & timueris nomen eius gloriosum &
G terribile,hoc est dominũ deum tuum: augebit dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas & perseuerantes,infirmitates pessimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones Ægypti,quas timuisti,& adhærebunt tibi.Insuper & uniuersos languores, & plagas quæ non sunt scriptæ in uolumine legis huius,inducet dominus super te,donec te cõterat:& remanebitis pauci numero,qui prius eratis sicut astra cœli præ multitudine:quoniam non audisti uocẽ domini dei tui.Et sicut antè lætatus est dominus super uos, bene uobis faciens,uosq́ multiplicans:sic lætabitur disperdens uos atq́ subuertens, ut auferamini de terra ad quam ingrederis possidendã. Disperget te dominus in omnes populos à summitate terræ usq́ ad terminos eius:& seruies ibi dijs alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. In gentibus quoq́ illis non quiesces, neq́ erit requies uestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore,& erit uita tua quasi pendens ante te.Timebis nocte & die, & nõ credes uitæ tuæ. Manè dices, Quis mihi det uesperum? & uesperè,Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem,qua terreberis, & propter ea quę tuis uidebis oculis.Reducet te dominus classibus in Aegyptum per uiam de qua dixit tibi ut eam amplius non uideres.Ibi uenderis inimicis tuis in seruos & ancillas,& non erit qui emat.

Hiere.31 e

CAP. XXIX

Cõmemorato fœdere dei cũ Israel hortatur eos ad obseruationẽ legis, quæ neglecta irã dei inducit

A HÆc sunt uerba fœderis quod præcepit dominus Moysi, ut feriret cum filijs Israel in terra Moab:præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauitq́ Moyses omnem Israel,& dixit ad eos, Vos uidistis uniuersa quæ fecit dominus corã uobis in terra Aegypti Pharaoni,& omnibus seruis eius,uniuersæq́ terræ illius, tentatiões magnas quas uiderunt oculi tui,signa illa portentaq́ ingentia,& non dedit uobis dominus cor intelligẽs, & oculos uidentes, & aures quæ possint audire usq́ in præsentem diem. Adduxit uos quadraginta annis per desertum:nõ sunt attrita uestimẽta uestra, nec calceamenta pedũ uestrorum uetustate cõsumpta sunt.Panẽ non comedistis, uinum & sicerã non bibistis:ut sciretis quia ego sum dominus deus uester.Et uenistis ad hunc locũ:egressusq́ est Sehon rex Hesebon,& Og rex Basan,occurrẽtes nobis ad pugnã.Et percussimus eos, & tulimus terram
B eorum,ac tradidimus possidendã Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manasse. Custodite ergo uerba pacti huius,& implete ea:ut intelligatis uniuersa quæ facitis. Vos statis hodie cũcti corã domino deo uestro, principes uestri, & tribus ac maiores natu atq́ doctores, omnis populus Israel, liberi & uxores uestræ,& aduena qui tecũ moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his qui cõportant aquas:ut transeas in fœdere domini dei tui,& in iureiurãdo quod hodie dominus deus tuus percutit tecum:ut suscitet te sibi in populũ,& ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob.Nec uobis solis ego hoc fœdus ferio,& hæc iuramenta confirmo,sed cunctis pręsentibus & absentibus.Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Ægypti,& quomodo transierimus per medium nationum,quas transeuntes uidistis, abominatiões & sordes,
C id est idola eorum,lignum & lapidem, argentum & aurum quæ colebant.Ne fortè sit inter uos uir aut mulier,familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à domino deo nostro:ut uadat & seruiat dijs illarum gentium,& sit inter uos radix germinans fel & amaritudinem.

Nume.21 e Deut.2 f.3 a 31 a

Cumq; audierit uerba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & assumat ebria sitientem, & dominus non ignoscat ei: sed tunc quammaxime furor eius fumet & zelus cōtra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc uolumine: & deleat dominus nomē eius sub cœlo, & cōsumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quę in libro legis huius ac fœderis continentur. Dicetq; sequens generatio, & filij qui nascentur deinceps, & peregrini qui de longe uenerint, uidentes plagas terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit dominus sulphure, & salis ardore comburens, ita ut ultrà non feratur nec uirens quippiam germinet in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit dominus in ira & in furore suo. Et dicent omnes gentes, Quare sic fecit dominus terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa? Et respondebunt, Quia de reliquerunt pactum domini quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Aegypti: & seruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerant attributi: idcirco iratus est furor domini contra terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc uolumine scripta sunt, & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitq; in terram alienam sicut hodie cōprobatur. Abscondita domino deo nostro: quæ manifesta sunt nobis & filijs nostris usq; in sempiternū, ut faciamus uniuersa uerba legis huius. D

CAP. XXX

Resipiscentibus à peccatis misericordia, pertinacibus uindicta nunciatur

CVm ergo uenerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in uniuersis gentibus, in quas dispersit te dominus deus tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi cum filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te antè dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus, & assumet atque introducet in terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi maioris numeri te esse faciet, quàm fuerint patres tui. Circuncidet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: ut diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua ut possis uiuere. Omnes autē maledictiones has cōuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, & persequūtur. Tu autem reuerteris, & audies uocem domini dei tui: faciesq; uniuersa mandata quæ ego præcipio tibi hodie, & abūdare te faciet dominus deus tuus in cūctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu iumētorum tuorū, in ubertate terræ tuæ, & in rerum omniū largitate. Reuertetur enim dominus, ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: si tamen audieris uocem domini dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege scripta sunt: & reuertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positū, neq; in cœlo situm, ut possis dicere, Quis nostrum ualet ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atq; opere compleamus? Neq; trans mare positum: ut causeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usq; deferre: ut possimus audire, & facere quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo & in corde tuo, ut facias illum. Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo uitam & bonum, & econtrario mortem & malum: ut diligas dominum deum tuum, & ambules in uijs eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atq; iudicia: & uiuas, atq; multiplicet te, benedicatq; tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atq; errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis, prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad quam Iordane transmisso ingredieris possidēdam. Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim uobis uitam & mortem, benedictionem & maledictionē. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & semen tuum: & diligas dominum deum tuum, atq; obedias uoci eius, & illi adhæreas (ipse est enim uita tua, & longitudo dierum tuorū) ut inhabites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis Abrahā,

Hiere. 32 e A B C D

Deut. 4 d 31 g

Isaac

Iſaac,& Iacob,ut daret eam illis.

CAP. XXXI

A Abijt itaque Moyſes, & locutus eſt omnia uerba hæc ad uniuerſum Iſrael,& dixit ad eos,Centum uiginti annorum ſum hodie, non poſſum ultrà egredi & ingredi, præſertim cum & dominus dixerit mihi,Non tranſibis Iordanem iſtum. Dominus ergo deus tuus tranſibit ante te. ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eas: & Ioſue iſte tranſibit ante,ſicut locutus eſt dominus.Facietq; dominus eis ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorũ,& terræ eorũ,delebitq; eos. Cum ergo & hos tradiderit uobis, ſimiliter facietis eis ſicut præcepi uobis. Viriliter agite,& cõfortamini:nolite timere,nec pa- B ueatis ad cõſpectum eorum:quia dominus deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Vocauitq; Moyſes Ioſue,& dixit ei corã omni Iſrael. Cõfortare,& eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in terram quam daturum ſe patribus eorum iurauit dominus,& tu eam ſorte diuides.Et dominus qui ductor eſt ueſter ipſe erit tecũ: nõ dimittet,nec derelinquet te:noli timere,nec paueas.Scripſit itaq; Moyſes legem hãc, & tradidit eam ſacerdotibus filijs Leui,qui portabant arcam fœderis domini, & cunctis ſenioribus Iſrael.Præcepitq; eis:dicens,Poſt ſeptem annos anno remiſſionis,in ſolennitate taber- C naculorũ,conuenientibus cunctis ex Iſrael, ut appareant in conſpectu domini dei tui in loco quem elegerit dominus:leges uerba legis huius coram omni Iſrael,audientibus eis,& in unũ omni populo cõgregato tam uiris quàm mulieribus,paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas:ut audientes diſcant,& timeant dominũ deum ueſtrum,& cuſtodiant impleantq; omnes ſermones legis huius. filij quoq; eorum qui nunc ignorant: & audire poſſint, & timeant dominum deum ſuum cunctis diebus quibus uerſantur in terra ad quam uos Iordane tranſmiſſo pergitis obtinendã. Et ait dominus ad Moyſen,Ecce prope ſunt dies mortis D tuæ:uoca Ioſue & ſtate in tabernaculo teſtimonij,ut præcipiã ei. Abierunt ergo Moyſes & Ioſue,& ſteterunt in tabernaculo teſtimonij: apparuitq; dominus ibi in colũna nubis quæ ſtetit in introitu tabernaculi.Dixitq; dominus ad Moyſen, Ecce tu dormies cum patribus tuis,& populus iſte cõſurgens fornicabitur poſt deos alienos in terrra ad quam ingredietur ut habitet in ea:ibi derelinquet me:& irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo.Et iraſcetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquã eum,& abſcondã faciẽ meam ab eo,& erit in deuoratione:inuenient eum omnia mala & afflictiones:ita ut dicat in illo die, Vere quia E non eſt deus mecum ,inuenerunt me hæc mala.Ego aũt abſcondã,& celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit,quia ſecutus eſt deos alienos.Nũc itaq; ſcribite uobis canticum iſtud, & docete filios Iſrael:ut memoriter teneant & ore decantent, & ſit mihi carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael.Introducam enim eum in terram pro qua iuraui patribus eius,lacte & melle manãtem. Cumq; comederint & ſaturati,craſſiq; fuerint, auertentur ad deos alienos,& ſeruient eis:detrahentq; mihi, & irritum faciẽt pactum meũ Poſtquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, reſpõdebit ei canticum iſtud pro te- F ſtimonio,quod nulla delebit obliuio ex ore ſeminis ſui. Scio enim cogitationes eius quæ facturus ſit hodie antequàm introducam eum in terram quã ei pollicitus ſum . Scripſit ergo Moyſes canticum,& docuit filios Iſrael. Præcepitq; dominus Ioſue filio Nun,& ait, Confortare,& eſto robuſtus:tu enim introduces filios Iſrael in terram quã pollicitus ſum,et ego ero tecum.Poſtquàm ergo ſcripſit Moyſes uerba legis huius in uolumine, atq; compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis domini,dicens, Tollite librum iſtum,& ponite eum in latere arcæ fœderis domini dei ueſtri:ut ſit ibi contra te in teſtimonium . Ego e- G nim ſcio contentionẽ tuam,& ceruicem tuam duriſſimam, Adhuc uiuẽte me & ingrediente uobiſcum , ſemper contentioſe egiſtis contra dominum : quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus ueſtras,atq; doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cœlum & terram . Noui enim quod poſt mortem meam iniquè agetis, & declinabitis cito de uia quam præcepi uobis:& occurrent uobis mala in extremo tẽpore,quando feceritis malum in cõſpectu domini,ut irritetis eum per opera manuũ ueſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes audiẽte uniuerſo cœtu Iſrael

Moſes cognito ſibi mortẽ inſtare conuocatis magnatibus præficit populo Ioſue, prædicitq; eis ſua fata

4.Reg.17 c
Mala.3 b

uerba carminis huius,& ad finem usq; compleuit. CAP. XXXII

Moseos cãtio populum ad dei cultum incitans

A Vdite cœli quæ loquor,audiat terra uerba oris mei, A
Concrescat ut pluuia doctrina mea,fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam,& quasi stillæ super gramina.
Quia nomen domini inuocabo:date magnificentiam deo nostro.
Dei perfecta sunt opera,& omnes uiæ eius iudicia:deus fidelis, & absque ulla iniquitate,iustus & rectus.
Peccauerunt ei non filij eius in sordibus,generatio praua atq; peruersa.
Hæccine reddis domino popule stulte & insipiens? nunquid nõ ipse est pater tuus,qui possedit te,& fecit,& creauit te?
Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi:maiores tuos,& dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes:quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. B
Pars autem domini,populus eius:Iacob funiculus hæreditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta,in loco horroris,& uastæ solitudinis.
Circunduxit eum,& docuit:& custodiuit quasi pupillam oculi sui,
Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expãdit alas suas: & assumpsit eum,atq; portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit:& non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, & sugeret mel de petra,oleumq; de saxo durissimo:
Deut.6 c Butyrum de armento,& lac de ouibus cum adipe agnorum,& arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici,& sanguinem uuæ biberet meracissimum.
Incrassatus est dilectus,& recalcitrauit,incrassatus,impinguatus,dilatatus:dereliquit deum factorem suum,& recessit à deo salutari suo. C
Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt dæmonijs & nõ deo,dijs quos ignorabant:noui recentesq; uenerunt,quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti,& oblitus es domini creatoris tui.
Vidit dominus,& ad iracundiam concitatus est:quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.
Et ait,Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum : generatio enim peruersa est,& infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus,& irritauerũt in uanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus,& in gente stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo,& ardebit usq; ad inferni nouissima:deuorabitq; terram cum germine suo,& montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
Hiere.5 b Consumentur fame,& deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos,cum furore trahentium super terram,atq; serpentium. D
Foris uastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac uirginem, lactentem cum homine sene.
Et dixi, Vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli:ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa,& non dominus,fecit hæc omnia.
Gens absque consilio est, & sine prudentia : utinam saperent,& intelligerent,ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequatur unus mille,& duo fugarent decẽ millia? nõne ideo,quia deus suus uendidit eos,& dominus conclusit illos? non enim est deus noster ut dij eorum:& inimici nostri sunt iudices. E

De uinea

De uinea Sodomorum,uinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: uua eorum uua fellis, & botri amarissimi.
Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile.
Nónne hæc condita sunt apud me,& signata in thesauris meis?
Mea est ultio,& ego retribuam in tẽpore,ut labatur pes eorum:iuxta est dies perditiõis, & adesse festinant tempora. Rom.12 d Hebr.10 e
Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. uidebit quod infirmata sit manus,& clausi quoq; defecerunt,residuiq; consumpti sunt.
Et dicet, Vbi sunt dĳ eorum,in quibus habebant fiduciam?
De quorum uictimis comedebant adipes,& bibebant uinum libaminum.surgant,& opitulentur uobis,& in necessitate uos protegant.
F Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me: ego occidam,& ego uiuere faciam:percutiam,& ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. 1.Reg.2 a Iob.10 a
Leuabo ad cœlum manum meam,& dicam, Viuo ego inæternum.
Si acuero ut fulgur gladium meum,& arripuerit iudicium manus mea:reddam ultionẽ hostibus meis,& his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes,de cruore occisorum, & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.
Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum ulciscetur: & uindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.
Venit ergo Moyses,& locutus est omnia uerba cãtici huius in auribus populi,ipse & Iosue G filius Nun. Cõpleuitq; omnes sermones istos,loquens ad uniuersum Israel.& dixit ad eos. Ponite corda uestra in omnia uerba quæ ego testificor uobis hodie:ut mandetis ea filĳs uestris custodire,& facere, & implere uniuersa quæ scripta sunt in uolumine legis huius: quia non incassum præcepta sunt uobis,sed ut singuli in eis uiuerent:quæ facientes longo perseueretis tempore in terra ad quam Iordane transmisso ingrediemini possidendã. Locutusq; est dominus ad Moysen in eadem die, dicens, Ascende in montem istum Abarim, id est transitum,in montem Nebo,qui est in terra Moab contra Iericho:& uide terrã Chanaan, quam ego tradam filĳs Israel obtinendam, & morere in monte. Quem conscendens iungeris populis tuis,sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis:quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis in Cades deserti Sin:& nõ sanctificastis me inter filios Israel. Econtra uidebis terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filĳs Israel.

CAP. XXXIII

A HÆc est benedictio qua benedixit Moyses homo dei filĳs Israel ante mortem suam. Et ait, Dominus de Sinai uenit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan,& cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt:& qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel. Viuat Ruben,& non moriatur, & sit paruus in numero. Hæc est Iudæ benedictio, Audi domine uocem Iudę,& ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. *Moyses ante mortẽ quibus uerbis bene precatus sit singulis tribubus Israel*
B Leui quoque ait, Perfectio tua & doctrina tua uiro sancto tuo quem probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio uos:& fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt,iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum non consurgant. Et Beniamin ait, Amantissimus domini habitabit confidenter in eo:quasi in thalamo tota die morabitur,& inter humeros illius requiescet. Ioseph quoque ait, De benedictione domini terra eius, de pomis cœli, & rore atq; abysso subiacente. De pomis fructuum solis Nume.20 a

ac lunæ, de uertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, ueniat super caput Ioseph, & super uerticem nazarei inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius: in ipsis uentilabit gentes usque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse. Et Zabulon ait, Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos uocabunt ad montem: ibi immolabunt uictimas iustitiæ. Qui inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cœpitque brachium & uerticē. Et uidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias domini, & iudicium suum cum Israel. Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Et nephthali dixit, Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus domini: mare & meridiem possidebit. Aser quoque ait, Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Non est deus alius ut deus rectissimi: ascensor cœli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: ejciet à facie tua inimicum, dicetque, Contere. Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & uini, cœlique caligabunt rore. Beatus es tu Israel: quis similis tui popule, qui saluaris in domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAP. XXXIIII

Moses cōſcenſo mōte & cōſiderata promiſsiōis terra moritur, et lugetur ab Iſraelitis

Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in uerticem Phasga contra Iericho: ostenditque ei dominus omnem terram Galaad usque Dan, & uniuersum Nephthali, terrámque Ephraim & Manasse, & omnem terram Iuda usque ad mare nouissimum, & australem partem, & latitudinē campi Iericho ciuitatis palmarum usque Segor. Dixitque dominus ad eum, Hæc est terra, pro qua iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens. Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.

Num. 20 b

Mortuusque est ibi Moyses seruus domini in terra Moab, iubente domino: & sepeliuit eum in ualle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulchrum eius usque in præsentem diem. Moyses centum & uiginti annorum erat, quando mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt. Fleueruntque eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. Iosue uerò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntque sicut præcepit dominus Moysi. Et non surrexit ultrà propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, ut faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, uniuersæque terræ illius, & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram uniuerso Israel.

Num. 27. d

TANDEM finito Pentateucho Moysi, uelut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manũ mittimus: quẽ Hebræi, Iehosua Bennun, id est, Iosue filium Nun, uocãt: & ad iudicum librum, quem Soptim appellant: ad Ruth quoq; & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusq; lectorem ut syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et ut in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me nõ in reprehensionem ueterum noua cudere, sicut inimici mei criminãtur: sed pro uirili parte offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectent, ut pro Græcorum ἑξαπλοῖς quæ & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum uoluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inueniant quod requirunt: maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & unusquisq; pro arbitrio suo uel addiderit uel subtraxerit quod ei uisum est: & utiq; non possit uerum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato uulnere cõtra nos insurgere scorpius & sanctum opus uenenata carpere lingua uel suscipiens, si placet: uel cotemnens, si displicet: memineritq; illorum uersuum: Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique q; ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis uel legentis utilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudęos quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesiæ homines id despicere, immo lacerare unde aduersarij torqueantur? Quod si uetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet: & nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis uel addita sunt uel amputata, legunt & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, ecclesię susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili: cunctas editiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia: postquam uera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare potuerunt assumpta testimonia quæ in libris ueteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniãtibus tacere uideamur. Cæterũ post sanctæ Paulę dormitionẽ, cuius uita, uirtutis exemplũ est: & hos libros quos Eustochio uirgini Christi negare non potui: decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omissum iam diu opus, quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctusq; uir Pammachius, hoc idem literis flagitet & nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

ARGVMENTVM IN IOSVE.

Iesus filius Naue, typum domini non solum in gestis, uerumetiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram uictori populo: & per singulas urbes, uiculos, montes, flumina, torrentes, atq; confinia, ecclesiæ, cœlestisq; Ierusalem spiritalia regna describit.

IOSVE יְהוֹשֻׁעַ

A ET FACTVM EST post mortem Moysi serui domini, ut loqueretur dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei, Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanem istum E tu & omnis populus tecum in terram quam ego dabo filijs Israel. Omnem locum quem calcauerit uestigium pedis uestri, uobis tradam, sicut locutus sum Moysi. A deserto & Libano usque ad fluuium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum usque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus uester. Nullus poterit uobis resistere cunctis diebus B uitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis ut traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus ualde: ut custodias, & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram uel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis. Non recedat uolumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges uiam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi, confortare & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. Præcepitq; Iosue prin- C cipibus populi, dicens, Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite,

Mortuo Mose dominus incitat Iosue ad expeditionem in Chanaan

Deut. 11 c

Heb. 13 a

Præparate uobis cibaria:quoniam post diem tertium transibitis Iordanem,& intrabitis ad possidendam terram quam dominus deus uester daturus est uobis. Rubenitis quoque,& Gadditis,& dimidiæ tribui Manasse ait, Memẽtote sermonis quẽ præcepit uobis Moyses famulus domini,dicens, Dominus deus uester dedit uobis requiem:& omnem terrã hanc. Vxores uestræ, & filij, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit uobis Moyses trans Iordanem: uos autem transite armati ante fratres uestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis, donec det dominus requiem fratribus uestris sicut & uobis dedit, & possideant ipsi quoque terram quam dominus deus uester daturus est eis. & sic reuertimini in terram possessionis uestræ, & habitabitis in ea quam uobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntq́ ad Iosue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocunque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit dominus deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & uiriliter age. D

Deut. 5 d

CAP. II

Duo exploratores mittuntur Iericho, qui hospitæ Rahab beneficio seruantur

Misit igitur Iosue filius Nun de Setim duos uiros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & consyderate terrã, urbemq́ Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domũ mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatumq́ est regi Iericho, & dictum, Ecce uiri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, ut explorarẽt terram. Misitq́ rex Iericho ad Rahab, dicens, Educ uiros qui uenerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem terram consyderare uenerunt. Tollẽsq́ mulier uiros, abscondit, & ait, Fateor, uenerunt ad me, sed nesciebam unde essent. cumq́ porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt: persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere uiros in solarium domus suæ, operuitq́ eos stipula lini quæ ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per uiam quæ ducit ad uada Iordanis: illisq́ egressis statim porta clausa est. Necdum obdormierant qui latebãt, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait, Noui quod dominus tradiderit uobis terram: etenim irruit in nos terror uester, & elanguerũt omnes habitatores terræ. Audiuimus quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad uestrum introitum, quando egressi estis ex Aegypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfecistis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum uestrum: dominus enim deus uester ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum, ut quomodo ego misericordiam feci uobiscum, ita & uos faciatis cum domo patris mei, detisq́ mihi uerum signum, & saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. Qui responderunt ei, Anima nostra sit pro uobis in mortem: si tamen non prodideris nos. cumq́ tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & ueritatem. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. Dixitq́ ad eos, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant uobis reuertentes: ibiq́ latitate tribus diebus donec redeant, & sic ibitis per uiam uestram. Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuũ ac matrem, fratresq́, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quod si nos prodere uolueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensq́ eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi uerò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem uiam, non repererunt eos. Quibus urbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso

Iosue 6 c

A B C D

Iordane

Iordane uenerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntque ei omnia quæ acciderant sibi atque dixerunt. Tradidit dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

CAP. III

A IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredientesque de Setim, uenerũt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperunt, Quando uideritis arcam fœderis domini dei uestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, uos quoque consurgite, & sequimini præcedentes: sitque inter uos & arcam spatium cubitorum duum millium: ut procul magis uidere possitis, & nosse per quam uiam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam, & cauete ne appropinquetis ad arcam. Dixitque Iosue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet dominus inter uos mirabilia. Et ait ad sacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt & ambulauerunt ante eos. Dixitque dominus ad Iosue, Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: ut sciant quod sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, & dic eis, Cum ingressi fueritis partẽ aquæ Iordanis, state in ea. Dixitque Iosue ad filios Israel, Accedite huc, & audite uerbum domini dei uestri. Et rursum, In hoc, inquit, scietis quod dominus deus uiuens in medio uestri est, & disperdet in conspectu uestro Chananæum & Hethæum Heuæum & Pherezæum, Gergezæum quoque & Iebusæum, & Amorrhæum. Ecce arca fœderis domini omnis terræ antecedet uos per Iordanem. Parate duodecim uiros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum posuerint uestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam fœderis domini dei uniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient: quæ autẽ desuper ueniunt, in una mole consistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebant ante eum. Ingressisque eis Iordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab urbe quæ uocatur Adam, usque ad latus Sarthan, quæ autem inferiores erãt, in mare solitudinis (quod nunc uocatur mortuum) descenderunt, usquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iericho: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alueum transibat.

Israelitarum acies instruitur, quib. Iordanis transitũ præbet

B

C

D

Psalm. 114

CAP. IIII

A QVibus transgressis dixit dominus ad Iosue, Elige duodecim uiros singulos per singulas tribus, & præcipe eis ut tollant de medio Iordanis alueo ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorũ ubi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauitque Iosue duodecim uiros, quos elegerat de filijs Israel singulos de singulis tribubus, & ait ad eos, Ite ante arcam domini dei uestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in numeris uestris, iuxta numerum filiorum Israel, ut sit signũ inter uos. Et quando interrogauerint uos filij uestri cras, dicentes, Quid sibi uolunt isti lapides? Respondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorũ Israel usque in æternum. Fecerunt ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, ut dominus ei imperarat, iuxta numerũ filiorũ Israel, usque in locum quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, & sunt ibi usque in præsentem diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue, ut loqueretur ad populum, præceperat dominus, ut dixerat ei Moyses. Festinauitque populus, & transijt. Cumque trãsissent omnes, trãsiuit & arca domini, sacerdotes quoque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses: & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos incedebant per plana atque campestria

In memoriam transitus Iordanis XII. lapides eriguntur

Deu. 27

B

C

ſtria urbis Iericho. In die illo magnificauit dominus Ioſue coram omni Iſrael, ut timerent eum, ſicut timuerant Moyſen dum adhuc uiueret. Dixitq́ ad eũ, Pręcipe ſacerdotibus qui portant arcam fœderis, ut aſcendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens, Aſcendite de Iordane. Cumq́ aſcendiſſent portantes arcam fœderis domini, & ſiccam humum calcare cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquæ in alueum ſuum, & fluebant ſicut ante conſueuerant. Populus autem aſcendit de Iordane decimo die menſis primi, & caſtrametati ſunt in Galgalis contra orientalem plagam urbis Iericho. Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo ſumpſerant, poſuit Ioſue in Galgalis, & dixit ad filios Iſrael, Quando interrogauerint filij ueſtri cras patres ſuos, & dixerint eis, Quid ſibi uolunt lapides iſti? docebitis eos, atq́ dicetis, Per arentem alueum tranſiuit Iſrael Iordanẽ iſtum, ſiccante domino deo ueſtro aquas eius in conſpectu ueſtro, donec tranſiretis: ſicut fecerat prius in mari rubro, quod ſiccauit donec tranſiremus: ut diſcant omnes terrarum populi fortiſſimã domini manum, ut & uos timeatis dominum deum ueſtrum omni tempore. D

CAP. V

Terrentur reges Chanaan Iſraelitæ ſecũdo circũcidũtur et celebrãt phaſe. defecit manna, ac deo loquitur Ioſue

POſtquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua poſſidebant magni maris loca, quod ſiccaſſet dominus fluenta Iordanis coram filijs Iſrael donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum, & non remanſit in eis ſpiritus, timẽtium introitum filiorum Iſrael. Eo tempore ait dominus ad Ioſue, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide ſecundo filios Iſrael. Fecitq́ quod iuſſerat dominus, & circuncidit filios Iſrael in colle præputiorũ. Hęc autem cauſa eſt ſecundæ circunciſionis, Omnis populus qui egreſſus eſt de Aegypto generis maſculini, uniuerſi bellatores uiri, mortui ſunt in deſerto, per longiſſimos uiæ circuitus qui omnes circunciſi erant. Populus autem qui natus eſt in deſerto, per quadraginta annos itineris latiſſimæ ſolitudinis incircunciſus fuit: donec conſumerentur qui non audierant uocem domini, & quibus ante iurauerat ut oſtenderet eis terram lacte & melle manãtem. Horum filij in locum ſucceſſerunt patrum, & circũciſi ſunt à Ioſue: quia ſicut nati fuerant, in pręputio erant, nec eos in uia aliquis circunciderat. Poſtq́ autem omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodem caſtrorum loco, donec ſanarentur. Dixitq́ dominus ad Ioſue, Hodie abſtuli opprobrium Aegypti à uobis. Vocatumq́ eſt nomen loci illius Galgala, uſque in præſentem diem. Manſeruntq́ filij Iſrael in Galgalis, & fecerunt phaſe quartadecima die menſis ad ueſperum in campeſtribus Iericho: & comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam eiuſdem anni. Defecitq́ manna poſtquàm comederunt de frugibus terræ, nec uſi ſunt ultrà cibo illo filij Iſrael, ſed comederunt de frugibus præſentis anni terrę Chanaan. Cum autem eſſet Ioſue in agro urbis Iericho, leuauit oculos, & uidit uirũ ſtantem contra ſe euaginatum tenentem gladium, perrexitq́ ad eum, & ait, Noſter es an aduerſariorum? Qui reſpondit, Nequaq́, ſed ſum princeps exercitus domini, & nũc uenio. Cecidit Ioſue pronus in terram. Et adorans ait, Quid dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Solue, inquit, calceamẽtum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas ſanctus eſt. Fecitq́ Ioſue ſicut ſibi fuerat imperatum.

Exo. 3 d

CAP. VI

Iericho ẽtis excidium, ſeruatur Rahab cũ ſua familia

IEricho autem clauſa erat atq́ munita timore filiorum Iſrael, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq́ dominus ad Ioſue, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnesq́ fortes uiros. Circuite urbem cuncti bellatores ſemel per diẽ: ſic facietis ſex diebus. Septimo autem die ſacerdotes tollent ſeptem buccinas, quarum uſus eſt in iubileo, & præcedent arcam fœderis: ſeptiesq́ circuibitis ciuitatẽ, & ſacerdotes clangent buccinis. Cumq́ inſonuerit uox tubæ longior atque conciſior, & in auribus ueſtris increpuerit, conclamabit omnis populus uociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientúrque ſinguli per locum contra quem ſteterint. Vocauit ergo Ioſue filius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptem iubileorum buccinas, & incedant ante arcam domini. Ad populum quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem armati, præcedentes arcam domini. Cumq́ Ioſue uerba finiſſet, & ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clangerent ante arcã fœderis domini, omnisq́ præcederet armatus

exercitus

B exercitus, reliquum uulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Praeceperat autem Iosue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur uox uestra, neque ullus sermo ex ore uestro egredietur: donec ueniat dies in quo dicam uobis, clamate & uociferamini. Circuiuit ergo arca domini ciuitatē semel per diem, & reuersa in castra mansit ibi. Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcā domini, & septē ex eis septem buccinas, quarū in iubileo usus est: praecedebantque arcā domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, uulgus aūt reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat. Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo diluculo consurgentes, circuierunt urbem, sicut dispositum erat, septies. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel, Vociferamini: tradidit enim uobis dominus ciuitatē: sitque ciuitas haec anathema: & omnia quae C in ea sunt, domino. sola Rahab meretrix uiuat cum uniuersis qui cum ea in domo sunt: abscondit enim nuntios quos direximus. Vos aūt cauete ne de his quae praecepta sunt, quippiam contingatis, & sitis praeuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid aūt auri & argenti fuerit, & uasorum aeneorum ac ferri, domino cōsecretur, repositū in thesauris eius. Igitur omni populo uociferāte, & clangentibus tubis, postque in aures multitudinis uox sonitusque increpuit, muri ilicò corruerunt: & ascendit unusquisque per locum qui contra se erat: ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quae erant in ea, à uiro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boues quoque & oues, & asinos in ore gladij percusserunt. Duobus autem uiris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quae illius sunt, sicut illi iuramē D to firmastis. Ingressique iuuenes, eduxerunt Rahab, & parētes eius, fratres quoque, & cunctā supellectilem ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autem, & omnia quae inuenta sunt in ea, succenderunt: absque auro & argento, & uasis aeneis, ac ferro, quae in aerarium domini consecrarunt. Rahab uerò meretricem, & domum patris eius, & omnia quae habebat, fecit Iosue uiuere, & habitauerunt in medio Israel usque in praesentem diem: eo quod absconderit nuntios quos miserat ut explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est Iosue, dicens, Maledictus uir coram domino, qui suscitauerit, & aedificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, & nomen eius uulgatum est in omni terra.

Hebr. ns

CAP. VII

A Filij autem Israel praeuaricati sunt mandatum, & usurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate: iratusque est dominus contra filios Israel. Cumque mitteret Iosue de Iericho uiros cōtra Hai, quae est iuxta Bethauen, ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis, Ascendite & explorate terram. Qui praecepta complentes explorauerunt Hai. Et reuersi dixerunt ei, Non ascēdat omnis populus, sed duo uel tria millia uirorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra uexabitur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga uertentes, percussi sunt à uiris urbis Hai, & corruerūt ex eis triginta & sex homines: persecutique sunt eos aduersarij de porta usque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque cor populi, & ad instar aquae liquefactum est. Iosue B uerò scidit uestimēta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini usque ad uesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miseruntque puluerem super capita sua, & dixit Iosue, Heu domine deus, quid uoluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, ut traderes nos in manus Amorrhaei, & perderes? utinam ut coepimus mansissemus trans Iordanem. Mi domine deus, quid dicam, uidens Israelem hostibus suis terga uertentem? Audient Chananaei, & omnes habitatores terrae, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? Dixitque dominus ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & praeuaricatus est pactum meum: tulerūtque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter uasa sua.

Exploratur Hai, Israelitae fugantur, & Achan anathematū fur lapidatur

Psal. 21 b

Nec

Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. non ero ultrà uobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Surge, sanctifica popu lum, & dic eis, Sanctificamini in crastinum: hęc enim dicit dominus deus Israel, Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisque manè singuli per tribus uestras: & quamcunque tribuũ sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per uiros. Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum domini, & fecit nephas in Israel. Surgens itaque Iosue manè applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quę cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerẽs, reperit Zabdi: cuius domum in singulos diuidẽs uiros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriam domino deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respondítque Achan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui domino deo Israel, & sic & sic feci. uidi enim inter spolia pallium coccineum ualde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem: & omnis Israel cum eo, duxerunt eos ad uallem Achor, ubi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauítque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt: Cõgregauerũtque super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet usque in præsentẽ diem. Et auersus est furor domini ab eis. Vocatũque est nomẽ loci illius, Vallis Achor, usque hodie.

Deut. 13 c 17 b

CAP. VIII

Hai quomodo expugnata, et rex eius suspẽsus. Iosue construit arã iuxta iussum domini

DIxit autem dominus ad Iosue, Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuam regem eius, & populum, urbemque, & terram. Faciesque urbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam uerò, & omnia animãtia diripietis uobis, pone insidias urbi post eam. Surrexítque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hai: & electa triginta millia uirorum fortium misit nocte, præcepítque eis dicens, Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. ego autem & reliqua multitudo, quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra urbem. Cumque exierint cõtra nos, sicut ante fecimus, fugiemus & terga uertemus, donec per sequentes ab urbe longius protrahantur. putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus & illis persequentibus, consurgetis de insidijs, & uastabitis ciuitatẽ: tradetque eam dominus deus uester in manus uestras. Cumque ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis ut iussi. Dimisítque eos, & perrexerunt ad locum insidiarũ, sederuntque inter Bethel & Hai, ad occidentalem plagam urbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi, surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, uallatus auxilio pugnatorum. Cumque uenissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septẽtrionalem urbis plagam, inter quam & eos erat uallis media. Quinque autem millia uiros elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethel & Hai ex occidentali parte eiusdem ciuitatis: omnis uerò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita ut nouissimi multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in uallis medio. Quod cum uidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, dircéxitque aciem contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidiæ: Iosue uerò & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis uiam. At illi uociferantes pariter, & se mutuò cohortantes, persecuti sunt eos. Cumque recessissent à ciuitate, & ne unus quidem in urbe Hai, & Bethel remansisset qui non persequeretur Israel sicut

eruperant aperta oppida relinquentes, dixit dominus ad Iosue: Leua clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerūt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt: & succenderunt eam. Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & uidentes fumum urbis ad cœlum usque conscendere, non potuerunt ultrà huc illucque diffugere: præsertim cum hi qui simulauerant fugam & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent. Vidensque Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus urbis ascenderet, reuersus percussit uiros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex urbe contra suos, medios hostium ferire cœperūt. Cum ergo ex utraque parte aduersarij cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine saluaretur, regem quoque urbis Hai apprehenderunt uiuentem, & obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. Erant autem qui in eodem die conciderāt à uiro usque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes urbis Hai. Iosue uerò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerētur omnes habitatores Hai. Iumenta autem & prædā ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat dominus Iosue. Qui succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum: regem quoque eius suspendit in patibulo usque ad uesperam & solis occasum. Præcepitque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eo magno aceruo lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Tunc ædificauit Iosue altare domino deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini filijs Israel, & scriptum est in uolumine legis Moysi, altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta domino, immolauitque pacificas uictimas. Et scripsit super lapides Deuteronomiū legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel. Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducesque ac iudices stabant ex utraque parte arcæ in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis domini, ut aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hæc legit omnia uerba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerant in legis uolumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum, sed uniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

(Exo. 20 d; Deut. 27 a)

CAPVT IX

Reges gētium instruūt se aduersus Israelitas, Gabaonitæ cōsulūt suæ saluti, licet fraudulenter

QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui uersabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus & Heuæus & Iebusæus congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Iosue & Israel uno animo, eademque sententia. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue, Iericho & Hai: & callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos ueteres asinis imponentes, & utres uinarios scissos atque consutos, calceamentaque perantiqua quæ ad indicium uetustatis pitacijs consuta erant, induti ueteribus uestimentis: panes quoque quos portabant ob uiaticum, duri erant, & in frusta comminuti: perrexeruntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli: De terra longinqua uenimus, pacem uobiscum facere cupientes. Responderuntque filij Israel ad eos, atque dixerunt: Ne fortè in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire uobiscum. At illi ad Iosue: Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quinam estis uos? aut unde uenistis? Respōderunt: De terra longinqua ualde uenerunt serui tui in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, & duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon & Og regi Basan, qui erant in Astaroth: dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus uestris cibaria ob longissimam uiam & occurrite eis, & dicite: Serui uestri sumus, fœdus inite nobiscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut

ueniremus ad uos:calidos sumpsimus,nunc sicci facti sunt,& uetustate nimia comminuti. utres uini nouos impleuimus,nunc rupti sunt & soluti.uestes & calceamenta quibus induimur & quæ habemus in pedibus,ob longitudinem longioris uiæ trita sunt,& penè consumpta.Susceperunt igitur de cibarijs eorum,& os domini non interrogauerunt. Fecitq; Iosue cum eis pacem,& inito fœdere pollicitus est ut non occiderentur:principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres initi fœderis audierunt quòd in uicino habitarent,& inter eos futuri essent.Moueruntq; castra filij Israel,& uenerunt in ciuitates eorum die tertio,quarum hæc uocabula sunt:Gabaon,& Caphira,& Beroth,& Cariathiarim.Et non percusserunt eos,eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine domini dei Israel.Murmurauit itaque omne uulgus contra principes.Qui responderunt eis: Iurauimus eis in nomine domini dei Israel,& idcirco non possumus eos contingere.Sed hoc faciemus eis:Reseruentur quidem ut uiuant,ne contra nos ira domini concitetur,si peierauerimus eis:sed sic uiuant,ut in usus uniuersæ multitudinis ligna cædant,aquasq; comportent.Quibus hæc loquentibus uocauit Gabaonitas Iosue,& dixit eis:Cur nos decipere fraude uoluistis,ut diceretis:Procul ualde habitamus à uobis:cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis,& non deficiet de stirpe uestra ligna cædens,aquasq; comportans in domum dei mei.Qui responderunt:Nuntiatum est nobis seruis tuis,quòd promisisset dominus deus tuus Moysi seruo suo ut traderet uobis omnem terram,& disperderet cunctos habitatores eius.Timuimus igitur ualde,& prouidimus animabus nostris,uestro terrore compulsi:& hoc cōsilium iniuimus.nunc autem in manu tua sumus:quod tibi bonum & rectum uidetur,fac nobis. Fecit ergo Iosue ut dixerat,& liberauit eos de manibus filiorum Israel,ut non occiderentur. Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris domini,cædentes ligna,& aquas comportantes usque in præsens tempus in loco quem dominus elegisset.

Deut.29 b

CAP. X

Israelitæ Gabaonitas obsidione liberāt, & aliquot urbes capiunt, pluit lapidib. sol sistit cursū suū,& quinq; reges suspenduntur

QVæ cum audisset Adonisedec rex Ierusalem,quòd scilicet cepisset Iosue Hai,& subuertisset eam (Sicut enim fecerat Ericho & regi eius,sic fecit Hai & regi illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel,& essent fœderati eorum,timuit ualde.Vrbs enim magna erat Gabaon,& una ciuitatum regalium,& maior oppido Hai,omnesq; bellatores eius fortissimi.Misit ergo Adonisedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron,& ad Pharam regem Ierimoth,ad Iaphia quoq; regem Lachis,& ad Dabir regem Eglon,dicens:Ad me ascendite:& ferte præsidium,ut expugnemus Gabaon,quare transfugerit ad Iosue & ad filios Israel.Congregati igitur ascenderunt quinq; reges Amorrhæorum:rex Ierusalem,rex Hebron,rex Ierimoth,rex Lachis,rex Eglon,simul cum exercitibus suis,& castrametati sunt circa Gabaon,oppugnātes eam. Habitatores autem Gabaon urbis obsessæ miserunt ad Iosue,qui tunc morabatur in castris apud Galgalā,& dixerunt ei:Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorū tuorum:ascende cito,& libera nos,ferq; præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorū,qui habitabāt in montanis. Ascēditq; Iosue de Galgalis,& omnis exercitus bellatorum cum eo uiri fortissimi.Dixitq; dominus ad Iosue:Ne timeas eos:in manus enim tuas tradidi illos:nullus enim ex eis tibi resistere poterit.Irruit itaq; Iosue super eos repente,tota nocte ascendens de Galgalis.Et conturbauit eos dominus à facie Israel:contriuitq; plaga magna in Gabaon,ac persecutus est eos per uiam ascēsus Bethhoron,& percussit usq; Azeca & Maceda.Cumq; fugerent filios Israel,& essent in descensu Bethhoron,dominus misit super eos lapides magnos de cœlo usq; ad Azeca:& mortui sunt multò plures lapidibus grandinis,q̄ quos gladio percusserāt filij Israel.Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorrhæū in conspectu filiorū Israel,dixitq; coram eis:Sol contra Gabaon ne mouearis,& luna contra uallem Aialon.Steteruntq; sol & luna,donec ulcisceretur se gens de inimicis suis.Nōne scriptū est hoc in libro iustorum? Stetit itaq; sol in medio cœli,& nō festinauit occūbere spatio unius diei.Non fuit antea & postea tam longa dies obediente domino uoci hominis,& pugnāte pro Israel.Reuersusq; est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ:Fugerant enim quinq; reges

reges,& se absconderant in spelunca urbis Maceda. Nuntiatumque est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelunca Maceda. Qui præcepit socijs,& ait: Voluite saxa ingentia ad os speluncæ,& ponite uiros industrios qui clausos custodiant, uos autem nolite stare, sed persequimini hostes,& extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos urbium suarũ intrare præsidia, quos tradidit dominus deus in manus uestras. Cæsis ergo aduersarijs plaga magna,& usque ad internecionem penè consumptis, hi qui Israel effugere

E potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, ubi tunc erant castra, sani & integro numero: nullusque cõtra filios Israel mutire ausus est. Præcepitque Iosue, dicens: Aperite os speluncæ,& producite ad me quinque reges qui in ea latitant. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum:& eduxerũt ad eum quinque reges de speluca, regem Ierusalẽ, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumque educti essent ad eum, uocauit omnes uiros Israel,& ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite,& ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent,& subiectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet dominus cunctis hostibus uestris aduersum quos dimicabitis. Percussitque Iosue,& interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fueruntque suspensi usque ad uesperum. Cumque occumberet sol, præcepit socijs ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant,& posuerunt super os

F eius saxa ingentia, quæ permanent usque in præsens. Eodem die Macedam quoque cepit Iosue,& percussit in ore gladij, regemque illius interfecit,& omnes habitatores eius: non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Iericho. Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna,& pugnabat contra eam: quam tradidit dominus cum rege suo in manus Israel: percusseruntque urbem in ore gladij,& omnes habitatores eius. non dimiserunt in ea ullas reliquias. Feceruntque regi Lebna sicut fecerant regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel:& exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. Tradiditque dominus Lachis in manus Israel,& cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascẽdit Horam rex Gazer, ut auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius usque ad internecionem. Transiuitque de Lachis in Eglon,& circũdedit atque expugnauit eam in eadem die: percussitque in ore gladij omnes animas quæ erãt in ea iuxta omnia quæ

G fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron,& pugnauit contra eam: cepitque,& percussit in ore gladij, regem quoque eius,& omnia oppida regionis illius, uniuersasque animas quæ in ea fuerant cõmoratæ: non reliquit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque uastauit: regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. Percussit itaque Iosue omnem terram montanam & meridianam atque campestrem,& Asedoth cum regibus suis: non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit, sicut præceperat ei dominus deus Israel, à Cadesbarne usque Gazam. Omnem terram Gosen usque Gabaon, uniuersosque reges & regiones eorum uno impetu cepit atque uastauit: dominus enim deus Israel pugnabat pro eo. Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Deut. 20 c

CAP. XI

Reliqui gẽtiũ reges et copiæ funduntur & ciuitates capiuntur

A QVæ cum audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon & ad regem Semeron, atque ad regem Acsaph: ad reges quoque aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque,& in regionibus Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab oriente & occidente & Amorrhæũ atque Hethæum ac Pherezæum & Iebusæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha. Egressique sunt omnes cũ turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. Conueneruntque omnes reges isti in unum ad aquas Merom, ut pugnarent contra Israel. Dixitque dominus ad Iosue:

Ne timeas eos:cras enim hac eadem hora ego tradam omnes iſtos uulnerãdos in conſpectu Iſrael:equos eorum ſubneruabis,& currus igne combures. Venitq́ꝫ Ioſue & omnis exercitus cum eo aduerſus illos ad aquas Merom ſubitò,& irruerunt ſuper eos,tradiditq́ꝫ illos dominus in manus Iſrael. Qui percuſſerunt eos,& perſecuti ſunt uſqꝫ ad Sidonem magnam & aquas Maſerephoth,campumq́ꝫ Maſphæ,qui eſt ad orientalem illius partem. Itaqꝫ percuſſit omnes,ut nullas dimitteret ex eis reliquias:fecitq́ꝫ ſicut præceperat ei dominus,equos eorum ſubneruauit,curruſq́ꝫ combuſſit igni. Reuerſuſq́ꝫ ſtatim cepit Aſor:& regem eius percuſſit gladio. Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc,principatum tenebat. Percuſſitq́ꝫ omnes animas quæ ibidem morabãtur:non dimiſit in ea ullas reliquias, ſed uſqꝫ ad internecionem uniuerſa uaſtauit,ipſamq́ꝫ urbem peremit incendio. Et omnes per circuitum ciuitates,reges quoqꝫ earum cepit,percuſſit atqꝫ deleuit,ſicut præceperat ei Moyſes famulus domini. Abſque urbibus quæ erant in collibus & in tumulis ſitæ,cæteras ſuccendit Iſrael:unam tantum Aſor munitiſſimam flamma conſumpſit. Omnemq́ꝫ prædam iſtarum urbium ac iumenta diuiſerunt ſibi filij Iſrael,cunctis hominibus interfectis. Sicut præceperat dominus Moyſi ſeruo ſuo,ita præcepit Moyſes Ioſue,& ille uniuerſa cõpleuit:non præterijt de uniuerſis mandatis nec unum quidem uerbum quod iuſſerat dominus Moyſi. Cepit itaqꝫ Ioſue omnem terram montanam & meridianam:terramq́ꝫ Goſen & planitiem & occidentalem plagam,montemq́ꝫ Iſrael & campeſtria eius,& partem montis quæ aſcendit Seir uſqꝫ Baalgad per planitiem Libani ſubter montem Hermon:omnes reges eorum cepit,percuſſit & occidit. Multo tempore pugnauit Ioſue contra reges iſtos.

Ioſ.9 a Non fuit ciuitas quæ ſe non traderet filijs Iſrael,præter Heuæũ qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim ſententia fuerat,ut indurarẽtur corda eorum & pugnarent contra Iſrael,& caderent:& non mererentur ullam clemẽtiam,ac perirent,ſicut præceperat dominus Moyſi. In illo tempore uenit Ioſue,& interfecit Enacim de montanis Hebron & Dabir & Anab,& de omni monte Iuda & Iſrael,urbeſq́ꝫ eorum deleuit. Non reliquit ullum de ſtirpe Enacim,in terra filiorum Iſrael:abſqꝫ ciuitatibus Gaza & Geth & Azoto,in quibus ſolis relicti ſunt. Cepit ergo Ioſue omnem terram,ſicut locutus eſt dominus ad Moyſen,& tradidit eam in poſſeſſionem filijs Iſrael ſecũdum partes & tribus ſuas. quieuitq́ꝫ terra à prælijs.

CAPVT XII

Catalogus regum interemptorũ à filijs Iſrael trans Iordanem

HI ſunt reges,quos percuſſerunt filij Iſrael,& poſſederunt terram eorum trans Iordanem ad ſolis ortum,à torrente Arnon uſqꝫ ad montem Hermon,& omnem orientalem plagam quæ reſpicit ſolitudinem. Sehon rex Amorrhæorum,qui habitabat in Heſebon,dominatus eſt ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon,& mediæ partis in ualle,dimidiæq́ꝫ Galaad,uſqꝫ ad torrentem Ieboc qui eſt terminus filiorum Ammon,& à ſolitudine uſqꝫ ad mare Ceneroth contra orientem,& uſqꝫ ad mare deſerti,quod eſt mare ſalſiſſimum,ad oriẽtalem plagam per uiam quæ ducit Betſimoth:& ab auſtrali parte,quæ ſubiacet Aſedoth uſqꝫ Phaſga. Terminus Og regis Baſan,de reliquijs Raphaim,qui habitauit in Aſtaroth & in Edrai.& dominatus eſt in monte Hermon & in Salecha atque in uniuerſa Baſan,uſqꝫ ad terminos Geſſuri & Machati,& dimidiæ partis Galaad,& terminum Sehon regis Heſebon. Moyſes famulus domini,& filij Iſrael percuſſerunt eos,tradiditq́ꝫ terram eorum Moyſes in poſſeſſionem Rubenitis & Gadditis & dimidiæ tribui Manaſſe. Hi ſunt reges terræ quos percuſſit Ioſue & filij Iſrael trans Iordanem ad occidentalẽ plagam,à Baalgad in campo Libani,uſqꝫ ad montem cuius pars aſcẽdit in Seir:tradiditq́ꝫ eam Ioſue in poſſeſſionem tribubus Iſrael,ſingulis partes ſuas,tam in montanis quàm in planis atqꝫ campeſtribus. In Aſeroth,& in ſolitudine ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus,Chananæus & Pherezæus,Heuæus & Iebuſæus. Rex Iericho unus:rex Hai,quæ eſt ex latere Bethel,unus:rex Ieruſalem unus,rex Hebron unus,rex Ierimoth unus,rex Lachis unus,rex Eglon unus,rex Gazer unus,rex Dabir unus,rex Gader unus,rex Herma unus,rex Hered unus,rex Lebna unus,rex Adullam unus,rex Maceda unus,rex Bethel unus,rex Taphua unus,rex Hepher unus,rex Aphec unus,rex Saron unus,rex Madon

unus,rex Aſor unus,rex Semeron unus,rex Acſaph unus,rex Tenach unus,rex Maged/ do unus,rex Cedes unus,rex Iachanã Carmeli unus,rex Dor & prouinciæ Dor unus,rex gentium Galgal unus,rex Therſa unus:omnes reges triginta & unus.

CAP. XIII

Enumeratio & diuiſio terræ trans Iordanẽ deuictæ

A IOſue ſenex prouectæq; ætatis erat,& dixit dominus ad eum:Senuiſti,& longæuus es, terraq; latiſsima derelicta eſt,quæ necdum ſorte diuiſa eſt:omnis uidelicet Galilæa,Phi liſthijm,& uniuerſa Geſſuri.A fluuio turbido qui irrigat Ægyptum,uſq; ad terminos Ac/ caron contra aquilonem,terra Chanaan:quæ in quinq; regulos Philiſthijm diuiditur,Ga zæos & Azotios,Aſcalonitas,Gethæos & Accaronitas.Ad meridiẽ uerò ſunt Heuæi,om nis terra Chanaan & Maara Sidoniorũ,uſq; Apheca & terminos Amorrhæi,eiusq; con/ finia.Libani quoq; regio contra orientem à Baalgad ſub monte Hermon,donec ingredia ris Emath.Omnium qui habitabãt in monte à Libano,uſq; ad aquas Maſerephoth,uni/ uerſiq; Sidonij.Ego ſum qui deleboeos à facie filiorum Iſrael.Veniat ergo in partem hæ/ reditatis Iſrael,ſicut præcepi tibi.Et nunc diuide terram in poſſeſsionem nouem tribubus, B & dimidiæ tribui Manaſſe,cum qua Ruben & Gad poſſederunt terram,quam tradidit eis Moyſes famulus domini trans fluenta Iordanis,ad orientalem plagam.ab Aroer quæ ſita eſt in ripa torrẽtis Arnon,& in uallis medio,uniuerſaq; campeſtria Medaba,uſq; Dibon. & cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi,qui regnauit in Heſebon uſq; ad terminos fi/ liorum Ammon.& Galaad,ac terminum Geſſuri & Machati,& omnem montẽ Hermon & uniuerſam Baſan,uſq; ad Salecha,omne regnũ Og in Baſan,qui regnauit in Aſtaroth & Edrai,ipſe fuit de reliquijs Raphaim:percuſſitq; eos Moyſes,atq; deleuit.Nolueruntq; diſperdere filij Iſrael Geſſuri & Machati:& habitauerunt in medio Iſrael uſque in præſen/ tem diem.Tribui autem Leui non dedit poſſeſsionem:ſed ſacrificia & uictimæ domini dei Iſrael,ipſa eſt eius hæreditas,ſicut locutus eſt illi.Dedit ergo Moyſes poſſeſsionem tribui C filiorum Ruben iuxta cognationes ſuas.Fuitq; terminus eorum ab Aroer,quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon,& in ualle eiuſdem torrentis media:uniuerſam planitiem quæ ducit Medaba.& Heſebon,cunctosq; uiculos earum qui ſunt in campeſtribus:Dibon quoq; & Bamothbaal & oppidum Baalmeon & Iaſſa & Cedimoth & Mephaath & Cariathaim & Sabama & Sarathaſar in monte conuallis.Bethphogor & Aſedoth,Phaſga & Beth/ ieſimoth.& omnes urbes campeſtres,uniuerſaq; regna Sehon regis Amorrhæi,qui regna uit in Heſebon,quem percuſsit Moyſes cum principibus Madian:Heuæum & Recem & Sur & Hur & Rebe duces Sehon habitatores terræ.Et Balaam filium Beor ariolum occi/ derunt filij Iſrael gladio cum cæteris interfectis.Factusq; eſt terminus filiorũ Ruben Ior/ danis fluuius.Hæc eſt poſſeſsio Rubenitarum per cognationes ſuas urbium & uiculorum.

Num. 18 c.

D Dedit itaq; Moyſes tribui Gad & filijs eius per cognationes ſuas poſſeſsionem,cuius hæc diuiſio eſt:Terminus Iazer,& omnes ciuitates Galaad, & dimidiã partem terræ filiorum Ammon:uſq; ad Aroer quæ eſt contra Rabba.& ab Heſebon uſq; Ramoth,Maſphe & Betonim:& à Manaim uſq; ad terminos Dabir.In ualle quoq; Betharam & Bethnemra & Socoth & Saphon reliquam partem regni Sehon regis Heſebon.huius quoq; finis,Ior danis eſt uſq; ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad orientalem pla/ gam.hæc eſt poſſeſsio filiorum Gad per familias ſuas & ciuitates & uillæ earum. Dedit & dimidiæ tribui Manaſſe,filijsq; eius iuxta cognationes ſuas poſſeſsionem,cuius hoc prin/ cipium eſt:A Manaim uniuerſam Baſan,& cuncta regna Og regis Baſan,omnesq; uicos Iair qui ſunt in Baſan:ſexaginta oppida.& dimidiã partem Galaad & Aſtaroth & Edrai urbes regni Og in Baſan:filijs Machir,filij Manaſſe dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes ſuas.Hanc poſſeſsionem diuiſit Moyſes in campeſtribus Moab,trans Iorda nem contra Iericho ad orientalem plagam.Tribui autem Leui non dedit poſſeſsionem, quoniam dominus deus Iſrael ipſe eſt poſſeſsio eius,ut locutus eſt illi.

CAP. XIIII

Repetitio partitionis terræ & quãtũ præ cæteris accepit Caleb

A HOc eſt quod poſſederunt filij Iſrael in terra Chanaan,quam dederunt eis Eleazar ſa cerdos,& Ioſue filius Nun,& principes familiarum per tribus Iſrael:ſorte omnia di/ uidentes,ſicut præceperat dominus in manu Moyſi,nouem tribubus & dimidiæ tribui.

Duabus enim tribubus & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem:absq; Leuitis,qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos,sed in eorum successerunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus,Manasse & Ephraim:nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem,nisi urbes ad habitandum,& suburbana earum ad alenda iumēta & pecora sua. Sicut B præceperat dominus Moysi,ita fecerunt filij Israel,& diuiserunt terram. Accesserunt itaq; filij Iuda ad Iosue in Galgala,locutusq; est ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus: Nosti quid locutus sit dominus ad Moysen hominē dei de me & te in Cadesbarne. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus domini de Cadesbarne,ut considerarem terram:nuntiauiq; ei quod mihi uerum uidebatur. Fratres autem mei qui ascenderant mecum,dissoluerunt cor populi:& nihilominus ego secutus sum dominum deum meum. Iurauitq; Moyses in die illo,dicens:Terra quam calcauit pes tuus,erit possessio tua C & filiorum tuorum in æternum:quia secutus es dominū deum meum. Concessit ergo dominus uitam mihi,sicut pollicitus est,usq; in præsentem diem. Quadraginta & quinq; anni sunt,ex quo locutus est dominus uerbum istud ad Moysen,quando ambulabat Israel per solitudinem:hodie octogintaquinq; annorum sum sic ualens,ut eo ualebam tempore quando ad explorandum missus sum:illius in me temporis fortitudo usque hodie perseuerat,tam ad bellandum quàm ad gradiendum. Da ergo mihi montem istum quem pollicitus est dominus,te quoq; audiente,in quo Enacim sunt,& urbes magnæ atque munitæ:si D fortè sit dominus mecum,& potuero delere eos,sicut promisit mihi. Benedixitq; ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem,atq; ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo usq; in præsentem diem:quia secutus est dominū deum Israel. Nomen Hebron,antè uocabatur Cariatharbe:Adā maximus ibi inter Enacim situs est:& terra cessauit à prœlijs.

Num.14 d

CAP. XV

Sortis filiorū Iudæ descriptio

IGitur sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit:A termino Edom usq; ad desertum Sin contra meridiem,& usq; ad extremam partem australis A plagæ.initium eius à summitate maris salsissimi,& à lingua eius quæ respicit meridiē. Egrediturq; contra ascensum scorpionis,& pertransit in Sina:ascenditq; in Cadesbarne,& peruenit in Esron,ascendens ad Addar,& circuiens Carcaa,atq; inde pertransiens in Asemona,& perueniens ad torrentē Ægypti:eruntq; termini eius mare magnum,hic erit finis meridianæ plagæ. Ab oriente uerò erit initium mare salsissimum usq; ad extrema Iordanis:& ea quæ respiciunt ad aquilonem à lingua maris usq; ad eundem Iordanis fluuium. ascenditq; terminus in Bethhagla,& transibit ab aquilone in Betharaba:ascendens ad lapidem Boen filij Ruben:& tendens usq; ad terminos Debera de ualle Achor,contra aquilonem B respiciens Galgala,quæ est ex aduerso ascensionis Adommim,ab australi parte torrentis: transitq; aquas quæ uocantur Fons solis:& erunt exitus eius ad fontem Rogel. ascenditq; per uallem filij Ennom ex latere Iebusæi ad meridiem,hæc est Ierusalem:& inde se erigēs ad uerticem montis,qui est contra Gehennom ad occidentem in summitate uallis Raphaim contra aquilonem. pertransitq; à uertice montis usque ad fontem aquæ Nephtoa:& peruenit usque ad uicos montis Ephron:inclinaturq; in Baala,quæ est Cariathiarim,id est urbs syluarum,& circuit de Baala contra occidentem,usque ad montem Seir:transitq; iuxta latus montis Iarim ad aquilonem in Cheslon:& descendit in Bethsames,transitq; in C Thamna.& peruenit contra aquilonem partis Accaron ex latere,inclinaturq; Sechrona, & transit montem Baala:peruenitq; in Iebneel,& magni maris contra occidētem fine concluditur. hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis. Caleb uerò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda,sicut præceperat ei dominus:Cariatharbe patris Enac,ipsa est Hebron. Deleuitq; ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac. Atq; inde conscendens uenit ad habitatores Dabir,quæ prius uocabatur Cariathsepher, id est ciuitas literarum. Dixitq; Caleb: Qui percusserit Cariathsepher,& ceperit eam,dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cepitq; eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior:deditq; ei Axam filiam suam uxorem. Qui cum D pergerent simul,suasa est à uiro suo ut peteret à patre suo agrum,suspirauitq; ut sedebat in asino

Iud.1 b

asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionem: terram australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaq; ei Caleb irriguum superius & inferius. Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas. Erantq; ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à meridie: Cabseel & Eder & Iagur & Cina & Dimona & Adada & Cedes & Asor & Iethnan, Ziph & Telen & Ba
E loth, Asor noua & Carioth: Hesron, hæc est Asor: Amam, Sama & Molada & Asergadda & Hassemon & Betphelet & Hasersual & Bethsabee & Baziothia & Baala & Iim & Esem & Eltholad & Cesil & Harma & Siceleg & Medemena & Sensenna, Lebaoth & Selim & Aen & Remon. omnes ciuitates uigintinouem, & uillæ earum. In campestribus uerò: Estaol & Sarea & Asena & Zanoe & Engannim & Taphua & Enaim & Ierimoth & Adullam, Socho & Azeca & Saraim & Adithaim & Gedera & Gederothaim: urbes quatuordecim, & uillæ earum. Sanan & Hadassa & Magdalgad, Delean & Masepha & Iecthel, Lachis & Bascath & Eglon, Chebbon & Leheman & Cethlis & Gideroth & Beth
F dagon & Naama & Maceda: ciuitates sedecim, & uillæ earum. Labana & Ether & Asan, Iephta & Esna & Nesib & Ceila & Achzib & Maresa: ciuitates nouem, & uillæ earum. Accaron cum uicis & uillulis suis. Ab Accaron usq; ad mare: omnia quæ uergunt ad Azotum & uiculos eius. Azotus cum uicis & uillulis suis. Gaza cum uicis & uillulis suis, usq; ad torrentem Ægypti: & mare magnum terminus eius. Et in monte: Samir & Iether & Socoth & Danna, & Cariathsenna, hæc est Dabir: Anab & Istemo & Anim, Gosen & Olon & Gilo: ciuitates undecim & uillæ earũ. Arab & Ruma & Esaan & Ianum & Beththaphua & Apheca, Athmatha, & Cariatharbe, hæc est Hebron: & Sior: ciuitates nouem & uillæ
G earum. Maon & Charmel & Ziph & Iota, Iezrael & Iucadam & Zanoe, Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates decem, & uillæ earum. Halhul & Bethsur & Gedor, Mareth & Beth anoth & Elthecon: ciuitates sex & uillæ earum. Cariathbaal, hæc est Cariathiarim urbs syluarum, & Arebba: ciuitates duæ, & uillæ earum. In deserto: Betharabba Meddin & Sachacha & Nebsan, & ciuitas salis, & Engaddi: ciuitates sex, & uillæ earum. Iebusæũ autem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitq; Iebusæus cum filijs Iuda in Ierusalem usq; in præsentem diem.

Ios. 19 a

CAP. XVI

Sors Ephraim quæ

A Cecidit quoq; sors filiorum Ioseph ab Iordane cõtra Iericho ad aquas eius, ab oriente: solitudo quæ ascendit de Iericho ad montem Bethel. & egreditur de Bethel Luzam: transitq; terminum Archiataroth. & descendit ad occidentem iuxta terminũ Iephleti, usq; ad terminos Bethhoron inferioris, & Gazer: finiũturq; regiones eius mari magno,
B possederuntq; filij Ioseph Manasses & Ephraim. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorum contra orientem Ataroth Addar usq; Bethhoron superiorem. Egrediunturq; confinia in mare: Machmethath uerò aquilonem respicit, & circuit terminos contra orientem in Thanathselo: & pertransit ab oriente Ianoe. descen
C ditq; de Ianoe in Ataroth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egrediturq; ad Iordanẽ. De Taphua pertransit contra mare in uallem arundineti, suntq; egressus eius in mare salsissimum. hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas. Vrbesq; separatæ sunt
D filijs Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, & uillæ earum. Et non interfecerũt filij Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer: habitauitq; Chananæus in medio Ephraim usq; in diem hanc tributarius.

CAP. XVII

Dimidiæ trib. Manasse & Salphaad filiarum sors
Num. 26 d 27 a. 36 a

A Cecidit autem sors tribui Manasse (ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit uir pugnator, habuitq; possessionem Galaad & Basan. & reliquis filiorum Manasse iuxta familias suas, filijs Abiezer, & filijs Helec, & filijs Esriel, & filijs Sechem, & filijs Hepher, & filijs Semida. isti sunt filij Manasse filij Ioseph, mares, per cognationes suas. Salphaad uerò filio Hepher filij Galaad filij Machir filij Manasse non erant filij, sed solæ filiæ: quarũ ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Venerũtq; in cõspectu Eleazari sacerdotis & Iosue filij Nun, & principum dicẽtes: Dominus præcepit per manum Moysi, ut daretur nobis possessio in medio

fratrum

fratrum noſtrorum. Deditq́ eis iuxta imperium domini poſſeſſionem in medio fratrũ pa
tris earum. Et ceciderunt funiculi Manaſſe, decem, abſq́ terra Galaad & Baſan trans Ior/ B
danem. Filiæ enim Manaſſe poſſederũt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem
Galaad cecidit in ſortem filiorum Manaſſe qui reliqui erant. Fuitq́ terminus Manaſſe ab
Aſer Machmathath, quæ reſpicit Sichem: & egreditur ad dextram iuxta habitatores fon
tis Taphuæ. Etenim in ſortẽ Manaſſe ceciderat terra Taphuę, quæ eſt iuxta terminos Ma
naſſe filiorum Ephraim. Deſcenditq́ terminus uallis arundineti in meridiem torrentis ciui
tatum Ephraim, quæ in medio ſunt urbium Manaſſe: terminus Manaſſe ab aquilone tor/
rentis, & exitus eius pergit ad mare: ita ut poſſeſſio Ephraim ſit ab auſtro, & ab aquilone
Manaſſe, & utranq́ claudat mare, & coniũgantur ſibi in tribu Aſer ab aquilone, & in tribu C
Iud. 1 c Iſſachar ab oriẽte. Fuitq́ hæreditas Manaſſe in Iſſachar & in Aſer, Bethſan & uiculi eius,
& Ieblaam cum uiculis ſuis, & habitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoq́ En/
dor cum uiculis ſuis: ſimiliterq́ habitatores Tenac cum uiculis ſuis, & habitatores Maged/
do cum uiculis ſuis, & tertia pars urbis Nopheth. Nec potuerunt filij Manaſſe has ciuita/
tes ſubuertere, ſed cœpit Chananæus habitare in terra iſta. Poſtquàm autẽ conualuerunt
filij Iſrael, ſubiecerunt Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerunt eos. Locu
tiq́ ſunt filij Ioſeph ad Ioſue, & dixerunt: Quare dediſti mihi poſſeſsionem ſortis & funi/
culi unius, cum ſim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi dominus? Ad quos Ioſue ait: D
Si populus multus es, aſcende in ſyluam, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi & Rapha/
im: quia anguſta eſt poſſeſsio montis Ephraim. Cui reſponderunt filij Ioſeph: Non poteri
mus ad montana conſcendere, cum ferreis curribus utantur Chananæi qui habitant in ter
ra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Bethſan cum uiculis ſuis, & Iezrael mediam poſſidẽs uallem.
Dixitq́ Ioſue ad domum Ioſeph & Ephraim & Manaſſe: Populus multus es & magnæ
fortitudinis, non habebis ſortem unam, ſed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi, atq́ pur/
gabis ad habitãdum ſpatia: & poteris ultrà procedere cum ſubuerteris Chananæũ, quem
dicis ferreos habere currus & eſſe fortiſſimum.

CAP. XVIII

Tabernaculũ in Silo erigi/tur, et reliquũ terræ occupa/tæ diſtribui/tur in cæteras ſeptem tribus

Congregatiq́ ſunt omnes filij Iſrael in Silo, ibiq́ fixerunt tabernaculum teſtimonij, A
& fuit eis terra ſubiecta. Remanſerunt autem filiorum Iſrael ſeptem tribus, quæ nec/
dum acceperant poſſeſsiones ſuas. Ad quos Ioſue ait: Vſquequo marcetis ignauia, & non
intratis ad poſsidendam terram, quam dominus deus patrum ueſtrorum dedit uobis? Eli
gite de ſingulis tribubus ternos uiros: ut mittam eos, & pergant atq́ circumeant terram, &
deſcribant eam iuxta numerum uniuſcuiuſq́ multitudinis: referantq́ ad me quod deſcri/
pſerint. Diuidite uobis terram in ſeptem partes: Iudas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga,
& domus Ioſeph ab aquilone: mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite: & huc
uenietis ad me, ut coram domino deo ueſtro mittã uobis hic ſortem: quia non eſt inter uos
pars Leuitarum, ſed ſacerdotium domini, eſt eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & di B
midia tribus Manaſſe iam acceperant poſſeſsiones ſuas trans Iordanem ad orientalẽ pla/
gam: quas dedit eis Moyſes famulus domini. Cumq́ ſurrexiſſent uiri ut pergerent ad de/
ſcribendam terram, præcepit eis Ioſue, dicens: Circuite terram, & deſcribite eam, ac reuer/
timini ad me: ut hic coram domino in Silo mittam uobis ſortem. Itaq́ perrexerunt: & lu/
ſtrantes eam, in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in uolumine. Reuerſiq́ ſunt ad Io/
ſue in caſtra Silo. Qui miſit ſortes coram domino in Silo, diuiſitq́ terram filijs Iſrael in
ſeptem partes. Et aſcendit ſors prima filiorum Beniamin per familias ſuas, ut poſsiderent
terram inter filios Iuda & filios Ioſeph. Fuitq́ terminus eorum contra aquilonem à Ior/
dane: pergens iuxta latus Iericho ſeptentrionalis plagæ, & inde contra occidentem ad C
montana conſcendens, & perueniens ad ſolitudinem Bethauen atque pertranſiens iuxta
Luzam ad meridiem, ipſa eſt Bethel: deſcenditq́ in Ataroth Addar, in montem qui
eſt ad meridiem Bethhoron inferioris. Et inclinatur circuiens contra mare ad meridi/
em montis qui reſpicit Bethhoron contra Africum: ſuntq́ exitus eius in Cariathba/
al, quæ uocatur & Cariathiarim, urbem filiorum Iuda. hæc eſt plaga contra mare ad
occiden

occidentem. A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & peruenit usq; ad fontem aquarum Nephtoa. Descenditq; in partem montis qui respicit uallem filiorum Ennom: & est contra septentrionalem plagam in extrema parte uallis Raphaim. Descenditq; Geennom, id est uallis Ennom, iuxta latus Iebusæi ad austrum: & per D uenit ad fontem Rogel, transiens ad aquilonem, & egrediens ad Ensemes, id est fontem solis: & pertransit usq; ad tumulos qui sunt eregione ascensus Adommim: descenditq; Aben boen, id est lapidem Boen filij Ruben. & pertransit ex latere aquilonis ad campestria: descenditq; in planitiẽ, & prætergreditur contra aquilonẽ Bethhagla: suntq; exitus eius contra linguam maris salsissimi ab aquilone in fine Iordanis ad australem plagam: qui est terminus illius ab oriente. hæc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. Fueruntq; ciuitates eius, Iericho & Bethhagla & uallis Casis, Betharaba & Samaraim & Bethel & Auim & Aphara & Ophera, uilla Hemona & Ophni & Gabee: ciuitates duodecim, & uillæ earum, Gabaon & Rama & Beroth & Mesphe & Caphara & Amosa & Recem, Iarephel & Tharela & Sela, Eleph & Iebus, quæ est Ierusalẽ, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & uillæ earum. Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta familias suas.

CAP. XIX

Quid sorte obtigerit Simeon, Zabulõ Issachar, Aser Nephthali, Dan

A ET egressa est sors secunda filiorũ Simeon per cognationes suas: fuitq; hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda: Bersabee & Sabee & Molada & Hasersual, Bala & Asem & Eltholad, Bethulharma & Siceleg & Bethmarchaboth & Hasersusa & Bethlebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & uillæ earum. Ain & Remmon & Athar & Asan: ciuitates quatuor, & uillæ earum. omnes uiculi per circuitum urbium istarum usq; ad Baalad, Beerramath contra australem plagam. hæc est hæreditas filiorũ Simeon iuxta cognationes suas, in possessione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & idcirco filij Simeon possederunt in medio hæreditatis eorum. Ceciditq; sors tertia filiorũ Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis eorum usq; Sarid. Ascẽditq; de mari & Merala, & peruenit in Debbaseth: usq; ad torrentem, qui est contra Ieconam. Et reuertitur de Sarid contra orientem in finem Cheseleththabor: & egreditur ad Dabereth, ascenB ditq; contra Iaphie. Et inde pertransit usq; ad oriẽtalem plagam Gethhepher & Tacasin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa. Et circuit ab aquilone Hanathon: suntq; egressus eius uallis Iephtahel & Cateth & Naalol & Semeron & Iedala & Bethlehem: ciuitates duodecim, & uillæ earum. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Zabulon per cognatiões suas, urbes, & uiculi earum. Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas: fuitq; eius hæreditas Iezrael & Casaloth & Sunem & Hapharim & Seon & Anaharath & Rabboth & Cesion, Abes & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethpheses. Et peruenit terminus eius usq; Thabor & Sehesima & Bethsemes: erantq; exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, & uillæ earum. Hæc est possesio filiorũ Issachar per cognationes suas, urbes, & uiculi earum. Ceciditq; sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas: fuitq; terminus eorum Halcath & Chali & Beten & Axaph & Elmelech & Amaad & Messal: & perueC nit usque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath. Ac reuertitur contra orientem Bethdagon: & pertransit usque Zabulon & uallem Iephtahel contra aquilonem in Bethhemec & Nehiel. Egrediturq; ad leuam Cabul & Abran & Rohob & Hamon & Cana, usque ad Sidonem magnam: reuerti turq; in Horma usque ad ciuitatem munitissimam Tyrum & usque Hosa: eruntq; exitus eius in mare de funiculo Achziba: & Amma & Aphec & Rohob: ciuitates uigintiduæ, & uillæ earum. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas, urbesq; & uiculi earum. Filiorum Nephthali sexta pars cecidit per familias suas: & cœpit terminus de Heleph & Elon in Saananim & Adami, quæ est Neceb, & Iebnael usque Lecum: & egressus eorum usque ad Iordanem, reuerti turq; terminus contra occidentem in Azanoththabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertransit in Zabulon contra meridiem, & in Aser contra occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum solis. ciuitates munitissimæ, Assedim, Ser & Ammath & Reccath & Cenereth & Edema

Gen. 49 b

&Ara

& Arama, Asor & Cedes & Edrai, Enhasor & Ieron & Magdalel, Horem & Bethanath & Bethsames: ciuitates decem & nouem, & uillæ earum. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas, urbes & uiculi earum. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima: & fuit terminus possessionis eius Saraa, & Estaol, & Hirsemes, id est ciuitas solis: Selebin & Aialon & Iethela, Elon & Themna & Acron, Elthece, Gebbethon & Baalath & Iud & Bane & Barac & Gethremmon: & aquæ Iercon & Arecon, cum termino qui respicit Ioppen, & ipso fine concluditur. Ascenderuntq; filij Dan, & pugnauerunt contra Lesem, ceperuntq; eam: & percusserunt eam in ore gladij, & possederunt, & habitauerunt in ea uocantes nomen eius Lesemdan, ex nomine Dan patris sui. Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognatiões suas, urbes & uiculi earum. Cumq; complesset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui, iuxta præceptum domini, urbem quam postulauit, Thamnathsaraa in monte Ephraim: & ædificauit ciuitatem, habitauitq; in ea. Hæ sunt possessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram domino ad ostium tabernaculi testimonij, partitiq; sunt terram.

D

CAPVT XX

Ciuitates refugij constituuntur

ET locutus est dominus ad Iosue, dicens: Loquere filijs Israel, & dic eis, Separate urbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad uos per manum Moysi, ut confugiat ad eas quicunq; animam percusserit nescius: & possit euadere iram proximi qui ultor est sanguinis, cum ad unam harum confugerit ciuitatum: stabitq; ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus urbis illius ea quæ se comprobent innocentem: sicq; suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Cumq; ultor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percussit proximum eius, nec ante biduum triduúm ue eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum suam, de qua fugerat. Decreuerũtq; Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebrõ in monte Iuda. Et trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho, statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hæ ciuitates constitutæ sunt cunctis filijs Israel & aduenis qui habitabant inter eos: ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem uindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

A B C D

Deut. 4 g

CAPVT XXI

Quæ ciuitates ac suburbia Leuitis permissa

ACcesseruntq; principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationũ per singulas tribus filiorum Israel: locutiq; sunt ad eos in Silo terræ Chanaan, atq; dixerunt: Dominus præcepit per manum Moysi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntq; filij Israel de possessiõibus suis iuxta imperium domini, ciuitates & suburbana earum. Egressaq; est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim. Et reliquis filiorum Caath, id est Leuitis qui superfuerant de tribubus Ephraim & Dan & dimidiæ tribus Manasse, ciuitates decem. Porrò filijs Gerson egressa est sors, ut acciperent de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiaq; tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon urbes duodecim. Dederuntq; filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum, sicut præcepit dominus per manum Moysi singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: quarum ista sunt nomina filijs Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est) Cariatharbe patris Enac, quæ uocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. Agros uerò & uillas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filijs Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem, ac suburbana eius: & Lobnam cum suburbanis

A B

banis suis:& Iether & Esthemo & Holon & Dabir & Ain & Ieta & Bethsames,cum sub/urbanis suis:ciuitates nouem de tribubus,ut dictum est,duabus.De tribu autem filiorum Beniamin,Gabaon & Gabae & Anathoth & Almon,cum suburbanis suis:ciuitates qua/tuor.Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotum tredecim,cum suburbanis suis. Reliquis uerò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc est data possessio:De tri/bu Ephraim urbes confugij Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim,& Gazer & Cibsaim & Bethhoron,cum suburbanis suis,ciuitates quatuor.De tribu quoque Dan:El/theco & Gabathon & Aialon & Gethremmon,cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porrò de dimidia tribu Manasse,Thanach & Gethremmon,cum suburbanis suis,ciuita/

C tes duæ.Omnes ciuitates decem,& suburbana earum datæ sunt filijs Caath inferioris gra/dus.Filijs quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuita/tes,Gaulon in Basan & Bosram,cum suburbanis suis,ciuitates duas.Porrò de tribu Issa/char:Cesion & Dabereth & Iaramoth & Engannim,cum suburbanis suis,ciuitates qua/tuor.De tribu autem Aser:Messal & Abdon & Helcath & Rohob,cum suburbanis suis, ciuitates quatuor.De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij,Cedes in Galilæa & Am/mothdor & Carthan,cum suburbanis suis,ciuitates tres.Omnes urbes familiarum Ger/son,tredecim,cum suburbanis suis.Filijs autem Merari Leuitis inferioris gradus per fami/lias suas data est de tribu Zabulon,Iechnam & Cartha & Damna & Naalol,ciuitates quatuor cum suburbanis suis.De tribu Gad ciuitates confugij,Ramoth in Galaad,& Ma

D naim & Hesebon & Iazer,ciuitates quatuor,cum suburbanis suis.De tribu Ruben ultrà Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine,Misor & Iazer & Iethson & Mephaath,ciuitates quatuor cum suburbanis suis.Omnes urbes filiorum Merari per familias & cognationes suas,duodecim.Itaque ciuitates uniuersæ Leuitarum in medio pos/sessionis filiorum Israel fuerunt quadragintaocto cum suburbanis suis,singulæ per fami/lias distributæ.Deditque dominus deus Israeli omnem terram,quam traditurū se patribus eorum iurauerat:& possederunt illam,atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes:nullusque eis hostium resistere ausus est,sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt.Ne unum quidem uerbum quod illis præstiturum se esse promise/rat,irritum fuit,sed rebus expleta sunt omnia.

Gen.17 a

CAP. XXII

Duæ tribus cū dimidia remis/si ad sua con/struunt ingēs altare domino.

A Eodem tempore uocauit Iosue Rubenitas & Gadditas,& dimidiam tribum Manas/se,dixitque ad eos:Fecistis omnia quæ præcepit uobis Moyses famulus domini:mihi quoque in omnibus obedistis:nec reliquistis fratres uestros longo tempore,usque in præsen/tem diem,custodientes imperium domini dei uestri.Quia igitur dedit dominus deus ue/ster fratribus uestris quietem & pacem,sicut pollicitus est:reuertimini,& ite in tabernacula uestra,& in terram possessiōis quam tradidit uobis Moyses famulus dn̄i trans Iordanem: ita duntaxat,ut custodiatis attentè & opere compleatis mandatum & legem quam præce/pit uobis Moyses famulus domini,Vt diligatis dominum deum uestrum,& ambuletis in omnibus uijs eius,& obseruetis mandata illius,adhæreatisque ei,ac seruiatis in omni corde

B & in omni anima uestra.Benedixitque eis Iosue,& dimisit eos.Qui reuersi sunt in tabernacu/la sua.Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan:& idcirco mediæ quæ superfuit,dedit Iosue sortem inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad oc/cidentalem eius plagam.Cumque dimitteret eos in tabernacula sua,& benedixisset eis,dixit ad eos:In multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes uestras,cum argento & auro, ære ac ferro,& ueste multiplici:diuidite prædam hostium cum fratribus uestris.Reuersique sunt,& abierunt filij Ruben & filij Gad & dimidia tribus Manasse,à filijs Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan,ut intrarent Galaad terram possessionis suæ,quam obtinuerant iuxta imperium domini in manu Moysi.Cumque uenissent ad tumulos Iordanis in ter/

C ram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse altare in terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios

filios Iſrael:conuenerunt omnes in Silo,ut aſcēderent & dimicarent contra eos.Et interim miſerunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari ſacerdotis,& decem principes cum eo,ſingulos de ſingulis tribubus.Qui uenerunt ad filios Ruben,& Gad,& dimidiæ tribus Manaſſe in terrā Galaad,dixeruntq́ ad eos:Hæc mandat omnis populus domini: Quæ eſt iſta tranſgreſſio?Cur reliquiſtis dominum deum Iſrael,ædificantes altare ſacrilegum,& à cultu illius recedētes?An parum uobis eſt,quòd peccaſtis in Beelphegor,& uſq; in præſentē diem macula huius ſceleris in nobis permanet,multiq́ de populo corruerunt? Et uos hodie reliquiſtis dominum,& cras in uniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet.Quòd ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſſionis ueſtræ,tranſite ad terram in qua tabernaculū domini eſt,& habitate inter nos:tantū ut à domino,& à noſtro conſortio non recedatis,ædificato altari præter altare domini dei ueſtri.Nónne Achan filius Zare præterijt mandatū domini,& ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit?Et ille erat unus homo,atq; utinam ſolus perijſſet in ſcelere ſuo.Reſpōderuntq́ filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſe principibus legationis Iſrael: Fortiſſimus deus dominus,fortiſſimus deus dominus ipſe nouit,& Iſrael ſimul intelliget:ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus,non cuſtodiat nos,ſed puniat nos in præſenti:& ſi ea mente fecimus,ut holocauſta & ſacrificiū & pacificas uictimas ſuper eo imponeremus,ipſe quærat & iudicet:& non ea magis cogitatione atq; tractatu,ut diceremus,Cras dicent filij ueſtri filijs noſtris,Quid uobis & domino deo Iſrael?terminum poſuit dominus inter nos & uos ô filij Ruben & filij Gad Iordanem fluuium:& idcirco partem non habetis in domino.Et per hanc occaſionem auertent filij ueſtri filios noſtros à timore domini. Putauimus itaq; melius,& diximus:Extruamus nobis altare,non in holocauſta neq; ad uictimas offerendas,ſed in teſtimonium inter nos & uos,& ſobolem noſtram ueſtramq́ progeniem,ut ſeruiamus domino,& iuris noſtri ſit offerre & holocauſta & uictimas & pacificas hoſtias:& nequaquam dicant cras filij ueſtri filijs noſtris,Non eſt uobis pars in domino.Quod ſi uoluerint dicere,reſpondebunt eis: Ecce altare domini quod fecerunt patres noſtri,non in holocauſta neq; in ſacrificium,ſed in teſtimonium noſtrum ac ueſtrum.Abſit à nobis hoc ſcelus ut recedamus à domino,& eius ueſtigia relinquamus extructo altari ad holocauſta & ſacrificia,& uictimas offerēdas, præter altare domini dei noſtri quod extructum eſt ante tabernaculum eius.Quibus auditis,Phinees ſacerdos,& principes legationis Iſrael,qui erant cum eo,placati ſunt:& uerba filiorum Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe,libentiſſimè ſuſceperunt.Dixitq́ Phinees filius Eleazari ſacerdos ad eos:Nunc ſcimus quòd nobiſcum ſit dominus,quoniā alieni eſtis à prçuaricatione hac,& liberaſtis filios Iſrael de manu domini.Reuerſusq́ eſt cum principibus à filijs Ruben & Gad de terra Galaad,in terram Chanaan ad filios Iſrael,& retulit eis.Placuitq́ ſermo cunctis audientibus.Et laudauerunt deum filij Iſrael,& nequaquam ultrà dixerunt ut aſcenderent contra eos atq; pugnarent,& delerent terram poſſeſſionis eorum.Vocaueruntq́ filij Ruben & filij Gad altare quod extruxerant,Teſtimonium noſtrum quòd dominus ipſe ſit deus.

Gen.31 g Deut.30 d

CAPVT XXIII

Ioſue iā morti uicinus inſtruit populū quo pacto ſe gerant ut placeant domino

EVoluto autem multo tempore,poſtquàm pacem dederat dominus Iſraeli,ſubiectis in gyro nationibus uniuerſis,& Ioſue iam longæuo,& perſenilis ætatis,uocauit Ioſue omnem Iſraelem,maioresq́ natu & principes ac duces & magiſtros,dixitq́ ad eos:Ego ſenui,& progreſſioris ætatis ſum:uosq́ cernitis omnia quæ fecerit dominus deus ueſter cūctis per circuitum nationibus,quomodo pro uobis ipſe pugnauerit:& nūc quia uobis ſorte diuiſi omnem terram,ab orientali parte Iordanis uſque ad mare magnum,multæq́ adhuc ſuperſunt nationes:dominus deus ueſter diſperdet eas,& auferet à facie ueſtra,& poſſidebitis terram earum,ſicut uobis pollicitus eſt.tantum confortamini,& eſtote ſolliciti ut cuſtodiatis cūcta quę ſcripta ſunt in uolumine legis Moyſi:& non declinetis ab eis neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram:ne poſtquàm intraueritis ad gentes,quæ inter uos futuræ ſunt,iuretis in nomine deorū earum,& ſeruiatis eis,& adoretis illos:Sed adhæreatis domino deo ueſtro,quod feciſtis uſq; in diem hāc.Et tunc auferet dñs deus in conſpectu ueſtro

C gentes magnas & robustissimas, & nullus uobis resistere poterit. Vnus ē uobis persequetur hostium mille uiros: quia dominus deus uester pro uobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligentissime præcauete, ut diligatis dominū deum uestrum. Quòd si uolueritis gentium harum quæ inter uos habitāt, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia atq; amicitias copulare: iam tunc scitote quòd dominus deus uester non eas delebit ante faciem uestram, sed erunt uobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere uestro, & sudes in oculis uestris, donec uos auferat atq; disperdat de terra hac optima quam

D tradidit uobis. En ego hodie ingredior uiam uniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis quòd de omnibus uerbis quę se dominus præstiturum uobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta uenerunt: sic adducet super uos quicquid malorum comminatus est, donec uos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit uobis, eo quòd præterieritis pactum domini dei uestri, quod pepigit uobiscum, & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: cito atq; uelociter consurget in uos furor domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit uobis.

CAPVT XXIIII

Cōmemoratis dei beneficijs, & fœdere cū domino renouato, moritur Iosue & Eleazar

A Congregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & uocauit maiores natu ac principes & iudices & magistros: steteruntq; in conspectu domini, & ad populum sic locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel, Trans fluuium habitauerunt patres uestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: seruieruntq; dijs alienis. Tuli ergo patrem uestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum in terram Chanaan: multiplicauiq; semen eius, & dedi ei Isaac: illiq; rursum dedi Iacob & Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum: Iacob uerò & filij eius descenderunt in Ægyptum. Misiq; Moysen & Aaron, & percussi Ægyptum multis signis atq; portentis. Eduxiq; uos & patres uestros

Gen.21 a.25 d 36 a.46 a Exo.7

B de Ægypto, & uenistis ad mare: persecutiq; sunt Ægyptij patres uestros cum curribus & equitatu, usq; ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filij Israel: qui posuit tenebras inter uos & Ægyptios: & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi uestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore: & introduxi uos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanem. Cumq; pugnarent contra uos, tradidi eos in manus uestras, & possedistis terram eorum, atq; interfecistis eos. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelem. Misitq; & uocauit Balaā filium Beor, ut malediceret uobis: & ego nolui audire eum, sed econtrario per illum

Num.22 a

C benedixi uobis, & liberaui uos de manu eius. Trāsistisq; Iordanem, & uenistis ad Iericho. Pugnaueruntq; contra uos uiri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus: & tradidi illos in manus uestras. Misiq; ante uos crabrones: & eieci eos de locis suis duos reges Amorrhæorum, non in gladio & in arcu tuo. Dediq; uobis terram in qua non laborastis, & urbes quas non ædificastis, ut habitaretis in eis, uineas & oliueta quæ non plantastis. Nunc ergo timete dominum, & seruite ei perfecto corde atq; uerissimo: & auferte deos quibus seruierunt patres uestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite domino. Sin autem malum uobis uidetur ut domino

D seruiatis, optio uobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potissimū debeatis, utrum dijs quibus seruierunt patres uestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus domino. Responditq; populus, & ait: Absit à nobis ut relinquamus dominum, & seruiamus dijs alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de terra Ægypti de domo seruitutis: fecitq; uidentibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni uia per quam ambulauimus, & in cūctis populis per quos transiuimus. Et eiecit uniuersas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino, quia ipse est deus noster. Dixitq; Iosue ad populum: Non poteritis seruire domino: deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec

E ignoscet sceleribus uestris atque peccatis. Si dimiseritis dominum, & seruieritis dijs alienis, conuertet se & affliget uos, atque subuertet postquàm uobis præstiterit bona. Dixitq; populus

pulus ad Iosue: Nequaquam ita ut loqueris erit, sed domino seruiemus. Et Iosue ad populum: Testes, inquit, uos estis: quia ipsi elegeritis uobis dominum, ut seruiatis ei. Responderuntque: Testes. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio uestri, & inclinate corda uestra ad dominum deum Israel. Dixitque populus ad Iosue: Domino deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. Scripsit quoque omnia uerba hæc in uolumine legis domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum, En lapis iste erit uobis in testimonium quòd audierit omnia uerba domini quæ locutus est uobis: ne fortè postea negare uelitis: & mentiri domino uestro. Dimisitque populum singulos in possessionem suam. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus domini, centum & decem annorum: sepelierûtque eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare, quæ sita est in monte Ephraim, à septentrionali parte montis Gaas. Seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo uixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Israel. Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

4 Reg. 23 b

Gen. 50 d

F

G

LIBER IVDICVM

HEBRAICE

שופטים

A OST MORTEM IOSVE consuluerunt filij Israel dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitq; dominus: Iudas ascendet: ecce tradidi terram in manus eius. Et ait Iudas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, ut & ego pergam tecum in sorte tua. Et abijt cum eo Simeon. Ascenditq; Iudas, & tradidit dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem millia uirorum. Inueneruntq; Adonibezec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac B percussesrũt Chananæum & Pherezæum. Fugit autem Adonibezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. Dixitq; Adonibezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Adduxeruntq; eum in Hierusalẽ, & ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filij Iuda Hierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem in campestribus. Pergensq; Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron (cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe) percussit Sesai, Ahiman, & Tholmai: atq; inde profectus abijt ad habitatores Dabir, cuius nomen uetus erat Cariathsepher, id est ciuitas literarum. Dixitq; Caleb: Qui percusserit Cariathsepher, & uastauerit eam, dabo ei Axam filiam meã uxorem. Cumq; cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. Quam pergentẽ in itinere monuit uir suus, ut peteret à patre suo agrum. Quæ cũ suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes? At illa respondit: Da mihi D benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum, cum filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. Abijt autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserũt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatumq; est nomen urbis, Horma, id est anathema. Cepitq; Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atq; Accaron cum terminis suis. Fuitq; dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit de- E lere habitatores uallis, quia falcatis curribus abundabant. Dederuntq; Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses: qui deleuit ex ea tres filios Enac. Iebusæum autem habitatorem Hierusalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauitq; Iebusæus cum filijs Beniamin in Hierusalem usq; in præsentem diem. Domus quoq; Ioseph ascẽdit in Bethel, fuitq; dominus cum eis. Nam cum obsiderent urbem, quæ prius Luza uocabatur, uiderũt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntq; ad eum: Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladij: hominẽ au F tem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus, abijt in terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, uocauitq; eam Luzam: quæ ita appellatur usque in præsentem diem. Manasses quoq; non deleuit Bethsan, & Tanach cũ uiculis suis, & habitatores Dor & Ieblaam & Mageddo cum uiculis suis, cœpitq; Chananæus habitare cum eis. Postquã autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabulon non deleuit habitatores Citron & Naalol: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusq; est ei tributarius

Præfectus populo Iudas, capit Chananæos & Hierusalem, parcitq; Chananæis cõtra iussum domini tributarijs factis

Deut. 34 d

butarius. Aser quoq; non deleuit habitatores Accho & Sidonis, Ahalab & Achazib & Helba & Aphec & Rohob, habitauitq; in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephthali quoq; non deleuit habitatores Bethsemes & Bethanath, & habitauit inter Chananæum habitatorem terræ, fueruntq; ei Bethsemitæ & Bethanitæ tributarij. Artauitq; Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum ut ad planiora descenderet: habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur testatio, in Aialon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu scorpionis Petra, & superiora loca.

CAP. II

Israelitæ ab ãgelo domini increpantur, fiunt idololatræ, et hostib. subduntur

AScenditq; angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi uos de Ægypto, & introduxi in terram pro qua iuraui patribus uestris: & pollicitus sum ut non facerem irritum pactum meum uobiscum in sempiternum: ita dũtaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum subuerteretis: & noluistis audire uocem meam. cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos à facie uestra: ut habeatis hostes, & dij eorum sint uobis in ruinam. Cumq; loqueretur angelus domini hæc uerba ad omnes filios Israel, eleuauerunt uocem suam, & fleuerunt. Et uocatum est nomen loci illius, Flentium siue lachrymarum: immolaueruntq; ibi hostias domino. Dimisit ergo Iosue populũ, & abierunt filij Israel unusquisq; in possessionem suam, ut obtinerent eam: seruieruntq; domino cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum uixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini quæ fecerat cum Israel. Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus domini, centum & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathhares in monte Ephraim, à septentrionali plaga montis Gaas. Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui non nouerunt dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. Feceruntq; filij Israel malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim. Ac dimiserunt dominum deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoq; populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt dominum, dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & uendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quocunq; pergere uoluissent, manus domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & uehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dominus iudices qui liberarent eos de uastantium manibus: sed nec eos audire uoluerunt, fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt uiam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata domini, omnia fecere contraria. Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde uastantium. Postquàm autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora quàm fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & uiam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusq; est furor domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & uocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est: ut in ipsis experiar Israel, utrum custodiant uiam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dominus omnes nationes has, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

Iosu. 24 g

CAPVT III

Quantũ negotij Israelitis fa cesserint gentes relictæ, & quõ nunc seruierint, nunc rursum imperauerint

HÆ sunt gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, omnes qui non nouerant bella Chananæorum: & postea disceret filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prœliandi: quinque satrapas Philistinorum, omnemq; Chananæum & Sidonium atq; Heuæum qui habitabant in monte Libano, de monte Baalhermon usq; ad introitum Emath. Dimisitq; eos, ut in ipsis experiretur Israelem utrum audirent mandata domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi &

uæi & Iebusæi:& duxerunt uxores filias eorum,ipsiq; filias suas filijs eorum tradiderũt,& seruierunt dijs eorum.Feceruntq; malum in cõspectu domini,& obliti sunt dei sui,seruientes Baalim & Astaroth.Iratusq; contra Israel dominus,tradidit eos in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ,seruieruntq; ei octo annis.Et clamauerũt ad dominum,qui suscitauit eis saluatorem,& liberauit eos,Othoniel uidelicet filium Cenez,fratrem Caleb

B minorem:fuitq; in eo spiritus domini,& iudicauit Israel.Egressusq; est ad pugnam,& tradidit dominus in manus eius Chusanrasathaim regem Syriæ,& oppressit eum.Quieuitq; terra quadraginta annis,& mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem filij Israel facere malũ in conspectu domini:qui cõfortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in cõspectu eius.Et copulauit sibi filios Ammon,& Amalec:abijtq; & percussit Israel,atq; possedit urbẽ palmarum.Seruieruntq; filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis:& postea clamauerunt ad dominum:qui suscitauit eis saluatorem uocabulo Aod,filium Gera filij Iemini,qui utraq; manu pro dextera utebatur.Miseruntq; filij Israel per illum munera Eglon regi Moab.Qui fecit sibi gladium ancipitem,habẽtem in medio capulum longitudinis palmæ manus,& accinctus est eo subter sagum in dextro

C femore.Obtulitq; munera Eglon regi Moab.Erat autẽ Eglon crassus nimis.Cumq; obtulisset ei munera,prosecutus est socios qui cũ eo uenerant.Et reuersus de Galgalis,ubi erant idola,dixit ad regem:Verbum secretũ habeo ad te,ô rex.Et ille imperauit silentium:egressisq; omnibus qui circa eum erant,ingressus est Aod ad eum.sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus,dixitq;:Verbum dei habeo ad te.Qui statim surrexit de throno.Extenditq; Aod sinistram manum,& tulit sicam de dextro femore suo,infixitq; eam in uentrem eius tam ualidè ut capulus sequeretur ferrũ in uulnere,ac pinguissimo adipe stringeretur.Nec eduxit gladium,sed ita ut percusserat,reliquit in corpore,statimq; per secreta naturæ alui stercora proruperunt.Aod autem clausis diligentissimè ostijs cœnaculi,& obfirmatis sera per posticum egressus est.Seruiq; regis ingressi uiderunt clausas fores cœnaculi,atq; dixe-

D runt:Forsitan purgat aluum in æstiuo cœnaculo.Expectantesq; diu donec erubescerẽt,& uidentes quòd nullus aperiret,tulerunt clauem:& aperientes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum.Aod autem dum illi turbarentur,effugit,& pertransiit locum idolorum unde reuersus fuerat.Venitq; in Seirath:& statim insonuit buccina in monte Ephraim:descenderuntq; cum eo filij Israel,ipso in fronte gradiente.Qui dixit ad eos:Sequimini me:tradidit enim dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras.Descenderuntq; post eum,& occupauerunt uada Iordanis quæ transmittunt in Moab:& non dimiserunt transire quẽquam,sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem millia,omnes robustos & fortes uiros.nullus eorum euadere potuit.Humiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel:& quieuit terra octoginta annis. Post hunc fuit Samgar filius Anath,qui percussit de Philistijm sexcentos uiros uomere:& ipse quoq; defendit Israel.

1 Reg.3 e

CAP. IIII

Israelitæ iterũ ad idola deficiẽtes in seruitutẽ aguntur, eos Debora,prophetissa auxilio Barac liberat, & Iahel occidit Sisarã

A ADdideruntq; filij Israel facere malum in conspectu domini post mortem Aod,& tradidit illos dominus in manus Iabin regis Chanaan,qui regnauit in Asor:habuitq; ducem exercitus sui nomine Sisaram,ipse autem habitabat in Haroseth gentium.Clamaueruntq; filij Israel ad dominum.nongentos enim habebat falcatos currus,& per uiginti annos uehementer oppresserat eos.Erat autem Debora prophetis uxor Lapidoth,quæ iudicabat populum in illo tempore.Et sedebat sub palma,quæ nomine illius uocabatur,inter Rama & Bethel in monte Ephraim:ascendebantq; ad eam filij Israel in omne iudicium.Quæ misit,& uocauit Barac filium Abinoem de Cedes Nephthali:dixitq; ad eum:Præcepit tibi dominus deus Israel,Vade,& duc exercitum in montem Thabor,tollesq; tecum decem millia pugnatorum de filijs Nephthali,& de filijs Zabulõ:ego

B autem adducam ad te in loco torrẽtis Cison,Sisaram principem exercitus Iabin,& currus eius,atq; omnem multitudinem,& tradam eos in manu tua.Dixitq; ad eam Barac:Si uenis mecum,uadam:si nolueris uenire mecum,nõ pergam.Quæ dixit ad eum:Ibo quidem tecum:sed in hac uice uictoria non reputabitur tibi,quia in manu mulieris tradetur Sisara.

Surrexit itaq; Debora,& perrexit cum Barac in Cedes. Qui accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu suo. Haber autem Cinæus recesserat quondam à cæteris Cinæis fratribus suis filijs Hobab, cognati Moysi:& tetenderat tabernacula usq; ad uallem quę uocatur Sennim,& erat iuxta Cedes. Nuntiatumq; est Sisaræ quòd ascendisset Barac filius Abinoem, in montem Thabor:& congregauit nongentos falcatos currus,& omnem exercitū de Haroseth gentium ad torrentem Cison. Dixitq; Debora ad Barac: Surge, hæc est enim dies in qua tradidit dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaq; Barac de monte Thabor,& decem millia pugnatorum cum eo. Perterruitq; dominus Sisaram & omnes currus eius, uniuersamq; multitudinem in ore gladij ad cōspectum Barac: intantum ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret,& Barac persequeretur fugiētes currus,& exercitum usq; ad Haroseth gentium,& omnis hostium multitudo usq; ad internecionem caderet. Sisara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel uxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Asor,& domum Haber Cinæi. Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad me, domine mi: intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius,& opertus ab ea pallio, dixit ad eam: Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio ualde. Quæ aperuit utrem lactis,& dedit ei bibere,& operuit illum. Dixitq; Sisara ad eā: Sta ante ostium tabernaculi:& cum uenerit aliquis interrogans te,& dicens: Nūquid hic est aliquis? respondebis, Nullus est. Tulit itaque Iahel uxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum:& ingressa abscondite,& cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussumq; malleo defixit in cerebrum usq; ad terram: qui soporem morti socians defecit,& mortuus est. Et ecce Barac sequens Sisaram ueniebat: egressaq; Iahel in occursum eius, dixit ei: Veni,& ostendam tibi uirum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, uidit Sisaram iacentem mortuum,& clauum infixum in tempore eius. Humiliauit ergo deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filijs Israel: qui crescebant quotidie,& forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

Num.10 d

CAPVT V

Epinicion Deboræ ac Barac

Ecineruntq; Debora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes:

Qui sponte obtulistis de Israel animas uestras ad periculum, benedicite domino.

Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ domino canam, psallam domino deo Israel.

Domine cum exires de Seir,& transires per regiones Edom, terra mota est, cœliq; ac nubes distillauerunt aquis.

Montes fluxerunt à facie domini,& Sinai à facie domini dei Israel.

In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerunt semitæ:& qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

Cessauerūt fortes in Israel,& quieuerūt: donec surgeret Debora, surgeret mater ī Israel.

Noua bella elegit dominus,& portas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.

Cor meum diligit principes Israel: qui propria uoluntate obtulistis uos discrimini, benedicite domino.

Qui ascenditis super nitentes asinos,& sedetis supra in iudicio,& ambulatis in uia, loquimini.

Vbi collisi sunt currus,& hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitię domini,& clemētiæ fortis Israel: tunc descēdit populus domini ad portas,& obtinuit principatum.

Surge, surge Debora: surge, surge,& loquere canticum. surge Barac,& apprehende captiuos tuos fili Abinoem. Saluatæ sunt reliquiæ populi, dominus in fortibus dimicauit.

Ex Ephraim deleuit eos in Amalec,& post eum ex Beniamin in populos tuos, ô Amalec: de Machir principes descēderunt,& de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandū.

Duces Issachar fuere cum Debora,& Barac uestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrū se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben, magnanimorū reperta est contentio.

Quare habitas inter duos terminos,ut audias sibilos gregum?diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

C Galaad trans Iordanem quiescebat,& Dan uacabat nauibus:Aser habitabat in littore maris,& in portubus morabatur.

Zabulon uerò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.

Venerunt reges,& pugnauerunt:pugnauerũt reges Chanaan in Tanach,iuxta aquas Mageddo:& tamen nihil tulere prædantes.

De cœlo dimicatum est contra eos:stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.

Torrens Cison traxit cadauera eorum,torrens Cadumim,torrens Cison:conculca anima mea robustos.

Vngulæ equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.

Maledicite terræ Meroz,dixit angelus domini,maledicite habitatoribus eius,quia non uenerunt ad auxilium domini,in adiutorium fortissimorum eius.

D Benedicta inter mulieres Iahel uxor Haber Cinæi,& benedicatur in tabernaculo.

Aquam petenti,lac dedit,& in phiala principum obtulit butyrum.

Sinistram manum misit ad clauum,& dextram ad fabrorum malleos,percussitꝗ́ Sisaram,quærens in capite uulneri locum,& tempus ualidè perforans.

Inter pedes eius ruit,defecit,& mortuus est:uoluebatur ante pedes eius.& iacebat exanimis & miserabilis.

Per fenestram respiciens,ululabat mater eius:& de cœnaculo loquebatur:Cur moratur regredi currus eius?quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?

Vna sapientior cæteris uxoribus eius,hæc socrui uerba respondit:Forsitan nunc diuidit spolia,& pulcherrima fœminarum eligitur ei:uestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam,& supellex uaria ad ornanda colla congeritur.

Sic pereant omnes inimici tui domine:qui autem diligunt te,sicut sol in ortu suo splendet,ita rutilent.

Quieuitꝗ́ terra per quadraginta annos. CAP. VI

A FEcerunt autem filij Israel malum in conspectu domini:qui tradidit illos in manu Madian septem annis,& oppressi sunt ualde ab eis.Feceruntꝗ́ sibi antra & speluncas in montibus,& munitissima ad repugnandũ loca.Cumꝗ́ seuisset Israel,ascendebat Madian & Amalec,cæteriꝗ́ orientalium nationum:& apud eos figentes tentoria,sicut erant in herbis cuncta uastabant usque ad introitum Gazæ:nihilꝗ́ omnino ad uitam pertinens relinquebant in Israel,non oues,non boues,non asinos.Ipsi enim & uniuersi greges eorum ueniebant cum tabernaculis suis,& instar locustarum uniuersa complebant,innumera multitudo hominum & camelorũ quicquid tetigerant deuastantes.Humiliatusꝗ́ est Israel ualde in conspectu Madian.Et clamauit ad dominũ postulans auxilium contra Madianitas.

Israelitæ ad idola relapsi, opprimũtur à Madian, inde resipiscentes deum ut liberentur implorant

B Qui misit ad eos uirum prophetã,& locutus est.Hæc dicit dominus deus Israel:Ego uos feci conscendere de Ægypto,& eduxi uos de domo seruitutis,& liberaui de manu Ægyptiorum,& omnium inimicorũ qui affligebant uos:eieciꝗ́ eos ad introitũ uestrum,& tradidi uobis terram eorum.Et dixi,Ego dominus deus uester,ne timeatis deos Amorrhæorum,in quorum terra habitatis.Et noluistis audire uocẽ meam.Venit autem angelus domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Cumꝗ́ Gedeon filius eius excuteret atꝗ́ purgaret frumenta in torculari,ut fugeret Madian,apparuit ei angelus domini:& ait:Dominus tecum,uirorum fortissime. Dixitꝗ́ ei Gedeon: Obsecro mi domine,si dominus nobiscum est,cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia?ubi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt patres nostri,atque dixerunt. De Ægypto eduxit nos dominus?Nunc autem dereliquit nos dominus,& tradidit in manus Madiam. Respexitꝗ́ ad eum dominus,& ait:Vade in hac fortitudine tua, & liberabis

Exo.13.14

C

Iſrael de manu Madian:ſcito quòd miſerim te.Qui reſpondens ait:Obſecro mi domine, in quo liberabo Iſrael?ecce familia mea infima eſt in Manaſſe,& ego minimus in domo patris mei.Dixitq́ʒ ei dominus:Ego ero tecum,& percuties Madian quaſi unum uirum.Et ille:Si inueni,inquit,gratiam coram te,da mihi ſignum quòd tu ſis qui loqueris ad me.Ne recedas hinc,donec reuertar ad te,portans ſacrificium,& offerens tibi.Qui reſpondit:Ego præſtolabor aduentū tuum.Ingreſſus eſt itaq; Gedeon,& coxit hœdum,& de farinæ modio azymos panes:carnesq́ʒ ponēs in caniſtro,& ius carnium mittens in ollam,tulit omnia ſub quercu,& obtulit ei.Cui dixit angelus domini:Tolle carnes & azymos panes,& pone ſupra petram illam,& ius deſuper funde.Cumq́ʒ feciſſet ita,extendit angelus domini ſummitatem uirgæ quam tenebat in manu,& tetigit carnes & panes azymos,aſcenditq́ʒ ignis de petra,& carnes,azymosq́ʒ panes conſumpſit:angelus autem domini euanuit ex oculis eius. Vidensq́ʒ Gedeon quòd eſſet angelus domini,ait:Heu mi domine deus,quia uidi angelum domini facie ad faciem. Dixitq́ʒ ei dominus:Pax tecum:ne timeas,non morieris. Ædificauit ergo ibi Gedeon altare domino,uocauitq́ʒ illud,Domini pax:uſq; in præſentē diem.Cumq́ʒ adhuc eſſet in Ephra quæ eſt familia Ezri,nocte illa dixit dominus ad eum: Tolle taurum patris tui,& alterū taurum annorum ſeptem,deſtruesq́ʒ aram Baal quæ eſt patris tui:& nemus quod circa arā eſt ſuccide:& ædificabis altare domino deo tuo in ſummitate petræ huius,ſuper quam antè ſacrificium poſuiſti:tollesq́ʒ taurum ſecundū,& offeres holocauſtū ſuper ſtruem lignorū quæ de nemore ſuccideris. Aſſumptis ergo Gedeon decem uiris de ſeruis ſuis,fecit ſicut præceperat ei dominus.Timens autem domum patris ſui,& homines illius ciuitatis,per diem noluit facere,ſed omnia nocte cōpleuit.Cumq́ʒ ſurrexiſſent uiri oppidi eius manè,uiderunt deſtructam aram Baal,lucumq́ʒ ſucciſum,& taurum alterum impoſitum ſuper altare quod tunc ædificatum erat.Dixeruntq́ʒ ad inuicem: Quis hoc fecit?Cumq́ʒ perquirerent auctorem facti,dictum eſt:Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia.Et dixerūt ad Ioas:Produc filium tuum huc,ut moriatur:quia deſtruxit aram Baal,& ſuccidit nemus.Quibus ille reſpondit:Nunquid ultores eſtis Baal,ut pugnetis pro eo?Qui aduerſarius eſt eius,moriatur antequàm lux craſtina ueniat.ſi deus eſt,uindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius.Ex die illo uocatus eſt Gedeon,Ierobaal:eo quòd dixiſſet Ioas: Vlciſcatur ſe de eo Baal,qui ſuffodit aram eius.Igitur omnis Madiā & Amalec,& orientales populi congregati ſunt ſimul.& tranſeuntes Iordanem,caſtrametati ſunt in ualle Iezrael.Spiritus autem domini induit Gedeon,qui clangens buccina conuocauit domū Abiezer,ut ſequeretur ſe.Miſitq́ʒ nuntios in uniuerſum Manaſſen,qui & ipſe ſecutus eſt eum. & alios nuntios in Aſer & Zabulon & Nephthali:qui occurrerunt ei.Dixitq́ʒ Gedeon ad deum:Si ſaluum facis per manum meam populum Iſrael,ſicut locutus es,ponam hoc uellus lanæ in arca:ſi ros in ſolo uellere fuerit,& in omni terra ſiccitas,ſciam quòd per manum meam,ſicut locutus es,liberabis Iſrael.Factumq́ʒ eſt ita:Et de nocte conſurgens expreſſo uellere,concham rore impleuit.Dixitq́ʒ rurſus ad dominum:Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi adhuc ſemel tētauero,ſignum quærens in uellere:Oro ut ſolum uellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens.Fecitq́ʒ dominus nocte illa ut poſtulauerat:& fuit ſiccitas in ſolo uellere,& ros in omni terra.

Iudic.8 a

CAP. VII

Quo pacto Gedeon diſpoſuerit ſuū exercitū,& Madianitas ſtrauerit

IGitur Ierobaal qui & Gedeon,de nocte conſurgens,& omnis populus cum eo,uenit ad fontem qui uocatur Harad.erant autem caſtra Madian in ualle ad ſeptentrionalem plagam collis excelſi.Dixitq́ʒ dominus ad Gedeon:Multus tecum eſt populus,nec tradetur Madian in manus eius:ne glorietur contra me Iſrael,& dicat:Meis uiribus liberatus ſum.Loquere ad populum,& cunctis audientibus prædica.Qui formidoloſus & timidus eſt,reuertatur. Receſſeruntq́ʒ de monte Galaad,& reuerſi ſunt ex populo uigintiduo millia uirorum,& tantum decem millia remāſerunt.Dixitq́ʒ dominus ad Gedeon:Adhuc populus multus eſt,duc eos ad aquas,& ibi probabo illos:& de quo dixero tibi ut tecum uadat,ipſe pergat:quem ire prohibuero,reuertatur.Cumq́ʒ deſcendiſſet populus ad aquas, dixit dominus ad Gedeon:Qui lingua lambuerint aquas,ſicut ſolent canes lambere,ſeparabis

rabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os proijciente aquas, lambuerant, trecenti uiri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait dominus ad Gedeon: In trecētis uiris qui lam C buerunt aquas, liberabo uos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Sumptis itaque pro numero cibarijs & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis uiris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in ualle. Eadem nocte dixit dominus ad eum: Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descēdit ergo ipse & Phara puer D eius in partem castrorum, ubi erant armatorū uigiliæ. Madian autem & Amalec, & omnes orientales populi fusi iacebant in ualle, ut locustarum multitudo: cameli autem innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris. Cumq; uenisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod uiderat: Vidi somnium, & uidebatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo uolui, & in castra Madian descendere: cumq; peruenisset ad tabernaculū, percussit illud atq; subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit is cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas uiri Is- E raelitæ: tradidit enim dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. Cumq; audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait: Surgite: tradidit enim dominus in manus nostras castra Madian. Diuisitq; trecētos uiros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; uacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: Quod me facere uideritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sectamini. Quādo personuerit tuba in manu mea, uos quoq; per castrorum circuitū clangite, & conclamate: Domino & Gedeoni. Ingressusq; est Gedeon, F & trecenti uiri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus uigilijs noctis medię, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumq; per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntq;, Gladius domini & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostium. Omnia itaque castra turbata sunt, & uociferantes, ululantesq; fugerunt: & nihilominus insistebant trecenti uiri buccinis personantes. Immisitq; dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, fugientes usq; ad Bethseta, & crepidinem Abelmehula in Tebbath. Concla- G mantes autem uiri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse persequebantur Madiā. Misitq; Gedeon nuntios in omnē montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas usq; Bethbera atq; Iordanē. Clamauitq; omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atq; Iordanem usq; Bethbera. Apprehensosq; duos uiros Madiā, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb uerò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

Psal. 82 c

CAP. VIII

Ephraimitas offensos placat Gedeō, Zebee & Salmana cum multis alijs interficit & inde moritur

A DIxeruntq; ad eum uiri Ephraim: Quid est hoc quod facere uoluisti, ut nos non uocares cum ad pugnā pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè uim inferentes. Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale uos fecistis? nōnne melior est racemus Ephraim, uindemijs Abiezer? In manus uestras dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale uos fecistis? Quod cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebāt contra eum. Cumq; uenisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis uiris qui secum erant: & præ lassitudine, fugiētes persequi non poterant. Dixitq; ad uiros Socoth: Date obsecro panes populo qui mecum est, quia ual- B de defecerunt: ut possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian. Responderunt principes Socoth: Forsitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes uestras cum spinis tribulisq; deserti. Et inde

Et inde conscendens, uenit in Phanuel: locutusque est ad uiros loci illius similia. Cui & illi responderunt sicut responderant uiri Soccoth. Dixit itaque eis: Cum reuersus fuero uictor in pace, destruam turrim hanc. Zebee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia uiri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, caesis centum uiginti millibus bellatorum, & educentium gladium. Ascendensque Gedeon per uiam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partem Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium qui securi erant, & nihil aduersi suspicabatur. Fugeruntque Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertensque de bello ante solis ortum, apprehendit puerum de uiris Socoth: interrogauitque eum nomina principum & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem uiros. Venitque ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas ut demus uiris qui lassi sunt, & defecerunt, panes? Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit uiros Socoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt uiri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, & unus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respondit: Fratres mei fuerunt, filij matris meae. Viuit dominus, quia si seruassetis eos, non uos occiderem. Dixitque Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee & Salmana: Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta aetatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes uiri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor uestri, nec dominabitur in uos filius meus, sed dominabitur uobis dominus. Dixitque ad eos: Vnam petitionem postulo à uobis: Date mihi inaures ex praeda uestra. Inaures enim aureas Ismaelitae habere consueuerant. Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentesque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de praeda: & fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis & monilibus & ueste purpurea, quibus reges Madian uti soliti erant, & praeter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filijs Israel, nec potuerunt ultrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon praefuit. Abijt itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua: habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet uxores. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech. Mortuusque est Gedeon filius Ioas in senectute hona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquàm autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in deum: nec recordati sunt domini dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum: nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta omnia bona quae fecerat Israeli.

Margin: Ose.10 d — C — D — E — Exo.32 a — F — 4 Reg.10 a — G

CAPVT IX

Abimelech filius Gedeonis ut principatu potiretur occidit suos fratres, expugnat Sichimitas ac Thebes, ubi & ipse interijt

Abijt autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris suae, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matrisque suae, dicens: Loquimini ad omnes uiros Sichem: Quid uobis est melius, ut dominentur uestri septuaginta uiri omnes filij Ierobaal: an ut dominetur uobis unus uir? simulque considerate quòd os uestrum, & caro uestra sum. Locutique sunt fratres matris eius de eo ad omnes uiros Sichem uniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberith. Qui conduxit sibi ex eo uiros inopes & uagos, secutique sunt eum. Et uenit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta uiros super lapidem unum: remansitque Ioatham filius Ierobaal minimus, & ab-

Margin: A

& absconditus est. Congregati sunt autem omnes uiri Sichem, & uniuersæ familiæ urbis B Mello: abieruntque, & constituerunt regem Abimelech iuxta quercum quæ stabat in Sichem. Quod cum nũtiatum esset Ioatham, iuit & stetit in uertice mõtis Garizim: eleuataque uoce, clamauit & dixit: Audite me uiri Sichem, ita ut audiat uos deus. Ierunt ligna, ut ungerent super se regem: dixeruntque oliuæ, Impera nobis. Quæ respõdit: Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij utuntur & homines: & uenire ut inter ligna promouear? Dixerũtque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire ut inter cætera ligna promouear? Locutaque sunt ligna ad uitem: Veni, & impera nobis. Quæ respõdit eis: Nunquid possum deserere uinum meum, quod lætificat deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixerũtque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: Si uerè me regem uobis constituitis, uenite, & sub umbra mea requiescite. si autem non uultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Nunc igitur si rectè & absque peccato constituistis super uos regem Abimelech, & bene egistis cum C Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis uicem beneficijs eius qui pugnauit pro uobis, & animam suam dedit periculis, ut erueret uos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta uiros super unum lapidem, & constituistis regem Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichẽ, eo quòd frater uester sit: si ergo rectè, & absque uitio egistis cum Ierobaal, & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in uobis. sin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de uiris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. Quæ cum dixisset, fugit, & abijt in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimelech fratris sui. Regnauit itaque Abimelech super Israel tribus annis. Misitque dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem eorum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerant. Posueruntque insidias aduersum eum in summitate montium: & dum illius præ D stolarentur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. Nuntiatumque est Abimelech. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, egressi sunt in agros uastantes uineas, uuasque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui, & inter epulas & pocula male dicebant Abimelech, clamante Gaal filio Obed: Quis est iste Abimelech, & quæ est Sichem, ut seruiamus ei? nunquid non est filius Ierobaal, & constituit principem Zebul seruum suum super uiros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & ueni. Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est ualde, & misit clam ad Abimelech nuntios, dicens: Ecce Gaal filius Obed, uenit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersum te ciuitatem. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita in agro: & primo mane oriente sole, irrue super ciuitatem. illo autem egrediẽte aduersum te cum po E pulo suo, fac ei quod potueris. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo, & tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Cumque uidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Vmbras montium uides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. Rursumque Gaal ait: Ecce populus de umbilico terræ descendit, & unus cuneus uenit per uiam quæ respicit quercum. Cui dixit Zebul: Vbi est nunc os tuum, quo loquebaris. Quis est Abimelech ut seruiamus ei? Nõne hic populus est quem despiciebas? Egredere, & pugna contra eum. Abijt ergo Gaal, spectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, qui persecutus est eum fugientem, & in urbem compulit: cecideruntque

Esa. 45 a

Gen. 34 a

ex parte eius plurimi,usque ad portam ciuitatis,& Abimelech sedit in Ruma.Zebul autem Gaal & socios eius expulit de urbe,nec in ea passus est cōmorari.Sequenti ergo die egressus est populus in campum.Quod cum nuntiatum esset Abimelech,tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas tendens insidias in agris.Vidensque quòd egrederetur populus de ciuitate,surrexit,& irruit in eos,cum cuneo suo,oppugnans & obsidens ciuitatem:duæ autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur.Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat urbem:quam cepit,interfectis habitatoribus eius,ipsaque destructa,ita ut sal in ea dispergeret.Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum,ingressi sunt fanum dei sui Berith,ubi fœdus cum eo pepigerant,& ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus ualde.Abimelech quoque audiens uiros turris Sichimorū pariter conglobatos,ascendit in montem Selmon cum omni populo suo:& arrepta securi,præcidit arboris ramum,impositumque ferens humero,dixit ad socios:Quod me uidistis facere,cito facite.Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes,sequebantur ducem.Qui circundantes præsidium,succenderunt:atque ita factum est ut fumo & igne mille hominum necarentur,uiri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem.Abimelech autem inde proficiscēs uenit ad oppidum Thebes,quod circundans obsidebat exercitu.Erat autem turris excelsa in media ciuitate,ad quam confugerant simul uiri ac mulieres,& omnes principes ciuitatis,clausa firmissimè ianua,& super turris tectum stantes per propugnacula.Accedensque Abimelech iuxta turrim,pugnabat fortiter:& appropinquans ostio,ignem supponere nitebatur:& ecce una mulier fragmen molæ desuper iaciens,illisit capiti Abimelech,& cōfregit cerebrum eius.Qui uocauit cito armigerum suum,& ait ad eum:Euagina gladiū tuum, & percute me,ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sum.Qui iussa perficiens,interfecit eum.illo quoque mortuo,omnes qui cum eo erant de Israel,reuersi sunt in sedes suas: & reddidit deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum,interfectis septuaginta fratribus suis.Sichimitis quoque quod operati erant,retributum est,& uenit super eos maledictio Ioathan filij Ierobaal.

Indic.7 c

CAP. X

Thola & Iair præsunt populo,qui ad idola deficiēs luit pœnas peccati Indic.10 d

Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech,uir de Issachar,qui habitauit in Samir montis Ephraim:& iudicauit Israelem uiginti & tribus annis:mortuusque est,ac sepultus in Samir.Huic successit Iair Galaadites,qui iudicauit Israelem per uiginti & duos annos,habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum,& principes triginta ciuitatum,quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auoth Iair,id est oppida Iair,usque in præsentem diem in terra Galaad.Mortuusque est Iair:ac sepultus in loco,cui est uocabulū Camon.Filij autem Israel peccatis ueteribus iungentes noua,fecerunt malum in conspectu domini,& seruierunt idolis Baalim & Astaroth,& dijs Syriç ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philisthijm:dimiseruntque dominum,& non coluerunt eum.Contra quos dominus iratus,tradidit eos in manus Philisthijm & filiorum Ammon. Afflictique sunt,& uehementer oppressi per annos decem & octo,omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi,quæ est in Galaad:intantum ut filij Ammon Iordane transmisso uastarēt Iudam & Beniamin & Ephraim:afflictusque est Israel nimis.Et clamantes ad dominum,dixerūt:Peccauimus tibi:quia dereliquimus deum nostrū,& seruiuimus Baalim.Quibus locutus est dominus:Nūquid non Ægyptij & Amorrhæi,filijque Ammō & Philisthijm,Sidonij quoque & Amalec & Chanaā oppresserūt uos:& clamastis ad me,& erui uos de manu eorum?Et tamen reliquistis me,& coluistis deos alienos:idcirco non addam ut ultrà uos liberem.ite,& inuocate deos quos elegistis,ipsi uos liberēt in tempore angustiæ uestræ.Dixerūtque filij Israel ad dominū:Peccauimus:redde tu nobis quicquid tibi placet:tantum nunc libera nos.Quæ dicentes,omnia de finibus suis alienorum deorū idola proiecerunt,& seruierunt domino deo:qui doluit super miserijs eorū.Itaque filij Ammon conclamantes,in Galaad fixere tentoria:contra quos congregati filij Israel,in Maspha castrametati sunt.Dixerūtque principes Galaad singuli ad proximos suos:Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare,erit dux populi Galaad.

CAP. XI

Fuit

A FVit itaq; illo in tempore Iephte Galaadites uir fortissimus atq; pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit filios: qui postquàm creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes: Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitās, habitauit in terra Tob: congregatiq; sunt ad eum uiri inopes, & latrocinātes, & quasi principem sequebantur. In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel. Quibus acriter instātibus perrexerunt maiores natu de Galaad, ut tollerent in auxilium sui Iephte de terra Tob: dixeruntq; ad eum: Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille respondit: Nónne uos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc uenistis

Iephte spurius præficitur populo, ac uincit Ammonitas & immolat suā filiam

B ad me necessitate compulsi? Dixeruntq; principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur causam nunc ad te uenimus, ut proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisq; dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoq; dixit eis: Si uerè uenistis ad me, ut pugnem pro uobis contra filios Ammon, tradideritq; eos dominus in manus meas, ego ero uester princeps? Qui responderunt ei: Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus. Abijt itaq; Iephte cum principibus Galaad, fecitq; eum omnis populus principem sui. Locutusq; est Iephte omnes sermones suos coram domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorū Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia uenisti contra me, ut uastares terram meam? Quibus ille respondit:

C Quia tulit Israel terram meam, quando ascendit de Ægypto à finibus Arnon usq; Ieboc atq; Iordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis ut dicerent regi Ammō. Hæc dicit Iephte: Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon: sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem usq; ad mare rubrum, & uenit in Cades. Misitq; nuntios ad regem Edom dicēs: Dimitte ut transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaq; in Cades, & circuiuit ex latere terram Edom & terram Moab, uenitq; ad orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon: nec uoluit intrare terminos Moab: Arnō quippe confinium

D est terræ Moab. Misit itaq; Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorū, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei: Dimitte ut transeam per terram tuam usq; ad fluuium. Qui & ipse Israel uerba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata, egressus est cōtra eum in Iasa, & fortiter resistebat. Traditq; eum dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & uniuersos fines eius de Arnon usq; Ieboc, & de solitudine usq; ad Iordanem. Dominus ergo deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nunc uis possidere terram eius? Nónne ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem dominus deus noster uictor obti-

Num. 21. c & e

E nuit, in nostram cedent possessionem: nisi fortè melior est Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, quando habitauit in Hesebon & uiculis illius, & in Aroer & uillis illius, uel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. Quare tanto tēpore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu cōtra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Israel & inter filios Ammon. Noluitq; acquiescere rex filiorum Ammon uerbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. Factus est ergo super Iephte spiritus domini, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoq; Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, uotū uouit domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas:

Num. 22. a

F quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustū offeram domino. Transiuitq; Iephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos: quos tradidit dominus in manus eius. Percussitq; ab Aroer usq; dum uenias in Mennith, uiginti ciuitates & usq; ad Abel, quæ est uineis consita, plaga magna nimis. humiliatiq; sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertenti autem Iephte in

Maspha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos. Qua uisa scidit uestimenta sua, & ait: Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, concessa tibi ultione atque uictoria de hostibus tuis. Dixitque ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod deprecor, Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, & plangam uirginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumque abijsset cum socijs ac sodalibus suis, flebat uirginitatem suam in montibus. Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut uouerat: quæ ignorabat uirum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, ut post anni circulum conueniant in unum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor. G

CAPVT XII

Ephraimitarum contra Iephte insurgentiũ occidũtur 42000. moritur Iephte, & succedit ei Abesan, ide Elõ postea Abdon

ECce autem in Ephraim orta est seditio. nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Iephte: Quare uadens ad pugnam contra filios Ammon, uocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus te & domum tuam. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon uehemens: uocauique uos ut præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus meas. Quid commerui, ut aduersum me consurgatis in prælium? Vocatis itaque ad se cunctis uiris de Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntque uiri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. Occupauerũtque Galaaditæ uada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cumque uenisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset: Obsecro ut me transire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephrathæus es? Quo dicente: Non sum. interrogabant eum, Dic ergo *Schibboleth*: quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadem litera spicam exprimere non ualens. Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadragintaduo millia. Iudicauit itaque Iephte Galaaditès Israel sex annis: & mortuus est ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehẽ: qui habuit triginta filios & totidem filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit uxores, introducens in domũ suam. Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem. Cui successit Elon Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis: mortuusque est ac sepultus in Zabulon. Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarũ, & iudicauit Israel octo annis: mortuusque est ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec. A B C D

Iudic. 10 a

CA. XIII

Denuo Israelitæ facti idololatræ, Philistæis subduntur, Samsonis describitur natiuitas

RVrsumque filij Israel fecerunt malum in conspectu domini: qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis. Erat autem quidam uir de Saraa, & de stirpe Dan nomine Manue, habens uxorem sterilem. Cui apparuit angelus domini, & dixit ad eam: Sterilis es & absque liberis: sed concipies & paries filium. caue ergo ne bibas uinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Quæ cum uenisset ad maritum suum, dixit ei: Vir dei uenit ad me, habens uultum angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogassem quis esset, & unde uenisset, & quo nomine uocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit: Ecce concipies & paries filium: caue ne uinum bibas nec siceram, & ne aliquo uescaris immundo: erit enim puer nazaræus dei ab infantia sua, & ex utero matris suæ, usque ad diem mortis suæ. Orauit itaque Manue dominum, & ait: Obsecro domine, ut uir dei quem misisti, ueniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. Exaudiuitque dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum angelus dei uxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum uidisset angelum, festinauit, & cucurrit A B

currit ad uirum ſuum: nuntiauitq́; ei, dicens: Ecce apparuit mihi uir quem antè uideram. Qui ſurrexit, & ſecutus eſt uxorem ſuam: ueniensq́; ad uirum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit: Ego ſum. Cui Manue: Quando, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid uis ut faciat puer? aut à quo ſe obſeruare debebit? Dixitq́; angelus domini ad Manue: Ab omnibus quæ locutus ſum uxori tuæ, abſtineat ſe: quicquid ex uineà naſcitur, C non comedat: uinum & ſiceram non bibat, nullo ueſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atq; cuſtodiat. Dixit itaq; Manue ad angelum domini: Obſecro te ut acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. Cui reſpondit angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem uis holocauſtum facere, offer illud domino. Et neſciebat Manue quòd angelus domini eſſet. Dixitq́; ad eum: Quod eſt tibi nomē, ut ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille reſpondit: Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Tulit itaq; Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram, offerens domino qui facit mirabilia: ipſe autem & uxor eius intuebantur. Cumq́; aſcenderet flamma altaris in cœlum, angelus domini pariter in flamma aſcendit. Quod cum uidiſſet Manue & uxor eius, proni ceciderunt in terram, & ultrà eis non apparuit angelus domini. Statimq́; intellexit Manue angelum domini eſſe, & dixit ad uxorem ſuam: Morte moriemur, quia uidimus dominum. Cui reſpondit mulier: Si dominus nos uellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neq; ea quæ ſunt uentura, dixiſſet. Peperit itaque filium, & uocauit nomen eius Samſon. Creuitq́; puer, & benedixit ei dominus. Cœpitq́; ſpiritus domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa & Eſthaol.

Gen. 32 e *Exo. 3 c* (D) *Ioſ. 6 d*

CAPVT XIIII

Samſon leonis catulo diſcerpto nuptias celebrat, & ſocijs problema proponit, ubi uxoris experitur perfidiam

A DEſcendit ergo Samſon in Thamnatha: uidensq́; ibi mulierem de filiabus Philiſtijm, aſcendit, & nuntiauit patri ſuo & matri ſuæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſtinorum: quam queſo ut mihi accipiatis uxorem. Cui dixerunt pater ſuus & mater: Nũquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia uis accipere uxorem de Philiſtijm, qui incircuncisi ſunt? Dixitq́; Samſon ad patrē ſuum: Hãc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes aũt eius neſciebant ꝙ res à domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſtijm. eo enim tempore Philiſtijm dominabãtur Iſraeli. Deſcendit itaq; Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha. Cumq́; ueniſſent ad uineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem ſpiritus domini in Samſon, & dilacerauit leonē, quaſi hœdum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcenditq́;, & locutus eſt mulieri quæ placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens ut acciperet eam, declinauit ut uideret cadauer leonis, & ecce examē apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quem cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in uia: ueniensq́; ad patrem ſuum & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederũt: nec tamen eis uoluit indicare ꝙ mel de corpore leonis aſſumpſerat. Deſcēdit itaq; pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuiũ. ſic enim iuuenes C facere conſueuerãt. Cum ergo ciues loci illius uidiſſent eum, dederũt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo. Quibus locutus eſt Samſon: Proponam uobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo uobis triginta ſindones & totidem tunicas: ſin autem non potueritis ſoluere, uos dabitis mihi triginta ſindones & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei: Propone problema, ut audiamus. Dixitq́; eis: De comedēte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerũt per tres dies propoſitionem ſoluere. Cumq́; adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad uxorem Samſon: Blandire uiro tuo, & ſuade ei ut indicet tibi quid ſignificet problema. quod ſi facere nolueris, incendemus te & domum patris D tui. an idcirco uocaſtis nos ad nuptias ut ſpoliaretis? Quæ fundebat apud Samſon lachrymas, & querebatur, dicens: Odiſti me, & non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filijs populi mei, non uis mihi exponere. At ille reſpondit: Patri meo & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septem diebus conuiuij flebat ante eum: tandemq́; die ſeptimo cum ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſepti

B *1 Reg. 17 d*

mo ante solis occubitum: Quid dulcius melle? & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non arassetis in uitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Irruit itaque in eum spiritus domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta uiros: quorum ablatas uestes dedit ijs qui problema soluerant. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui: uxor autem eius accepit maritum unum de amicis eius & pronubis. CAP. XV

Populatis Philistæorũ agris occidit eorum mille maxilla asini, & uxor eius cõburitur

POst aliquantulum autem temporis, cum dies triticeæ messis instarent, uenit Samson A inuisere uolens uxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cumque cubiculum eius solito uellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens: Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo: sed habet sororẽ, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea uxor. Cui Samson respondit: Ab hac die non erit culpa in me contra Philistæos: faciam enim uobis mala. Perrexitque, & cepit trecentas uulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne succendens dimisit ut huc illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt, intantum ut uineas quoque & olíueta flamma consumeret. Dixeruntque Philistijm: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener B Thamnathæi: quia tulit uxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntque Philistijm: & combusserunt tam mulierem quàm patrem eius. Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex uobis expetam ultionem, & tunc quiescam. Percussitque eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Et descẽdens habitauit in spelunca petræ Etam. Igitur ascendentes Philistijm in terram Iuda castrametati sunt in loco, qui postea uocatus est Lechi, id est maxilla: ubi eorum fusus est exercitus. Dixeruntque ad eos de tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos? Qui responderunt: Vt ligemus Samson uenimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est. Descenderunt ergo tria millia uirorum de Iuda, ad specum silicis Etam, dixeruntque ad Samson: Nescis quòd Philistijm imperent no C bis? quare ergo hoc facere uoluisti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Ligare, inquiunt, te uenimus, & tradere in manus Philistinorum. Quibus Samson: Iurate, ait, & spondete mihi, quòd non occidatis me. Dixerunt: Non te occidemus, sed uinctum trademus. Ligaueruntque eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etam. Qui cum uenisset ad locum Maxillæ, & Philistijm uociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini in eum: & sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita uincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Inuentamque maxillam, id est mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille uiros, & ait: In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille uiros. Cumque hæc uerba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, D & uocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitiensque ualde, clamauit ad dominum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque uictoriam: & en siti morior, incidamque in manus incircuncisorum. Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritum suum, & uires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla: usque in præsentem diem. Iudicauitque Israel in diebus Philistijm uiginti annis.

Leuit. 14 d
Iudic. 1 b

CAPVT XVI

Portas Gazæ perfert in mõtem, Dalilæ amasiæ dolis circũuẽtus capitur & excæcatur, quã iniuriam morte multorũ etiã sua ipsius est ultus

ABijt quoque in Gazam, & uidit ibi mulierem meretricẽ, ingressusque est ad eam. Quod A cum audissent Philistijm & percrebuisset apud eos, intrasse urbem Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, ut facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samson usque ad medium noctis: & inde consurgens, apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositasque humeris suis portauit ad uerticem montis qui respicit Hebron. Post hæc amauit mulierem, quæ habitabat in ualle Sorec, & uocabatur Dalila. Veneruntque ad eam principes Philistinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare ualeamus, & uinctum affligere: quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Samson: Dic B mihi

mihi obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui respondit Samson: Si septem neruiceis funibus necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero ut cæteri homines. Attuleruntq; ad eam satrapæ Philisthinorum septem funes, ut dixerat: quibus uinxit eum, latentibus apud se insidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitq; ad eum: Philisthijm super te Samson. Qui rupit uincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila: Ecce illusisti
C mihi, & falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille respondit: Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. Quibus rursum Dalila uinxit eum, & clamauit: Philisthijm super te Samson: in cubiculo insidijs præparatis. Qui ita rupit uincula, quasi fila telarum. Dixitq; Dalila rursum ad eum: Usquequo decipis me, & falsum loqueris? ostende quo uinciri debeas. Cui respondit Samson: Si, inquit, septem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philisthijm super te Samson. Qui consurgens de somno, extraxit clauum cum crinibus & li-
D cio. Dixitq; ad eum Dalila: Quomodo dicis quòd amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres uices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumq; molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem usque lassata est. Tunc aperiens ueritatem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia nazaræus, id est consecratus domino sum de utero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroq; sicut cæteri homines. Uidensq; illa quòd confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum ac mandauit, Ascendite adhuc semel:
E quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Uocauitq; tonsorem, & rasit septem crines eius. & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit, dixitq;: Philisthijm super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar sicut antè feci, & me excutiam: nesciens quòd recessisset ab eo dominus. Quem cum apprehendissent Philisthijm, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam uinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Iamq; capilli eius renasci cœperant, & principes Philisthinorum conuenerunt in unum ut immolarent hostias ma-
F gnas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus uidens, laudabat deum suum, eademq; dicebat: Tradidit deus noster aduersarium nostrum in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos. Lætantesq; per conuiuia, sumptis iam epulis præceperunt ut uocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq; eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me, ut tangam columnas quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululum requiescam. Domus autem erat plena uirorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes
G Philisthinorum, ac de tecto & solario circiter tria millia utriusque sexus spectantes ludentem Samson. At ille inuocato domino, ait: Domine deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem meam pristinam deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramq; earum dextera, & alteram leua tenens, ait: Moriatur anima mea cum Philisthijm. Concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat: multoq; plures interfecit moriens, quàm antè uiuus occiderat. Descendentes autem fratres eius, & uniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: iudicauitq; Israel uiginti annis.

Num. 6 A
Iudic. 13 A

CAPUT XVII

Fuitq;

De Michæ idololatria & Israelitarum anarchia

FVitq́ eo in tempore uir quidam de monte Ephraim nomine Michas, qui dixit matri suæ: Mille & centum argenteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei: Consecraui, & uoui hoc argentum domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atq; conflatile: & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atq; conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculã quoq; in ea deo separauit, & fecit ephod & theraphim, id est uestem sacerdotalem, & idola: impleuitq́ unius filiorũ suorum manum, & factus est ei sacerdos. In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat. Fuit quoq; alter adolescens de Bethlehem Iuda ex cognatione eius: eratq́ ipse Leuites, & habitabat ibi. Egressusq́ de ciuitate Bethlehem, peregrinari uoluit ubicunq; sibi commodũ reperisset. Cumq́ uenisset in montem Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in domum Michæ, interrogatus est ab eo unde uenisset. Qui respondit: Leuita sum de Bethlehem Iuda, & uado ut habitem ubi potuero & utile mihi prospexero. Dixitq́ Michas: Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: daboq́ tibi per annos singulos decem argenteos ac uestem duplicem, & quæ ad uictum sunt necessaria. Acquieuit, & mansit apud hominem, fuitq́ illi quasi unus de filijs. Impleuitq́ Michas manum eius, & habuit puerum sacerdotem apud se, Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi deus habẽti Leuitici generis sacerdotem.

CAPVT XVIII

Tribus Dan quærit sibi possessionem, aufert Michæ idolũ cũ sacerdote, & Lais deuastatur

IN diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea. Vsque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filij Dan stirpis & familiæ suæ quinque uiros fortissimos de Saraa & Esthaol, ut explorarent terram, & diligenter inspicerent: dixeruntq́ eis: Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes uenissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerunt ibi: & agnoscentes uocem adolescentis Leuitæ, utentesq́ illius diuersorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc uenire uoluisti? Qui respondit eis: Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit ut sim ei sacerdos. Rogauerunt autem eum ut consuleret dominum, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace, dominus respicit uiam uestram & iter quo pergitis. Euntes igitur quinq; uiri, uenerunt Lais: uideruntq́ populum habitantem in ea absque ullo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumq́ opum, & procul à Sidone, atque à cunctis hominibus separatum. Reuersiq́ ad fratres suos in Saraa & Esthaol, quid egissent sciscitantibus responderunt: Surgite, & ascendamus ad eos. uidimus enim terram ualde opulentam & uberem: nolite negligere, nolite cessare. eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, tradetq́ nobis dominus locum, in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, id est de Saraa & Esthaol sexcenti uiri accincti armis bellicis, ascendentesq́ manserũt in Cariathiarim Iudæ: qui locus ex eo tempore castrorum Dan, nomen accepit, & est post tergum Cariathiarim. Inde transierunt in montem Ephraim. Cumq́ uenissent ad domum Michæ, dixerunt quinq; uiri qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis: Nostis quòd in domibus istis sit ephod, theraphim & sculptile atque conflatile: uidete quid uobis placeat. Et cum paululum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: salutaueruntq́ eum uerbis pacificis. Sexcẽti autem uiri ita ut erant armati, stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & ephod & theraphim, atq; conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis uiris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod & idola, atq; conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui responderunt: Tace, & pone digitum super os tuum: ueniq́ nobiscum

Num. 13 c

nobiscum, ut habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius uiri, an in una tribu & familia in Israel? Quod cum audisset, acquieuit sermo-
F nibus eorum, & tulit ephod & idola ac sculptile, & profectus est cum eis. Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretiosum, iamque à domo Michæ essent procul, uiri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes secuti sunt, & post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi uis? cur clamas? Qui respondit: Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi est? Dixeruntque ei filij Dan, caue ne ultrà loquaris ad nos, & ueniant ad te uiri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerũt. Videns autem Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domum
G suam. Sexcenti autem uiri tulerunt sacerdotem, & quæ suprà diximus: ueneruntque in Lais ad populum quiescentem atque securum, & percusserunt eos in ore gladij: urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, eo quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum extruentes, habitauerunt in ea, uocato nomine ciuitatis Dan, iuxta uocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. Posueruntque sibi sculptile, & Ionathan filium Gersom filij Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, usque ad diem captiuitatis suæ. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore quo fuit domus dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israel.

Iosu. 19 d

CAP. XIX

De nefando Gabaonitarũ scelere in uxorẽ Leuitæ perpetrato

A FVit quidam uir Leuites, habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Iuda: quæ reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui in Bethlehem Iuda, mansitque apud eum quatuor mensibus. Secutusque est eam uir suus, uolens reconciliari ei, atque blandiri & secum reducere, habens in comitatu puerum & duos asinos: quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius, eumque uidisset, occurrit ei lætus & amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus comedens cum eo & bibens familiariter. Die autem quarto de nocte consurgens,
B proficisci uoluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum: Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficisceris. Sederuntque simul, ac comederunt, & biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum: Quæso te ut hodie hic maneas, pariterque lætemur. At ille consurgens cœpit uelle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autem facto parabat Leuites iter. Cui socer rursum: Obsecro, inquit, ut paululum cibi capias, & assumptis uiribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul. Surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua & puero. Cui
C rursum locutus est socer: Considera quòd dies ad occasum decliuior sit, & propinquat ad uesperum: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficisceris ut uadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim surrexit, & uenit contra Iebus, quæ altero nomine uocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad dominum suum, Veni, obsecro, declinemus ad urbem Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui respondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filijs Isra-
D el: sed transibo usque Gabaa, & cum illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in urbe Rama. Transierũt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Beniamin: diuerteruntque ad eam, ut manerent ibi. Quò cum intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere uolebat hospitio. Et ecce apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo uesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regionis illius erant filij Iemini. Eleuatisque oculis, uidit senex sedentem hominẽ cum sarcinulis suis in platea ciuitatis. & dixit ad eum: Vn-
E de uenis? & quò uadis? Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem: & nunc

Gen. 18 a

uadimus ad domum dei,nullusq; sub tectum suum nos uult recipere,habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum,& panem ac uinum in meos & ancillæ tuæ usus,& pueri qui mecum est:nulla re indigemus,nisi hospitio. Cui respondit senex:Pax tecum sit,ego præbebo omnia quæ necessaria sunt:tantum quæso ne in platea maneas. Introduxitq; eum in domum suam,& pabulum asinis præbuit:ac postquàm lauerunt pedes suos,recepit eos in conuiuium. Illis epulantibus,& post laborem itineris,cibo & potu reficientibus corpora, uenerunt uiri ciuitatis illius filij Belial,id est absq; iugo:& circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt,clamantes ad dominum domus,atque dicentes:Educ uirum qui ingressus est domũ tuam,ut abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex,& ait:Nolite fratres, nolite facere malum hoc:quia ingressus est homo hospitium meum,& cessate ab hac stultitia: habeo filiam uirginem,& hic homo habet concubinam,educam eas ad uos,ut humilietis eas,& uestram libidinẽ compleatis:tantum obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in uirum. Nolebant acquiescere sermonibus illius:quod cernens homo,eduxit ad eos concubinam suam,& eis tradidit illudendam:qua cum tota nocte abusi essent,dimiserunt eam mane. At mulier recedẽtibus tenebris,uenit ad ostium domus,ubi manebat dominus suus,& ibi corruit. Mane facto,surrexit homo,& aperuit ostium,ut cœptam expleret uiam:& ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus. Cui ille,putans eam quiescere,loquebatur:Surge,ut ambulemus. Qua nihil respondente,intelligens quòd erat mortua,tulit eam,& imposuit asino,reuersusq; est in domũ suam. Quam cum esset ingressus,arripuit gladium,& cadauer uxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens,misit in omnes terminos Israel. Quod cum uidissent singuli, conclamabant:Nunquã res talis facta est in Israel,ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto,usq; in præsens tempus:ferte sentẽtiam,& in commune decernite quid facto opus sit.

Gen.19 b

CAPUT XX

Gabaonitarũ facinoris ultio, & quãta Beiamitarum strages sit facta

EGressi itaque sunt omnes filij Israel,& pariter congregati quasi uir unus de Dan usque Bersabee, & terra Galaad ad dominum in Maspha:omnesq; anguli populorum,& cunctæ tribus Israel in ecclesiam populi dei conuenerunt quadringenta millia peditum pugnatorum. Nec latuit filios Beniamin quòd ascendissent filij Israel in Maspha. Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfectæ quomodo tantum scelus perpetratum esset,respondit: Veni in Gabaa Beniamin,cum uxore mea,illucq; diuerti:& ecce,homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam,uolentes me occidere,& uxorem meam incredibili furore libidinis uexantes,denique mortua est. Quam arreptam in frusta concidi,misiq; partes in omnes terminos possessionis uestræ:quia nunquam tantum nefas,& tam grande piaculum factum est in Israel. Adestis omnes filij Israel,decernite quid facere debeatis. Stansq; omnis populus,& quasi unius hominis sermone respondit:Non recedemus in tabernacula nostra,nec suam quisque intrabit domum:sed hoc contra Gabaa in commune faciemus:Decem uiri eligantur è centum,ex omnibus tribubus Israel,& centum de mille,& mille de decem millibus,ut comportẽt exercitui cibaria,& possimus pugnare contra Gabaa Beniamin,& reddere ei pro scelere quod meretur. Conuenitq; uniuersus Israel ad ciuitatem,quasi homo unus eadem mente,unoq; consilio,& miserunt nuntios ad omnem tribum Beniamin,qui dicerent:Cur tantum nefas in uobis repertum est? Tradite homines de Gabaa,qui hoc flagitium perpetrarunt,ut moriantur,& auferatur malum de Israel. Qui noluerũt fratrum suorum filiorum Israel audire mãdatum:sed ex cunctis urbibus quæ sortis suæ erant,conuenerunt in Gabaa,ut illis ferrent auxilium,& contra uniuersum populum Israel dimicarent. Inuentiq; sunt uigintiquinq; millia de Beniamin educentium gladium,præter habitatores Gabaa,qui septingenti erant uiri fortissimi,ita sinistra ut dextra præliantes:& sic fundis lapides ad certum iacientes,ut capillum quoq; possent percutere,& nequaqam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoq; Israel,absque filijs Beniamin,inuenta sunt quadringenta millia educentium gladios,& paratorum ad pugnam. Qui surgentes uenerunt in domum dei,hoc est in Silo: consulueruntq; dominum,atque dixerunt:

Iosu.22 d

Quis

Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus respondit dominus: Iudas sit dux uester. Statimq; filij Israel surgentes mane, castrametati sunt iuxta Gabaa: & inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, urbem oppugnare cœperunt. Egressiq; filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Israel die illo uigintiduo millia uirorum. Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt: ita tamen ut prius ascẽderent, & flerent coram domino usq; ad noctem: consulerentq; eum, & dicerent: Debeo ultrà procedere ad dimicãdum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumq; filij Israel altera die contra filios Beniamin ad prœliũ processissent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, ut decẽ & octo millia uirorum educentiũ gladium prosternerent. Quam ob rem omnes filij Israel uenerũt in domum dei, & sedentes flebant coram domino: ieiunaueruntq; die illo usq; ad uesperam, & obtulerunt ei holocausta atq; pacificas uictimas, & super statu suo interrogauerunt. Eo tempore ibi erat arca fœderis domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur dominum, atq; dixerunt: Exire ultrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite: cras enim tradam eos in manus uestras. Posueruntq; filij Israel insidias per circuitum urbis Gabaa: & tertia uice, sicut semel & bis, cõtra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt: ita ut uulnerarent ex eis sicut primo die & secundo, & cæderent per duas semitas uertentes terga, quarum una ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atq; prosternerent triginta circiter uiros. putauerunt enim solito eos more cædere. Qui fugam arte simulantes inierunt consiliũ ut abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent. Omnes itaq; filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui uocatur Baalthamar. Insidiæ quoq; quæ circa urbem erant, paulatim se aperire cœperunt, & ab occidẽtali urbis parte procedere. Sed & alia decem millia uirorum de uniuerso Israel habitatores urbis ad certamina prouocabant. Ingrauatumq; est bellum contra filios Beniamin: & non intellexerũt quòd ex omni parte illis instaret interitus. Percussitq; eos dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerũt ex eis in illo die uigintiquinq; millia, & centum uiros, omnes bellatores & educentes gladium. Filij autem Beniamin cum se inferiores esse uidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta urbem posuerant. Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Beniamin terga cædentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel his quos in insidijs collocauerant, ut postquàm urbem cepissent, ignem accẽderent: ut ascendente in altum fumo, captam urbem demonstrarent. Quod cum cernerent filij Israel in ipso certamine positi (putauerunt enim filij Beniamin eos fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorũ triginta uiris) & uiderunt quasi columnam fumi de ciuitate conscendere: Beniamin quoq; respiciens retro, cum captam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri: qui prius simulauerant fugam, uersa facie fortius resistebant. Quod cum uidissent filij Beniamin, in fugam uersi sunt, & ad uiam deserti ire cœperunt, illuc quoq; eos aduersarijs persequentibus. sed & hi qui urbem succenderant, occurrerunt eis. Atq; ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat ulla requies morientium. Ceciderunt atq; prostrati sunt ad orientalem plagam urbis Gabaa. Fuerũt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia uirorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cum uidissent qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius uocabulum est Remmon. In illa quoq; fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt quinque mille uiros. Et cum ultrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerũt etiam alia duo millia. Et sic factum est, ut omnes qui ceciderãt de Beniamin in diuersis locis, essent uigintiquinq; millia pugnatores ad bella promptissimi. Remanserunt itaq; de omni numero Beniamin,

qui

qui euadere potuerunt,& fugere in solitudinem,sexcenti uiri:sederuntq; in petra Remmon mensibus quatuor. Regressi autem filij Israel,omnes reliquias ciuitatis à uiris usque ad iumenta gladio percusserunt,cunctasq; urbes & uiculos Beniamin uorax flamma consumpsit.

CAPVT XXI

Israelitæ miserti Beniamitarum permittunt eis suas filias nubere cõtra quam iurauerant

IVrauerunt quoq; filij Israel in Maspha,& dixerunt:Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filiabus suis uxorem. Veneruntq; omnes ad domum dei in Silo:& in conspectu eius sedentes usq; ad uesperam,leuauerunt uocem,& magno ululatu cœperũt flere,dicentes:Quare domine deus Israel factum est hoc malum in populo tuo,ut hodie una tribus auferretur ex nobis? Altera autem die diluculò consurgentes,extruxerunt altare:obtuleruntq; ibi holocausta & pacificas uictimas,& dixerunt:Quis non ascendit in exercitum domini de uniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant,cum essent in Maspha,interfici eos qui defuissent.Ductiq; pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est tribus una de Israel,unde uxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus,non daturos nos his filias nostras.Idcirco dixerunt:Quis est de uniuersis tribubus Israel,qui non ascendit ad dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu non fuisse.Eo quoq; tempore cum essent in Silo,nullus ex eis ibi repertus est.Miserunt itaq; decem millia uiros robustissimos,& præceperunt eis:Ite,& percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam uxores quàm paruulos eorum.Et hoc erit quod obseruare debebitis:Omne generis masculini,& mulieres quæ cognouerunt uiros,interficite.Inuentæq; sunt de Iabes Galaad quadringentæ uirgines,quæ nescierunt uiri thorum,& adduxerunt eas ad castra in Silo,in terram Chanaan. Miseruntq; nuntios ad filios Beniamin,qui erant in petra Remmon,& præceperunt eis ut eas susciperent in pace. Veneruntq; filij Beniamin in illo tempore,& datæ sunt eis uxores de filiabus Iabes Galaad:alias autem non repererunt,quas simili modo traderent. Vniuersusq; Israel ualde doluit,& egit pœnitentiam super interfectione unius tribus ex Israel.Dixeruntq; maiores natu:Quid faciemus reliquis,qui non acceperunt uxores? omnes in Beniamin fœminæ conciderunt,& magna nobis cura ingentiq; studio prouidendum est,ne una tribus deleatur ex Israel.Filias enim nostras eis dare non possumus,constricti iuramento & maledictione qua diximus:Maledictus qui dederit de filiabus suis uxorem Beniamin.Ceperuntq; consilium atque dixerunt:Ecce solennitas domini est in Silo anniuersaria,quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel,ad orientalem plagam uiæ quæ de Bethel tendit ad Sichimam,& ad meridiem oppidi Lebona.Præceperuntq; filijs Beniamin,atque dixerunt:Ite,& latitate in uineis.Cumq; uideritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere,exite repente de uineis,& rapite ex eis singuli uxores singulas,& pergite in terram Beniamin.Cumq; uenerint patres earum ac fratres,& aduersum uos queri cœperint atque iurgari,dicemus eis:Misereminі eorum:non enim rapuerunt eas iure bellantium atque uictorum,sed rogantibus ut acciperent,non dedistis,& à uestra parte peccatum est.Feceruntq; filij Beniamin ut sibi fuerat imperatum:& iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros uxores singulas:abieruntq; in possessionem suam,ædificantes urbes & habitantes in eis.Filij quoq; Israel reuersi sunt per tribus & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel:sed unusquisque quod sibi rectum uidebatur,hoc faciebat.

LIBER RVTH

HEBRAICE רות

A I N DIEBVS VNIVS IVDICIS quando iudices præerant, facta est fames in terra. Abijtq; homo de Bethlehem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cũ uxore sua, ac duobus liberis. ipse uocabatur Elimelech, & uxor eius Noemi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrataei de Bethlehem Iuda. Ingressiq; regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noemi: remansitq; ipsa cum duobus filijs. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una uocabatur Orpha, altera Ruth. Manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sunt, Mahalon uidelicet & Chelion: remansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito.

De Elimelech Bethleemitæ tẽpore famis peregrinationibus, & quõ Ruth suam socrum coluerit

B Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraq; nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset dominus populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum utraque nuru: & iam in uia reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris uestræ: faciat uobiscum dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. Det uobis inuenire requiem in domibus uirorũ, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ eleuata uoce, flere cœperũt & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: Reuertimini filiæ meæ: cur uenitis mecum? num ultrà habebo filios in utero meo, ut uiros ex me sperare possitis? Reuertimini filiæ meæ, &

C abite: iam enim senectute confecta sum, nec apta uinculo coniugali. etiam si possem hac nocte concipere & parere filios, si eos expectare uelitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis uetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ meæ facere hoc: quia uestra angustia magis me premit, & egressa est manus domini contra me. Eleuata igitur uoce, rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum, ac reuersa est. Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi: En reuersa est cognata sua ad populum suum & ad deos suos, uade cum ea. Quæ respondit: Ne aduerseris mihi, ut relinquam te & abeam: quocunq; enim perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus: & deus tuus, deus meus. Quæ te terra morientẽ susceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, si non sola mors me à te separauerit. Vi

D dens ergo Noemi, quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos ultrà reditum persuadere: profectæq; sunt simul, & uenerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, uelox apud cunctos fama percrebruit: dicebãtq; mulieres: Hæc est illa Noemi. Quibus ait: Ne uocetis me Noemi, id est pulchrã: sed uocate me Mara, id est amarã, quia amaritudine ualde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena, & uacuam reduxit me dominus. Cur ergo uocatis me Noemi, quã dominus humiliauit, & afflixit omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Bethlehem, quando primum hordea metebantur. CAP. II

A ERat autem uiro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarũ opum, nomine Booz. Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suam: Si iubes, uadam in agrũ, & colligam spicas quæ fugerint manus metentiũ, ubicũq; clementis in me patrisfamilias repererò gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abijt itaq; & colligebat spicas post terga metentiũ. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech. Et ecce ipse ueniebat de Bethlehem, dixitq; messoribus: Dominus uobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi dominus. Dixitq; Booz iuueni qui messoribus præerat: Cu-

Ruth colligit spicas in agro Booz, à quo humaniter tractatur

B ius est hæc puella? Cui respondit: Hæc est Moabitis, quæ uenit cum Noemi, de regione Moabitide: & rogauit ut spicas colligeret remanẽtes, sequens messorum uestigia: & de mane usq; nunc, stat in agro: & nec ad momentum quidem domum reuersa est. Et ait Booz ad

ad Ruth: Audi filia, ne uadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco. sed iungere puellis meis, & ubi messuerint, sequere. Mandaui enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, uade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt. Quæ cadens in faciem suam, & adorãs super terram, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinã mulierem? Cui ille respondit: Nuntiata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem uiri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & ueneris ad populum quem antea nesciebas. Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedẽ recipias à domino deo Israel, ad quem uenisti, & sub cuius confugisti alas. Quæ ait: Inueniam gratiam apud oculos tuos domine mi, qui cõsolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarum. Dixitq; ad eam Booz: Quando hora uescẽdi fuerit, ueni huc, & comede panem: & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaq; ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditq; & saturata est, & tulit reliquias. Atq; inde surrexit ut spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiam si uobiscum metere uoluerit, nec prohibeatis eam: & de uestris quoq; manipulis proijcite de industria, & remanere permittite, ut absq; rubore colligat, & colligẽtem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usq; ad uesperam: & quæ collegerat uirga cædens & excutiẽs, inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est tres modios: quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostẽdit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi sui quo saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua: Vbi hodie collegisti? & ubi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitq; ei apud quem esset operata: & nomẽ dixit uiri, quòd Booz uocaretur. Cui respondit Noemi: Benedictus sit à domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat uiuis, seruauit & mortuis. Rursumq; ait: Propinquus noster est homo. Et Ruth: Hoc quoq;, inquit, præcepit mihi, ut tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est, filia mi, ut cum puellis eius exeas ad metẽdum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaq; puellis Booz: & tandiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAP. III

Ruth socrus suæ suasu accũbit ad pedes Booz, qui eã sex hordei mẽsuris donat

POstquàm autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea: Filia mi, quæram tibi requiem, & prouidebo ut bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei uentilat. Lauare igitur & ungere, & induere cultioribus uestimẽtis, & descende in aream. non te uideat homo, donec esum potumq; finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: ueniesq;, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proijcies te, & ibi iacebis: ipse autẽ dicet tibi quid agere debeas. Quæ respõdit: Quicquid præceperis, faciam. Descenditq; in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus. Cumq; comedisset Booz & bibisset, & factus esset hilarior, issetq; ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, uenit abscondité, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit. Et ecce nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: uiditq; mulierem iacentem ad pedes suos, & ait illi: Quæ es? Illaq; respondit: Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille: Benedicta, inquit, es à domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes siue diuites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse uirtutis. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte: & facto mane, si te uoluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absq; ulla dubitatione suscipiam, uiuit dominus. dormi usq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius, usq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequã homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz: Caue ne quis nouerit quòd huc ueneris. Et rursum: Expãde, inquit, palliũ tuum, quo operiris, & tene utraq; manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quæ portãs ingressa est ciuitatem, & uenit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitq; ei omnia quæ sibi fecisset homo.

Et ait

Et ait, Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo uacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitq; Noemi, Expecta filia, donec uideamus quem res exitum habeat. neq; enim cessa- bit homo nisi compleuerit quod locutus est.

CAP. IIII

A ASCendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumq; uidisset propinquum prætetire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum, Declina paulisper, & sede hic: uocans eum nomine suo. Qui diuertit, & sedit. Tollens autem Booz decem uiros de senioribus ci- uitatis, dixit ad eos, Sedete hic. Quibus residentibus locutus est ad propinquum, Partem a- gri fratris nostri Elimelech uendit Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide. quod au- dire te uolui, & tibi dicere corā cūctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si uis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. sinautem displicet tibi hoc ipsum, indica mi- hi, ut sciam quid facere debeam. nullus enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille respondit, Ego agrum emam. Cui dixit Booz, Quando emeris a-

Booz ducit Ruth in uxorem & nascitur eis filius Obed. Item de modo cedendi ius propinquitatis

B grum de manu mulieris, Ruth quoq; Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipe- re: ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua. Qui respondit, Cedo iuri propinqui- tatis: neq; eni posteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo utere priuilegio, quo me libē- ter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iuri cedebat: ut esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo. hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus natu, & uni- uerso populo, Testes uos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerint Elime-

Deu. 25 a

C lech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi, & Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in cōiugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne uocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. uos inquam, huius rei testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus: faciat dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domū Israel: ut sit exemplum uirtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem: fiatq; domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit uxorem: ingressusq; est ad eam

Gen. 29. 30

D & dedit illi dominus ut conciperet & pareret filium. Dixeruntq; mulieres ad Noemi. Bene- dictus dominus qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & uocaretur nomen eius in Israel: & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diliget: & multo tibi melior est, quàm si septem haberes filios. Susce- ptumq; Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus est filius Noemi: uocauerunt nomen eius Obed, hic est pater Isai, patris Dauid. Hæ sunt generationes Phares: Phares genuit Esron, Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Na- hasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.

HIERONYMI IN LIB. REGVM PRAEFATIO

VIGINTI & duas literas eſſe apud Hebræos,Syrorum quoq; & Chaldæorũ lingua teſtatur,
quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt.nã & ipſi,uigintiduo elemẽta habent, eodẽ ſono,
ſed diuerſis characteribus.Samaritani etiã pentateuchũ Moyſi totidẽ literis ſcriptitant:figuris tan
tum & apicibus diſcrepãtes.certumq; eſt Eſdram ſcribã, legiſq; doctorẽ,poſt captã Ieroſolymã &
inſtauratione tẽpli ſub Zorobabel,alias literas reperiſſe quibus nũc utimur,cũ ad illud uſq; tẽpus
ijdem Samaritanorũ & Hebræorũ characteres fuerint.In libro quoq; Numerorũ hæc eadẽ ſuppu
tatio,ſub Leuitarũ ac ſacerdotũ cenſu,myſtice oſtenditur.Et nomen domini tetragrãmaton in qui
buſdã Græcis uoluminibus uſq; hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. Sed & pſalmi triceſi
musſextus,& cẽteſimusdecimus,& centeſimusundecimus, & cẽteſimus decimusoctauus,& cen
teſimuſquadrageſimuſquartus,quanquã diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdẽ numeri texũtur
alphabeto.Et Hieremię lamentatiões,& oratio eius:Salomõis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco
in quo ait,Mulierem fortẽ quis inueniet:ijſdẽ alphabetis uel inciſionibus ſupputãtur.Porro quin
que literæ duplices apud Hebręos ſunt:Caph,Mem.Nun,Phe,Sade.aliter enim ſcribũtur per has
principia medietateſq; uerborũ,aliter ſines. Vnde & quinq; à pleriſq; libri,duplices æſtimãtur,Sa
muel,Malachim,Dibre haiamim,Eſdras,Ieremias,cũ Cinoth,id eſt,lamẽtationibus ſuis.Quõ igi/
tur uigintiduo elemẽta ſunt per quæ ſcribimus Hebraice omne quod loquimur,& eorũ initijs uox
humana cõprehenditur:ita uigintiduo uolumina ſupputãtur,quibus quaſi literis & exordijs in dei
doctrina,tenera adhuc et lactẽs uiri iuſti eruditur infantia.Primus apud eos liber uocatur Bereſith,
quẽ nos Geneſim dicimus.Secũdus, Velle Semoth,qui Exodus appellatur. Tertius, Vaiera,id eſt
Leuiticus.Quartus Vaiedabber,quẽ Numeros uocamus.Quintus.Elle Haddebarim, qui Deute
ronomiũ prænotatur.Hi ſunt quinq; libri Moyſi:quos proprie Thorah,id eſt legẽ appellant. Secũ
dum prophetarũ ordinẽ faciunt:& incipiũt ab Ieſu filio Naue:qui apud eos Iehoſua Ben Nun dici/
tur.Deinde ſubtexũt Sophtim,id eſt Iudicũ librũ.Et in eundem cõpingunt Ruth:quia in diebus Iu
dicũ,facta eius narratur hiſtoria.Tertius ſequitur Samuel, quẽ nos Regum primũ & ſecundũ dici
mus.Quartus Melachim,id eſt Regum:qui tertio & quarto Regũ uolumine continetur.Meliuſq;
multo eſt Melachim,id eſt Regũ:q̃ Malachoth,id eſt regnorũ dicere.Non enim multarũ gentium
deſcribit regna:ſed unius Iſraelitici populi,qui tribubus duodecim cõtinetur.Quintus eſt Iſaias.Se
xtus Ieremias.Septimus,Ezechiel. Octauus,liber duodecim prophetarũ : qui apud illos uocatur
There Aſar.Tertius ordo, agiographa poſſidet.Et primus liber incipit ab Iob.Secundus à Dauid,
quẽ quinq; inciſiõibus,& uno pſalmorũ uolumine cõprehendunt. Tertius eſt Salomõ,tres libros
habens,Prouerbia,quę illi parabolas,id eſt Miſle appellant. Quartus Eccleſiaſten, id eſt coheleth.
Quintus,canticum canticorũ,quẽ titulo Sir Haſirim prænotant.Sextus eſt Daniel. Septimus,Di/
brehaiamim,id eſt,uerba dierũ:quod ſignificantius Chronicon totius diuinæ Hiſtoriæ poſſumus
appellare.qui liber,apud nos Paralipomenõ primus & ſecundus inſcribitur.Octauus,Eſdras:qui
& ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos,in duos libros diuiſus eſt.Nonus,Eſter . Atq; ita fiũt pari
ter ueteris legis libri uigintiduo,id eſt Moyſi quinq;,et prophetarũ octo,agiographorũ nouẽ. Quã
quam nõnulli Ruth & Cinoth inter agiographa ſcriptitẽt, & hos libros in ſuo putẽt numero ſup/
putandos:ac per hoc eſſe priſcæ legis libros uigintiquatuor : quos ſub numero uigintiquatuor ſe/
niorũ Apocalypſis Ioannis inducit adorãtes agnũ,et coronas ſuas proſtratis uultibus offerẽtes,ſtã
tibus corã quatuor animalibus oculatis ante & retro, id eſt in præteritũ & in futurũ reſpiciẽtibus,
& indefeſſa uoce clamãtibus,Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus omnipotens,qui erat,& qui
eſt,& qui uẽturus eſt.Hic prologus,ſcripturarũ quaſi galeatum principiũ , omnibus libris quos de
Hebræo uertimus in Latinum,cõuenire poteſt:ut ſcire ualeamus quicquid extra hos eſt, inter apo
crypha eſſe ponendũ.Igitur Sapiẽtia,quæ uulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach,liber,&
Iudith,& Thobias,& Paſtor:nõ ſunt in canone.Machabæorũ primum librũ,Hebraicũ reperi.Se/
cundus,Græcus eſt:q̃d ex ipſa quoq; phraſi probari poteſt.Quæ cũ ita ſe habeãt,obſecro te lector,
ne laborẽ meũ,reprehenſionẽ exiſtimes antiquorũ.Id tẽplo dei offert unuſquiſq; quod poteſt : alij
aurũ & argentũ & lapides precioſos,alij byſſum & purpurã & coccũ offerunt & hyacinthũ: nobi
ſcũ bene agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarũ pilos . Et tamẽ Apoſtolus cõtemptibiliora noſtra
magis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo,& per ſingulas ſpecies eccleſiæ
præſentis futuræq; diſtinctio,pellibus tegitur & cilicijs:ardorẽq; ſolis & iniuriã imbriũ ea quæ ui/
liora ſunt prohibent.Lege ergo primũ Samuel & Melachim meũ.meũ inquam,meũ.Quicquid e/
nim crebrius uertẽdo & emendãdo ſolicitius & didicimus & tenemus:noſtrũ eſt.Et cum intellexe
ris quod antea neſciebas ;uel interpretẽ me exiſtimato,ſi gratus es:uel paraphraſtẽ,ſi ingratus.quã
quã mihi omnino cõſcius nõ ſim mutaſſe me quippiã de Hebraica ueritate. Certè ſi incredulus es,
lege Græcos codices & Latinos:& cõfer cũ his opuſculis quæ nuper emẽdauimus.& ubicũq; diſ/
crepare inter ſe uideris,interroga quẽlibet Hebræorũ, cui magis accõmodare debeas fidẽ.Et ſi no/
ſtra firmauerit,puto quod eũ nõ exiſtimes coniectorẽ,ut in eodẽ loco mecũ ſimiliter diuinarit. Sed
& uos famulas Chriſti rogo,quæ domini diſcũbentis pretioſiſſima fidei myrra ungitis caput , quæ
nequaquã ſaluatorẽ quęritis in ſepulchro,quibus iã ad patrẽ Chriſtus aſcẽdit:ut cõtra latrantes ca
nes qui aduerſum me rabido ore deſæuiunt,& circũeunt ciuitatẽ,atq; in eo ſe doctos arbitrantur ſi
alijs detrahant, orationũ ueſtrarum clypeos opponatis.Ego ſciẽs humilitatẽ meã,illius ſemper ſen
tentiæ recordabor,Dixi,cuſtodiam uias meas:ut non delinquam in lingua mea . Poſui ori meo cu/
ſtodiam , cum conſiſteret peccator aduerſum me, Obmutui, & humiliatus ſum ; & ſilui à bonis.

LIBER I SAMVELIS
QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS HEBRAEI שְׁמוּאֵל

A F

VIT VIR VNVS de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph Ephrathæus: & habuit duas uxores, nomen uni Anna, & nomen secũdæ Phenenna. Fueruntq; Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi. Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus, ut adoraret & sacrificaret domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennæ uxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat uuluam eius. Affligebat quoque eam æmula eius, & uehementer angebat, intantum ut exprobraret quod dominus conclusisset uuluam eius: sicq; faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad templum domini: & sic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana uir suus, Anna cur fles? & quare non comedis? & quã ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum quàm decem filij? Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad dominum flens largiter, & uotum uouit, dicens, Domine exercituum, si respiciens uideris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruæ tuæ sexum uirilem: dabo eum domino omnibus diebus uitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Factum est autem, cum illa multiplicaret preces coram domino, ut Heli obseruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & uox penitus nõ audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei, Vsq; quo ebria eris? digere paulisper uinum quo mades. Respondens Anna, Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infoelix nimis ego sum, uinum & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu domini. Ne reputes ancillam tuã quasi unam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum usq; in præsens. Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in uiam suã, & comedit, uultusq; illius nõ sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerũt corã domino: reuersiq; sunt, & uenerut in domum suã in Ramatha. Cognouit autẽ Elcana Annam uxorem suam: & recordatus est eius dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, uocauitq; nomen eius Samuel: eo quod à domino postulasset eum. Ascẽdit autem uir eius Elcana & omnis domus eius, ut immolaret domino hostiam solennem & uotum suum, & Anna non ascẽdit: dixit enim uiro suo, Non uadam, donec ablactetur infans: & ducam eum, ut appareat ante conspectum domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana uir suus, Fac quod bonũ tibi uidetur, & mane donec ablactes eum: precorq; ut impleat dominus uerbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum secum postquam ablactauerat, in uitulis tribus, & uno modio farinę, & amphora uini, & adduxit eum ad domũ domini in Silo. Puer autem adhuc erat infantulus: & immolauerunt uitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait, Obsecro mi domine, uiuit anima tua domine: ego sum illa mulier quæ steti coram te hic orans dominum. Pro puero isto oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam, quam postulaui eum. Idcirco & ego commodaui eum domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. Et orauit Anna, & ait. CAP. II

Elcanæ uxorũ inter se æmulatio. Anna filium Samuelẽ deo deuouet

Gen. 29. 30

Num. 6 a
Iud. 13 a

Anna deo egit gratias, Heli cũ filijs priuatur munere sacerdotali, suscitatur Sadoc fidelis minister domini

EXultauit cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in domino: dilatatum A est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.

Non est sanctus ut est dominus: neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriãtes: recedant uetera de ore uestro: quia deus scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

Saturati prius, pro panibus se locauerunt: & famelici, saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est. B

Dominus mortificat, & uiuificat, deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat & subleuat.

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperẽ: ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine roborabitur uir.

Dominũ formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit: dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

Et abijt Elcana in Ramatha, in domum suam: puer autem erat minister in cõspectu domi- C ni ante faciem Heli sacerdotis. Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dominum, neq; officiũ sacerdotum ad populum: sed quicunque immolasset uictimam, ueniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, uel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant uniuerso Israeli ueniẽtium in Silo. Etiam antequam adolerent adipem, ueniebat puer sacerdotis, & dicebat immolãti, Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Dicebátque illi immolans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunq; desyderat ani- D ma tua. Qui respondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam ui. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino: quia detrahebant homines sacrificio domini. Samuel autem ministrabat ante faciem domini: puer accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum uiro suo, ut immolaret hostiam solennem. Et benedixit Heli Elcanæ & uxori eius, dixitq; ei, Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud dominum. Heli autem erat senex ual- E de, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui uniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, & dixit eis, Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciatis populum domini. Si peccauerit uir in uirum, placari potest ei deus: si autem in dominum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Et non audierunt uocem patris sui: quia uoluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam deo quàm hominibus. Venit autem uir dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit dominus, Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus F Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorum Israel. Quare calce abiecistis uictimam meam, & munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, ut comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dominus deus Israel, Loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem, dicit dominus, absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo

eum

cum:qui autem contemnunt me,erunt ignobiles.Ecce dies ueniunt,& præcidam brachium G tuum,& brachium domus patris tui,ut non sit senex in domo tua. Et uidebis æmulum tuũ in templo,in uniuersis prosperis Israel:& non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus uirum ex te ab altari meo: sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua,& pars magna domus tuæ morietur cum ad uirilem ætatem uenerit.Hoc autem erit tibi signum quod uenturum est duobus filijs tuis Ophni & Phinees, In die uno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet:& ædificabo ei domum fidelem,& ambulabit coram Christo meo cũctis diebus.Futurum est autem,ut quicunq; remanserit in domo tua,ueniat ut oretur pro eo,& offerat nummum argenteum,& tortam panis,dicatq;,Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

CAP. III

Samuel à domino uocatus ad prophetiam prædicit filijs Heli quæ eis pœna ingruat

A PVer autem Samuel ministrabat domino corã Heli, & sermo domini erat pretiosus in diebus illis,nõ erat uisio manifesta. Factum est ergo in die quadã, Heli iacebat in loco suo,& oculi eius caligauerãt,nec poterat uidere lucernã dei antequã extingueretur. Samuel aũt dormiebat in templo domini,ubi erat arca dei.Et uocauit dominus Samuel. Qui respõdens ait,Ecce ego.Et cucurrit ad Heli,& dixit,Ecce ego:uocasti enim me.Qui dixit, Nõ uocaui:reuertere,& dormi. Et abijt & dormiuit.Et adiecit dominus rursum uocare Samuelẽ. Cõsurgensq; Samuel abijt ad Heli,& dixit,Ecce ego:quia uocasti me. Qui respondit,Nõ B uocaui te fili mi:reuertere & dormi.Porrò Samuel necdũ sciebat dominũ,nec reuelatus fuerat ei sermo domini.Et adiecit dominus,& uocauit adhuc Samuelẽ tertio. Qui cõsurgẽs abijt ad Heli,& ait,Ecce ego:quia uocasti me.Intellexit ergo Heli quia dominus uocaret puerum:& ait ad Samuelẽ, Vade,& dormi:& si deinceps uocauerit te, dices,Loquere domine quia audit seruus tuus. Abijt ergo Samuel,& dormiuit in loco suo. Et uenit dominus,& stetit:& uocauit sicut uocauerat secundo,Samuel,Samuel.Et ait Samuel,Loquere,quia audit seruus tuus.Et dixit dominus ad Samuelem,Ecce ego facio uerbũ in Israel,quod quicunq; C audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli,omnia quæ locutus sum super domũ eius:incipiã & cõplebo. Prædixi enim ei quod iudicaturus essem domũ eius in æternũ,propter iniquitatẽ,eo quod nouerat indigne agere filios suos, & nõ corripuerit eos.Idcirco iuraui domui Heli, quod nõ expietur iniqtas domus eius uictimis & muneribus usq; in æternũ.Dormiuit aũt Samuel usq; mane,aperuitq; ostia domus dñi.Et Samuel timebat indicare uisionẽ Heli.Vocauit ergo Heli Samuelẽ,& dixit, Samuel fili mi? Qui respõdens,ait,Presto sum.Et interrogauit eũ,Quis est sermo qui dictus est ad te?oro te ne D celaueris me.hec faciat tibi deus,& hæc addat,si abscõderis à me sermonẽ ex omnibus uerbis quæ dicta sunt tibi.Indicauit itaq; ei Samuel uniuersos sermones,& nõ abscõdit ab eo. Et ille respõdit,Dominus est:quod bonũ est in oculis suis,faciat.Creuit aũt Samuel,& dominus erat cum eo,& non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Et cognouit uniuersus Israel à Dan,usq; Bersabee,quod fidelis Samuel propheta esset domini.Et addidit dominus ut appareret in Silo:quoniam reuelatus fuerat dominus Samuel in Silo, iuxta uerbum domini.Et euenit sermo Samuelis uniuerso Israeli.

CAP. IIII

Israelitæ à Philistæis bis prælio uicti amittunt arcã domini. Filij Heli ipso cum patre intereũt

A ET factum est in diebus illis,cõuenerunt Philisthijm in pugnam. Egressus est nanq; Israel obuiam Philisthijm in prælium,& castrametatus est iuxta Lapidẽ adiutorij. Porrò Philisthijm uenerunt in Aphec,& instruxerunt aciem contra Israel.Inito autẽ certamine,terga uertit Israel Philisthæis:& cæsa sunt in illo certamine passim per agros,quasi quatuor millia uirorum. Et reuersus est populus ad castra: dixeruntq; maiores natu de Israel, Quare percussit nos dominus coram Philisthijm? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini,& ueniat in medium nostri,ut saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis domini exercituum sedentis super cherubim:erantq; duo filij Heli cum arca fœderis domini, Ophni & Phinees. Cumq; uenisset arca fœderis domini in castra, uociferatus est omnis Israel clamore grandi, & persoB nuit terra.Et audierunt Philisthijm uocem clamoris,dixerũtq;, Quænam est hæc uox cla-

moris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quod arca domini uenisset in castra, Timueruntq́; Philisthijm, dicentes, Venit deus in castra. Et ingemuerunt dicentes: Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius: uæ nobis. Quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorum? hi sunt dij qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto. Confortamini, & estote uiri, Philisthijm: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philisthijm, & cæsus est Israel, & fugit unusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum. Et arca dei capta est: duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens autem uir de Beniamin ex acie uenit in Silo in die illa, scissa ueste, & conspersus puluere caput. Cúmque ille uenisset, Heli sedebat super sellam contra uiam spectans. Erat enim cor eius pauens pro arca dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiauit urbi: & ululauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitq́; Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & uenit, & nuntiauit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & uidere non poterat. Et dixit ad Heli, Ego sum qui ueni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum est fili mi? Respondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthijm, & ruina magna facta est in populo: insuper, & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca dei capta est. Cumq́; ille nominasset arcam dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat uir, & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus autem eius uxor Phinees, prægnans erat, uicinaq́; partui: & audito nuntio quod capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus, & uir suus, incuruauit se & peperit. irruerant enim in eã dolores subiti. In ipso autẽ momẽto mortis eius, dixerunt ei quæ stabant circa eam, Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neq́; animaduertit. Et uocauit puerum Ichabod, dicens, Translata est gloria de Israel. quia capta est arca dei, & pro socero suo, & pro uiro suo. Ait, Translata est gloria ab Israel. eo quod capta esset arca dei.

CAP. V

Dagon præceps corruit arca domini in suũ templũ illata. Philisthæi plagis terrentur & affliguntur

PHilisthijm autem tulerunt arcam dei, & asportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntq́; Philisthijm arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumq́; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locũ suum. Rursumq́; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto, usq́; in hodiernum diem. Aggrauata est autem manus domini super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori parte natium Azotum, & fines eius. Et ebullierunt uillę & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. Videntes autem uiri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt, Non maneat arca dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca dei Israel? Responderuntq́; Gethęi, Circunducatur arca dei Israel. Et circunduxerunt arcam dei Israel. Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat uiros uniuscuiusq́; urbis, à paruo usq́; ad maiorem, & cõputrescebant prominentes extales eorum. Inieruntq́; Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam dei in Accaron. Cúmque uenisset arca dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos arcam dei Israel, ut interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaque, & congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum: qui dixerunt, Dimittite arcam dei Israel, & reuertatur in locum suum, ut non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis urbibus, & grauissima ualde manus dei. uiri quoque qui mortui

Deu. 32 d

non

non fuerant,percutiebantur in secretiori parte natium, & ascendebat ululatus uniuscuiusq; ciuitatis in cœlum.

CAP. VI

A FVit ergo arca domini in regione Philisthinorum septem mẽsibus. Et uocauerunt Philisthijm sacerdotes & diuinos,dicentes,Quid faciemus de arca domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locũ suum. Qui dixerũt,Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimittere eam uacuam,sed quod debetis,reddite ei pro peccato,& tunc curabimini: & scietis quare nõ recedat manus eius à uobis. Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntq; illi,Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinq; anos aureos facietis,& quinq; mures aureos:quia plaga una fuit omnibus uobis,& satrapis uestris. Facietisq; similitudines anorum uestrorum,& similitudines muriũ qui demoliti sunt terrã,& dabitis deo Israel gloriam,si fortè releuet manũ suam à uobis,& à dijs uestris,& à

B terra uestra. Quare aggrauatis corda uestra sicut aggrauauit Ægyptus,& Pharao cor suũ? nónne postquã percussus est,tunc dimisit eos,& abierũt? Nunc ergo arripite & facite plaustrum unũ:& duas uaccas fœtas,quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite uitulos earum domi. Tolletisq; arcã domini, & ponetis in plaustro, & uasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellã ad latus eius: & dimittite eam ut uadat. Et aspicietis:& si quidem per uiam finium suorũ ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. sin autem minime:sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas uaccas quæ lactabant uitulos iunxerunt ad plaustrum, uitulosq; earum concluserunt domi. Et posuerunt arcam dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant

C autem in directum uaccæ per uiam quæ ducit Bethsames,& itinere uno gradiebantur,pergentes & mugientes:& non declinabant neq; ad dexteram neq; ad sinistram:sed & satrapæ Philisthijm sequebantur, usq; ad terminos Bethsames. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in ualle:& eleuantes oculos suos,uiderunt arcam,& gauisi sunt cum uidissent. Et plaustrum uenit in agrum Iosue Bethsamitæ,& stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus,& conciderunt ligna plaustri,uaccasq; imposuerunt super ea holocaustum domino. Leuitæ autem deposuerunt arcam dei,& capsellam quæ erat iuxta eam in qua erant uasa aurea, & posuerunt super lapidem grandẽ. Viri autẽ Bethsamitæ obtulerunt holocausta,& immolauerũt uictimas in die illa domino. Et quinq; satrapæ Philisthinorum uiderunt, & reuersi sunt in

D Accaron in die illa. Hi sunt aũt ani aurei,quos reddiderũt Philisthijm pro delicto,domino: Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unũ:& mures aureos secundum numerũ urbium Philisthijm quinq; prouinciarũ, ab urbe murata, usq; ad uillam quæ erat absq; muro, & usq; ad Abel magnum super quẽ posuerunt arcã domini quæ erat usq; in die illa in agro Iosue Bethsamitis. Percussit aũt dñs de uiris Bethsamitibus,eo quod uidissent arcã domini:& percussit de populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus,eo quod dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt uiri Bethsamitæ. Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? Miseruntq; nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, Reduxerunt Philisthijm arcam domini, descendite & reducite eam ad uos.

Philistæi remittunt arcã Israelitis cum donis

CAP. VII

A VEnerunt ergo Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt,ut custodiret arcã domini. Et factũ est, ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim multiplicati sunt dies,erat quippe iã annus uicesimus: & requieuit omnis domus Israel post dñm. Ait aũt Samuel ad uniuersam domum Israel, dicens, Si in toto corde uestro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio uestri,Baalim & Astaroth: & præparate corda uestra dño,& seruite ei soli,& eruet uos de manu Philisthijm. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim & Astaroth & seruierunt domino soli. Dixit autem Samuel, Congregate uniuersum Israel

B in Masphath, ut orem pro uobis dominum. Et conuenerunt in Masphath: hauserúntque aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi,

Arca in domo Abinadab allata, filius eius Eleazar cõstituitur sacerdos, et Samuel instruit populum ad uerum dei cultum

Peccauimus domino. Iudicauitq; Samuel filios Israel in Masphath. Et audierunt Philisthijm quod congregati essent filij Israel in Masphath, & ascenderunt satrapę Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorũ. Dixeruntq; ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad dominũ deum nostrũ, ut saluet nos de manu Philisthinorum. Tulit aũt Samuel agnum lactentẽ unum, & obtulit illum holocaustũ integrum domino: & clamauit Samuel ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. C Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthijm iniere prælium contra Israel: intonuit aũt dominus fragore magno in die illa super Philisthijm, & exterruit eos, & cæsi sunt à filijs Israel. Egressiq; filij Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos usq; ad locum qui erat subter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem unũ, & posuit eum inter Masphath & inter Sen: & uocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;, Hucusque auxiliatus est nobis dominus. Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerunt ultrà ut uenirent in terminos Israel: facta est itaque manus domini super Philisthæos, D cunctis diebus Samuelis. Et redditæ sunt urbes quas tulerant Philisthijm ab Israel, Israeli, ab Accaron usque Geth, & terminos suos: liberauitq; Israel de manu Philisthinorũ, eratq; pax inter Israel & Amorrhæum. Iudicabat quoq; Samuel Israelẽ cunctis diebus uitæ suæ: & ibat per singulos annos circuiẽs Bethel & Galgala & Masphath, & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebaturq; in Ramatha. ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare domino.

CAP. VIII

Filij Samuelis iudices constituti, auaricia sua Israelitas permouere ut regem cupiuerint habere, quod Samuel dissuadet

A FActum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in uijs eius: sed declinauerunt post auaritiã, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudiciũ. Cõgregati ergo uniuersi maiores natu Israel, uenerunt ad Samuelẽ in Ramatha. Dixeruntq; ei, Ecce tu senuisti & filij tui non ambulant in uijs tuis: Constitue nobis regẽ, ut iudicet nos, sicut & uniuersę habent nationes. Displicuitq; sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent, Da nobis regem, ut iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. B Dixit autem dominus ad Samuelem, Audi uocem populi in omnibus quę loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto usq; ad diẽ hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo uocem eorũ audi: ueruntamen cõtestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia uerba domini ad populum qui petierat à se regem, & ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est uobis, Filios C uestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & pręcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruũ suorum. Filias quoq; uestras faciet sibi unguẽtarias & focarias & panificas. Agros quoq; uestros, & uineas, & olìueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes uestras & uinearum redditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis. Seruos etiam uestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere D suo. Greges quoq; uestros addecimabit, uosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis uestri quem elegistis uobis: & non exaudiet uos dominus in die illa. Noluit autem populus audire uocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam. rex enim erit super nos. & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia uerba populi, & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem, Audi uocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad uiros Israel, Vadat unusquisque in ciuitatem suam.

CAP. IX

Sauli asinas paternas inquirenti Samuel, in quem forte inciderat, indicat eũ futurũ regem

A ET erat uir de Bẽiamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij uiri Iemini, fortis robore. Et erat ei filius uocabulo Saul, electus & bonus: & non erat uir de filijs Israel melior illo. ab humero & sursum, eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle

tecum

tecum unum de pueris,& consurgens uade & quære asinas. Qui cū transissent per montem Ephraim,& per terrā Salisa,& non inuenissent,transierunt etiam per terram Salim, & non erāt:sed & per terrā Iemini,& minime repererunt. Cum aūt uenissent in terram Suph,dixit Saul ad puerū qui erat cum eo, Veni,& reuertamur,ne fortè dimiserit pater meus asinas,& solicitus sit pro nobis. Qui ait,Ecce uir dei est in ciuitate hac,uir nobilis:omne quod loquitur sine ambiguitate uenit. nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de uia nostra propter quā uenimus. Dixitq; Saul ad puerum suum, Ecce ibimus:quid feremus ad uirum dei? pa-
B nis deficit in sitarcijs nostris:& sportulā non habemus,ut demus homini dei,nec quicquam aliud. Rursum puer respondit Sauli,& ait,Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti,demus homini dei,ut indicet nobis uiam nostrā. Olim in Israel sic loquebatur unusquisq;,uadens cōsulere deum, Venite,& eamus ad uidentē. Qui enim propheta dicitur hodie,uocabatur olim uidens. Et dixit Saul ad puerū suum, Optimus sermo tuus:ueni,eamus. Et ierunt in ciuitatē in qua erat uir dei. Cumq; ascenderent cliuum ciuitatis,inuenerunt puellas egredientes ad hauriendā aquam,& dixerunt eis, Num hic est uidens? Quæ respōdentes,dixerunt illis, Hic est: ecce ante te. festina nunc:hodie enim uenit in ciuitatē,quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes urbē, statim inuenietis eum anteq; ascendat excelsum ad uescendum. neq; enim comesturus est populus donec ille ueniat. quia ipse benedicet hostiæ,& deinceps comedent qui uocati sunt. Nunc ergo ascēdite, quia hodie re
C perietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumq; illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obuiā eis ut ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante unam diem quàm ueniret Saul, dicēs, Hac ipsa hora quæ nunc est, cras mittam uirum ad te de terra Beniamin, & unges eum ducem super populum meum Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum:uenit enim clamor eorū ad me. Cumq; aspexisset Samuel Saulē, dominus dixit ei, Ecce uir quē dixerā tibi,iste dominabitur populo meo. Accessit aūt Saul ad Samuelem in medio portę, & ait, Indica,oro,mihi,ubi est domus uidentis? Et respondit Samuel Sauli,dicens, Ego sum uidens. ascende ante me in excelsum,ut comedatis mecum hodie,& dimittam te mane:& omnia quæ sunt in corde tuo,indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne solicitus sis. quia inuentæ sunt. Et cuius erunt optima quæq; Israel? nónne tibi,& omni domui patris tui? Respondens aūt Saul ait, Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu
D Israel,& cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Assumens itaq; Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium,& dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quasi triginta uiri. Dixitq; Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & præcepi ut reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum,& posuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce quod remansit,pone ante te,& comede:quia de industria seruatum est tibi,quando populum uocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descēderunt de excelso in oppidum,& lo-
cutus est cum Saule in solario. Cúmque mane surrexissent,& iam dies lucesceret, uocauit Samuel Saulem in solario, dicens, Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul: egressiq; sunt ambo, ipse uidelicet & Samuel. Cumq; descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul. Dic puero ut antecedat nos,& transeat:tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi uerbum dei.

Iudic. 20 e
1. Reg. 15 d

CAP. X

A TVlit autem Samuel lēticulam olei,& effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, Ecce unxit te dominus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signū, quia unxit te dominus in principem. Cum abieris hodie à me, inuenies duos uiros iuxta sepulchrū Rachel in finibus Beniamin in meridie,dicentesq; tibi, Inuentæ sunt asinæ,ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro uobis & dicit, Quid faciam de filio meo? Cúmque abieris inde & ultrà transieris, & ueneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad deum in Bethel, unus portans tres hœdos, & alius

Saulē in regē unctū Samuel offert populo, & prædicit ei fata sua
Gen. 35. d

tres

tres tortas panis, & alius portans lagenam uini. Cumq́ te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc uenies in collem dei, ubi est statio Philisthinorum: & cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosq́ prophetantes. Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia dominus tecum est. Et descendes ante me in Galgala: (ego quippe descendam ad te) ut offeras oblationem & immoles uictimas pacificas: septē diebus expectabis, donec ueniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Itaq́ cum auertisset humerum suum ut abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud, & uenerunt omnia signa hæc in die illa. Veneruntq́ ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insiluit super eū spiritus domini, & prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerāt eum heri & nudiustertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? Respondit alius ad alterum, dicens, Et quis pater eorum? Propterea uersum est in prouerbium, Num et Saul inter prophetas? Cessauit autem prophetare, & uenit ad excelsum. Dixitq́ patruus Saul ad eum, & ad puerum eius, Quò abistis? Qui responderunt, Quærere asinas: quas cum non reperissemus, uenimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis quod inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel. Et cōuocauit Samuel populum ad dominum in Masphat, & ait ad filios Israel, Hæc dicit dominus deus Israel, Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui uos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant uos. Vos autem hodie proiecistis dominum deum uestrum qui solus saluauit uos de uniuersis malis & tribulationibus uestris: & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus uestras, & per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit sors super tribum Beniamin. Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit sors super cognationē Metri, & peruenit usq́ ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus. Et consuluerunt post hæc dominum utrumnā uenturus esset illuc. Responditq́ dominus, Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaq́, & tulerūt eum inde: stetitq́ in medio populi, & altior fuit uniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum, Certe uidetis quem elegit dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino: & dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suā. sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda. Filij uero Belial dixerunt, Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille uero dissimulabat se audire.

(Margin: B; C; 1.Reg.5b; D)

CAP. XI

Saul fusis Ammonitis liberat Iabes obsidione cinctā

ET ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduorsum Iabes Galaad. Dixerūtq́ omnes uiri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam uobiscum fœdus, ut eruam omnium uestrum oculos dextros, ponamq́ uos opprobrium in uniuerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores Iabes, Concede nobis septē dies, ut mittamus nuntios ad uniuersos terminos Israel: & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis, & locuti sunt uerba hæc audiēte populo: & leuauit omnis populus uocē suam, & fleuit. Et ecce Saul ueniebat, sequēs boues de agro, & ait, Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei uerba uirorū Iabes. Et insiluit spiritus domini in Saul, cum audisset uerba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumens utrunq́ bouem, concidit in frusta, misitq́ in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens, Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populum, & egressi sunt quasi uir unus. Et recensuit eos in Bezec: fueruntque filiorum Israel trecenta millia; uirorum autem

(Margin: A; B; C)

autem Iuda triginta millia. Et dixerunt nuntijs qui uenerant, Sic dicetis uiris qui sunt in Iabes Galaad, Cras erit uobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt uiris Iabes: qui læti sunt. Et dixerunt, Mane exibimus ad uos: & facietis nobis omne quod placuerit uobis. Et factum est, cum dies crastinus uenisset, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in uigilia matutina, & percussit Ammon usq; dū D incalesceret dies, reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul num regnabit super nos? Date uiros, & interficiemus eos. Et ait Saul, Nō occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit dominus salutem in Israel. Dixit autem Samuel ad populum, Venite, & eamus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram domino in Galgala, & immolauerunt ibi uictimas pacificas coram domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti uiri Israel nimis. CAP. XII

A DIxit autem Samuel ad uniuersum Israel, Ecce audiui uocem uestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super uos regem. Et nunc rex graditur ante uos: ego autem senui, & incanui, porrò filij mei uobiscum sunt: itaq; conuersatus coram uobis ab adolescentia mea usq; ad hanc diem, ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamq; uobis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neq; oppresisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiā. Dixitq; ad eos, Testis est dominus aduersum uos, & testis christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Testis. Et ait B Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moysen & Aarō, & eduxit patres nostros de terra Aegypti. Nunc ergo state, ut iudicio contendam aduersum uos coram domino de omnibus misericordijs domini, quas fecit uobiscum, & cum patribus uestris: quomodo Iacob ingressus est Aegyptum, & clamauerunt patres uestri ad dominū: & misit dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres uestros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt domini dei sui, & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ Hasor, & in manu Philisthinorum, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos. Postea autem clamauerunt ad dominum, & dixerunt peccauimus, quia dereliquimus dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi. Et misit dominus Ierobaal & Badan & Iepte & Samuel, & eruit uos de manu inimicorum ue- C strorum per circuitum, & habitastis confidenter. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon uenisset aduersum uos, dixistis mihi, Nequaquam, sed rex imperabit nobis: cum dominus deus uester regnaret in uobis. Nunc ergo præsto est rex uester, quem elegistis & petistis: ecce dedit uobis dominus regem. Si timueritis dominum, & seruieritis ei, & audieritis uocē eius, & non exasperaueritis os domini: eritis & uos, & rex qui imperat uobis sequētes dominum deum uestrum. si autem non audieritis uocem domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super uos, & super patres uestros. Sed & nunc state, & uidete rem istam grandem quā facturus est dominus in conspectu uestro. Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo dominum & dabit uoces, & pluuias: & scietis & uidebitis quia grande malum feceritis uobis in conspectu domini, petentes super uos regem. Et clamauit D Samuel ad dominum, & dedit dominus uoces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis dominum & Samuelem. Et dixit uniuersus populus ad Samuelem, Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum, ut non moriamur. addidimus enim uniuersis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem. Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere. uos fecistis uniuersum malum hoc: ueruntamen nolite recedere à tergo domini, sed seruite dño in omni corde uestro. Et nolite declinare post uana, quę nō proderūt uobis, neq; eruēt uos, quia uana sunt. Et non derelinquet dominus populū suū propter nomē suum magnū: quia iurauit dominus facere uos sibi populum. Absit aūt à me hoc peccatū in domino, ut cessem orare pro uobis, & docebo uos uiam bonā & rectam. Igitur timete dominū, & seruite ei in ueritate, ex toto corde uestro. uidistis enim magnifica, quæ in uobis gesserit. Quod si

Samuel corā uniuersis Israelitis commemorata sua innocentia refricat eis memoriā beneficiorum dei & instigat ut constanter illi inseruiant

Iud. 4. a

Exod. 34. b

perseue

perseueraueritis in malitia:& uos & rex uester pariter peribitis. CAP. XIII

Philistinorum & Israelitarũ pugnæ ancipi tes. Saul increpatur à Samuele.

A FIlius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autẽ annis regnauit super Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterum populũ remisit ununquenq; in tabernacula sua. Et percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi. Et uniuersus Israel audiuit huiusmodi famam, Percussit Saul stationẽ Philisthinorũ: & erexit se Israel aduersus Philisthijm. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. Et Philisthijm congregati sunt ad præliandum contra Israel, triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum uulgus, sicut arena quę est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethauen. Quod cum uidissent uiri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, B & in abditis, in petris quoq;, & in antris, & in cisternis. Hebræi autem transierunt Iordanem in terrã Gad & Galaad. Cumq; adhuc esset Saul in Galgala, uniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & nõ uenit Samuel in Galgala, dilapsusq; est populus ab eo. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumq; complesset offerens holocaustum ecce Samuel ueniebat: & egressus est Saul obuiam ei, ut salutaret eum. Locutusq; est ad eũ Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul, quia uidi quod populus dilaberetur à me, & tu non ueneras iuxta placitos dies, porrò Philisthijm cõgregati fuerant in Machmas: dixi, Nunc descendent Philisthijm ad me in Galgala, & faciem domini non placaui. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum domino. Dixitq; Samuel ad Saul, Stulte egisti, nec custodisti C mandata domini dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultrà consurget. Quæsiuit dominus sibi uirũ iuxta cor suũ: & præcepit ei dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non seruaueris quæ præcepit dominus. Surrexit autem Samuel, & ascẽdit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascẽderũt post Saul obuiã populo, qui expugnabant eos uenientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recensuit Saul populum qui inuenti fuerant cum eo, quasi sexcentos uiros: & Saul, & Ionathas filius eius, populusq; qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philisthijm cõsederant in Machmas. Et egressi sunt ad præliandum de castris Philisthinorum tres cunei. unus cuneus pergebat cõtra uiam Ephraim ad terram Saul. porrò alius ingrediebatur per D uiam Bethoron. tertius autem uerterat se ad iter termini imminentis ualli Seboim cõtra desertũ. Porrò faber ferrarius nõ inueniebatur in omni terra Israel. cauerant enim Philisthijm ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthijm, ut exacueret unusquisq; uomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum, Retusæ itaq; erant acies uomerum, & ligonum, & tridentum, & securium, usq; ad stimulum corrigendum. Cumq; uenisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Egressa est autem statio Philisthijm, ut transcenderet in Machmas. CAP. XIIII

Ionathas Philisthæos profligat, & contra parentis Saulis edictũ uescitur fauo mellis, unde in graue discrimen incidit.

A ET accidit in quadam die ut diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum, Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autẽ suo hoc ipsum nõ indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo granato, quæ erat in agro Gabaa: & erat populus cum eo quasi sexcẽtorum uirorũ. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo, portabat Ephod. Sed & populus ignorabat quo isset Ionathas. Erant autẽ inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraq; parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti, nomen uni Boses, & nomen alteri Sene, unus scopulus prominens ad aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad meridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum

getum suum, Veni, transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si fortè faciat domi/nus pro nobis: quia non est domino difficile saluare uel in multis, uel in paucis. Dixitq; ei ar
B miger suus, Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quò cupis, & ero tecũ ubicunq; uolueris. Et ait Ionathas, Ecce nos transimus ad uiros istos. Cumq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec ueniamus ad uos: stemus in loco nostro, nec ascẽdamus ad eos. si autem dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris, & hoc erit nobis signum. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum: dixeruntq; Philisthijm, En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt uiri de statione ad Ionathan, & ad armigerum suum, dixeruntq;, Ascendite ad nos, & ostendemus uobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum suum, Ascendamus, sequere me: tradidit enim dominus eos in manus Israel. Ascẽdit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaq; cum uidissent faciem Ionathæ, alij cadebant ante Ionathan, alios armiger interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas & armiger eius, quasi uiginti uirorum in media parte iugeris, quam par boũ
C in die arare consueuit. Et factum est miraculum in castris per agros: sed & omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædandum, obstupuit & conturbata est terra, & accidit quasi miraculum à deo. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite & uidete quis abierit ex nobis. Cumq; requisissent, repertum est nõ adesse Ionathã, & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam dei. Erat enim ibi arca dei in die illa cum filijs Israel. Cumq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum: crescebatq; paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam. Clamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & uenerunt usque ad locum certaminis: & ecce uersus fuerat gladius uniuscuiusq; ad proximum suum & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthijm heri & nudiustertius, ascenderantq; cum eis in castris, reuersi sunt ut essent cum Israel qui erant
D cum Saul & Ionatha. Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philisthęi, sociauerunt se cum suis in prælio. Et saluauit dominus deus Israel in die illa. pugna autem peruenit usque ad Bethauen. Et uiri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus uir qui comederit panem usque ad uesperum, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducauit uniuersus populus panem: omnéque terræ uulgus uenit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os suum. timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum: extenditq; summitatem uirgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Respondensq; unus de populo ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens, Maledictus uir qui comederitt panem hodie. defecerat autem populus. Dixitq; Ionathas, Tur/
E bauit pater meus terram: uidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nónne maior plaga facta fuisset in Philisthijm? Percusserũt ergo in die illa Philisteos à Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis, & uersus ad prędam tulit oues, & boues, & uitulos, & mactauerunt in terra, comeditq; populus cum sanguine. Nuntiauerunt autem Sauli dicentes quod populus peccasset domino, comedens cum sanguine. Qui ait, præuaricati estis: uoluite ad me iam nunc saxum grande. Et dixit Saul, Dispergimini in uulgus, & dicite eis ut adducat ad me unusquisq; bouem suum & arietem, & occidite super istud, & uescimini, & non peccabitis domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaq; omnis populus unusquisq; bouem in manu sua usque ad noctem, & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare domino: tuncq; primum cœpit ædificare altare domino. Et dixit Saul, Irruamus super Philisthęos nocte, & uastemus eos usque dum

illucescat mane, nec relinquamus ex eis uirum. Dixitq; populus, Omne quod bonum uidetur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos, Accedamus huc ad deum, Et consuluit Saul dominũ, Num persequar Philisthijm? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixitq; Saul, Applicate huc uniuersos angulos populi, & scitote, & uidete per quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit dominus saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad uniuersum Israel, Separamini uos in partem unam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respondítq; populus ad Saul, Quod bonum uidetur in oculis tuis fac. Et dixit Saul ad dominum deum Israel, Domine deus da iudicium, quid est quod non responderis seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostentionem. aut si hæc iniquitas est in populo, da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autem exiuit. Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas. Dixit autem Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Gustans, gustaui in summitate uirgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior? Et ait Saul, Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitq; populus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nephas est: uiuit dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, ut non moreretur. Recessítq; Saul, nec persecutus est Philisthijm: porrò Philisthijm abierunt in loca sua. Et Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, cõtra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunque se uerterat superabat. Congregatoq; exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu uastatorum eius. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchisua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomen principis militię eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat autem bellum potẽs aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quencunque uiderat Saul uirum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

1.Reg.19 d

CAP. XV

Saulẽ iubet pater excindere Amalec qui parentis iussa præteriens regno pellitur, & Samuel secat Agag regẽ in frusta

ET dixit Samuel ad Saul, Me misit dominus, ut ungerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi uocem domini, Hæc dicit dominus exercituum, Recensui quæcunq; fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in uia cũ ascenderet de Aegypto. Nunc ergo uade, & percute Amalec, & demolite uniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à uiro usque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum. Pręcepit itaq; Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia uirorum Iuda. Cumq; uenisset Saul usq; ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitq; Saul Cinæo, Abite, recedite atq; discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Percussítq; Saul Amalec ab Heuila, donec uenias ad Sur, quæ est e regione Aegypti. Et apprehendit Agag regem Amalec uiuum: omne autem uulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul, & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & uestibus & arietibus, & uniuersis quæ pulchra erant, nec uoluerunt disperdere ea. quicquid uero uile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factum est autem uerbum domini ad Samuel, dicens, Pœnitet me quod constituerim Saul regem. quia dereliquit me, & uerba mea opere non impleuit. Contristatusq; est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. Cumq; de nocte surrexisset Samuel ut iret ad Saul mane, nuntiatum est Samueli, eo quod uenisset Saul in Carmelum & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus transisset: descendissetq; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustũ domino de initijs prædarum quæ attulerat ex Amalec. Et cum uenisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus

ctus tu à domino, impleui uerbum domini. Dixitq́ Samuel, Et quæ eſt hæc uox gregum D quæ reſonat in auribus meis, & armentorũ quam ego audio? Et ait Saul, De Amalec adduxerũt ea: pepercit enim populus meus melioribus ouibus & armentis ut immolarentur domino deo tuo, reliqua uero occidimus. Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus ſit dominus ad me nocte. Dixitq́ ei, Loquere. Et ait Samuel. Nónne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? unxitq́ te dominus in regem ſuper Iſrael, & miſit te dominus in uiam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos uſq́ ad internecionem eorũ. Quare ergo non audiſti uocem domini: ſed uerſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, Imò audiui E uocem domini, & ambulaui in uia per quam miſit me dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum quæ cæſa ſunt, ut immolet domino deo tuo in Galgalis. Et ait ad Samuel, Nunquid uult dominus holocauſta & uictimas, & non potius ut obediatur uoci domini? Melior eſt enim obedientia quàm uictimæ: & auſcultare magis quàm offerre adipem arietũm. quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quòd abieciſti ſermonem domini, abiecit te ne ſis rex. Dixitq́ Saul ad Samuelem, Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonem domini & uerba tua, timens po- F pulum, & obediens uoci eorum. Sed nunc porta quæſo peccatum meum, & reuertere mecum ut adorem dominum. Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proieciſti ſermonem domini, & proiecit te dominus ne ſis rex ſuper Iſrael. Et conuerſus eſt Samuel ut abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt. Et ait ad eum Samuel, Scidit dominus regnum Iſrael à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam. At ille ait, Peccaui: ſed nunc honora me coram G ſenioribus populi mei, & coram Iſrael, & reuertere mecum, ut adorem dominum deum tuum. Reuerſus ergo Samuel ſecutus eſt Saulem: & adorauit Saul dominum. Dixitq́ Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus. Et dixit Agag, Siccine ſeparat amara mors? Et ait Samuel, Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fruſta concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. Abijt autem Samuel in Ramatha, Saul uero aſcendit in domum ſuam in Gabaa. Et non uidit Samuel ultrà Saul uſque ad diem mortis ſuæ: ueruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam dominum pœnitebat quod conſtituiſſet regem Saul ſuper Iſrael.

CAP. XVI

Samuel filium lugens obiurgatur à domino. Dauid ungitur in regẽ, quo cithara canente ceſſat Saul dæmonio agitari

A DIxitq́ dominus ad Samuelem, Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? imple cornu tuum oleo, & ueni, ut mittam te ad Iſai Bethlehemite: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait Samuel, quomodo uadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum domino ueni. Et uocabis Iſai ad uictimam, & ego oſtẽdam tibi quid facias: & unges quencunq́ monſtrauero tibi. Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei dominus. Venitq́ in Bethlehem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntq́, Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolandum domino ueni, ſanctificamini, & ue- B nite mecum ut immolem. Sanctificauit ergo Iſai & filios eius, & uocauit eos ad ſacrificium, Cumq́ ingreſſi eſſent, uidit Eliab & ait, Num corã domino eſt chriſtus eius? Et dixit dominus ad Samuelem, Ne reſpicias uultum eius, neq́ altitudinem ſtaturæ eius: quoniã abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim uidet ea quæ parent, dominus autem intuetur cor. Et uocauit Iſai Abinadab, & adduxit eum corã Samuele. Qui dixit, Nec hunc elegit dominus. Adduxit autem Iſai Samma. de quo ait, Etiam hunc nõ elegit dominus. Adduxit itaq́ Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele: & ait Samuel ad Iſai, Non elegit dominus ex iſtis. Dixitq́ Samuel ad Iſai, Nunquid iam completi ſunt filij? Qui reſpondit, Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai, Mitte, & adduc eum: nec

enim discumbemus prius, quàm huc ille ueniat. Misit ergo & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoráque facie, & ait dominus, Surge, & unge eum, ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius: & directus est spiritus domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgénsque Samuel abijt in Ramatha. spiritus autem domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à domino. Dixeruntque serui Saul ad eum. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat dominus noster, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara: ut quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos. Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. Et respondens unus de pueris, ait, Ecce uidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & uirum bellicosum, & prudentem in uerbis, & uirum pulchrum: & dominus est cum eo. Misit ergo Saul nuntios ad Isai dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. Tulit ergo Isai asinum plenum panibus, & lagenam uini, & hœdum de capris unum, & misit per manum Dauid filij sui Sauli. Et uenit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger, Misitque Saul ad Isai dicens, Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocunque spiritus domini arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.

CAP. XVII

Goliath à Dauide sternitur, Philistæi fugientes cæduntur

1.Reg.21 d

CONgregantes autem Philisthijm agmina sua in prælium, conuenerunt in Socho Iudæ: & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porrò Saul & filij Israel congregati uenerunt in uallem Terebinthi, & direxerunt aciē ad pugnandum contra Philisthijm. Et Philisthijm stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra mōtem ex altera parte: uallisque erat inter eos. Et egressus est uir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi: & cassis ęrea super caput eius: & lorica squamata induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinque millia siclorū æris erat. & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium. ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. Stansque clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis, Quare uenistis parati ad prælium? nunquid ego non sum Philisthæus, & uos serui Saul? Eligite ex uobis uirum, & descendat ad singulare certamen. si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus uobis serui: si autem ego præualuero, & percussero eum, uos serui eritis, & seruietis nobis. Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibus Israel hodie, Date mihi uirum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Israelitę sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis. Dauid autem erat filius uiri Ephrathæi, de quo supra dictum est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios. & erat uir in diebus Saul senex, & grandæuus inter uiros. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prælium: & nomina trium filiorū eius qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid, & reuersus est à Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Procedebat uero Philisthæus manè & uesperè, & stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad Dauid filium suum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos uisitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem, & illi, & omnes filij Israel, in ualle Terebinthi pugnabant aduersum Philisthijm. Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abijt: sicut præceperat ei Isai. Et uenit ad locum Magala, & ad exercitum qui egressus ad pugnam uociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthijm ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid uasa quæ attulerat sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat

si omnia

si omnia rectè agerentur erga fratres suos. Cúmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit uir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum: & loquente eo hæc eadem uerba, audiuit Dauid. Omnes autem Israelitæ, cum uidissent uirum, fugerunt à facie eius timentes eum ualde. Et dixit unus quispiam de Israel, Num uidistis uirum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli, ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum D patris eius faciet absque tributo in Israel. Et ait Dauid ad uiros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur uiro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircuncisus qui exprobrauit aciem dei uiuentis? Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens, Hæc dabuntur uiro qui percusserit eum. Quod cum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est contra Dauid, & ait, Quare uenisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut uideres prælium, descendisti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non uerbum est? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem sermonem. Et respondit ei populus uerbum sicut prius. Audita sunt autem uerba quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei, Non concidat cor cuiusquàm in eo: ego seruus tuus uadam, & pugnabo aduersus Philisthæum. Et ait Saul ad Dauid, Non uales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es, hic autem uir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque Dauid ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & ueniebat leo uel ursus, & E tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & leonem & ursum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi unus ex eis. Nunc uadam & auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philistheus incircuncisus? quia ausus est maledicere exercitui dei uiuentis. Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid, Vade, & dominus tecum sit. Et induit Saul Dauid uestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & uestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super uestem suam cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat cõsuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia non usum habeo. Et deposuit ea, & tulit baculum suũ quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrẽte, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secum, & fundam manu tulit: & processit aduersum Philisthæum. Ibat autem Philisthæus incedens, & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. Cumque inspexisset Philisthæus, & uidisset Dauid, despexit F eum. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad Dauid, Nunquid ego canis sum, quod tu uenis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in dijs suis, dixitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philisthæum, Tu uenis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem uenio ad te in nomine domini exercituum dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie: & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie uolatilibus cœli, & bestijs terræ: ut sciat omnis terra quia est deus in Israel. Et nouerit uniuersa ecclesia hæc quia non in gladio nec in hasta saluat dominus: ipsius enim est bellum, & tradet uos in manus nostras. Cum ergo surrexisset Philisthæus, & ueniret, & appropinquaret contra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi. Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, & funda iecit, & percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Præualuitque Dauid aduersum Philisthæum in funda & lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cúmque G gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit

Eccl. 47

gladium eius, & eduxit eum de uagina sua: & interfecit eum, præsciditq́; caput eius. Videntes autem Philisthijm quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes uiri Israel & Iuda uociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos usque dum uenirent in uallem, & usque ad portas Accaron: cecideruntq́; uulnerati de Philisthijm in uia Saraim, & usque ad Geth, & usque ad Accaron. Et reuertentes filij Israel postquàm persecuti fuerant Philisthæos, inuaserunt castra eorum. Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalem: arma uero eis posuit in tabernaculo suo. Eo autē tempore quo uiderat Saul Dauid egredientem contra Philisthęum, ait ad Abner principem militiæ, De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitq́; Abner, Viuit anima tua rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cumq́; regressus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul, de qua progenie es ò adolescens? Dixitq́; Dauid, Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

CAP. XVIII

Ionathas Dauid fœderatur. Dauid ob prudēter administratū imperium diligitur à populo Saule uero odio prosequitur.

A ET factum est cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suā. Tulitq́; eum Saul in die illa, & non concessit ei ut reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua uestimenta sua usq; ad gladium & arcum suum, & usque ad baltheum. Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitq́; eum Saul super uiros belli, & acceptus erat in oculis uniuersi populi, maximeq́; in conspectu famulorum Saul. B Porrò cum reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, egressæ sunt mulieres de uniuersis urbibus Israel, cantātes, chorosq́; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitq́;, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa & deinceps. C Post diem autem alteram, inuasit spiritus dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebátque Saul lanceam, & misit eam, putans quod configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundo. Et timuit Saul Dauid: eo quod dominus esset cum eo, & à se recessisset. Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille uiros: & egrediebatur, & ingrediebatur in conspectu populi. In omnibus quoque uijs suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cum eo. D Vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, & cœpit cauere eum. Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse autem egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Dixitq́; Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi uxorem: tantummodo esto fortis, & præliare bella domini. Saul autem reputabat, dicens, Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum. Ait autem Dauid ad Saul, Quis ego sum, aut quæ est uita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut fiam gener regis? Factum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ uxor. E Dilexit autem Michol filia Saul altera, Dauid. Et nuntiatum est Saul, & placuit ei. Dixitq́; Saul: dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum. Dixitq́; Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clam me, dicentes, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia uerba hæc: & ait Dauid, Num parum uidetur uobis generum esse regis? ego autem sum uir pauper & tenuis. Et renuntiauerunt serui Saul, dicentes, Huiuscemodi uerba locutus est Dauid. F Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex sponsalia necesse, nisi centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manibus Philisthinorum. Cúmque renuntiassent serui eius Dauid uerba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis

Eccl. 47 d

Daud, ut fieret gener regis. Et post paucos dies surgens Dauid, abijt cum uiris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthijm ducentos uiros: & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, ut esset gener eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem. Et uidit Saul, & intellexit quod dominus esset cum Dauid, Michol autem filia Saul, diligebat eum. Et Saul magis cœpit timere Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philisthinorum. à principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat Dauid, quàm omnes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

2.Reg.5.e

CAP. XIX

Dauidē occidere omnibus uijs tentat Saul, Dauid periculis effugit beneficio Ionathæ & Michol

A LOcutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes seruos suos ut occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid ualde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quæso manè, & manebis clam & absconderis. Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro, ubicunque fueris: & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunque uidero, nuntiabo tibi. Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona, ad Saul patrem suum: dixitque ad eum, Ne peccet rex in seruum suum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi ualde. Et posuit animam suam in manu sua: & percussit Philisthæum, & fecit dominus salutem magnā uniuerso Israeli. uidisti, & lætatus es. quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? Quod cū audisset Saul, placatus uoce Io B nathæ, iurauit, Viuit dominus, quia non occidetur. Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia uerba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut erat heri & nudiustertius. Motum est autem rursum bellum: & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philisthijm: percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam, porrò Dauid psallebat manu sua. Nisusque est Saul configere Dauid lancea in pariete: & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem casso uulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos in domum Dauid, ut custodirēt eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiasset Dauid Michol uxor sua, dicens, Nisi salua ueris te nocte hac, cras morieris: deposuit eum per fenestram, porrò ille abijt & aufugit, at C que saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam uestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent Dauid: & responsum est quod ægrotaret. Rursumque misit Saul nuntios ut uiderent Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur. Cumque uenissent nuntij: inuentum est simulachrum super lectum, & pelles caprarum ad caput eius. Dixitque Saul ad Michol, Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus est mihi, Dimitte me, alioquin interficiam te. Dauid autem fugiens, saluatus est, & uenit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: & abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in Ramatha. Misit ergo Saul lictores D ut raperent Dauid: qui cum uidissent cuneum prophetarum uaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios: prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetauerunt. Abijt etiam ipse in Ramatha, & uenit usque ad cisternam magnam quæ est in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictumque est ei, Ecce in Naioth sunt in Ramatha. Et abijt in Naioth in Ramatha, & factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulabat ingrediēs, & prophetabat usque dum ueniret in Naioth in Ramatha. Et expoliauit etiā ipse se uestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium, Num & Saul inter prophetas?

Saul persequitur Dauidē, ut etiā Ionathā patrocinātē ei conetur iterimere

CAP. XX

A FVgit aūt Dauid de Naioth quæ est in Ramatha, ueniensque locutus est corā Ionatha, Quid feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatū meum in patrem tuum, quia quærit

 animam

animam meam? Qui dixit ei, Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus quicquam grande uel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo cælauit à me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam erit istud. Et iurauit rursum Dauidi: & ille ait, Scit profectò pater tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Quinimò uiuit dominus, & uiuit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu, ego morsq; diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi anima tua faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad uescendum: dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad uesperam diei tertiæ. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Rogauit me Dauid, ut iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suam: quia uictimæ solennes ibi sunt uniuersis contribulibus suis. Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœdus domini me famulum tuum tecum inire fecisti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Ionathas, Absit hoc à te: neque enim fieri potest, ut si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. Respondítq; Dauid ad Ionathan, Quis renuntiabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure? Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Cúmque exissent ambo in agrum ait Ionathas ad Dauid, Domine deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino uel perendie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero, hæc faciat dominus Ionathan, & hæc augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, ut uadas in pace, & sit dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Et si uixero, facies mihi misericordiam domini: si uero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea usq; in sempiternũ, quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, unumquemque de terra. Pepigit ergo Ionathas fœdus cũ domo Dauid: & requisiuit dominus de manu inimicorum Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid: eo quod diligeret illum: sicut enim animam suã, ita diligebat eum. Dixítq; ad eum Ionathas, Cras calendæ sunt, & requireris, requiretur enim sessio tua usq; perendie. Descẽdes ergo festinus, & uenies in locũ ubi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciã quasi exercens me ad signum. Mittam quoq; & puerum, dicens ei, Vade & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu ueni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, uiuit dominus. Si autem sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ ultra te sunt: uade in pace, quia dimisit te dominus. De uerbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit dominus inter me & te, usque in sempiternum. Absconditus est ergo Dauid in agro, & uenerunt calendę, & sedit rex ad comedendũ panẽ. Cumq; sedisset rex super cathedrã suam secundum consuetudinem, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, uacuusq; apparuit locus Dauid. Et non est locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quod forte euenisset ei ut non esset mundus, nec purificatus. Cumq; illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit uacuus locus Dauid. Dixítq; Saul ad Ionathan filium suum, Cur non uenit filius Isai nec heri, nec hodie ad uescendum? Respondítq; Ionathas Sauli, Rogauit me obnixè, ut iret in Bethlehem, & ait, Dimitte me quoniam sacrificium solenne est in ciuitate, unus de fratribus meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, uadam cito, & uidebo fratres meos, ob hanc causam non uenit ad mensam regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan dixit ei, Fili mulieris uirum ultrò rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus quibus filius Isai uixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum. Et intellexit Ionathas quod definitum esset à patre suo ut interficeret Dauid. Surrexit ergo

Ionathas

Luc. 24

Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super Dauid, eo quod confudisset eum pater suus. Cumque illuxisset mane, uenit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum suum, Vade & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porrò ultra te. Clamauitque iterum Ionathas post tergum pueri dicens, Festina uelociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum: & quid ageretur, penitus ignorabat, tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. Cumque abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui uergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerũt pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum, & semẽ meum usque in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI

Dauid fugiens ad Achimelech pascitur panibus propositionis, apud Achis simulat insaniam

Venit autem Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotẽ: & obstupuit Achimelech, eo quod uenisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotẽ, Rex præcepit mihi sermonẽ, & dixit, Nemo sciat rem propter quã missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illum & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum uel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus? Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt uasa puerorum sancta. porrò uia hæc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in uasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem, neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerãt à facie domini, ut ponerentur panes calidi. Erat autem ibi uir quidam de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. Dixit autem Dauid ad Achimelech, Si habes hic ad manũ hastã aut gladium? quia gladiũ meum, & arma mea nõ tuli mecum. sermo enim regis urgebat. Et dixit sacerdos, Ecce gladius Goliath Philisthæi, quẽ percussisti in ualle terebinthi, est inuolutus pallio post ephod. si istum uis tollere, tolle. neque enim hic est alius absque eo. Et ait Dauid, Non est huic alter similis? da mihi eum. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & uenit ad Achis regem Geth, dixeruntque serui Achis ad eum, Nunquid non iste est Dauid rex terræ? nónne huic cantabant per choros, dicẽtes, Percussit Saul mille, & Dauid decẽ millia? Posuit autẽ Dauid sermões istos in corde suo, & extimuit ualde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum corã Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portę, defluebantque saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum, ut fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam.

Mat. 12 a. Marc. 2 c

CAP. XXII

Dauid fugit Odollã, comitantur eũ obærati, regi moabitarũ cõmittit parentes, proditur Sauli à Doeg, sacerdotes occiduntur. Abiathar autem effugit

Abiit ergo Dauid inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et cõuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia cõstituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps: fueruntque cum eo quasi quadringenti uiri. Et profectus est Dauid inde in Maspha quæ est Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea uobiscum, donec sciam quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. Dixitque Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & uade in terram Iuda. Et profectus est Dauid, & uenit in saltum Hareth. Et audiuit Saul quod apparuisset Dauid, & uiri qui erãt cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam

manu

manu tenens, cunctiq; serui eius circunstarent eum, ait ad seruos suos qui assistebant ei, B Audite me nunc filij Iemini: nunquid omnibus uobis dabit filius Isai agros, & uineas, & uniuersos uos faciet tribunos, & centuriones: quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui uicem meam doleat ex uobis, nec qui annuntiet mihi eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi usque hodie. Respondens autem Doeg Idumæus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech filium Achitob. Qui consuluit pro eo dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illli. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius sacerdotũ qui erant in Nobe. qui uniuersi uenerunt ad regem. Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui respondit, Præsto sum domine. Dixitq; ad eum Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo deum, ut consurgeret aduersum me insidiator usque hodie permanens? Respondensq; Achimelech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? Non hodie cœpi pro eo consulere dominum? absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiuscemodi, in uniuersa domo patris mei. non enim sciuit seruus tuus quicquàm super hoc negotio, uel modicum uel grande. Dixitq; rex, Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex emissarijs, qui circunstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes domini: nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes domini. Et ait rex ad Doeg, D Conuertere tu, & irrue in sacerdotes. Conuersúsque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque uiros uestitos ephod lineo. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, uiros & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemq; & asinum, & ouem in ore gladij. Euadens autem unus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annuntiauit ei quod occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, quòd cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, ne timeas: si quis quęsierit animam meam, quęret & animam tuam, mecumq; seruaberis.

CAP. XXIII

Ceilam oppugnatã liberat Dauid, persequitur eum ubiq; Saul, frustra tamẽ licet sæpe proderetur

A ET annuntiauerunt Dauid, dicentes, Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam & diripiũt areas. Consuluit ergo Dauid dominum, dicens, Num uadam, & percutiã Philisthęos istos? Et ait dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. Et dixerunt uiri qui erant cum Dauid, ad eũ, Ecce nos hic in Iudæa cõsistentes timemus: quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorum? Rursum ergo Dauid consuluit dominũ, Qui respondens, ait ei, Surge, & uade in Ceilã: ego enim tradã Philisthæos, in manu tua. Abijt ergo Dauid, & uiri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat. Nuntiatum est autem Sauli quod uenisset Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum dominus in manus meas, conclususq; est introgressus urbem in qua portæ & seræ sunt. Et præcepit Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & uiros eius. Quod cum Dauid rescisset quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica Ephod. Et ait Dauid, Domine deus Israel, audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul uenire in Ceilam, B ut euertat urbem propter me. Si tradent me uiri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? domine deus Israel indica seruo tuo. Et ait dominus, Descendet. Dixitq; Dauid, Si tradent me uiri Ceilæ, & uiros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit dominus, Tradent. Surrexit ergo Dauid & uiri eius quasi sexcenti, & egressi de

Ceila, huc atque illuc uagabantur incerti: nuntiatumq́; est Sauli quod fugisset Dauid de Ceila & saluatus esset: quam ob rem dissimulauit exire. Morabatur autē Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitq́; in monte solitudinis Ziph, quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eū dominus in manus eius. Et uidit Dauid quod egressus esset Saul ut quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abijt ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in deo, dixitq́; ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo uterq; fœdus corā domino: mansitq́; Dauid in sylua, Ionathas reuersus est in domum suā. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nónne Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluę, in colle Hachile, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desyderauit anima tua ut descenderes, descende: nostrum aūt erit ut tradamus eum in manus regis. Dixitq́; Saul, Benedicti uos à domino, quia doluistis uicem meam. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & consyderate locum ubi sit pes eius, uel quis uiderit eum ibi. recogitat enim de me, quod callidè insidier ei. Consyderate, & uidete omnia latibula eius, in quibus abscōditur: & reuertimini ad me ad rem certam, ut uadam uobiscum: quod si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. At illi surgētes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & uiri eius erant in desertō Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum: & nuntiatum est Dauid, statimq́; descendit ad petram, & uersabatur in deserto Maon. quod cum audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una, Dauid autem & uiri erant in latere mōtis ex parte altera: porròDauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaq; Saul, & uiri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & uiros eius, ut caperent eos. Et nuntius uenit ad Saul, dicens, Festina & ueni, quoniam infuderunt se Philisthijm super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorū: propter hoc uocauerunt locum illum petram diuidentem.

Psal. 114.

CAP. XXIIII

Dauid nactus occasionē occidēdi Saulis, parcit ei, & redit cum eo in gratiam

Ascendit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cumq́; reuersus esset Saul, postquàm persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorum uirorum ex omni Israel, perrexit ad uestigādum Dauid & uiros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et uenit ad caulas ouium, quæ se offerebant uianti. eratq́; ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret uentrem: porrò Dauid & uiri eius in interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eū, Ecce dies de qua locutus est dominus ad te, Ego tradā tibi inimicū tuū, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid & præscidit orā chlamydis Saul silēter. Post hæc percussit cor suum Dauid, eo quod abscidisset orā chlamydis Saul. Dixitq́; ad uiros suos, Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo domini ut mittā manum meā in eum, quia christus domini est. Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius uenerit ut moriatur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit dominus ut non mittam manum meam in christum domini. Et confregit Dauid uiros suos sermonibus, & non permisit eos ut consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex. Et respexit Saul post se. & inclinās se Dauid pronus in terrā, adorauit, dixitq́; ad Saul, Quare audis uerba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? Ecce hodie uiderunt oculi tui quòd tradiderit te dominus in manu mea in spelunca: & cogitaui ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. Quin potius pater mi, uide & cognosce orā chlamydis tuæ in manu mea: quoniā cū præscinderē summitatē chlamydis tuę, nolui extēdere manum meā in te. animaduerte, & uide quoniā nō est in manu mea malū, neq; iniquitas, neq; peccaui in te: tu autē insidiaris animæ meæ ut auferas eam. Iudicet dominus

inter

inter me & te, & ulciscatur me dominus ex te: manus autem mea nō sit in te. Sicut & in proverbio antiquo dicitur, Ab impijs egredietur impietas: manus ergo mea nō sit in te. Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & pulicem unum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te: & uideat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid uox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul uocem suam, & fleuit, dixitq; ad Dauid, Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dominus in manū tuam, & nō occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in uia bona? Sed dominus reddat tibi uicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: iura mihi in domino ne deleas semen meum post me, neq; auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domum suam: & Dauid & uiri eius ascenderunt ad tutiora loca. D

CAP. XXV

Samuel moritur, impius Nabal offendit Dauidem, quem Abigail recōciliat & mortuo Nabal nubet ei, et Michol traditur alij uiro

MOrtuus est autem Samuel, & congregatus est uniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensq; Dauid descendit in desertum Pharan. Erat autem uir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, erantq; ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit ut tōderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem uiri illius erat Nabal: & nomen uxoris eius, Abigail. eratq; mulier illa prudentissima & speciosa: porrò uir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat aūt de genere Caleb. Cum aūt audisset Dauid in deserto quod tonderet Nabal gregē suū, misit decē iuuenes, & dixit eis, Ascēdite in Carmelū, & uenietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacifice. Et sic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuę pax, & omnibus quæcunque habes, sit pax. Audiui quod tonderent pastores tui qui erant nobiscum in deserto: nunquàm eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quiquam eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona uenimus. quodcunque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumq; uenissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia uerba hæc ex nomine Dauid & siluerunt. Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo uiris quos nescio unde sint? Regressi sunt itaque pueri Dauid per uiam suam, & reuersi uenerunt, & annuntiauerunt ei omnia uerba quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris suis, Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusq; est & Dauid ense suo: & secuti sunt Dauid quasi quadringenti uiri, porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem uxori Nabal nuntiauit unus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nuntios de deserto, ut benedicerent domino nostro, & auersatus est eos. homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti: nec quicquàm aliquando perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem considera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum uirum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres uini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentę, & centum ligaturas uuæ passæ, & ducētas massas caricarum, & imposuit super asinos, dixitq; pueris suis, Præcedite me, & ecce, ego post tergum sequar uos. uiro autem suo Nabal non indicauit. Cum ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, Dauid & uiri eius descendebant in occursum eius, quibus & illa occurrit. Et ait Dauid, Vere frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non perijt quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent

A B C D

Iudic.8 b
1.Reg.21 a

tinent usque manę mingentem ad parietem. Cum autem uidisset Abigail Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit, In me sit domine hæc iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi uerba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super uirum istum iniquum Nabal: quia secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo: ego autem ancilla tua non uidi pueros tuos domine mi quos misisti. Nunc
E ergo domine mi uiuit dominus, & uiuit anima tua, qui prohibuit te ne uenires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. Quapropter suscipe benedictionē hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo. & da pueris qui sequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia pręlia Domini domine mi tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus uitæ tuæ: Si enim surrexerit aliquando homo persequens te & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo uiuentium apud dominum deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hæc quæ locutus est bona de te, & cōstituerit te ducē super Israel, non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem inno-
F xium, aut ipse te ultus fueris: & cū benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus dominus deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Alioquin uiuit dominus deus Israel qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito uenisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usq; ad lucem matutinam mingēs ad parietem. Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacificè in domum tuam: ecce audiui uocem tuam, & honoraui faciem tuam. Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuiū regis, & cor Nabal iucundum, erat enim ebrius nimis: & non indica
G uit ei uerbum pusillum aut grande usque mane. Diluculo autem cum digessisset uinum Nabal, indicauit ei uxor sua uerba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cumq; pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & mortuus est. Quod cum audisset Dauid mortuū Nabal, ait, Benedictus dominus qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruū suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigail, ut sumeret eā sibi in uxorē. Et uenerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem. Quæ consurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinq; puellæ ierunt cum ea, pedisequæ eius, & secuta est nuntios Dauid: & facta est illi uxor. Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit utraque uxor eius. Saul autē dedit Michol filiam suam uxorem Dauid, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI

Ziphæi produnt Dauidē, hic Saulē dormientē ne occideretur defendit, armis tamen exuit

A ET uenerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid absconditus est in colle Hachilæ, quæ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo triginta millia uirorū de electis Israel, ut quęreret Dauid in deserto Ziph. & castrametatus est Saul in Gabaa Hachilæ, quæ erat ex aduerso solitudinis in uia: Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem quòd uenisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quòd uenisset certissimè. Et surrexit Dauid, & uenit ad locum ubi erat Saul: cumq; uidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tētorio, & reliquum uulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achimelech Hethæum, & Abisai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis descendet me-
B cum ad Saul in castra? Dixitq; Abisai, Ego descendam tecum. Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & ha-

ſtam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. Dixitq́ʒ Abiſai ad Dauid, Concluſit deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit. Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum domini, & innocens erit? Et dixit Dauid, Viuit dominus, quia niſi dominus percuſſerit eum, aut dies eius uenerit ut moriatur, aut in prælium deſcendens perierit, propitius ſit mihi dominus ne extēdam manum meam in chriſtum domini. nunc igitur tolle haſtam quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus. Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quiſquam qui uideret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor domini irruerat ſuper eos. Cumq́ʒ tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in uertice montis delonge, & eſſet grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nónne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non uir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem? ingreſſus eſt enim unus de turba ut interficeret regem dominum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſti: uiuit dominus quoniam filij mortis eſtis uos, qui non cuſtodiſtis dominum ueſtrum chriſtum domini. nunc ergo uide ubi ſit haſta regis, & ubi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul uocem Dauid, & dixit, Nunquid uox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid. Vox mea domine mi rex. Et ait, Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex uerba ſerui tui. Si dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. ſi autem filij hominum: maledicti ſunt in cōſpectu domini, quia eiecerunt me hodie, ut non habitem in hæreditate domini, dicētes, Vade, ſerui dijs alienis. Et nunc non effundatur ſanguis meus in terra coram domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael ut quærat pulicem unum, ſicut perſequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eo quod pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis. Et reſpondens Dauid, ait, Ecce haſta regis: tranſeat unus de pueris regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet unicuiq́ʒ ſecūdum iuſtitiam ſuam & fidem: tradidit enim te dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in chriſtum domini. Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: equidem faciens facies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in uiam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

CAP. XXVII

Dauid diffidens Sauli fugit ad Achis, qui ei ciuitatē Siceleg dat. ex hac inuadit & prædatur Philiſtæos

ET ait Dauid in corde ſuo, Aliquando incidam una die in manus Saul: nónne melius eſt ut fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum, & deſperet Saul, ceſſetq́ʒ me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo manus eius. Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti uiri cum eo, ad Achis filium Maoch regē Geth. Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipſe & uiri eius, uir & domus eius, Dauid & duæ uxores eius, Achinoem Iezraelitis, & Abigail uxor Nabal Carmelitis. Et nuntiatum eſt Saul quod fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit ultra quærere eum. Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium regionis huius, ut habitem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſſam facta eſt Siceleg regum Iuda, uſque in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium. Et aſcendit Dauid, & uiri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gezri, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur uſque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat uiuentem uirum & mulierem: tollensq́ʒ oues, & boues, & aſinos, & camelos, & ueſtes, reuertebatur, & ueniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem

Ieramcel

D Ierameel & contra meridiem Ceni. Virum & mulierem non uiuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne forte loquantur aduersum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.

CAP. XXVIII

A FActum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthiim agmina sua, ut præparentur ad bellum contra Israel: dixitq; Achis ad Dauid, Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castra tu & uiri tui. Dixitq; Dauid ad Achis, nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Samuel autem mortuus est, planxitq; eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha urbe sua. Et Saul abstulit magos & ariolos de terra. Congregatiq; sunt Philisthiim, & C uenerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregauit autem & Saul uniuersum Israel, & uenit in Gelboe. Et uidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. Consuluitq; dominum, & non respondit ei, neq; per somnia, neq; per sacerdotes, neq; per prophetas. Dixitq; Saul seruis suis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & uadam ad B eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum, Est mulier pythonem habens, in Endor. Mutauit ergo habitum suum, uestitusq; est alijs uestimentis, & abijt ipse, & duo uiri cum eo, ueneruntq; ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo erraserit magos, & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, ut occidar? Et iurauit ei Saul in domino, dicens, Viuit dominus quia non eueniet tibi quicquàm mali propter hanc rem. Dixitq; ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi suscita. Cum autem uidisset mulier Samuelẽ, exclamauit uoce magna, & dixit ad Saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitq; ei rex, Noli timere: quid uidisti? Et ait mulier ad Saul, Deos uidi ascendẽtes de terra. Dixitq; ei, Qualis est forma eius? Quę ait, Vir senex ascẽdit, & ipse ami C ctus est pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se super faciẽ suã in terra, & adorauit. Dixit aũt Samuel ad Saul, Quare inquietasti me ut suscitarer? Et ait Saul, Coartor nimis: siquidẽ Philisthiim pugnãt aduersum me, & deus recessit à me, & exaudire me noluit, neq; in manu prophetarũ, neq; per somnia: uocaui ergo te, ut ostẽderes mihi quid faciã. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cum dñs recesserit à te, & transierit ad æmulũ tuũ? Faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ tuũ de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia nõ obedisti uoci domini, neq; fecisti irã furoris eius D in Amalec. idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie. Et dabit dñs etiã Israel tecum in manus Philisthiim: cras autem tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet dominus in manus Philisthiim. Statim Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim ualde uerba Samuelis, & robur no erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, & uidit (conturbatus enim erat ualde) dixitq; ad eum, Ecce obediuit ancilla tua uoci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermões tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu uocem ancillæ tuæ, & ponam coram te bucellam panis, ut comedens conualescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait, Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita uoce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat uitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollensq; farinam, miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

Dauid præficitur exercitui Achis, Saul sublatis è medio magis Pythonissam cõsulit, quæ ei Samuelem resuscitat

CAP. XXIX

A COngregata sunt ergo Philisthiim uniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in Iezrael. Et satrapæ quidem Philistijm incedebant in centurijs & millibus: Dauid autem & uiri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Dixeruntq; principes Philistijm. Quid sibi uolũt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim, Nũquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus uel annis? & nõ inueni in eo quicquàm,

Dauid cũ Philisthæis cõtra Saulẽ pugnaturus, ab exercitu remittitur

ex die qua transfugit ad me, usque ad diem hanc. Irati sunt autem aduersus eum principes B Philisthijm, & dixerunt ei, Reuertatur uir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nónne iste est Dauid cui cantabant in choris dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit dominus, quia rectus es tu, & C bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris: & non inueni in te quicquam mali ex die qua uenisti ad me, usque in diem hanc: sed satrapis non places. Reuertere ergo, & uade in pace, & non offendes oculos satraparum Philisthijm. Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non ueniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut D angelus dei: sed principes Philisthinorum dixerunt, Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane, tu & serui domini tui, qui uenerunt tecum: & cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse & uiri eius, ut proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram Philisthijm: Philisthijm autem ascenderunt in Iezrael.

1.Re.18 b.21 d

CAP. XXX

Dauid absente Amalecitæ Siceleg incenderant & spoliarant, quos e uestigio insequens sternit, & prædam recuperat

CVmque uenissent Dauid & uiri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant A ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg: & succenderant eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quempiam sed secũ duxerãt, & pergebant itinere suo. Cum ergo uenisset Dauid & uiri eius ad ciuitatẽ, & inuenissent eam succẽsam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, uoces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ. Siquidem & duæ uxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoem Iezraelitis, & Abigail uxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid ualde: uolebat enim eũ B populus lapidare, quia amara erat anima uniuscuiusque uiri super filijs suis, & filiabus: confortatus est autem Dauid in domino deo suo. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech, Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit Dauid dominum, dicens, Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos an non? Dixitque ei dominus, Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Abijt ergo Dauid ipse & sexcenti uiri qui erant cum eo, & uenerunt usque ad torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt. Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti uiri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor. Et inuenerunt uirum C Aegyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntque ei panem ut comederet, & biberet aquam, sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas uuæ passæ. Quæ cum comedisset reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panẽ, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? uel unde? Qui ait, Puer Aegyptius ego sum, seruus uiri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni. Dixitque ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura mihi per deum, quod non occi- D das me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem uniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, & spolijs quæ ceperant de terra Philisthijm & de terra Iuda. Et percussit eos Dauid à uespere usque ad uesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti uiri adolescentes, qui ascenderãt camelos, & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas uxores suas eruit. Nec defuit quicquam à paruo usque ad magnum, tam de filijs quàm de filiabus, & de spolijs: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid: Et tulit uniuersos greges & armẽta, E & minauit ante faciem suam: dixeruntque, Hæc est præda Dauid. Venit autem Dauid ad

ducentos uiros, qui lassi substiterant, nec sequi poterant Dauid, & residere eos iusserat in torrente Besor, qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid ad populum, salutauit eos pacifice. Respōdensq; omnis uir pessimus, & iniquus de uiris qui ierant cum Dauid, dixit, Quia non uenerunt nobiscum, nō dabimus eis quicquam F de præda quam eruimus: sed sufficiat unicuique uxor sua & filij, quos cum acceperint, recedant. Dixit autem Dauid, Non sic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos, in manus nostras, nec audiet uos quisquam super sermone hoc. æqua enim pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitum, & quasi lex in Israel usque in diem hanc. Venit ergo Dauid in Si- G celeg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens, Accipite benedictionem de præda hostium domini: His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui in Rachal, & qui in urbibus Ierameel, & qui in urbibus Ceni, & qui in Harama, & qui in lacu Asan, & qui in Atach, & qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat Dauid ipse & uiri eius.

CAP. XXXI

A PHilisthijm autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt filij Israel ante faciem Philisthijm, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntq; Philisthijm in Saul, & in filios eius, & percusserunt Ionathan & Abinadab & Melchisua filios Saul, totumq; pondus prælij uersum est in Saul: & consecuti sunt eum uiri sagittarij, & uulneratus est uehemēter à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerum suum, euagina gladium tuum, & percute me: B ne forte ueniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum. Quod cum uidisset armiger eius, uidelicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & uniuersi uiri eius in die illa pariter. Videntes autem uiri Israel qui erant trans C uallem & trans Iordanem, quod fugissent uiri Israelitæ, & quod mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates suas & fugerunt: ueneruntq; Philisthijm, & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, uenerunt Philisthijm ut expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelboe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum D armis: & miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, ut annuntiaretur in templo idolorum, & in populis. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus uero eius suspenderūt in muro Bethsan. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad, quæcunque fecerant Philisthijm Saul, surrexerunt omnes uiri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan: ueneruntq; Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi: & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

In pugna Philisthinorū contra Israelitas Saul cum suis filijs occūbit

Iudic. 9 g

1. Par. 11 b

SAMVELIS LIBER
SECVNDVS QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

Dauid luget mortē Saulis & occidi iubet eū qui Saulē à se interfectum mentiebatur

F

ACTVM EST AVTEM postquam mortuus est Saul, ut Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia apparuit homo ueniens de castris Saul ueste cōscissa, & puluere conspersus caput. & ut uenit ad Dauid, cecidit super faciē suam, & adorauit. Dixitq́ ad eū Dauid, Vnde uenis? Qui ait ad eū, De castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid, Quod est uerbū quod factum est? indica mihi. Qui ait. fugit populus ex prælio, & multi corruētes è populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitq́ Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? Et ait adolescens qui nuntiabat ei, Casu ueni in montē Gelboe, & Saul incumbebat super hastam suā: porrò currus & equites appropinquabant ei, & conuersus post tergum suum, uidensq́ me uocauit. Cui cum respondissem, Adsum: dixit mihi, Quisnam es tu? Et aio ad eū, Amalecites ego sum. Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniā tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. Stansq́ super eum, occidi illum: sciebam enim quod uiuere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. Apprehēdens autem Dauid uestimēta sua scidit, omnesq́ uiri qui erant cum eo, & planxerunt & fleuerunt, & ieiunauerunt usq́ ad uesperam super Saul & super Ionathan filium eius, & super populum domini, & super domum Israel, eo quod corruissent gladio. Dixitq́ Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. Et ait ad eum Dauid, Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum domini? Vocansq́ Dauid unum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid, Sāguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christum domini.

A

B

2. Reg. 3 13. f

C

Planxit autem Dauid planctum huiuscemodi super Saul, & super Ionathan filium eius: & præcepit ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum.

Et ait, Considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua uulnerati. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt, quomodo ceciderunt fortes.

Nolite annuntiare in Geth, neq́ annuntietis in cōpitis Ascalonis: ne forte lætetur filiæ Philisthijm, ne exultent filiæ incircuncisorum.

Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia ueniant super uos, neq́ sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul quasi non esset unctus oleo.

D

A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nunquā redijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.

Saul & Ionathas amabiles, decori ualde in uita sua, in morte quoq́ nō sunt diuisi: aquilis uelociores, leonibus fortiores.

Filiæ Israel super Saul flete, qui uestiebat uos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui uestro.

Dauid reuersus in Hebron ungitur in regē, Abner autem Isboseth Saulis filiū regno præficere molitur

Quomodo ceciderunt fortes in prælio, Ionathas in excelsis tuis occisus est.

Doleo super te frater mi Ionathan decore nimis, & amabilis super amorem mulierum.

Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica.

IGitur post hæc consuluit Dauid dominum, dicens, Num ascendam in unam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum, Ascende. Dixitq́ Dauid, Quo ascendam? Et respondit ei

A

dit ei

dit ei, In Hebron. Ascendit ergo Dauid, & duæ uxores eius, Achinoem Iezrahelitis, & Abigail uxor Nabal Carmeli: sed & uiros qui erãt cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron. Veneruntq; uiri Iuda, & unxerũt ibi Dauid, ut regnaret super domũ Iuda. Et nuntiatum est Dauid quod uiri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo Dauid nũtios ad uiros Iabes Galaad, dixitq; ad eos, Benedicti uos à domino, qui
B fecistis misericordiã hanc cum domino uestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet uobis quidem dominus misericordiam & ueritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quod fecistis uerbum istud. Confortentur manus uestræ, & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus uester Saul, tamen me unxit domus Iuda in regem sibi. Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eum per castra: regemq; constituit super Galaad, & super Assuri, & super Iezrael, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel uniuersum. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul,
C cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, imperans in Hebron super domum Iuda, septem annorũ & sex mẽsium. Egressusq; est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul de castris in Gabaon. Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in unum conuenissent, e regione sederunt, hi in una parte piscinę, & illi ex altera. Dixitq; Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab, Surgant. Surrexerunt ergo, & transierunt nu-
D mero duodecim de Beniamin, ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid. Apprehensóque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij & ceciderunt simul: uocatúmque est nomen loci illius, Ager robustorum, in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatusq; est Abner & uiri Israel à pueris Dauid. Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor uelocissimus fuit, quasi unus de capreis quæ morantur in syluis. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinauit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner. Respexit ita-
E que Abner post tergum suum, & ait, Tune es Asael? Qui respondit, Ego sum. Dixitq; ei Abner, Vade ad dexteram, siue ad sinistram, & apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum. Rursumq; locutus est Abner ad Asael Recede, & noli me sequi, ne forte compellar cõfodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco: omnesq; qui transibant per locum in quo ciciderat Asael, & mortuus e-
F rat, subsistebant. Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit: & uenerunt usque ad collem aquęductus, qui est ex aduerso uallis, itineris deserti in Gabaon. Congregatiq; sunt filij Beniamin ad Abner: & conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num usq; ad internicionem tuus mucro desæuiet? an ignoras quod periculosa sit desperatio? usquequo non dices populo ut omittat persequi fratres suos? Et ait Ioab, Viuit dominus, si locutus fuisses, mane recessisset populus persequens fratrem suum. Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis
G exercitus, nec persecuti sunt ultrà Israel, neque iniere certamen. Abner autem & uiri eius abierunt per campestria, tota nocte illa, & transierunt Iordanem, & lustrata omni Bethorõ, uenerunt ad castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem & nouem uiri, excepto Asaele. Serui autem Dauid percusserunt de Beniamin, & de uiris qui erant cum Abner trecentos sexaginta uiros, qui & mortui sunt. Tulerúntque Asael, & sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethlehem: & ambulauerunt tota nocte Ioab, & uiri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

1. Par. 11

CAP. III

A FActa est ergo longa cõcertatio inter domũ Dauid, & inter domum Saulis: Dauid proficiens & semper seipso robustior, domus aũt Saul decrescẽs quotidie. Natiq; sunt sex

Abner deficit ad Dauidẽ ubi ab Ioab interficitur

filij Dauid in Hebron,fuitq́; primogenitus eius Amnō de Achinoem Iezraelitide. Et post eū Cheleab de Abigail uxore Nabal Carmeli:porrò tertius Absalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur. Quartus aūt Adonias,filius Haggith:& quintus Saphatia,filius Abital,Sextus quoq; Iethraā de Egla uxore Dauid. hi nati sunt Dauid in Hebron. Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autē Sauli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitq́; Isboseth ad Abner, Quare ingressus es ad concubinā patris mei? Qui iratus nimis propter uerba Isboseth, ait, Nunquid caput canis ego sum aduersum Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui: & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid,& tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? Hæc faciat deus Abner,& hæc addat ei,nisi quomodo iurauit dominus Dauid,sic faciam cum eo,ut transferatur regnum de domo Saul,& eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, à Dan usq; Bersabee. Et non potuit respondere ei quicquàm:quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid pro se dicentes, Cuius est terra? Et ut loquerentur, Fac mecum amicitias,& erit manus mea tecum,& reducam ad te uniuersum Israel. Qui ait, Optime:ego faciam tecum amicitias:sed unam rem peto à te dicens, Non uidebis faciem meam antequàm adduxeris mihi Michol filiam Saul:& sic uenies, & uidebis me. Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth filium Saul,dicens, Redde uxorem meam Michol quam despondi mihi centum præputijs Philisthijm. Misit ergo Isboseth,& tulit eam à uiro suo Phaltiel,filio Lais. Sequebaturq́; eam uir suus,plorans usque Bahurim:& dixit ad eum Abner, Vade,& reuertere. Qui reuersus est. Sermonem quoq; intulit Abner ad seniores Israel,dicens, Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid,ut regnaret super uos. Nunc ergo facite:quoniam dominus locutus est ad Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philisthijm, & omnium inimicorum eius. Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. Et abijt ut loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant Israeli & uniuerso Beniamin. Venitq́; ad Dauid in Hebron cum uiginti uiris: & fecit Dauid Abner,& uiris eius qui uenerant cum eo,conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israel,& ineam tecū fœdus, & imperes omnibus, sicut desyderat anima tua. Cum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace, statim pueri Dauid & Ioab uenerunt cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace. Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo,postea uenerant: nuntiatum est itaq; Ioab à narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abijt in pace. Et ingressus est Ioab ad regem, & ait, Quid fecisti? ecce uenit Abner ad te:quare dimisisti eum, & abijt & recessit? ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc uenit ut deciperet te,& sciret exitum tuum & introitum tuum,& nosset omnia quæ agis? Egressus itaque Ioab à Dauid,misit nūtios post Abner,& reduxit eum à cisterna Sira, ignorante Dauid. Cumq́; redijsset Abner in Hebrō seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ,ut loqueretur ei in dolo:& percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in ultionem sanguinis Asael fratris eius. Quod cum audisset Dauid rem iam gestā,ait: Mundus ego sum,& regnum meum apud deum usq; in sempiternum à sanguine Abner filij Ner, & ueniat super caput Ioab, & super omnē domū patris eius:nec deficiat de domo Ioab fluxū seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quod occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo, Scindite uestimenta uestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex uocem suam, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. Plangensq́; rex Abner,ait, Nequaquam ut mori solent ignaui, mortuus est Abner, Manus tuæ ligatæ non sunt,& pedes tui nō sunt compedibus aggrauati:sed sicut solent cadere coram filijs iniquitatis,sic corruisti. Cōgeminansq́; omnis populus fleuit

Margin notes: B; 1.Reg.18 g; C; D; E; F; Sup.2 c

G fleuit super eum. Cumq́ uenisset uniuersa multitudo cibũ capere cum Dauid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicẽs, Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem uel aliud quicquam. Omnisq́ populus audiuit, & placuerũt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne uulgus, & uniuersus Israel in die illa quoniam non actum fuisset à rege ut occideretur Abner filius Ner. Dixit quoq́ rex ad seruos suos. Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israel? Ego aũt adhuc delicatus & unctus rex: porrò uiri isti filij Saruiæ duri sunt mihi: retribuat dominus facienti malum iuxta malitiam suam.

CAP. IIII

A AVdiuit autem filius Saul quod cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisq́ Israel perturbatus est. Duo autem uiri principes latronum erant filio Saul, nomen uni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filijs Beniamin, siquidem & Beroth reputata est in Beniamin. & fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntq́ ibi aduenæ usq́ ad tempus illud. Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando uenit nũtius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaque eũ nutrix sua, fugit: cũq́ festinaret ut fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitq́ B uocabulum Miphiboseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab & Baana ingressi sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumẽtes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerũt. Cũ autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, & percutientes C interfecerunt eum: sublatoq́ capite eius, abierunt per uiam deserti tota nocte, & attulerunt caput Isboseth ad Dauid in Hebron. dixeruntq́ ad regem, Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi ultionẽ hodie de Saul, & de semine eius. Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit dominus qui eruit animam meã de omni angustia: quoniam eum qui annuntiauerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul: qui putabat se D prospera nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nũtio: Quanto magis nunc cum homines impij interfecerint uirum innoxium, in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu uestra, & auferam uos de terra? Præcepit itaq́ Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentesq́ manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

Turbatur Israel ob mortẽ Saulis, & proditores Isboseth plectuntur à Dauide
Supra 9.a

CAP. V

A ET uenerunt uniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus. Sed & heri & nudiustertius cum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem dominus ad te, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. Venerunt quoq́ & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram domino: unxeruntq́ Dauid in regem super Israel. Filius triginta annorum erat Dauid, cũ regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mẽsibus: in Hierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnẽ Israel & Iudam. Et abijt rex, & omnes uiri qui erãt cum eo, in Hierusalem ad Iebusæum habitatorẽ terræ: dictumq́ est Dauid ab eis, Non in B gredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicẽtes, Non ingredietur Dauid huc. Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabũt in templum. Habitauit autem Dauid in arce, & uocauit eam, Ciuitatẽ Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atq́ succrescens, & dominus deus exercituũ erat cũ eo. Misit quoq́ Hiram rex Tyri nũtios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorũ, artificesq́ lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid quoniam cõfirmasset eum dominus regem super Israel, & quoniã exaltasset

Dauid declaratur rex Hierusalem potiturq́; uniuerso regno, & fundit aliquot stragibus Philisthæos
1.Par.11.a.14

regnum

regnum eius super populum suum Israel. Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & uxores de Hierusalem, postquam uenerat de Hebron: natique sunt Dauid & alij filij & filiæ: & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem, Samua & Sobab & Nathan & Salomon & Iebahar & Elisua & Nepheg & Iaphia & Elisama & Elioda & Eliphalet. Audierunt ergo Philisthijm quod unxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt uniuersi ut quærerent Dauid. quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium. Philisthijm autem uenientes, diffusi sunt in ualle Raphaim. Et consuluit Dauid dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthijm? & si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad Dauid, Ascende, quia tradens dabo Philisthijm in manu tua. Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea uocatum est nomen loci illius Baalpharasim. Et reliquerũt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & uiri eius. Et addiderunt adhuc Philisthijm ut ascenderent, & diffusi sunt in ualle Raphaim. Consuluit autem Dauid dominum. Si ascendam contra Philisthæos, & trades eos in manus meas? Qui respondit, Non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & uenies ad eos ex aduerso pyrorum. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam, ut percutiat castra Philisthijm. Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei dominus, & percussit Philisthijm de Gabaa, usque dum uenias Gezer.

CAP. VI

Dũ arca domini ex ædibus Aminadab efferretur, Oza eam attingẽs percutitur, et Dauid coram domino saltãs ridetur à Michol uxore

Congregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel triginta millia. Surrexitque Dauid, & abijt, & uniuersus populus qui erat cum eo de uiris Iuda, ut adducerent arcam dei, super quam inuocatum est nomen domini exercituum sedentis in cherubim super eam. Et imposuerunt arcam dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab, minabant plaustrum nouum. Cúmque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam dei, Ahio præcedebat arcam. Dauid autem & omnis Israel ludebãt coram domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris & tympanis & sistris & cymbalis. Postquam autem uenerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues. Iratusque est indignatione dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcã dei. Cõtristatus est aũt Dauid eo quod percussisset dominus Ozam, & uocatũ est nomẽ loci illius percussio Ozæ: usque in diẽ hanc. Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicẽs, Quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuertere ad se arcam domini in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domũ Obed edom Gethæi. Et habitauit arca domini in domo Obed edom Gethæi tribus mensibus: & benedixit dominus Obed edom, & omnem domum eius. Nuntiatumque est regi Dauid quod benedixisset dominus Obed edom, & omnia eius propter arcam dei. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam dei de domo Obed edom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant cum Dauid septem chori, & uictima uituli. Cumque transcendissent, qui portabant arcam domini sex passus, immolabat bouem, & arietẽ, & Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis uiribus ante dominum, porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo. Et Dauid, & omnis domus Israel ducebãt arcã testamenti domini in iubilo, & in clangore buccinæ. Cumque intrasset arca domini in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestrã, uidit regem Dauid subsilientẽ, atque saltantem corã domino: & despexit eum in corde suo. Et introduxerunt arcam domini, & imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetẽderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica corã domino. Cúmque cõplesset offerens holocaustum & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum. Et partitus est uniuersæ multitudini Israel tam uiro quàm mulieri singulis collyridam panis unam, & assaturam bubalæ carnis unam, & similã frixam oleo: & abijt omnis populus unusquisque in domum suam. Reuersusque est Dauid ut benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait, Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris.

1.Pa. 15.16.17

Dixitque

Dixitq; Dauid ad Michol, Ante dominum qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi ut essem dux super populum domini in Israel, & Iudam, & uilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius usq; in diem mortis suæ.

CAP. VII

A FActum est autem cum sedisset rex in domo sua, & dominus dedisset ei requiem undique ab uniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetam. Videsne quod ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita sit in medio pellium? Dixitq; Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, uade fac, quia dominus tecum est. Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo domini ad Nathan, dicēs, Vade, & loquere ad seruum meum Dauid, Hæc dicit dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Aegypti, usq; in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio, per cuncta loca quæ transiui cum omnibus filijs Israel: nunquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid, Hæc dicit dominus exercituum, Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel: & fui tecum in omnibus ubicūq; ambulasti, & interfeci uniuersos inimicos tuos à facie tua: feciq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis ut affligant eum sicut prius ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicitq; tibi dominus, quod domum faciat tibi dominus. Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuū post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguam eum in uirga uirorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie tua. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia uerba hæc, & iuxta uniuersam uisionem istam sic locutus est Nathan ad Dauid. Ingressus est autem rex Dauid, & sedit coram domino, & dixit, Quis ego domine sum deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum uisum est in conspectu tuo domine deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in lōginquum: ista est enim lex Adam domine deus? Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, ut loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum domine deus. Propter uerbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es domine deus, quia non est similis tui, neque est deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. Quæ est autem ut populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit deus ut redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretq; eis magnalia, & horribilia super terram à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Aegypto, gentibus, & dijs eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu domine deus factus es eis in deum. Nunc ergo domine deus uerbum quod locutus es, super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es, & magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur, Dominus exercituum, deus super Israel, Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino, quia tu domine exercituum deus Israel reuelasti auriculam serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum ut oraret te oratione hac. Nunc ergo domine deus, tu es deus: & uerba tua erunt uera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui serui tui, ut sit in sempiternum coram te: quia tu domine deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

Dauid nō permittitur ipse domino ædem extruere, sed in suū filium id differre iubetur

Psal. 88 d

CAP. VIII

Factum

David subditis suo imperio Philisthæis & cæteris natiõibus cõfinibus constituit præfectos

FActum est autem post hæc percussit David Philisthijm, & humiliauit eos, & tulit David frenum tributi de manu Philisthijm. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad uiuificandum, factusq; est Moab David seruiens sub tributo. Et percussit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est ut dominaretur super flumen Euphraten. Et captis David ex parte eius mille septingentis equitibus, & uiginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoq; Syria Damasci, ut præsidium ferret Adarezer regi Soba: & percussit David de Syria uiginti duo millia uirorum. Et posuit David præsidiũ in Syria Damasci: factaq; est Syria David seruiens sub tributo: seruauitq; dominus David in omnibus ad quæcunq; profectus est. Et tulit David arma aurea, quæ habebãt serui Adarezer, & detulit ea in Hierusalẽ. Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarezer tulit rex David æs multum nimis, de quo fecit Salomon omnia uasa ærea in templo: & mare æneum, & columnas & altare. Audiuit autem Thou rex Emath, quod percussisset David omne robor Adarezer, & misit Thou Iotam filium suum ad regem David, ut salutaret eum congratulãs, & gratias ageret: eo quod expugnasset Adarezer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarezer, & in manu eius erant uasa aurea, & uasa argentea, & uasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit rex David domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de uniuersis gẽtibus quas subegerat, de Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philisthijm, & Amalec, & de manubijs Adarezer filij Rohob regis Soba. Fecit quoq; sibi David nomen, cum reuerteretur capta Syria in ualle Salinarum, cæsis decem & octo millibus: & posuit in Idumæa custodes, statuitq; præsidiũ: & facta est uniuersa Idumæa seruiens David. & seruauit dominus David in omnibus ad quæcunq; profectus est. Et regnauit David super omnem Israel: faciebat quoq; David iudiciũ, & iusticiam omni populo suo. Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud, erat à commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias scriba: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethi & Phelethi: filij autem David, sacerdotes erant.

CAP. IX

Miphibosfeth filio Ionathæ restituit David oẽs Saulis agros, tũ et reliquis familiæ Saulis beneficũ se præstat

ET dixit David, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Ionathan? Erat autem de domo Saul, seruus nomine Siba: quem cum uocasset rex ad se, dixit ei, Tune es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus tuus. Et ait rex, Nunquid superest aliquis de domo Saul ut faciam cum eo misericordiam dei? Dixitq; Siba regi, Superest filius Ionathan debilis pedibus. Vbi inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Misit ergo rex David, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. Cum autem uenisset Miphiboseth filius Ionathan filij Saul ad David, corruit in faciẽ suam, & adorauit. Dixitq; David, Miphiboseth. Qui respondit, Adsum seruus tuus. Et ait ei David, Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper. Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei? Vocauit itaque rex Siban puerum Saul, & dixit ei, omnia quæcunque fuerunt Saul, & uniuersam domũ eius, dedi filio dñi tui. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos, ut alatur: Miphiboseth aũt filius dñi tui comedet semper panẽ super mensam meã. Erant aũt Sibæ quindecim filij, & uiginti serui. Dixitq; Siba ad regẽ, Sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphiboseth comedet super mensam meam quasi unus de filijs regis. Habebat aũt Miphiboseth filiũ paruulũ nomine Micha, omnis uero cognatio domus Sibæ seruiebat Miphiboseth. Porrò Miphiboseth habitabat in Hierusalẽ: quia de mensa regis iugiter uescebatur: & erat claudus utroq; pede.

CAP. X

Legatis suis oblatam iniuriã ulciscitur David

FActum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. Dixitq; David, Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiã. Misit ergo David, consolans eum per seruos suos super

patris

patris interitu. Cum autẽ uenissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te cõsolatores, & non ideò ut te inuestigaret, & exploraret ciuitatem, B & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; Hanon seruos Dauid, rasitq; dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit uestes eorum medias usq; ad nates, & dimisit eos. Quod cum nũtiatum esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim uiri confusi turpiter ualde: & mãdauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba uestra, & tũc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba uiginti millia peditum, & à rege Maacha mille uiros, & ab Istob decem millia uirorum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorum. Egreßi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum C erant in campo. Videns igitur Ioab quòd præparatũ esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem cõtra Syrum: reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo: qui direxit aciem aduersus filios Ammon. Et ait Ioab: Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto uir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri: dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Inijt itaq; Ioab & populus qui erat cũ eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem Ammon uidentes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingreßi sunt ciuitatem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammon, & uenit Ierusalem. Viden D tes igitur Syri quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. Misitq; Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adducit eorum exercitum: Sobach autem magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum. Quod cum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, uenitq; in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra eum. Fugeruntq; Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingẽtos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percusit, qui statim mortuus est. Videntes autem uniuersi reges qui erant in præsidio Adarezer, se uictos esse ab Israel, fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis, timueruntq; Syri auxilium præbere ultrà filijs Ammon.

CAP. XI

Cõmisso adulterio cũ Bethsabee Dauid Vriã cum literis ablegat ut occidatur, & adulteram ducit

A FActum est autẽ uertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo, & uniuersum Israel, & uastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur, accidit quadã die ut surgeret Dauid de stratu suo post meridiẽ, & deambularet in solario domus regiæ: uiditq; mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra ualde. Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. Nuntiatumq; est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Vriæ Hethæi. Misßis itaq; Dauid nuntijs tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: statimq; sanctificata est ab immunditia sua, & reuersa est in domum suam concepto fœtu. Mittensq; nũtiauit Dauid, & ait: Concepi. Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriam Hethæum. Misitq; Ioab Vriam ad Dauid. Et uenit Vrias ad Dauid: quæsiuitq; Dauid quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Vriam: Vade in domũ tuam, B & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, secutusq; est eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias ante portam domus regiæ cum alijs seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nuntiatumq; est Dauid à dicẽtibus: Non iuit Vrias in domum suam. Et ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de uia uenisti? quare non descendisti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid: Arca, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manẽt: & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam: Mane hic etiam hodie,

& cras dimittam te. Mansit autem Vrias in Ierusalem in die illa & altera, & uocauit eum David ut comederet coram se & biberet, & inebriauit eum: qui egressus uespere, dormiuit in strato suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane, & scripsit David epistolam ad Ioab: misitque per manum Vriæ, scribens in epistola: C Ponite Vriam ex aduerso belli, ubi fortissimum est prælium: & derelinquite eum, ut percussus intereat. Igitur cum Ioab obsideret urbē, posuit Vriam in loco ubi sciebat uiros esse fortissimos. Egressique uiri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum David, & mortuus est etiam Vrias Hethæus. Misit itaque Ioab, & nuntiauit David omnia uerba prælij, præcepitque nuntio, dicens: Cum compleueris uniuersos sermones belli ad regem, si eum uideris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum, ut præliaremini? an ignorabatis, quòd multa desuper ex muro tela mittantur? Quis percussit Abimelech filium Ierobeseth? nónne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiā seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. Abijt ergo nuntius, & uenit, & narrauit David omnia quæ ei præceperat Ioab. D Et dixit nūtius ad David: Præualuerūt aduersum nos uiri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam ciuitatis. Et direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper: mortuique sunt de seruis regis, quin etiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit David ad nuntiū: Hæc dices Ioab: Non te frangat ista res: uarius enim euentus est belli, & nunc hunc & nunc illum consumit gladius: conforta bellatores tuos aduersus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autem uxor Vriæ, quòd mortuus esset Vrias uir suus, & planxit eum. Transactoque luctu misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperitque filium. & displicuit uerbum hoc quod fecerat David, coram domino.

Iud. 9 g

CAP. XII

Nathan obiurgat Dauidem, ille agnoscit scelus & exorat ueniam, mortuū infantem luget, & gignit Salomonem

Misit ergo dominus Nathan ad David: qui cum uenisset ad eum, dixit ei: Duo uiri A erant in ciuitate una, unus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos ualde. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem unam paruulā quam emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidam uenisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi qui uenerat ad se, tulit ouem uiri pauperis, & præparauit cibos homini illi qui uenerat ad se. Iratus autē indignatione David aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit dominus, quoniam filius mortis est uir qui fecit hoc. Ouem reddet B in quadruplum, eo quòd fecerit uerbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille uir. Hæc dicit dominus deus Israel: Ego unxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi multo maiora. Quare ergo cōtempsisti uerbum domini, ut faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & uxorem illius accepisti in uxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quòd despexeris me, & tuleris uxorem Vriæ Hethæi, ut esset uxor tua. Itaque hæc dicit do- C minus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam uerbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis. Et dixit David ad Nathan: Peccaui domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini: propter uerbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussit quoque dominus paruulum quem pepererat uxor Vriæ David, & desperatus est. Deprecatusque est David dominum pro D paruulo: & ieiunauit David ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum ut surgeret de terra, qui noluit, nec comedit cum

eis cibum. Accidit autem die septima ut moreretur infans: timueruntque serui Dauid nuntiare ei quòd mortuus esset paruulus, dixerunt enim: Ecce cum paruulus adhuc uiueret, loquebamur ad eum, & non audiebat uocem nostram: quantomagis si dixerimus, Mortuus est puer: se affliget? Cum ergo Dauid uidisset seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus: dixitque ad seruos suos, Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus unctusque est: cumque mutasset uestes, ingressus est domum domini: & adorauit, & uenit in domum suam, petiuitque ut ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui: Quis est sermo quem fecisti? propter infantem, cum adhuc uiueret, ieiunasti, & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem? Qui ait: Propter infantem dum adhuc uiueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis scit si fortè donet eum mihi dominus, & uiuet infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? nunquid potero reuocare eum amplius? ego uadam magis ad eum: ille uerò non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, & uocauit nomen eius Salomon, & dominus dilexit eum. Misitque eum in manu Nathan prophetæ, & uocauit nomen eius Amabilis domino: eo quòd diligeret eum dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam. Misitque Ioab nuntios ad Dauid, dicens: Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est urbs aquarum. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam: ne cum à me uastata fuerit urbs, nomini meo ascribatur uictoria. Congregauit itaque Dauid omnem populum, & profectus est aduersum Rabbath: cumque dimicasset, cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam ualde, populum quoque eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit uniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.

1 Par. 20 a

CAPVT XIII

Amnon sororem suã Thamar ubi oppresserat abijcit, quapropter ab Absalone fratre est interfectus

Factum est autem post hæc, ut Absalom filij Dauid sororem speciosissimam uocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret in eam ualde, ita ut propter amorem eius ægrotaret: quia cum esset uirgo, difficile ei uidebatur ut quippiam inhonestè ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Semmaa fratris Dauid, uir prudens ualde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis, per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cumque uenerit pater tuus ut uisitet te, dic ei: Veniat, oro, Thamar soror mea: ut det mihi cibum, & faciat pulmentum, & comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit: cumque uenisset rex ad uisitandum eum, ait Amnon ad regem: Veniat obsecro Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat: quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas. Tollensque quod coxerat, effudit, & posuit coram eo, & noluit comedere. Dixitque Amnon: Eijcite uniuersos à me. Cumque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclaui, ut uescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiũculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclaui. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum soror mea. Quæ respondit ei: Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi unus de insipientibus in Israel: quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi. Noluit autem acquiescere precibus eius, sed præualens uiribus oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge, & uade. Quæ re-

ſpondit ei:Maius eſt hoc malum quod nunc agis aduerſum me,quàm quod antè feciſti, expellens me.Et noluit audire eam:ſed uocato puero,qui miniſtrabat ei,dixit:Eijce hanc à me foras:& claude oſtium poſt eam.Quæ induta erat talari tunica:huiuſcemodi enim filiæ regis uirgines ueſtibus utebantur.Eiecit itaq; eam miniſter illius foras:clauſitq; fores poſt eam.Quæ aſpergens cinerem capiti ſuo,ſciſſa talari tunica,impoſitiſq; manibus ſuper caput ſuum ibat ingrediens,& clamans.Dixit autem ei Abſalom frater ſuus:Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum?ſed nunc ſoror tace,frater tuus eſt:neque affligas cor tuum pro hac re.Manſit itaque Thamar contabeſcens in domo Abſalom fratris ſui. Cum autem audiſſet rex Dauid uerba hæc,contriſtatus eſt ualde,& noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui,quoniam diligebat eum,quia primogenitus erat ei. Porrò non eſt locutus Abſalom ad Amnon,nec malum,nec bonum:oderat enim Abſalom Amnon,eo quòd uiolaſſet Thamar ſororem ſuam.Factum eſt autem poſt tempus biennij,ut tonderentur oues Abſalom in Baalhaſor,quæ eſt iuxta Ephraim:& uocauit Abſalom omnes filios regis,ueniteq; ad regem,& ait ad eum:Ecce tondentur oues ſerui tui:ueniat,oro, rex cum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum.Dixitq; rex ad Abſalom:Noli fili mi,noli rogare ut ueniamus omnes,& grauemus te.Cum autem cogeret eum,& noluiſſet ire,benedixit ei.Et ait Abſalom:Si non uis uenire,ueniat obſecro nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. Dixitq; ad eum rex:Non eſt neceſſe ut uadat tecum.Coegit itaq; Abſalom eum,& dimiſit cum eo Amnon & uniuerſos filios regis. Præceperat autem Abſalom pueris ſuis,dicens: Obſeruate cum temulentus fuerit Amnon uino,& dixero uobis,Percutite eum,& interficite:nolite timere,ego enim ſum qui præcipio uobis:roboramini,& eſtote uiri fortes.Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon,ſicut præceperat eis Abſalom:ſurgenteſq; omnes filij regis,aſcenderunt ſinguli mulas ſuas,& fugerunt.Cumq; adhuc pergerent in itinere,fama peruenit ad Dauid,dicens:Percuſſit Abſalom omnes filios regis,& non remanſit ex eis ſaltem unus.Surrexit itaque rex,& ſcidit ueſtimenta ſua:& cecidit ſuper terram:& omnes ſerui illius qui aſsiſtebant ei,ſciderunt ueſtimenta ſua. Reſpondens autem Ionadab filius Sammaa fratris Dauid,dixit:Ne æſtimet dominus meus rex quòd omnes pueri filij regis occiſi ſint:Amnon ſolus mortuus eſt,quoniam in ore Abſalom erat poſitus ex die qua oppreſſit Thamar ſororem eius.Nunc ergo ne ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum uerbum iſtud,dicens:Omnes filij regis occiſi ſunt.quoniam Amnon ſolus mortuus eſt.Fugit autem Abſalom,& eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos,& aſpexit:& ecce populus multus ueniebat per iter deuium ex latere montis.Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis adſunt:iuxta uerbum ſerui tui,ſic factum eſt.Cumq; ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filij regis:& intrantes leuauerunt uocem ſuam, & fleuerunt: ſed & rex & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis. Porrò Abſalom fugiens, abijt ad Tholomai filium Ammiud regem Geſſur,Luxit ergo Dauid filium ſuum multis diebus. Abſalom autem cum fugiſſet, & ueniſſet in Geſſur, fuit ibi tribus annis. Ceſſauitque rex Dauid perſequi Abſalom, eo quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

D — E — F — G (margin letters)

a Reg.1 b.3 f

CAPVT XIIII

Quomodo patri reconciliatus Abſalom, qua fuerit forma,& quomodo meſſem Ioab incenderit

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ,quòd cor regis uerſum eſſet ad Abſalom,miſit Thecuam,& tulit inde mulierem ſapientem,dixitq; ad eam:Lugere te ſimula,& induere ueſte lugubri,& ne ungaris oleo,ut ſis quaſi mulier plurimo iam tempore lugens mortuum:& ingredieris ad regem, & loqueris ad eum ſermones huiuſcemodi.Poſuit autem Ioab uerba in ore eius.Itaq; cum ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regem,cecidit coram eo ſuper terram,& adorauit,& dixit:Serua me rex. Et ait ad eam rex:Quid cauſæ habes?Quæ reſpondit:Heu,mulier uidua ego ſum:mortuus eſt enim uir meus.Et ancillæ tuæ erant duo filij:qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro, nulluſq; erat qui eos prohibere poſſet:& percuſsit alter alterum,& interfecit eum.Et ecce conſurgens uniuerſa cognatio aduerſum ancillam tuam,dicit:Trade eum qui percuſsit fratrem ſuum, ut occidamus eum pro anima fratris ſui quem interfecit,& deleamus hæredem:& quærunt extinguere ſcintillam meam quæ relicta eſt,ut non ſuperſit uiro meo nomen

A — B (margin letters)

men,& reliquiæ super terram. Et ait rex ad mulierem: Vade in domum tuam,& ego iubebo pro te. Dixitq; mulier Thecuitis ad regem: In me,domine mi rex,sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. Et ait rex: Qui contradixerit tibi,adduc eum ad me,& ultrà non addet ut tangat te. Quæ ait: Recordetur rex domini dei sui,ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum,& nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Viuit dominus,quia non cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem,uerbum. Et ait: Loquere. Dixitq; mulier: Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum dei,& locutus est rex uerbum istud ut peccet,& non reducat eiectum suum? Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur: nec uult deus perire animam, sed retractat cogitans,ne penitus pereat qui abiectus est. Nunc igitur ueni ut loquar ad dominum meum regem uerbum hoc præsente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem,si quo modo faciat rex uerbum ancillæ suæ. Et audiuit rex,ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui uolebant de hæreditate dei delere me & filium meum simul. Dicat ergo ancilla tua,ut fiat uerbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus domini, sic est dominus meus rex,ut nec benedictione nec maledictione moueatur: unde & dominus deus tuus est tecum. Et respondens rex,dixit ad mulierem: Ne abscondas à me uerbum quod te interrogo. Dixitq; ei mulier: Loquere domine mi rex. Et ait rex: Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier,& ait: Per salutem animæ tuæ, domine mi rex,nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab,ipse præcepit mihi,& ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia uerba hæc. Vt uerterem figuram sermonis huius,seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex,sapiens es,sicut habet sapientiam angelus dei,ut intelligas omnia super terram. Et ait rex ad Ioab: Ecce placatus feci uerbum tuum: uade ergo,& reuoca puerum Absalom. Cadensq; Ioab super faciem suam in terram,adorauit,& benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus,quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: fecisti enim sermonem rex serui tui. Surrexit ergo Ioab,& abijt in Gessur,& adduxit Absalom in Ierusalem. Dixit autem rex: Reuertatur in domum suam: & faciem meam non uideat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam,& faciem regis non uidit. Porrò sicut Absalom,uir non erat pulcher in omni Israel,& decorus nimis: à uestigio pedis usque ad uerticem,non erat in eo macula. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur,quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Nati sunt autẽ Absalom filij tres,& filia una,nomine Thamar,elegantis formæ. Mansitq; Absalom in Ierusalem duobus annis,& faciem regis nõ uidit. Misit itaq; ad Ioab,ut mitteret eum ad regem: qui noluit uenire ad eum. Cumq; secundò misisset: & ille noluisset uenire ad eum,dixit seruis suis: Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum,habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. Et uenientes serui Ioab scissis uestibus suis,dixerunt: Succenderunt serui Absalom partem agri igni. Surrexitq; Ioab,& uenit ad Absalom in domum eius,& dixit: Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalom ad Ioab: Misi ad te,obsecrans ut uenires ad me,& mitterem te ad regem,ut diceres ei: Quare ueni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo,ut uideam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ,interficiat me. Ingressus itaque Ioab ad regem,nuntiauit ei omnia: uocatusq; est Absalom,& intrauit ad regem,& adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusq; est rex Absalom.

Ezec.18 g.33 e

CAPVT XV

Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus & equites,& quinquaginta uiros qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalom,stabat iuxta introitum portæ in uia,& omnem uirum qui habebat negotium ut ueniret ad regis iudicium,uocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respondens,aiebat: Ex una tribu Israel ego sum ser-

Absalom regnum paternum affectãte Dauid cũ suis fugit

uus tuus. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalom: Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me ueniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? Sed & cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, B osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israel uenienti ad iudicium ut audiretur à rege, & solicitabat corda uirorum Israel. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David: Vadam, & reddam uota mea quæ uoui domino in Hebron. Vouens enim uouit seruus tuus cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me dominus in Ierusalem, sacrificabo domino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in uniuersas tribus Israel, dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnauit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom ierunt ducenti uiri de Ierusalem uocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersiuit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David de ciuitate sua Gilo, cum immolaret uictimas: & facta est cōiuratio ualida, populusque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad David, dicens: Toto corde uniuersus Israel sequitur Absalom. Et ait David seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè ueniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntque serui regis ad eum: Omnia quæcunque præceperit dominus noster rex, libenter exequimur serui tui. Egressus est ergo rex & uniuersa domus eius pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusque rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo: & uniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi, & D omnes Gethæi pugnatores ualidi sexcenti uiri, qui secuti eum fuerant de Geth pedites, *Infra 18 a* præcedebant regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum: Cur uenis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Heri uenisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem uadam quò iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciet tecum misericordiam & ueritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. Et respondit Ethai regi, dicens: Viuit dominus, & uiuit dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte siue in uita, ibi erit seruus tuus. Et ait David Ethai: Veni, & transi. Et transiuit Ethai Gethæus & omnes uiri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. Omnesque flebant uoce magna, & uniuersus populus trāsibat: E rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat cōtra uiam quæ respicit ad desertum. Venit autem & Sadoc sacerdos & uniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis dei, & deposuerunt arcam dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc: Reporta arcam dei in urbem: si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi: Non places: præsto sum, faciat mihi quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: O uidens reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filij uestri, sint uobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec ueniat sermo à uobis, indicans mihi. Repor F tauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam dei in Ierusalem, & manserunt ibi. Porrò David ascendebat cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. Nuntiatum est autem David quòd Achitophel esset in coniuratione cum Absalom: dixitque David, Infatua quæso domine consilium Achitophel. Cumque ascenderet David summitatem montis in quo adoraturus erat deum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa ueste, & terra pleno capite. Et dixit ei David: Si ueneris mecum, eris mihi oneri: si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom: Seruus tuus sum ego rex, sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus G tuus: dissipabis consilium Achitophel. Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne uerbum quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdo

cerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne uerbum quod audieritis. Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem: Absalom quoq; ingressus est Ierusalem. CAP. XVI.

A CVmq; Dauid transisset paululũ montis uerticem, apparuit Siba, puer Miphiboseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uuæ passæ, & centum massis palatarum, & utre uini. Et dixit rex Sibæ: Quid sibi uolunt hæc? Responditq; Siba: Asini, domestici regis ut sedeant, & panes & palatæ ad uescendum pueris, uinum autem ut bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait rex: Vbi est filius domini tui? Respônditq; Siba regi: Remansit in Ierusalem, dicens, Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. Et ait rex Sibæ: Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitq; Siba: Oro ut inueniam gratiam apud te, domine mi rex. Venit ergo rex Dauid usq; Bahurim: & ecce egrediebatur inde uir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat egrediẽs, & maledicebat. Mittebatq; lapides contra Dauid, & cõtra uniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus, & uniuersi bellatores à dextro & à sinistro latere regis incedebant. Ita aũt loquebatur Semei cum malediceret regi: Egredere, egredere uir sanguinum & uir belial. Reddidit tibi dominus uniuersum sanguinẽ domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? uadam, & amputabo caput eius. Et ait rex: Quid mihi & uobis est, fili Saruiæ? dimittite eum ut maledicat: dominus enim præcepit ei ut malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abisai & uniuersis seruis suis: Ecce filius meus qui egressus est de utero meo, quærit animam meam: quantò magis hic filius Iemini? dimittite eum ut maledicat iuxta præceptum domini, si fortè respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione, hac die hodierna. Ambulabat itaq; Dauid & socij eius per uiam cum eo: Semei autem per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramq; spargens. Venit itaq; rex Dauid, & uniuersus populus cum eo, & refocillati sunt ibi. Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cum eo. Cum autẽ uenisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: Salue rex, salue rex. Ad quem Absalom: Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? Respõditq; Chusai ad Absalom: Nequaquam, quia illius ero quem elegit dominus & omnis hic populus & uniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed ut & hoc inferam, Cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit autem Absalom ad Achitophel: Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cum audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusq; est ad concubinas patris sui coram uniuerso Israel. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum Dauid & cum esset cum Absalom. CAP. XVII

Siba donat bona Miphiboseth, & iniuriam Semei patiẽter fert Dauid, Absalom habet rem cũ concubinis patris

3 Reg. 2 b

A DIxit ergo Achitophel ad Absalom: Eligam mihi duodecim millia uirorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte. Et irruens super eum (quippe qui lassus est & solutis manibus) percutiã eum: cumq; fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum. Et reducam uniuersum populum, quomodo unus homo reuerti solet. unum enim uirum tu quæris: & omnis populus erit in pace. Placuitq; sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait autem Absalom: Vocate & Chusai Arachitẽ, & audiamus quid etiam ipse dicat. Cumq; uenisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum: Huiuscemodi sermonẽ locutus est Achitophel: facere debemus, an nõ? quod das cõsilium? Et dixit Chusai ad Absalom: Nõ est bonum consiliũ quod dedit Achitophel hac uice. Et rursum intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum, & uiros qui cum eo sunt esse fortissimos & amaro

Cõsiliũ Achitophel malum cõsultori pessimũ, proditur à Chusai. Achimaas & Ionathan in puteo cõduntur. Amasa coit cũ Abigail

animo,ueluti si ursa captis catulis in saltu sæuiat:sed & pater tuus uir bellator est,nec morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foueis, aut in uno quo uoluerit loco:& cum ceciderit unus quilibet in principio,audiet quicunq; audierit,& dicet:Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom.Et fortißimus ipse,cuius cor est quasi leonis,pauore soluetur:scit enim omnis Israel fortem esse patrem tuum,& robustos omnes qui cum eo sunt. Sed hoc mihi uidetur tecum esse consilium.Congregetur ad te uniuersus Israel,à Dan usque Bersabee,quasi arena maris innumerabilis:& tu eris in medio eorum.Et irruemus super eum in quocunq; loco inuentus fuerit:& operiemus eum,sicut cadere solet ros super terram:& non relinquemus de uiris qui cum eo sunt,ne unum quidem.Quòd si urbem aliquam fuerit ingressus,circundabit omnis Israel ciuitati illi funes,& trahemus eam in torrentem,ut non reperiatur nec calculus quidem ex ea.Dixitq; Absalom,& omnes uiri Israel:Melius est consilium Chusai Arachitæ,consilio Achitophel.Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile,ut induceret dominus super Absalom malum.Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus : Hoc & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom & senioribus Israel:& ego tale & tale dedi consilium.Nunc ergo mittite cito,& nuntiate Dauid,dicentes:Ne moreris nocte hac in campestribus deserti,sed absque dilatione transgredere:ne fortè absorbeatur rex,& omnis populus qui cum eo est. Ionathan autem & Achimaas stabant iuxta fontem Rogel:abijt ancilla,& nuntiauit eis:& illi profecti sunt,ut referrent ad regem Dauid nuntium:non enim poterant uideri aut introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer,& indicauit Absalom:illi uerò concito gradu ingreßi sunt domum cuiusdam uiri in Bahurim, qui habebat puteum in uestibulo suo,& descenderunt in eum.Tulit autem mulier,& expandit uelamen super os putei,quasi siccans ptisanas:& sic latuit res.Cumq; uenissent serui Absalom in domum ad mulierem,dixerunt: Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respondit eis mulier: Transierunt festinanter, gustata paululum aqua.At hi qui quærebant,cum non reperissent,reuersi sunt in Ierusalem.Cumq; abijssent,ascenderunt illi de puteo,& pergentes nuntiauerunt regi Dauid,& dixerunt:Surgite,& transite cito fluuium:quoniam huiuscemodi dedit consilium contra uos Achitophel. Surrexit ergo Dauid,& omnis populus qui cum eo erat,& transierunt Iordanem,donec dilucesceret:& ne unus quidem residuus fuit,qui non transisset fluuium. Porrò Achitophel uidens quòd non fuisset factum consilium suum,strauit asinum suum, surrexitq; & abijt in domum suam & in ciuitatem suam:& disposita domo sua,suspendio interijt, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autem uenit in castra,& Absalom transijt Iordanem,ipse & omnes uiri Israel cum eo.Amasam uerò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius cuiusdam uiri,qui uocabatur Ietra de Iesraeli,qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Saruiæ,quæ fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad.Cumq; uenisset Dauid in castra, Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammon, & Machir filius Amihel de Lodabar,& Berzellai Galaadites de Rogelim,obtulerunt ei stratoria & tapetia & uasa fictilia,frumentum & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentem & frixum oleo cicer & mel & butyrum,oues & pingues uitulos.dederuntq; Dauid & populo qui cum eo erat,ad uescendum:suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

infra 19 c

CAP. XVIII

Dauid cōmittit prælium cum filio, Absalom in fuga arbore hærens confoditur, eū pater ingēti prosequitur luctu

IGitur considerato Dauid populo suo,constituit super eos tribunos & centuriones,& dedit populi tertiam partem sub manu Ioab,& tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiæ fratris Ioab,& tertiam partem sub manu Ethai,qui erat de Geth:dixitq; rex ad populum:Egrediar & ego uobiscum.Et respondit populus:Non exibis:siue enim fugerimus,non magnopere ad eos de nobis pertinebit:siue media pars ceciderit à nobis,non satis curabunt:quia tu unus solus pro decem millibus computaris:melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio.Ad quos rex ait:Quod uobis uidetur rectum,hoc faciam.Stetit ergo rex iuxta portam:egrediebaturq; populus per turmas suas centeni & milleni.Et præ-

cepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens: Seruate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa uiginti millium. Fuit autem ibi prælium dispersum super faciem omnis terræ, & multò plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos uorauerat gladius in die illa. Accidit autem ut occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cœlum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Ioab uiro qui nuntiauerat ei: Si uidisti, quare non confodisti eum cum terra? & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum bal-
D theum. Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi & Abisai & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalom. Sed & si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab: Non sicut tu uis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, concurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, uolens parcere multitudini. Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu in foueam grandem, & comportaue-
E runt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. Porrò Absalom erexerat sibi, cum adhuc uiueret, titulum, qui est in ualle regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur, Manus Absalom: usque ad hanc diem. Achimaas autem filius Sadoc, ait: Curram, & nuntiabo regi quia iudicium fecerit ei dominus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit: Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab Chusi: Vade, & nuntia regi quæ uidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab: Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixitq; ei Ioab: Quid uis currere, fili mi? Veni huc, non eris boni nuntij baiulus. Qui respondit: Quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre. Currens ergo Achimaas per uiam compendij, transiuit Chusi. Dauid autem
F sedebat inter duas portas: speculator uerò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos, uidit hominem currentem solum. Et exclamans indicauit regi: dixitq; rex, Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius, uidit speculator hominem alterum currentem, & uociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitq; rex: Et iste bonus est nuntius. Speculator autem: Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est: & nuntium portans bonum, uenit. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait, Benedictus dominus deus tuus, qui conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem. Et ait rex: Estne pax puero Absalom? Dixitq; Achimaas: Vidi tumultum magnum, cum mit-
G teret Ioab seruus tuus, ô rex me seruum tuum: nescio aliud. Ad quem rex: Transi, ait: & sta hic. Cumq; ille transisset, & staret, apparuit Chusi: & ueniens ait: Bonum apporto nuntium domine mi rex: iudicauit enim pro te dominus de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi: Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis: & uniuersi qui consurgunt aduersum eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, uadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat ut ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom.

CAPVT XIX

Mœrentē Dauidē obiurgat Ioab, Dauid hostibus ignoscit & Amasa constituitur princeps

NVntiatum est autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum: & uersa est uicto- A ria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus uersus, & fugiens de prælio. Porrò rex operuit caput suum, & clamauit uoce magna: Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regem in domū, dixit: Confudisti hodie uultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam uxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis & de seruis tuis: & uerè cognoui modò, quia si Absalom uiueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede: & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per dominum, quòd si non exieris, ne unus quidem B remansurus sit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ uenerunt super te ab adolescentia tua usq; in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est, quòd rex sederet in porta: uenitq; uniuersa multitudo coram rege: Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoq; populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit de terra propter Absalom. Absalom autem quem unximus super nos, mortuus est in bello: usquequo siletis, & non reducitis regem? Rex uerò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur uenitis nouissimi ad reducendū regem in domum suam? Sermo autem omnis Israel peruenerat ad regem, in domum eius, quia dixerat rex: Hæc dicetis ad populum Iuda: Fra C tres mei uos, os meum & caro mea uos: quare nouissimi reducitis regem? Et Amasæ dicite: Nónne os meum & caro mea es? Hæc faciat mihi deus, & hæc addat: si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. Et inclinauit cor omniū uirorum Iuda, quasi uiri unius: miseruntq; ad regē, dicentes: Reuertere tu & omnes serui tui. Et reuersus est rex: & uenit usq; ad Iordanem, & omnis Iuda uenit usq; in Galgala, ut occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. Festinauit autē Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim, & descendit cum uiris Iuda in occursum regis Dauid cū mille uiris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac uiginti serui erant cum eo: & irrumpentes Iordanē, ante regem transierunt uada, ut traducerent domum regis, & facerent iuxta iussionem eius: Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cum iam transisset Iordanem, dixit ad eum: D Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalē, neq; ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus ueni de omni domo Ioseph, descendiq; in occursum domini mei regis. Respondens uerò Abisai filius Saruiæ, dixit: Nunquid pro his uerbis non occidetur Semei, quia maledixit christo domini? Et ait Dauid: Quid mihi & uobis, fili Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan? ergó ne hodie interficietur uir in Israel? an ignoro hodie me factū regem super Israel? Et ait rex Semei: Non morieris. Iurauitq; ei. Miphiboseth quoq; filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba: uestesq; suas non lauerat, à die qua egressus fuerat rex, usq; ad diem reuersionis eius in pace. Cumq; Ierusalem occurrisset regi, dixit ei rex: Quare non uenisti mecum Miphibo- E seth? Et respondens ait: Domine mi rex, seruus meus cōtempsit me: dixiq; ei ego famulus tuus ut sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cū rege: claudus enim sum seruus tuus. Insuper & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex, sicut angelus dei es, fac quod placitū est tibi. Neq; enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia dño meo regi: tu autem posuisti me seruū tuum inter conuiuas mensæ tuę: quid ergo habeo iustę querelæ? aut quid possum ultrà uociferari ad regē? Ait ergo ei rex: Quid ultrà loqueris? fixum est quod locutus sum: tu & Siba diuidite possessiones. Respônditq; Miphiboseth regi: Etiam cuncta accipiat, postq; reuersus est dñs meus rex pacificè in domum suam. Berzellai quoq; Galaadites, descēdens de Rogelim traduxit regē Iordanem,

3 Reg. 2 b

paratus

paratus etiam ultra fluuium prosequi eum. Erat autem Berzellai Galaadites senex ualde,
F id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi, cum moraretur in castris: fuit quippe uir
diues nimis. Dixit itaque rex ad Berzellai: Veni mecum, ut requiescas securè mecum in Ie-
rusalem. Et ait Berzellai ad regem: Quot sunt dies annorum uitæ meæ, ut ascendam cum
rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie: nunquid uigent sensus mei ad discernendum
suaue aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus & potus? uel audire possum
ultrà uocem cantorum atque cantatricum? quare seruus tuus sit oneri domino meo regi?
Paululum procedat famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac uicissitudine, sed
obsecro ut reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum pa-
tris mei & matris meæ. Est autem seruus tuus Chamaā, ipse uadat tecum, domine mi rex:
& fac ei quicquid tibi bonum uidetur. Dixit itaque rex: Mecum transeat Chamaam, & ego
faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me, impetrabis. Cumque transis-
set uniuersus populus & rex Iordanem, osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei: & ille re-
G uersus est in locum suum. Transiuit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo: omnis
autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantum pars affuerat de populo Israel.
Itaque omnes uiri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres
nostri uiri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnesque uiros Dauid
cum eo? Et respondit omnis uir Iuda ad uiros Israel: Quia mihi propior est rex: cur ira-
sceris super hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt?
Et respondit uir Israel ad uiros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego sum apud regem,
magisque ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nun-
tiatum est priori, ut reducerem regem meum? Durius autem responderunt uiri Iuda ui-
ris Israel.

CAPVT XX

Seba seditiosus obsidetur, Abelenses caput eius mittunt ad Ioab, Amasæ interfectorem

A Accidit quoque ut ibi esset uir Belial nomine Seba filius Bochri, uir Iemineus: & cecinit
buccina, & ait: Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai: reuertere in
tabernacula tua Israel. Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutusque est Seba filium Bo
chri: uiri autem Iuda adhæserunt regi suo à Iordane usque Ierusalem. Cumque uenisset rex
in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas suas, quas dereliquerat ad
custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & non est in-
B gressus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ in uiduitate uiuentes. Dixit autem
rex Amasæ: Conuoca mihi omnes uiros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abijt
ergo Amasa ut conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei cōstituerat. Ait
autem Dauid ad Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absa-
lom: tolle igitur seruos domini tui: & persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas,
& effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo uiri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi: & omnes
C robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. Cumque illi essent iu-
xta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa ueniens occurrit eis. Porrò Ioab uestitus
erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente usque
ad ilia in uagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaque Ioab ad
Amasam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum.
Porrò Amasa non obseruauit gladium quem habebat Ioab: qui percussit eum in latere,
D & effudit intestina eius in terram, & mortuus est, nec secundum uulnus apposuit. Ioab au-
tem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri. Interea quidam uiri cum ste-
tissent iuxta cadauer Amasæ de socijs Ioab, dixerunt: Ecce qui esse uoluit pro Ioab comes
Dauid. Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in media uia. Vidit hoc quidā uir quòd
subsisteret omnis populus ad uidendum, & amouit Amasam de uia in agrum: operuitque
eum uestimento, ne subsisterent transeuntes, propter eum. Amoto ergo illo de uia, transi-
E bat omnis uir sequens Ioab ad persequēdum Seba filium Bochri. Porrò ille transierat per
omnes tribus Israel usque in Abelam, & Bethmaacha: omnesque uiri electi congregati fue-
runt ad eum. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, &

circun

circundederunt munitionibus ciuitatem;& obsessa est urbs: omnis autem turba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate: Audite, F audite: dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam, ait illi: Tu es Ioab? Et ille respõdit: Ego sum. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respõdit: Audio. Rursumq; illa: Sermo, inquit, dicebatur in ueteri prouerbio: Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic perficiant. Nónne ego sum quæ respõdeo ueritatem in Israel? & tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel. quare præcipitas hæreditatem domini? Respondensq; Ioab, ait: Absit, absit hoc à me: non præcipito, neq; demolior. Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciui- G tate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Sebæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab urbe, unusquisq; in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem. Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos: Aduram uerò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentarijs: Siua autem, scriba: Sadoc uerò & Abiathar, sacerdotes: Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid. CAP. XXI

Fames triẽnis Dauid expiat scelus Saulis suspẽdio septẽ uirorũ ex eius familia, & pugnat cum Philisthæis

FActa est quoq; fames in diebus Dauid tribus annis iugiter: & consuluit Dauid oraculum domini. Dixitq; dominus: Propter Saul, & domum eius sanguinum, quia occidit A Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filijs Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum: filij quippe Israel iurauerant eis, & uoluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filijs Israel & Iuda.) Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam uobis? & quod erit uestri piaculum, ut benedicatis hæreditati domini? Dixeruntq; ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento & auro quæstio, sed contra Saul & contra domum eius: neq; uolumus ut interficiatur homo de Israel. Ad quos ait: Quid ergo uultis ut faciam uobis? Qui dixerunt regi: Virum qui attriuit nos & oppresit iniquè, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. Dentur nobis se- B ptem uiri de filijs eius, ut crucifigamus eos domino in Gabaa Saul quondam electi domini. Et ait rex: Ego dabo. Pepercitq; rex Miphiboseth filio Ionathæ filij Saul, propter iusiurandum domini quod fuit inter Dauid & inter Ionathan filium Saul. Tulit itaq; rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboseth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manibus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram domino: & ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Aia, cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo: & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per no- C ctem. Et nuntiata sunt Dauid quæ fecerat Respha filia Aia concubina Saul. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathan filij eius à uiris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthijm cum interfecissent Saul in Gelboe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius: & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul, & Ionathan filij eius, in terra Beniamin, in latere, in sepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus est deus terræ post hæc. Factum est autem rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm. Deficiente autem Dauid, Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, cu- D ius hasta trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid. Præsidióque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthijm interfecit. Tunc iurauerunt uiri Dauid, dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percusit Sobochai de Husathi, Saph de stirpe Arapha. Tertium quoque fuit bellum in

1 Reg. 18 a

1 Reg. 31 c

Gob contra Philisthæos, in quo percusit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum. cuius hastile hastæ erat quasi liciatoriũ texentium. Quartum bellum fuit in Geth: in quo uir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusq; habebat digitos, id est uigintiquatuor, & erat de origine Arapha. Et blasphemauit Israel: percusit autem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

CAP. XXII

Canticum Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis.

LOcutus est autem Dauid domino uerba carminis huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait:

Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.

Deus fortis meus sperabo in eum: scutum meum, & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me.

Psal. 17

Laudabilem inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Quia circundederunt me contritiones mortis: torrentes Belial terruerunt me.

Funes inferi circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocabo dominum, & ad deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo uocem meam, & clamor meus ueniet ad aures eius.

Commota est, & contremuit terra, & fundamenta montium concussa sunt, & commota, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius uorabit: carbones succensi sunt ab eo.

Et inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super cherubim, & uolauit: & lapsus est super pennas uenti.

Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cœlorum.

Præ fulgore in conspectu eius, succensi sunt carbones ignis.

Tonabit de cœlo dominus, & excelsus dabit uocem suam.

Misit sagittas, & dissipauit eos: fulgur, & consumpsit eos.

Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius.

Misit de summo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis.

Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me: quoniam robustiores me erant.

Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus firmamentum meum, & eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei.

Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi.

Quia custodiui uias domini, & non egi impie à deo meo.

Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea.

Et restituet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.

Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

Et populum pauperem saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis.

Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas.

In te enim curram accinctus, in deo meo transiliam murum.

Deus immaculata uia eius, eloquium domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.

Quis est deus, præter dominum? & quis deus fortis, præter deum nostrum?

Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam uiam meam.

Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me.

Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea.

Dedisti mihi clypeum salutis tuæ,& mansuetudo tua multiplicauit me.
Dilatasti gressus meos subtus me,& non deficient tali mei.
Persequar inimicos meos,& conteram,& non reuertar donec consumam eos.
Consumam eos & confringam,ut non consurgant:cadent sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad prælium,incuruasti resistentes mihi subtus me. D
Inimicos meos dedisti mihi dorsum:odientes me,& disperdam eos.
Clamabunt,& non erit qui saluet:ad dominum,& non exaudiet eos.
Delebo eos ut puluerem terræ:quasi lutum platearum cōminuam eos atq; confringam.
Saluabis me à contradictionibus populi mei:custodies me in caput gentium: populus quem ignoro,seruiet mihi.
Filij alieni resistent mihi,auditu auris obedient mihi.
Filij alieni defluxerunt,& contrahentur in angustijs suis.
Viuit dominus & benedictus deus meus,& exaltabitur deus fortis salutis meæ.
Deus qui das uindictas mihi,& deijcis populos sub me.
Qui educis me ab inimicis meis,& à resistētibus mihi eleuas me: à uiro iniquo liberabis me.
Propterea confitebor tibi domine in gentibus,& nomini tuo cantabo:
Magnificans salutes regis sui,& faciens misericordiam Christo suo Dauid,& semini eius in sempiternum.

CAP. XXIII

Dauidis uerba nouissima, & fortes eius recensentur

HÆc autem sunt uerba nouissima quæ dixit Dauid filius Isai:Dixit uir cui constitutum est de Christo dei Iacob,egregius psaltes Israel.Spiritus domini locutus est per me,& sermo eius per linguam meam.Dixit deus Israel:Mihi locutus est fortis Israel:dominator hominum,iustus dominator in timore dei. Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat,& sicut pluuijs germinat herba de terra.Nec tanta est domus mea apud deum,ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum:cuncta enim salus mea,& omnis uoluntas:nec est quicquam ex ea quod non germinet. Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur uniuersi:quæ non tolluntur manibus.Et si quis tangere uoluerit eas,armabitur ferro,& ligno lanceato,igneq; succensæ comburentur usque ad nihilum. Hæc nomina fortium Dauid.Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres,ipse est quasi tenerrimus ligni uermiculus,qui octingentos interfecit impetu uno. Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes,qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthijm,& congregati sunt illuc in prælium.Cumq; ascendissent uiri Israel,ipse stetit & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius,& obrigesceret cum gladio:fecitq; dominus salutem magnam die illa:& populus qui fugerat,reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda.Et post hunc,Semma filius Age de Arari. congregati sunt Philisthijm in statione,erat quippe ibi ager lente plenus.Cumq; fugisset populus à facie Philisthijm,stetit ille in medio agri,& tutatus est eum,percussitq; Philisthæos:& fecit dominus salutem magnam. Necnon & antè descenderant tres,qui erant principes inter triginta,& uenerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam:castra autem Philisthinorum erāt posita in ualle Gigantum.Et Dauid erat in præsidio:porrò statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem.Desiderauit ergo Dauid,& ait:O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Bethlehem iuxta portam.Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum,& hauserunt aquam de cisterna Bethlehem,quæ erat iuxta portam,& attulerunt ad Dauid:at ille noluit bibere,sed libauit eam domino,dicens: Propitius sit mihi dominus,ne faciam hoc:num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt,& animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere.hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoq; frater Ioab filius Saruiæ,princeps erat de tribus:ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratq; eorum princeps,sed usque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ uiri fortissimi magnorum operum de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis.Ipse quoq; interfecit

1 Par. 11 b

B

C

uirum

uirum Ægyptium,uirum dignum spectaculo,habentem in manu hastam:itaq; cum descendisset ad eum in uirga,ui extorsit hastam de manu Ægyptij,& interfecit eum hasta
D sua.hæc fecit Banaias filius Ioiadæ.Et ipse nominatus inter tres robustos,qui erant inter triginta nobiliores:ueruntamen usq; ad tres non peruenerat:fecitq; eum sibi Dauid auricularium à secreto.Asael frater Ioab inter triginta,Elehanan filius patrui eius de Bethlehem,Semma de Harodi,Elica de Harodi,Heles de Phalti,Hira filius Acces de Thecua, Abiezer de Anathoth,Mobonnai de Husathi, Selmon Ahohites, Maharai Netophathites:Haled filius Baana,& ipse Netophathites:Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin,Banaia Pharathonites,Heddai de torrente Gaas,Abialbon Arbathites,Azmaueth de Beromi,Eliaba de Salaboni.Filij Iassen,Ionathan.Semma de Orori,Ahiam filius Sarar Ararites,Elipheleth filius Aasbai filij Machati,Eliam filius Achithophel Gelonites,Hesrai de Carmelo,Pharai de Arbi,Igaal filius Nathan de Soba.Bani de Gadi, Selec de Ammoni,Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ,Ira Iethrites,Gareb & ipse Iethrites, Vrias Hethæus.Omnes triginta septem.

CAP. XXIIII

Dauid populum numerando offendit deum,ei ex tribus pœnarum generib.optio datur à deo

A ET addidit furor domini irasci contra Israel,commouitq; Dauid in eis dicentem ad Ioab: Vade,numera Israel & Iudam. Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israel à Dan usq; Bersabee,& numerate populum,ut sciam numerum eius. Dixitq; Ioab regi: Adaugeat dominus deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est,iterumq; centuplicet in conspectu domini mei regis:sed quid sibi dominus meus rex uult in re huiuscemodi? Obtinuit autem sermo regis uerba Ioab,& principum exercitus:egressusq; est Ioab,& principes militum à facie regis,ut numerarent populum Israël.Cumq; pertransissent Iordanem,uenerunt in Aroer ad dexteram urbis quæ est in ualle Gad:& per Iazer transierunt in Galaad,& in terram inferiorem Hadsi,& uenerunt in Dan syluestria.Circumeuntesq; iuxta Sidonem transierunt prope mœnia Tyri,& omnem terram Heuæi & Chananæi, ueneruntq; ad meridiem Iuda in Bersabee:& lustrata
B uniuersa terra affuerunt post nouem menses & uiginti dies in Ierusalem.Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia uirorum fortium,qui educerent gladium:& de Iuda quingenta millia pugnatorum. Percussit autem cor Dauid eum,postquàm numeratus est populus:& dixit Dauid ad populum:Peccaui ualde in hoc facto:sed precor domine,ut transferas iniquitatem serui tui,quia stultè egi nimis.Surrexit itaq; Dauid mane,& sermo domini factus est ad Gad prophetam & uidentem Dauid,dicens: Vade,& loquere ad Dauid : Hæc dicit dominus: Trium tibi datur optio,elige unum quod uolueris ex his,ut faciam tibi.Cumq; uenisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei,dicens:Aut septem annis ueniet tibi fames in terra tua:aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos,& illi te persequentur:aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua.Nunc ergo delibera,& uide quem respõdeam ei qui me misit,sermonem.Dixit autem
C Dauid ad Gad:Coartor nimis:sed melius est ut incidam in manus domini (multæ enim misericordiæ eius sunt)quàm in manus hominum.Immisitq; dominus pestilentiam in Israel,de mane usq; ad tempus constitutum,& mortui sunt ex populo à Dan usque Bersabee septuaginta millia uirorum.Cumq; extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem ut disperderet eam,misertus est dominus super afflictionem,& ait angelo percutienti populum:Sufficit,nunc contine manum tuam.Erat aũt angelus domini iuxta aream Areuna Iebusæi. Dixitq; Dauid ad dominum,cum uidisset angelum cædentem populum:Ego sum qui peccaui,& iniquè egi:isti qui oues sunt,quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me,& contra domum patris mei.Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa,& dixit ei:Ascende,& constitue altare domino in area Areuna Iebusæi.Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad,quem præceperat ei dominus.Conspiciensq; Areu
D na,animaduertit regem & seruos eius transire ad se:& egressus adorauit regem prono uultu in terram,& ait:Quid causæ est ut ueniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: Vt emam à te aream,& ædificem altare domino,& cesset interfectio quæ grassa-

Philip.1 c

tur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: Accipiat, & offerat dominus meus rex, ſicut placet ei: habes boues in holocauſtum, & plauſtrum & iuga boum in uſum lignorum. Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad regem: Dominus deus tuus ſuſcipiat uotum tuum. Cui reſpondens rex, ait: Nequaquam ut uis, ſed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocauſta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti ſiclis quinquaginta: & ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocauſta & pacifica: & propitiatus eſt dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

REGVM LIBER III

HEBRAEIS PRIMVS

מְלָכִים

Dauidē ſenem calefacit iuuēcula Abiſag, Adonias regnū eius inuadit fruſtra, & Salomon rex declaratur

A T REX DAVID SENVERAT, habebatq; ætatis plurimos dies: cumq; operiretur ueſtibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei ſerui ſui: Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam uirginem, & B ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in ſinu tuo, & calefaciat dominum noſtrum regem. Quæſierunt igitur adoleſcētulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatq; cum rege, & miniſtrabat ei: rex uerò non cognouit eam. Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitq; ſibi currum & equites, & quinquaginta qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater ſuus aliquando, dicens: Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher ualde, ſecundus natus poſt Abſalom. Et ſermo eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar ſacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Sadoc uerò ſacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei & Rei, & omne robur exerci- B tus Dauid non erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & uitulis, & uniuerſis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, qui erat uicinus fonti Rogel, uocauit uniuerſos fratres ſuos filios regis, & omnes uiros Iuda ſeruos regis. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quoſque, & Salomonem fratrem ſuum non uocauit. Dixit itaque Nathan ad Bethſabee matrem Salomonis: Num audiſti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noſter hoc ignorat? Nunc ergo ueni, accipe conſilium à me, & ſalua animam tuam, filijq; tui Salomonis. Vade & ingredere ad regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicens: Quòd Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo? quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego ueniam poſt te, & complebo ſermones tuos. Ingreſſa eſt itaque Bethſabee ad regem in cubiculo: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat ei. Inclinauit ſe Bethſabee, & adorauit regem. Ad quam rex: Quid tibi, inquit, uis? Quæ re- C ſpondens ait: Domine mi, tu iuraſti per dominum deum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit pro me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & uocauit omnes filios regis, Abiathar quoq; ſacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonem autem ſeruum tuum non uocauit. Verumtamen domine mi rex, in te oculi reſpiciunt totius Iſrael, ut indices eis quis ſedere debeat in ſolio tuo, domine mi rex, poſt te. Eritq; cum dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores

Ioſ. 15 b. 18 c

catores. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta uenit. Et nuntiauerunt regi, dicentes: Adest Nathan propheta. Cumq; introisset in conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathã: Domine mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum? Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & uocauit uniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem: illisq; uescentibus & bibentibus coram eo, & dicentibus: Viuat rex Adonias: me seruum tuum & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuum non uocauit. Nunquid à domino meo rege exiuit hoc uerbum, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? Et respondit rex Dauid, dicens: Vocate ad me Bethsabee. Quæ cum fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum, iurauit rex, & ait: Viuit dominus qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi per dominum deum Israel, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie. Summissoq; Bethsabee in terram uultu, adorauit regem, dicens: Viuat dominus meus rex Dauid in æternum. Dixit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaian filium Ioiadæ. Qui cum ingreßi fuissent coram rege, dixit ad eos: Tollite uobiscum seruos domini uestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon. Et ungat eum ibi Sadoc sacerdos & Nathan propheta in regem super Israel: & canetis buccina, atque dicetis: Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum, & ueniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illiq; præcipiam ut sit dux super Israel & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens, Amen: sic loquatur dominus deus domini mei regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid. Descendit ergo Sadoc sacerdos & Nathan propheta & Banaias filius Ioiadæ & Cerethi & Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gion. Sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: Viuat rex Salomon. Et ascendit uniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo: iamq; conuiuium finitum erat: sed & Ioab, audita uoce tubæ ait: Quid sibi uult clamor ciuitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis uenit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia uir fortis es, & bona nuntians. Responditq; Ionathan Adoniæ: Nequaquam: dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem: misitq; cum eo Sadoc sacerdotem & Nathan prophetam & Banaiam filium Ioiadæ & Cerethi & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam regis. Vnxeruntq; eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & ascenderunt inde lætantes, & insonuit ciuitas. hæc est uox quam audistis. Sed & Salomon sedet super solium regni. Et ingreßi serui regis, benedixerunt domino nostro regi Dauid, dicentes: Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo: insuper & hæc locutus est: Benedictus dominus deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, uidentibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit unusquisque in uiam suam. Adonias autem timens Salomonem, surrexit, & abijt in tabernaculum domini, tenuitq; cornu altaris. Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes: Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens: Iuret mihi rex Salomon hodie, quòd non interficiat seruum suum gladio. Dixitq; Salomon: Si fuerit uir bonus, non cadet ne unus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingressus adorauit regem Salomonem: dixitq; ei Salomon: Vade in domum tuam.

D E D F G

1 Reg. 10 c

CAPVT II.

Appropin

Moriturus iam iam Dauid instituit Salomonem quomodo se gerere debeat, Abiathar priuatur sacerdotio, Adonias, Ioab & Semei interficiuntur

APpropinquauerunt autem dies Dauid ut moreretur, præcepitq; Salomoni filio suo A dicens: Ecce ego ingredior uiam uniuersæ terræ: confortare, & esto uir. Et obserua ut custodias mandata domini dei tui, ut ambules in uijs eius, & custodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: ut intelligas uniuersa quæ facis, & quocunq; te uerteris. Vt confirmet dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filij tui uiam suam, & ambulauerint coram me in ueritate, in omni corde suo & in omni anima sua, non auferetur tibi uir de solio Israel. Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasæ filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælij in baltheo suo qui erat circa lumbos eius, & in calciamento suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacificè ad inferos. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntq; comeden B tes in mensa tua: occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalom fratris tui. Habes quoq; apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quãdo ibam ad castra: sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum, dicens: Non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies quæ facies ei, deducesq; canos eius cum sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt: in Hebron regnauit septem annis: in Ierusalem, trigintatribus. Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus. Addiditq;: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: Tu, inquit, C nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à domino enim constitutũ est ei. Nunc ergo petitionem unam deprecor à te: ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor ut dicas Salomoni regi (neq; enim negare tibi quicquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem. Et ait Bethsabee: Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum eius, adorauitq; eam, & sedit super thronum suum: positusq; est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. Dixitq; ei: Petitionem unam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea: neq; enim fas est ut auertam faciem tuam. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor. Responditq; rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei D & regnum: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ. Iurauit itaque rex Salomon per dominum, dicens: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias uerbum hoc. Et nunc uiuit dominus qui firmauit me & collocauit me super solium Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitq; rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum, es quidem uir mortis: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam domini dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos domini, ut impleretur sermo domini quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit autem nũtius ad Salomonem quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem E non declinasset: fugit ergo Ioab in tabernaculum domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumq; est regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculum domini, & esset iuxta altare: misitq; Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens: Vade, interfice eum. Et uenit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hæc dicit rex, Egredere. Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Ioab, & hæc

3 Reg. 1 a

hæc respondit mihi. Dixitq; ei rex: Fac sicut locutus est: & interfice eum, & sepeli: & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei. Et reddet
F dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos uiros iustos, melioresq; se: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante: Abner filium Ner principem militiæ Israel, & Amasam filium Iether principem exercitus Iuda: & reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius & domui & throno illius, sit pax usq; in æternum à domino. Ascendit itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultusq; est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar. Misit quoq; rex, & uocauit Semei, dixitq; ei: Ædifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc atq; illuc: quacunq; autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitq; Semei regi: Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciat seruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ierusalem diebus multis. Factum est autem post annos tres ut fugerent serui Se-
G mei ad Achis filium Maacha regem Geth, nuntiatumq; est Semei quòd serui eius issent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinum suum, iuitq; ad Achis in Geth ad requirendũ seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum est autem regi Salomoni quòd isset Semei in Geth de Ierusalem, & rediſſet. Et mittens uocauit eum, dixitq; illi: Nónne testificatus sum tibi per dominum, & prædixi tibi: Quacunq; die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini, & præceptum quod præceperam tibi? Dixitq; rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: reddiditq; dominus malitiam tuam in caput tuum. Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram domino usque in sempiternum. Iussit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui egressus, percussit eum, & mortuus est.

2 Reg. 3 e 20 c

CAPVT III

A CONfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniũctus est Pharaoni regi Ægypti: accepit namq; filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam & domũ domini & murum Ierusalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini domini usq; in diem illum. Dilexit autem Salomon dominum, ambulans in pręceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. Abiit itaq; Salomon in Gabaon, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustũ obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem dominus Salomoni per somniũ nocte, dicens: Postula quod uis ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiã magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in ueritate & iustitia & recto corde tecum: custodisti enim ei misericordiã grandem, & dedi
B sti ei filium sedẽtem super thronum eius, sicut est hodie. Et nunc domine deus meus, tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum. Et seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populũ tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. quis enim potest iudicare populũ istum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram domino, q; Salomon postulasset huiuscemodi rem. Et dixit dominus Salomoni: Quia postulasti uerbum hoc, & nõ petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendũ iudiciũ: ecce feci tibi secundũ sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligẽs, intantũ ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ nõ postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriã, ut nemo fuerit
C similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in uiis meis, & custodieris præcepta mea & mãdata mea, sicut ambulauit Dauid pater tuus, lõgos faciam dies tuos. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd esset somniũ: cumq; uenisset Ierusalem, stetit

Regno suo gliscente Salomõ à deo efflagitat sapientiam & prudenter discutit causam duarum meretricum

Mat. 6 d

coram arca fœderis domini,& obtulit holocausta,& fecit uictimas pacificas & grãde conuiuium uniuersis famulis suis. Tunc uenerũt duæ mulieres meretrices ad regem,steterũtq; coram eo,quarum una ait: Obsecro mi domine,ego & mulier hæc habitabamus in domo una,& peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquã ego peperi,peperit & hæc: & eramus simul,nullusq; alius nobiscum in domo,exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte,dormiens quippe oppresit eum. Et cõsurgens intempestæ noctis silentio,tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis,& collocauit in sinu suo: suum autem filium,qui erat mortuus,posuit in sinu meo. Cumq; surrexissem mane,ut darem lac filio meo,apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce,deprehẽdi non esse meum quem genueram. Respondítq; altera mulier: Non est ita ut dicis,sed filius tuus mortuus est: meus autem uiuit. Econtrario illa dicebat: Mentiris: filius quippe meus uiuit, & filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait: Hæc dicit, Filius meus uiuit,& filius tuus mortuus est. Et ista respõdit: Non,sed filius tuus mortuus est,meus autem uiuit. Dixit ergo rex: Afferte mihi gladium. Cumq; attulissent gladium coram rege: Diuidite,inquit,infantem uiuum in duas partes,& date dimidiã partem uni,& dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat uiuus,ad regem (commota sunt quippe uiscera eius super filio suo) Obsecro domine,date illi infantem uiuum,& nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi,nec tibi sit,sed diuidatur. Respondit rex,& ait: Date huic infantem uiuum,& non occidatur: hæc est enim mater eius. Audiuit itaq; omnis Israel iudicium quod iudicasset rex,& timuerunt regem,uidentes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

D

Gen.43 c

CAP. IIII

Salomonis regni præfecturæ,itẽ eius magnificentia & sapiẽtia describuntur

Erat autem rex Salomõ regnans super omnem Israel: & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc,sacerdos: Elihoreph & Ahia filij Sisa,scribæ: Iosaphat filius Ahilud,à cõmentarijs: Banaias filius Ioiadæ,super exercitum: Sadoc autem & Abiathar, sacerdotes: Azarias filius Nathan,super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis: & Ahisar præpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel qui præbebãt annonam regi,& domui eius: per singulos enim menses in anno,singuli necessaria ministrabant. Et hæc nomina eorum: Benhur,in monte Ephraim. Bendecar,in Macces,& in Salebim,& in Bethsames & in Elon & in Bethhanan. Benhesed in Aruboth: ipsius enim erat Socho,& omnis terra Epher. Benabinadab,cuius omnis Nephathdor, Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem. Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo,& uniuersam Bethsan,quæ est iuxta Sarthana subter Iezrahel,à Bethsan usq; Abelmehula è regione Iecmaam. Bengaber in Ramothgalaad: habebat Auothiair filij Manasse in Galaad,ipse præerat in omni regione Argob,quæ est in Basan,sexaginta ciuitatibus magnis atq; muratis,quæ habebant seras æreas. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim. Achimaas in Nephthali: sed & ipse habebat Basemath filiam Salomonis in coniugio. Baana filius Husi,in Aser,& in Baloth. Iosaphat filius Pharue,in Issachar. Semei filius Ela,in Beniamin. Gaber filius Vri,in terra Galaad,& in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Basan super omnia quæ erant in illa terra. Iuda & Israel innumerabiles,sicut arena maris in multitudine comedẽtes & bibentes,atque lætantes. Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna,à flumine terræ Philisthijm usq; ad terminum Ægypti: offerentium sibi munera,& seruientiũ ei cunctis diebus uitæ eius. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ,& sexaginta cori farinæ,decem boues pingues,& uiginti boues pascuales,& centum arietes,excepta uenatione ceruorum,caprearũ,atq; bubalorum, & auium altilium. Ipse enim obtinebat omnem regionẽ quæ erat trans flumen,à Thaphsa usq; ad Gazã,& cunctos reges illarũ regionũ: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatq; Iuda & Israel absq; timore ullo,unusquisq; sub uite sua,& sub ficu sua à Dan usq; Bersabee cũctis diebus Salomonis. Et habebat Salomõ quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium. Nutriebantq; eos supradicti regis præfe-

A

B

C

D

præfecti:sed & necessaria mensæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. Hordeum quoq; & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum ubi erat rex, iuxta constitutum sibi. Dedit quoq; deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium & Ægyptiorũ, & erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezrahite, & Heman & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in uniuersis gentibus per circuitum. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia. Et disputauit super lignis, à cedro quæ est in Libano, usq; ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & uolucribus & reptilibus & piscibus. Et ueniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab uniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V

Hiram gratulatur Salomoni, mittitq; ei ligna & artifices ad structuram templi

A MIsit quoq; Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipsum unxissent regem pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauidi omni tempore. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis uoluntatem Dauid patris mei, & quia non potuit ædificare domum nomini domini dei sui, propter bella imminentia per circuitum, donec daret dominus eos sub uestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neq; occursus malus. Quam ob rem cogito ædificare templum nomini domini dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo, dicẽs: Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.
B Præcipe igitur ut præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcunq; petieris: scis enim quomodo non est in populo meo uir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. Cum ergo audisset Hiram uerba Salomonis: lætatus est ualde, & ait: Benedictus dominus deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcunq; mandasti mihi: ego faciam omnem uoluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, usque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi,
C & tu tolles ea: præbebisq; necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ. Itaq; Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem uoluntatem eius. Salomon autem præbebat Hiram uiginti millia coros tritici in cibum domui eius, & uiginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoq; dominus sapientiã Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. Elegitq; rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia uirorum. Mittebatq; eos in Libanum decem millia per menses singulos uicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram erat super huiuscemodi indictionem.

3 Reg. 4 a 12 c

D Fuerunt itaq; Salomoni septuaginta millia, eorum qui onera portabant: & octoginta millia latomorum in monte: absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. Præcepitq; rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos: quos dolauerunt cæmentarij Salomonis & cæmentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

CAP. VI

Quot annis et qua forma tẽplũ fuerit ædificatum

A FActum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum domino. domus autem quam ædificabat rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & uiginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templum uiginti cubitorũ longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecitq; in templo fenestras obliquas. Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod subter erat, quinq; cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex

cubito

cubitorum latitudinis,& tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitũ forinsecus,ut non hærerent muris templi. Domus autem cum ædificaretur,de lapidibus dolatis atq; perfectis ædificata est:& malleus,& securis,& omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur. Ostium lateris medij in parte erat domus dextræ:& per cochleam ascendebant in medium cœnaculum,& à medio in tertium. Et ædificauit domum,& consummauit eam:texit quoq; domum laquearibus cedrinis. Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinq; cubitis altitudinis,& operuit domum lignis cedrinis. Et factus est sermo domini ad Salomonẽ,dicens: Domus B hæc quam ædificas:si ambulaueris in præceptis meis,& iudicia mea feceris,& custodieris omnia mandata mea,gradiens per ea,firmabo sermonem meum tibi,quem locutus sum ad Dauid patrem tuum. Et habitabo in medio filiorum Israel,& non derelinquam populum meum Israel. Igitur ædificauit Salomon domum,& consummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus,tabulatis cedrinis: à pauimento domus usque ad summitatem parietum,& usq; ad laquearia,operuit lignis cedrinis intrinsecus:& texit pauimentum domus tabulis abiegnis. Ædificauitq; uiginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina,à pauimento usq; ad superiora:& fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi. Et cedro omnis domus intrinsecus uestiebatur, habens tornaturas & iuncturas suas fabrefactas,& cælaturas eminentes,omnia cedrinis tabulis uestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat,ut poneret ibi arcam fœderis domini. Porrò oraculum habebat uiginti cubitos longitudinis,& C uiginti cubitos latitudinis,& uiginti cubitos altitudinis:& operuit illud atq; uestiuit auro purissimo. sed & altare uestiuit cedro. Domum quoq; ante oraculum operuit auro purissimo,& affixit laminas clauis aureis. Nihilq; erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala cherub una,& quinq; cubitorum ala cherub altera: id est decem cubitos habentes,à summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus, in mensura pari:& opus unum erat in duobus cherubim,id est altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum,& similiter cherub secundus. Posuitq; cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim,& tangebat ala una parietem,& ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. Texit quoq; cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit uarijs cælaturis,& torno. Et fecit in eis cherubim & palmas & picturas uarias,quasi prominentes de D pariete,& egredientes. Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum: postesq; angulorũ quinq;. Et duo ostia de lignis oliuarum:& sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species,& anaglypha ualde prominentia,& texit ea auro:& operuit tam cherubim quàm palmas & cætera,auro. Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos. Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus:& utrunque ostium duplex erat,& se inuicem tenens aperiebatur. Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas ualde eminentes: operuitq; omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum,& uno ordine lignorum cedri. Anno quarto fundata est domus domini in mense Zio:& in anno undecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in uniuersis utensilibus suis: ædificauitq; eam annis septem.

Marginal notes: 2 Reg.7 b; Exo.25 b

CAPVT VII

Aedes tũ sibi tum uxori, denique & uasa templi parat Salomon

DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis,& ad perfectum usq; perduxit. Ædificauit quoq; domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis,& A quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis:& quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. Et tabulatis

bulatis cedrinis uestiuit totam cameram,quæ quadragintaquinque columnis sustentaba/tur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas,& è regio/ne se respicientes,æquali spatio inter columnas,& super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis,& triginta cubitorum latitudinis:& alteram porticum in facie maioris porticus:& columnas, & epistylia super columnas fecit. Porticum quoq; solij,in qua tribunal est,fecit:& texit li/gnis cedrinis à pauimento usque ad summitatem. Et domuncula in qua sederetur ad iudi/B candum,erat in media porticu simili opere. Domum quoq; fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere,quali & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atq; mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento usque ad summitatem parietum,& intrinsecus usq; ad atrium maius. Fun/damenta autem de lapidibus pretiosis,lapidibus magnis decem siue octo cubitorum. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant,similiterq; de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis,& unius ordinis de dolata cedro:necnon & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus. Misit quoq; rex Salomon,& tulit Hiram de Tyro,filium mulieris uiduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem æra/rium,& plenum sapientia & intelligentia & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum uenisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas,decem & octo cubitorum altitudinis columnam unam:& linea duodecim cubito/C rum ambiebat columnam utranque. Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinq; cubitorum altitudinis capitellum alterum:& quasi in modum retis,& catenarũ sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrũq; capitellum columnarum,fusile erat:septena uer suum retiacula in capitello uno,& septena retiacula in capitello altero. Et perfecit colum/nas,& duos ordines per circuitum retiaculorum singulorũ,ut tegerent capitella quæ erant super summitatem malorum granatorum:eodem modo fecit & capitello secundo. Capi/tella autem quæ erant super capita columnarum,quasi opere lilij fabricata erant in porti/cu,quatuor cubitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula:malorum granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi:cumq; statuisset co/lumnam dexteram,uocauit eam nomine Iachin:similiter erexit columnã secundam,& uo/D cauit nomen eius Booz. Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit:perfe/ctumq; est opus columnarum. Fecit quoq; mare fusile decem cubitorum à labio usque ad labium rotundum in circuitu:quinq; cubitorum altitudo eius,& resticula triginta cubito/rum cingebat illud per circuitum. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare:duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles. Et stabat super duo/decim boues,è quibus tres respiciebant ad aquilonem,& tres ad occidentem,& tres ad me ridiem,& tres ad orientem:& mare super eos desuper erat:quorum posteriora uniuersa in/trinsecus latitabant. Grossitudo autem lateris,trium unciarum erat:labiumq; eius,quasi la bium calicis,& folium repandi lilij:duo millia batos capiebat. Et fecit bases æneas,quatuor cubitorum longitudinis bases singulas,& quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubito/rum altitudinis. Et ipsum opus basium,interrasile erat:& sculpturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectas,leones & boues & cherubim:& in iuncturis similiter desuper:& sub/E ter leones & boues quasi lora ex ære dependentia. Et quatuor rotæ per bases singulas,& axes ærei:& per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles,contra se inuicem respectantes. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate:& quod forinsecus apparebat,unius cubiti erat,totum rotundum,pariterq; habebat unum cubitum & dimi/dium:in angulis autem columnarum uariæ cælaturæ erant:& media intercolumnia,qua/drata non rotũda. Quatuor quoq; rotæ,quæ per quatuor angulos basis erant,cohęrebant sibi subter basim:una rota habebat altitudinis cubitum & semis. Tales autem rotæ erant, quales

2 Par.2 c

2 Par.4 a

quales solent in curru fieri:& axes earum,& radij & canthi,& modioli,omnia fusilia.Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius,ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant.In summitate autem basis erat quædam rotunditas unius & dimidij cubiti,ita fabre facta,ut luter desuper posset imponi,habens cælaturas suas,uariasq; sculpturas ex semet ipsa.Sculpsit quoq; in tabulatis illis quæ erant ex ære,& in angulis cherubim,& leones,& palmas,quasi in similitudinem hominis stantis,ut non cælata,sed apposita per circuitum uiderentur.In hunc modũ fecit decem bases,fusura una & mensura,sculpturaq; consimili. Fecit quoq; decem luteres æneos:quadraginta batos capiebat luter unus,eratq; quatuor cubitorum:singulos quoq; luteres per singulas,id est decem bases,posuit.Et constituit decem bases,quinq; ad dexteram partem templi,& quinq; ad sinistram:mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoq; Hiram lebetes,& scutras,& amulas,& perfecit omne opus regis Salomonis in templo domini. Columnas duas,& funiculos capitellorum super capitella columnarum duos,& retiacula duo,ut operirent duos funiculos,qui erant super capita columnarum.Et mala granata quadringenta in duobus retiaculis:duos uersus malorum granatorum in retiaculis singulis,ad operiẽdos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum.Et bases decem, & luteres decem super bases.Et mare unum,& boues duodecim subter mare. Et lebetes & scutras & amulas.omnia uasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domũ domini,de aurichalco erãt. In campestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Sochoth & Sarthan.Et posuit Salomon omnia uasa:propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. Fecitq; Salomon omnia uasa in domo domini:altare aureum,& mensam super quam ponerentur panes propositionis auream:& candelabra,quinq; ad dexteram & quinq; ad sinistram contra oraculũ ex auro puro:& quasi lilij flores,& lucernas desuper aureas:& forcipes aureos & hydrias & fuscinulas & phialas & mortariola & thuribula de auro purissimo:& cardines ostiorum domus interioris sanctificatorum,& ostiorum domus templi, ex auro erant.Et perfecit omne opus quod faciebat rex Salomon in domo domini,& intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus,argentum & aurum & uasa,reposuitq; in thesauris domus domini.

CAP. VIII

Arca domini qua pompa illata in tẽplum Salomon adorat deũ,& tẽplũ sanctificat

TVnc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum,& duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalẽ:ut deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid,id est de Sion.Conueneritq; ad regem Salomonem uniuersus Israel in mense Ethanim,in solenni die,ipse est mensis septimus. Veneruntq; cuncti senes de Israel,& tulerunt arcam sacerdotes,& portauerunt arcam domini & tabernaculum fœderis,& omnia uasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo:& ferebãt ea sacerdotes & Leuitæ.Rex autem Salomon,& omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum,gradiebatur cum illo ante arcam,& immolabant oues & boues absque æstimatione & numero.Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum suum,in oraculũ templi,in sanctum sanctorum subter alas cherubim.Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ,& protegebant arcam,& uectes eius desuper.Cumq; eminerent uectes,& apparerent summitates eorum foris sanctuariũ ante oraculum,non apparebant ultrà extrinsecus,qui & fuerunt ibi usq; in præsentem diem.In arca autem nõ erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb,quando pepigit dominus fœdus cum filijs Israel, cum egrederẽtur de terra Ægypti.Factum est autem,cum exissent sacerdotes de sanctuario,nebula impleuit domum domini,& non poterãt sacerdotes stare & ministrare propter nebulam:impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit ut habitaret in nebula.Ædificans ædificaui domum in habitaculum tuum,firmissimum solium tuum in sempiternum.Conuertitq; rex faciem suam,& benedixit omni ecclesiæ Israel:omnis enim ecclesia Israel stabat.Et ait:Benedictus dominus deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit,dicens: A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto,non elegi ciuitatem de uniuersis tribubus Israel, ut ædifi

Exo.34.d

ut ædificaretur domus,& esset nomen meum ibi:sed elegi Dauid ut esset super populum meum Israel. Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Israel:& ait dominus ad Dauid patrem meum: Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo,bene fecisti,hoc ipsum mente tractans. Verũtamen tu non ædificabis domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis,ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmauit dominus sermonem suum,quem locutus est:stetiq; pro Dauid patre meo,& sedi super thronum Israel,sicut locutus est dominus:& ædificaui domum nomini domini dei
C Israel. Et constitui ibi locum arcæ,in qua fœdus domini est,quod percussit cum patribus nostris quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiæ Israel,& expandit manus suas in cœlũ,& ait: Domine deus Israel,non est similis tui deus in cœlo desuper,& super terram deorsum:qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis qui ambulant corã te in toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo,quæ locutus es ei:ore locutus es,& manibus perfecisti,ut hæc dies probat. Nunc igitur domine deus Israel,conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te uir coram me,qui sedeat super thronum Israel:ita tamen si custodierint filij tui uiam suam,ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc domine deus Israel firmentur uerba tua quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. Ergó ne putandum est quòd uerè deus habitet super terram? si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt,quantomagis domus hæc quam ædificaui? Sed respice ad orationem serui tui,& ad preces eius domine deus meus:audi hymnum & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie. Vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die:super domum de qua dixisti,Erit nomen meum ibi:ut exaudias orationem,quam orat in loco isto ad te seruus tuus. Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, [Deut. 12 b]
D quodcunq; orauerint in loco isto,& exaudies in loco habitaculi tui in cœlo:& cum exaudieris,propitius eris. Si peccauerit homo in proximum suum,& habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus:& uenerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam,tu exaudies in cœlo:& facies,& iudicabis seruos tuos,condemnans impium,& reddens uiam suam super caput eius,iustificansq; iustum,& retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos(quia peccaturus est tibi)& agentes pœnitentiam,& confitentes nomini tuo uenerint,& orauerint,& deprecati te fuerint in domo hac:exaudi in cœlo,& dimitte peccatum populi tui Israel,& reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum,& non pluerit propter peccata eorum,& orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo,& à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam:exaudi eos in cœlo,& dimitte peccata seruorum tuorum,& populi tui Israel:& ostende eis uiam bonam per quam ambulent,& da pluuiam super terrã quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra,aut pestilentia,aut corruptus aer,aut ærugo,aut locusta,uel rubigo,& afflixerit eum inimicus eius portas obsidens,omnis plaga,uniuersa infirmitas,cuncta deuotatio & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel:si quis cognouerit plagam cordis sui,& expanderit manus
E suas in domo hac,tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ,& repropitiaberis,& facies ut des unicuiq; secundum omnes uias suas,sicut uideris cor eius(quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum)ut timeant te cunctis diebus quibus uiuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena,qui non est de populo tuo Israel,cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum(audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis,& brachium tuum extentum ubique)Cum uenerit ergo,& orauerit in hoc loco,tu exaudies in cœlo,in firmamento habitaculi tui,& facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena:ut discant uniuersi populi terrarum nomẽ tuum timere,sicut populus tuus Israel,& probent quia nomen tuum inuocatũ est super domum hanc quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos,per uiam,quocũq; miseris eos,orabunt te contra uiam ciuitatis quam elegisti,& contra domum quam ædificaui

nomini tuo,& exaudies in cœlo orationes eorum & preces eorum & facies iudiciū eorum. Quòd si peccauerint tibi(non est enim homo qui non peccet)& iratus tradideris eos inimicis suis,& captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè uel propè,& egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis,& conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua,dicentes:Peccauimus,iniquè egimus,impiè gesśimus:& reuersi fuerint ad te in uniuerso corde suo & tota anima sua in terra inimicorum suorum,ad quam captiui ducti fuerint:& orauerint te contra uiam terræ suæ quam dedisti patribus eorum,& ciuitatis quam elegisti,& templi quod ædificaui nomini tuo:exaudies in cœlo,in firmamento solij tui orationes eorum & preces eorum,& facies iudiciū eorum:& propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi,& omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te:& dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint,ut misereantur eis.Populus enim tuus est,& hæreditas tua,quos eduxisti de terra Ægypti,de medio fornacis ferreæ.Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & populi tui Israel,& exaudias eos in uniuersis pro quibus inuocauerint te.Tu enim separasti eos tibi in hæreditatē de uniuersis populis terræ,sicut locutus es per Moysen seruū tuū,quādo eduxisti patres nostros de Ægypto domine deus.Factum est autem cum complesset Salomon orans dominum omnem orationē & deprecationem hanc,surrexit de conspectu altaris domini:utrunq; enim genu in terram fixerat,& manus expanderat in cœlum.Stetit ergo,& benedixit omni ecclesię Israel uoce magna,dicens:Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo Israel,iuxta omnia quæ locutus est:non cecidit ne unus quidem sermo ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruū suum. Sit dominus deus noster nobiscum,sicut fuit cum patribus nostris,non derelinquens nos, neq; proijciens.Sed inclinet corda nostra ad se,ut ambulemus in uniuersis uijs eius,& custodiamus mandata eius & ceremonias eius & iudicia quæcunq; mandauit patribus nostris.Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino,appropinquātes domino deo nostro die ac nocte,ut faciat iudicium seruo suo & populo suo Israel per singulos dies:& sciant omnes populi terræ quia dominus ipse est deus,& non est ultrà absq; eo. Sit quoq; cor nostrum perfectū cum domino deo nostro,ut ambulemus in decretis eius & custodiamus mandata eius,sicut & hodie.Igitur rex & omnis Israel cum eo,immolabāt uictimas coram domino.Mactauitq; Salomon hostias pacificas,quas immolauit domino,boum uiginti duo millia,& ouium centum uiginti millia:& dedicauerunt templum domini rex & omnes filij Israel.In die illa sanctificauit rex medium atrij quod erat ante domum domini:fecit quippe holocaustū ibi & sacrificium & adipem pacificorum:quoniam altare æreum quod erat coram domino,minus erat,& capere non poterat holocaustum & sacrificium & adipem pacificorum.Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem,& omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Emath usq; ad riuum Ægypti coram domino deo nostro,septem diebus & septem diebus,id est quatuordecim diebus. Et in die octaua dimisit populos:qui benedicentes regi,profecti sunt in tabernacula sua lætantes,& alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

CAPVT IX

Dominus secūdò apparēs Salomōi, magnā ei spē ingerit, Salomō donat regē Hirā uiginti oppidis

FActum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus domini,& ædificiū regis,& omne quod optauerat & uoluerat facere,apparuit ei dominus secundò sicut apparuerat ei in Gabaon.Dixitq; dominus ad eum:Exaudiui orationē tuam & deprecationem tuam,quam deprecatus es coram me:sanctificaui domū hanc quam ædificasti,ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum,& erunt oculi mei & cor meum ibi cūctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me,sicut ambulauit Dauid pater tuus,in simplicitate cordis & in æquitate:& feceris omnia quæ præcepi tibi,& legitima mea & iudicia mea seruaueris,Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum,sicut locutus sum Dauid patri tuo,dicens:Non auferetur uir de genere tuo de solio Israel.Si autem auersione auersi fueritis uos & filij uestri,non sequentes me,nec custodientes mandata mea,& ceremonias quas proposui uobis,sed abieritis & colueritis deos alienos & adoraueritis eos:auferam Israel de

superfi

superficie terræ quam dedi eis,& templũ quod sanctificaui nomini meo proijciam à conspectu meo,eritq́ Israel in prouerbium,& in fabulam cunctis populis.Et domus hæc erit in exemplum:omnis qui transierit per eam,stupebit & sibilabit,& dicet:Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic?Et respondebunt:Quia dereliquerunt dominum deum suum,qui eduxit patres eorum de terra Ægypti,& secuti sunt deos alienos,& adorauerũt

C eos,& coluerunt eos:idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc.Expletis autem annis uiginti postquàm ædificauerat Salomon duas domos,id est domum domini & domum regis,Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna,& aurum iuxta omne quod opus habuerat:tunc dedit Salomon Hiram uiginti oppida in terra Galilææ.Et egressus est Hiram de Tyro,ut uideret oppida quæ dederat ei Salomõ,& non placuerunt ei,& ait:Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?Et appellauit eas Terram Chabul,usq́ in diem hanc.Misit quoq́ Hiram ad regem Salomonem centum uiginti talenta auri.Hæc est summa expensarum,quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum domini & domum suam & Mello & murum Ierusalem & Heser & Mageddo & Gazer.Pharao rex Ægypti ascendit,& cepit Gazer,succenditq́ eam igni:& Chananæum qui habitabat in ciuitate,interfecit,& dedit eam in dotem filiæ suæ uxori Salomonis.Ædificauit ergo Salomon Gazer & Bethhoron inferiorem & Baalath & Palmiram in terra solitudinis.Et omnes uicos qui ad se pertinebant & erant absque muro,muniuit,& ciuitates curruum,& ciuitates equitum,& quodcunq́ ei placuit ut ædificaret in Ierusalem & in Libano & in omni terra potestatis suæ. Vniuersum populum qui remanserat de Amorrhæis & de

D Hethæis & Pherezæis & Heuæis & Iebusæis,qui non sunt de filijs Israel:horum filios qui remanserant in terra,quos scilicet non potuerant filij Israel exterminare:fecit Salomon tributarios usque in diem hanc. De filijs autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam,sed erant uiri bellatores & ministri eius & principes & duces,& præfecti curruum & equorum.Erant aũt principes super omnia opera Salomonis præpositi,quingenti quinquaginta qui habebant subiectum populum,& statutis operibus imperabant.Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam quã ædificauerat ei Salomon:tunc ædificauit Mello.Offerebat quoq́ Salomon tribus uicibus per annos singulos holocausta,& pacificas uictimas super altare quod ædificauerat domino,& adolebat thymiama coram domino:perfectumq́ est templum.Classem quoq́ fecit rex Salomon in Asiongaber,quæ est iuxta Ahilam in littore maris rubri,in terra Idumææ.Misitq́ Hiram in classe illa seruos suos uiros nauticos & gnaros maris,cum seruis Salomonis.Qui cum uenissent in Ophir,sumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

2 Par. 8 a

CAPVT X

Audita Salomonis sapientia inuisit eum regia Saba cũ muneribus & de immẽsis opibus utriusque

2 Par. 9 a

Mat. 12 d

A SEd & regina Saba audita fama Salomonis in nomine domini,uenit tẽtare eum in ænigmatibus. Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu & diuitijs,camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis & gemmas pretiosas,uenit ad Salomonem,& locuta est ei uniuersa quæ habebat in corde suo.Et docuit eam Salomon omnia uerba quæ proposuerat:non fuit sermo qui regem posset latere & non responderet ei. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis & domum quam ædificauerat & cibos mensæ eius & habitacula seruorum & ordines ministrantium,uestesq́ eorum & pincernas & holocausta quæ offerebat in domo domini:non habebat ultrà spiritum:dixitq́ ad regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis & super sapientia tua:&

B non credebam narrantibus mihi,donec ipsa ueni,& uidi oculis meis,& probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit:maior est sapientia & opera tua,quàm rumor quem audiui.Beati uiri tui,& beati serui tui,hi qui stant coram te semper,& audiunt sapientiã tuam. Sit dominus deus tuus benedictus,cui cõplacuisti,& posuit te super thronum Israel,eo q̃ dilexerit dominus Israel in sempiternum,& constituit te regem,ut faceres iudicium & iustitiam.Dedit ergo regi centum uiginti talenta auri & aromata multa nimis & gemmas pretiosas:non sunt allata ultrà aromata tam multa quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salo

 moni

moni. Sed & classis Hiram quæ portabat aurum Ophir, attulit ex Ophir ligna thina multa nimis & gemmas pretiosas. Fecitq; rex de lignis thinis fulcra domus domini & domus regiæ, & citharas lyrasq; cãtoribus: non sunt allata huiuscemodi ligna thina neq; uisa usq; in præsentem diem. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ uoluit & petiuit ab eo: exceptis his quæ ultrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abijt in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos sexcentorum sexagintasex talentorum auri: excepto eo quod afferebant uiri, qui super uectigalia erant, & negotiatores, uniuersiq; scruta uendentes, & omnes reges Arabiæ ducesq; terræ. Fecit quoq; rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo: sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæq; minæ auri unam peltam uestiebant: posuitq; eas rex in domo saltus Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & uestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in uniuersis regnis. Sed & omnia uasa de quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & uniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis: quia classis regis per mare cum classe Hiram, semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum & dentes elephãtorum & simias & pauos. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ diuitijs & sapientia. Et uniuersa terra desiderabat uultum Salomonis, ut audiret sapientiam eius, quam dederat deus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera, uasa argentea & aurea, uestes & arma bellica, aromata quoq; & equos & mulos per annos singulos. Congregauitq; Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem. Fecitq; ut tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros quæ nascũtur in campestribus. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus cẽtum quinquaginta. Atq; in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos uenundabant.

Supra 4 c

CAPVT XI

Aduersus Salomonẽ ad idola deficientem Deus multos excitat hostes, ei mortuo succedit Roboam

REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoq; Pharaonis & Moabitidas & Ammonitidas, Idumæas & Sidonias & Cethæas: de gẽtibus super quibus dixit dominus filijs Israel, Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad uestras: certissimè enim auertent corda uestra, ut sequamini deos earum. His itaq; copulatus est Salomon ardẽtissimo amore. Fueruntq; ei uxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres ut sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Astarthen deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. Fecitq; Salomõ quod non placuerat coram domino, & non adimpleuit ut sequeretur dominum, sicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit uniuersis uxoribus suis alienigenis quæ adolebant thura & immolabant dijs suis. Igitur iratus est dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à domino deo Israel, qui apparuerat ei secundò, & præceperat de uerbo hoc, ne sequeretur deos alienos: & non custodiuit quæ mandauit ei dominus. Dixit itaq; dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mãdaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Verũtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, nec totum regnũ auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. Suscitauit autem dominus aduersariũ Salomoni Adad Idumæum de semi

de semine regio,qui erat in Edom.Cum enim esset Dauid in Idumæa,& ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti,& occidisset omne masculinum in Idumæa(sex enim mensibus ibi moratus est Ioab & omnis Israel,donec interimeret omne masculinum in Idumæa)fugit Adad ipse,& uiri Idumæi de seruis patris eius cum eo,ut D ingrederetur Ægyptum:erat autem Adad puer paruulus.Cumq; surrexissent de Madiã, uenerunt in Pharan:tuleruntq; secum uiros de Pharan,& introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti:qui dedit ei domum,& cibos constituit,& terram delegauit.Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone ualde,intantum ut daret ei uxorem,sororem uxoris suæ germanam Taphnes reginæ.Genuitq; ei soror Taphnes Genubath filium,& nutriuit eum Taphnes in domo Pharaonis : eratq; Genubath habitans apud Pharaonem cum filijs eius.Cumq; audisset Adad in Ægypto dormisse Dauid cũ patribus suis,& mortuum esse Ioab principem militiæ,dixit Pharaoni:Dimitte me,ut uadam in terram meam. Dixitq; ei Pharao : Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam ? At ille respondit:Nulla.sed obsecro te ut dimittas me.Suscitauit quoq; ei deus aduersarium Razon filium Eliada,qui fugerat Adadezer regem Soba dominum suum:& congregauit E contra eum uiros,& factus est princeps latronum cum interficeret eos Dauid:abieruntq; Damascum,& habitauerunt ibi,& constituerunt eum regem in Damasco,eratq; aduersarius Israeli cunctis diebus Salomonis:& hoc est malum Adad,& odiũ contra Israel,regnauitq; in Syria. Ieroboam quoq; filius Nabat,Ephrathæus,de Sareda,seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua,mulier uidua:leuauit manum cõtra regem.Et hæc est causa rebellionis aduersus eum,quia Salomon ædificauit Mello,& coæquauit uoraginem ciuitatis Dauid patris sui.Erat autem Ieroboam,uir fortis & potens:uidensq; Salomon adolescentem bonæ indolis & industrium,constituerat eum præfectum super tributa uniuersæ domus Ioseph. Factum est igitur in tempore illo,ut Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta,in uia,opertus pallio nouo:erant autem duo tantum in agro.Apprehendensq; Ahias pallium suum nouum,quo coopertus erat,scidit F in duodecim partes.Et ait ad Ieroboam:Tolle tibi decem scissuras : hæc enim dicit dominus deus Israel, Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò una tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & propter Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel:eo quòd dereliquerit me,& adorauerit Astarthen deam Sidoniorum,& Chamos deum Moab,& Moloch deum filiorum Ammon:& non ambulauerit in uijs meis,ut faceret iustitiam coram me,& præcepta mea & iudicia sicut Dauid pater eius.Nec auferam omne regnum de manu eius,sed ducem ponam eum cunctis diebus uitæ suæ,propter Dauid seruũ meum quem elegi,qui custodiuit mandata mea & præcepta mea.Auferam autem regnum de manu filij eius,& dabo tibi decem tribus:filio autem eius dabo tribum unam,ut remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me,in Ierusalem ciuitate quam elegi,ut esset nomen meum ibi.Te autem G assumam,& regnabis super omnia quæ desiderat anima tua,erisq; rex super Israel:Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi,& ambulaueris in uijs meis,& feceris quod rectum est coram me,custodiens mandata mea & præcepta mea,sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum,& ædificabo tibi domum fidelem,quomodo ædificaui Dauid domum,& tradam tibi Israel:& affligam semen Dauid super hoc,ueruntamen non cunctis diebus. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam:qui surrexit & aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti,& fuit in Ægypto usq; ad mortem Salomonis.Reliquum autem uerborum Salomonis,& omnia quæ fecit,& sapientia eius:ecce uniuersa scripta sunt in libro uerborum Salomonis. Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt.Dormiuitq; Salomon cum patribus suis,& sepultus est in ciuitate Dauid patris sui,regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

3 Reg.15 a

CAP. XII

A VEnit autem Roboam in Sichem:illuc enim congregatus erat omnis Israel,ad constituendum eum regem.At uerò Ieroboam filius Nabat,cum adhuc esset in Ægypto

Roboã senib. præferẽs iuuenes cõsultores populũ à se facit desciscere ad Ieroboam, qui postea idololatriam instituit

profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius reuersus est de Ægypto. Miseruntque & uocauerunt eum: uenit ergo Ieroboam & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite usque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cumque abiisset populus, iniit consilium rex Roboam cum senioribus qui assistebant coram Salomone patre eius, cum adhuc uiueret, & ait: Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic? Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos uerba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo & assistebant illi, dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi: Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super uos iugum graue, ego autem addam super iugum uestrum: pater meus cecidit uos flagellis, ego autem cædam uos scorpionibus. Venit ergo Ierobam, & omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Reuertimini ad me die tertia. Respondítque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum uestrum, ego autem addam iugo uestro: pater meus cecidit uos flagellis, ego autem cædam uos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo: quoniam auersatus fuerat eum dominus, ut suscitaret uerbum suum quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabat. Videns itaque populus quòd noluisset eos audire rex, respondit ei, dicens: Quæ nobis pars in Dauid? uel quæ hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel, nunc uide domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid usque in præsentem diem. Factum est autem cum audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt & uocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid, præter tribum Iuda solam. Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit uniuersam domum Iuda, & tribum Beniamin centum octoginta millia electorum uirorum & bellatorum, ut pugnarent contra domum Israel, & reduceret regnum Roboam filio Salomonis. Factus est autem sermo domini ad Semeiam uirum dei, dicẽs: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens: Hæc dicit dominus, Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres uestros filios Israel: reuertatur uir in domum suam. à me enim factum est uerbum hoc. Audierunt sermonem domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat dominus. Ædificauit autẽ Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel. Dixitque Ieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem: & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio, fecit duos uitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultrà ascendere in Ierusalem: Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque unum in Bethel, & alterum in Dan: & factum est uerbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad orandum uitulum, usque in Dan. Et fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Leui. Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Iuda. Et ascendens, altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret uitulis quos fabricatus fuerat: constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum

Margin notes: B; C; D; E; 2 Par. 11 a; F; Exo. 32 b; G

rum quæ fecerat. Et ascēdit super altare quod extruxerat in Bethel quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo: & fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare, ut adoleret incensum.

CAPVT XIII

A ET ecce uir dei uenit de Iuda in sermone domini in Bethel, Ieroboam stante super altare, & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditq; in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus, Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est. Cumq; audisset rex sermonem hominis dei quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: B Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec ualuit retrahere eam ad se. Altare quoq; scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signū quod prædixerat uir dei in sermone domini. Et ait rex ad uirum dei: Deprecare faciē domini dei tui, & ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Orauitq; uir dei faciem domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem rex ad uirum dei: Veni mecum domum ut prandeas, & dabo tibi munera. Respondítq; uir dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non ueniam tecum nec comedam panem, neq; C bibam aquam in loco isto: sic enim mandatum est mihi in sermone domini præcipientis: Non comedes panem, neq; bibes aquam, nec reuerteris per uiam qua uenisti. Abijt ergo per aliam uiam, & non est reuersus per iter quo uenerat in Bethel. Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem uenit filius suus, & narrauit ei omnia opera quæ fecerat uir dei illa die in Bethel, & uerba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum: Per quam uiam abijt? Ostenderunt ei filij sui uiam per quam abierat uir dei, qui uenerat de Iuda. Et ait filijs suis: Sternite mihi asinum. Qui cum D strauissent, ascendit, & abijt post uirum dei, & inuenit eum sedentem subtus terebinthum: & ait illi, Tú ne es uir dei, qui uenisti de Iuda? Respondit ille: Ego sum. Dixitq; ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem. Qui ait: Non possum reuerti, neque uenire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto: quia locutus est dominus ad me in sermone domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuerteris per uiam qua ieris. Qui ait illi: Et ego propheta sum similis tui: & angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, ut co-E medat panem, & bibat aquam. Fefellit eum, & reduxit secum: comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam. Cúmque sederent ad mensam, factus est sermo domini ad prophetam, qui reduxerat eum. Et exclamauit ad uirum dei, qui uenerat de Iuda, dicens: Hæc dicit dominus, Quia non obediens fuisti ori domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi dominus deus tuus: & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumq; comedisset & bibisset, stra-F uit asinum suum propheta quem reduxerat. Qui cum abijsset, inuenit eum leo in uia, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Et ecce, uiri transeuntes uiderunt cadauer proiectum in uia, & leonem stantem iuxta cadauer. Et uenerunt, & diuulgauerunt in ciuitate in qua prophetes ille senex habitabat. Quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de uia, ait: Vir dei est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, & occidit, iuxta uerbum domini quod locutus est ei. Dixitq; ad filios suos: Sternite mihi G asinum. Qui cum strauissent, & ille abijsset, inuenit cadauer eius proiectum in uia, & asinum & leonem stantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læsit asinum. Tulit quoq; prophetes cadauer uiri dei, & posuit illud super asinum, & reuersus intulit in ciuitatem prophetes senex, ut plangerent eum. Et posuit cadauer eius in sepulchro suo: & planxerunt eum, Heu mi frater. Cumq; planxissent eum, dixit ad filios suos: Cum mortuus

Ieroboā prophetæ spreti dat pœnas: propheta deo inobediēs à leonē discerpitur

4 Reg. 5 d

tuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo uir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profectò enim ueniet sermo quem prædixit in sermone domini contra altare quod est in Bethel, & contra omnia fana excelsorum quæ sunt in urbibus Samariæ. Post uerba hæc non est reuersus Ieroboam de uia sua pessima, sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicunque uolebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

CAPVT XIIII

Ieroboami domus excidium & filij eius mortem prædicit Ahia: Sesac diripit templum domini, & Ieroboam moritur cum Roboam

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. Dixitque Ieroboam uxori suæ: Surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis uxor Ieroboam, & uade in Silo, ubi est Ahias propheta qui locutus est mihi quòd regnaturus essem super populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes & crustulam & uas mellis, & uade ad illum: ipse enim indicabit tibi quid euenturum sit puero huic. Fecit ut dixerat, uxor Ieroboam, & consurgens abijt in Silo, & uenit in domum Ahiæ: at ille non poterat uidere, quia caligauerant oculi eius præ senectute. Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce uxor Ieroboam ingreditur, ut cõsulat te super filio suo qui ægrotat: hæc & hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium, & ait: Ingredere uxor Ieroboam. quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam: Hæc dicit dominus deus Israel, Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populum meum Israel: & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo: sed operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, ut me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post tergum tuum: idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentẽ ad parietem & clausum & nouissimum in Israel: & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, uorabunt eos aues cœli: quia dominus locutus est. Tu igitur surge, & uade in domum tuam: & in ipso introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepeliet: iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inuentus est super eo sermo bonus à domino deo Israel in domo Ieroboam. Constituet autem sibi dominus regem super Israel, qui percutiet domum Ieroboam in hac die & in hoc tempore: & percutiet dominus deus Israel, sicut moueri solet arundo in aqua: & euellet Israel de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & uentilabit eos trans flumen: quia fecerunt sibi lucos, ut irritarent dominum. Et tradet dominus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel. Surrexit itaque uxor Ieroboam, & abijt, & uenit in Thersa: cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eum. Et planxit eum omnis Israel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu serui sui Ahiæ prophetæ. Reliqua autem uerborum Ieroboam quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum Israel.

2 Par. 13 a Dies autem quibus regnauit Ieroboam, uigintiduo anni sunt: & dormiuit cum patribus suis: regnauitque Nadab filius eius pro eo. Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda: quadraginta & unius anni erat Roboam, cum regnare cœpisset: decem & septem annos regnauit in Ierusalem ciuitate, quam elegit dominus ut poneret nomen suum ibi, ex omnibus tribubus Israel. Nomen autem matris eius Naama Ammanitis. Et fecit Iudas malum coram domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt. Ædificauerunt enim & ipsi sibi aras & statuas & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam: sed & effœminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit dominus ante faciem filiorum Israel. In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Ierusalem, & tulit thesauros domus domini, & thesauros regios, &

univer

uniuersa diripuit: scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea: & tradidit ea in manum ducum scutatorium, & eorum qui excubabant ante ostium domus regis. Cumque ingrederetur rex in domum domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: & postea reportabant ad armamētarium scutariorum. Reliqua autem sermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro sermonū dierum regum Iuda. Fuitque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitque Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid: nomē autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAPVT XV

Post Roboam qui reges successerint, quæque gesserint

A IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboā filij Nabat, regnauit Abiam super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Maacha filia Abessalō. Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei dominus deus suus lucernam in Ierusalem, ut suscitaret filium eius post eum, & statueret Ierusalem: eo quod fecisset Dauid rectum in oculis domini, & non declinasset ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus uitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi. Attamen bellum fuit inter Roboam & Ieroboam omni tempore uitæ eius. B Reliqua autem sermonū Abiam, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda? Fuitque prælium inter Abiam & inter Ieroboam. Et dormiuit Abiam cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitque Asa filius eius pro eo. *2 Par. 14 a* In anno ergo uicesimo Ieroboā regis Israel regnauit Asa rex Iuda: & quadraginta & uno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abessalom. Et fecit Asa rectum ante conspectum domini, sicut Dauid pater eius: & abstulit effœminatos de terra, purgauitque uniuersas sordes idolorum quæ fecerant patres eius. C Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius quem consecrauerat: subuertitque specum eius, & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron: excelsa autem non abstulit. Veruntamen cor Asa perfectum erat cum domino cunctis diebus suis: & intulit ea quæ sanctificauerat pater suus, & uouerat in domum domini, argentū & aurum & uasa. Bellum autem erat inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. Ascendit quoque Baasa rex Israel in Iudam, & ædificauit Rama, ut non posset quispiam egredi uel ingredi de parte Asa regis Iudæ. D Tollens itaque Asa omne argentum & aurum quod remanserat in thesauris domus domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus seruorum suorum: & misit ad Benadad filium Tabremon filij Hezion regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœdus est inter me & te & inter patrem meum & patrem tuum, ideo misi tibi munera argentum & aurum, & peto ut uenias & irritum facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israel, & recedat à me. Acquiescens Benadad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserūt Ahion & Dan & Abel, domum Maacha, & uniuersum Ceneroth, omnem scilicet terram Nephthali. E Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa. Rex autem Asa nuntium misit in omnem Iudam, dicens: Nemo sit excusatus. Et tulerūt lapides de Rama, & ligna eius quibus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa, Gabaa, Beniamin & Maspha. Reliqua aūt omnium sermonum Asa, & uniuersæ fortitudinis eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborū dierum regum Iuda? Veruntamen in tempore senectutis suæ doluit pedes. Et dormiuit Asa cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid F patris sui. Regnauitque Iosaphat filius eius pro eo. *1 Par. 14 a* Nadab uerò filius Ieroboā regnauit super Israel anno secūdo Asa regis Iuda: regnauitque super Israel duobus annis. Et fecit quod malum est in cōspectu domini, & ambulauit in uijs patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Issachar, & percussit eum in Gebbethon, quæ est urbs Philisthinorum: siquidem Nadab & omnis Israel obsidebant Gebbethon. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumque regnasset, percussit omnem domum Ieroboam: non dimisit nec unam

quidem animam de semine eius, donec deleret eum iuxta uerbũ domini quod locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis, propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Israel: & propter delictum quo irritauerat dominum deum Israel. Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia quæ operatus est: nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Israel? Fuitq; bellum inter Asa & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ super omnẽ Israel in Thersa uigintiquatuor annis. Et fecit malum coram domino, ambulauitq; in uijs Ieroboam, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

CAP. XVI

Baasa iuxta uaticiniũ Iehu moritur, succedit Ela, inde Zambri, inde Amri, postea Achab

Factus est autem sermo domini ad Iehu filium Hanani contra Baasa, dicens: Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in uia Ieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, ut me irritares in peccatis eorum: ecce, ego demetam posteriora Baasa, & posteriora domus eius: & faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat. Qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedẽt eum uolucres cœli. Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcunq; fecit, & prælia eius: nónne hæc scripta sunt in libro uerborũ dierum regum Israel? Dormiuit ergo Baasa cum patribus suis, sepultusq; est in Thersa: & regnauit Ela filius eius pro eo. Cum autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ uerbum domini factum esset contra Baasa & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum, ut fieret sicut domus Ieroboam: ob hanc causam occidit eum, hoc est Iehu filiũ Hanani prophetã. Anno uicesimosexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israel in Thersa duobus annis. Et rebellauit cõtra eum seruus suus Zambri dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. Irruens ergo Zambri, percussit & occidit eũ anno uicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq; regnasset & sedisset super solium eius, percussit omnem domum Baasa, & non dereliquit ex ea mingẽtem ad parietem, & propinquos & amicos eius. Deleuitq; Zambri omnem domum Baasa, iuxta uerbum domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ propter uniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt & peccare fecerunt Israel, prouocãtes dominum deum Israel in uanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Israel? Anno uicesimoseptimo Asa regis Iuda, regnauit Zãbri septẽ diebus in Thersa: porrò exercitus obsidebat Gebbethõ urbem Philisthinorũ. Cumq; audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militię super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa. Videns autem Zambri quòd expugnãda esset ciuitas, ingressus est palatium, & succẽdit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis quæ peccauerat faciens malum coram domino, & ambulãs in uia Ieroboam, & in peccato eius, quo fecit peccare Israel. Reliqua autem sermonum Zambri, & insidiarum eius, & tyrãnidis, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierũ regum Israel? Tunc diuisus est populus Israel in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, ut cõstitueret eum regem: & media pars, Amri. Præualuit aũt populus qui erat cũ Amri, populo qui sequebatur Thebni filiũ Gineth: mortuusq; est Thebni, & regnauit Amri. Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel duodecim ãnis: in Thersa regnauit sex annis. Emitq; montem Samariæ à Semer duobus talẽtis argẽti, & ædificauit eum, & uocauit nomen ciuitatis quã extruxerat, nomine Semer domini montis Samariæ. Fecit autem Amri malum in conspectu domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eũ. Ambulauitq; in omni uia Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: ut irritaret dominum deum Israel in uanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Amri, & prælia eius quæ gessit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Israel? Dormiuitq; Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitq; Achab filius eius pro eo.

4 Reg. 9 g

Achab

Achab uerò filius Amri, regnauit super Israel anno tricesimooctauo Asa regis Iuda. Et re-
G gnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria uiginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit uxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum. Et abijt, & seruiuit Baal, & adorauit eum. Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum: & addidit Achab in opere suo, irritans dominum deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta uerbum domini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

CAPVT XVII

Famem prædicit Helias, ea urgente ipse à coruis pascitur, & uidua Sareptana cui filiũ mortuum suscitat

A ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad, ad Achab: Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum, dicens: Recede hinc, & uade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes: coruisq; præcepi ut pascant te ibi. Abijt ergo, & fecit iuxta uerbum domini: cumq; abijsset, sedit in torrente Carith, qui est contra Iordanem. Corui quoq; deferebant ei panem & carnes manè, similiter panem & carnes uesperi, & bibebat de torrente. Post dies autem siccatus est torrens: non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum, dicens: Surge, & ua
B de in Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri uiduæ ut pascat te. Surrexit, & abijt in Sareptha. Cumq; uenisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier uidua colligens ligna, & uocauit eam, dixitq; ei: Da mihi paululũ aquæ in uase, ut bibam. Cumq; illa pergeret, ut afferret, clamauit post tergum eius, dicẽs: Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: Viuit dominus deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantũ pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna ut ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed uade, & fac sicut dixisti: ueruntamen mihi primùm fac de ipsa fa-
C rinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit dominus deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur usq; ad diem in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta uerbum Eliæ: & comedit ipse & illa & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta uerbum domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autem post uerba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamiliâs, & erat languor eius fortissimus, ita ut nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi & tibi uir dei? ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres
D filium meum? Et ait ad eam: Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamauit ad dominum, & dixit: Domine deus meus, etiám ne uiduam apud quam ego utcunq; sustentor, afflixisti, ut interficeres filium eius? Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus uicibus, & clamauit ad dominum, & ait: Domine deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in uiscera eius. Et exaudiuit dominus uocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi: En uiuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliam: Nunc in isto cognoui quoniam uir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo uerum est.

4 Reg. 4 d

CAP. XVIII

Eliæ iussu Achab pmittit sacerdotes Baal omnes interfici, inde impetrata est pluuia

A POst dies multos factum est uerbum domini ad Eliam, in anno tertio dicens: Vade, & ostende te Achab, ut dem pluuiam super faciem terræ. Iuit ergo Elias, ut ostenderet se Achab: erat autem fames uehemens in Samaria. Vocauitq; Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat dominum deum ualde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiã: Vade in terrã ad uniuersos fontes aquarum, & in cũctas ualles: si fortè possimus inuenire herbam,

& saluare equos & mulos,& non penitus iumenta intereant. Diuiseruntq; sibi regiones,ut circuirent eas: Achab ibat per uiam unam,& Abdias per uiam alteram seorsum. Cumq; B esset Abdias in uia, Elias occurrit ei: qui cum cognouisset eum,cecidit super faciem suam, & ait: Non tu es,domine mi, Elias? Cui ille respondit: Ego. uade,& dic domino tuo: Adest Elias. Et ille: Quid peccaui,inquit,quoniam tradis me seruum tuum in manu Achab,ut interficiat me? Viuit dominus deus tuus,quia non est gens aut regnũ,in quo non miserit dominus meus te requirens: & respondentibus cunctis, Non est hic: adiurauit regna singula & gẽtes, eo quòd minime repertreris. Et nũc tu dicis mihi: Vade,& dic domino tuo, Adest Elias. Cumq; recessero à te,spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab: & non inueniens te,interficiet me: seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatũ est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret Iezabel prophetas domini,quòd absconderim de prophetis domini centum uiros quinquagenos & quinquagenos in spelũcis,& pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis: C Vade,& dic domino tuo, Adest Elias.ut interficiat me. Et dixit Elias: Viuit dominus exercituum, ante cuius uultum sto, quia hodie apparebo ei. Abijt ergo Abdias in occursum Achab: & indicauit ei: uenitq; Achab in occursum Eliæ. Et cum uidisset eum,ait: Tú ne es ille,qui conturbas Israel? Et ille ait: Non ergo turbaui Israel,sed tu & domus patris tui,qui dereliquistis mandata domini,& secuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte,& congrega ad me uniuersum Israel in monte Carmeli,& prophetas Baal quadringentos quinquaginta,prophetasq; lucorum quadringentos,qui comedũt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel,& cõgregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel,ait: Vsquequo claudicatis in duas partes? si dominus est deus,sequimini eum: si autem Baal,sequimini illum. Et non respondit ei populus uerbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remansi propheta domini solus: prophetæ autem Baal,qua D dringenti & quinquaginta uiri sunt. Dentur nobis duo boues,& illi eligãt sibi bouẽ unum, & in frusta cædentes ponant super ligna,ignem autem non supponant: & ego faciam bouem alterum,& imponã super ligna,ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum uestrorum,& ego inuocabo nomen domini: & deus qui exaudierit per ignem,ipse sit deus. Respondens omnis populus, ait: Optima propositio. Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite bouem unum,& facite primi,quia uos plures estis: & inuocate nomina deorum uestrorum,ignemq; non supponatis. Qui cum tulissent bouem,quem dederat eis,fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem,dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat uox,nec qui responderet: transiliebantq; altare quod fecerant. Cumq; esset iam meridies,illudebat illis Elias,dicens: Clamate uoce maiore: deus enim est,& forsitan loquitur,aut in diuersorio est,aut in itinere,aut certè dormit,ut excitetur. Clamabant ergo E uoce magna,& incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis,donec perfunderentur sanguine. Postquàm autem transijt meridies,& illis prophetantibus uenerat tempus quo sacrificium offerri solet,nec audiebatur uox,nec aliquis rẽspondebat,nec attendebat orantes: dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad se populo,curauit altare domini,quod destructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob,ad quem factus est sermo domini,dicens: Israel erit nomen tuum. Et ædificauit de lapidibus altare in nomine domini: fecitq; aquæductum,quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris,& composuit ligna: diuisitq; per membra bouem,& posuit super ligna,& ait: Implete quatuor hydrias aqua,& fundite super holocaustum & super ligna. Rursumq; dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò,ait: Etiam tertiò idipsum facite. Feceruntq; & tertiò, & currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est. F Cumq; iam tempus esset ut offerretur holocaustum,accedens Elias propheta ait: Domine deus Abraham & Isaac & Israel, ostende hodie quia tu es deus Israel, & ego seruus tuus,& iuxta præceptum tuum feci omnia uerba hæc. Exaudi me domine,exaudi me: ut discat populus iste,quia tu es dominus deus,& tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem

Amos 7 b
Ierem. 4 c
Iosu. 24 d
Gen. 32 f

autem ignis domini,& uorauit holocaustum,& ligna & lapides,puluerem quoq; & aquam quæ erat in aquæductu lambens. Quod cũ uidisset omnis populus,cecidit in faciem suã, & ait, Dominus ipse est deus,dominus ipse est deus. Dixitq; Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal,& ne unus quidẽ effugiat ex eis. Quos cum apprehẽdissent,duxit eos Elias ad G torrentẽ Cison,& interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab, Ascẽde,comede,& bibe:quia sonus multæ pluuię est. Ascendit Achab,ut comederet & biberet:Elias autem ascendit in uerticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua,& dixit ad puerum suum, Ascende & prospice contra mare. Qui cum ascendisset,& contemplatus esset,ait, Nõ est quicquam. Et rursum ait illi, Reuertere septem uicibus. In septima autem uice ecce nebula parua quasi uestigium hominis ascẽdebat de mari. Qui ait, Ascende, & dic Achab, Iunge currum & descende,ne occupet te pluuia. Cumq; se uerteret huc atq; illuc,ecce cœli contenebrati sunt,& nubes,& uentus,& facta est pluuia grandis. Ascendens itaq; Achab abijt in Iezrahel,& manus domini facta est super Eliã,accinctisq; lumbis currebat ante Achab, donec ueniret in Iezrahel.

CAP. XIX

A NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset uniuersos prophetas Baal gladio. Misitq; Iezabel nuntium ad Eliam dicens, Hæc mihi faciant dij,& hæc addant,nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis. Timuit ergo Elias,& surgens abijt quocunq; eum ferebat uolũtas: uenitq; in Bersabee Iuda,& dimisit ibi puerum suum,& perrexit in desertum uiam unius diei. Cumq; uenisset, & sederet subter unam iuniperum,petiuit animæ suæ ut moreretur, & ait, Sufficit mihi domine,tolle animam meam:neq; enim melior sum quàm patres mei. Proiecitq; se,& obdormiuit in umbra iuniperi: & ecce angelus tetigit eum,& dixit illi, Surge, & comede. Et respexit,& ecce ad caput suum subcineritius panis,& uas aquæ:comedit ergo,& bibit, & rursum B obdormiuit. Reuersusq; est angelus domini secundo, & tetigit eum, dixitq; illi, Surge,comede:grãdis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset,comedit & bibit,& ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montem dei Horeb. Cumq; uenisset illuc,mansit in speluca:& ecce sermo domini ad eum,dixitq; illi, Quid hic agis Elia? At ille respondit, Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio,& derelictus sum ego solus,& quærunt animam meam ut auferam eam. Et ait ei, Egredere,& sta in mõte corã domino:& ecce dominus transit,& spiritus grãdis,& fortis subuertens montes,& conterens petras ante dominũ: non in spiritu dominus, & post spiritum C cõmotio:non in cõmotione dominus. Et post commotiõem ignis:non in igne dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Elias,operuit uultum suum pallio,& egressus stetit in ostio speluncæ,& ecce uox ad eum dicens, Quid hic agis Elia? Et ille respondit, Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuũ filij Israel:altaria tua destruxerunt,& prophetas tuos occiderunt gladio,& derelictus sum ego solus,& quærunt animam meam ut auferant eam. Et ait dominus ad eum, Vade,& reuertere in uiam tuam per desertum in Damascũ: cumq; perueneris illuc, unges Hazael regẽ super Syriã,& Iehu filium Namsi unges regem super Israel:Eliseum autẽ filium Saphat, qui est de Abel meula,unges prophetam pro te. Et erit,quicunq; fugerit gladium Hazael,occidet D eum Iehu: & quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus. Et derelinquã mihi in Israel septem millia uirorum,quorum genua nõ sunt incuruata ante Baal,& omne os quod non adorauit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias,reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus unus erat:cumq; uenisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam,& ait, Osculer,oro,patrem meum,& matrem meã, & sic sequar te. Dixitq; ei, Vade,& reuertere:quod enim meum erat,feci tibi. Reuersus autem ab eo,tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: consurgensq; abijt,& secutus est Eliam,& ministrabat ei.

Iezabelis minas fugientem Eliã angelus pascit, reges ab eo unguntur, & uocatur Eliseus ad prophetiam

Rom. 11 a

CAP. XX

Achab dedit se Ben adadi, debinc mutata fortuna Bẽ adad agnoscit Achab uictorem

PORrò Ben adad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus: & ascendens pugnauit cõtra Samariam, & obsedit eam. Mittensq; nuntios ad Achab regem Israel in ciuitatem, ait, Hæc dicit Ben adad, Argẽtum tuum, & aurum tuum meum est: uxores tuæ, & filij tui optimi, mei sunt. Respõditq; rex Israel, Iuxta uerbum tuum domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. Reuertẽtesq; nuntij, dixerunt, Hæc dicit Ben adad, qui misit nos ad te, Argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum: & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait, Animaduertite & uidete quoniam insidiatur nobis. misit enim ad me pro uxoribus meis, & filijs, & pro argento & auro: & non abnui. Dixeruntq; omnes maiores natu, & uniuersus populus ad eum, Nõ audias, neq; acquiescas illi. Respondit itaq; nuntijs Ben adad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc aũt rẽ facere non possum. Reuersiq; nuntij retulerunt ei. Qui remisit, & ait, Hæc faciãt mihi dij, & hæc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æque ut discinctus. Factum est autem cum audisset uerbum istud, bibebat ipse & reges in umbraculis, & ait seruis suis. Circundate ciuitatem. Et circundederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad Achab regem Israel, ait ei, Hæc dicit dominus, Certè uidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eam in manum tuam hodie, ut scias quia ego sum dominus. Et ait Achab, Per quem? Dixitq; ei, Hæc dicit dominus, Per pedissequos principum prouinciarũ. Et ait, Quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum trigintaduorum: recensuit post eos populum, omnes filios Israel septem millia: & egressi sunt meridie. Ben adad autem bibebat temulentus in umbraculo suo, & reges trigintaduo cum eo, qui ad auxilium eius uenerãt. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarũ in prima fronte. Misit itaq; Ben adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace ueniunt, apprehendite eos uiuos: siue ut prælientur, uiuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principũ prouinciarũ, ac reliquus exercitus sequebatur eos: & percussit unusquisq; uirũ qui contra se ueniebat: fugerũtq; Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoq; Ben adad rex Syriæ in equo cum equitibus suis. Necnon egressus rex Israel percussit equos, & currus: & percussit Syriam plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad regem Israel dixit ei, Vade, & confortare, & scito, & uide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te. Serui uerò regis Syriæ dixerunt ei, Dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est ut pugnemus cõtra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo uerbum hoc fac, Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos ante habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & uidebis quod obtinebimus eos. Credidit cõsilio eorum & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recensuit Ben adad Syros, & ascẽdit in Aphec, ut pugnaret cõtra Israel. Porrò filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibarijs profecti ex aduerso, castraq; metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum. Syri autem repleuerunt terrã. Et accedẽs uir dei, dixit ad regem Israel, Hęc dicit dominus, Quia dixerunt Syri, Deus mõtium est dominus, & nõ est deus uallium: dabo omnẽ multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum dominus. Dirigebant itaq; septem diebus ex aduerso hi, atq; illi acies, septima autem die commissum est bellum: percusseruntq; filij Israel de Syris centum millia peditum in die una. Fugerunt autem Syri qui remanserũt in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus super uiginti septem millia hominum qui remanserant. Porrò Ben adad fugiens ingressus est ciuitatem in cubiculum quod erat intra cubiculum, dixeruntq; ei serui sui, Ecce, audiuimus quod reges domus Israel clementes sint: ponamus itaq; saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel

Israel:forsitan saluabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos,& posuerunt funiculos in capitibus suis,ueneruntq; ad regem Israel,& dixerunt ei:Seruus tuus Benadad dicit: Viuat,oro te,anima mea. Et ille ait:Si adhuc uiuit,frater meus est. Quod acceperunt uiri pro omine:& festinantes rapuerunt uerbum ex ore eius,atque dixerunt:Frater tuus Benadad. Et dixit eis:Ite,& adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad,& leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei:Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo,reddam:& plateas fac tibi in Damasco,sicut fecit pater meus in Samaria,& ego fœderatus G recedam à te. Pepigit ergo fœdus,& dimisit eum. Tunc uir quidam de filijs prophetarum dixit ad sociũ suum in sermone domini:Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait:Quia noluisti audire uocem domini,ecce recedes à me & percutiet te leo. Cumq; paululum recessisset ab eo,inuenit eum leo atque percussit. Sed & alterum inueniens uirum,dixit ad eum:Percute me. Qui percussit eum & uulnerauit. Abijt ergo propheta & occurrit regi in uia,& mutauit aspersione pulueris oculos suos. Cumq; rex transisset,clamauit ad regem, & ait:Seruus tuus egressus est ad prælium cominus:cumq; fugisset uir unus,adduxit eum quidam ad me,& ait:Custodi uirum istum:qui si lapsus fuerit,erit anima tua pro anima eius,aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq; me uerterem, subitò non comparuit. Et ait rex Israel ad eum:Hoc est iudicium tuum,quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit puluerem de facie sua,& cognouit eum rex Israel quòd esset de prophetis. Qui ait ad eum:Hæc dicit dominus,Quia dimisisti uirum dignũ morte de manu tua,erit anima tua pro anima eius,& populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur rex Israel in domum suam,audire contẽnens,& furibundus uenit in Samariam. CAP. XXI

2 Reg. 12 a

A POst uerba autem hæc,uinea erat Naboth Iezrahelitæ,qui erat in Iezrahel,iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth,dicens:Da mihi uineam tuam,ut faciam mihi ortum olerum,quia uicina est & prope domũ meam,daboq; tibi pro ea uineam meliorem:aut si commodius tibi putas,argenti pretium quãtum digna est,dabo. Cui respondit Naboth:Propitius sit mihi dominus,ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignans & frendens super uerbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites,dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proijciens se in lectulum suum,auertit faciem suam ad parietem, B & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Iezabel uxor sua,dixitq; ei:Quid est hoc,unde anima tua contristata est? & quare non comedis panem? Qui respondit ei:Locutus sum Naboth Iezrahelitæ,& dixi ei:Da mihi uineam tuam,accepta pecunia:aut si tibi placet,dabo tibi uineam pro ea. Et ille ait:Non dabo tibi uineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel uxor eius:Grandis auctoritatis es,& bene regis regnum Israel:surge,& comede panem,& æquo animo esto,ego dabo tibi uineam Naboth Iezrahelitæ. Scripsit itaque literas ex nomine Achab,& signauit eas annulo eius,& misit ad maiores natu & optimates qui erant in ciuitate eius & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat senten C tia:Prædicate ieiunium,& sedere facite Naboth inter primos populi:& submittite duos uiros filios belial contra eum,& falsum testimonium dicant:Benedixit deo & regi:& educite eum,& lapidate,sicq; moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu,& optimates qui habitabant cum eo in urbe,sicut præceperat eis Iezabel,& sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos:prædicauerunt ieiunium,& sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus uiris filijs diaboli,fecerunt eos sedere contra eum:at illi,scilicet ut uiri diabolici,dixerunt contra eum testimonium coram multitudine:Benedixit Naboth deo & regi:quã ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem,& lapidibus interfecerunt. Miseruntq; D ad Iezabel,dicentes: Lapidatus est Naboth,& mortuus est. Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth,& mortuum,locuta est Achab:Surge,posside uineam Naboth Iezrahelitæ,qui noluit tibi acquiescere,& dare eam accepta pecunia:non enim uiuit Naboth,sed mortuus est. Quod cum audisset Achab,mortuum uidelicet Naboth,surrexit,& descendebat in uineam Naboth Iezrahelitæ,ut possideret eam. Factus est igitur

Achab ob occisum Naboth increpatur ab Elia, agendo pœnitentiã redimit se à malis

sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & descẽde in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad uineam Naboth descẽdit, ut possideat eam: & loqueris ad eum, dicens: Hæc dicit dominus deus, Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lambent quoq; sanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam: Num inuenisti me, inimice mi? Qui dixit: Inueni, eo quòd uenundatus sis ut faceres malum in conspectu domini. Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingẽtem ad parietem & clausum & ultimum in Israel. Et dabo domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti, ut me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel locutus est dominus, dicens: Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum uolucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab qui uenundatus est ut faceret malum in conspectu domini: concitauit enim eum Iezabel uxor sua, & abominabilis factus est, in tantũ ut sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit dominus à facie filiorum Israel. Itaq; cum audisset Achab sermones istos, scidit uestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Nónne uidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

4 Reg. 9 B

CAP. XXII

Achab & Iosaphat cõmune bellũ cõtra Assyrios instituentes dehortatur Micheas, spreti eius consilij luunt pœnas

TRansierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israel. In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Dixitq; rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? Et ait ad Iosaphat: Veniés ne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitq; Iosaphat ad regem Israel: Sicut ego sum, ita & tu: populus meus & populus tuus unum sunt, & equites mei, equites tui. Dixitq; Iosaphat, ad regem Israel: Quære, oro te, hodie sermonem domini. Congregauit ergo rex Israel prophetas quadringentos circiter uiros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, & dabit eam dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat: Non est hic propheta domini quispiam, ut interrogemus per eum? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Remansit uir unus, per quem possumus interrogare dominũ: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait: Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei: Festina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebant unusquisque in solio suo uestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & uniuersi prophetæ prophetabãt in conspectu eorũ. Fecit quoq; sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dominus, His uentilabis Syriam, donec deleas eam. Omnesq; prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & uade prospere, & tradet eam dominus in manus regis. Nuntius uerò qui ierat ut uocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens: Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant: sit & sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit dominus, quia quodcũq; dixerit mihi dominus, hoc loquar. Venit itaq; ad regem, & ait illi rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respõdit: Ascende, & uade prosperè, & tradet dominus in manus regis. Dixit autem rex ad eum: Iterum atq; iterum adiuro te, ut nõ loquaris mihi nisi quod uerum est, in nomine domini. Et ille ait: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem: & ait dominus, Non habent isti dominum, reuertatur unusquisq; in domum suam in pace. Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat: Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? Ille uerò addens, ait: Propterea audi sermonem domini: Vidi dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris: & ait dominus: Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uerba huiuscemodi, & alius aliter

ter. Egressus est autem spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies, & praeualebis: egredere & fac ita. Nunc igitur
D ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt, & dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michaeam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi? Et ait Michaeas: Visurus es in die illa quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum, ut abscondaris. Et ait rex Israel: Tollite Michaeam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amelech, & dicite eis: Haec dicit rex, Mittite uirum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiae, donec reuertar in pace. Dixitque Michaeas: Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me dominus. Et ait: Audite populi omnes. Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat: Sume arma, & ingredere praelium, & induere uestibus tuis. porrò rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Rex autem Syriae praeceperat prin-
E cipibus curruum trigintaduobus, dicens: Non pugnabitis contra minorē & maiorē quempiam, nisi contra regem Israel solum. Cum ergo uidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum: & exclamauit Iosaphat. Intellexeruntque principes curruum quòd non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachū. At ille dixit aurigae suo: Verte manum tuam & eijce me de exercitu, quia grauiter uulneratus sum. Commissum est ergò praelium in die illa: & rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est uespere: fluebat autem sanguis plagae in sinum currus, & praeco insonuit in uniuerso exercitu antequàm sol occumberet, dicens: Vnusquisque reuertatur in ciuitatem, & in terram suam. Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam: sepelieruntque regem in Samaria, & lauerunt currum eius
F in piscina Samariae, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt, iuxta uerbum domini quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum Achab, & uniuersa quae fecit, & domus eburnea quam aedificauit, cunctarumque urbium quas extruxit, nónne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat uerò filius Asa regnare coeperat super Iudam, anno quarto Achab regis Israel. Trigintaquinque annorum erat cum regnare coepisset, & uigintiquinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni uia Asa patris sui, & non declinauit ex ea: fecitque quod rectum erat in conspectu domini. Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat & adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit Iosaphat cum rege Israel. Reliqua autem uerborum Iosaphat, & opera eius quae gessit, & praelia, nónne haec scripta sunt in libro uer-
G borum dierum regum Iuda? Sed & reliquias effoeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. Rex uerò Iosaphat fecerat classes in mari, quae nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non potuerūt, quia confractae sunt in Asiogaber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab regnare coeperat super Israel in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini, & ambulauit in uia patris sui & matris suae, & in uia Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit dominū deum Israel, iuxta omnia quae fecerat pater eius.

Ezech. 14 b

Supra 21 e

REGVM LIBER IIII
QVEM HEBRAEI VOCANT
SECVNDVM. MELACHIM

Ochozias & frater eius, q, ei in regno successit quō gesserint imperiū.

PRAEVARICATVS EST autem Moab in Israel,postquàm mortuus est Achab.Ceciditq́; Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria,& ægrotauit:misitq́; nuntios,dicens ad eos,Ite, consulite Beelzebub deum Accaron,utrum uiuere queam de infirmitate mea hac.Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbitē, dicens:Surge,& ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ,& dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel,ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?Quā ob rem hæc dicit dominus:De lectulo super quem ascendisti,non descendes,sed morte morieris.Et abijt Elias.Reuersiq́; sunt nuntij ad Ochoziā. Qui dixit eis:Quare reuersi estis?At illi respōderunt ei:Vir occurrit nobis,& dixit ad nos: Ite,& reuertimini ad regem qui misit uos,& dicetis ei:Hæc dicit dominus,Nunquid quia non erat deus in Israel,mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron?Idcirco de lectulo super quem ascendisti,non descendes,sed morte morieris. Qui dixit eis:Cuius figuræ & habitus est uir ille qui occurrit uobis,& locutus est uerba hæc?At illi dixerunt:Vir pilosus,& zona pellicea accinctus renibus.Qui ait:Elias Thesbites est.Misitq́; ad eum quinquagenarium principem,& quinquaginta qui erant sub eo.Qui ascendit ad eum,sedentiq́; in uertice montis,ait:Homo dei,rex præcepit ut descendas.Respondensq́; Elias,dixit quinquagenario:Si homo dei sum,descēdat ignis de cœlo,& deuoret te & quinquaginta tuos.Descēdit itaq; ignis de cœlo,& deuorauit eum & quinquaginta qui erāt cum eo.Rursumq́; misit ad eum principem quinquagenariū alterum & quinquaginta cum eo.Qui locutus est illi: Homo dei,hæc dicit rex:Festina,descende.Respōdens Elias,ait:Si homo dei ego sum,descendat ignis de cœlo,& deuoret te & quinquaginta tuos.Descendit ergo ignis de cœlo,& deuorauit illum & quinquaginta eius.Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo.Qui cum uenisset,curuauit genua contra Eliam,& precatus est eum,& ait:Homo dei,noli despicere animam meam & animas seruorū tuorum qui mecū sunt.Ecce descendit ignis de cœlo,& deuorauit duos principes quinquagenarios primos,& quinquagenos qui cum eis erant:sed nunc obsecro ut miserearis animę meæ.Locutus est autem angelus domini ad Eliam,dicens:Descēde cum eo,ne timeas.Surrexit igitur,& descendit cum eo ad regem,& locutus est ei:Hæc dicit dominus,Quia misisti nūtios ad consulendum Beelzebub deum Accaron,quasi non esset deus in Israel,à quo posses interrogare sermonem:ideò de lectulo super quem ascendisti,non descendes,sed morte morieris.Mortuus est autem iuxta sermonem domini quem locutus est Elias,& regnauit Ioram frater eius pro eo,anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ:non enim habebat filium.Reliqua autem uerborum Ochoziæ quæ operatus est,nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

Mat.3 a

CAPVT II

Elias curru ignito in cœlū raptus palliū & spiritū suū reliqt Eliseo, item de miraculis Elisei

FActum est autem cum leuare uellet dominus Eliam per turbinē in cœlum,ibant Elias & Eliseus de Galgalis.Dixitq́; Elias ad Eliseum:Sede hic,quia dominus misit me usq; in Bethel.Cui ait Eliseus: Viuit dominus,& uiuit anima tua,quia nō derelinquā te.Cumq; descendissent Bethel,egressi sunt filij prophetarum qui erant in Bethel,ad Eliseum,& dixerunt ei:Nunquid nosti,quia hodie dominus tollet dominum tuum à te?Qui respondit:Et ego noui:silete.Dixit autē Elias ad Eliseum:Sede hic,quia dominus misit me in Iericho.Et ille ait:Viuit dominus,& uiuit anima tua,quia nō derelinquā te.Cumq; uenissent Iericho, accesserunt filij prophetarū qui erant in Iericho,ad Eliseum,& dixerunt ei:Nunquid nosti quia dominus hodie tollet dominū tuum à te?Et ait:Et ego noui:silete.Dixit autē ei Elias: Sede

Sede hic,quia dominus misit me usque ad Iordanem,qui ait:Viuit dominus,& uiuit anima tua,quia non derelinquam te.Ierunt igitur ambo pariter,& quinquaginta uiri de filijs prophetarum secuti sunt eos,qui & steterunt econtra longe:illi autem ambo stabant super Iordanem.Tulitque Elias pallium suum,& inuoluit illud,& percussit aquas,quæ diuisæ sunt in utranque partem,& transierunt ambo per siccum.Cumque transissent,Elias dixit ad Eliseum: Postula quod uis ut faciam tibi,antequã tollar à te.Dixitque Eliseus:Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.Qui respondit:Rem difficilem postulasti:attamen si uideris me quando tollar à te,erit tibi quod petisti:si autem non uideris,non erit.Cumque pergerent,& incedentes sermocinarẽtur,ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt utrũque:& ascendit Elias per turbinem in cœlum.Eliseus autẽ uidebat,& clamabat:Pater mi,pater mi,currus Israel & auriga eius.Et non uidit eum amplius:apprehenditque uestimẽta sua,& scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ,quod ceciderat ei:reuersusque stetit super ripam Iordanis,& pallio Eliæ quod ceciderat ei,percussit aquas,& non sunt diuisæ:& dixit, Vbi est deus Eliæ etiam nunc?Percussitque aquas,& diuisæ sunt huc atque illuc,& transijt Eliseus. Videntes autem filij prophetarũ qui erant in Iericho econtra,dixerũt:Requieuit spiritus Eliæ super Eliseum.Et uenientes in occursum eius,adorauerunt eum proni in terram,dixerũtque illi:Ecce, cum seruis tuis sunt quinquaginta uiri fortes,qui possunt ire & quærere dominũ tuum,ne fortè tulerit eum spiritus domini,& proiecerit eum in unum montiũ aut in unam uallium. Qui ait:Nolite mittere. Coegerũtque eum donec acquiesceret,& diceret:Mittite.Et miserũt quinquaginta uiros:qui cũ quæsissent tribus diebus,non inuenerunt.Et reuersi sunt ad eũ. at ille habitabat in Iericho,& dixit eis:Nunquid non dixi uobis:Nolite mittere?Dixerunt quoque uiri ciuitatis ad Eliseũ:Ecce habitatio ciuitatis huius optima est,sicut tu ipse domine prospicis:sed aquæ pessimæ sunt,& terra sterilis.At ille ait:Afferte uas nouum,& mittite in illud sal.Quod cum attulissent,egressus ad fontem aquarũ,misit in illum sal,& ait:Hæc dicit dominus,Sanaui aquas has,& nõ erit ultrà in eis mors neque sterilitas.Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc,iuxta uerbum Elisei quod locutus est.Ascẽdit autem inde Eliseus in Bethel:cumque ascenderet per uiam,pueri parui egressi sunt de ciuitate,& illudebãt ei,dicentes:Ascende calue,ascẽde calue.Qui cum respexisset,uidit eos,& maledixit eis in nomine domini.egressique sunt duo ursi de saltu,& lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt autem inde in montem carmeli,& inde reuersus est in Samariam.

CAP. III

Quid Eliseus prædixerit regib. Israel cũ Moabitis bellũ gerẽtibus, & quõ eis aquã suppeditauit

Ioram uerò filius Achab regnauit super Israel in Samaria ãno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ.Regnauitque duodecim annis.Et fecit malum corã domino,sed non sicut pater suus & mater:tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius. Verũtamen in peccatis Ieroboam filij Nabat,qui peccare fecit Israel,adhæsit,nec recessit ab eis. Porrò Mesa rex Moab,nutriebat pecora multa,& soluebat regi Israel centum millia agnorum,& centum millia arietum cum uelleribus suis.Cumque mortuus fuisset Achab præuaricatus est fœdus quod habebat cum rege Israel. Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria,& recensuit uniuersum Israel. Misitque ad Iosaphat regem Iuda,dicens:Rex Moab recessit à me,ueni mecum contra eum ad prælium.Qui respondit:Ascendam.qui meus est,tuus est: populus meus,populus tuus:& equi mei,equi tui.Dixitque:Per quam uiam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumææ.Perrexerunt igitur rex Israel & rex Iuda & rex Edom,& circuierunt per uiam septem dierum,nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos.Dixitque rex Israel:Heu heu heu,congregauit nos dominus tres reges,ut traderet in manu Moab. Et ait Iosaphat:Est ne hic propheta domini,ut deprecemur dominum per eum?Et respondit unus de seruis regis Israel:Est hic Eliseus filius Saphat,qui fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo domini? Descenditque ad eum rex Israel & Iosaphat & rex Edom. Dixit autem Eliseus ad regem Israel:Quid mihi & tibi est?Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ.Et ait illi rex Israel:Quare congregauit dominus tres reges hos,ut traderet eos in manus Moab?Dixitque ad eum Eliseus: Viuit dominus exercituum,in cuius conspectu sto, quòd si non uultum

3 Reg. 22 a

Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc au/
tem adducite mihi psaltem. Cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus domini, &
ait: Hæc dicit dominus, Facite alueo torrentis huius fossas & fossas. Hæc enim dicit domi/
nus: Non uidebitis uentum, neq; pluuiam: & alueus iste replebitur aquis, & bibetis uos, &
familiæ uestræ, & iumenta uestra. Parumq; est hoc in conspectu domini: insuper tradet
etiam Moab in manus uestras. Et percutietis omnem ciuitatem munitā, & omnem urbem C
electam, & uniuersum lignum fructiferum succidetis cunctosq; fontes aquarum obturabi
tis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane, quando sacri/
ficium offerri solet: & ecce, aquæ ueniebant per uiam Edom: & repleta est terra aquis. Vni/
uersi autem Moabitæ audientes quòd ascendissent reges ut pugnarent aduersum eos, con
uocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper, & steterunt in terminis. Primoq;
mane surgentes, & orto iam sole ex aduerso aquarum, uiderunt Moabitæ econtra aquas
rubras, quasi sanguinem, dixeruntq;: Sanguis gladij est: pugnauerunt reges contra se, &
cæsi sunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab. Perrexeruntq; in castra Israel: porrò con
surgens Israel, percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui uicerant, & D
percusserunt Moab, & ciuitates destruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes sin/
guli lapides, & repleuerunt: & uniuersos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fru
ctifera succiderunt, ita ut muri tantum fictiles remanerent: & circundata est ciuitas à fundi
bularijs, & magna ex parte percussa. Quod cum uidisset rex Moab præualuisse scilicet ho
stes, tulit secum septingentos uiros educentes gladios, ut irrumperent ad regem Edom: &
non potuerunt. Arripiensq; filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtu/
lit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel, statimq; recesserūt
ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

CAP. IIII

Quomô duabus mulierculis alteri uiduæ ære alieno oppressæ succurrerit, alteri sterili fœcūditatem impetrarit et excitarit puerū mortuum

MVlier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Ser/ A
uus tuus uir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit, timens dominum: &
ecce creditor uenit ut tollat duos filios meos ad seruiēdum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid uis
ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respōdit: Non habeo ancilla tua
quicquā in domo mea, nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Vade, pete mutuò ab omnibus
uicinis tuis uasa uacua non pauca. Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fue
ris tu & filij tui: & mitte inde in omnia uasa hæc: & cū plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier,
& clausit ostium super se & super filios suos: illi offerebant uasa, & illa infundebat. Cumq;
plena fuissent uasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc uas. Et ille respondit: Non ha/
beo. Stetitq; oleum. Venit autem illa, & indicauit homini dei. Et ille: Vade, inquit, uende B
oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui uiuite de reliquo. Facta est autem quæ/
dam dies, & transibat Eliseus per Sunam: erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum ut
comederet panem: cumq; frequenter inde transiret, diuertebat ad eam ut comederet pa/
nem. Quæ dixit ad uirum suum: Animaduerto quòd uir dei sanctus est iste, qui transit per
nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculū paruum, & ponamus ei in eo lectulum & men
sam & sellam & candelabrum, ut cum uenerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quæ/
dam, & ueniens diuertit in cœnaculū, & requieuit ibi. Dixitq; ad Giezi puerum suum: Vo/
ca Sunamitidem istam. Qui cum uocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum
suum: Loquere ad eam, Ecce sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid uis ut faciam tibi? C
nunquid habes negotium & uis ut loquar regi, siue principi militiæ? Quæ respondit: In me
dio populi mei habito. Et ait: Quid ergo uult ut faciā ei? Dixitq; Giezi: Ne quæras: filium
enim non habet, & uir eius senex est. Præcepit itaq; ut uocaret eam: quæ cū uocata fuisset,
& stetisset ante ostium, dixit ad eam: In tempore isto, in hac eadem hora, si uita comes fue
rit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quæso domine mi uir dei, noli mentiri an
cillæ tuæ. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadē qua dixerat ei Eli
seus. Creuit autem puer. Et cum esset quædā dies, & egressus isset ad patrem suum, ad mes/
sores, ait patri suo: Caput meū, caput meū. At ille dixit puero: Tolle, duc eum ad matrem

suam. Qui cum tulisset, & duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, & mortuus est. Ascendit autem & collocauit eum super lectulum hominis dei, & clausit hostium: & egressa uocauit uirũ suum, & ait: Mitte mecum obsecro unum de pueris & asinam, ut excurram usque ad hominem dei, & reuertar. Qui ait illi: Quam ob
D causam uadis ad eum? hodie non sunt calendæ neque sabbathum. Quæ respondit: Vadam. Strauitque asinam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. Profecta est igitur, & uenit ad uirum dei in montem Carmeli: cumque uidisset eam uir dei econtra, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa uirum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Recte. Cumque uenisset ad uirum dei in montem, apprehendit pedes eius, & accessit Giezi ut amoueret eam. Et ait homo dei: Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à domino meo? nunquid non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Ac-
E cinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & uade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi, & pones baculum meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait: Viuit dominus, & uiuit anima tua, nõ dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & non erat uox, neque sensus: reuersusque est in occursum eius, & nũtiauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se & super puerum: & orauit ad dominum. Et ascendit & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius & oculos suos super oculos eius & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & ca-
F lefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos. Et ille uocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidẽ hanc. Quæ uocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram: tulitque filium suum, & egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, dixitque uni de pueris: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes: inuenitque quasi uitem syluestrem, & collegit ex ea colocyntidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus concidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo socijs,
G ut comederent: cumque gustassent de coctione, exclamauerunt dicentes: Mors in olla uir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, & ait: Infunde turbæ, ut comedant. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam uenit de Baalsalisa deferens uiro dei panes primitiarum, & uiginti panes hordeaceos, & frumẽtum nouum in pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat. Respondítque ei minister eius: Quantum est hoc, ut apponam coram cẽtum uiris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat: hæc enim dicit dominus, Comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta uerbum domini.

Luc. 10

CAP. V

A NAaman autem princeps militiæ regis Syriæ, erat uir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit dominus salutem Syriæ: erat autem uir fortis & diues, sed leprosus. Porrò de Syria egressi fuerant latrũculi, & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulã, quæ erat in obsequio uxoris Naamã, quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei, dicens: Sic & sic locuta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syriæ: Vade, & mittam literas ad regem Israel: Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia
B aureos, & decem mutatoria uestimentorum: detulit literas ad regem Israel, in hæc uerba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, ut cures eum à lepra sua. Cumque legisset rex Israel literas, scidit uestimenta sua, & ait: Nunquid deus

Eliseus mũdarat lepra Naamã gratis. Giezi famulus Elisei pro eo beneficio accipiens pecuniam ipsa lue afficitur

deus ego sum,ut occidere possim & uiuificare:quia iste misit ad me,ut curem hominem à lepra sua? animaduertite & uidete quòd occasiones quærat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus uir dei, scidisse uidelicet regẽ Israel uestimenta sua,misit ad eum,dicẽs:Quare C scidisti uestimẽta tua? ueniat ad me,& sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cum equis & curribus,& stetit ad ostium domus Elisei:misitq; ad eum Eliseus nuntium,dicens:Vade & lauare septies in Iordane,& recipiet sanitatem caro tua,atq; mundaberis. Iratus Naaman recedebat,dicens:Putabam quòd egrederetur ad me,& stans inuocaret nomen domini dei sui,& tangeret manu sua locum lepræ,& curaret me. Nunquid non meliores sunt Amana & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel,ut lauer in eis,& munder? Cum ergo uertisset se & abiret indignans,accesserũt ad eum serui sui,& locuti sunt ei: D Pater,si rem grandem dixisset tibi propheta,certè facere debueras:quãto magis quia nũc dixit tibi, Lauare,& mundaberis? Descendit & lauit in Iordane septies,iuxta sermonẽ uiri dei,& restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli,& mundatus est. Reuersusq; ad uirum dei cum uniuerso comitatu suo uenit,& stetit coram eo,& ait: Verè scio quòd non sit deus in uniuersa terra,nisi tãtum in Israel. Obsecro itaq; ut accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit dominus ante quem sto,quia non accipiam. Cumq; uim faceret, penitus non acquieuit. Dixitq; Naaman: Vt uis:sed obsecro concede mihi seruo tuo,ut E tollam onus duorum burdonum de terra:non enim faciet ultrà seruus tuus holocaustum aut uictimam dijs alienis,nisi domino. Hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro seruo tuo, Quando ingredietur dominus meus templũ Remmon,ut adoret:& illo innitente super manum meam,si adorauero in templo Remmon,adorante eo in eodẽ loco, ut ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo terræ tempore. Dixitq; Giezi puer uiri dei: Pepercit dominus meus Naamã Syro isti,ut nõ acciperet ab eo quæ attulit:uiuit dominus,quia curram post eum,& accipiam F ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman:quem cum uidisset ille currẽtem ad se,desilijt de curru in occursum eius,& ait: Rectè ne sunt omnia? Et ille ait: Rectè. dominus meus misit me ad te,dicens: Modò uenerunt ad me duo adolescẽtes de monte Ephraim ex filijs prophetarum:da eis talentum argenti,& uestes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum,ligauitq; duo talenta argenti in duobus saccis,& duplicia uestimenta,& imposuit duobus pueris suis,qui & portauerunt coram eo. Cumq; uenisset iam uesperi,tulit de manu eorũ,& reposuit in domo, dimisitq; G uiros,& abierunt:ipse autem ingressus,stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Vnde uenis Giezi? Qui respondit: Non iuit seruus tuus quóquam. At ille ait: Nónne cor meum in præsenti erat,quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum & accepisti uestes,ut emas olíueta & uineas & oues & boues & seruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo usq; in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Luc.4 e

CAPVT VI

Securis fluitat Eliseũ capturi pcutiũtur cæcitate, & fames ingens describitur

DIxerũt autem filij prophetarum ad Eliseum: Ecce locus in quo habitamus coram te, A angustus est nobis. Eamus usq; ad Iordanem,& tollant singuli de sylua materias singulas:ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait unus ex illis: Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit: Ego ueniam. Et abijt cum eis. Cumq; uenissent ad Iordanem,cædebant ligna. Accidit autem ut cum unus materiam succidisset,caderet ferrum securis in aquam:exclamauitq; ille,& ait, Heu heu heu domine mi,& hoc ipsum mutuò acceperam. Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum:præcidit ergo lignũ,& misit illuc,natauitq; ferrum,& ait: Tolle. Qui extendit manum,& tulit illud. B Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel,consiliumq; inijt cum seruis suis,dicens: In loco illo & illo ponamus insidias. Misit itaq; uir dei ad regem Israel,dicens: Caue ne transeas in locum illum:quia ibi Syri in insidijs sunt. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei uir dei,& præoccupauit eum,& obseruauit se ibi non semel neq; bis. Conturbatũq; est cor regis Syriæ pro hac re,& cõuocatis seruis suis,ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit

mei ſit apud regem Iſrael. Dixitq́ꝫ unus ſeruorum eius, Nequaquã domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia uerba quęcunq́ꝫ locutus fueris in cõclaui tuo. Dixitq́ꝫ eis, Ite, & uidete ubi ſit, ut mittam & capiam eum. Annuntiaueruntq́ꝫ ei, dicentes, Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum ueniſſent nocte, circundederunt ciuitatem. Conſurgens autem diluculo miniſter uiri dei, egreſſus eſt, uiditq́ꝫ exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitq́ꝫ ei, dicens, Heu heu heu dñe mi, quid faciemus? At ille reſpõdit, Noli timere: plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Cumq́ꝫ oraſſet Eliſeus, ait, Domine, aperi oculos huius, ut uideat. Et aperuit dominus oculos pueri, & uidit: & ecce mõs plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſei. Hoſtes uero deſcenderunt ad eum: porrò Eliſeus orauit ad dominum, dicens, Percute obſecro gentem hanc cæcitate. Percuſſitq́ꝫ eos dominus, ne uiderent, iuxta uerbum Eliſei. Dixit autem ad eos Eliſeus, Non eſt hæc uia, neq́ꝫ iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtẽdam uobis uirum quem quęritis. Duxit ergo eos in Samariam: cumq́ꝫ ingreſſi fuiſſent in Samariam, dixit Eliſeus, Domine aperi oculos iſtorum, ut uideant. Aperuitq́ꝫ dominus oculos eorum, & uiderunt ſe eſſe in medio Samariæ. Dixitq́ꝫ rex Iſrael ad Eliſeum, cum uidiſſet eos, Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neq́ꝫ enim cepiſti eos gladio & arcu tuo, ut percutias: ſed pone panem & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & uadant ad dominum ſuum. Appoſitaq́ꝫ eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimiſit eos, abieruntq́ꝫ ad dominum ſuum. Et ultrà nõ uenerunt latrones Syriæ in terram Iſrael. Factum eſt autẽ poſt hæc, cõgregauit Ben adad rex Syriæ uniuerſum exercitũ ſuum, & aſcendit & obſidebat Samariam. Factaq́ꝫ eſt fames magna in Samaria: & tandiu obſeſſa eſt, donec uenundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq́ꝫ argenteis. Cumq́ꝫ rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quædam exclamauit ad eũ, dicens, Salua me domine mi rex. Qui ait, Non: te ſaluet Dominus: unde te poſſum ſaluare? de area, uel de torculari? Dixitq́ꝫ ad eam rex, Quid tibi uis? Quæ reſpondit, Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filiũ meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixiq́ꝫ ei die altera, Da filium tuũ ut comedamus eum. Quæ abſcondit filium ſuũ. Quod cum audiſſet rex, ſcidit ueſtimenta ſua, & tranſibat per murum. Viditq́ꝫ omnis populus ciliciũ, quo ueſtitus erat rex ad carnem intrinſecus. Et ait rex, Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. Eliſeus aũt ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebãt cũ eo. Præmiſit itaq́ꝫ uirũ: & antequã ueniret nuntius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quod miſerit filius homicidæ huc, ut præcidatur caput meum? uidete ergo, cum uenerit nũtius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire: ecce enim ſonitus pedum domini eius poſt eum eſt. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui ueniebat ad eum, & ait, Ecce, tantum malum à domino eſt, quid amplius expectabo à domino?

CAP. VIII

Eliſeo annonæ uilitatem nũciãti non credens punitur: Quatuor leproſi adacti inedia, Syrorum caſtra inuadunt

Dixit autem Eliſeus, Audite uerbum domini, Hæc dixit dominus, In tempore hoc cras modius ſimilæ uno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere uno in porta Samariæ. Reſpondens unus de ducibus, ſuper cuius manum rex incumbebat, homini dei ait, Si dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo uiri erant leproſi iuxta introitum portæ: qui dixerũt adinuicem, Quid hic eſſe uolumus donec moriamur? Siue ingredi uoluerimus ciuitatem, fame moriemur: ſiue manſerimus hic, moriendum nobis eſt: uenite ergo, & tranſfugiamus ad caſtra Syriæ. ſi pepercerint nobis, uiuemus: ſi autem occidere uoluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo ueſperi ut uenirent ad caſtra Syriæ. Cumq́ꝫ ueniſſent ad principium caſtrorum Syrię, nullum ibidem repererunt. Siquidem dominus ſonitũ audiri fecerat in caſtris Syriæ, curruum, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntq́ꝫ adinuicem, Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Hethæorum, & Aegyptiorum, & uenerunt ſuper nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris, fugeruntq́ꝫ, animas tantum ſuas ſaluare cupientes.

Igitur

Igitur cum uenissent leprosi illi ad principiũ castrorum, ingressi sunt unum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntq́ inde argentum, & aurum, & uestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntq́ adinuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare usq; mane, sceleris arguemur: uenite, eamus, & nuntiemus in aula regis. Cumq́ uenissent ad portam ciuitatis, narrauerũt eis, dicentes, Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico uobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes, Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos uiuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem unus seruorum eius, Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe (quia ipsi tantum sunt in uniuersa multitudine Israel, alij enim consumpti sunt) & mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq́ rex in castra Syrorũ, dicens, Ite, & uidete, Qui abierunt post eos usq; ad Iordanem: ecce autem omnis uia plena erat uestibus, & uasis quæ proiecerant Syri cum turbarentur: reuersiq́ nũtij indicauerũt regi, Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factusq́ est modius similæ statere uno, & duo modij hordei statere uno iuxta uerbum domini. Porrò rex ducem illum, in cuius manu incumbebat, cõstituit ad portam: quẽ conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat uir dei, quando descenderat rex ad eum. Factumq́ est secundum sermonem uiri dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modij hordei statere uno erunt, & modius similæ statere uno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: quãdo respõderat dux ille uiro dei, & dixerat, Etiam si dominus fecerit cataractas in cœlo, nuquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est.

4.Reg.7 a

CAP. VIII

Multa futura prædicit Eliseus. Et de malitia Hazaelis & Ochoziæ

ELiseus autem locutus est ad mulierem cuius uiuere fecerat filium, dicens, Surge, & uade, tu & domus tua, & peregrinare ubicũq; reperieris: uocauit enim dominus famem, & ueniet super terram septem annis. Quæ surrexit, & fecit iuxta uerbum hominis dei: & uadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philisthijm diebus multis. Cumq́ finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthijm, & egressa est ut interpellaret regẽ pro domo sua & pro agris suis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero uiri dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. Cumq́ ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius uiuificauerat filium, clamãs ad regem pro domo sua, & pro agris suis: dixitq́ Giezi, Domine mi rex, hęc est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Deditq́ ei rex eunuchum unum, dicens, Restitue ei omnia quæ sua sunt, & uniuersos redditus agrorum à die qua reliquit terram, usq; ad præsens. Venit quoq; Eliseus Damascum, & Ben adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiaueruntq́ ei, dicentes, Venit uir dei huc. Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & uade in occursum uiri dei, & consule dominum per eum, dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occursum eius habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorũ. Cumq́ stetisset corã eo, ait, Filius tuus Ben adad rex Syriæ, misit me ad te, dicens, Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq́ Eliseus, Vade dic ei: Sanaberis: porrò ostendit mihi dominus quia morte morietur. Stetitq́ cũ eo, & conturbatus est usq; ad suffusionem uultus: fleuitq́ uir dei. Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? At ille dixit, Quia scio quæ facturus sis filijs Israel mala, ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitq́ Hazael, Quid enim sum seruus tuus canis, ut faciam rem istã magnam? Et ait Eliseus, Ostendit mihi dominus te regem Syriæ fore. Qui cum recessisset ab Eliseo, uenit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit, Dixit mihi, Recipies sanitatem. Cumq́ uenisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, &

Supra 4 a

expandit

expandit super faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ioram filius Iosaphath rex Iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitq; in uijs regũ Israel, sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat uxor eius. & fecit quod malum est in cõspectu domini, Noluit autem dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam, & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. Venitq; Ioram Seira, & omnis currus cum eo: & surrexit nocte, percussitq; Idumæos qui eum circundederant, & principes curruum, populus aũt fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom, ne esset sub Iuda, usq; ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & uniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusq; est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Vigintiduorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, & uno anno regnauit in Hierusalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel. Et ambulauit in uijs domus Achab: & fecit quod malum est corã domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. Abijt quoq; cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & uulnerauerunt Syri Iorã. qui reuersus est ut curaretur in Iezrahel: quia uulnerauerunt eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

2. Par. 21 b
2. Reg. 7 b

CAP. IX

Iehu rex declaratus quomodo extirpauit omnẽ familiam Achab et Iezabelis

A ELiseus autem prophetes uocauit unum de filijs prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulã olei hanc in manu tua, & uade in Ramoth Galaad. Cumq; ueneris illuc, uidebis Iehu filium Iosaphath filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. Tenensq; lenticulã olei fundes super caput eius, & dices, Hæc dicit dominus, Vnxi te regem Israel. Aperiesq; ostium, & fugies, & non ibi subsistes. Abijt ergo adolescẽs puer prophetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait, Verbum mihi ad te ò princeps. Dixitq; Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit, Ad te ò princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait, Hæc dicit dominus deus Israel, Vnxi te regem super populum domini Israel, & percuties domum Achab domini tui: & ulciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinẽ omnium seruorũ domini de manu Iezabel. Perdamq; omnẽ domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab, sicut domũ Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia: Iezabel quoq; comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui: qui dixerunt ei, Rectene sunt omnia? quid uenit insanus iste ad te? Qui ait eis, Nostis hominem, & quid locutus sit. At illi responderunt, Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc locutus est mihi: & ait: Hæc dicit dominus, Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt itaq;, & unusquisq; tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atq; dixerũt, Regnauit Iehu. Cõiurauit ergo Iehu filius Iosaphath filij Namsi contra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra regem Syriæ: & reuersus fuerat, ut curaretur in Iezrahel, propter uulnera, quia percusserant eum Syri, præliantem cõtra Hazael regem Syriæ. Dixitq; Iehu, Si placet uobis nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne uadat & nũtiet in Iezrahel. Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad uisitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, uidit globum Iehu uenietis, & ait, Video ego globum. Dixitq; Ioram, Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat uadens, Rectene sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne sunt omnia? Dixitq;

3. Reg. 21. f

Iehu, Quid tibi & paci? transi & sequere me. Nuntiauit quoq; speculator dicẽs, Venit nuntius ad eos, & nõ reuertitur. Misit etiã currum equorũ secundum: uenitq; ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? Et ait Iehu, Quid tibi & paci? transi & sequere me. Nuntiauit autem speculator, dicens, Venit usq; ad eos, & non reuertitur: est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi, præceps enim graditur. Et ait Ioram, Iunge currum. Iunxitq; currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressiq; sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezraelitæ. Cumq; uidisset Ioram Iehu, dixit, Pax est Iehu? At ille respondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & ueneficia eius multa uigent. Conuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam, Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem, Tolle, proijce eum in agro Naboth Iezraelitæ: memini enim quãdo ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quòd dominus onus hoc leuauerit super eum, dicens, Si nõ pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quẽ uidi heri, ait dominus, reddam tibi in agro isto dicit dominus. Nunc ergo tolle, & proijce eũ in agrum iuxta uerbum domini. Ochozias autem rex Iuda uidens hoc, fugit per uiam domus horti: persecutusq; est eum Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gur qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum sum, & tulerunt in Hierusalem: sepelierũtq; eum in sepulchro cum patribus suis in ciuitate Dauid. Anno undecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudã, uenitq; Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestrã ingredientem Iehu per portam, & ait, Nũquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suũ? Leuauitq; Iehu faciem suam ad fenestram, & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo uel tres eunuchi. At ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eã, aspersusq; est sanguine paries, & equorum ungulæ cõculcauerunt eam, Cumq; introgressus esset ut comederet, biberetq;, ait, Ite, & uidete maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. Cumq; issent, ut sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam & pedes, & summas manus. Reuersiq; nuntiauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel: & erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita ut prætereuntes dicant, Hæccine est illa Iezabel?

(3.Reg.21 f)

CAP. X

Iehu 70. filios Achab, 42. fratres Ochoziæ et omnes sacerdotes Baal interficit, ipsoq; Baal cum sua æde subuerso moritur, succedit filius Ioachaz

ERant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, Statim ut acceperitis literas has, qui habetis filios domini uestri, & currus & equos, & ciuitates firmas, & arma, eligite meliorem, & eum qui uobis placuerit de filijs domini uestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini uestri. Timuerunt illi uehementer, & dixerunt, Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos ualebimus resistere? Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij ad Iehu, dicentes, Serui tui sumus, quæcunque iusseris faciemus, nec cõstituemus nobis regem: quæcunque tibi placent, fac. Rescripsit autem eis literas secundo, dicens, Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini uestri, & uenite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. Porrò filij regis septuaginta uiri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Dumq; uenissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta uiros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrahel. Venit autem nuntius, & indicauit ei dicens, Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ usque mane. Cumq; illuxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum, Iusti estis? si ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram, quos locutus est dominus super domum Achab, & dominus fecit quod locutus

est in manu serui sui Eliæ. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & uniuersos optimates eius & notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Et surrexit, & uenit in Samariam: cumq; uenisset ad cameram pastorum, in uia inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitq; ad eos, Quinam estis uos? Qui responderunt, Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Comprehendite eos uiuos. Quos cum comprehendissent uiuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta cameram, quadraginta duos uiros, & non reliquit ex eis quenquam.

D Cúmque abisset inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum, Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab, Est. Si est, inquit: da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitq; ad eum, Veni mecum, & uide zelum meum pro domino. Et impositum currui suo, duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerãt de Achab in Samaria, usque ad unum, iuxta uerbum domini quod locutus est per Eliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos: Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & uniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius uocate ad me: nullus sit qui non ueniat, sacrificium enim grande est mihi

3.Reg.21.g

E Baal: quicunque defuerit, non uiuet. Porrò Iehu faciebat hoc insidiose, ut disperderet cultores Baal. Et dixit, Sanctificate diem solennem Baal. Vocauitq;, & misit in uniuersos terminos Israel, & uenerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus ne unus quidem qui non ueniret. Et ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo usque ad summum. Dixitq; his qui præerant super uestes, Proferte uestimenta uniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis uestes. Ingressusq; Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal, Perquirite, & uidete ne quis forte uobiscum sit de seruis domini, sed ut sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur ut facerent uictimas & holocausta: Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta uiros, & dixerat eis, Quicunq; fugerit de hominibus his quos ego adduxero

F in manus uestras, anima eius erit pro anima illius. Factum est autem: cum completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus & ducibus suis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percusseruntq; eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt statuam de phano Baal, & combusserunt & comminuerunt eam. Destruxerunt quoq; ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas usq; in diẽ hanc. Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel: ueruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit uitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan. Dixit autem dominus ad Iehu, quia studiose egisti quod rectum erat & placebat in oculis meis, &

G omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: filij tui usq; ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porrò Iehu non custodiuit ut ambularet in lege domini dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus tedere super Israel: percussitq; eos Hazael in uniuersis finibus Israel, à Iordane contra oriẽtalem plagam, omnem terram Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quæ est super torrentem Arnon, & Galaad & Basan. Reliqua autem uerborum Iehu, & uniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies aũt quos regnauit Iehu super Israel, uiginti & octo anni sunt in Samaria.

CAP. XI

A Athalia uerò mater Ochoziæ, uidens mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, ut non interficeretur. Erátque cum ea sex annis clam in domo domini: porrò Athalia regnauit super terram. Anno autem septimo misit Ioiada, & assumens centuriones & milites introduxit ad se in templum domini, pepigitq; cum eis fœdus: & adiurãs eos in domo domini, ostendit eis filium re-

Athalia ob regiã stirpem interemptã occiditur, Ioas cõstituitur rex, & Mathã sacrificus Baal iugulatur 2.Pa.22 d 23 a

gis, &

gis,& præcepit illis, dicens, Iſte eſt ſermo quem facere debetis, Tertia pars ueſtrum introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portam Sur: B & tertia pars ſit ad portam quæ eſt poſt habitaculum ſcutariorum: & cuſtodietis excubias domus Meſſa. Duæ uerò partes è uobis omnes egredientes ſabbatho cuſtodiant excubias domus domini circa regem. Et uallabitis eum,habentes arma in manibus ueſtris: ſi quis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi, interficiatur:eritiſq; cum rege introeunte,& egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada ſacerdos: & aſſumentes ſinguli uiros ſuos, qui ingrediebantur ad ſabbathum cum his qui egrediebantur è ſabbatho,uenerunt ad Ioiadam ſacerdotem. Qui dedit eis haſtas,& arma regis Dauid qui erant in domo domini.Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua à parte templi dextera,uſq; ad partem ſiniſtram altaris,& ædis circum regem.Produxitq; filium regis, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium:feceruntq; eum regem,& unxerunt:& plaudentes C manu dixerunt, Viuat rex. Audiuit autem Athalia uocem populi currẽtis:& ingreſſa ad turbas in templum domini, uidit regem ſtantem ſuper tribunal iuxta morem,& cantores & tubas prope eum,omnemq; populum terræ lætantem,& canentem tubis: & ſcidit ueſtimenta ſua,clamauitq;,Cõiuratio,coniuratio.Præcepit autem Ioiada ſacerdos cẽturionibus qui erant ſuper exercitum,& ait eis,Educite eam extra ſepta templi,& quicunq; eam ſecutus fuerit,feriatur gladio.Dixerat enim ſacerdos,Non occidatur in tẽplo domini.Impoſueruntq; ei manus,& impegerunt eam per uiam introitus equorum, iuxta palatium,& interfecta eſt ibi.Pepigit ergo Ioiada fœdus inter dominum & regem,& inter populum,ut eſſet populus D domini,& inter regem & populum.Ingreſſuſq; eſt omnis populus terræ templum Baal,& deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt ualide:Mathan quoq; ſacerdotem Baal, occiderunt coram altari.Et poſuit ſacerdos cuſtodias in domo domini. Tulitq; cẽturiones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntq; regem de domo domini: & uenerunt per uiam portæ ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thronum regum. Lætatuſq; eſt omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occiſa eſt gladio in domo regis. Septemque annorum erat Ioas, cum regnare cœpiſſet.

CAP. XII

Ioas quàm bene administrauerit imperiũ, deq; morte eius et ſucceſſore: & de Ioiada ſacerdote 2.Par.24 26

ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas:quadraginta annis regnauit in Hieruſalem: nomen matris eius Sebia de Berſabee. Fecitq; Ioas rectũ corã domino cũctis diebus quibus docuit eũ Ioiada ſacerdos. Verũtamen A excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum. Dixitq; Ioas ad ſacerdotes, Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerat in templum domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum domini: accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, & inſtaurent ſartatecta domus,ſi quid neceſſarium uiderint inſtauratione. Igitur uſq; ad uiceſimumtertium annum regis Ioas, non inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pontificem, & ſacerdotes, dicens eis, Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem ueſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes ultrà accipere pecuniam à B populo,& inſtaurare ſartatecta domus. Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium unum,aperuitq; foramen deſuper,& poſuit illud ſuper altare ad dexteram ingredientium domum domini,mittebantq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia,omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum domini. Cumq; uiderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis & pontifex, effundebantq;, & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo domini:& dabant eam iuxta numerum atq; menſuram in manu eorum qui præerant cæmentarijs domus domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentarijs ijs qui operabantur in domo domini,& ſartatecta faciebant:& in ijs qui cædebãt ſaxa, & ut emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita ut impleretur inſtauratio domus C domini in uniuerſis quæ indigebant expenſa ad muniendam domum. Veruntamen nõ fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi domini, & fuſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne

uas

uas aureum & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum domini. Iis enim qui faciebant opus, dabatur, ut instauraretur templum domini: & non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam. Pecuniam uerò pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inferebant in templũ domini, quia sacerdotum erat. Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth: cepitq; eam:
D & direxit faciem suam ut ascenderet in Hierusalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quę cõsecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & uniuersum aurum quod inueniri potuit in thesauris tẽpli domini, & in palatio regis: misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Hierusalem. Reliqua aũt sermonum Ioas, & uniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro uerborum dierũ regum Iuda? Surrexerunt autẽ serui eius, & cõiurauerunt inter se, percusseruntq; Ioas in domo Mello in descensu Sella. Iosachar nanq; filius Semaath, & Iozabad filius Somer serui eius, percusserunt eum & mortuus est: & sepelierũt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid, regnauitq; Amasias filius eius pro eo.

CAP. XIII

Ioachaz à Syrorũ captiuitate liberat dominus, Heliseus moritur, eius ossibus cõtactis reuixit cadauer

A ANno uicesimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria decem & septẽ annis. Et fecit malum coram domino, secutusq; est peccata Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis. Iratusq; est furor domini cõtra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben adad filij Hazael cunctis diebus. Deprecatus est aũt Ioachaz faciem domini, & audiuit eum dominus: uidit enim angustiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ: & dedit dominus saluatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ: habitaueruntq; filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudiustertius. Veruntamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt: siquidem & lucus permansit in Samaria. Et non sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem
B millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in trituram areæ. Reliqua autem sermonum Ioachaz, & uniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitq; Ioachaz cum patribus suis, & sepelierũt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimoseptimo Ioas regis Iuda, regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis: & fecit quod malũ est in conspectu domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autem sermonum Ioas, & uniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regẽ Iuda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porrò Ioas sepultus est in Samaria
C cum regibus Israel. Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditq; ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatq;, Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et ait illi Eliseus, Affer arcum & sagittas. Cumq; attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel, Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, & ait, Aperi fenestram orientalem. Cúmque aperuisset, dixit Eliseus, Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra Syriam: percutiesq; Syriam in Aphec, donec consumas eam. Et ait, Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus uicibus, & stetisset, iratus est uir dei contra eum, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usque ad consummationem: nunc autem
D tribus uicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab uenerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, uiderunt latrũculos, & proiecerunt cadauer in sepulchrum Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisæi, reuixit homo, & stetit super pedes suos. Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachas: & misertus est dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum Abraham & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos, neque

Eccl. 48 b

proijcere penitus uſq; in præſens tempus. Mortuus eſt autem Hazael rex Syriæ,& regna/uit Ben adad filius eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit urbes de manu Ben adad fi/lij Hazael,quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij: tribus uicibus percuſſit eum Ioas,& reddidit ciuitates Iſrael.

CAP. XIIII

Amaſias pa/tris ſui ſubla/tis interfecto/ribus & ipſe occiditur. A/zarias filius ſuccedit. Iero boã liberatis Iſraelitis mo/ritur, Zacha/rias filius ſub/ſtituitur ei

IN anno ſecundo Ioas filij Ioachaz regis Iſrael, regnauit Amaſias filius Ioas regis Iu/da. uigintiquinque annorum erat cum regnare cœpiſſet : uiginti autem & nouem annis regnauit in Hieruſalem:nomẽ matris eius Ioadan de Hieruſalem.Et fecit rectum corã do/mino ,ueruntamen nõ ut Dauid pater eius.Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus fecit:niſi hoc tantum quod excelſa non abſtulit: adhuc enim populus adolebat & immolabat incen ſum in excelſis. Cumq; obtinuiſſet regnum, percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant regem patrem ſuum:filios autem eorum qui occiderant,non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in li/bro legis Moyſi, ſicut præcepit dominus,dicens, Non morientur patres pro filijs,neq; filij morientur pro patribus : ſed unuſquiſque in peccato ſuo morietur. Ipſe percuſſit Edom in ualle Salinarum decem millia, & apprehendit Petram in prælio, uocauitq; nomen eius Ie/ctéel,uſq; in præſentem diem. Tunc miſit Amaſias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Ie/hu regis Iſrael,dicens, Veni & uideamus nos. Remiſitq; Ioas rex Iſrael ad Amaſiam regem Iuda dicens, Carduus Libani miſit ad cedrum qui eſt in Libano,dicens, Da filiam tuam fi/lio meo uxorem. Tranſieruntq; beſtiæ ſaltus,quæ ſunt in Libano, & conculcauerunt car/duũ. Percutiens inualuiſti ſuper Edom,& ſubleuauit te cor tuũ:cõtentus eſto gloria,& ſede in domo tua:quare prouocas malum,ut cadas tu & Iudas tecum? Et nõ acquieuit Amaſias: aſcenditq; Ioas rex Iſrael,& uiderunt ſe, ipſe & Amaſias rex Iuda in Beth ſames oppido Iu dæ. Percuſſusq; eſt Iuda coram Iſrael,& fugerunt unuſquiſq; in tabernacula ſua. Amaſiam uerò regem Iuda filium Ioas filij Ochoſiæ cepit Ioas rex Iſrael in Beth ſames, & adduxit eum in Hieruſalem:& interrupit murum Hieruſalem,à porta Ephraim uſq; ad portam an guli,quadringentis cubitis. Tulitq; omne aurum & argentum, & uniuerſa uaſa quæ inuen/ta ſunt in domo domini,& in theſauris regis,& obſides, & reuerſus eſt in Samariam. Reli/qua autem uerborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amaſiam regẽ Iuda,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael? Dormiuitq; Ioas cum patribus ſuis,& ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael:& regnauit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioa/chaz regis Iſrael uigintiquinq; annis. Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nonne hæc ſcri/pta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iuda? Factaq; eſt contra eum coniuratio in Hie ruſalem : at ille fugit in Lachis. Miſeruntq; poſt eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. Et aſportauerunt in equis, ſepultuſq; eſt in Hieruſalem cum patribus ſuis in ciuitate Dauid. Tulit autem uniuerſus populus Iudę Azariam annos natũ ſedecim,& conſtituerunt eum regem pro patre eius Amaſia. Ipſe ædificauit Ailam, & reſtituit eam Iudæ,poſtquam dor/miuit rex cum patribus ſuis. Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ie roboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria quadraginta & uno anno : & fecit quod malum eſt coram domino. Non receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat,qui peccare fe/cit Iſrael. Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath , uſque ad mare ſolitudinis,iuxta ſermonẽ domini dei Iſrael, quem locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi pro/phetam qui erat de Geth quæ eſt in Hepher. Vidit enim dominus afflictionem Iſrael ama ram nimis,& quod cõſumpti eſſent uſq; ad clauſos carcere & extremos,& non eſſet qui au/xiliaretur Iſraeli. Nec locutus eſt dominus ut deleret nomen Iſrael de ſub cœlo,ſed ſaluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem ſermonum Ieroboam,& uniuerſa quæ fe/cit, & fortitudo eius qua præliatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum, & Emath Iudæ in Iſrael, nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael? Dormiuitq; Ieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

De geſtis et fa/tis multorum regũ, & quõ Teglath pha/laſar ciuitates Iſrael ſubege/rit

CAP. XV

ANno uiceſimoſeptimo Iero/boam regis Iſrael, regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda. Sedecim annorum erat

erat cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Hierusalem, nomen matris eius Iechelia de Hierusalem. Fecitq; quod erat placitum corã domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Percussit aũt dominus regem, & fuit leprosus usq; in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Ioatham uerò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem sermonum Azariæ & uniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro uerborũ dierum regum Iuda? Et dormiuit Azarias cum patribus suis: sepelieruntq; eum cum maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mensibus: & fecit quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes: percussitq; eum palàm, & interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autem uerborum Zachariæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Iste est sermo domini quem locutus est ad Iehu, dicens, Filij tui usq; ad quartam generationem sedebunt de te super thronũ Israel. Factumq; est ita. Sellum filius Iabes regnauit tricesimo nono anno Azariæ regis Iudæ: regnauit autem uno mense in Samaria. Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa: uenitq; in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum: regnauitq; pro eo. Reliqua autem uerborum Sellum, & coniuratio eius, per quam tetendit insidias: nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc percussit Manahẽ Thapsa, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa, noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas. Anno tricesimo nono Azariæ regis Iudæ regnauit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria. Fecitq; quod erat malum corã domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius. Indixitq; Manahẽ argẽtum super Israel cunctis potentibus & diuitibus, ut daret regi Assyriorum quinquaginta siclos argenti per singulos: reuersusq; est res Assyriorum, & non est moratus in terra. Reliqua aũt sermonum Manahem, & uniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahẽ cum patribus suis: regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phaceia filius Manahẽ super Israel in Samaria biennio: & fecit quod erat malum corã domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Cõiurauit aũt aduersus eum Phacee filius Romelię dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie: & cũ eo quinquaginta uiros de filijs Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Reliqua autem sermonum Phaceia, & uniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno quinquagesimosecundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria uiginti annis. Et fecit quod erat malum coram domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel uenit Theglath phalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel, domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & uniuersam terram Nephthali: & trãstulit eos in Assyrios. Coniurauit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitq; pro eo uicesimo anno Ioatham filij Oziæ. Reliqua autem sermonum Phacee, & uniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regũ Israel? Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathan filius Ozię regis Iuda. Vigintiquinq; annorũ erat, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem: nomen matris eius, Ierusa filia Sadoc. Fecitq; quod erat placitum coram domino: iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est. Veruntamen excelsa nõ abstulit, adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificauit portã domus domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioatham,

Marginal notes: A, B, C, D, E, F, G; 2.Par.27 a; 2.Par.26 a

& uniuersa quæ fecit, nónne hęc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda? In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XVI

Achaz scelera quantū calamitatis induxerint, ei succedit Ezechias. Rasin interimitur Isa. 7 a

A Nno decimoseptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Hierusalem: non fecit quod erat placitum in conspectu domini dei sui, sicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in uia regum Israel: insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundum idola gentium, quæ dissipauit dominus corā filijs Israel. Immolabat quoque uictimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem ad præliandum: cumque obsiderent Achaz, non ualuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumęi uenerunt in Ailam, & habitauerunt ibi usque in diem hanc. Misit autem Achaz nūtios ad Theglath phalasar regem Assyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & saluum me fac de manu regis Syrię, & de manu regis Israel, qui consurrexerunt aduersum me. Et cum collegisset Achaz argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. Qui & acquieuit uoluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & uastauit eam: & trāstulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. Perrexitque rex Achaz in occursum Theglath phalasar regi Assyriorum in Damascum, cumque uidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinē iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias sacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec ueniret rex Achaz de Damasco. Cumque uenisset rex de Damasco, uidit altare, & ueneratus est illud: ascenditque, & immolauit holocausta, & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorū, quæ obtulerat super altare. Porrò altare æreum, quod erat coram domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris & de loco templi domini: posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. Præcepit quoque rex Achas Vriæ sacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium uespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum uniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnē sanguinem holocausti, & uniuersum sanguinem uictimæ super illud effundes: altare uero æreum erit paratum ad uoluntatem meam. Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quæ prę ceperat rex Achaz. Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & luterem, qui erat desuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauiuentum stratum lapide. Musach quoque sabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingressum regis exterius, conuertit in templum domini propter regem Assyriorum. Reliqua autem uerborum Achaz quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechiaz filius eius pro eo.

CAP. XVII

Osee rex Israel captus, unà cū regno trāsfertur in Assyrios

A Nno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. Fecitque malum coram domino: sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt. Cōtra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorū, & factus est ei Osee seruus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehēdisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens, misisset nuntios ad Sua regem Aegypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & uinctum misit in carcerem. Peruagatusque est omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariā, & transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuiū Gozan, in ciuitatibus Medorū. Factum est enim, cum peccassent filij Israel domino deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti coluerunt deos alienos. Et ambulauerunt iuxta ritum gentium quas consumpserat dominus in conspectu

conspectu filiorũ Israel,& regum Israel:quia similiter fecerant.Et irritauerunt filij Israel uerbis non rectis dominũ deum suum:& ædificauerũt sibi excelsa in cunctis urbibus suis à turre custodũ usq; ad ciuitaté munitã. Feceruntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi,& subter omne lignũ nemorosum:& adolebant ibi incẽsum super aras in morẽ gentium quas transtulerat dominus à facie eorũ:feceruntq; uerba pessima irritãtes dominũ, & coluerunt immunditias de quibus præceperat eis dominus ne facerẽt uerbũ hoc.Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manũ omnium prophetarũ & uidentiũ,dicens,Reuertimini à uijs uestris pessimis,& custodite præcepta mea & ceremonias,iuxta omnẽ legẽ quam præcepi patribus uestris:& sicut misi ad uos in manu seruorũ meorum prophetarũ.Qui nõ audierunt, sed indurauerunt ceruicẽ suam iuxta ceruicẽ patrum suorum qui noluerũt obedire domino deo suo.Et abiecerũt legitima eius, & pactũ quod pepigit cum patribus eorũ,& testificatiões quibus testificatus est eos: secutiq; sunt uanitates,& uanè egerunt:& secuti sunt gẽtes quæ erant per circuitũ eorũ,super quibus præceperat dñs eis,ut nõ facerẽt sicut & illæ faciebant.Et dereliquerũt omnia præcepta domini dei sui:feceruntq; sibi cõflatiles duos uitulos,& lucos,& adorauerunt uniuersam militiã cœli:seruieruntq; Baal, & cõsecrauerunt filios suos,& filias suas per ignẽ:& diuinationibus inseruiebant & augurijs:& tradiderũt se ut facerent malum corã domino,ut irritarent eum. Iratusq; est dominus uehementer Israeli, & abstulit eos à cõspectu suo,& non remansit nisi tribus Iuda tantũmodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mãdata domini sui:uerũ ambulauit in erroribus Israel quos operatus fuerat. Proiecitq; dominus omne semen Israel,& afflixit eos,& tradidit eos in manu diripientium, donec projceret eos à facie sua:ex eo iam tẽpore,quo scissus est Israel à domo Dauid,& cõstituerunt sibi regem Ieroboã filium Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à domino,& peccare eos fecit peccatum magnum.Et ambulauerunt filij Israel in uniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat:nõ recesserunt ab eis,usq;quo dominus auferret Israel à facie sua,sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorum prophetarũ:translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios usq; in diẽ hanc.Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone,& de Cutha,& de Aua,& de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel qui possederunt Samariam, & habitauerunt in urbibus eius.Cumq; ibi habitare cœpissent,nõ timebant dominũ :& immisit in eos dominus leones qui interficiebant eos.Nuntiatumq; est regi Assyriorum, & dictum, Gentes quas transtulisti,& habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima dei terræ, & immisit in eos dominus leones: & ecce, interficiunt eos, eo quod ignorent ritum dei terræ. Præcepit autem rex Assyriorum, dicens, Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, & uadat,& habitet cum eis:& doceat eos legitima dei terræ.Igitur cum uenisset unus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria,habitauit in Bethel,& docebat eos quomodo colerent dominum. Et unaquæque gens fabricata est deum suum: posueruntq; eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ gens & gens in urbibus suis in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Socoth benoth: uiri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & uiri de Emath fecerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebant filios suos igni, Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim, & nihilominus colebant dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus. Et cum dominum colerent, dijs quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquum:non timent dominum, neq; custodiunt ceremonias eius,atq; iudicia & legem & mandatum quod præceperat dominus filijs Iacob,quem cognominauit Israel: & percusserat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis. Sed dominum deum uestrum qui eduxit uos de terra Aegypti in fortitudine magna,& in brachio extento: ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate.Ceremonias quoque, & iudicia & legem & mandatum quod scripsi uobis, custodite ut faciatis cunctis

diebus

Margin notes: Iere.25 b; 3.Re.12 e; margin letters C, D, E, F, G.

diebus: & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percussit uobiscum, nolite obliuisci: nec colatis deos alienos, sed dominum deum uestrum timete, & ipse eruet uos de manu omnium inimicorum uestrorum. Illi uero non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem dominum, sed nihilominus & idolis suis seruientes: nam filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usq; in præsentem diem.

CAP. XVIII

Ezechias rex pius, idolorū extirpator superatur ab Assyrijs

2.Par.29 a

ANno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Viginti quinq; annorū erat cum regnare cœpisset: & uigintinouē annis regnauit in Hierusalē: nomē matris eius Abi filia Zachariæ. Fecitq; quod erat bonum corā domino iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & cōtriuit statuas, & succidit lucos, cōfregitq; serpentē æneum, quē fecerat Moyses: siquidē usq; ad illud tempus filij Israel adolebāt ei incensum: uocauitq; nomen eius Nehustā. In domino deo Israel sperauit: itaq; post eum nō fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eū fuerunt: & adhæsit domino, & nō recessit à uestigijs eius, fecitq; mandata eius quæ præceperat dominus Moysi. Vnde & erat dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat sapiēter se agebat. **B** Rebellauit quoq; contra regē Assyriorū, & nō seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos usq; ad Gazā & omnes terminos eorum, à turre custodū usq; ad ciuitatē munitā. Anno quarto regis Ezechię, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorū in Samariā, & oppugnauit eam, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechię, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria: & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala, & in Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorū: quia non audierunt uocē domini dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: omnia quæ præceperat Moyses seruus domini, nō audierunt neq; fecerūt. Anno quartodecimo regis Ezechiæ, **C** ascendit Sennacherib rex Assyriorū, ad uniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regē Assyriorū in Lachis, dicēs, Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaq; rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecēta talenta argenti, & triginta talēta auri. Deditq; Ezechias omne argentū quod repertū fuerat in domo domini, & in thesauris regis. In tēpore illo confregit Ezechias ualuas templi domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorū. Misit autē rex Assyriorum Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacen de Lachis ad regē Ezechiam cum manu ualida, Hierusalē: qui cum ascendissent, uenerunt in Hierusalem, & steterunt iuxta aquæductū pi- **D** scinæ superioris, quæ est in uia agri fullonis. Vocaueruntq; regem: egressus est autē ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs. Dixitq; ad eos Rabsaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus rex Assyriorū. Quæ est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti cōsilium, ut præpares te ad prælium: in quo confidis, ut audeas rebellare? An speras in baculo arundineo atque confracto Aegypto? super quem si incubuerit homo, comminutus ingreditur manum eius, & perforabit eam: sic est Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in se. Quod si dixeritis mihi, In domino deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria? **E** & præcepit Iudæ & Hierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Hierusalem? Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo uobis duo millia equorum, & uidete an habere ualeatis ascensores eorum. Et quomodo potestis resistere ante unum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in Aegypto propter currus & equites? Nunquid sine Domini uoluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna scriba, & Ioahe, Rabsaci, Precamur ut loquaris nobis seruis tuis Syriace siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaice audiente populo qui **F** est super murum. Respounditq; eis Rabsaces, dicens, Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, ut loquerer sermones hos, & non potius ad uiros qui sedent super murum, ut comedāt stercora sua, & bibant urinā suam uobiscum? Stetit itaq; Rabsaces, &

2.Par.32 a

Esa.36 a

exclamauit

exclamauit uoce magna Iudaice, & ait, Audite uerba regis magni, regis Assyriorũ. Hæc dicit rex, Nõ uos seducat Ezechias: nõ enim poterit uos eruere de manu mea. Neq; fiduciam uobis tribuat super dominũ, dicens, Eruens liberabit nos dñs, & non tradetur ciuitas hęc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod uobis est utile, & egredimini ad me: & comedet unusquisque de uinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis uestris, donec ueniam, & transferam uos in terram G quæ similis est terræ uestræ, in terram fructiferam, & fertilem uini, terrã panis & uinearum, terram oliuarum, & olei ac mellis: & uiuetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui uos decipit, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium terram suã de manu regis Assyriorum? Vbi est deus Emath, & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim, Ana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinam illi sunt in uniuersis dijs terrarũ, qui eruerunt regionem suã de manu mea, ut possit eruere dominus Hierusalem de manu mea? Tacuit itaq; populus, & non respondit ei quicquã: siquidẽ præceptum regis acceperant ut non responderent ei. Venitq; Eliacim filius Helciæ, pręposítus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis uestibus, & nũtiauerunt ei uerba Rabsacis.

Esa. 16 b

CAP. XIX

Ezechiam cõsolatur Isaias, & deus redimit

A QVæ cum audisset Ezechias rex, scidit uestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusq; est domum domini. Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt ei. Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: uenerunt filij usque ad partum, & uires non habet parturiens. Si fortè audiat dominus deus tuus uniuersa uerba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, ut exprobraret deum uiuentem, & argueret uerbis quæ audiuit dominus deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Isaiam. Dixitq; eis Isaias, B Hæc dicetis domino uestro, Hæc dicit dominus, Noli timere à facie sermonum quos audistis, quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam, & dejciam eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis. Cúmque audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est ut pugnet aduersum te: & iret contra eum, misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas, Nõ tradetur Hierusalem in manus regis Assyriorũ. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum uniuersis terris, quomodo uastauerunt eas: tu ergo solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos uastauerunt patres mei, C Gozan uidelicet & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? Vbi est rex Emath & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana, & Aua? Itaque cum accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum domini, & expandit eas coram domino, & orauit in conspectu eius, dicens, Domine deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum & terram. Inclina aurem tuam & audi: aperi domine oculos tuos, & uide, & audi omnia uerba Sennacherib, qui misit ut exprobraret deum uiuentem. Vere domine dissipauerunt reges Assyriorũ gentes, & terras earum. Et miserunt deos eorum in ignem: nõ enim erant dij, sed D opera manuum hominũ ex ligno & lapide, & perdiderũt eos. Nunc igitur dñe deus noster, saluos nos fac de manu eius, ut sciant omnia regna terrę quia tu es dñs deus solus. Misit aũt Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hęc dicit dominus deus Israel. Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. Iste est sermo quem locutus est dominus de eo, Spreuit te, & subsannauit te filia Sion, post tergum tuum caput mouit filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti uocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in

Esa. 37 e

summitate Libani,& succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum E usque ad terminos eius,& saltum Carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas,& siccaui uestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. Nunquid audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud,& nunc adduxi: eruntque in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ. Et qui sedent in eis, humiles manus: contremuerunt & confusi sunt, facti sunt uelut fœnum agri,& uirens herba tectorum, quæ arefacta est antequã ueniret ad maturitatem. Habitaculũ tuum,& egressum tuum,& introitum tuum,& uiam tuam ego præsciui,& furorem tuum contra me. Insanisti in me,& superbia tua ascendit in aures meas: ponã itaque circulum in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in uiam per quam uenisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno quę sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate uineas,& comedite fructum earum. Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum,& faciet fructum sursum. De Hierusalem quippe egredientur reliquiæ,& quod saluetur de monte Sion: zelus domini exercituum faciet hoc. Quam ob rem hæc dicit dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. Per uiam qua uenit, reuertetur,& ciuita G tem hanc nõ ingredietur, dicit dominus. Protegamque urbem hanc, & saluabo eam propter me,& propter Dauid seruum meum. Factum est igitur in nocte illa, uenit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Cumque diluculo surrexisset, uidit omnia corpora mortuorum: & recedens abijt, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorũ,& mansit in Niniue, Cumque adoraret in tẽplo Nesroch deum suũ. Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Armeniorum,& regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XX

Ezechias impetrata uitæ prolõgatiõe, offendit deũ, prædicitur ei captiuitas Babylonica & moritur

2.Par.32.f Isa.38.a

IN diebus illis ægrotauit Ezechias usque ad mortem: & uenit ad eum Isaias filius Amos A propheta, dixitque ei, Hæc dicit dominus, Præcipe domui tuæ: morieris enim tu & non uiues. Qui conuertit faciem suam ad parietem,& orauit dominum, dicens, Obsecro domine, memẽto quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate,& in corde perfecto,& quod placitum est coram te fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. Et antequã egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo domini ad eum, dicens, Reuertere & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, uidi lachrymam tuam: ecce, sanaui te, die tertio ascẽdes templum domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorum liberabo te,& ciuitatẽ hanc,& protegam urbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias, Afferte B massam ficorum. Quam cum attulissent,& posuissent super ulcus eius, curatus est. Dixit autem Ezechias ad Isaiam, Quod erit signum quia dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum domini? Cui ait Isaias, Hoc erit signum à domino, quod facturus sit dominus sermonem quem locutus est: uis ut ascendat umbra decem lineis, an ut reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias, facile est umbram crescere decem lineis: nec hoc uolo ut fiat, sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta dominum,& reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. In tempore illo misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas,& munera ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotasset Ezechias. Lætatus C

Isa.39.a

est autem in aduentu eorum Ezechias,& ostendit eis domum aromatum, & aurum,& argentum,& pigmenta uaria, unguenta quoque, & domum uasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit uerbum quod non mõstraret eis Ezechias in domo sua,& in omni potestate sua. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiã, dixitque ei, Quid dixerunt uiri isti? aut unde uenerũt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua uenerunt ad me de Babylone. At ille respondit, Quid uiderunt in domo tua? Ait Ezechias, Omnia quæcunque sunt in domo mea, uiderunt: nihil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechiæ, Audi sermonem domini, Ecce dies uenient,& auferentur

rentur

D rentur omnia quæ ſunt in domo tua,& quæ condiderunt patres tui uſque in diem hanc,in Babylonem:non remanebit quicquam,ait dominus. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te,quos generabis,tollent,& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.Dixitq; Ezechias ad Iſaiam:Bonus ſermo domini,quem locutus es:ſit pax & ueritas in diebus meis.Reliqua autem ſermonum Ezechiæ,& omnis fortitudo eius,& quomodo fecerit piſcinam & aquæductum,& introduxerit aquas in ciuitatem,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq; Ezechias cum patribus ſuis,& regnauit Manaſſes filius eius pro eo.

Dan.1.a

CAPVT XXI.

A DVodecim annorum erat Manaſſes cum regnare cœpiſſet,& quinquagintaquinq; annis regnauit in Ieruſalem:nomen matris eius Haphſiba.Fecitq; malum in conſpectu domini,iuxta idola gentium,quas deleuit dominus à facie filiorum Iſrael. Conuerſusq; eſt,& ædificauit excelſa quæ diſsipauerat Ezechias pater eius:& erexit aras Baal,& fecit lucos ſicut fecerat Achab rex Iſrael:& adorauit omnem militiam cœli,& coluit eam.Extruxitq; aras in domo domini,de qua dixit dominus: In Ieruſalem ponam nomen meum. Et extruxit altaria uniuerſæ militiæ cœli in duobus atrijs templi domini.Et traduxit filium ſuum per ignem:& ariolatus eſt,& obſeruauit auguria,& fecit pythones & aruſpices multiplicauit,ut faceret malum coram domino,& irritaret eum.Poſuit quoq; idolum luci,quem fecerat in templo domini,ſuper quo locutus eſt dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius:In templo hoc & in Ieruſalem quam elegi de cunctis tribubus Iſrael,ponam nomen meum in ſempiternum.Et ultrà non faciam commoueri pedem Iſrael de terra quam dedi patribus eorum:ſi tamen cuſtodierint opere omnia quæ præcepi eis,& uniuerſam legem quam mandauit eis ſeruus meus Moyſes.Illi uerò non audierunt:ſed ſeducti ſunt à Manaſſe,ut facerent malum ſuper gentes quas contriuit dominus à facie filiorum Iſrael. Locutusq; eſt dominus in manu ſeruorum ſuorum prophetarum,dicens:Quia fecit Manaſſes rex Iuda abominationes iſtas peſsimas ſuper omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditijs ſuis: propterea hæc dicit dominus deus Iſrael:Ecce ego inducam mala ſuper Ieruſalem & Iudam:ut quicunque audierit,tinniant ambæ aures eius.Et extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ,& pondus domus Achab:& delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ:delens uertam,& ducam crebrius ſtylum ſuper faciem eius.Dimittam uerò reliquias hæreditatis meæ,& tradam eas in manus inimicorum eius:eruntq; in uaſtitatem,& in rapinam cunctis aduerſarijs ſuis:eo quòd fecerint malum coram me, & perſeuerauerint irritantes me,ex die qua egreſsi ſunt patres eorum ex Ægypto,uſq; ad hanc diem.Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis,donec impleret Ieruſalem uſq; ad os:abſq; peccatis ſuis quibus peccare fecit Iudam,ut faceret malum coram domino.Reliqua autem ſermonum Manaſſe, & uniuerſa quæ fecit,& peccatum eius quod peccauit,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq; Manaſſes cum patribus ſuis,& ſepultus eſt in horto domus ſuæ,in horto Oza:& regnauit Amon filius eius pro eo. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpiſſet:duobus quoq; annis regnauit in Ieruſalem.nomen matris eius Meſſalemeth filia Harus de Iateba.Fecitq; malum in conſpectu domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius.Et ambulauit in omni uia per quam ambulauerat pater eius:ſeruiuitq; immunditijs,quibus ſeruierat pater eius,& adorauit eas,& dereliquit dominum deum patrum ſuorum,& non ambulauit in uia domini. Tetenderũtq; ei inſidias ſerui ſui,& interfecerunt regem in domo ſua.Percuſsit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon:& conſtituerũt ſibi regem Ioſiam filium eius pro eo.Reliqua autem ſermonũ Amon quæ fecit,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iuda? Sepelieruntq; eũ in ſepulchro ſuo in horto Oza:& regnauit Ioſias filius eius pro eo.

Ezechiæ ſucceſſor Manaſſes reſtaurat idola & moritur, Amõ ſuccedens interficitur & ſubſtituitur Ioſias

Ier.15.a

Ioſiæ pietas et honeſtas in adminiſtrãdo regno

CAP. XXII.

A OCto annorum erat Ioſias cum regnare cœpiſſet,& triginta uno anno regnauit in Ieruſalem:nomen matris eius Idida,filia Adaia de Beſecath.Fecitq; quod placitum erat coram domino,& ambulauit per omnes uias Dauid patris ſui:non declina

2.Par.34.a

elina

clinauit ad dexteram siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan filium Asalia, filij Messulam scribam templi domini, dicens: Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia quæ illata est in templum domini, quam collegerunt ianitores à populo, deturq; fabris per præpositos in domo domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo domini, ad instauranda sartatecta templi: tignariis uidelicet & cementariis, & iis qui interrupta componunt: & ut emantur ligna & lapides de lapicidinis ad instaurandum templum domini. Verũtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant & in fide. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis reperi in domo domini. Deditq; Helcias uolumen Saphan, qui & legit illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait: Conflauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo domini: & dederunt ut distribueretur fabris à præfectis operum templi domini. Narrauit quoq; Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege, & audisset rex uerba libri legis domini, scidit uestimenta sua. Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaia, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens: Ite & consulite dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de uerbis uoluminis istius quod inuentum est: magna enim ira domini succensa est contra nos: quia non audierunt patres nostri uerba libri huius, ut facerent omne quod scriptum est nobis. Ierunt itaq; Helcias sacerdos & Ahicam & Achobor & Saphan & Asaia ad Holdam prophetidem uxorem Sellum filij Thecue, filij Araas custodis uestium, quæ habitabat in Ierusalem, in Secunda: locutiq; sunt ad eam. Et illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel, Dicite uiro qui misit uos ad me, Hæc dicit dominus, Ecce, ego adducam mala super locum istum & super habitatores eius, omnia uerba legis quæ legit rex Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum: & succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi autem Iuda qui misit uos ut consuleretis dominum, sic dicetis: Hæc dicit dominus deus Israel, Pro eo quòd audisti uerba uoluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quòd uidelicet fierent in stuporem & in maledictum: & scidisti uestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non uideãt oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

Ier. 21 a

CAP. XXIII

Iosias Deuteronomij lege promulgata idololatriam subuertit, & ueri dei cultum instituit
2 Par. 34 f

ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eum omnes senes Iuda & Ierusalem. Ascẽditq; rex templum domini, & omnes uiri Iuda, uniuersiq; qui habitabant in Ierusalẽ cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo usq; ad magnum: legitq; cunctis audientibus omnia uerba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini. Stetitq; rex super gradum: & fœdus percussit coram domino, ut ambularent post dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarẽt uerba fœderis huius, quæ scripta erãt in libro illo: acquieuitq; populus pacto. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, ut proiicerent de templo domini omnia uasa quæ facta fuerant Baal, & luco, & uniuersæ militiæ cœli: & cõbussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel. Et deleuit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda & in circuitu Ierusalẽ: & eos qui adolebant incensum Baal & soli & lunæ & duodecim signis & omni militiæ cœli. Et efferri fecit lucum de domo domini foras Ierusalem in conualle Cedron: & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra uulgi. Destruxit quoq; ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usq; Bersabee: & destruxit aras portarũ in introitu ostij Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistrã portæ ciuitatis. Verũtamen non ascẽdebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalem

C rusalem: sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. Contaminauit quoque Thopheth, quod est in conualle filii Ennom: ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch. Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudæ, soli, in introitu templi domini, iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem solis combussit igni. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerãt reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi domini destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron. Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. Insuper & altare quod erat in Bethel, & excelsum quod fecerat Iero- 3 Reg. 12 g
D boam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit atque combussit, & comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum. Et conuersus Iosias, uidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitque, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta uerbum domini quod locutus est uir dei, qui prædixerat uerba hæc. Et ait: Quis est titulus ille quem uideo? Responderuntque ei ciues urbis illius: Sepulchrum est hominis dei, qui uenit de Iuda, & prędixit uerba hæc quæ fecisti super altare Bethel. Et ait: Dimittite eum, nemo cõmoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetæ qui uenerat de Samaria. Insuper & omnia fana excelsorum quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum dominum, abstulit Iosias: & fecit eis secundum omnia opera quæ fecerat in Bethel. Et occidit uniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria: & combussit ossa humana super ea: reuersusque est Ierusalem. Et
E præcepit omni populo, dicens: Facite phase domino deo uestro, secũdum quod scriptum 2 Par. 35 a est in libro fœderis huius. Nec enim factum est phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierũ regum Israel & regum Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est phase istud domino in Ierusalem. Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda & Ierusalẽ, abstulit Iosias: ut statueret uerba legis, quæ scripta sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in uniuersa uirtute sua iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. Verũtamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius cõtra Iudam: propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel: & proii-
F ciam ciuitatem hanc quam elegi Ierusalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua uerò sermonum Iosiæ, & uniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda? In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphratẽ: & abiit Iosias rex in occursum eius: & occisus est in Mageddo cum uidisset eum. Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset, & tribus mẽsibus regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Amital, filia Ieremię de Lobna. Et fecit malum corã domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri.
G Regemque cõstituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ, pro Iosia patre eius, uertitque nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægyptum. Argentũ autem & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, ut cõferretur iuxta præceptũ Pharaonis: & unũquenque iuxta uires suas exegit, tam argẽtum quàm aurum de populo terræ: ut daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset: & undecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Zebda filia Phadaia de Ruma.

Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. CAP. XXIIII

Nabuchodonosor impetit bello Eliacim, & filium eius Ioachin abducit Babylonē cū magnatib. & artificibus

IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioacim seruus A tribus annis: & rursum rebellauit cōtra eum. Immisitq; ei dominus latrūculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrūculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, ut disperderēt eum, iuxta uerbū domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per uerbū domini contra Iudā, ut auferret eum corā se, propter peccata Manasse uniuersa quæ fecit: & propter sanguinē innoxiū quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentiū: & ob hanc rem noluit dn̄s propitiari. Reliqua aūt sermonum Ioacim, & uniuersa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierū regum B Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus suis: & regnauit Ioachin filius eius pro eo. Et ultrà non addidit rex Ægypti ut egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Ægypti, usq; ad fluuiū Euphraten omnia quæ fuerant regis Ægypti. Decem & octo annorū erat Ioachin cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Nehusta filia Elnathan de Ierusalem. Et fecit malū coram domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalē, & circuncidata est urbs munitionibus. Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis C ad ciuitatē, cum serui eius oppugnarēt eam. Egressusq; est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius & serui eius & principes eius & eunuchi eius: & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus dn̄i, & thesauros domus regiæ: & cōcidit uniuersa uasa aurea quæ fecerat Salomō rex Israel in tēplo dn̄i iuxta uerbum dn̄i. Et transtulit omnē Ierusalē, & uniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decē millia in captiuitatē: & omnē artificem & inclusorē: nihilq; relictū est, exceptis pauperibus populi terræ. Transtulit quoq; Ioachin in Babylonē, & matrē regis, & uxores D regis, & eunuchos regis: & iudices terræ duxit in captiuitatē de Ierusalē in Babylonem. Et omnes uiros robustos, septē millia, & artifices & inclusores mille, omnes uiros fortes & bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonē. Et cōstituit Matthaniā patruum eius pro eo: imposuitq; nomē ei Sedeciā. Vicesimū & primum annū ætatis habebat Sedecias, cum regnare cœpisset, & undecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malū coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Irascebatur enim dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua: recesśitq; Sedecias à rege Babylonis.

2 Par. 36 c

CAP. XXV

Nabuchodonosor tertiò Ierusalē expugnatā igni exurit, eiusq; habitatores cum rege Babylonem traducit

Iere. 39 a. 52 a

FActū est aūt anno nono regni eius, mense decimo, decima die mensis, uenit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalē, & circūdederunt eā: & A extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atq; uallata, usq; ad undecimū annū regis Sedeciæ, nona die mēsis, prçualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est ciuitas: & omnes uiri bellatores nocte fugerūt per uiam portę quæ est inter duplicē murum ad hortū regis (porrò Chaldæi obsidebāt in circuitu ciuitatem) fugit itaq; Sedecias per uiā quæ ducit ad cāpestria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chal- B dæorū regem: cōprehenditq; eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cū eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regē duxerunt ad regē Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudiciū. Filios aūt Sedeciæ occidit corā eo, & oculos eius effodit: uinxitq; eū catenis, & adduxit in Babylonē. Mense quinto, septima die mensis, ipse est ānus nonusdecimus regis Babylonis: uenit Nabuzardā princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Ierusalē. Et succēdit domū dn̄i, & domū regis: & omnes domos Ierusalē, om- C nemq; domū magnā cōbussit igni. Et muros Ierusalē in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorū qui erat cū principe militū. Reliquā aūt populi partē quæ remāserat in ciuitate & perfugas qui transfugerant ad regē Babylonis, & reliquū uulgus trāstulit Nabuzardan princeps militiæ. Et de pauperibus terræ reliquit uinitores & agricolas. Colūnas aūt æreas quæ erāt in tēplo dn̄i & bases, & mare æreū quod erat in domo dn̄i, confregerūt Chaldæi, & transtulerūt æs omniū in Babylonē. Ollas quoq; æreas & trullas & tridētes & scyphos D

& mortariola & omnia uaſa ærea in quibus miniſtrabant, tulerunt. Necnon & thuribula & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ: id eſt, columnas duas, mare unum, & baſes quas fecerat Salomon in templo domini. non erat pondus æris omnium uaſorum. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una: & capitellum E æreum ſuper ſe altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & mala granata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilem & columna ſecunda habebat ornatum. Tulit quoq; princeps militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores. Et de ciuitate eunuchum unum qui erat præfectus ſuper bellatores uiros: & quinque uiros de his qui ſteterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & ſexaginta uiros è uulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha. Percuſſitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra F Emath: & translatus eſt Iuda de terra ſua. Populo autem qui relictus eſt in terra Iuda, quem dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. Quod cum audiſſent omnes duces militum, ipſi & uiri qui erant cum eis, uidelicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: uenerunt ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Caree, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij eorum. Iurauitq; Godolias ipſis & ſocijs eorum, dicens: Nolite timere ſeruire Chaldæis: manete in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit uobis. Factum eſt autem in menſe ſeptimo, uenit Iſmahel filius Nathaniæ filij Eliſama G de ſemine regio, & decem uiri cum eo: percuſſeruntq; Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maſpha. Conſurgensq; omnis populus à paruo uſq; ad magnum & principes militum uenerunt in Ægyptum timentes Chaldæos. Factum eſt uerò in anno triceſimoſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iudæ, menſe duodecimo, uiceſimaſeptima die menſis, ſubleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. Et locutus eſt ei benignè: & poſuit thronum eius ſuper thronum regum qui erant cum eo in Babylone. Et mutauit ueſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius cunctis diebus uitæ ſuæ. Annonam quoq; conſtituit ei ſine intermiſſione, quæ & dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus diebus uitæ ſuæ.

Iere. 40 b c

DIVI HIERONYMI IN LIBRVM PARALIPOMENON AD CHROMATIVM PRAEFATIO

SI Septuaginta interpretum pura,& ut ab eis in Græcum uersa est,æditio permaneret,superflue me,Chromati episcoporum sanctissime atque doctissime,impelleres ut Hebræa tibi uolumina Latino sermone transferrem.Quod enim semel aures hominum occupauerat,& nascentis ecclesiæ roborauerat fidem:iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc uerò cum pro uarietate regionum diuersa ferantur exemplaria,& germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atque uiolata:nostri arbitrij putas,aut è pluribus iudicare quid uerum sit,aut nouum opus in ueteri opere condere,illudentibusq; Iudæis,cornicum,ut dicitur,oculos configere. Alexandria & Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat authorem. Constantinopolis usq; Antiochiam,Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæsthinos codices legunt:quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus uulgauerunt. totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate compugnat. Et certè Origenes non solum exemplaria composuit quatuor æditionum,è regione singula uerba describens,ut unus dissentiens,statim cæteris inter se consentientibus arguatur:sed,quod maioris audaciæ est,in æditione Septuaginta,Theodotionis æditionem miscuit,asteriscis designans quæ minus fuerant,& uirgulis quæ ex superfluo uidebantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant:& post septuaginta cellulas,quę uulgò sine authore iactantur,singulas cellulas aperuere,hocq; in ecclesiis legitur quod Septuaginta nescierunt:cur me non suscipiant Latini mei,qui inuiolata æditione ueteri ita nouam condidi,ut laborem meum Hebræis,&,quod his maius est,apostolis authoribus comprobem? Scripsi nuper librum De optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euangelio:Ex Aegypto uocaui filium meum.&,Quoniam Nazaræus uocabitur.&,Videbunt in quem compunxerunt.& illud Apostoli, Quæ oculus non uidit,nec auris audiuit,& nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit deus diligentibus se:cæteraq; his similia in Hebræorum libris inueniri. Certè Apostoli & Euangelistæ Septuaginta interpretes nouerant:& unde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus dominus noster utriusque Testamenti conditor,in Euangelio secundum Ioannem:Qui credit,inquit,in me,sicut dicit scriptura,flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtique scriptum est,quod saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent:apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum est,unde & dominus loquitur,& discipuli exempla præsumunt. Hæc pace ueterum loquor:& obtrectatoribus meis tantum respondeo,qui canino dente me rodunt,in publico detrahentes,& legentes in angulis,ijdem & accusatores & defensores,cum in alijs probent quod in me reprobant:quasi uirtus & uitium non in rebus sit,sed cum authore mutetur. Cæterum memini æditionem Septuaginta translatorum,olim de Græco emendatam,tribuisse me nostris:nec inimicum debere existimari eorum quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quod nunc Dibrehaiamim,id est Verba dierum,interpretatus sum:idcirco feci,ut inextricabiles moras,& syluam nominum,quæ scriptorum confusa sunt uitio,sensuumq; barbariem apertius,& per uersuum cola digererem,mihimet ipsi & meis iuxta Ismeniam canens,si aures surdæ sunt cæterorum.

AD DOMNIONEM ET ROGATIANVM IN LIBRVM PARALIPOMENON PRAEFATIO DIVI HIERONYMI

QVomodo Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas uiderint:& tertium Virgilij librum qui à Troiade per Leucaten,& Acroceraunia ad Siciliam,& inde ad ostia Tyberis nauigauerint:ita sanctam scripturam lucidius intuebitur qui Iudæam oculis contemplatus sit,& antiquarum urbium memorias,locorumq;,uel eadem uocabula,uel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire:ut circumiremus prouinciam,quam uniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnio & Rogatiane charissimi,nunquam me in diuinis uoluminibus,proprijs uiribus credidisse:nec habuisse opinionem meam,sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar,interrogare me solitum,quanto magis de his super quibus anceps eram? Denique,cum à me nuper literis flagitassetis,ut uobis Paralipomenon Latino sermone transferrem,de Tyberiade quendam legis authorem,qui apud Hebræos admirationi habebatur,assumpsi:& contuli cum eo,à uertice,ut aiunt,usq; ad extremum unguem:& sic confirmatus,ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim uobis loquor:ita in Græcis & in Latinis codicibus hic nominum liber uitiosus est,ut non tam Hebræa quàm Barbara quædam & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus,qui spiritu sancto pleni,ea quæ uera fuerunt,transtulerunt:sed scriptorum culpæ adscribendum,dum de emendatis inemendata scriptitant:& sæpe tria nomina,subtractis è medio syllabis,in

unum uocabulum cogunt:uel è regione unum nomen,propter latitudinem suam,in duo uel tria uocabula diuidunt.Sed & ipsæ appellationes,non homines,ut plerique existimant:sed urbes,& regiones,& saltus,& prouincias sonãt:& oblique sub interpretatione & figura eorum,quædam narrantur historiæ:de quibus in Regnorum libro dicitur:Nónne ecce hæc scripta sunt in libro uerborum dierum regum Iuda?Quæ utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum,quòd apud Hebræos,Paralipomenon liber,unus sit:& apud illos uocatus Dibrehaiamim,id est Verba dierum:qui propter magnitudinẽ apud nos diuisus est,quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt,ut eum in tres partes secent,cum unus à suo authore sit æditus.Deinde etiam illud attendendum,quòd frequenter nomina,non uocabula hominum,sed rerum,ut dixi,significantias sonant.Ad extremum quòd omnis eruditio scripturarum in hoc continetur:& historiæ quæ uel prætermissæ sunt in suis locis,uel perstrictæ leuiter,hic per quædam uerborum compendia explicentur.Orationum itaque uestrarum adiutus auxilio,misi librum beneuolis placiturum,tamen inuidis displiciturum esse non ambigo.Optima enim quæque,ut ait Plinius,malunt contemnere plerique,quàm discere.Si quis in hac interpretatione uoluerit aliquid reprehendere,interroget Hebræos,suam conscientiam recolat,uideat ordinem textumq; sermonis:& tunc nostro labori,si potuerit,detrahat. Vbicunque ergo asteriscos,id est stellas,radiare in hoc uolumine uideritis:ibi sciatis de Hebræo additum,quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi uerò obelus,transuersa scilicet uirga præposita est,illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint,uel ob decoris gratiam,uel ob spiritus sancti authoritatem,licet in Hebræis uoluminibus non legatur.

PARALIPOMENON
LIBER PRIMVS, HEBRAICE
דִּבְרֵי הַיָּמִים
ID EST, VERBA DIERVM.

A

ADAM, SETH, ENOS, Cainan,Malaleel,Iared,Henoch,Mathusale,Lamech,Noe,Sem,Cham & Iapheth. Filij Iapheth:Gomer & Magog & Madai & Iauan,Thubal,Mosoch,Thiras.Porrò filij Gomer:Ascenez & Rhiphath & Thogorma. Filij autem Iauan:Elisa & Tharsis,Cethim & Dodanim.Filij Chã:Chus & Mesraim & Phut & Chanaan. Filij autem Chus:Saba & Heuila,Sabatha & Regma & Sabatacha. Porrò filij Regma:Saba & Dadan.Chus autem genuit Nemrod:iste cœpit esse potens in terra.Mesraim uerò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim,Phethrusim quoq; & Chasluim:de quibus egressi sunt Philisthiim & Caphtorim.Chanaã uerò genuit Sidonem primogenitum suum,Hethæum quoq;, B Iebusæum & Amorrhæum & Gergesæum, Heuæumq; & Aracæum & Sinæum,Aradium quoq; & Samaræum & Hamathæum.Filij Sem:Ælam & Assur & Arphaxad & Lud & Aram,Hus & Hul & Gether & Mosoch.Arphaxad autem genuit Sale,qui & ipse genuit Heber.Porrò Heber nati sunt duo filij,nomen uni Phaleg,quia in diebus eius diuisa est terra:& nomen fratris eius Iectan.Iectan autem genuit Elmodad & Saleph & Asarmoth & Iare.Adoram quoq; & Vzal & Decla.Hebal etiam & Abimael & Saba,necnon & Ophir & Heuila & Iobab.omnes isti,filij Iectan.Sem,Arphaxad,Sale,Heber,Phaleg, Ragau,Serug,Nachor,Thare,Abram, iste est Abraham.Filij autem Abraham,Isaac & Ismahel.Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismahelis,Nabaioth & Cedar & Adbeel & Mabsam & Masma & Duma,Massa,Hadad & Thema,Ietur,Naphis,Cedma.hi C sunt filij Ismahelis.Filij autem Ceturæ concubinæ Abrahã,quos genuit:Zamran,Iecsan, Madan,Madian,Iesboc & Sue.Porrò filij Iecsan:Saba & Dadan.Filij autẽ Dadan:Assurim & Latussim & Laomim.Filij autẽ Madian:Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa.omnes hi,filij Ceturæ.Genuit autem Abraham Isaac:cuius fuerũt filij Esau & Israel.

Enumeratio genealogiæ Adã usq; ad filios Iacob

A Gen.10 a

Filij Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelom & Core. Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalech. Filij Rahuel: Nahath, Zara, Samma, Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, Disan. Filij Lotan: Hori, Homam. soror autem Lotan, fuit Thamna. Filij Sobal: Alian & Manahath & Ebal, Sephi & Onam. Filij Sebeon: Aia & Ana. Filij Ana: Dison. Filij Dison: Hamram & Eseban & Iethran & Charan. Filij Eser: Balaan & Zauan & Iacan. Filij Dison: Hus & Aran. Isti sunt reges qui imperauerũt in terra Edom, antequàm esset rex super filios Israel. Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denaba. Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra. Cumq; & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Obijt quoq; & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terra Moab: & nomen ciuitatis eius, Auith. Cumq; & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth quæ iuxta amnem sita est. Mortuo quoq; Saul, regnauit pro eo Balanan filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius urbis nomen fuit Phai, & appellata est uxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mebsar, dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom. D

CAPVT II

Persequitur recensere posteritatem Iacob & Iudæ

Filij autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar & Zabulon, Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aser. Filij Iuda: Her, Onan & Sela. hi tres, nati sunt ei de filia Sue Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram domino, & occidit eum. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinq;. Filij autem Phares: Hesron & Hamul. Filij quoq; Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, Chalchol quoq; & Dara, simul quinque. Filij Charmi: Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. Filij Ethan: Azarias. Filij autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel & Ram & Calubai. Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Nahasson principem filiorum Iuda. Nahasson quoq; genuit Salma, de quo ortus est Booz. Booz uerò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundũ Abinadab, tertium Simmaa, quartum Nathanael, quintũ Raddai, sextum Asom, septimum Dauid. quorum sorores fuerunt Saruia & Abigail. Filij Saruiæ: Abisai, Ioab & Asahel, tres. Abigail autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites. Caleb uerò filius Hesron accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntq; filij eius Iaser & Sobab & Ardon. Cumq; mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb, Ephratha: quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Beseleel. Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cum esset annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit Iair, & possedit uigintitres ciuitates in terra Galaad. Cepitq; Gessur & Aram oppida Iair, & Canath & uiculos eius sexaginta ciuitatum. omnes isti, filij Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Hesron: ingressus est Caleb ad Ephratha. Habuit quoq; Hesron uxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrem Thecuæ. Nati sunt autem filij Ierameel primogeniti Hesron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran & Asom & Achia. Duxit quoq; uxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quę fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar. Onam autem habuit filios Semei & Iada. Filij autem Semei: Nadab & Abisur. Nomen uerò uxoris Abisur, Abihail quæ peperit Ahobban & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled & Apphaim. Mortuus est autem Saled absq; liberis. Filius uerò Apphaim, Iesi: qui Iesi, genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. Filij autem Iada fratris Semei: Iether & Ionathan. Sed & Iether mortuus est absq; liberis. Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. isti fuerunt filij Ierameel. Sesan autem non habuit filios, sed filias: & seruum Ægyptiũ, nomine Ieraa. Deditq; ei filiam suam uxorem: quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad. Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed,

2 Par. 4 a

A B C D

Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa, F Elasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum, Sellum genuit Icamia, Icamia autem genuit Elisama. Filij autem Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filij Maresa patris Hebron. Porrò filij Hebron: Core & Taphua & Recem & Samma. Samma autem genuit Raham patrem Iercaam, & Recem genuit Sammai. Filius autem Sammai, Maon: & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Haron & Mosa & Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. Filij autem Iahaddai: Regom & Ioatham & Gesan & Phalet & Epha & Saaph. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena & patrem Gabaa. Filia uerò Caleb, fuit Achsa. Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephratha, G Sobal pater Cariathiarim, Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim, qui uidebat dimidium requietionum. Et de cognatione Cariathiarim, Iethrei & Phutei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ. Filij Salma: Bethlehem, & Netophati coronæ domus Ioab, & dimidium requietionis Sarai. Cognationes quoq; scribarum habitantium in Iabes, canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui uenerunt de calore patris domus Rechab.

CAPVT III

Catalogus Dauidis minorũ, & regũ Iuda 2 Reg. 3 a

A DAuid uerò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: secundum Daniel de Abigail Carmelitide, tertium Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartũ Adoniam filium Aggith, quintũ Saphatiam ex Abital, sextum Iethraham de Egla uxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, ubi regnauit septem annis & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. Porrò in Ierusalẽ nati sunt ei filij Simmaa & Sobab & Nathan & Salomon, B quatuor de Bethsua filia Ammiel. Iebaar quoq; & Elisama & Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, necnon Elisama & Eliada & Eliphelet, nouem, omnes hi filij Dauid, absq; filijs concubinarum: habueruntq; sororem Thamar. Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Asa. De hoc quoq; natus est Iosaphat pater Ioram: qui Ioram, genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas: & huius Amasias filius, genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioatham, procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. C Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum. De Ioacim natus est Iechonias & Sedecias. Filij Iechoniæ fuerunt: Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Senneser & Iecemia, Hosama & Nadabia. De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum: Hasabam quoq; & Ohol & Barachiam & Hasadiam, Iosabhesed, quinq;. Filius autem Hananiæ, Phaltias pater Ieseiæ, D cuius filius Raphaia. huius quoq; filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeia: cuius filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, sex numero. Filius Naariæ, Elioenai & Ezechias & Ezricam, tres. Filius Elioenai, Oduia & Eliasub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, septem.

CAP. IIII

Genealogia filiorũ Iudæ & Simeonis

A FIlij Iuda: Phares, Hesron & Charmi & Hur & Sobal. Raia uerò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. hæ cognationes Sarathi. Ista quoq; stirps Etam: Iezrahel & Iesema & Iedebos. Nomen quoq; sororis eorum, Asalelphuni. Phanuel autẽ pater Gedor, & Ezer pater Hosa. isti sunt filij Hur primogeniti Ephrata patris Bethlehem. Ashur uerò patri Thecuæ erant duæ uxores, Halaa & Naara. Peperit autẽ ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahasthari. isti sunt filij Naara. Porrò filij Halaa: B Sereth, & Sahar & Ethnan. Cos autem genuit Anob & Soboba, & cognationes Aharehel filij Arum. Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius uocauit nomen illius Iabes, dicens: Quia peperi eum in dolore. Inuocauit ergo Iabes deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecũ, & feceris me à malitia non opprimi. Et præstitit deus quæ precatus est. Caleb aũt frater Sua

genuit

genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. Porrò Esthon genuit Bethrapha & Phesse & Tehinna patrem urbis Naas. hi sunt uiri Recha. Filij autem Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel: Hathath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia autẽ genuit Ioab patrem uallis artificum: ibi quippe artifices erant. Filij uero Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. Filii quoq; Ela: Cenez. Filii quoq; Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria & Asrael. Et filii Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuitq; Mariam & Sammai & Iesba patrẽ Esthamo. Vxor quoq; eius Iudaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrẽ Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. Et filii uxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo qui fuit de Machathi. Filii quoq; Simon: Amnon & Rinna filius Hanam, & Tilon. Et filii Iesi: Zoheth & Benzoheth. Filii Sela, filii Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa: & cognationes domus operãtium byssum in domo iuramenti. Et qui stare fecit solem, uiriq; mendacii & Securus & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahem. hæc autem uerba uetera. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus & in sepibus apud regem in operibus eius, commoratiq; sunt ibi. Filii Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. Sellum filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius. Filii Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filii Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius nõ habuerunt filios multos, & uniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda. Habitauerunt autem in Bersabee & Molada & Hasarsuhal, & in Bala & in Asom & in Tholad & in Bathuel & in Horma & in Siceleg & in Bethmarchaboth & in Hasarsusim & in Bethberai & in Saarim. hæ ciuitates eorum usque ad regem Dauid. Villæ quoq; eorum: Etam & Aen, Remmon & Tochen & Asan, ciuitates quinque. Et uniuersi uiculi eorum per circuitum ciuitatum istarum usq; ad Baal. hæc est habitatio eorum, & sedium distributio. Mosobab quoq; & Iemlech, & Iosa filius Amasię, & Ioel, Iehu filius Iosabiæ filii Saraiæ filii Asiel, & Elioenai & Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Ismiel & Banaia, Ziza quoq; filius Sephei filii Allon filii Idaia filii Semri filii Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt uehementer. Et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usq; ad orientem uallis, ut quærerent pascua gregibus suis. Inueneruntq; pascuas uberes & ualde bonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerant de stirpe Cham. Hi ergo uenerunt, quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percusserũt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos usq; in præsentem diem: habitaueruntq; pro eis, quoniam uberrimas pascuas ibidem repererunt. De filiis quoq; Simeon abierũt in montem Seir uiri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Iesi: & percusserunt reliquias qui euadere potuerant, Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

Gen. 45 b

C D E F G

CAPVT V

Rubenitarũ, Gaditarum, & tribus Manasses catalogus

A B

Filii quoq; Ruben primogeniti Israel (ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cum uiolasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israel, & nõ est ille reputatus in primogenitum. Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph) filii ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi. Filii Ioel: Samaia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgathphalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius, & uniuersa cognatio eius quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam. Porrò Bala filius Azaz, filii Sammaa, filii Ioel. ipse habitauit in Aroer usque ad Nebo & Beelmeon. Contra orientalem quoque plagam habitauit usque ad introitum eremi & flumen Euphraten. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in terra Galaad. In diebus autem Saul præliati sunt contra Agarenos, & interfecerunt illos, habitaueruntq; pro eis in tabernaculis eorum in omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad. Filii uerò Gad è regione

eorum

eorum habitauerunt in terra Basan usque Selcha: Ioel in capite, & Sapham secundus: Ianai autem & Saphat in Basan. Fratres uerò eorum secundum domos cognationum suarum, Michael & Mosollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, septem. Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Ieddo, filij Buz. Fratres
C quoque filij Abdiel, filij Guni, principes domus in familiis suis. Et habitauerunt in Galaad & in Basan & in uiculis eius, & in cunctis suburbanis Saron usque ad terminos. Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. Filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, uiri bellatores, scuta portãtes & gladios & tendentes arcum, eruditique ad prælia, quadragintaquatuor millia & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam. Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi uerò & Naphis & Nodab præbuerunt eis auxilium. Traditique sunt in manus eorum Agareni, & uniuersi qui fuerant cum eis, quia deum inuocauerunt cum præliarentur: & exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eum. Ceperuntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vul-
D nerati autem multi corruerunt, fuit enim bellum domini. Habitaueruntque pro eis usque ad transmigrationem. Filij quoque dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan usque Baal, Hermon & Sanir, & montem Hermon. ingens quippe numerus erat. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum, Epher, Iesi & Eliel & Ezriel & Ieremia & Odoia & Iediel uiri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis. Reliquerunt autem deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit deus coram eis. & suscitauit deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgathphalnasar regis Assur: & abstulit Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela & in Habor & Ara & fluuium Gozan, usque ad diem hanc.

CAPVT VI

Leuitarum genealogia et refugij urbes describuntur

Gen. 46 b

A FIlij Leui: Gerson, Caath & Merari. Filij Caath: Amram, Isaar, Hebron & Oziel. Filij Amram: Aaron, Moyses & Maria. Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue. Abisue uerò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zachariam, & Zacharias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan, Iohanan genuit Azariam. ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum, Sellum ge-
B nuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor. Filij ergo Leui: Gerson, Caath & Merari. Et hæc nomina filiorum Gerson: Lobni & Semei. Filij Caath: Amram & Isaar & Hebron & Oziel. Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ autem generationes Leui, secundum familias eorum. Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius, Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. Filij Caath: Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Thahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elcana: Amasai & Achimoth & Elcana.

Exo. 6 c

C Filij Elcana, Sophai filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ierohãm filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel: primogenitus Vasseni & Abia. Filij autem Merari: Moholi, Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus domini, ex quo collocata est arca: & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canentes donec ædificaret Salomon domum domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. Hi uerò sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath, Heman cantor filius Iohel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ierohãm, filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Iohel, filij Mahath, filij Amasai, filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sopho-

niæ,filij Thahath,filij Asir,filij Abiasaph,filij Core,filij Isaar,filij Caath,filij Leui,filij Israel. Et frater eius Asaph,qui stabat à dextris eius,Asaph filius Barachiæ:filij Samaa,filij Michael,filij Basaiæ,filij Melchię,filij Athanai,filij Zara,filij Adaia,filij Ethan,filij Zammaa,filij Semei,filij Ieth,filij Gerson,filij Leui. Filij autem Merari fratres eorum,ad sinistram:Ethan filius Cusi,filij Abdi,filij Maloch,filij Hasabiæ,filij Amasiæ,filij Helciæ,filij Amasai,filij Boni,filij Somer,filij Moholi,filij Musi,filij Merari,filij Leui. Fratres quoq; eorum Leuitæ,qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus domini. Aaron uerò,& filij eius adolebant incensum super altare holocausti,& super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorum:& ut precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus dei. Hi sunt autem filij Aaron,Eleazar filius eius,Phinees filius eius, Abisue filius eius,Bocci filius eius,Ozi filius eius, Zarahaia filius eius,Meraioth filius eius,Amarias filius eius,Achitob filius eius,Sadoc filius eius,Achimaas filius eius. Et hæc habitacula eorum per uicos atq; confinia,filiorum scilicet Aaron,iuxta cognationes Caathitarum:ipsis enim sorte contigerant. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda & suburbana eius per circuitum: agros autem ciuitatis,& uillas,Caleb filio Iephone. Porrò filijs Aaron dederunt ciuitates ad confugiendum,Hebron & Lobna & suburbana eius,Iether quoq; & Esthemo cum suburbanis suis,sed & Helon & Dabir cum suburbanis suis,Asan quoq; & Bethsemes & suburbana earum. De tribu autem Beniamin: Gabee & suburbana eius,& Almath cum suburbanis suis. Anathoth quoq; cum suburbanis suis. omnes ciuitates,tredecim per cognationes suas. Filijs autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem urbes decem. Porrò filijs Gerson per cognationes suas de tribu Issachar & de tribu Aser & de tribu Nephthali & de tribu Manasse in Basan,urbes tredecim. Filijs autem Merari per cognationes suas de tribu Rubē & de tribu Gad & de tribu Zabulon,dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq; filij Israel Leuitis ciuitates,& suburbana earum. Dederuntq; per sortem,ex tribu filiorum Iuda,& ex tribu filiorum Simeon,& ex tribu filiorum Beniamin,urbes has quas uocauerunt nominibus suis,& his qui erant de cognatione filiorum Caath,fueruntq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendū, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim:& Gazer cum suburbanis suis, Iecmaam quoq; cum suburbanis suis,& Bethhoron similiter,necnon & Aialon cum suburbanis suis,& Gethremmon in eundem modum. Porrò ex dimidia tribu Manasse,Aner & suburbana eius,Balaam & suburbana eius:his uidelicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filijs autem Gersom de cognatione dimidiæ tribus Manasse,Gaulon in Basan, & suburbana eius,& Astaroth cum suburbanis suis. De tribu Issachar,Cedes & suburbana eius,& Dabereth cum suburbanis suis,Ramoth quoq; & suburbana eius,& Anem cum suburbanis suis. De tribu uerò Aser,Masal cum suburbanis suis,& Abdon similiter,Hacoc quoq; & suburbana eius,& Rohob cum suburbanis suis. Porrò de tribu Nephthali,Cedes in Galilæa & suburbana eius,Hamon cum suburbanis suis,& Cariathaim,& suburbana eius. Filijs autem Merari residuis:de tribu Zabulon,Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. trans Iordanem quoq; ex aduerso Iericho contra orientem Iordanis, de tribu Ruben,Bosor in solitudine cum suburbanis suis,& Iassa cum suburbanis suis,Cademoth quoq; & suburbana eius,& Mephaath cum suburbanis suis. Necnon de tribu Gad,Ramoth in Galaad & suburbana eius,& Manaim cum suburbanis suis,sed & Hesebon cum suburbanis suis,& Iezer cum suburbanis suis.

Iosu.14 d.21 b

CAP. VII

Ex Issachar, Nephthalim, Manasse, Ephraim & Aser qui prodierint

Gen.46 b

POrrò filij Issachar: Thola & Phua,Iasub & Simeron,quatuor. Filij Thola: Ozi & Raphaia & Ieriel & Iemai & Iebsem & Samuel,principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola uiri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid,uigintiduo millia sexcenti. Filij Ozi: Izrahia,de quo nati sunt Michael & Obadia & Ioel & Iesia,quinq;:omnes principes. Cum eis per familias & populos suos,accincti ad prælium uiri fortissimi,triginta & sex millia:multas enim habuerunt uxores & filias. Fratres quoq; eorum per omnem cogna

cognationem Issachar, robustissimi ad pugnādum octoginta septem millia numerati sunt.
B Filij Bēiamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filij Bela, Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & Irai, quinqꝫ principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi: numerus aūt eorum, uigintiduo millia & trigintaquatuor. Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioe nai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. omnes hi, filij Bechor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi, uiginti millia & ducēti. Porrò filij Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & Beniamin, & Aod, &
C Chanaana, & Zethan, & Tharsis, & Ahisahar. omnes hi, filij Iadihel principes cognationum suarum, uiri fortissimi, decem & septem millia, & ducenti ad prælium procedentes. Sepham quoque & Hapham filij Hir: & Hasim filij Aher. Filij autem Nephthali: Iasiel, & Guni, & Ieser, & Sellum, filij Bala. Porrò filius Manasse, Esriel: concubinaqꝫ eius Syra peperit Machir patrem Galaad. Machir autem accepit uxorem filijs suis Happhim & Sapham: & habuit sororē nomine Maacha: nomen autem secundi, Salphaad, nataeqꝫ sunt
D Salphaad filiæ. & peperit Maacha uxor Machir filium, uocauitqꝫ nomē eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares: & filij eius, Vlam, & Recem. Filius autē Vlam, Badan. hi sunt filij Galaad, filij Machir, filij Manasse. Soror autem eius regina peperit Virum decorum, & Abiezer, & Mohola. Erant autem filij Semida: Ahin & Sechem, & Leci & Aniam. Filij autem Ephraim Suthala, Bared filius eius, Thahath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthala, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt
E autem eos uiri Geth indigenæ, quia descenderant ut inuaderent possessiones eorum. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & uenerunt fratres eius ut consolarentur eum. Ingressusqꝫ est ad uxorem suam: quæ concepit & peperit filium, & uocauit nomē eius Beria, eo quod in malis domus eius ortus esset: filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Beth horō inferiorem & superiorē, & Ozen sara. Porrò filius eius Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan, huius quoqꝫ filius Ammiud qui genuit Elisa
F ma, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue. Possessio autem eorum & habitatio, Bethel cum filiabus suis, & contra orientem Noran, ad occidentalem plagam Gazer & filię eius, Sichem quoqꝫ cum filiabus suis, usqꝫ ad Aia cum filiabus eius. Iuxta filios quoqꝫ Manasse Bethsan & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius: in his habitauerunt filij Ioseph, filij Israel. Filij Aser: Iemna, & Iesua, & Iessui, & Baria, & Sara soror eorum. Filij autem Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barzaith. Heber autem
G genuit Iephlat, & Somer, & Hotam, & Suaa sororem eorum. Filij Iephlat: Phosech, & Bamaal, & Asoth: hi filij Iephlat. Porrò filij Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. Filij autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. Filij Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra, Bosor, & Hod, & Samma, & Salusa, & Iethrā, & Bera. Filij Iether: Iephonne, & Phaspha, & Ara. Filij autem Olla: Aree, & Haniel, & Resia. Omnes hi filij Aser, principes cognationum electi atqꝫ fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum, uigintisex millia.

CAP. VIII

Beniamitarū soboles repetitur aliter quā supra Gen. 46 c supra 7 b

A Beniamin autem genuit Bela primogenitum suum, Asbel secundum, Ahara tertium, Nohaa quartum, & Rapha quintum. Fueruntqꝫ filij Bela: Addar, & Gera, & Abiud. Abisue quoqꝫ, & Naaman, & Ahoe, sed & Gera, & Sephuphan, & Huram. Hi sunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in Gaba, qui translati sunt in Manahath. Naaman autē & Achia, & Gera ipse transtulit eos & genuit Oza & Ahihud. Porrò Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim & Bara uxores suas. Genuit autem de Hodes uxore sua, Iobab, & Sebia, & Mosa, & Molchom, Iehus quoqꝫ & Sechia, & Marma. hi sunt filij eius principes in familijs suis. Mehusim uerò genuit Abitod, & Elphaal.
B Porrò filij Elphaal: Heber, & Misaam, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. Baria autem & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth. Et Ahio, & Sesac, & Ierimoth, & Zabadia, & Arod, & Heber, Michael quoque & Iespha, & Ioha filij Baria. Et Zabadia, & Mosollā, & Hezeci, & Heber, & Iesamari

& Iezlia, & Iobab filij Elphaal. Et Iacim, & Zechri, & Zabdi, & Elioenai, & Selethai, & Eliel, & Adaia, & Baraia & Samarath filij Semei. Et Iesphan, & Heber, & Eliel, & Abdon, & Zechri, & Hanan, & Hanania, & Aelam, & Anathothia, & Iephdaia, & Phanuel filij Sesac. & Samsari, & Sohoria, & Otholia, & Iersia, & Elia, & Zechri, filij Ierohã. hi patriarchæ C & cognationũ principes, qui habitauerunt in Hierusalem. In Gabaon autem habitauerunt Abi gabaon, & nomen uxoris eius Maacha: filiusq; eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedor quoq; & Ahio, & Zacher, & Macelloth: & Macelloth genuit Samaa: habitaueruntq; ex aduerso fratrũ suorum in Hierusalem cũ fratribus suis. Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Ionathan, & Melchi sua, & Abinadab, & Esbaal. Filius autem Ionathan, Meribbaal: & Meribbaal genuit Micha. Filij Micha: Phiton, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porro Zamri genuit Mosa. & Mosa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. Porro Asel sex filij fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi, filij Asel. Filij autem Esec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus secundus, & Eliphalet tertius. Fueruntq; filij Vlã uiri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes usq; ad centum quinquaginta. Omnes hi filij Beniamin.

1.Re.14 g

D

CAP. IX

Enumeratio uniuersorũ Israelitarũ Babylonẽ traductorum, deq; sacerdotum et Leuitarũ munere

2.Esdr.11 b

VNiuersus ergo Israel dinumeratus est: & summa eorum scripta est in libro regum Israel, & Iuda, translatiq; sunt in Babylonem propter delictum suum. Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in urbibus suis: Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinei. Cõmorati sunt in Hierusalẽ de filijs Iuda, & filijs Beniamin de filijs quoq; Ephraim, & Manasse. Othei filius Ammiud, filius Amri, filij Omrai, filij Bonni, de filijs Phares filij Iuda. Et de Siloni: Asaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zara: Iahuel, & fratres eorum, sexcenti nonaginta. Porro de filijs Beniamin: Salo filius Mosollam, filij Oduia, filij Asana: & Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Mosollam filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ. & fratres eorum per familias suas, nõgenti quinquagintasex. B Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. De sacerdotibus autem: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: Azarias quoq; filius Helciæ, filij Mosollam, filij Sadoc, filij Maraioth filij Achitob, pontifex domus dei. Porro Adaias filius Ieroham, filij Phassur, filij Melchiæ: & Maasai filius Adiel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosollamith, filij Emmer. fratres quoq; eorum principes per familias suas, mille septingenti sexaginta: fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo dei. De Leuitis autem: Semeia filius Hassub filij Ezricam, filij Hasebia de filijs Merari. Bacbacar quoq; carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph: & Obdia filius Semeiæ filij Galal, filij Idithun: & Bara C chia filius Asa, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Netophati. Ianitores autem Sellum & Accub, & Telmon, & Ahiman: & frater eorum Sellum princeps. usq; ad illud tempus, in porta regis ad orientem obseruabant per uices suas de filijs Leui. Sellum uero filius Core filij Abiasaph, filij Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij custodes uestibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per uices castrorum domini custodientes introitum. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum corã domino. Porrò Zacharias filius Mosollamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim: & descripti in uillis proprijs: quos constituerunt Da D uid, & Samuel uidens, in fide sua tam ipsos, q; filios eorum in ostijs domus domini, & in tabernaculo uicibus suis. Per quatuor uentos erant ostiarij: id est ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum. Fratres autem eorum in uiculis morabantur, & ueniebant in sabbathis suis de tempore usq; ad tempus. His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erant super exedras, & thesauros domus domini. Per gyrum quoq; templi domini morabantur in custodijs suis: ut cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores. De horum grege erant & super uasa ministerij: ad numerum enim & inferebãtur uasa, & efferebantur. De ipsis & qui credita habebãt utensilia sanctuarij, præerãt similæ, & uino, E

& oleo

& oleo,& thuri,& aromatibus. Filij autem sacerdotum unguenta ex aromatibus conficie-
bant. Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ præfectus erat eorum quæ in
sartagine frigebantur. Porrò de filijs Caath fratribus eorũ, super panes erant propositiõis,
ut semper nouos per singula sabbatha præpararẽt. Hi sunt principes cãtorum per familias
Leuitarũ, qui in exedris morabantur, ut die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Ca-
F pita Leuitarũ, per familias suas principes, manserunt in Hierusalẽ. In Gabaon autẽ cõmora
ti sunt pater Gabaon Iehiel, & nomen uxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Ab-
don, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoq;, & Ahio, & Zacharias, & Ma-
celloth. Porrò Macelloth genuit Samaam: isti habitauerũt e regione fratrum suorũ in Hie
rusalem cum fratribus suis. Ner aũt genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathã,
G & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal. Filius aũt Ionathã, Meribaal: & Meribaal genuit Mi
cha. Porrò filij Micha, Phiton, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Ahaz autem genuit Iara:
& Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa: Mosa ue-
rò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel. Porrò Asel
sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, Hanan. hi
sunt filij Asel.

CAP. X

A PHilisthijm autem pugnabant contra Israel, fugeruntq; filij Israel Philisthæos, & ceci-
derunt uulnerati in monte Gelboe. Cumq; appropinquassent Philisthæi persequẽtes
Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchisua filios Saul. Et aggra-
uatum est prælium contra Saul, inueneruntq; eum sagittarij, & uulnerauerunt iaculis. Et di
xit Saul ad armigerum suum. Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè ueniant incir
B cuncisi isti, & illudant mihi. Noluit autẽ armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit
ergo Saul ensem, & irruit in eum. Quod cum uidisset armiger eius, uidelicet mortuum esse
Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est. Interijt ergo Saul, et tres filij eius, et
omnis domus illius pariter concidit. Quod cum uidissent uiri Israel qui habitabant in cam-
pestribus, fugerunt: et Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt urbes suas, et huc illucq; di-
C spersi sunt: ueneruntq; Philistijm, et habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Phi
listhijm spolia cæsorum, inuenerunt Saul, et filios eius iacentes in monte Gelboe. Cumq;
spoliassent eum, et amputassent caput, armisq; nudassent, miserunt in terram suam, ut
circumferretur, et ostenderetur idolorum templis et populis: arma autem eius consecra-
uerunt in phano dei sui, et caput affixerunt in templo Dagon. Hoc cum audissent uiri Ia-
D bes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthijm fecerant super Saul, consurrexerunt singuli ui-
rorum fortium, et tulerunt cadauera Saul et filiorum eius: attuleruntq; ea in Iabes, et sepe-
lierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Iabes, et ieiunauerunt septem diebus. Mor
tuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quod præuaricatus sit mandatum domini
quod præceperat, et non custodierit: illud sed insuper etiam pythonissam consuluerit, nec
sperauerit in domino, propter quod interfecit eum, et transtulit regnum eius ad Dauid
filium Isai.

Pugnãs Saul contra Philisthæos occiditur cum filijs 2.Reg.31.a

2.Reg.14

CAP. XI

A CONgregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron dicens, Os tuum sumus &
caro tua, Heri quoq; et nudiustertius cum adhuc regnaret Saul tu eras qui educebas
et introducebas Israel: tibi enim dixit dominus deus tuus. Tu pasces populũ meum Israel,
et tu eris princeps super eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in He-
bron, et inijt Dauid cum eis fœdus coram domino: unxeruntq; eum regem super Israel,
iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel. Abijt quoque Dauid, et om-
nis Israel in Hierusalem, hæc est Iebus, ubi erant Iebusęi habitatores terræ. Dixeruntq; qui
B habitabant in Iebus ad Dauid, Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ
est ciuitas Dauid, dixitq;, Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps et dux.
Ascendit igitur primus Ioab filius Saruię, et factus est princeps. Habitauit autem Dauid in
arce, et idcirco appellata est ciuitas Dauid. Aedificauitq; urbem in circuitu à Mello, usque
ad gyrum: Ioab autem reliqua urbis extruxit. Proficiebatq; Dauid uadens et crescẽs, et do

Dauid unctus in regem quo modo gesserit imperium 2.Reg.5.a

minus exercituum erat cum eo. Hi principes uirorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum ut rex fieret super omnē Israel, iuxta uerbum dñi quo locutus est ad Israel. Et iste numerus robustorum Dauid: Iesbaā filius Hachumoni princeps inter triginta: iste leuauit hastam suam super trecentos uulneratos una uice. Et post eum Eleazar filius patrui eius Ahohites, C qui erat inter tres potentes. iste fuit cū Dauid in Phesdomim, quando Philisthijm cōgregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq́ populus à facie Philisthinorum. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum: cumq́ percussissent Philisthæos, dedit dominus salutem magnam populo suo. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid ad speluncam Odollam, quando Philisthijm fuerant castrametati in ualle Raphaim. Porrò Dauid erat in præsidio, & statio Philisthinorum in Bethlehem. Desiderauit igitur Dauid, & dixit, O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid ut biberet: qui noluit, sed magis libauit illam domino, dicens, Absit ut in conspectu dei mei hoc faciam, & sanguinem istorū uirorū bibam: quia in periculo animarū suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoq́ frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam cōtra trecentos uulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, & inter tres secundus inclytus, & princeps eorū: ueruntamē usq́ ad tres primos non peruenerat. Banaia filius Ioiadæ uiri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis. Et ipse percussit uirum Aegyptium cuius statura erat quinq́ cubitorum, & habebat lanceam ut liciatorium texētium: descendit igitur ad eum cum uirga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus, ueruntamen ad tres usq́ non peruenerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. Porrò fortissimi uiri in exercitu Asael frater Ioab, & Elchanan filius patrui eius de Bethlehem, Sammoth Arorites, Helles Phalonites, Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites, Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites, Maharai Netophatites, Heled filius Baana Netophathites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. Filij Assem Gezonites, Ionathan filius Saga Ararites, Ahiam filius Sachar Ararites. Eliphal filius Vr, Hepher Mecherathites. Ahia Phelonites, Hesro Carmelites, Naarai filius Azbai, Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai, Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethęus, Zabad filius Oholi, Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: Hanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozia Astarothites, Samma & Iehiel filij Hotham Arorites, Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites, Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filij Elnaem, & Iethma Moabites, Eliel & Obed, & Iasiel de Masobia.

CAP. XII

Dauidis fortium & principū qui eū sectati sunt catalogus

1. Reg. 27 a

HI quoque uenerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erāt A fortissimi & egregij pugnatores, tendentes arcum, & utraq́ manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas de fratribus Saul ex Beniamin. Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa, Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth. & Baracha & Iehu Anathothites. Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias & Icheziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites. & Eluzai & Ierimuth, & Baalia & Samaria & Saphatia Haruphites. Elcana & Iesia & Azareel & Ioezer & Iesbaam de Carehim: Ioela quoque & Zabadia filij Ieroham de Gedor. Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, cum lateret in deserto, uiri robustissimi, & pugnatores optimi, tenētes clypeum & hastam: B facies eorum quasi facies leonis, & ueloces quasi capreæ in montibus: Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus, Eliel septimus

mus, Iohanan octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Mathbanai undecimus. hi de filijs Gad principes exercitus: nouissimus centum militibus præerat, & maximus mille. Isti sunt qui trāsierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas, &
C omnes fugauerunt qui morabantur in uallibus ad orientalem plagam & occidentalem. Venerunt autem & de Beniamin & de Iuda ad præsidium in quo morabatur Dauid. Egressusq; est Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè uenistis ad me ut auxiliemini mihi, cor meum iungatur uobis. Si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, uideat deus patrum nostrorum, & iudicet. Spiritus uerò induit Amasai principem inter triginta, & ait, Tui sumus o Dauid, & tecum fili Isai, pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis. tē enim adiuuat deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit principes turmæ. Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando ueniebat cum Philisthijm ad
D uersus Saul, ut pugnaret: & non dimicauit cum eis, quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes, Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. *1.Reg.29 b* Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes militum in Manasse. hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos: omnes enim erant uiri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. Sed & per singulos dies ueniebant ad Dauid, ad auxiliandum ei, usq; dum fieret grandis numerus quasi exercitus dei. Iste quoq; est numerus principum exercitus, qui uenerunt ad Dauid, cum esset in Hebron, ut transferrent regnum Saul ad
E eum, iuxta uerbum domini. Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium. De filijs Simeon uirorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum. De filijs Leui, quatuor millia sexcenti. Ioiada quoq; princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti. Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris eius principes uigintiduo. De filijs autem Bēiamin fratribus Saul, tria millia. magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. Porrò de filijs Ephraim uiginti millia octingenti, fortissimi robore, uiri nominati in cognationibus suis. Et ex dimidia parte tribus Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua uenerunt ut constituerent regem Dauid.
F De filijs quoque Issachar, uiri eruditi qui nouerant singula tempora ad pręcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur. Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia, & uenerunt in auxilium non in corde duplici, Et de Nephtali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia. De Dan etiam præparati ad prælium, uiginti octo millia sexcenti. Et de Aser egredientes ad pugnam & in acie prouocantes, quadraginta millia. Trans Iordanem autem de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centum uiginti mil-
G lia. Omnes isti uiri bellatores expediti ad pugnādum corde perfecto uenerunt in Hebron, ut constituerēt regem Dauid super uniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, uno corde erant ut rex fieret Dauid. Fueruntq; ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. præparauerant enim eis fratres sui. Sed & qui iuxta eos erant, usq; ad Issachar & Zabulon & Nephtali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad uescendum: farinam, palathas, uuam passam, uinum, oleum, boues, arietes ad omnem copiam. gaudium quippe erat in Israel.

CAP. XIII

A INijt autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & uniuersis principibus, & ait ad omnem cœtū Israel, Si placet uobis, & à domino deo nostro egredietur sermo quē loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in uniuersas regiōes Israel: & ad sacerdotes & Leuitas qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos, & reducamus arcā dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eam in diebus Saul. Et respondit uniuersa multitudo ut ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctum Israel
B à Sihor Aegypti usque dum ingrediaris Emath, ut adduceret arcam dei de Cariathiarim. Et ascendit Dauid & omnis uir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, ut afferret

Reliquæ familiæ Israel uocantur, & reducitur arca de Cariathiarim

2.Reg.6 a

inde arcam domini dei sedentis super cherubim, ubi inuocatum est nomen eius. Imposuerunt que arcã dei super plaustrum nouum de domo Abinadab: Oza autem & frater eius minabant plaustrum. Porrò Dauid & uniuersus Israel, ludebant coram deo omni uirtute, in canticis & in citharis, & psalterijs, & tympanis, & cymbalis & tubis. Cum autem peruenissent ad aream Chidon, tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens, paululum inclinauerat eam. Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, & mortuus est ibi coram deo. Contristatúsque est Dauid, eo quod diuisisset dominus Ozam: uocauitque locum illum, Diuisio Ozæ, usque in præsentem diem. Et timuit deum tunc temporis dicens, Quomodo possum ad me introducere arcam dei? Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est in ciuitatem Dauid, sed auertit in domum Obed edom Gethæi. Mansit ergo arca dei in domo Obed edom tribus mensibus: & benedixit dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

Quomodo Hiram miserit Dauidi ligna, & de polygamia eius & prælijs cũ Philisthæis

2. Reg. 5 c

CAP. XIIII

MIsit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorumque: ut ædificarent ei domum. Cognouitque Dauid eo quòd confirmasset eum dominus in regem super Israel, & subleuatum est regnum suum super populum eius Israel. Accepit quoque Dauid alias uxores in Hierusalem: genuitque filios & filias. Et hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem: Samua & Sobab, Nathan & Salomon, Iebahar, & Elisua, & Eliphalet, Noga quoque & Napheg, & Iaphia, Elisama, & Baal iada, & Eliphalet. Audientes autem Philisthijm quod unctus esset Dauid in regem super uniuersum Israel, ascenderunt omnes ut quærerent eum: quod cum audisset Dauid, egressus est obuiã eis. Porrò Philisthijm uenientes, diffusi sunt in ualle Raphaim. Consuluitque Dauid dominum dicens, Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in Baal pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Diuisit deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ, & idcirco uocatum est nomen loci illius Baal pharasim. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Alia etiam uice Philisthijm irruerunt, & diffusi sunt in ualle. Consuluitque rursum Dauid deum: & dixit ei deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & uenies contra illos ex aduerso pyrorum. Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. egressus est enim deus ante te, ut percutiat castra Philisthijm. Fecit ergo Dauid, sicut præceperat ei deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon usque Gazera. Diuulgatumque est nomen Dauid in uniuersis regionibus: & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

Quibus ceremonijs arca dei sit relata, et quõ Dauid à Michol irrisus

2. Reg. 6 c

CAP. XV

FEcit quoque sibi domos in ciuitate Dauid: & ædificauit locum arcæ dei, tetenditque ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid, Illicitum est ut à quocunque portetur arca dei, nisi à Leuitis: quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi, usque in æternũ. Congregauitque uniuersum Israel in Hierusalem, ut afferretur arca dei in locum suum quem præparauerat ei. Necnon & filios Aaron & Leuitas. de filijs Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius centum uiginti. De filijs Merari, Asaia princeps: & fratres eius ducenti uiginti. De filijs Gersom, Ioel princeps: & fratres eius centum triginta. De filijs Elisaphan, Semeias princeps: & fratres eius ducenti. De filijs Hebron, Eliel princeps & fratres eius octoginta. De filijs Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim. Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab: & dixit ad eos, Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cũ fratribus uestris, & afferte arcam domini dei Israel ad locum qui ei præparatus est: ne ut à principio, quia non eratis præsentes, percussit nos dominus: sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agẽtibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitę, ut portarent arcam domini dei Israel. Et tulerunt filij Leui arcã dei, sicut pręceperat Moyses iuxta uerbum domini, humeris suis, in uectibus. Dixitque Dauid principibus Leuitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis uidelicet, & lyris, & cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus

C nitus lætitiæ. Constitueruntq; Leuitas: Hemã filium Ioel, & de fratribus eius Asaph filium Barachię. de filijs uero Merari, fratribus eorum Ethan filium Casaiæ. Et cum eis fratres eorum, in secundo ordine, Zachariam & Ben & Iaziel & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab & Banaiam & Maasiam & Mathathiam & Eliphalu & Maceniam & Obed edom & Iehiel ianitores. Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes. Zacharias autem & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabant. Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed edom & Iehiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebant Epinicion. Chonenias autẽ princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam: erat quippe ualde sapiens. Et Barachias, & Elcana: ianitores arcæ. Porrò Sebenias & Iosaphat & Nathanael & Amasai D & Zacharias & Banaias & Eliezer sacerdotes, clangebant tubis corã arca dei: & Obed edõ & Iehias erant ianitores arcæ. Igitur Dauid & maiores natu Israel, & tribuni, ierunt ad deportandã arcam fœderis domini de domo Obed edom cũ lætitia. Cumq; adiuuisset deus Leuitas qui portabant arcã fœderis domini, immolabantur septẽ tauri & septẽ arietes. Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & uniuersi Leuitę qui portabant arcam, cantoresq;, & Chonenias princeps prophetiæ inter cãtores: Dauid aũt indutus erat ephod lineo. Vniuersusq; Israel deducebant arcã fœderis domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & Nablis & citharis concrepantes. Cumq; peruenisset arca fœderis domini usq; ad ciuitatem Dauid: Michol filia Saul prospiciens per fenestrã, uidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

CAP. XVI

Quantis præconijs excepta sit arca domini

2. Reg. 6 d

A Attulerunt igitur arcam dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta & pacifica coram deo. Cúmque complesset Dauid offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini. Et diuisit uniuersis per singulos à uiro usq; ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubulæ, & frixam oleo similam. Constituitq; coram arca domini de Leuitis, qui ministrarent & recordarentur operum eius, & glorificarent, atq; laudarẽt dominum deum Israel: Asaph principem, & secundum eius Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed edom, & Iehiel super organa psalterij & lyras: Asaph autem, ut cymbalis personaret: Banaiam uerò & Iahaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis dei. In illo die fecit Dauid principem ad confitendum domino, Asaph & fratres eius.

Psal. 104 b
Isa. 12 a

Confitemini domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius.
Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
B Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium dominum.
Quærite dominum, & uirtutem eius: quærite faciem eius semper.
Recordamini mirabilium eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.
Semen Israel serui eius: filij Iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in uniuersa terra iudicia eius.
Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit in mille generationes,
Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac.
Et constituit illud Iacob in præceptum: & Israeli in pactum sempiternum,
Dicens, tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis uestræ.
Cum essent pauci numero, parui & coloni eius.
Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.
Non dimisit quenquam calumniari eos: sed increpauit pro eis reges,
Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Cantate domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare eius.
C Narrate in gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius.
Quia magnus dominus & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.
Omnes enim dij populorum idola: dominus autem cœlos fecit.

Confessio & magnificentia coram eo:fortitudo & gaudium in loco eius.
Afferte domino familiæ populorum:afferte domino gloriam & imperium.
Date domino gloriam nomini eius,leuate sacrificium ,& uenite in conspectu eius:& adora- te dominum in decore sancto.
Commoueatur à facie eius omnis terra:ipse enim fundauit orbem immobilem.
Lætentur cœli,& exultet terra:& dicant in nationibus,Dominus regnauit.
Tonet mare,& plenitudo eius:exultent agri,& omnia quæ in eis sunt.
Tunc laudabunt ligna saltus coram domino:quia uenit iudicare terram.
Confitemini domino quoniam bonus:quoniam in ęternum misericordia eius.
Et dicite,Salua nos deus saluator noster:& cōgrega nos,& erue de gentibus,ut cōfiteamur nomini sancto tuo,& exultemus in carminibus tuis.
Benedictus dominus deus Israel ab æterno,& usq; in æternum:& dicat omnis populus A- men,& hymnum domino. D

Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis domini Asaph & fratres eius : ut ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies , & uices suas. Porrò Obed edom , & fratres eius sexaginta octo : & Obed edom filium Idithun , & Hosa constituit ianitores . Sadoc au- tem sacerdotem , & fratres eius sacerdotes,coram tabernaculo domini in excelso , quod e- rat in Gabaon : ut offerrent holocausta domino super altare holocaustomatis iugiter ma- nè & uesperè, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini, quam præcepit Israeli . Et post eum Heman & Idithun & reliquos electos, unumquenque uocabulo suo ad confitendum domino : quoniam inæternum misericordia eius . Heman quoque & Idithun canentes tu- ba,& quatientes cymbala:& omnia musicorum organa ad canendum deo: filios autem Idi thun fecit esse portarios. Reuersusq; est omnis populus in domum suam:& David, ut be- nediceret etiam domui suæ.

Num.28 a
Exod.19 g

CAP. XVII

Dauidis insti- tutū in ædifi- catiōe ædis do mini ibibetur

CVm autem habitaret David in domo sua,dixit ad Nathan prophetam,Ecce ego ha- bito in domo cedrina:arca autem fœderis domini sub pellibus est . Et ait Nathan ad David,Omnia quæ in corde tuo sunt,fac:deus enim tecū est. Igitur nocte illa factus est ser mo dei ad Nathan dicēs, Vade & loquere David seruo meo,Hæc dicit dominus,Nō ędifi- cabis tu mihi domum ad habitandū. Neq; enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel usq; in diem hanc:sed fui semper mutans loca tabernaculi , & in tentorio manēs cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem uni iudicum Israel,quibus præceperam ut pasce- rent populum meum,& dixi,Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Nunc itaque sic loqueris ad seruū meum David : Hæc dicit dominus exercituū, Ego tuli te,cū in pascuis sequereris gregē:ut esses dux populi mei Israel. Et fui tecum quocunq; perrexisti:& interfe- ci omnes inimicos tuos coram te,feciq; tibi nomen quasi unius magnorū qui celebrantur in terra. Et dedi locum populo meo Israel:plantabitur,& habitabit in eo,& ultrà non commo uebitur:nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio ex diebus quibus dedi iudices po- pulo meo Israel,& humiliaui uniuersos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi,quod ædificatu- rus sit tibi dominus domum. Cumq; impleueris dies tuos, ut uadas ad patres tuos,suscita- bo semen tuum post te,quod erit de filijs tuis:& stabiliam regnum eius, Ipse ædificabit mi- hi domum,& firmabo soliū eius usq; in æternum . Ego ero ei in patrem , & ipse erit mihi in filium:& misericordiam meam non auferam ab eo,sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et sta tuam eum in domo mea,& in regno meo usq; in sempiternum:& thronus eius erit firmissi- mus in perpetuum. Iuxta omnia uerba hæc,& iuxta uniuersam uisionem istam , sic locutus est Nathan ad David . Cumq; uenisset rex David, & sedisset coram domino, dixit, Quis ego sum domine deus , & quæ domus mea , ut præstares mihi talia ? Sed & hoc parum ui- sum est in conspectu tuo , ideoq; locutus es super domum serui tui etiam in futurum: & fe- cisti me spectabilē super omnes homines domine deus. Quid ultrà addere potest David, cum ita glorificaueris seruum tuum,& cognoueris eum ? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificētiam hanc,& nota esse uoluisti uniuersa magnalia.

A B C

D Domine non est similis tui:& non est alius deus absq; te ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. Quis enim est alius, ut populus tuus Israel, gens una in terra, ad quam perrexit deus, ut liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atq; terroribus eijceret nationes à facie eius, quem de Aegypto liberarat? Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum usq; in æternum, & tu domine factus es deus eius. Nunc igitur domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, cōfirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es. Permaneatq;, & magnificetur nomen tuum usq; in sempiternū: & dicatur, Dominus exercituum deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim domine deus meus reuelasti auriculam serui tui, ut ædificares ei domum: idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, ut oret coram te. Nunc ergo domine tu es deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. Et cœpisti benedicere domui serui tui, ut sit semper coram te: te enim domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

CAP. XVIII

Expugnat Dauid uicinas ciuitates 2. Reg. 8 a

A FActum est autem post hæc, ut percuteret Dauid Philisthijm, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias eius de manu Philisthijm: percuteretq; Moab & fierent Moabitæ serui Dauid, offerentes ei munera. Eo tempore percussit Dauid etiam Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit ut dilataret imperium suum usq; ad flumen Euphratem. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius & septem millia equitum: ac uiginti millia uirorum peditum: subneruauitq; omnes equos curuum, exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi. B Superuenit autem & Syrus Damascenus, ut auxilium præberet Adarezer regi Soba: sed & huius percussit Dauid uigintiduo millia uirorum. Et posuit milites in Damasco, ut Syria quoq; seruiret sibi, & offerret munera. Adiuuitq; eum dominus in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoq; Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer: & attulit eas in Ierusalem. Necnon de Thebath & Chun urbibus Adarezer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & uasa ænea. Quod cum audisset Thou C rex Hemath, percussisse uidelicet Dauid omnem exercitum Adarezer regis Soba, misit Adoram filium suum ad regem Dauid, ut postularet ab eo pacem, & congratularetur ei quod percussisset, & expugnasset Adarezer: aduersarius quippe erat Thou Adarezer. Sed & omnia uasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex domino cum argento & auro quod tulerat ex uniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthijm & Amalec. Abisai uerò filius Saruiæ percussit Edom in ualle salinarum, decem D & octo millia: & constituit in Edom præsidium, ut seruiret Idumæa Dauid: saluauitq; dominus Dauid in cūctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid super uniuersum Israel, & faciebat iudiciū atq; iustitiā cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum & Iosaphat filius Ahilud à cōmentarijs. Sadoc autem filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba. Banaias quoq; filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi: porrò filij Dauid primi ad manum regis.

CAP. XIX

Dauid legatos ab Hanone iniuria affectos ulciscitur 2. Reg. 10 a

A ACcidit autem ut moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius eius pro eo, Dixitq; Dauid, Faciam misericordiam cum Hanō filio Naas: præstitit enim mihi pater eius gratiā. Misitq; Dauid nuntios ad consolandū eum super morte patris sui. Qui cū peruenissent in terram filiorū Ammon ut cōsolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu forsitan putas quòd Dauid honoris causa in patrem tuum, miserit qui consolarentur te: nec animaduertis quod ut explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam uenerint ad te serui eius. Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & rasit, & præscidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes, & dimisit eos. Qui cum abijssent & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit ut manerent in Iericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reuerterentur. B Videntes autem filij Ammon quod iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxeruntq; triginta duo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cum uenissent, castrametati sunt e regione

Medaba. Filij quoq; Ammon congregati de urbibus suis, uenerunt ad bellum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnē exercitum uirorū fortium: egressiq; filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portā ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius uenerant, separatim in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerso, & post tergum contra se fieri, elegit uiros fortissimos de uniuerso Israel, & perrexit contra Syrum. reliquam autem partem C populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitq;, Si uicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. Confortare, & agamus uiriliter pro populo nostro, & pro urbibus dei nostri: dominus autem quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab, & populus qui cū eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. Porrò filij Ammon uidentes quod fugisset Syrus, ipsi quoq; fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusq; est etiam Ioab in Ierusalem. Videns autem Syrus quod cecidisset coram Israel, misit nuntios, D & adduxit Syrum qui erat trans fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum. Quod cum annuntiatum esset Dauid, congregauit uniuersum Israel, & trāsiuit Iordanem, irruitq; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contra pugnantibus. Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruū, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem serui Adarezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitq; ultrà Syria auxilium præbere filijs Ammon.

CAP. XX

Describuntur & hic nōnulla Dauidis magnifica gesta 2. Reg. 11 a

FActum est autem post anni circulum, eo tempore quo solēt reges ad bella procedere, A congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & uastauit terrā filiorum Ammon: perrexitq;, & obsedit Rabba: porrò Dauid manebat in Hierusalem, quādo Ioab percussit Rabba, & destruxit eam. Tulit autem Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas: fecitq; sibi inde diadema: manubias quoque B urbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita ut dissecarentur & contererentur: sic fecit Dauid cunctis urbibus filiorum Ammon: & reuersus est cum omni populo suo in Hierusalem. Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philisthæos: in quo percussit Sobochai C Husathites, Saphai de genere Raphaim, & humiliauit eos. Aliud quoque bellum gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus Lehemitem fratrē Goliath Gethæi, cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus senos habens digitos, id est simul uigintiquatuor: D qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus. Hic blasphemauit Israel: & percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

CAP. XXI

Numerando populum Dauid offendit deum, quapropter Israel grauiter affligitur 2. Reg. 24 a

COnsurrexit autem satan contra Israel: & incitauit Dauid ut numeraret Israel. Dixitq; A Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite, & numerate Israel à Bersabee, usque Dan: & afferte mihi numerum, ut sciam. Responditq; Ioab, augeat dominus populum suum centuplum, quàm sunt: nónne domine mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Israeli? Sed sermo regis magis præualuit: egressusq; est Ioab, & circuiuit uniuersum Israel: & reuersus est Hierusalem. Deditq; Dauidi numerum eorum quos circuierat: & inuentus est omnis numerus Israel mille millia, & centum millia uirorum educētium gladium: de Iuda autem quadringenta septuaginta millia bellatorum. Nam Leui & Beniamin nō numerauit eo quod Ioab inuitus exequeretur regis imperium. B Displicuit autem deo quod iussum erat: & percussit Israel. Dixitq; Dauid ad deum, Peccaui nimis ut hoc facerem: obsecro aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. Et locutus est dominus ad Gad uidentem Dauidis, dicens, Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei, Hæc dicit dominus, Trium tibi optionem do: unum quod uolueris elige, & faciam tibi. Cumq; uenisset Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit dominus, Elige quod uolueris: Aut tribus annis pestilentiam famis: aut tribus mensibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum non

posse

posse euadere: aut tribus diebus gladium domini, & mortem uersari in terra, & angelum B domini interficere in uniuersis finibus Israel: nunc igitur uide quid respondeam ei qui misit me. Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est ut incidam in manus domini, quia multæ sunt miserationes eius: quàm in manus hominũ. Misit ergo dominus pestilentiam in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia uirorum. Misit quoq; angelum in Ierusalem, ut percuteret eam: cumq; percuteretur, uidit dominus, & misertus est super magnitudine mali: & imperauit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam cesset manus tua. Porrò angelus domini stabat iuxta aream Ornan Iebusæi. Leuansque Dauid oculos suos, uidit angelum domini stantem inter cœlum & terram & euaginatum gladium in manu eius, & uersum contra Ierusalem: & ceciderunt tam ipse quàm maiores natu uestiti cilicijs proni in terram. Dixitq; Dauid ad deum, Nonne ego sum qui iussi ut C numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci: iste grex quid cõmeruit? Domine deus meus uertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei: populus autẽ tuus non percutiatur. Angelus autem domini præcepit Gad ut diceret Dauidi ut ascenderet, extrueretq; altare domino deo in area Ornan Iebusæi. Ascendit ergo Dauid iuxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine domini. Porrò Ornan cum suspexisset, & uidisset angelum, quatuorq; filij eius cum eo absconderunt se: nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum ueniret Dauid ad Ornan, cõspexit eum Ornan, & processit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terram, Dixitq; ei Dauid, Da mihi locũ areæ tuæ, ut ædificem in ea altare domino: ita ut quantum ualet argenti accipias, & cesset plaga à populo. Dixit autem Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunq; ei pla- D cet: sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticum in sacrificium, omnia libens præbebo. Dixitq; ei rex Dauid, Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo quãtum ualet: neq; enim tibi auferre debeo, & sic offerre domino holocausta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan, pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. Et ædificauit ibi altare domino: obtulitq; holocausta, & pacifica: & inuocauit dominum, & exaudiuit eum in igne de cœlo super altare holocausti. Præcepitq; dominus angelo: & conuertit gladium suum in uaginam. Protinus ergo Dauid, uidens quod exaudisset eum dominus in area Ornan Iebusæi, immolauit ibi uictimas. Tabernaculum autem domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, ea tempestate erat in excelso Gabaon. Et non præualuit Dauid ire ad altare, ut ibi obsecraret deum: nimio enim fuerat timore perterritus, uidens gladium angeli domini.

CAP. XXII

Dauid adornat templo extruendo necessaria & Salomoni eius ædificandi curam committit.

A Dixitq; Dauid, Hæc est domus dei, & hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit ut congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, ut ædificaretur domus dei. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atq; iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. Ligna quoq; cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autem quam ædificare uolo domino, talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam, ante mortem suam omnes præparauit impensas. Vocauitq; Salomonem filium suum: & præcepit ei ut ædificaret domum domino deo Is- B rael. Dixitq; Dauid ad Salomonem, Fili mi, uolũtatis meæ fuit ut ædificarem domum nomini dei mei. Sed factus est sermo domini ad me, dicens, Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: filius qui nascetur tibi, erit uir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus uocabitur: & pacem, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. Ipse ædificabit domum nomini meo: & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboq; solium regni eius super Israel in æternum. Nunc ergo fili mi, sit dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum domino deo tuo, sicut lo- C cutus est de te. Det quoq; tibi dominus prudentiam & sensum, ut regere possis Israel, & cu-

2. Reg. 7. a

3. Reg. 5. a

ſtodire legem domini dei tui. Tunc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mādata, & iudicia quæ pręcepit dominus Moyſi ut doceret Iſrael: confortare & uiriliter age, ne timeas, neque paueas. Ecce ego in paupertate mea præparaui impēſas domus domini, auri talenta cētum millia, & argenti mille millia talentorum: æris uerò, & ferri non eſt pondus: uincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad uniuerſa impendia. Habes quoq; plurimos artifices latomos, & cæmentarios, artificesq; lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentiſſimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit dominus tecum. Præcepit quoq; Dauid cūctis principibus Iſrael, ut adiuuarēt Salomonē filium ſuū, Cernitis, inquiēs, quod dominus deus ueſter uobiſcū ſit, & dederit uobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes in manus ueſtras, & ſubiecta ſit terra corā domino, & corā populo eius. Præbete igitur corda ueſtra & animas ueſtras ut quæratis dn̄m deum ueſtrum: & conſurgite & ædificate ſanctuarium domino deo: ut intro ducatur arca fœderis dn̄i, & uaſa deo cōſecrata in domum quæ ædificatur nomini domini. D

CAP. XXIII

Dauid ſenex regē cōſtituit Salomonē, & Leuitis officia aſſignat

IGitur Dauid ſenex & plenus dierum, regē conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. Et cōgregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes atq; Leuitas. Numeratiq; ſunt Leuitæ à triginta annis, & ſuprà: & inuenta ſunt trigintaocto millia uirorum. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſteriū domus domini uigintiquatuor millia: præpoſitorū aūt & iudicum, ſex millia. Porrò quatuor millia ianitores: & totidē pſaltes canētes domino in organis quę fecerat ad canendum. Et diſtribuit eos Dauid per uices filiorum Leui, Gerſon uidelicet & Caath, & Merari. Filij Gerſon: Leedā, et Semei. Filij Leedā: princeps Iahiel & Zetham, & Ioel, tres. Filij Semei: Solomith & Hoziel & Aram, tres: iſti principes familiarum Leedan. Porrò filij Semei: Ieheth, & Zina, et Iaus, & Baria: iſti filij Semei, quatuor. Erat aūt Ieheth prior, Zina ſecūdus: porrò Iaus & Baria nō habuerūt plurimos filios, & idcirco in una familia unaq; domo cōputati ſunt. Filij Caath: Amram & Iſaar, Hebrō et Oziel, quatuor. Filij Amram, Aaron, & Moyſes. Separatusq; eſt Aaron ut miniſtraret in ſanctoſanctorum, ipſe & filij eius in ſempiternum, & adoleret incenſum domino ſecundū ritum ſuū, ac benediceret nomini eius in ſempiternū. Moyſi quoq; hominis dei filij annumerati ſunt in tribu Leui. Filij Moyſi: Gerſom & Eliezer. Filij Gerſom: Subuel primus. Fuerunt autem filij Eliezer: Rohobia primus: & non erant Eliezer filij alij. porrò filij Rohobia multiplicati ſunt nimis. Filij Iſaar: Salomith primus. Filij Hebron: Ieriau primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. Filij Oziel: Micha primus, Ieſia ſecundus. Filij Merari: Moholi et Muſi. Filij Moholi: Eleazar et Cis. Mortuus eſt autem Eleazar, et non habuit filios, ſed filias: acceperuntq; eas filij Cis fratres earum. Filij Muſi: Moholi et Eder et Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus et familijs ſuis, principes per uices et numerum capitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterij domus domini à uiginti annis, et ſuprà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit dominus deus Iſrael populo ſuo, et habitationē Ieruſalem uſq; in æternum. Nec erit officij Leuitarum ut ultrà portent tabernaculum, et omnia uaſa eius ad miniſtrandum. Iuxta præcepta quoq; Dauid nouiſſima ſupputabitur numerus filiorum Leui à uiginti annis et ſuprà. Et erunt ſub manu filiorum Aaron in cultum domus domini, in ueſtibulis et in exedris, et in loco purificationis, et in ſanctuario, et in uniuerſis operibus miniſterij templi dei. Sacerdotes autē, ſuper panes propoſitionis, et ad ſimilæ ſacrificium, et ad lagana et azyma et ſartaginem, et ad torrendum et ſuper omne pōdus atq; menſuram. Leuitæ uero, ut ſtent mane ad confitendum, et canendum domino: ſimiliterq; ad ueſperam, tam in oblatione holocauſtorum domini, quàm in Sabbathis et Calendis et ſolennitatibus reliquis iuxta numerum et ceremonias uniuſcuiuſq; rei iugiter coram domino. Et cuſtodiant obſeruationes tabernaculi fœderis, et ritum ſanctuarij, et obſeruationem filiorū Aaron fratrum ſuorum ut miniſtrent in domo domini.

A

B

Exo.2 d 6 c
Heb.5 b

C

D

CAP. XXIIII

Præſcribūtur filijs Aaron et principibus ſacerdotum ſua officia

POrro filijs Aaron hæ partitiones erant. Filij Aaron: Nadab et Abiu et Eleazar et Ithamar. Mortui ſunt autem Nadab et Abiu ante patrem ſuum abſq; liberis, ſacerdotioq; functus eſt Eleazar et Ithamar. Et diuiſit eos Dauid et Sadoc de filijs Eleazari, et Abimelech

A

lech de filijs Ithamar secundum uices suas & ministerium. Inuentiq; sunt multo plures filij Eleazar in principibus uiris, quàm filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est filijs Eleazar principes per familias sedecim: & filijs Ithamar per familias & domos suas octo. Porrò diuisit B utrasq; inter se familias sortibus: erant enim principes sanctuarij, & principes dei tam de filijs Eleazar quàm de filijs Ithamar. Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Abimelech filio Abiathar, principibus quoq; familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: unam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar: & alteram domum, quę sub se habebat cæteros, Ithamar. Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedeie, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Accos, octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, undecima Eliasib, duodecima Ia C cim, tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaab, decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Pheteia, uicesima Hezechiel, uicesimaprima Iachin, uicesimasecūda Gamul, uicesimatertia Dalaiau, uicesimaquarta Maaziau. Hæ uices eorū secundū ministeria sua, ut ingrediantur domū domini iuxta ritū suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præcepit dominus deus Israel. Porrò filiorū Leui, qui reliqui fuerāt: de filijs Amrā erat Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quoq; Rohobię princeps Iesias. Isaari uerò filius Salemoth: filiusq; Salemoth Iahath: filiusq; eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaā quartus. Filius Oziel, Micha, filius Mi D cha, Samir. Frater Micha, Iesia: filiusq; Iesiæ, Zacharias. Filij Merari: Moholi & Musi, filius Oziau: Benno. Filius quoq; Merari: Oziau & Soā & Zacchur & Hebri. Porrò Moholi filius Eleazar: qui nō habebat liberos. Filius uerò Cis, Ierameel. Filij Musi: Moholi, Eder & Ierimoth. isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Abimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat.

CAP. XXV

Filiorum Asaph, Idithun & Hemā quæ fuerint munia
Eccl. 47 b

A IGitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes. De filijs Asaph: Zachur & Ioseph & Nathania & Asarela, filij Asaph: sub manu Asaph prophetantis iuxta regem. Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Iescias, & Hasabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super cōfitentes & laudantes dominū. Heman quoq;: filij Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliathā, Gedlethi, & Rōmenthi ezer, Iesbacassa, Melothi, Othir, Mahazioth: omnes isti, filij Heman ui B dentis regis in sermōibus dei, ut exaltaret cornu: deditq; deus Heman filios quatuordecim: & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandū in templo domini distributi erant in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in ministeria domus dei iuxta regē: Asaph uidelicet, & Idithun & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticū domini, cuncti doctores ducenti octogintaocto. Miseruntq; sortes per uices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. Egressaq; est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filijs eius, & fratribus eius duodecim. Tertia Za C chur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciau, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Isreela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. Duodecima Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ieri D moth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacasse, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellothi, filijs et fratribus eius duodecim.

Vicesima Eliatha, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi: filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima tertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaquarta Romemthi ezer, filijs & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI

Ianitorum institutio & munus

A Diuisiones aũt ianitorum. de Coritis Meselemia, filius Core, de filijs Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadiel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelã quintus, Iohanã sextus, Elioenai septimus. Filij aũt Obed edom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi dñs. Semeiæ aũt filio eius nati sunt filij, præfecti familiarũ suarum: erãt enim uiri fortissimi. Filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius uiri fortissimi: Eliu quoq;, & Samachias. omnes hi, de filijs Obed edõ: ipsi & filij, & fratres eorũ fortissimi, ad ministrandũ, sexagintaduo de Obed edom. Porrò Meselemiæ filij, & fratres eorũ robustissimi, decẽ & octo. De Hosa autem, id est de filijs Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitũ, & idcirco posuerat eum pater eius in principẽ: Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hosa, tredecim. Hi diuisi sunt in Ianitores, ut semper principes custodiarũ, sicut & fratres eorũ ministrarẽt in domo dñi. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas in unãquanq; portarũ. Cecidit ergo sors oriẽtalis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, uiro prudentissimo, & erudito, sortito obtigit plaga septẽtrionalis. Obed edom uerò, & filijs eius ad austrũ: in qua parte domus, erat seniorum cõcilium. Sephim, & Hosa, ad occidentẽ, iuxta portam quæ ducit ad uiã ascensionis: custodia contra custodiam. Ad orientẽ uerò, Leuitæ sex: & ad aquilonẽ, quatuor per diẽ: atq; ad meridiẽ similiter in die, quatuor: & ubi erat cõcilium, bini & bini. In cellulis quoq; ianitorũ ad occidentẽ, quatuor in uia: biniq; per cellulas. Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari.

Supra 9 c B

C Porrò Achias erat super thesauros domus dei, & uasa sanctorum. Filij quoq; Ledan, filij Gersonni: de Ledan principes familiarum, Ledan & Gersonni, Iehieli. Filij Iehieli: Zathã, & Ioel fratres eius super thesauros domus domini, Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis & Ozielitis. Subael autem filius Gerson, filij Moysi, præpositus thesauris. Fratres quoq; eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Ioram, huius quoq; filius Zechri, & huius filius Selemith. ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarum, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus, de bellis & manubijs præliorum quæ consecrauerant ad instaurationem & supellectilem templi domini. Hæc autem uniuersa sanctificauit Samuel uidẽs, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: omnes qui sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrum eius. D Isaaritis uerò præerat Chonenias, & filij eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum, & iudicandum eos. Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius uiri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra occidentem, in cunctis operibus domini, & in ministerium regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti sunt uiri fortissimi in Iazer Galaad, fratresq; eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium dei & regis.

CAP. XXVII

Quæ præfectorũ, principũ & quorũcunq; ministrorũ Dauidis fuerint officia

A Filij autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum, tribuni & centuriones, & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in anno: uigintiquatuor millibus singuli præerant. Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo uiginti quatuor millia. De filijs Phares, princeps cunctorum principum exercitus mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus uigintiquatuor millium. Dux quoq; turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ sacerdos: & in diuisiõe sua uigintiquatuor millia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta

ginta,& super triginta. præerat autem turmæ ipsius Amizabad filius eius. Quartus mense B quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum: & in turma eius uigintiqua-tuor millia. Quintus mense quinto, princeps Samaoth Iezerites,& in turma eius uigintiqua tuor millia. Sextus mēse sexto, Hira filius Acces Thecuites:& in turma eius uigintiquatuor millia. Septimus mense septimo, Helles Phallonites de filijs Ephraim: & in turma eius ui-gintiquatuor millia. Octauus mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius uigintiquatuor millia. Nonus mense nono, Abiezer Anathothites de filijs Iemi ni:& in turma eius uigintiquatuor millia. Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Netopha thites de stirpe Zarahi: & in turma eius uigintiquatuor millia. Vndecimus, mense undeci-mo, Banaias Pharathonites de filijs Ephraim:& in turma eius uigintiquatuor millia. Duo-decimus, mense duodecimo, Holdai Netophatites de stirpe Gothoniel: & in turma eius ui-C gintiquatuor millia. Porrò tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Ze-chri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iudaitis Eliu frater Dauid: Isacharitis, Amri filius Michael: Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nepththalitis, Ierimoth filius Ozriel: filijs Ephraim, Osee filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ: & dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Iasiel filius Abner: Dan uerò, Ezriel filius Ierohā. hi prin-cipes filiorum Israel. Noluit autem Dauid numerare eos à uiginti annis inferius: quia dixe-rat dominus ut multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec cōpleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel:& idcirco numerus eorum qui fuerant recē siti, non est relatus in fastos regis Dauid. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem thesauris qui erāt in urbibus,& in uicis, & in turribus præsidebat Ionathā D filius Oziæ. Operi autē rustico,& agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Che-lub. Vinearumq; cultoribus, Semeias Ramathites: cellis autem uinarijs, Zabdias Sapho-mites, Nam super oliueta & ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gaderites: super a-pothecas autem olei, Ioas. Porrò armentis quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Se-trai Saronites:& super boues in uallibus, Saphat filius Adli: super camelos uerò, Vbil Is-maelites:& super asinos, Iadias Meronathites: super oues quoq; Iaziz Agarenus. omnes hi, principes substantiæ regis Dauid. Ionathan autem patruus Dauid consiliarius, uir pru-dens & literatus: ipse & Iahiel filius Hachamoni, erāt cum filijs regis. Achitophel etiam cō-siliarius regis,& Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaię, & Abiathar, Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

CAP. XXVIII

A CONuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum,& præpositos turma rum, qui ministrabant regi: tribunos quoq; & centuriōes,& qui præerant substantiæ, & possessionibus regis: filiosq; suos cum eunuchis,& potētes,& robustissimos quosq; in ex ercitu, Hierusalem. Cumq; surrexisset rex,& stetisset, ait, Audite me fratres mei,& populus meus. Cogitaui ut ædificarē domū in qua requiesceret arca fœderis domini, & scabellū pe-dum dei nostri:& ad ædificandum omnia præparaui. Deus autem dixit mihi, Non ædifica bis domum nomini meo: eo quod sis uir bellator,& sanguinem fuderis. Sed & elegit domi nus deus Israel me de uniuersa domo patris mei: ut essem rex super Israel in sempiternū: de B Iuda enim elegit principē: porrò de domo Iuda, domū patris mei:& de filijs patris mei, pla cuit ei ut me eligeret regē super cunctū Israel. Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit dñs) elegit Salomonē filium meū, ut sederet in throno regni domini super Israel: di-xitq; mihi, Salomō filius tuus ædificabit domū meam,& atria mea: ipsum enim elegi mihi in filiū,& ego ero ei in patrē. Et firmabo regnum eius usq; in æternum, si perseuerauerit fa-cere præcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo corā uniuerso cœtu Israel audiente deo nostro, custodite & perquirite cuncta mādata domini dei uestri: ut possideatis terram bonā,& relinquatis eā filijs uestris post uos usq; in sempiternū. Tu aūt Salomon fili mi, sci-to deū patris tui,& serui ei corde perfectō,& animo uoluntario: Omnia enim corda scruta-tur dñs,& uniuersas mentiū cogitatiōes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereli

Dauid omnes suo imperio subditos hortatur ad tēpli ædificatiōem
2.Reg.7 a
Supra 22 b

queris eum,proijciet te in æternũ. Nunc ergo quia elegit te dominus ut ædificares domum sanctuarij,cõfortare & perfice.Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus,& templi,& cellariorũ,& cœnaculi,& cubiculorum in adytis,& domus propitiationis, necnon & omniũ quæ cogitauerat atriorũ & exedrarũ per circuitũ in thesauros domus dei & in thesauros sanctorum:diuisionumq; sacerdotaliũ & Leuiticarũ in omnia opera domus domini,& in uniuersa uasa ministerij templi dñi.Aurum in põdere per singula uasa ministerij,Argenti quoq; põdus pro uasorum & operũ diuersitate.Sed & ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum,aurum pro mensura uniuscuiusq; cãdelabri & lucernarum . Similiter & in candelabra argentea,& in lucernas eorum,pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit. Aurum quoq; dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarum : Similiter & argentum in alias mensas argenteas . Ad fuscinulas quoq;, & phialas, & thuribula ex auro purissimo,& leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculum & leunculum.Similiter & in leones argenteos diuersum argenti põdus separauit. Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & ut ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & uelantium arcam fœderis domini. Omnia(inquit)uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera exemplaris. Dixit quoque Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & confortare, & fac : ne timeas & ne paueas. Dominus enim deus meus tecum erit,& non dimittet te,nec derelinquet,donec perficias omne opus ministerij domus domini. Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum , in omne ministerium domus dei assistunt tibi, & parati sunt,& nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

CAP. XXIX

Quæ Dauid eiusq; principes obtulerũt in tẽpli ædificationem

LOcutusq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam : Salomonem filium meum unum elegit deus,adhuc puerum & tenellum:opus enim grande est, neq; enim homini præparatur habitatio,sed domino deo.Ego autem totis uiribus meis præparaui impensas domus dei mei. Aurum ad uasa aurea,& argentum in argentea,æs in ænea, ferrũ in ferrea,ligna ad lignea:& lapides onychinos,& quasi stibinos,& diuersorum colorum,omnemq; pretiosum lapidem ,& marmor parium abundantissime . & super hæc quæ obtuli in domum dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædem sanctam . Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi,ad deaurandos parietes templi . Et ubicunque opus est aurum de auro, & ubicunque opus est argentum de argento , opera fiant per manus artificum : & si quis spõte offert,impleat manum suã hodie, & offerat quod uoluerit dño . Polliciti sunt itaq; principes familiarum,& proceres tribuum Israel,tribuni quoq; & centuriones,& principes possessionũ regis.Dederuntq; in opera domus dei auri talẽta quinq; millia: & solidos decem millia:argenti talenta decẽ millia,& æris talenta decẽ & octo millia: ferri quoq; centum millia talentorũ.Et apud quencunq; inuenti sunt lapides, dederũt in thesauros domus domini per manum Iahiel Gersonitis.Lætatusq; est populus,cum uota spõte promitterẽt: quia corde toto offerebant ea dño:sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno . Et benedixit domino corã uniuersa multitudine:& ait, Benedictus es dñe deus Israel patris nostri ab æterno in æternũ. Tua est domine magnificentia,& potentia,& gloria,atq; uictoria, & tibi laus:cuncta enim quæ in cœlo sunt,& in terra,tua sunt,tuum dñe regnũ, & tu es super omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria:tu dominaris omniũ:in manu tua uirtus & potẽtia,in manu tua magnitudo & imperium omnium . Nunc igitur deus noster cõfitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.Quis ego,& quis populus meus, ut possimus hæc tibi uniuersa promittere? tua sunt omnia:& quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi. Peregrini enim sumus corã te & aduenæ sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terrã,& nulla est mora.Domine deus noster, omnis hæc copia, quã parauimus ut ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est,& tua sunt omnia. Scio deus meus quod probes corda,& simplicitatẽ diligas, unde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa hæc:& populum tuũ,qui hic repertus est, uidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria

Ge.15 et 47 b

E ria. Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum: custodi in æternum hanc uoluntatē cordis eorum, & semper in ueneratione tui mens ista permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut custodiat mandata tua, testimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat uniuersa: & ædificet ædem, cuius impensas paraui. Præcepit autem Dauid uniuersæ ecclesiæ, Benedicite domino deo uestro. Et benedixit omnis ecclesia domino deo patrum suorum: & inclinauerunt se, & adorauerunt dominū, & deinde regē. Immolaueruntq́ F uictimas domino: & obtulerunt holocausta die sequēti tauros mille, arietes mille, agnos mille cū libaminibus suis, & uniuerso ritu abundantissime in omnē Israel. Et comederunt, & biberunt corā domino in die illo cum grandi lætitia. Et unxerunt secundo Salomonē filium Dauid. Vnxerunt aūt eum domino in principem, & Sadoc in pontificem. Seditq́ Salomō super soliū domini in regē pro Dauid patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel. Sed & uniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Igitur Dauid filius Isai G regnauit super uniuersum Israel. Et dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis & in Hierusalē annis triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierū, & diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta aūt Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis uidētis, & in libro Nathan prophetæ, atq́ in uolumine Gad uidentis: uniuersiq́ regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

3 Reg. 1 e 2 c

PARALIPOMENON

LIBER SECVNDVS

A C ONFORTATVS EST ERGO Salomon filius Dauid in regno suo, & dominus deus eius erat cum eo, & magnificauit eū in excelsum. Præcepitq́ Salomon uniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarū: & abijt cum uniuersa multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis dei, quod fecit Moyses famulus dei in solitudine. Arcam autem dei adduxerat Dauid de Cariath iarim in locū quē præparauerat ei, & B ubi fixerat illi tabernaculū, hoc est in Hierusalē. Altare quoq́ æneū, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur, ibi erat corā tabernaculo dn̄i: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia. Ascenditq́ Salomō ad altare æneum coram tabernaculo fœderis domini, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus, dicens, Postula quod uis, ut dem tibi. Dixitq́ Salomon deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam: & constituisti me regem pro eo. Nunc ergo domine deus impleatur sermo tuus quē pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui C tam innumerabilis est, quàm puluis terræ. Da mihi sapientiam & intelligentiā, ut ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum dignè, qui tam grādis est, iudicare? Dixit autē deus ad Salomonē, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substātiam, & gloriā, neq́ animas eorum qui te oderunt, sed nec dies uitæ plurimos: petisti autē sapientiā & scientiam, ut iudicare possis populum meum, super quem cōstitui te regem, Sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autē, & substantiam, & gloriā dabo tibi, ita ut nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Hierusalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel. D Congregauitq́ sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim

Salomon quō administrarit regnū, et quid ex deo impetrauerit

3. Reg. 3 a

Exod. 38 a

Sap. 9 b

cim millia equitum:& fecit eos esse in urbibus quadrigarum,& cum rege in Ierusalem. Praebuitq; rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quae nascuntur in campestribus multitudine magna. Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & de Coa à negotiatoribus regis, qui ibant,& emebant pretio quadrigam equorum sexcẽtis argenteis,& equum centum quinquaginta:similiter de uniuersis regnis Hethaeorum,& à regibus Syriae emptio celebrabatur.

CAP. II

Dispositis operarijs Salomõ ad Hiram pro materia & artificib. mittit

DEcreuit autem Salomõ aedificare domum nomini dñi,& palatium sibi. Et numerauit A septuaginta millia uirorum portantium humeris,& octoginta millia qui caederẽt lapides in montibus,praepositosq; eorum tria millia sexcentos. Misit quoq; ad Hiram regem Tyri,dicens,Sicut egisti cum Dauid patre meo,& misisti ei ligna cedrina, ut aedificaret sibi domum,in qua & habitauit:sic fac mecum ut aedificem domum nomini domini dei mei,ut consecrem eam ad adolendum incensum coram illo,& fumiganda aromata,& ad propositionem panum sempiternam,& holocaustomata mane & uespere,sabbathis quoq;, & neomenijs,& solennitatibus domini dei nostri in sempiternum,quae mandata sunt Israeli. Domus enim quam aedificare cupio,magna est:magnus est enim deus noster super omnes deos.Quis ergo poterit praeualere,ut aedificet ei dignam domum? si coelum, & coeli coelorum B capere eum nequeunt:quantus ego sum,ut possim aedificare ei domũ? sed ad hoc tantum, ut adoleatur incensum coram illo.Mitte ergo mihi uirum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento,aere & ferro,purpura,coccino,& hyacintho,& qui sciat sculpere caelaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudaea & Ierusalem,quos praeparauit Dauid pater meus.Sed & ligna cedrina mitte mihi,& arceuthina,& pinea de Libano:scio enim q; serui tui nouerint caedere ligna de Libano,& erunt serui mei cum seruis tuis,ut parentur mihi ligna plurima.Domus enim quam cupio aedificare,magna est nimis & inclyta. Praeterea operarijs qui caesuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici coros uiginti millia, & hordei coros totidem, & uini uiginti millia metretas, oleiq; sata uiginti millia. Dixit autem C Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit dominus populum suum,idcirco te regnare fecit super eum.Et addidit,dicens,Benedictus dominus deus Israel, qui fecit coelum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum & sensatum atq; prudentem,ut aedificaret domum domini,& palatium sibi.Misi ergo tibi uirum prudẽtem:& sciẽtissimum Hiram patrem meum,filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius,qui nouerit operari in auro& argẽto,aere & ferro, & marmore,& lignis,in purpura quoq; & hyacintho,& bysso & coccino:& qui sciat caelare omnem sculpturam, & adinueni re prudenter quodcunq; in opere necessarium est cum artificibus tuis,& cum artificibus do D mini mei Dauid patris tui. Triticum ergo & ordeum,& oleum,& uinum,quae pollicitus es domine mi mitte seruis tuis. Nos autem caedemus ligna de Libano, quot necessaria habueris,& applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe,tuum autem erit transferre ea in Hierusalem. Numerauit igitur Salomon omnes uiros proselytos qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia & sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus caederent:tria autem millia & sexcentos praepositos operum populi.

CAP. III

Vbi, quando, qua materia & forma templum fuerit extructum

3.Reg.7 a

ET coepit Salomon aedificare domum domini in Hierusalem,in monte Moria.qui de- A monstratus fuerat Dauidi patri eius,in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusaei. Coepit autem aedificare mense secundo, anno quarto regni sui. Et haec sunt fundamenta quae iecit Salomon, ut aedificaret domum dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta,latitudinis cubitos uiginti.Porticum uerò ante frontem,quę tendebatur in lõgum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum uiginti: porrò altitudo centum uiginti cubitorum erat:& deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. Domum quoq; maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitq; in ea pal- B mas, & quasi catenulas seinuicem complectentes. Strauit quoq; pauimentum templi pretiosissimo

tiosissimo marmore decore multo. Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum,& trabes eius,& postes,& parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus. Fecit quoque domum sanctificatorum: longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum uiginti:& latitudinem similiter uiginti cubitorum. & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. Sed & clauos fecit aureos, ita ut singuli claui siclos quinquagenos appende-
C rent: cœnacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo sanctisanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro. Alæ cherubim uiginti cubitis extendebantur, ita ut una ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. Similiter Cherub alterius ala, quinq; habebat cubitos, & tangebat parietem:& ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. Igitur alæ utriusq; cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos uiginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant uersæ ad exteriorem domum. Fecit
D quoq; uelū ex hyacintho, purpura cocco & bysso:& intexuit ei cherubim. Ante fores etiā templi duas columnas, quæ triginta & quinq; cubitos habebant altitudinis: porrò capitella earum, quinq; cubitorum. Necnō & quasi catenulas in oraculo,& superposuit eas capitibus columnarum: mala granata etiam centum, quę catenulis interposuit. Ipsas quoq; columnas posuit in uestibulo templi, unam à dextris, & alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat uocauit Iachin:& quæ ad leuam, uocauit Booz.

3.Reg.7 b

CAP. IIII

A FEcit quoq; altare æneum uiginti cubitorum longitudinis & uiginti cubitorum latitudinis,& decem cubitorum altitudinis. Mare etiam fusile decem cubitis à labio usque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud:& decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus uersibus labium maris circuibant. Boues autem erāt fusiles:& ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad aquilonem,& alij tres ad occidentem, porrò tres alij meridiem,& tres qui reliqui erant orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinse-
B cus sub mari. Porrò uastitas eius habebat mensuram palmi,& labium illius erat quasi labiū calicis, uel repandi lilij: capiebantq; tria millia metretas. Fecit quoq; conchas decem: & posuit quinq; à dextris,& quinq; à sinistris, ut lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decē, secundum speciem qua iussa erant fieri:& posuit ea in templo, quinq; à dextris,& quinque à sinistris. Necnon & mensas decem, & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Phialas quoque aureas centum. Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam
C grandem: & ostia in basilica quæ texit ære. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus regis in domo dei: Hoc est, colūnas duas: & epistylia,& capita & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. Mala granata quoq; quadringenta,& retiacula duo, ita ut bini ordines malorum granatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. Bases etiam fecit, & conchas, quas superposuit basibus: mare unum, boues quoque duodecim sub mari. Et lebetes,& creagras, & phialas.
D Omnia uasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo domini ex ære mundissimo, In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socoth, & Saredatha. Erat autem multitudo uasorum innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus æris. Fecitq; Salomon omnia uasa domus dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo: & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiamateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, id est in sancto sanctorum: & ostia templi forinsecus aurea. Sicq; completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

Altaris & reliquorum templi uasorū descriptio
3.Reg.7 e

CAP. V

Salomō tū arcā tum cuncta quæ dicauerat pater in tēplū dei infert
3.Reg.7 g 8 a

INtulit igitur Salomon omnia quæ uouerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & u/ A
niuersa uasa posuit in thesauris domus dei. Post quæ cōgregauit maiores natu Israel, &
cūctos principes tribuū, & capita familiarum de filijs Israel, in Hierusalē : ut adducerēt arcā
fœderis domini de ciuitate Dauid, quæ est Sion. Venerunt itaqꝫ ad regē omnes uiri Israel
in die solenni mēsis septimi. Cumqꝫ uenissent cuncti seniorū Israel, portauerunt Leuitæ ar/
cam, & intulerunt eam & omnē paraturā tabernaculi. Porrò uasa sanctuarij, quæ erāt in ta/
bernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex autē Salomon, & uniuersus cœtus Is/ B
rael, & omnes qui fuerunt cōgregati ante arcam, immolabant arietes & boues absque ullo
numero, tāta enim erat multitudo uictimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis do/
mini in locum suum, id est ad oraculum templi in sancta sanctorū subter alas cherubim: ita
ut cherubim expāderent alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tege
rent cum uectibus eius. Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum lōgiores
erant, capita parebant ante oraculum: si uerò quis paululum fuisset extrinsecus, eos uidere C
non poterat. Fuit itaqꝫ arca ibi usqꝫ in præsentem diem. Nihilqꝫ erat aliud in arca nisi duæ
tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legē dedit dominus filijs Israel egredien/
tibus ex Aegypto. Egressis aūt sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi
potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore uices, & ministeriorū ordo in
ter eos diuisus erat) tam Leuitæ, quàm cantores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub He
man, & qui sub Idithun, filij, & fratres eorum uestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citha D
ris concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes cētum uigin/
ti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & uoce & cymbalis, & organis, & diuersi ge
neris musicorum concinentibus, & uocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur,
ita ut cum dominum laudare cœpissent, & dicere, Confitemini domino quoniam bonus,
quoniam in æternum misericordia eius : impleretur domus domini nube, ne possent
sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini do/
mum dei.

CAP. VI

Salomō benedicit plebi, & rogat deū, ut illic orantes, exaudiat
3.Reg.8 b

TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine: ego autem ædifica A
ui domum nomini eius, ut habitaret ibi in perpetuū. Et conuertit rex faciem suā, & be/
nedixit uniuersæ multitudini Israel (nā omnis turba stabat intenta) & ait, Benedictus domi/
nus deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere cōpleuit, dicens, A die qua e/
duxi populū meum de terra Aegypti, non elegi ciuitatē de cunctis tribubus Israel ut ædifi/
caretur in ea domus nomini meo: neqꝫ elegi quēquam alium uirum, ut esset dux in populo
meo Israel: sed elegi Hierusalē ut sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, ut constituerē eum
super populū meum Israel. Cumqꝫ fuisset uoluntatis Dauid patris mei, ut ædificaret domū
nomini domini dei Israel, dixit dominus ad eum, Quia hæc fuit uoluntas tua, ut ædificares
domū nomini meo, bene quidem fecisti huiuscemodi habere uoluntatē: sed non tu ædifica
bis mihi domū, ueruntamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domū
nomini meo. Cōpleuit ergo dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi B
pro patre meo Dauid, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus: & ædificaui
domum nomini domini dei Israel. Et posui in ea arcam, in qua est pactum domini quod pe
pigit cum filijs Israel. Stetit ergo coram altari domini ex aduerso uniuersæ multitudinis Is/
rael, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in
medio basilicæ, habentem quinqꝫ cubitos longitudinis, & quinqꝫ latitudinis, & tres cubitos
altitudinis: stetitqꝫ super eam, & deinde flexis genibus contra uniuersam multitudinem Is/
rael, & palmis in cœlum leuatis, ait, Domine deus Israel, non est similis tui deus in cœlo &
in terra : qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in
toto corde suo. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: &
quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. Nunc ergo do/
mine deus Israel imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens, Non defi C
ciet ex te uir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui
uiam

uiam suam,& ambulauerit in lege mea,sicut & tu ambulasti corā me.Et nunc domine deus Israel firmetur sermo tuus quē locutus es seruo tuo Dauid. Ergóne credibile est ut habitet deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt:quanto magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem serui tui,& obsecrationem eius domine deus meus:& audias preces quas fundit famulus tuus coram te:ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es ut inuocetur nomen tuum: & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo,& exaudias preces famuli tui,& populi tui Israel. Quicunq; orauerit in loco isto, exaudi D de habitaculo tuo,id est de cœlis,& propitiare. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus uenerit,seq; maledicto cōstrinxerit coram altari in domo ista, tu audies de cœlo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita ut reddas iniquo uiam suam in caput proprium, & ulciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis(peccabūt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomē tuum,& fuerint deprecati te in loco isto,tu exaudies de cœlo,& propitiare peccato populi tui Israel,& reduc eos in terrā quam dedisti eis,& patribus eorum. Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto,& confessi nomini tuo,& conuersi à peccatis suis,cum eos afflixeris:exaudi de cœlo do E mine,& dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel,& doce eos uiam bonam per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quam dedisti populo tuo ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia,ærugo & aurugo,& locusta,& brucus,& hostes uastatis regionibus,portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga, & infirmitas presserit: si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus,cognoscens plagam,& infirmitatem suam,& expāderit manus suas in domo hac: tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde unicuiq; secundum uias suas quas nosti eum habere in corde suo:tu enim solus nosti corda filiorū hominū. Vt timeant te,& ambulent in uijs tuis cunctis diebus quibus uiuūt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Externum quoq; qui nō est de populo tuo F Israel,si uenerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manū tuā robustam,& brachium tuum extentum,& adorauerit in loco isto: tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo,& facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: ut sciant omnes populi terræ nomen tuum,& timeāt te sicut populus tuus Israel,& cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui. Si ingressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per uiam in qua miseris eos, adorabunt te contra uiā in qua ciuitas hæc est quam elegisti & domus quā ædificaui nomini tuo: & exaudies de cœlo preces eorum, & obsecrationem, & ulciscaris. Si autem peccauerint tibi(neq; enim est homo qui nō peccet)& iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos G in terrā longinquam uel certè quæ iuxta est:& conuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant,egerint pœnitentiam,& deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes,Peccauimus,iniquè fecimus,iniustè egimus:& reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua,in terra captiuitatis suæ ad quam ducti sunt,adorabunt te contra uiā terræ suæ quam dedisti patribus eorum,& urbis quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo:tu exaudies de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium,& dimittas populo quamuis peccatori. Tu es enim deus meus, aperiantur quæso oculi tui,& aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui domine deus induantur salutem,& sancti tui lætentur in bonis. Domine deus meus ne auerseris faciē christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

3.Reg.8 e
Exo.22 b
Infr.20 b

CAP. VII

Ignis deuorat sacrificium in dedicatiōe tēpli, et Salomonis preces exaudit deus

A CVmq; complesset Salomon fundens preces,ignis descendit de cœlo,& deuorauit holocausta & uictimas:& maiestas domini impleuit domū. Nec poterant sacerdotes ingredi templū domini,eo quod impleslet maiestas dn̄i templū domini. Sed & omnes filij Israel uidebant descendentem ignē, & gloriam domini super domum:& corruentes proni in terram

terram super pauimentum stratum lapide, adorauerunt: & laudauerunt dominũ quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autẽ, & omnis populus immolabãt uicti mas corã domino. Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum uigintiduo millia, arietum centũ uiginti millia: & dedicauit domũ dei rex & uniuersus populus. Sacerdotes aũt stabãt in officijs suis: & Leuitæ in organis carminũ dñi, quæ fecit Dauid rex ad laudandũ dominũ quoniã in æternum misericordia eius, hymnos Dauid canẽtes per manus suas: porrò sacerdotes canebãt tubis ante eos, cunctusq; Israel stabat. Sanctificauit quoq; Salomon mediũ atrij ante tẽplum domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorũ: quia altare æneum quod fecerat, nõ poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes. Fecit ergo Salomon solẽnitatem in tẽpore illo septẽ diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna ualde, ab introitu Emath usq; ad torrentẽ Aegypti. Fecitq; die octauo collectam, eo quod dedicasset altare septẽ diebus, & solennitatẽ celebrasset diebus septẽ. Igitur in die uicesimotertio mẽsis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua lætantes atq; gaudẽtes super bono quod fecerat dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo. Cõpleuitq; Salomon domum domini, & domum regis, & omnia quę disposuerat in corde suo ut faceret in domo dñi, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autẽ dominus nocte, & ait, Audiui orationẽ tuã, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ ut deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à uijs suis pessimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationẽ eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim, & sanctificaui locũ istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternũ, & permaneant oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris corã me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ pręcepi tibi, & iustitias meas, iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronũ regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicẽs, Non auferetur de stirpe tua uir, qui nõ sit princeps in Israel. Si aũt auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui uobis, & abeuntes seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: euellam uos de terra mea quam dedi uobis, & domum hãc quam sanctificaui nomini meo, projciam à facie mea, & tradã eam in parabolã, & in exemplum cunctis populis. Et domus ista erit in prouerbiũ uniuersis transeũtibus: & dicẽt stupentes, Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic? Respondebuntq;: Quia dereliquerunt dominum deũ patrũ suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco uenerunt super eos uniuersa hæc mala.

3.Reg.9 a — 2.Reg.7 c

CAP. VIII

Salomõ ædificat ciuitates, et subijcit sibi gentes, Itẽ de principibus et uxore eius

3.Reg.9 b

EXpletis aũt uiginti annis postquã ædificauit Salomon domũ domini & domũ suã: ciuitates quas dederat Hirã Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel. Abijt quoq; in Emath Suba, & obtinuit eã. Et ædificauit Palmirã in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath. Extruxitq; Beth horon superiorẽ, & Beth horon inferiorẽ, ciuitates muratas habentes portas & uectes & seras. Balaath etiã & omnes urbes firmissimas, quæ fuerũt Salomõis, cunctasq; urbes quadrigarũ, & urbes equitũ. Omnia quęcunq; uoluit, fecit rex Salomõ atq; disposuit: ædificauit in Hierusalem & in Libano, & in uniuersa terra potestatis suę. Omnẽ populũ qui derelictus fuerat de Hethęis, & Amorrhęis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui nõ erant de stirpe Israel, & filijs eorũ: & de posteris quos nõ interfecerãt filij Israel, subiugauit Salomõ in tributarios, usq; in diẽ hanc. Porrò de filijs Israel non posuit ut seruirẽt operibus regis: ipsi enim erant uiri bellatores, & duces primi & principes quadrigarum & equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. Filiam uerò Pharaonis transtulit de ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim, Non habitabit uxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca domini. Tũc obtulit Salomõ holocausta domino super altare domini, quod extruxerat ante

porticum, ut per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptū Moysi in sabbathis, & in calendis, & in festis diebus ter per annum, id est in solennitate azymorū & solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorū. Et constituit iuxta dispositionē Dauid patris sui officia sacerdotū in ministerijs suis: & Leuitas in ordine suo, ut laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritū uniuscuiusq; diei: & ianitores in diuisiōibus suis per portam & portā: sic enim præceperat Dauid homo dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes q̄ Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodijs thesaurorū. Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domū domini, usq; in diē quo perfecit eam. Tūc abijt Salomon in Asiongaber, & in Ailath ad oram maris rubri, quæ est in terra Edom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorū suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tuleruntq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAP. IX

Audita Salomonis sapiētia cōuenit eū regina Austri, et mutuis inuicēse cōciliant muneribus inde moritur
3.Reg.10 a Matth.12 d

Regina quoq; Saba cum audisset famam Solomonis, uenit ut tentaret eum in ænigmatibus in Hierusalem: cum magnis opibus & camelis, qui portabāt aromata & auri plurimum, gemmasq; pretiosas. Cumq; uenisset ad Salomonem, locuta est ei quæcūq; erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquam fuit quod nō perspicuum ei fecerit. Quæ postquàm uidit sapientiam scilicet Salomonis, & domū quam ædificauerat, necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officium ministrorum eius & uestiméta eorū, pincernas quoq; & uestes eorum, & uictimas quas immolabat in domo domini: nō erat præ stupore ultrà in ea spiritus. Dixitq; ad regē, Verus est sermo quē audieram in terra mea de uirtutibus & sapientia tua. Non credebā narrantibus, donec ipsa uenissem, & uidissent oculi mei: & probassem uix medietatem sapientiæ tuę mihi fuisse narratam: uicisti famam uirtutibus tuis. Beati uiri tui, & beati serui tui, hi qui assistūt coram te omni tempore, & audiunt sapiētiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui uoluit te ordinare super thronū suum regē domini dei tui. Quia diligit deus Israel, & uult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum regem, ut facias iudicia atq; iustitiā. Dedit autem regi centum uiginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas: nō fuerunt aromata talia, ut hæc quę dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cū seruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna thina, & gemmas pretiosissimas. De quibus fecit rex, de lignis scilicet thinis, gradus in domo domini & in domo regia: citharas quoq; & psalteria cantoribus: nunquam uisa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ uoluit, & quæ postulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum: quę reuersa abijt in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri: excepta ea summa quam legati diuersarum gentium, & negociatores afferre cōsueuerant, omnesq; reges Arabiæ, & satrapæ terrarum qui cōportabant aurum & argentum Salomoni. Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis hastis expendebantur. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum aureorum quibus tegebātur singula scuta: posuitq; ea rex in armamētario, quod erat consitū nemore. Fecit quoq; rex solium eburneū grāde: & uestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq; gradus, quibus ascēdebatur ad solium: & scabellū aureum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leūculos stātes super sex gradus ex utraq; parte, nō fuit tale solium in uniuersis regnis. Omnia quoq; uasa conuiuij regis erāt aurea: & uasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidē naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & deferebant inde aurum & argentū, & ebur, & simias, & pauos. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ diuitijs, & gloria. Omnesq; reges terrarum desiderabant uidere faciem Salomonis: ut audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. Et deferebant ei munera, uasa argentea & aurea, & uestes, & arma, & aromata, equos & mulos, per singulos annos. Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis,

& curruum

& curruum: equitumq́ duodecim millia: constituitq́ eos in urbibus quadrigarum, & ubi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate usq́ ad terrã Philisthinorum, & usq́ ad terminos Aegypti. Tantamq́ copiam præbuit argenti in Hierusalẽ quasi lapidum: & cedrorum tantã multitudinẽ uelut sycomororum quæ gignuntur in campestribus. Adducebantur aũt ei equi de Aegypto, cunctisq́ regionibus. Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in uerbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in uisione quoq́ Addo uidentis, contra Ieroboam filium Nabat. Regnauit autem Salomon in Hierusalem super omnem Israel quadraginta annis. Dormiuitq́ cum patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regnauitq́ Roboam filius eius pro eo.

CAP. X

Roboã Salomonis successor iuuenũ cõsilijs paret, et populũ ab se alienat

3. Reg. 12 a

A Profectus est aũt Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel cõuenerat, ut cõstitueret eum regem. Quod cum audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomonẽ) statim reuersus est. Vocaueruntq́ eum, & uenit cum uniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes, Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, ut seruiamus tibi. Qui ait, Post tres dies reuertimini ad me. Cumq́ abijsset populus, inijt consilium cum senibus qui steterant corã patre eius Salomone, dum adhuc uiueret, dicens. B Quod datis consiliũ, ut respondeã populo? Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic, & liniers eos uerbis clemẽtibus, seruient tibi omni tẽpore. At ille reliquit consiliũ senum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitq́ ad eos, Quid uobis uidetur? uel quid respondere debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugũ quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt iuuenes, & nutriti cum eo in delicijs, atq́ dixerunt, Sic loqueris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugũ nostrum, tu subleua: & sic respõdebis eis, Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater C meus imposuit uobis graue iugũ, & ego maius pondus apponã: pater meus cecidit uos flagellis, ego uerò cædam uos scorpionibus. Venit ergo Ieroboã, & uniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis. Responditq́ rex dura, derelicto consilio seniorum, locutusq́ est iuxta iuuenum uolũtatem, Pater meus graue uobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam: pater meus cecidit uos flagellis, ego uerò cædam uos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus: erat enim uoluntatis dei, ut compleretur sermo eius, quẽ locutus

3. Reg. 11 c

fuerat per manum Ahię Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. Populus autem uniuersus re D ge duriora dicente, sic locutus est ad eum, Non est nobis pars in Dauid, neq́ hęreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domum tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, qui habitabãt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitq́ rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est: porrò rex Roboam currum festinauit ascendere, & fugit in Hierusalem. Recessitq́ Israel à domo Dauid usq́ ad diem hanc.

CAP. XI

Roboã ne cõtra Ieroboam pugnet admonitus extruit ciuitates et ducit uxores

2. Reg. 12 c

A Venit autem Roboam in Hierusalem, & conuocauit uniuersam domum Iuda & Beniamin centũ octoginta millia electorũ, atq́ bellantium, ut dimicaret cõtra Israel, & cõuerteret ad se regnum suum. Factusq́ est sermo domini ad Semeiam hominem dei dicẽs, Loquere ad Roboam filium Salomõis regem Iuda, & ad uniuersum Israel qui est in Iuda & Beniamin: Hæc dicit dominus, Non ascendetis neq́ pugnabitis cõtra fratres uestros: reuertatur unusquisq́ in domum suã, quia mea hoc gestum est uolũtate. Qui cum audissent sermonem domini, reuersi sunt nec perrexerunt contra Ieroboam. Habitauit aũt Roboam in Hierusalẽ, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. Extruxitq́ Bethlehẽ, & Etam, & Thecue, Bethsur quoq́, & Socho, & Odollam, necnõ & Geth, & Maresa, & Ziph: sed & Aduram, & Lachis, & Azeca: Saraa quoq́ & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Bẽiamin B ciuitates munitissimas. Cumq́ clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumq́ horrea, hoc est olei, & uini. Sed & in singulis urbibus fecit armamentaria scutorum, & hastarum: firmauitq́ eas summa diligentia, & imperauit super Iudam, & Beniamin. Sacerdotes

dotes autē & Leuitæ qui erant in uniuerso Israel, uenerunt ad eum de cunctis sedibus suis, C relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalē: eo quòd abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum & dæmoniorum, uitulorumq; quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Israel, quicūq; dederant cor suum ut quærerent dominum deum Israel, uenerunt in Ierusalem ad immolandum uictimas suas coram domino deo patrum suorum. Et robo rauerunt regnum Iuda: & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: am bulauerunt enim in uijs Dauid & Salomonis annis tantum tribus. Duxit autem Roboam uxorem Mahalath, filiam Ierimoth filij Dauid: Abihail quoq; filiam Eliab filij Isai, quæ D peperit ei filios Ieus, & Somoriam, & Zoom. Post hāc quoq; accepit Maacha filiam Absalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. Amauit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores suas & concubinas: nam uxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta: & genuit uigintiocto filios & sexaginta filias. Constituit uerò in capite, Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos, ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda & Beniamin, & in uniuersis ciuitatibus muratis: præbuitq; eis escas plurimas, & multas petiuit uxores.

CAP. XII

Sesac terrā Israel iuadit ac uincit, tēplūq; diripit, Roboam moritur 3 Reg. 14 c

A CVmq; roboratum fuisset regnum Roboam & confortatum, dereliquit legem domini, & omnis Israel cum eo. Anno autem quinto regni Roboam ascendit Sesac rex Ægypti in Ierusalem (quia peccauerant domino) cum mille ducentis curribus & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus uulgi quod uenerat cum eo ex Ægypto, Libyes scilicet & Troglodytæ & Æthiopes. Cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & uenit usq; in Ierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam & principes Iuda, qui congregati fuerant in Ierusalem, fugientes Sesac: dixitq; ad eos: Hæc dicit dominus, Vos reliquistis me, & ego reliqui uos in manu Sesac. Consternatiq; principes Israel, & rex, dixerunt: B Iustus est dominus. Cumq; uidisset dominus quòd humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos: daboq; eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. Veruntamen seruient ei: ut sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. Recessit itaq; Sesac rex Ægypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus domini & domus regis, omniaq; secum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex æneos, & tradidit C illos principibus scutariorum qui custodiebāt uestibulum palatij. Cumq; introiret rex domum domini, ueniebant scutarij, & tollebant eos: iterumq; referebant eos ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus: siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona. Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atq; regnauit: quadraginta autem & unius anni erat cum regnare cœpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalem urbe quam elegit dominus, ut confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israel: nomen autem matris eius Naama Ammanitis. Fe D citq; malum, & non præparauit cor suum ut quæreret dominum. Opera uerò Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ & Addo uidentis, & diligenter exposita: pugnaueruntq; aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis: sepultusq; est in ciuitate Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

CAP. XIII

Abia successor Roboam quō uicerit Ieroboam 3 Reg. 15 d

A ANno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalem: nomenq; matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa: & erat bellum inter Abiam & Ieroboam. Cumq; inijsset Abia certamen, & haberet bellicosissimos uiros, & electorum quadraginta millia: Ieroboam instruxit econtra aciem octoginta millia uirorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semerom, qui erat in Ephraim, & ait: Audi Ieroboā & omnis Israel, Num ignoratis quòd dominus deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filijs eius

E in pa

in pactum salis? (Et surrexit Ieroboam filius Nabat, seruus Salomonis filij David:& rebellauit contra dominum suum. Congregatiq; sunt ad eum uiri uanissimi,& filij belial:& præualuerunt contra Roboam filium Salomonis:porrò Roboam erat rudis & corde pauido,nec potuit resistere eis.) Nunc ergo uos dicitis,quòd resistere possitis regno domini, quod possidet per filios David:habetisq; grandem populi multitudinem,atq; uitulos aureos quos fecit uobis Ieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes domini,filios Aaron atque Leuitas:& fecistis uobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum:quicunq; uenerit,& initiauerit manum suam in tauro de bobus,& in arietibus septem,fit sacerdos eorum qui non sunt dij. Noster autem dominus deus est,quem non relinquimus:sacerdotesq; ministrant domino de filijs Aaron:& Leuitæ sunt in ordine suo. Holocausta quoq; offerunt domino per singulos dies mane & uespere:& thymiama iuxta legis præcepta confectum,& proponuntur panes in mensa mundissima,estq; apud nos cādelabrum aureum,& lucernæ eius, ut accendantur semper ad uesperam:nos quippe custodimus præcepta domini dei nostri, quem uos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est,& sacerdotes eius qui clangunt tubis,& resonant contra uos:filij Israel nolite pugnare contra dominum deum patrum uestrorum,quia non uobis expedit. Hæc illo loquente,Ieroboam retrò moliebatur insidias. Cumq; ex aduerso hostium staret,ignorantē Iudam suo ambiebat exercitu. Respiciēsq; Iudas,uidit instare bellum ex aduerso & post tergum,& clamauit ad dominum:ac sacerdotes tubis canere cœperunt. Omnesq; uiri Iuda uociferati sunt:& ecce,illis clamantibus perterruit deus Ieroboā,& omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. Fugeruntq; filij Israel Iudam,& tradidit eos deus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia,& populus eius plaga magna:& corruerunt uulnerati ex Israel quingenta millia uirorum fortium. Humiliatiq; sunt filij Israel in tēpore illo:& uehementissimè confortati filij Iuda,eo quòd sperassent in domino deo patrum suorum. Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius,Bethel & filias eius:& Iesana cum filiabus suis:Ephrō quoq; & filias eius. Nec ualuit ultrà resistere Ieroboam in diebus Abia:quem percussit dominus,& mortuus est. Igitur Abia,confortato imperio suo,accepit uxores quatuordecim:procreauitq; uigintiduos filios,& sedecim filias. Reliqua autem sermonum Abia,uiarumq; & operum eius,scripta sunt diligentissimè in libro Addo prophetæ.

3 Reg.12 g

CAP. XIIII

Abia moritur suscipit regimen Asa pius & sternit Aethiopes

3 Reg.15 b

Dormiuit autem Abia cum patribus suis,& sepelierunt eum in ciuitate David:regnauitq; Asa filius eius pro eo,in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit ergo Asa quod bonum & placitum erat in conspectu dei sui,& subuertit altaria peregrini cultus,& excelsa,& cōfregit statuas,lucosq; succidit. Et præcepit Iudæ ut quæreret dominum deum patrum suorum,& faceret legem & uniuersa mandata. Et abstulit de cunctis urbibus Iuda aras & fana,& regnauit in pace. Ædificauit quoq; urbes munitas in Iuda,quia quietus erat & nulla temporibus eius bella surrexerant, pacem domino largiente. Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates istas,& uallemus muris,& roboremus turribus & portis & seris:donec à bellis quieta sunt omnia,eo quòd quæsierimus dominum deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificauerunt igitur,& nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portātium scuta & hastas,de Iuda trecenta millia: de Beniamin uerò scutariorum & sagittariorum,ducenta octoginta millia:omnesq; isti uiri fortissimi. Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo decies centena millia,& curribus trecentis:& uenit usque Maresa. Porrò Asa perrexit obuiam ei,& instruxit aciem ad bellum in ualle Sephatha,quæ est iuxta Maresa. Et inuocauit dominum deum,& ait:Domine non est apud te ulla distantia,utrum in paucis auxilieris,an in pluribus:adiuua nos domine deus noster:in te enim,& in tuo nomine habentes fiduciam uenimus contra hanc multitudinem. Domine,deus noster tu es,non præualeat contra te homo. Exterruit itaq; dominus Æthiopes coram Asa & Iuda:fugerūtq; Æthiopes. Et persecutus est eos Asa & populus qui cum eo erat,usq; Gerara:& ruerunt Æthiopes usq; ad internecionem,quia domino cædente contriti sunt,& exercitu illius præliante: tulerunt

tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ: grandis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerunt urbes, & multam prædam asportauerunt. Sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorũ: reuersiq; sunt in Ierusalem.

CAP. XV

Azarias uaticinatur et Asa ferit fœdus cũ domino

A AZarias autem filius Oded facto in se spiritu dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin: Dominus uobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis, derelinquet uos. Transibunt autẽ multi dies in Israel absq; deo uero, & absq; sacerdote doctore, & absq; lege. Cumq; reuersi fuerint in angustia sua ad dominum deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti: sed terrores undiq; in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem: quia B dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus uestræ: erit enim merces operi uestro. Quod cum audisset Asa, uerba scilicet, & prophetiam Azariæ filij Oded prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Iuda & de Beniamin, & ex urbibus quas ceperat montis Ephraim: & dedicauit altare domini quod erat ante porticum domini. Congregauitq; uniuersum Iudam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim & de Manasse & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Israel, uidentes quòd dominus deus illius esset cum eo. Cumq; uenissent in Ierusalem C mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, immolauerunt domino in die illa de manubijs & præda quam adduxerant, boues septingentos & arietes septem millia. Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, ut quærerent dominum deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autem, inquit, non quæsierit dominum deum Israel, moriatur, à minimo usq; ad maximũ, à uiro usq; ad mulierem. Iurauerúntq; domino uoce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum omnes qui erant in Iuda cum execratione: in omni enim corde suo iurauerunt, & in tota uoluntate quæsierunt eum & in D uenerunt: præstititq; eis dominus requiem per circuitum. Sed & Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quòd fecisset in luco simulachrum Priapi: quod omne contriuit, & in frusta comminuens combussit in torrente Cedron. Excelsa autem derelicta sunt in Israel: attamen cor Asa erat perfectum cũctis diebus eius. Eaq; quæ uouerat pater suus, & ipse, intulit in domum domini: argentum & aurum, uasorumq; diuersam supellectilem. Bellum uerò non fuit usq; ad tricesimumquintum annum regni Asa.

CAP. XVI

Asa pusillanimis init fœdus cum Benadad eo offẽdit deũ & moritur

A ANno autem tricesimosexto regni eius ascẽdit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circũdabat Rama, ut nullus tutè posset egredi, & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus domini, & de thesauris regijs: misitq; ad Benadad regẽ Syriæ, qui habitabat in Darmasco, dicẽs: Fœdus inter me & te est, pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam: quam ob rem misi tibi argentum & aurum, ut rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum à me recedere. Quo comperto B Benadad misit principes exercituũ suorum ad urbes Israel: qui percusserũt Ahion & Dan & Abelmaim, & uniuersas urbes Nephthali muratas. Quod cũ audisset Baasa, desiit ædificare Rama, & intermisit opus suum. Porrò Asa rex assumpsit uniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa: ædificauitq; ex eis Gabaa & Maspha. In tempore illo uenit Hanani propheta ad Asa regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in domino deo tuo: idcirco euasit Syriæ re C gis exercitus de manu tua. Nónne Æthiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos, cum domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim domini contẽplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. Iratusq; Asa aduersus uidẽtem, iussit eum mitti in neruum: ualde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tẽpore illo plurimos. Opera autem D Asa prima & nouissima scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Ægrotauit etiam Asa an

 no

no tricesimonono regni sui, dolore pedum uehementissimo, & nec in infirmitate sua quaesiuit dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Dormiuitque cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimoprimo regni sui. Et sepelierũt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate Dauid: posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus & unguentis meretricijs, quae erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

CAP. XVII

Iosaphat regnũ et fiducia in deum

3 Reg. 15 d

A Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Iuda, quae erant uallatae muris. Praesidiaque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius. Et fuit dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in uijs Dauid patris sui primis: & non sperauit in Baalim, sed in deo patris sui, & perrexit in praeceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Confirmauitque dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Iosaphat: factaeque sunt ei infinitae diuitiae, & multa gloria. Cumque sumpsisset cor eius audaciã propter uias domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benhail & Obdiam & Zachariam & Nathanael & Micheam, ut doceret in ciuitatibus Iuda: & cum eis Leuitas, Semeiam & Nathaniam & Zabadiam, Asahel quoque & Semiramoth & Ionathan, Adoniamque & Tobiam & Thobadoniam Leuitas: & cum eis Elisama & Ioram sacerdotes: docebantque populum in Iuda, habentes librum legis domini: & circuibãt cunctas urbes Iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pauor domini super omnia regna terrarum quae erant per gyrum Iuda: nec audebant bellare contra Iosaphat. Sed & Philisthaei, Iosaphat munera deferebant, & uectigal argenti: Arabes quoque adducebãt pecora arietum septem millia septingẽtos, & hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est usque in sublime: atque aedificauit in Iuda domos ad instar turrium, urbesque muratas. Et multa opera patrauit in urbibus Iuda: uiri quoque bellatores & robusti erant in Ierusalem, quorum iste numerus per domos ac familias singulorum. In Iuda principes exercitus Ednas dux, & cum eo robustissimi uiri trecenta millia. Post hunc, Iohanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. Post istum quoque Amasias filius Zechri, consecratus domino, & cum eo ducenta millia uirorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad praelia Eliada, & cum eo tenẽtium arcum & clypeum ducenta millia. Post istum etiam, Iozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos posuerat in urbibus muratis, in uniuerso Iuda.

CAP. XVIII

Iosaphat affinitate cum Achab parta cũ eo socia arma hostib. intulit, Michaeas incarceratur et Achab moritur

3 Reg. 22 a

A Fuit ergo Iosaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus est Achab. Descenditque post annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi & populo qui uenerant cum eo: persuasitque illi ut ascenderet in Ramoth Galaad. Dixitque Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Vt ego, & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus: tecumque erimus in bello. Dixit Iosaphat ad regem Israel: Consule obsecro impraesentiarum sermonem domini. Congregauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos uiros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi: Ascẽde, B inquiunt, & tradet deus in manu regis. Dixitque Iosaphat: Nunquid non est hic prophetes domini, ut ab illo etiam requiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat: Est uir unus à quo possumus quaerere domini uoluntatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore: est autẽ Michaeas filius Iemla. Dixitque Iosaphat: Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israel unum de eunuchis, & dixit ei: Voca cito Michaeam filium Iemla. Porrò rex Israel, & Iosaphat rex Iuda uterque sedebant in solio suo, uestiti cultu regio. sedebant autem in area iuxta portam Samariae, omnesque prophetae uaticinabantur C corã eis. Sedecias uerò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Haec dicit dominus, His uentilabis Syriam, donec conteras eam. Omnesque prophetae similiter prophetabant, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos dominus in manu regis. Nuntius autem qui ierat ad uocandum Michaeam, ait illi: En, uerba omnium pro-

phetarum uno ore bona regi annuntiant: quæso ergo te ut & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Michæas, Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait, Michęa, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit, Ascendite cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus uestras. Dixitque rex, Iterum atque iterum te adiuro, ut mihi non loquaris, nisi quod uerum est in nomine domini. At ille ait, Vidi uniuer-
D sum Israel dispersum in montibus, sicut oues absque pastore: & dixit dominus, Non habent isti dominos, reuertatur unusquisque in domum suam in pace. Et ait rex Israel ad Iosaphat, Nonne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quicquam boni, sed ea quæ mala sunt? At ille, Idcirco, ait, audite uerbum domini. Vidi dominum sedentem in solio suo, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et dixit dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat & corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo, & alter alio: processit spiritus, & stetit coram domino, & ait, Ego decipiã eum. Cui dominus,
E In quo, inquit, decipies? At ille respondit, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dominus dedit spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorũ: & dominus locutus est de te mala. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michææ maxillam, & ait. Per quam uiam transiuit spiritus domini à me, ut loqueretur tibi? Dixitque Michæas, Tu ipse uidebis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, ut abscondaris. Præcepit autem rex Israel, dicens, Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon princi-
F pem ciuitatis, & ad Ioas filium Amelech. Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hũc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquę pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus dñs in me. Et ait. Audite omnes populi. Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixitque rex Israel ad Iosaphat Mutabo habitum, & sic ad pugnam uadam: tu autem induere uestibus tuis. Mutatoque rex Israel habitu, uenit ad bellum. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens, Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum regem Israel. Itaque
G cum uidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt, Rex Israel est iste. Et circundederũt eum dimicantes: at ille clamauit ad dominum, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. Cũ enim uidissent duces equitatus quod nõ esset rex Israel, reliquerunt eũ. Accidit autẽ ut unus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Israel inter ceruicem, & scapulas: at ille aurigæ suo ait, Conuerte manum tuam & educ me de acie, quia uulneratus sum. Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros usque ad uesperã, & mortuus est occidente sole.

Esa.6 a

Ezech.14 a

CAP. XIX

A Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè in Hierusalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani uidens, & ait ad eum, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidem domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & pręparaueris cor tuum ut requireres deum. Habitauit ergo Iosaphat in Hierusalem: rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad dominum deum patrum suorum.
B Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca, & præcipiẽs iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudiciũ, sed domini: & quodcunque iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor domini uobiscum: & cum diligentia cuncta facite: nõ est enim apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In Hierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & prin-
C cipes familiarum ex Israel, ut iudicium & causam domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepitque eis, dicens. Sic agetis in timore domini fideliter, & corde perfecto. Omnem causam quæ uenerit ad uos fratrum uestrorum qui habitant in urbibus suis, inter cognationẽ & cognationem, ubicunque quæstio est de lege, de mandato, de ceremonijs, de iustificationibus: ostendite eis, ut non peccent in dominũ, & ne ueniat ira super uos & super fratres ue-

Iosaphat obiurgatus à Iehu, reuocat populũ ad cultum dei

2.Pa.17 b

stros:sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autē sacerdos & pontifex uester, in his quæ D ad deum pertinent præsidebit: porrò Zabadias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quæ ad regis officium pertinēt: habetisq; magistros Leuitas coram uobis, confortamini, & agite diligenter: & erit dominus cum bonis. CAP XX

Iosaphat dei implorato auxilio, multarū gentiū euadit uictor, hostib. semetipsos suis telis inuicē cōfodientibus

POst hæc congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Iosaphat, ut pugnarent contra eum. Veneruntq; nuntij, & indicauerunt Iosaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason thamar, quæ est Engaddi. Iosaphat aūt timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum: & prædicauit ieiunium uniuerso Iuda. Congregatusq; est Iudas ad deprecandum dominum: sed & omnes de urbibus suis uenerunt ad obsecrandum eum. Cumq; stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Hierusalē in domo domini ante atrium nouum, ait, Domine deus patrum nostrorū, tu es deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo, & potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nónne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaueruntq; in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes, Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosq; facies. Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab, & mons Seir, per quos non concessisti filijs Israel ut transirent quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos: econtrario agunt, & nituntur eijcere nos de possessione quā tradidisti nobis. Deus noster, ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Omnis uerò Iuda stabat coram domino cum paruulis, & uxoribus, & liberis suis. Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filijs Asaph, super quem factus est spiritus domini in medio turbæ, & ait, Attēdite omnis Iuda, & qui habitatis in Hierusalem, & tu rex Iosaphat: hæc dicit dominus uobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: nō est enim uestra pugna, sed dei. Cras descendetis contra eos: ascensuri enim sunt per cliuum nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Ieruel. Nō eritis uos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & uidebitis auxilium domini super uos, ò Iuda, & Hierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras egredimini contra eos, & dominus erit uobiscum. Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Hierusalē ceciderunt proni in terram coram domino, & adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core laudabant dominum deum Israel uoce magna in excelsum. Cumq; mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecua: profectisq; eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit, Audite me uiri Iuda, & omnes habitatores Hierusalē: credite in domino deo uestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Deditq; consilium populo, & statuit cantores domini, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac uoce consona dicerent, Confitemini domino quoniam in ęternum misericordia eius. Cūq; cœpissent laudes canere, uertit dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant ut pugnarent contra Iudam, & percussi sunt. Nanq; filij Ammon, & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, ut interficerent, & delerent eos: cumq; hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos uersi, mutuis concidere uulneribus. Porrò Iuda cum uenisset ad speculam quæ respicit solitudinē, uidit procul omnem latè regionem plenā cadaueribus, nec superesse quēquam qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inueneruntq; inter cadauera, uariam supellectilem. uestes quoq;, & uasa pretiosissima: & diripuerunt, ita ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. Die autē quarto congregati sunt in Valle benedictionis: etenim quoniam

Deu. 2. a

niam ibi benedixerant domino, uocauerunt locum illum Vallis benedictionis, usque in præsentem diem. Reuersusque est omnis uir Iuda, & habitatores Hierusalem, & Iosaphat ante eos in Hierusalem cum lætitia magna, eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in Hierusalem cum psalterijs, & citharis, & tubis in domum domini. Irruit aũt pauor dei super uniuersa regna terrarum, cum audissent quòd pugnasset dominus cõtra inimicos Israel. Quieuitque regnũ Iosaphat & præbuit ei deus pacẽ per circuitũ. Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat trigintaquinque annorũ cum regnare cœpisset, uiginti autem & quinque annis regnauit in Hierusalẽ: & nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et G ambulauit in uia patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant corã domino. Veruntamen excelsa nõ abstulit, & adhuc populus nõ direxerat cor suum ad deum patrũ suorum. Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorũ scripta sunt in uerbis Iehu filij Hanani, quæ digessit in libro regũ Israel. Post hæc inijt amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt impijssima. Et particeps fuit ut faceret naues quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Asion gaber. Prophetauit aũt Eliezer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus cũ Ochozia, percussit dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis. CAP. XXI

A DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid: regnauitque Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariã, & Iahiel, & Zachariam, & Azariã, & Michael, & Saphatiam: omnes hi filij Iosaphat regis Iuda. Deditque eis pater suus multa munera argenti, & auri, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui: cumque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. Trigintaduorum annorum erat Ioram, cum regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitque in uijs regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat uxor eius: & fecit malum in conspectu domini.

Mortuo Iosaphat imperat Iorã, occidit fratres & deficit ad idola, ultionẽ ingruentem nũciat ei Elias

4. Reg. 8 c

B Noluit autem dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat ut daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore. In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regem. Cumque transiret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom qui se circundederat, omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda usque ad hanc diẽ: eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum deum patrum suorum, insuper & excelsa fabricatus est in urbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Hierusalẽ, & præuaricari Iudam. Allatæ sunt autẽ ei literæ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat, Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui, Quoniam non C ambulasti in uijs Iosaphat patris tui, & in uijs Asa regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Hierusalem, imitatus fornicationẽ domus Achab: insuper & fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti: ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filijs, & uxoribus tuis, uniuersaque substantia tua. tu autem ægrotabis pessimo languore uteri tui, donec egrediantur uitalia tua paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabũ, qui confines sunt Æthiopibus. & ascenderunt in terram Iuda, & uastauerunt eam: diripuerũtque cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & uxores: nec remansit ei filius nisi Ioachaz, qui minimus natu erat. Et super hæc omnia percussit eum do- D minus alui languore insanabili. Cumque diei succederet dies, & temporum spatia uoluerentur, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus tabe, ita ut egereret etiam uiscera sua, languore pariter, & uita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima, & nõ fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Trigintaduorum annorum fuit, cum regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Hierusalem. Ambulauitque non rectè, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: ueruntamen non in sepulchro regum. CAP. XXII

Ochozias quõ regnũ adeptus sit & interierit. Itẽ de matre eius
4.Reg.8 d

CONstituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitq; Ochozias filius Iorã regis Iuda. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset, & uno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipse ingressus est per uias domus Achab: mater enĩ eius impulit eũ ut impie ageret. Fecit igitur malũ in conspectu domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerũt ei consiliarij post mortem patris sui in interitum eius. Ambulauitq; in consilijs eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad: uulnerauerunt q; Syri Ioram. Qui reuersus est ut curaretur in Iezrael: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit, ut inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit dei aduersus Ochoziam, ut ueniret ad Ioram: & cum uenisset, egressus est cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem unxit dominus ut deleret domum Achab. Cum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. Ipsum quoq; perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumq; ad se, occidit, & sepelierunt eum: eò q; esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in toto corde suo. nec erat ultrà spes aliqua ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ. siquidem Athalia mater eius uidens q; mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam domus Iuda. Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, cum interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, uxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ. & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

CAP. XXIII

Ioas fit rex, Athalia interimitur, & ædes Baal destruuntur
2.Reg.7 c

ANno autẽ septimo cõfortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariã uidelicet filiũ Ieroham, & Ismahel filium Iohannan, Azariam quoq; filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & inijt cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis urbibus Iuda, & principes familiarum Israel: ueneruntque in Hierusalem. Inijt ergo omnis multitudo pactum in domo domini cum rege: dixitq; ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quem facietis: Tertia pars uestrum qui ueniunt ad sabbathum, sacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis: tertia uerò pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamenti. omne uerò reliquum uulgus sit in atrijs domus domini. Nec quispiam alius ingrediatur domum domini, nisi sacerdotes, & qui ministrant de Leuitis: ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum uulgus obseruet custodias domini. Leuitæ autem circundent regem, habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: sintq; cum rege & intrante & egrediente. Fecerunt ergo Leuitæ, & uniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & assumpserunt singuli uiros qui sub se erant, & ueniebant per ordinem sabbathi, cum his qui impleuerant sabbathum, & egressuri erant. siquidem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditq; Ioiada sacerdos cẽturionibus lanceas, clypeosq; & peltas regis Dauid, quas cõsecrauerat in domo dei. Constituitq; omnẽ populũ tenentiũ pugiones à parte tẽpli dextra, usq; ad partẽ tẽpli sinistrã, corã altari, & tẽplo per circuitũ regis. Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntq; in manu eius tenendam legem: & constituerunt eum regem: unxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatiq; sunt ei, atque dixerunt, Viuat rex. Quod cum audisset Athalia, uocem scilicet currentium atque laudantium regem, ingressa est ad populum in templũ domini. Cumq; uidisset regem stantẽ super gradum in introitu, & principes, turmasq; circa eum, omnemq; populũ terræ gaudẽtem atq; clangẽtem tubis, & diuersi generis organis concinentẽ, uocemq; laudantiũ, scidit uestimẽta sua, &

sua,& ait:Insidiæ,insidiæ.Egressus autem Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus,dixit eis: Educite illam extra septa templi,& interficiatur foris gladio. Præcepitq; sacerdos ne occideretur in domo domini. Et imposuerunt ceruicibus eius manus:cumq; intrasset portam equorum domus regis,interfecerunt eam ibi. Pepigit autem Ioiada fœ-
D dus inter se,uniuersumq; populum & regem,ut esset populus domini. Itaq; ingressus est omnis populus domum Baal,& destruxerunt eam:& altaria ac simulachra illius confregerunt:Mathan quoq; sacerdotem Baal interfecerunt ante aras.Constituit autē Ioiada præpositos in domo domini,sub manibus sacerdotum & Leuitarum,quos distribuit Dauid in domo domini:ut offerrent holocausta domino,sicut scriptum est in lege Moysi,in gaudio & cāticis,iuxta dispositionem Dauid.Constituit quoq; ianitores in portis domus domini, ut non ingrederetur eam immundus in omni re.Assumpsitq; centuriones & fortissimos uiros ac principes populi,& omne uulgus terræ,& fecerūt descendere regem de domo domini,& introire per mediū portæ superioris in domū regis,& collocauerūt eum in solio regali.Lætatusq; est omnis populus terræ,& urbs quieuit:porrò Athalia interfecta est gladio.

CAP. XXIIII

Superstite Ioiada honestē regit Ioas, eo mortuo omnibus uitijs immersum occidunt serui

A SEptem annorum erat Ioas cum regnare cœpisset:& quadraginta annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius Sebia de Bersabee. Fecitq; quod bonum est coram domino cūctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autem ei Ioiada uxores duas, è quibus genuit filios & filias.Post quæ placuit Ioas ut instauraret domum domini.Congregauitq; sacerdotes & Leuitas,& dixit eis:Egredimini ad ciuitates Iuda,& colligite de uniuerso Israel pecuniā ad sartatecta templi dei uestri per singulos annos,festinatoq; hoc facite:porrò Leuitæ egere negligētius. Vocauitq; rex Ioiadam principem,& dixit ei:Qua-
B re tibi non fuit curæ ut cogeres Leuitas inferre de Iuda & Ierusalem pecuniam quæ constituta est à Moyse seruo domini,ut inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonij? Athalia enim impijssima, & filij eius destruxerunt domum dei, & de uniuersis quæ sanctificata fuerant in templo domini,ornauerunt fanum Baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam:posueruntq; eam iuxta portam domus domini forinsecus. Et prædicatum est in Iuda & Ierusalem ut deferrent singuli pretium domino,quod cōstituit Moyses seruus dei super omnem Israel in deserto. Lætatiq; sunt cūcti principes,& omnis populus:
C & ingressi contulerunt in arcam domini,atque miserunt,ita ut impleretur.Cumq; tempus esset ut deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum(uidebant enim multam pecuniam)ingrediebatur scriba regis,& quem primus sacerdos constituerat:effundebantq; pecuniam quæ erat in arca:porrò arcam reportabant ad locum suum:sicq; faciebant per singulos dies,& congregata est infinita pecunia.Quam dederunt rex,& Ioiada his qui præerant operibus domus domini:at illi conducebant ex ea cæsores lapidum,& artifices operum singulorum,ut instaurarent domū domini:fabros quoq; ferri & æris:ut quod cadere
D cœperat,fulciretur.Egeruntq; hi qui operabantur industriè,& obducebatur parietum cicatrix per manus eorum:ac suscitauerūt domum domini in statum pristinū,& firmiter eam stare fecerunt.Cumq; cōplessent omnia opera,detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ:de qua facta sunt uasa templi in ministerium ad holocausta,phialæ quoque,& cætera uasa aurea & argentea:& offerebantur holocausta in domo domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.Senuit autem Ioiada plenus dierum,& mortuus est cum esset centum triginta annorū:sepelieruntq; eum in ciuitate Dauid cum regibus,eo quòd fecisset bo-
E num cum Israel,& cum domo eius.Postquā autem obijt Ioiada,ingressi sunt principes Iuda,& adorauerunt regem:qui delinitus obsequijs eorū,acquieuit eis.Et dereliquerunt templum domini dei patrū suorū,seruieruntq; lucis & sculptilibus:& facta est ira cōtra Iudam & Ierusalē propter hoc peccatū.Mittebatq; eis prophetas,ut reuerterentur ad dominum: quos protestantes illi audire nolebant.Spiritus itaq; dei induit Zachariā filium Ioiadæ sacerdotē,& stetit in conspectu populi,& dixit eis:Hæc dixit dominus deus:Quare trāsgredimini præceptū domini,quod uobis non proderit:& dereliquistis dñm,ut derelinqueret
F uos? Qui cōgregati aduersus eum,miserūt lapides iuxta regis imperiū,in atrio domus dñi.

Matt.23 d

Et non

Et non eſt recordatus Ioas rex,miſericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius ſecum,ſed interfecit filium eius.Qui cum moreretur,ait:Videat dominus,& requirat.Cumq; euolutus eſſet annus,aſcendit contra eum exercitus Syriæ:uenitq; in Iudam & Ieruſalem,& interfecit cunctos principes populi,atque uniuerſam prædam miſerunt regi in Damaſcum. G Et certè cum permodicus ueniſſet numerus Syrorum,tradidit dominus in manibus eorum infinitam multitudinem:eo quòd dereliquiſſent dominum deum patrum ſuorum:in Ioas quoq; ignominioſa exercuere iudicia. Et abeuntes dimiſerunt eum in languoribus magnis:ſurrexerunt autem contra eum ſerui ſui in ultionem ſanguinis filij Ioiadæ ſacerdotis,& occiderunt eum in lectulo ſuo,& mortuus eſt:ſepelieruntq; eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris regum. Inſidiati uerò ſunt ei Zabad filius Semaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porrò filij eius,ac ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo,& inſtauratio domus dei ſcripta ſunt diligentius in libro regum:regnauit autem Amaſias filius eius pro eo.

CAP. XXV

Amaſias regni gubernacula tenens fit idololatra capitur ab hoſtibus & interficitur

4.Reg.14.a

VIgintiquinque annorum erat Amaſias cum regnare cœpiſſet,& uigintinouem annis A regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ioadan de Ieruſalem. Fecitq; bonum in conſpectu domini,ueruntamen non in corde perfecto.Cumq; roboratum ſibi uideret imperium,iugulauit ſeruos qui occiderant regem patrem ſuum.Sed filios eorum non interfecit,ſicut ſcriptum eſt in libro legis Moyſi,ubi præcepit dominus, dicens:Non occidentur patres pro filijs,neq; filij pro patribus ſuis:ſed unuſquiſq; in ſuo peccato morietur.Congregauit igitur Amaſias Iudam & conſtituit eos per familias, tribunoſq; & centuriones B in uniuerſo Iuda & Beniamin:& recenſuit à uiginti annis ſurſum,inuenitq; trecenta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam,& tenerent haſtam & clypeum.Mercede quoq; conduxit de Iſrael centum millia robuſtorũ centum talentis argenti.Venit autem homo dei ad illum,& ait:O rex,ne egrediatur tecum exercitus Iſrael:non eſt enim dominus cum Iſrael,& cunctis filijs Ephraim.Quòd ſi putas in robore exercitus bella conſiſtere,ſuperari te faciet deus ab hoſtibus:dei quippe eſt & adiuuare,& in fugam conuertere. Dixitq; C Amaſias ad hominem dei:Quid ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Iſrael? Et reſpondit ei homo dei: Habet dominus unde tibi dare poſsit multo his plura.Separauit itaq; Amaſias exercitum qui uenerat ad eum ex Ephraim,ut reuerteretur in locum ſuum: at illi contra Iudam uehementer irati,reuerſi ſunt in regionem ſuam.Porrò Amaſias confidenter eduxit populum ſuum,& abijt in uallem Salinarum, percuſsitq; filios Seir decem millia.Et alia decem millia uirorum ceperunt filij Iuda,& adduxerunt ad præruptum cu- D iuſdam petræ,præcipitauerũtq; eos de ſummo in præceps,qui uniuerſi crepuerunt. At ille exercitus quem remiſerat Amaſias,ne ſecum iret ad prælium,diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda,à Samaria uſq; ad Bethhoron,& interfectis tribus millibus,diripuit prædã magnam. Amaſias uerò poſt cædem Idumæorũ,& allatos deos filiorũ Seir,ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos,& illis adolebat incenſum.Quam ob rem iratus dominus contra Amaſiã, miſit ad illum prophetam,qui diceret ei:Cur adoraſti deos qui non liberauerũt populum E ſuum de manu tua? Cumq; hæc ille loqueretur,reſpondit ei:Num cõſiliarius regis es? quieſce,ne interficiam te.Deſcendenſq; propheta:Scio,inquit,quòd cogitauerit deus occidere te,quia feciſti hoc malum,& inſuper non acquieuiſti conſilio meo.Igitur Amaſias rex Iuda inito peſsimo conſilio, miſit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu regem Iſrael,dicens:Veni,uideamus nos mutuo.At ille remiſit nuntios,dicens:Carduus qui eſt in Libano miſit ad cedrum Libani,dicens:Da filiam tuam filio meo uxorem:& ecce,beſtiæ quæ erant in ſyl- F ua Libani tranſierunt,& conculcauerunt carduum.Dixiſti:Percuſsi Edom:& idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam, ſede in domo tua,cur malum aduerſum te prouocas,ut cadas & tu & Iudas tecum? Noluit autem audire Amaſias,eo quòd domini eſſet uoluntas ut traderetur in manus hoſtium propter deos Edom. Aſcendit igitur Ioas rex Iſrael,& mutuos ſibi præbuere conſpectus: Amaſias autem rex Iuda erat in Bethſames Iudæ. Corruitq; Iudas coram Iſrael,& fugit in tabernacula ſua. Porrò Amaſiam regem Iuda filium

Ioas filij Ioachaz cepit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit in Ierusalem: destruxitq; murum eius à porta Ephraim usq; ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoq;
G aurum & argentum, & uniuersa uasa quæ repererat in domo dei & apud Obededom, in thesauris etiam domus regiæ, necnõ & filios obsidum reduxit in Samariam. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquàm mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel quindecim annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Qui postquàm recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cumq; fugisset in Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi. Reportantesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

CAP. XXVI

Oziæ regnũ & gesta, quomodoq; lepra fuerit tactus & mortuus

A OMnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum sedecim constituit regem pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquã dormiuit rex cum patribus suis. Sedecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpisset, & quinquaginta annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitq; quod erat rectum in oculis domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius. Et exquisiuit deum in diebus Zachariæ intelligentis & uidentis deum: cumq; requireret dominum direxit eum in omnibus. Deniq; egressus est, & pugnauit contra Philisthijm, & destruxit murum Geth & murum Iabniæ, murumq; Azoti: ædificauit quoq; oppida in Azoto & in Philisthijm. Et adiuuit eum deus contra Philisthijm, & contra Arabes qui habitabant in
B Gurbaal, & contra Ammonitas. Appendebantq; Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomen eius usque ad introitum Ægypti propter crebras uictorias. Ædificauitq; Ozias turres in Ierusalẽ super portam anguli & super portam uallis, & reliquas in eodem muri latere, firmauitq; eas. Extruxit etiã turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tam in campestribus, quàm in eremi uastitate: uineas quoque habuit, & uinitores in montibus & in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæq; doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. Omnisq; numerus principum per familias uirorum fortium duorum millium sexcentorum. Et sub eis uniuersus exercitus trecentorum, & septem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, &
C pro rege contra aduersarios dimicabant. Præparauit quoq; eis Ozias, id est cuncto exercitui clypeos & hastas & galeas & loricas, arcusq; & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas. quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, ut mitterent sagittas & saxa grandia: egressumq; est nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei dominus, & corroborasset illum. Sed cum corroboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit dominum deum suum: ingressusq; templum domini, adolere uoluit incensum super altare thymiamatis. Statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes domini octoginta uiri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne con-
D tempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à domino deo. Iratusq; Ozias, & tenens in manu thuribulum ut adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo domini super altare thymiamatis. Cumq; respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, uiderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerunt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset ilicò plagam domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus usque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos propheta. Dormiuitq; Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorũ, eo quòd esset leprosus: regnauitq; Ioatham filius eius pro eo.

4 Reg. 14 d
4 Reg. 15 a

CAP. XXVII

Viginti

De regno & morte pij Ioatham
4 Reg. 15 g

VIgintiquinque annorum erat Ioatham cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ierusa filia Sadoc. Fecitq; quod rectum erat coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus templum domini: & adhuc populus delinquebat. Ipse ædificauit portam domus domini B excelsam: & in muro Ophel multa construxit. Vrbes quoq; ædificauit in montibus Iuda: & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & uicit eos: dederuntq; ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros C tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. Corroboratusq; est Ioatham, eo quòd direxisset uias suas coram domino deo suo. Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius & opera, scripta sunt in libro regum D Israel & Iuda. Vigintiquinq; annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Dormiuitq; Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XXVIII

Achaz rex sua impietate calamitosus populo moritur
4 Reg. 16 a

VIginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit rectum in conspectu domini sicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in uijs regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim. Ipse est qui adoleuit incensum in ualle Benennom: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium, quas interfecit dominus in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis & in collibus & sub omni ligno frondoso. Tradiditq; eum dominus deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamq; prædã cepit de eius imperio: & adduxit in Darmascum: manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occiditq; Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum uiginti millia in die uno, omnes uiros bellatores: eo quòd reliquissent dominum deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri uir potens ex Ephraim Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanan quoq; secundum à rege. Ceperuntq; filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum & puel- B larum & infinitam prædam: pertuleruntq; eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi propheta domini, nomine Oded: qui egressus obuiam exercitui uenienti in Samariam, dixit eis: Ecce, iratus dominus deus patrum uestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus uestris, & occidistis eos atrociter, ita ut ad cœlum pertingeret uestra crudelitas. Insuper filios Iuda & Ierusalem uultis uobis subijcere in seruos & ancillas: quod nequaquam facto opus est. peccastis enim super hoc domino deo uestro. Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus uestris: quia magnus furor domini imminet uobis. Steterunt itaq; uiri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasa filius Hadali, contra eos qui ueniebant de prælio, & dixerunt eis: Non introducetis hic captiuos, ne peccemus domino. Quare uultis adijcere super peccata nostra, & uetera cumulare delicta? grande quippe pec- C catum est, & ira furoris domini imminet super Israel. Dimiseruntq; uiri bellatores prædam & uniuersa quæ ceperant coram principibus & omni multitudine. Steteruntq; uiri quos supra memorauimus: & apprehẽdentes captiuos, omnesq; qui nudi erant, uestierunt de spolijs: cumq; uestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, unxissentq; propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunq; ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt Iericho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, ipsiq; reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regẽ Assyriorum, postulans auxilium. Veneruntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperũt prædam magnam. Philisthijm quoq; diffusi sunt per urbes campestres, & ad meridiem Iudæ: ceperũtq; Bethsames & Aialon & Gaderoth, Socho quoq; & Thamnan & Gamzo cum uiculis suis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim dominus Iudam propter Achaz re- D gem Iuda, eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset dominum. Adduxitq; contra eum Thelgathphalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente uastauit. Igitur Achaz spoliata domo domini & domo regum ac principũ, dedit regi Assy-

4 Reg. 16 b

riorum

riorum munera:& tamen nihil ei profuit. Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contem-
ptum in dominum, ipse per se rex Achaz. Immolauitq; dijs Damasci uictimas percusso-
ribus suis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt
mihi, cum econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & uniuerso Israel. Direptis itaq; Achaz omnibus
uasis domus dei, atq; confractis, clausit ianuas templi dei: & fecit sibi altaria in uniuersis an
gulis Ierusalem. In omnibus quoq; urbibus Iuda extruxit aras ad cremandū thus, atq; ad
iracundiam prouocauit dominum deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius
& omnium operum suorum priorum & nouissimorum, scripta sunt in libro regum Iuda &
Israel. Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neq;
enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitq; Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX

Impio Achaz succedēs pius Ezechias templū dei uastatum restituit *4 Reg. 18 a*

A IGitur Ezechias regnare cœpit cum uigintiquinq; esset annorum, & ui-
gintinouem annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Abia, filia Zachariæ. Fecitq;
quod erat placitum in cōspectu domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. In ipso
anno & mēse primo regni sui aperuit ualuas domus domini, & instaurauit eas. Adduxitq;
sacerdotes atq; Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem. Dixitq; ad eos: Audite
me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum domini dei patrum uestrorum, & auferte
omnem immunditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in con
spectu domini dei nostri, derelinquentes eum: auerterūt facies suas à tabernaculo domini,
B & præbuerunt dorsum. Clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas: in-
censumq; non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario deo Israel. Conci-
tatus est itaq; furor domini super Iudam & Ierusalem: tradiditq; eos in commotionem &
in interitū & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis uestris. En, corruerunt patres nostri gladijs:
filij nostri & filiæ nostræ & coniuges, captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo
placet mihi, ut ineamus fœdus cum domino deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suę.
Filij mei, nolite negligere: uos elegit dominus, ut stetis corām eo, & ministretis illi, colatisq;
eum, & cremetis ei incensum. Surrexerunt ergo Leuitæ: Maath filius Amasai, & Ioel filius
Azariæ, de filijs Caath. Porrò de filijs Merari: Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel.

Num. 18 a

C De filijs autē Gerson: Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah. At uerò de filijs Elisaphan:
Samri & Iahiel. De filijs quoq; Asaph: Zacharias & Mathanias. Necnō de filijs Heman,
Iahiel & Semei. sed & de filijs Idithun, Semeias & Oziel. Congregauerūtq; fratres suos,
& sanctificati sunt, & ingressi iuxta mandatum regis & imperium domini, ut expiarent do-
mum dei. Sacerdotes quoq; ingressi templum domini ut sanctificarent illud, extulerūt om
nem immunditiam quam intrò repererant in uestibulo domus domini: quam tulerunt Le
uitæ, & asportauerunt ad torrētem Cedron foras. Cœperunt autem prima die mensis pri-
mi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi domini: expia
ueruntq; templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod cœperant, im
D pleuerunt. Ingressi quoq; sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei: Sāctificauimus omnem
domum domini, & altare holocausti, uasaq; eius, necnō & mensam propositionis cum om
nibus uasis suis, cunctamq; templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regno suo,
postquàm preuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia corā altari domini. Consurgensq;
diluculò Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum domini:
obtuleruntq; simul tauros septem & arietes septem, agnos septem & hircos septē pro pec-
cato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitq; sacerdotibus filijs Aaron, ut offerrent su-
per altare domini. Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fu-
derunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fu-
E derunt: immolauerūt agnos, & fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro
peccato coram rege & uniuersa multitudine: imposueruntq; manus suas super eos. Et im-
molauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum altari pro piaculo uniuersi
Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex ut holocaustum fieret, & pro peccato. Con
stituit quoq; Leuitas in domo domini cum cymbalis & psalterijs & citharis secundum dis-

F positionem

positionem Dauid & Gad uidentis regis & Nathā prophetæ:siquidē domini præceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntq́ Leuitæ tenentes organa Dauid,& sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias ut offerrent holocausta super altare:cumq́ offerrentur holocausta,cœperunt laudes canere domino,& clangere tubis,atque in diuersis organis quæ Dauid rex Israel repererat,concrepare. Omni autem turba adorante,cantores,& hi qui tenebant tubas,erant in officio suo,donec compleretur holocaustū. Cumq́ finita esset oblatio,incuruatus est rex & omnes qui erant cum eo,& adorauerunt. Præcepitq́ Ezechias & principes Leuitis,ut laudarent dominum sermonibus Dauid & Asaph uidentis:qui laudauerunt deum magna lætitia,& incuruato genu adorauerunt. Ezechias autē etiam hæc addidit: Implestis manus uestras domino,accedite,& offerte uictimas & laudes in domo domini. Obtulit ergo uniuersa multitudo hostias & laudes & holocausta mente deuota. Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo,hic fuit: Tauros septuaginta,arietes centum,agnos ducentos. Sanctificaueruntq́ domino boues sexcentos & oues tria millia. Sacerdotes uerò pauci erant,nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent: unde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos,donec impleretur opus,& sanctificarentur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur,quàm sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima,adipes pacificorum,& libamina holocaustorū:& completus est cultus domus domini. Lætatusq́ est Ezechias,& omnis populus,eo quòd ministerium dei esset expletum. derepente quippe hoc fieri placuerat. CAP. XXX

Ezechias phase celebrat, & populū ad uerum dei cultū reuocat

Misit quoq́ Ezechias ad omnem Israel & Iudam:scripsitq́ epistolas ad Ephraim & Manassen ut uenirent ad domum domini in Ierusalem,& facerent phase domino deo Israel. Inito ergo consilio regis & principum & uniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt ut facerent phase mense secundo. Non enim occurrerant facere in tempore suo:quia sacerdotes qui possent sufficere,sanctificati non fuerant,& populus necdum congregatus erat in Ierusalem. Placuitq́ sermo regi & omni multitudini. Et decreuerūt ut mitterent nuntios in uniuersum Israel de Bersabee usq́ Dan,ut uenirent & facerent phase domino deo Israel in Ierusalem:multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est. Perrexeruntq́ cursores cum epistolis ex regis imperio & principū eius in uniuersum Israel & Iudam,iuxta id quod rex iusserat,prædicantes: Filij Israel,reuertimini ad dominum deum Abraham & Isaac & Israel:& reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum. Nolite fieri sicut patres uestri & fratres,qui recesserunt à domino deo patrum suorum,& tradidit eos in interitum,ut ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices uestras,sicut patres uestri,tradite manus domino,& uenite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum:seruite domino deo patrum uestrorum,& auertetur à uobis ira furoris eius. Si enim uos reuersi fueritis ad dominum,fratres uestri & filij habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxerunt captiuos,& reuertentur in terram hanc:pius enim & clemens est dominus deus uester,& non auertet faciem suam à uobis,si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant uelociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse,usque ad Zabulon,illis irridentibus & subsannantibus eos. Attamen quidam uiri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes consilio uenerunt Ierusalem. In Iuda uerò facta est manus domini,ut daret eis cor unum,ut facerent iuxta præceptum regis & principum uerbum domini. Congregatiq́ sunt in Ierusalem populi multi,ut facerent solennitatem azymorum in mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem:atque uniuersa in quibus idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in torrentem Cedron. Immolauerunt autem phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoq́ atq́ Leuitæ,tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo domini. Steteruntq́ in ordine suo iuxta dispositionem & legem Moysi hominis dei: sacerdotes uerò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum. Eo quòd multa turba sanctificata non esset:& idcirco immolarent Leuitæ phase his qui non potuerant sanctificari domino. Magna enim pars populi de Ephraim & Manasse & Issachar & Zabulō,quæ sanctificata nō fuerat,comedit phase,

2 Par. 28 d

non

non iuxta quod ſcriptum eſt:& orauit pro eis Ezechias,dicens:Dominus bonus propitiabitur cunctis,qui in toto corde requirunt dominum deum patrum ſuorum:& non imputabit eis quòd minus ſanctificati ſunt. Quem exaudiuit dominus,& placatus eſt populo. Feceruntq; filij Iſrael qui inuenti ſunt in Ieruſalem,ſolennitatem azymorum ſeptem diebus in lætitia magna,laudantes dominum per ſingulos dies,Leuitæ quoq; & ſacerdotes per organa,quæ ſuo officio cōgruebant. Et locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebant intelligentiam bonam ſuper domino:& comederunt ſeptem diebus ſolennitatis immolantes uictimas pacificorum,& laudantes dominum deum patrum ſuorum. Placuitq; uniuerſæ multitudini ut celebrarent etiam alios dies ſeptem:quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias autem rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros & ſeptē millia ouium:principes uerò dederant populo tauros mille,& oues decem millia:ſanctificata eſt ergo ſacerdotum plurima multitudo. Et hilaritate perfuſa omnis turba Iuda tam ſacerdotum & Leuitarum quàm uniuerſæ frequentię quæ uenerat ex Iſrael:proſelytorū quoq; de terra Iſrael,& habitantium in Iuda. Factaq; eſt grandis celebritas in Ieruſalem,qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrael in ea urbe non fuerat. Surrexerunt autem ſacerdotes atq; Leuitæ benedicentes populo:& exaudita eſt uox eorum,perueniitq; oratio in habitaculum ſanctum cœli.

CAP. XXXI

Aræ cū idolis et lucis ſubuertūtur,& inſtitutis ſacerdotibus decimæ adſcribūtur per Ezechiam 2 Par. 14 17.33

CVmq; hæc fuiſſent ritè celebrata,egreſſus eſt omnis Iſrael,qui inuentus fuerat in urbibus Iuda,& fregerunt ſimulachra,ſucciderun tq; lucos,demoliti ſunt excelſa,& altaria deſtruxerunt:non ſolum de uniuerſo Iuda & Beniamin,ſed & de Ephraim quoq; & Manaſſe,donec penitus euerterent:reuerſiq; ſunt omnes filij Iſrael in poſſeſsiones & ciuitates ſuas. Ezechias autem conſtituit turmas ſacerdotales & Leuiticas per diuiſiones ſuas, unumquenq; in officio proprio,tam ſacerdotum uidelicet quàm Leuitarum,ad holocauſta & pacifica,ut miniſtrarent & confiterētur,canerentq; in portis caſtrorum domini. Pars autem regis erat,ut de propria eius ſubſtantia offerretur holocauſtum mane ſemper,& ueſpere,ſabbathis quoq; & calendis,& ſolennitatibus cæteris,ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Præcepit etiam populo habitantium Ieruſalem,ut darent partes ſacerdotibus & Leuitis,ut poſſent uacare legi domini. Quod cum percrebuiſſet in auribus multitudinis,plurimas obtulere primitias filij Iſrael,frumēti,uini & olei,mellis quoq;,& omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filij Iſrael & Iuda,qui habitabant in urbibus Iuda,obtulerunt decimas boum & ouium,decimaſq; ſanctorum quæ uouerant domino deo ſuo: atq; uniuerſa portantes,fecerunt aceruos plurimos. Menſe tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta,& menſe ſeptimo compleuerunt eos. Cumq; ingreſsi fuiſſent Ezechias & principes eius,uiderunt aceruos,& benedixerunt domino ac populo eius Iſrael. Interrogauitq; Ezechias ſacerdotes & Leuitas,cur ita iacerent acerui. Reſpondit illi Azarias ſacerdos primus de ſtirpe Sadoc,dicens:Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo domini,comedimus,& ſaturati ſumus,& remanſerunt plurima:eo quòd benedixerit dominus populo ſuo:reliquiarum autem copia eſt iſta,quam cernis. Præcepit igitur Ezechias ut præpararent horrea in domo domini. Quod cum feciſſent,intulerūt tam primitias quàm decimas: & quæcunq; uouerant fideliter. Fuit autem pręfectus eorum Chonenias Leuita,& Semei frater eius ſecundus:poſt quem Iahiel & Azazias & Nahath & Aſael & Ierimoth,Iozabad quoq; & Eliel & Ieſmachias & Mahath & Banaias,præpoſiti ſub manibus Choneniæ & Semei fratris eius,ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pōtificis domus dei,ad quos omnia pertinebant. Core uerò filius Iemna Leuites,& ianitor orientalis portæ,præpoſitus erat ijs quæ ſponte offerebantur deo,primitijſq; & cōſecratis in ſancta ſanctorum. Et ſub cura eius Eden & Beniamin,Ieſue & Semeias,Amarias quoq; & Sechenias,in ciuitatibus ſacerdotum:ut fideliter diſtribuerent fratribus ſuis partes minoribus atq; maioribus:exceptis maribus ab annis tribus & ſuprà,cunctiſq; qui ingrediebantur templum domini,& quicquid per ſingulos dies conducebat in miniſterio atq; obſeruationibus iuxta diuiſiones ſuas ſacerdotibus per familias,& Leuitis à uiceſimo anno & ſuprà per ordines & turmas

suas, uniuersæque multitudini tam uxoribus quàm liberis eorum utriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur. Sed & filiorum Aaron per agros & suburbana urbium singularum dispositi erant uiri, qui partes distribuerent uniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. Fecit ergo Ezechias uniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum & rectum & uerum coram domino deo suo, in uniuersa cultura ministerij domus domini, iuxta legem & ceremonias, uolens requirere deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est.

CAP. XXXII

Sennacherib blasphemus inuadit Iudam, dein à filijs interimitur, Ezechias à morbo reualescit, tādē moritur

Post quæ & huiuscemodi ueritatem, uenit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas, uolens eas capere. Quod cum uidisset Ezechias, uenisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum uerti contra Ierusalem: inito cum principibus consilio, uirisque fortissimis, ut obturarent capita fontium qui erant extra urbem: & hoc omnium decernente sententia, congregauit plurimam multitudinem, & obturauerūt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne ueniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. Ædificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterū murum: instaurauitque Mello in ciuitate Dauid, & fecit uniuersi generis armaturam & clypeos. Constituitque principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit uniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens: Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis regem Assyriorū & uniuersam multitudinem quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum dominus deus noster qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi uerbis Ezechiæ regis Iuda. Quæ postquàm gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum uniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda & ad omnem populum qui erat in urbe, dicens: Hęc dicit Sennacherib rex Assyriorum, In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit uos, ut tradat morti in fame & siti, affirmās quòd dominus deus uester liberet uos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens: Coram altari uno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? nunquid præualuerunt dij gentium, omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de uniuersis dijs gentium, quas uastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populū suum de manu mea, ut possit etiam deus uester eruere uos de hac manu? Non uos ergo decipiat Ezechias, nec uana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec deus uester poterit eruere uos de manu mea. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra dominum deum & contra Ezechiam seruum eius. Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in dominum deum Israel, & locutus est aduersum eum: Sicut dij gentium cæterarum non potuerunt liberare populū suum de manu mea, sic & deus Ezechiæ eruere non poterit populū suum de manu ista. Insuper & clamore magno lingua Iudaica contra populum, qui sedebat in muris Ierusalem, personabat, ut terreret eos & caperet ciuitatem. Locutusque est contra deum Ierusalem, sicut aduersum deos populorum terræ opera manuum hominum. Orauerunt igitur Ezechias rex & Isaias filius Amos prophetes aduersum hanc blasphemiam, ac uociferati sunt usque in cœlum. Et misit dominus angelum qui percussit omnem uirum robustum & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de utero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitque dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorū, & de manu omnium, & pręstitit ei quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit Ezechias usque ad mortem

4 Reg. 18 c *4 Reg. 19 b*

mortem,& orauit dominum:exaudiuitq; eum,& dedit ei signum.Sed non iuxta beneficia F quæ acceperat,retribuit,quia eleuatum est cor eius:& facta est contra eum ira & contra Iudam & Ierusalem. Humiliatusq; est postea,eo quòd exaltatum fuisset cor eius,tam ipse, quàm habitatores Ierusalem:& idcirco non uenit super eos ira domini in diebus Ezechiæ. Fuit autem Ezechias diues & inclytus ualde & thesauros sibi plurimos congregauit,argenti & auri & lapidis pretiosi,aromatum & armorum uniuersi generis & uasorum magni pretij.Apothecas quoq; frumenti,uini & olei & præsepia omnium iumentorum,caulasq; pecorum,& urbes ædificauit sibi.habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles,eo quòd dedisset ei dominus substantiam multam nimis.Ipse est Ezechias qui obturauit G superiorem fontem aquarum Gihon,& auertit eas subter ad occidentem urbis Dauid: in omnibus operibus suis fecit prospere quæ uoluit.Attamen in legatione principum Babylonis,qui missi fuerant ad eum,ut interrogarent de portento quod acciderat super terram,dereliquit eum deus ut tentaretur,& nota fierent omnia quæ erant in corde eius.Reliqua autem sermonũ Ezechiæ,& misericordiarũ eius scripta sunt in uisione Isaiæ filij Amos prophetæ,& in libro regum Iuda & Israel.Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis,& sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid:& celebrauit eius exequias uniuersus Iuda,& omnes habitatores Ierusalem:regnauitq; Manasses filius eius pro eo. CAP. XXXIII

Manasses idololatra abducitur Babylonẽ, hinc resipiscit et moritur:succedit longè deterior Amon, qui à suis seruis è medio est sublatus

A DVodecim annorum erat Manasses,cum regnare cœpisset:& quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Fecit autem malum coram domino,iuxta abominationes gentium quas subuertit dominus coram filijs Israel.Et conuersus,instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius:construxitq; aras Baalim,& fecit lucos:& adorauit omnem militiã cœli,& coluit eam.Ædificauit quoq; altaria in domo domini,de qua dixerat dominus:In Ierusalem erit nomẽ meum in æternum. Ædificauit autem ea cuncto exercitui cœli,in duobus atrijs domus domini.Transireq; fecit filios suos per ignem,in ualle Benennom:obseruabat somnia,sectabatur auguria,maleficis artibus inseruiebat:habebat secum magos,& incantatores:multaq; mala operatus est coram domino,ut irritaret B eum.Sculptile quoq; & conflatile signum posuit in domo dei,de qua locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius,dicẽs:In domo hac & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel,ponam nomen meum in sempiternum.Et mouere non faciam pedem Israel,de terra quam tradidi patribus eorum:ita duntaxat,si custodierint facere quæ præcepi eis,cunctamq; legem & ceremonias atq; iudicia quæ mandaui per manũ Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem,ut facerent malum super omnes gentes quas subuerterat dominus à facie filiorum Israel.Locutusq; est dominus ad eum, & ad populum illius:& attendere noluerunt.Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum:ceperuntq; Manassen,& uinctum catenis,atq; compedibus duxerunt in C Babylonem.Qui postquàm coangustatus est,orauit dominum deum suum:& egit pœnitentiam ualde coram deo patrum suorum.Deprecatusq; est eum,& obsecrauit intente:& exaudiuit orationem eius,reduxitq; eum Ierusalem in regnum suum.& cognouit Manasses quòd dominus,ipse esset deus. Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid,ad occidentem Gihon,in conualle:ab introitu portæ piscium per circuitum usq; ad Ophel,& exaltauit illum uehementer:constituitq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.Et abstulit deos alienos,& simulachrum de domo domini:aras quoq; quas fecerat in monte domus domini,& in Ierusalem:& proiecit omnia extra urbem. Porrò instaurauit altare domini,& immolauit super illud uictimas & pacifica & laudem:præcepitq; Iudæ ut D seruiret domino deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis domino deo suo.Reliqua autem gestorum Manasse:& obsecratio eius ad deum suum:uerba quoq; uidentium,quæ loquebantur ad eum in nomine domini dei Israel,continẽtur in sermonibus regum Israel.Oratio quoq; eius & exauditio & cuncta peccata atq; contẽptus,loca etiam in quibus ædificauit excelsa,& fecit lucos & statuas antequàm ageret pœnitẽtiam,scripta sunt in sermonibus Hozai.Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis,& sepelierunt eum

in domo sua:regnauitq́ pro eo filius eius Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon, cum regnare cœpisset:& duobus annis regnauit in Ierusalem.Fecitq́ malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius:& cunctis idolis quæ Manasses fuerat fabricatus,immolauit atq́ seruiuit.Et non est reueritus faciem domini,sicut reueritus est Manasses pater eius:& multo maiora deliquit.Cumq́ coniurassent aduersus eum serui sui,interfecerunt eum in domo sua. Porrò reliqua populi multitudo,cæsis ijs qui Amon percusserant,constituit regem Iosiam filium eius pro eo. CAP. XXXIIII

Iosias quibuscunque modis uiam & legem domini sectatur, & in prælio contra regem Aegypti occumbit

OCto annorum erat Iosias cum regnare cœpisset:& triginta & uno anno regnauit in Ierusalem.Fecitq́ quod erat rectum in conspectu domini,& ambulauit in uijs Dauid patris sui:non declinauit neq́ ad dexteram neq́ ad sinistram.Octauo autem anno regni sui,cum adhuc esset puer,cœpit quærere deum patris sui Dauid:& duodecimo anno postquàm cœperat,mundauit Iudam & Ierusalē ab excelsis & lucis,simulachrisq́ & sculptilibus.Destruxeruntq́ coram eo aras Baalim:& simulachra quæ superposita fuerāt,demoliti sunt:lucos etiam & sculptilia succidit atq́ comminuit:& super tumulos eorū qui eis immolare consueuerant,fragmenta dispersit.Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum,mundauitq́ Iudam & Ierusalem. Sed & in urbibus Manasse & Ephraim & Simeon usq́ Nephthali cuncta subuertit.Cumq́ altaria dissipasset & lucos & sculptilia contriuisset in frusta,cunctaq́ delubra demolitus esset de uniuersa terra Israel,reuersus est in Ierusalem.Igitur anno octauodecimo regni sui,mundata iam terra & templo domini,misit Saphan filium Eseliæ & Maasiam principē ciuitatis,& Ioha filium Ioachaz à commentarijs:ut instaurarent domum domini dei sui.Qui uenerunt ad Helciam sacerdotem magnum:acceptamq́ ab eo pecuniam,quæ illata fuerat in domum domini,& quam congregauerāt Leuitæ,& ianitores de Manasse & Ephraim & uniuersis reliquijs Israel,ab omni quoq́ Iuda & Beniamin & habitatoribus Ierusalem:tradiderūt in manibus eorum qui præerant operarijs in domo domini,ut instaurarent templum,& infirma quæq́ sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cementarijs,ut emerent lapides de lapicidinis,& ligna ad commissuras ædificij,& ad contignationem domorum quas destruxerāt reges Iuda.Qui fideliter cuncta faciebant.Erant autē præpositi operantium,Iahath & Abdias de filijs Merari:Zacharias & Mosollam de filijs Caath,qui urgebant opus:omnes Leuitæ scientes organis canere.Super eos uerò qui ad diuersos usus onera portabant,erant scribæ & magistri de Leuitis ianitores.Cumq́ efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum domini, reperit Helcias sacerdos librum legis domini,qui datus fuerat per manū Moysi. Et ait ad Saphā scribam:Librum legis inueni in domo domini.Et tradidit ei.At ille intulit uolumen ad regem,& nuntiauit ei,dicens:Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuorum,ecce complentur.Argentum quod repertum est in domo domini,conflauerunt:datumq́ est præfectis artificum,& diuersa opera fabricātium.Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum.Quem cum rege præsente recitasset,audissetq́ ille uerba legis,scidit uestimēta sua: & præcepit Helciæ,& Ahicam filio Saphan,& Abdon filio Micha,Saphan quoq́ scribæ & Asaiæ seruo regis,dicens:Ite,& orate dominum pro me & pro reliquijs Israel & Iuda,super uniuersis sermonibus libri istius qui repertus est:magnus enim furor domini stillauit super nos,eo quòd non custodierint patres nostri uerba domini,ut facerēt omnia quæ scripta sunt in isto uolumine.Abijt ergo Helcias,& hi qui simul à rege missi fuerāt,ad Oldam prophetidem,uxorem Sellum filij Thecuath,filij Hasra custodis uestium:quæ habitabat in Ierusalem in Secunda:& locuti sunt ei uerba quæ suprà narrauimus.At illa respōdit eis: Hæc dicit dominus deus Israel,dicite uiro qui misit uos ad me, Hæc dicit dominus, Ecce, ego inducam mala super locū istum & super habitatores eius,cunctaq́ maledicta quæ scripta sunt in libro hoc,quem legerunt coram rege Iuda:quia dereliquerūt me,& sacrificauerunt dijs alienis,ut me ad iracundiā prouocarent in cunctis operibus manuum suarum:idcirco stillabit furor meus super locum istum,& non extinguetur.Ad regem autē Iuda,qui misit uos pro domino deprecādo,sic loquimini:Hæc dicit dominus deus Israel,Quoniam

audisti uerba uoluminis, atq; emollitum est cor tuum: & humiliatus es in conspectu dei su per his quæ dicta sunt contra locum hunc & habitatores Ierusalē, reueritusq; faciē meam scidisti uestimenta tua, & fleuisti corā me: ego quoq; exaudiui te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace: nec uidebunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locū istum & super habitatores eius. Retule G runt itaq; regi cuncta quæ dixerat. At ille conuocatis uniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascēdit in domum domini, unaq; omnes uiri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo usq; ad maximum. Quibus audientibus in domo domini, legit rex omnia uerba uoluminis. Et stās in tribunali suo, percussit fœdus corā domino, ut ambularet post eum, & custodiret præcepta & testimonia & iustificatiōes eius in toto corde suo & in tota anima sua, faceretq; quę scripta sunt in uolumine illo quod legerat. Adiurauit quoq; super hoc omnes qui reperti fuerāt in Ierusalē & Beniamin: & fecerūt habitatores Ierusalē iuxta pactū domini dei patrū suorū. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de uniuersis regionibus filiorū Israel: & fecit omnes qui residui erāt in Israel, seruire dño deo suo. Cūctis diebus uitæ eius nō recesserūt à dño deo patrū suorū. CA. XXXV

A FEcit aūt Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatū est quartadecima die mensis primi. Et constituit sacerdotes in officijs suis: hortatusq; est eos ut ministrarēt in domo domini. Leuitis quoq;, ad quorum eruditionē omnis Israel sanctificabatur domino, locutus est: Ponite arcā in sanctuario tēpli quod ædificauit Salomon filius Dauid, rex Israel: nequaquā enim eam ultrà portabitis: nunc ergo ministrate domino deo uestro & populo eius Israel. Et præparate uos per domos & cognationes uestras in diuisionibus singulorū, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomō filius eius. Et ministrate in sanctuario eius per familias turmasq; Leuiticas, & sanctificati immolate phase: fratres etiā uestros, ut possint iuxta uerba quæ locutus est dominus in manu Moysi facere, pręparate. Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuētus in solēnitate phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoq; tria millia. hæc de regis uniuersa substātia. Duces quoq; eius spontè quod uouerant obtulerūt, tam populo, q̄ sacerdotibus & Le B uitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus domini dederūt sacerdotibus ad faciedum phase pecora cōmixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. Chonenias autem & Semeias, etiam & Nathanael fratres eius: necnon Hasabias & Iehiel & Iozabad principes Leuitarū, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandū phase quinq; millia pecorū, & boues quingentos. Præparatumq; est ministeriū, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperium. Et immolatū est phase: aspserśerūtq; sacerdotes manu sua sanguinem: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorū. Et separauerūt ea ut darēt per domos & familias singulorū & offerrētur domino, sicut scriptū est in libro Moysi. de bobus quoq; fecerunt similiter. Et assauerūt phase super ignem, iuxta quod in lege præceptum est: pacificas uerò hostias coxerūt in lebetibus & cacabis & ollis, & festinatò distribuerunt uniuersæ plebi. Sibi autē & sacerdotibus postea parauerunt. nam in oblatione holocaustorum & adipum, usq; ad noctem sacerdotes fuerūt occupati: unde Leuitæ sibi & sa C cerdotibus filijs Aaron parauerūt nouissimis. Porrò cantores filij Asaph stābāt in ordine suo, iuxta præceptū Dauid & Asaph & Heman & Idithun prophetæ regis Dauid: ianitores uerò per portas singulas obseruabāt, ita ut nec puncto quidem discederēt à ministerio: quam ob rem & fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. Omnis igitur cultura domini ritè cōpleta est in die illa, ut facerent phase, & offerrent holocausta super altare domini, iuxta præceptū regis Iosiæ. Feceruntq; filij Israel qui reperti fuerant ibi, phase in tēpore illo, & solēnitatē azymorū septem diebus. Non fuit phase simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quispiam de cūctis regibus Israel fecit phase sicut Iosias sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem. Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc phase celebratum est. Postquàm instaurauerat Iosias templum, ascendit Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphraten,

Iosias phase celebrato et sacerdotibus institutis expeditionē ducit in Aegyptios in qua interijt
4 Reg. 23 e

2 Par. 30 d

& processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eum nuntijs, ait: Quid mihi & tibi est, rex Iuda? Non aduersum te hodie uenio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me deus festinatò ire præcepit: desine aduersum deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore dei: uerum perrexit, ut dimicaret in campo Mageddo. Ibicque uulneratus à sagittarijs, dixit pueris suis: Educite me de prælio, quia oppidò uulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusque est: & sepultus in Mausoleo patrum suorum: & uniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices usque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in libro regum Iuda & Israel.

Zach. 12 d

CAP. XXXVI

Succedit Ioachaz trimestris rex, qui hunc sunt secuti, Babylonem perducti sunt captiui

4 Reg. 23 f

TVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & constituit regem pro patre suo in Ierusalem. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Amouit autem eum rex Ægypti cum uenisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. Constituitque pro eo regem, Eliacim fratrem eius, super Iudam & Ierusalem: & uertit nomen eius Ioacim. ipsum uerò Ioachaz tulit secum, & abduxit in Ægyptum. Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset, & undecim annis regnauit in Ierusalem: fecitque malum coram domino deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum: & uinctum catenis duxit in Babylonem. Ad quam & uasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem uerborum Ioacim & abominationum eius quas operatus est & quæ inuentæ sunt in eo, continentur in libro regum Iuda & Israel. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachin cum regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecitque malũ in conspectu domini. Cumque anni circulus uolueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerũt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis uasis domus domini. Regem uerò constituit Sedeciam patruum eius super Iudam & Ierusalem. Viginti & unius anni erat Sedecias, cum regnare cœpisset: & undecim annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in oculis domini dei sui: nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore domini. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per deum: & indurauit ceruicem suam & cor, ut non reuerteretur ad dominum deum Israel. Sed & uniuersi principes sacerdotum & populus præuaricati sunt iniquè, iuxta uniuersas abominationes gentium: & polluerunt domum domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis: donec ascenderet furor domini in populum eius, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij sui: non est misertus adolescentis, & uirginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius. Vniuersaque uasa domus domini, tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis & principum transtulit in Babylonem. Incenderunt hostes domum dei, destruxeruntque murum Ierusalem: uniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Persarum. Vt compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbathum, usque dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in uniuerso regno suo, etiam per scripturam,

dicens

dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli: & ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex uobis est in omni populo eius? sit dominus deus suus cum eo, & ascendat.

FINIS

ORATIO MANASSES REGIS IUDA

cum captus teneretur in Babylone, quæ neque in Hebræo neque in Græco habetur.

DOMINE Deus omnipotens patrum nostrorum Abraham, Isaac & Iacob, & semini eorum iusto, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare uerbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo quod omnes pauent & tremunt à uultu uirtutis tuæ: & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ, immensa uerò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es dominus deus altissimus super omnem terram, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum, & tu deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac & Iacob, his qui tibi non peccauerunt: quoniam peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, incuruatus sum multo uinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes, & multiplicās offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem, domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus uitæ meæ: quoniam te laudat omnis uirtus cœlorum, & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

AD DOMNIONEM ET ROGATIANVM
IN ESDRAM ET NEEMIAM PRAEFA/ TIO DIVI HIERONYMI

VTrum difficilius ſit, facere quod poſcitis, an negare, necdum ſtatui. Nam neque uobis ali/quid imperantibus abnuere, ſententiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices pre/mit, ut ante ſub faſce ruendum ſit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia, qui om/ne quod ſcribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra ſe, conſcientia repugnante, pu/blicè lacerant, quæ occultè legunt: intantum ut clamare compellar, & dicere: Domine, libera ani/mam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Tertius annus eſt, quòd ſemper ſcribitis atque re/ſcribitis, ut Eſdræ librum & Eſther uobis de Hebræo transferam: quaſi non habeatis Græca & Latina uolumina: aut quicquid illud eſt quod à nobis uertitur, non ſtatim ab omnibus conſpuen/dum ſit. Fruſtra autem, ut ait quidam, niti, neque aliud fatigando niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaque obſecro uos mi Domnion & Rogatiane chariſsimi, ut priuata lectione con/tenti, librum nõ efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis: uitetisq; eorum ſupercilium qui iudicare tantum de alijs, & ipſi nihil facere nouerunt. Si qui autem fratrum ſunt, quibus no/ſtra non diſplicent, his tribuatis exemplar: admonentes ut Hebræa nomina, quorum grandis in hoc uolumine copia eſt, diſtinctè & per interualla tranſcribant. Nihil enim proderit emendaſſe li/brum, niſi emendatio, librariorum diligentia conſeruetur. Nec quenquam moueat, quòd unus à nobis liber æditus eſt: nec apocryphorum tertij & quarti libri ſomnijs delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehemiæq; ſermones in unum uolumen coartantur: & quæ non habẽtur apud illos, nec de uigintiquatuor ſenibus ſunt, procul abijcienda. Siquis autem Septuaginta uobis op/poſuerit interpretes, quorum exemplaria uarietas ipſa lacerata & inuerſa demonſtrat: nec poteſt utiq; uerum aſſeri quod diuerſum eſt: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur quaſi de ueteri teſtamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habẽtur. uelut illud: Quoniam Na/zaræus uocabitur. &, Ex Aegypto uocaui filium meum. &, Videbunt in quem compunxerunt. multaq; alia, quæ latiori operi reſeruamus: & quærite ab eo, ubi ea ſcripta ſunt. Cumq; proferre non potuerit, uos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis ędita, maledicorum quotidie lin/guis confodiuntur. Sed ut ad compendium ueniam, certè quod illaturus ſum, æquiſsimum eſt: Aedidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me uerſum eſt. Quid in/terpretem laniant? Interrogent Hebræos: & ipſis authoribus, translationi meæ uel arrogent uel derogent fidem. Porrò aliud eſt, ſi clauſis, quod dicitur, oculis mihi uolunt maledicere, & non imi/tantur Græcorum ſtudium & beneuolentiam, qui poſt Septuaginta translatores, iam Chriſti eu/angelio coruſcante, Iudæos & Hebionitas legis ueteris interpretes, Aquilam uidelicet, & Sym/machum, & Theodotionem, & corioſe legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, eccleſijs de/dicarunt. Quantomagis Latini grati eſſe deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à ſe ali/quid mutuari? Primum enim magnorum ſumptuum eſt & infinitæ difficultatis, exemplaria poſ/ſe habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi ſermonis ignari ſunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis uerius dixerit. Quod etiam ſapientiſsimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum ſcripturæ ſenſum relinquẽs, uniuſcuiuslibet interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiam, & Latinus nobis utcunque ſermo non deeſt, & de alijs magis poſſumus iudicare, & ea ipſi quæ intelligimus, in noſtra lingua promere. Itaque licet hydra ſibilet, uictorq; Sinon incendia iactet: nunquam meum, iuuante Chri/ſto, ſilebit eloquium: etiam præciſa lingua balbutiet. Legant qui uolũt: qui nolunt, abijciant. Euen/tilent apices: literas calumnientur. Magis ueſtra charitate prouocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

ESDRAE LIBER I

HEBRAICE

עֶזְרָא

A IN ANNO PRIMO Cyri regis Persarum,ut compleretur uerbum domini ex ore Ieremiæ,suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum:& traduxit uocem in omni regno suo,etiam per scripturam, di- 1 cens:Hæc dixit Cyrus rex Persarum,Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli,& ipse præcepit mihi,ut ædificarem ei domum in B Ierusalẽ,quæ est in Iudæa.Quis est in uobis de uniuerso populo eius? Sit deus illius cum ipso.Ascendat in Ierusalẽ quæ est in Iudæa,& ædificet domum domini dei Israel,ipse est deus qui est in Ierusalem.Et omnes reliqui in cũctis locis ubicunq; habitant,adiuuent eum uiri de loco suo,argento & auro & substantia & pecoribus,excepto quod uoluntarie offerunt templo dei,quod est in Ierusalem. Et surrexe- C runt principes patrum de Iuda & Beniamin,& sacerdotes & Leuitæ,& omnis cuius deus suscitauit spiritum ut ascenderet ad ædificãdum templum domini,quod erat in Ierusalem. Vniuersiq; qui erant in circuitu,adiuuerunt manus eorum in uasis argenteis & aureis,in substantia & iumentis,in supellectili,exceptis his quæ sponte obtulerant.Rex quoq; Cyrus protulit uasa templi domini,quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem,& posuerat D ea in templo dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filij Gazabar,& annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ.Et hic est numerus eorum:Phialæ aureæ triginta,phialæ argenteæ mille,cultri uigintinouem,scyphi aurei triginta,scyphi argentei secundi quadringenti decem:uasa alia mille.Omnia uasa aurea & argentea,quinq; millia quadringenta:uniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

Cyrus spiritu dei actus remittit Hierusalẽ captiuum populũ,et redditis uasis iubet restaurare templum

CAPVT II

A HI sunt autem prouinciæ filij,qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem,& reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam unusquisq; in ciuitatem suam. Qui uenerunt cum Zorobabel,Iesua,Nehemia,Saraia,Rahelaia,Mardochai,Belsan,Mesphar,Beguai,Rehum,Baana.Numerus uirorum populi Israel:Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo.Filij Sephatia,trecenti septuaginta duo.Filij Area,septingenti septuagintaquinq;.Filij Phahathmoab,filiorũ Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim.Filij Ælam,mille ducenti quinquagintaquatuor.Filij Zethua nongenti quadragintaquinq;.Filij Zacchai,septingenti sexaginta.Filij Bani,sexcenti quadragintaduo.Filij Bebai,sexcẽti uigintitres.Filij Azgad,mille ducenti uigintiduo.Filij Adonicam,sexcenti sexagintasex.Filij Beguai,duo millia quinquaginta sex.Filij Adin,quadringenti quinquagintaquatuor.Filij Ater,qui erant ex Ezechia,nonagintaocto.Filij Besai,tre- B centi uigintitres. Filij Iora,centum duodecim. Filij Hasum,ducenti uigintitres. Filij Gebbar,nonagintaquinque. Filij Bethlehem,centum uigintitres. Viri Netupha,quinquagintasex. Viri Anathoth,centum uigintiocto. Filij Azmaueth,quadragintaduo. Filij Cariathiarim,Cephira & Beroth,septingenti quadragintatres. Filij Rama & Gabaa,sexcenti uiginti unus. Viri Machmas, centum uiginti duo. Viri Bethel & Hai,ducenti uigintitres. Filij Nebo, quinquagintaduo. Filij Megbis, centum quinquagintasex. Filij Ælam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Harim, trecenti uiginti. Filij Lodhadid & Ono, septingenti uigintiquinque. Filij Hiericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta. Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iesue, nongenti septuagintatres. Filij Emmer,mille quinquagintaduo. Filij Pheshur,mille ducenti quadragintaseptem. Filij Harim, mille decem & septem. Leuitæ: Filij Iesue &

Numerus reuertentium è captiuitate

Cedmiel filiorum Odouiæ septuagintaquatuor. Cantores: filij Asaph, centũ uigintiocto. Filij ianitorum: filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: uniuersi cẽtum trigintanouem. Nathinæi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan, filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gazam, filij Aza, filij Phasea, filij Besee, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Bessuth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharuda, filij Iala, filij Dercon, filij Geddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erant de Asebaim filij Ami. omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Et hi qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub & Adon & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, utrum ex Israel essent. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo. Et de filijs sacerdotum: filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & uocatus est nomine eorum. hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis ut non comederent de sanctosanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus. Omnis multitudo quasi uir unus quadragintaduo millia trecenti sexaginta: exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipsis cantores atq; cantatrices ducenti. Equi eorũ septingenti trigintasex. muli eorum, ducenti quadragintaquinq;. cameli eorum, quadringenti trigintaquinq;. asini eorũ, sex millia septingenti uiginti. Et de principibus patrum cum ingrederẽtur templum domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum dei ad extruendã eam in loco suo. Secundum uires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnas quinq; millia, & uestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes & Leuitæ & de populo & cantores & ianitores & Nathinæi in urbibus suis, uniuersusq; Israel in ciuitatibus suis.

CAP. III

Cõuocato populo Hierusalẽ sacerdotes altare cõstruunt & deo immolãt, festaq; celebrant

Iamq; uenerat mensis septimus, & erant filij Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi uir unus in Ierusalem. Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare dei Israel, ut offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi uiri dei. Collocauerũt autem altare dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum domino mane & uespere. Feceruntq; solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo. Et post hæc holocaustum iuge, tam in calendis quàm in uniuersis solennitatibus domini quæ erant consecratę, & in omnibus in quibus ultrò offerebatur munus domino. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum domino: porrò templum dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis & cæmentarijs: cibum quoq; & potum & oleum Sidonijs Tyrijsq;, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis. Anno autem secũdo aduentus eorum ad templum dei in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui uenerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à uiginti annis & suprà, ut urgerent opus domini. Stetitq; Iosue & filij eius & fratres eius, Cedmihel & filij eius, filij Iuda, quasi uir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo dei: filij Henadad, & filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. Fundato igitur à cæmentarijs templo domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, ut laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et concinebant in hymnis, & confessione domino, quoniam bonus, quoniam in æternũ misericordia eius super Israel. Omnis quoq; populus uociferabatur clamore magno in laudando dominum, eò quòd fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & seniores qui

Psal. 146

res qui uiderant templum prius cum fundatum esset,& hoc templum in oculis eorum,fle/
bant uoce magna:& multi uociferantes in lætitia,eleuabant uocem.Nec poterat quisquam
agnoscere uocem clamoris lætantium,& uocem fletus populi:commixtim enim populus
uociferabatur clamore magno,& uox audiebatur procul. CAP. IIII

Impeditur ædificatio tẽpli & Ierusalem

A AVdierunt autẽ hostes Iudæ & Beniamin,quia filij captiuitatis ædificarent templum
domino deo Israel.Et accedentes ad Zorobabel & ad principes patrum,dixerunt
eis:Ædificemus uobiscum,quia ita ut uos,quærimus deum uestrũ:ecce nos immolauimus
uictimas à diebus Asorhaddan regis Assur,qui adduxit nos huc.Et dixit eis Zorobabel
& Iosue & reliqui principes patrum Israel:Non est uobis & nobis ut ædificemus domum
deo nostro:sed nos ipsi soli ædificabimus domino deo nostro Israel,sicut præcepit nobis
Cyrus rex Persarum.Factum est igitur ut populus terræ impediret manus populi Iudæ,
& turbaret eos in ædificando.Conduxerunt quoq; aduersus eos consiliatores,ut destrue/
rent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum,& usq; ad regnum Darij re/
gis Persarum.In regno autem Assueri,in principio regni eius,scripserunt accusationem ad/
B uersus habitatores Iudæ & Ierusalem.Et in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithrida/
tes & Tabeel & reliqui qui erant in consilio eorum,ad Artaxerxem regem Persarum:epi/
stola autẽ accusationis scripta erat Syriacè,& legebatur sermone Syro. Reum Beelteem
& Samsai scriba scripserunt epistolam unam de Ierusalem Artaxerxi regi,huiuscemodi:
Reum Beelteem,& Samsai scriba,& reliqui consiliatores eorum,Dinæi & Apharsatha/
chæi,Terphalæi,Apharsæi,Erchuæi,Babylonij,Susanechæi,Dieui & Ælamitæ:& cæteri
de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus:& habitare eas fecit in ciuita/
tibus Samariæ,& in reliquis regionibus trans flumen in pace:(Hoc est exemplar epistolæ,
quam miserũt ad eum.)Artaxerxi regi,serui tui,uiri qui sunt trans fluuium,salutem dicunt.
Notum sit regi,quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos,uenerunt in Ierusalem ciuitatem
C rebellem & pessimam,quam ædificant extruentes muros eius,& parietes componentes.
Nunc igitur notum sit regi,quia si ciuitas illa ædificata fuerit,& muri eius instaurati,tribu/
tum & uectigal & annuos redditus non dabunt,& usq; ad reges hæc noxa perueniet.Nos
autem memores salis quod in palatio comedimus,& quia læsiones regis uidere nefas duci
mus:idcirco misimus & nuntiauimus regi,ut recenseas in libris historiarũ patrum tuorum,
& inuenies scriptum in commentarijs:& scies quoniam urbs illa,urbs rebellis est,& nocens
regibus & prouincijs,& bella concitantur in ea ex diebus antiquis,quam ob rem & ciuitas
ipsa destructa est.Nũtiamus nos regi,quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit,& muri ipsius
instaurati,possessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit rex ad Reum Beelte/
em & Samsai scribam,& ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ,&
D cæteris trans fluuium,salutem dicens & pacem:Accusationem quam misistis ad nos,mani
festè lecta est coram me.& à me præceptum est:& recensuerunt,inueneruntq; quoniam ci
uitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat,& seditiones & prælia concitẽtur in ea.
Nam & reges fortissimi fuerũt in Ierusalem:qui & dominati sunt omni regioni quæ trans
fluuium est.Tributum quoq; & uectigal & redditus accipiebant.Nunc ergo audite senten
tiam:Prohibeatis uiros illos,ut urbs illa non ædificetur,donec si fortè à me iussum fuerit.
Videte ne negligenter hoc impleatis,& paulatim crescat malum contra reges. Itaq; ex/
emplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum & Samsai scriba & consiliarijs
eorum,& abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos,& prohibuerunt eos in brachio & ro/
bore.Tunc intermissum est opus domus dei in Ierusalem,& non fiebat usq; ad annum se/
cundum regni Darij regis Persarum. CAP. V

Prophetarũ instinctu pergũt ædificare, repugnãtibus quãtuuis præfectis

A PRophetauerunt autem Aggæus propheta,& Zacharias filius Addo prophetantes
ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem,in nomine dei Israel.Tunc surrexerunt Zo
robabel filius Salathiel,& Iosue filius Iosedec:& cœperunt ædificare templum dei in Ieru/
salem,& cum eis prophetæ dei adiuuantes eos.In ipso autem tempore uenit ad eos Tha/
thanai qui erat dux trans flumen,& Stharbuzanai,& consiliarij eorum:sicq; dixerunt eis:

Quis dedit uobis consilium, ut domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis? Ad quod respondimus eis quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius. Oculus autem dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolæ quam misit Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores eius Arphasachæi qui erant trans flumen, ad Darium regem. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis. Notum sit regi, isse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit uobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis, ut nuntiaremus tibi: scripsimusque nomina eorum uirorum qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autem sermonem respõderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui dei cœli & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos: quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. Postquàm autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hãc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum ut domus dei ædificaretur. Nam & uasa templi dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis: protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar uocabulo, quem & principem constituit, dixitque ei: Hæc uasa tolle, & uade: & pone ea in templo quod est in Ierusalem, & domus dei ædificetur in loco suo. Tunc itaque Sassabasar ille uenit, & posuit fundamenta templi dei in Ierusalem, & ex eo tempore usque nunc ædificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si uidetur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrúm nam à Cyro rege iussum fuerit, ut ædificaretur domus dei in Ierusalem, & uoluntatem regis super hac re mittat ad nos.

3 Reg. 6 a

CAP. VI

Darius Cyri decretum approbans iubet et ipse tẽplum extrui

3 Esd. 6 c

TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, uolumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius: Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit, ut domus dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco ubi immolant hostias, & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autem, de domo regis dabuntur. Sed & uasa templi dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum Ierusalem in locum suum, quæ & posita sunt in templo dei. Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ est trans flumen, Stharbuzanai, & consiliarij uestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite ab illis, & dimittite fieri templum dei illud à duce Iudæorum & à senibus eorum, & domum dei illam ædificent in loco suo. Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, ut ædificetur domus dei, scilicet ut de arca regis, id est de tributis quæ dantur de regione trans flumen, studiose sumptus dentur uiris illis, ne impediatur opus. Quòd si necesse fuerit & uitulos & agnos & hœdos in holocaustum deo cœli, frumentum, sal, uinum & oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo querimonia. Et offerant oblationes dei cœli, orentque pro uita regis & filiorum eius. A me ergo positum est decretum: Vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam ut repugnet & dissipet domum dei illam quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri uolo. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, & Starbuzanai, & consiliarij eius, secundum quod præce-

præceperat Darius rex,ſic diligẽter executi ſunt.Seniores autem Iudæorum ædificabant, & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ,& Zachariæ filij Addo:& ædificauerunt & conſtruxerunt iubente deo Iſrael & iubente Cyro & Dario,& Artaxerxe regibus Perſarum:& compleuerũt domum dei iſtam,uſq; ad diem tertium menſis Adar,qui

D eſt annus ſextus regni Darij regis.Fecerunt autem filij Iſrael ſacerdotes & Leuitæ,& reliqui filiorum tranſmigrationis dedicationem domus dei in gaudio.Et obtulerunt in dedicatione domus dei,uitulos centum,arietes ducentos,agnos quadringentos,hircos caprarum pro peccato totius Iſrael duodecim,iuxta numerum tribuum Iſrael.Et ſtatuerunt ſacerdotes in ordinibus ſuis,& Leuitas in uicibus ſuis ſuper opera dei in Ieruſalem, ſicut ſcriptũ eſt in libro Moyſi.Fecerunt autem filij Iſrael tranſmigrationis paſcha,quartadecima die menſis primi.Purificati enim fuerant ſacerdotes & Leuitæ quaſi unus:omnes mundi ad immolandum paſcha uniuerſis filijs tranſmigrationis,& fratribus ſuis ſacerdotibus,& ſibi.Et comederunt filij Iſrael qui reuerſi fuerant de tranſmigratione,& omnes qui ſe ſeparauerant à coinquinatione gentium terræ ad eos ut quærerent dominum deum Iſrael.Et fecerunt ſolennitatem azymorum ſeptem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos dominus, & conuerterat cor regis Aſſur ad eos, ut adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei Iſrael.

CAPVT VII

Eſdras edicto regis Artaxerxis impetrato ſumptisq; comitibus aſcendit Ieruſalem

A POſt hæc autem uerba in regno Artaxerxis regis Perſarum,Eſdras filius Saraiæ,filij Azariæ,filij Helciæ,filij Sellum,filij Sadoc,filij Achitob,filij Amariæ,filij Azariæ,filij Maraioth,filij Zarahiæ,filij Ozi,filij Bocci,filij Abiſue,filij Phinees,filij Eleazar,filij Aaron ſacerdotis ab initio.Ipſe Eſdras aſcẽdit de Babylone,& ipſe ſcriba uelox in lege Moyſi quam dominus deus dedit Iſrael:& dedit ei rex ſecundum manum domini dei eius ſuper eum,omnem petitionem eius.Et aſcenderunt de filijs Iſrael & de filijs ſacerdotum & de filijs Leuitarum & de cantoribus & de ianitoribus & de Nathinæis in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerxis regis.Et uenerũt in Ieruſalem menſe quinto,ipſe eſt annus ſeptimus regis. Quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone,& in primo die menſis quinti uenit in Ieruſalem,iuxta manum dei ſui bonam ſuper ſe.Eſdras autem parauit cor ſuum,

B ut inueſtigaret legem domini,& faceret & doceret in Iſrael præceptũ & iudicium.Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ edicti,quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti,ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis domini,& ceremonijs eius in Iſrael. Artaxerxes rex regum Eſdræ ſacerdoti,ſcribæ legis dei cœli doctiſsimo,ſalutem.A me decretum eſt,ut cuicunq; placuerit in regno meo de populo Iſrael & de ſacerdotibus eius & de Leuitis ire in Ieruſalem,tecum uadat. A facie enim regis,& ſeptem conſiliatorum eius miſſus es,ut uiſites Iudæam & Ieruſalem in lege dei tui,quæ eſt in manu tua:ut feras argentum & aurum quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt deo Iſrael,cuius in Ieruſalem tabernaculum eſt. Et omne argentum & aurum quodcunq; inueneris in uniuerſa prouincia Babylonis & populus offerre uoluerit,& de ſacerdotibus qui ſponte obtulerint domui dei ſui quæ eſt in Ie

C ruſalem,libere accipe,& ſtudioſe eme de hac pecunia uitulos,arietes,agnos & ſacrificia & libamina eorum,& offer ea ſuper altare templi dei ueſtri quod eſt in Ieruſalẽ.Sed & ſi quid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro ut faciatis,iuxta uoluntatem dei ueſtri facite. Vaſa quoq; quę dantur tibi in miniſterium domus dei tui,trade in conſpectu dei tui in Ieruſalem.Sed & cætera quibus opus fuerit in domo dei tui quantumcũq; neceſſe eſt ut expendas,dabis de theſauro & de fiſco regis & à me.Ego Artaxerxes rex ſtatui atque decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicę,qui ſunt trans flumen,ut quodcũq; petierit à uobis Eſdras ſacerdos ſcriba legis dei cœli,abſq; mora detis,uſq; ad argenti talenta centum,& uſq; ad frumenti coros centum,& uſq; ad uini batos centum,& uſq; ad batos olei centum,ſal uerò abſq; menſura.Omne quod ad ritum dei cœli pertinet,tribuatur diligen-

D ter in domo dei cœli:ne fortè iraſcatur contra regnum regis & filiorum eius. Vobis quoq; notum facimus de uniuerſis ſacerdotibus & Leuitis & cantoribus & ianitoribus,Nathinæis,& miniſtris domus dei huius,ut uectigal & tributum & annonas non habeatis pote-

ſtatem imponendi ſuper eos. Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices & præſides, ut iudicent omni populo qui eſt trans flumen, his uidelicet qui nouerunt legem dei tui, ſed & imperitos docete libere. Et omnis qui non fecerit legem dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in condemnationem ſubſtantiæ eius, uel certè in carcerem. Benedictus dominus deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum domini quæ eſt in Ieruſalem, & in me inclinauit miſericordiam ſuam coram rege & cõſiliatoribus eius, & uniuerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu domini dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderent mecum. CAP. VIII

Qui cũ Eſdra aſcenderint Ieroſolymam et quid illic actũ

HI ſunt ergo principes familiarum & genealogia eorum qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone. De filijs Phinees, Gerſom. De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hattus. De filijs Secheniæ, & de filijs Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt uiri centum quinquaginta. De filijs Phahathmoab, Elioenai filius Zarehe: & cum eo ducenti uiri. De filijs Secheniæ, filius Ezechiel: & cum eo trecenti uiri. De filijs Adan, Abed filius Ionathã: & cum eo quinquaginta uiri. De filijs Alam, Iſaias filius Athaliæ: & cum eo ſeptuaginta uiri. De filijs Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta uiri. De filijs Ioab, Obedia filius Iahiel: & cum eo ducẽti decem & octo uiri. De filijs Selomith, filius Ioſphiæ: & cum eo centum ſexaginta uiri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo uigintiocto uiri. De filijs Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centũ & decem uiri. De filijs Adonicam, qui erant nouiſsimi, & hæc nomina eorum, Eliphelet & Iehiel & Samaias: & cum eis ſexaginta uiri. De filijs Begui, Vthai & Zachur: & cum eis ſeptuaginta uiri. Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuiq; in populo, & in ſacerdotibus de filijs Leui, & non inueni ibi. Itaq; miſi Eliezer & Ariel & Semeiam & Elnathan & Iarib & alterum Elnathan & Nathan & Zachariam & Moſollam principes, & Ioiarib & Elnathan ſapientes. Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Chaſphiæ loco: & poſui in ore eorum uerba quæ loquerentur ad Eddo & ad fratres eius Nathinæos in loco Chaſphiæ, ut adducerent nobis miniſtros domus dei noſtri. Et adduxerunt nobis per manum dei noſtri bonam ſuper nos, uirum doctiſsimum de filijs Moholi filij Leui filij Iſrael, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decem & octo: & Haſabiã, & cum eo Iſaiam de filijs Merari, fratreſq; eius, & filios eius uiginti. Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad miniſteria Leuitarum, Nathinæos ducentos uiginti. omnes hi ſuis nominibus uocabãtur. Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, ut affligeremur coram domino deo noſtro, & peteremus ab eo uiam rectam nobis & filijs noſtris, uniuerſæq; ſubſtantiæ noſtræ. Erubui enim petere à rege auxiliũ & equites, qui defenderent nos ab inimico in uia. quia dixeramus regi: Manus dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærũt eum in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius & furor ſuper omnes qui derelinquũt eum. Ieiunauimus aũt & rogauimus deum noſtrũ pro hoc: & euenit nobis proſperè. Et ſeparaui de principibus ſacerdotũ duodecim, Sarabiam & Haſabiã, & cum eis de fratribus eorum decem, appendiq; eis argentum & aurum, & uaſa conſecrata domus dei noſtri, quæ obtulerat rex & conſiliatores eius & principes eius, uniuerſuſq; Iſrael eorum qui inuenti fuerant, & appendi in manibus eorum argenti talenta ſexcẽta quinquaginta, & uaſa argentea centum, auri centũ talenta: & crateres aureos uiginti, qui habebant ſolidos millenos, & uaſa æris fulgentis optimi duo pulchra, ut aurum. Et dixi eis: Vos ſancti domini, & uaſa ſancta, & argentum & aurum quod ſponte oblatum eſt domino deo patrum ueſtrorum: uigilate & cuſtodite, donec appendatis coram principibus ſacerdotum & Leuitarum & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem, in theſaurum domus domini. Suſceperunt autem ſacerdotes & Leuitæ pondus argenti & auri & uaſorum, ut deferrent Ieruſalem in domum dei noſtri. Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecimo die menſis primi, ut pergeremus Ieruſalem: & manus dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in uia. Et uenimus Ieruſalem, & manſimus ibi tribus diebus. Die autem quarta ap

ta appensum est argentũ & aurum, & uasa in domo dei nostri per manum Meremoth filij
G Vriæ sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, & cum eis Iozabed filius Iosue, & Noa-
daia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerum & pondus omnium. Descriptumq; est omne
pondus in tempore illo. Sed & qui uenerãt de captiuitate filij transmigrationis, obtulerunt
holocaustomata deo Israel, uitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta
sex, agnos septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum do-
mino. Dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis & ducibus trans
flumen, & eleuauerunt populum & domum dei. CAP. IX

A POstquàm autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est se
paratus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominatio-
nibus eorum, Chananæi uidelicet & Hethæi & Pherezæi & Iebusæi & Ammonitarum &
Moabitarum & Ægyptiorum & Amorrhæorum. tulerunt enim de filiabus eorum sibi &
filijs suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Manus etiam princi-
pum & magistratuum fuit in trãsmigratione hac prima. Cumq; audissem sermonẽ istum,
scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. Con
uenerunt autem ad me omnes qui timebant uerbum dei Israel pro transgressione eorum
qui de captiuitate uenerant: & ego sedebam tristis, usque ad sacrificium uespertinum. Et in
B sacrificio uespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea
& expandi manus meas ad dominum deum meum, & dixi: Deus meus confundor & eru-
besco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super ca-
put nostrum, & delicta nostra creuerunt usque ad cœlum à diebus patrum nostrorum.
Sed & nosipsi peccauimus grauiter usq; ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi su-
mus ipsi & reges nostri & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, in
captiuitatem & rapinam & confusionem uultus, sicut & die hac. Et nunc quasi parum & ad
momentum facta est deprecatio nostra ad dominum deum nostrum, ut dimitterentur no
bis reliquiæ, & daretur paxillus in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros deus no-
C ster: & daret nobis uitam modicam in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute no-
stra non dereliquit nos deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram rege Per-
sarum, ut daret nobis uitam, & sublimaret domum dei nostri, & extrueret solitudines eius,
& daret nobis sepem in Iuda & Ierusalem. Et nunc quid dicemus domine deus noster post
hæc? quia dereliquimus mandata tua quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophe-
tarum, dicens: Terra ad quam uos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est iux-
ta immunditiam populorum, cæterarumq; terrarum, abominationibus eorum qui reple-
uerunt eam ab ore usq; ad os coinquinatione sua. Nunc ergo filias uestras ne detis filijs eo
rum, & filias eorum ne accipiatis filijs uestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperita-
D tem eorum usq; in æternum, ut confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hære-
des habeatis filios uestros usq; in seculum. Et post omnia quæ uenerunt super nos in operi
bus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu deus noster liberasti nos de ini-
quitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, ut non conuerteremur, & irrita face
remus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum ista-
rum: Nunquid iratus es nobis usque ad consumptionem, ne dimitteres nobis reliquias ad
salutem? Domine deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut
die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te super hoc.

Dolet Esdras à deo populũ defecisse, et cũ gentibus com-mistum

Deut. 7. a

A SIc ergo orante Esdra, & implorante deum, & flente, & iacen- CAP. X
te ante templum dei collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis uirorum & mu
lierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo. Et respondit Sechenias filius Iahiel de
filijs Ælam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus in deum nostrum, & duximus uxores
alienigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc percutiamus fœ-
dus cum domino deo nostro, ut proijciamus uniuersas uxores, & eos qui de his nati sunt,
iuxta uoluntatem domini, & eorum qui timent præceptum domini dei nostri: secundum

Populum peccati pœnitet, et uxores alienigenas à se abijcit

legem fiat. Surge: tuum est discernere: nosq; erimus tecum: confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnem Israel, ut facerent secundum uerbum hoc: & iurauerunt. Et surrexit Esdras ante domum dei, & abijt ad cubiculum Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui uenerant de captiuitate. Et missa est uox in Iuda & Ierusalem omnibus filijs transmigrationis ut congregarentur in Ierusalem: Et omnis qui non uenerit in tribus diebus iuxta cōsilium principum & seniorum, auferetur uniuersa substantia eius, & ipse abijcietur de cœtu transmigrationis. Conuenerunt igitur omnes uiri Iuda & Beniamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, uicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus dei, trementes pro peccato & pluuijs. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem domino deo patrum uestrorum, & facite placitum eius: & separamini à populis terræ, & ab uxoribus alienigenis. Et respondit uniuersa multitudo, dixitq; uoce magna: Iuxta uerbum tuum ad nos, sic fiat. Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei unius uel duorum (uehementer quippe peccauimus in sermone isto) constituātur principes in uniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas, ueniāt in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira dei nostri à nobis super peccato hoc. Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mesollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: feceruntq; sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & uiri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua: & sederunt in die primo mensis decimi, ut quærerent rem. Et consummati sunt omnes uiri qui duxerunt uxores alienigenas, usq; ad diem primam mensis primi. Et inuenti sunt de filijs sacerdotum, qui duxerant uxores alienigenas. De filijs Iosue filij Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliezer & Iarib & Godolia. Et dederunt manus suas, ut eijcerēt uxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent. Et de filijs Emmer, Hanani & Zebedia. Et de filijs Harim, Maasia & Elia & Semeia & Iehiel & Ozias. Et de filijs Pheshur: Elioenai, Maasia, Ismahel, Nathanael, Iozabed & Elasa. Et de filijs Leuitarum, Iozabed & Semei & Celaia, ipse est Calita: Phathaia, Iuda & Eliezer. Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum & Telem & Vri. Et ex Israel, de filijs Pharos, Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliezer & Melchia & Banea. Et de filijs Ælam: Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia. Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. Et de filijs Bebai: Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. Et de filijs Bani, Mosollam & Melluch & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth. Et de filijs Phahathmoab, Edna & Chalal, Banaias & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse. Et de filijs Herem, Eliezer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Beniamin, Maloch, Samarias. Et de filijs Hasom, Mathanai, Mathata, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei. De filijs Bani, Maaddi, Amram & Vel, Baneas & Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth & Eliasib, Mathanias, Mathanai & Iasi & Bani & Bennui, Semei & Salmias & Nathan & Adaias & Mechnedebai, Sisai, Sarai, Ezrel & Selemiau, Semeria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filijs Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu & Ioal & Banaia. Omnes hi accepe rāt uxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

LIBER NEHEMIAE QVI ET ESDRAE SECVNDVS DICITVR

A VERBA NEHEMIAE filij Hecheliæ. Et factum est in mense Casleu, anno uicesimo, & ego eram in Susis castro. Et uenit Hanani unus de fratribus meis, ipse, & uiri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant, & supererant de captiuitate, & Ierusalem. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia: B in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est: & portæ eius combustæ sunt igni. Cumq; audissem uerba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem dei cœli. Et dixi: Quæso domine deus cœli fortis, magne atq; terribilis, qui custodis pactum & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua: fiant aures tuæ auscultantes, C & oculi tui aperti, ut audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filijs Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus, uanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum, & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. Memento uerbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens: Cum trãsgressi fueritis, ego disperdam uos in po D pulos. Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiã si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo uos, & reducam in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi. Et ipsi serui tui & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna & in manu tua ualida. Obsecro domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui & ad orationem seruorũ tuorum qui uolunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante uirum hunc. ego enim eram pincerna regis.

Nehemias populi in uastata Ierusalem relicti afflictionem deplorat

CAP. II

A FActum est autem in mense Nisan, anno uicesimo Artaxerxis regis, & uinum erat ante eum: leuaui uinum, & dedi regi: & eram quasi lãguidus ante faciem eius. Dixitq; mihi rex: Quare uultus tuus tristis est, cum te ægrotũ non uideam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui ualde, ac nimis, & dixi regi: Rex in æternum uiue: quare non mœreat uultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorũ patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi rex: Pro qua re postulas? Et oraui deum cœli: & dixi ad regem, Si uidetur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, ut mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixitq; mihi rex & regina quæ sedebat iuxta eum: Vsq; ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? B Et placuit ante uultum regis, & misit me: & constitui ei tempus. Et dixi regi: Si regi uidetur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, ut traducant me, donec ueniam in Iudæam: & epistolam ad Asaph custodem saltus regis, ut det mihi ligna, ut tegere possim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domũ quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum dei mei bonã mecum. Et ueni ad duces regionis trans flumen, dediq; eis epistolas regis. Miserat autem rex mecum principes militum, & equites. Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & cõtristati sunt afflictione magna, quòd uenisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. Et ueni Ierusalem, & eram ibi tribus diebus: & surrexi nocte ego, & uiri pauci mecũ, & non indicaui cuiquã quid C dominus dedisset in corde meo ut facerem in Ierusalẽ: & iumentũ non erat mecũ, nisi animal cui insidebam. Et egressus sum per portam uallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris: & considerabã murum Ierusalẽ dissipatũ, & portas eius cõsumptas igni. Et transiui ad portã fontis, & ad aquæductũ regis, & non erat locus iumento cui sedebã, ut transiret. Et ascendi per torrentẽ nocte, & considerabã murum: & reuersus ueni ad portam uallis, & redij. Magistratus aũt nesciebant quò abijssem, aut quid ego facerẽ: sed & Iudæis

Nehemias impetratis ab Artaxerxe literis ad præfectos adit Ierusalem & ciuitatem reficit

& sacerdotibus & optimatibus & magistratibus,& reliquis qui faciebant opus,usque ad id loci nihil indicaueram. Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus,quia Ierusalem deserta est,& portæ eius consumptæ sunt igni:uenite,& ædificemus muros Ierusalem,& non simus ultra opprobrium,Et indicaui eis manum dei mei quòd esset bona mecum,& uerba regis quæ locutus esset mihi,& aio:Surgamus,& ædificemus.Et cōfortatæ sunt manus eorum in bono.Audierunt autem Sanaballat Horonites,& Tobias seruus Ammanites,& Gosem Arabs:& subsannauerunt nos,& despexerunt,dixeruntq́;:Quæ est hæc res quam facitis?nunquid cōtra regem uos rebellatis?Et reddidi eis sermonem,dixiq́; ad eos: Deus cœli ipse nos iuuat:& nos serui eius sumus,surgamus,& ædificemus:uobis autē non est pars,& iustitia & memoria in Ierusalem. CAP. III

Catalogus eorū qui muros ædificarunt

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus,& fratres eius sacerdotes:& ædificauerunt portam gregis:ipsi sanctificauerunt eam,& statuerunt ualuas eius,& usque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam,usq; ad turrim Hananeel.Et iuxta eum ædificauerūt uiri Iericho,& iuxta eum ædificauit Zacchur filius Amri.Portam autem piscium ædificauerunt filij Asnaa:ipsi texerunt eam,& statuerūt ualuas eius & seras & uectes.Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ,filij Accus.Et iuxta eos ædificauit Mosollam filius Barachiæ,filij Mesezebel:& iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana.Et iuxta eos ędificauerunt Thecueni:optimates autem eorum non supposuerūt colla sua in opere domini sui.Et portam ueterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea,& Mosollam filius Besodia:ipsi texuerūt eam,& statuerunt ualuas eius,& seras & uectes.Et iuxta eos ædificauerūt Meltias Gabaonites,& Iadon Meronathites,uiri de Gabaon & Maspha:pro duce qui erat in regione trans flumen. Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex:& iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarij:& dimiserunt Ierusalem usq; ad murum plateæ latioris.Et iuxta eos ædificauit Raphaia filius Hur princeps uici Ierusalem.Et iuxta eos ędificauit Iedaia filius Haromaph contra domum suam:& iuxta eum ædificauit Hattus filius Haseboniæ. Mediam partem uici ædificauit Melchias filius Heren,& Hasub filius Phahathmoab,& turrim furnorum.Et iuxta eum ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis uici Ierusalem,ipse & filiæ eius.Et portam uallis ædificauit Hanum,& habitatores Zanoe:ipsi ædificauerunt eam,& statuerunt ualuas eius & seras & uectes,& mille cubitos in muro,usque ad portam sterquilinij.Et portam sterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab,princeps uici Betbacharem:ipse ædificauit eam,& statuit ualuas eius & seras & uectes. Et portam fontis ædificauit Sellum filius Cholhoza,princeps pagi Maspha:ipse ędificauit eam,& texit,& statuit ualuas eius & seras & uectes,& muros piscinæ Siloe in hortum regis,& usque ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid.Post eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis uici Bethsur,usq; contra sepulchrum Dauid,& usq; ad piscinam quæ grandi opere constructa est,& usq; ad domum fortium.Post eum ædificauerunt Leuitæ,Rehum filius Benni:post eū ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis uici Ceilæ in uico suo. Post eum ædificauerunt fratres eorum Banai filius Henadad,princeps dimidiæ partis Ceilæ.Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secundam,contra ascensum firmißimi anguli.Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam,ab angulo usq; ad portam domus Eliasib sacerdotis magni. Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filij Haccus mensuram secundam, à porta domus Eliasib,donec extenderetur domus Eliasib.Et post eum ædificauerunt sacerdotes uiri de campestribus Iordanis. Post eos ædificauit Beniamin & Hasub contra domum suam:& post eum ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domū suam, Post eum ædificauit Bennui filius Henadad mensuram secundam,à domo Azariæ usq; ad flexuram,& usq; ad angulum. Post eum ædificauit Phalel filius Ozi contra flexuram & turrim quæ eminet de domo regis excelsa,id est in atrio carceris:post eū Phadaia filius Pharus.Nathinæi aūt habitabant in Ophel,usq; contra portam aquarū ad orientē,& turrim quæ prominebat.Post eū ædificauerunt Thecueni mensurā secundā è regione,à turre

2 Par.33 e

magna

magna & eminenti usq; ad murum templi. Sursum autem ad portam equorum ædificaue G runt sacerdotes, unusquisq; cõtra domum suam. Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum suam. Et post eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, custos portæ orientalis. Post eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph sextus mensuram secundam: post eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, usq; ad domum Nathineorum, & scruta uendentium contra portam iudicialem, & usq; ad cœnaculum anguli. Et inter cœnaculũ anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores. CAP. IIII

Propter insidias Sanaballat & Tobiæ præfectorum, Iudæi armati coguntur ædificare

A FActum est autem cum audisset Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus est ualde: & motus nimis subsannauit Iudæos, & dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in una die? Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait: Ædificent: si ascenderit uulpes, transiliet murum eorum lapideum. Audi deus noster, quia facti sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionẽ in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatũ eorum coram facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes. Itaq; ædificauimus murum, & coniunximus totum usq; ad partem dimidiã: B & prouocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem cum audisset Sanaballat & Tobias & Arabes & Ammonitę & Azotij quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quòd cœpissent interrupta concludi: irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter, ut uenirent & pugnarent contra Ierusalẽ, & molirentur insidias. Et orauimus deũ nostrum, & posuimus custodes super murum die ac nocte cõtra eos. Dixit autem Iudas: Debilitata est fortitudo portantis, & humus nimia est & nos non poterimus ædificare murum. Et dixerunt hostes nostri: Nesciant & ignorent, donec ueniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus. Factum est autem uenientibus Iudæis qui habitabãt iuxta eos, & dicẽtibus nobis per decem uices ex omnibus locis quibus uenerant ad nos, sta C tui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladijs suis & lanceis & arcubus. Et perspexi atq; surrexi: & aio ad optimates & magistratus, & ad reliquam partem uulgi: Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus uestris, filijs uestris & filiabus uestris & uxoribus uestris & domibus uestris. Factum est autẽ cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis, dissipauit deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros, unusquisq; ad opus suum. Et factũ est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum & lanceæ & scuta & arcus & loricæ, & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium in muro & portantium onera & imponentiũ: una manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Ædi D ficantium enim unusquisq; gladio erat accinctus renes. Et ædificabant & clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates & ad magistratus & ad reliquam partem uulgi: Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero: in loco quocunq; audieritis clangorem tubæ, illuc cõcurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus opus: & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. In tempore quoq; illo dixi populo: Vnusquisq; cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint nobis uices per noctem & per diem ad operãdum. Ego autem & fratres mei & pueri mei & custodes qui erant post me, non deponebamus uestimẽta nostra: unusquisq; tantum nudabatur ad baptismum. CAP. V

Exo.14.c

Populus laborans fame, usuris cogitat uiuere, ob id arguit eos Nehemias

A ET factus est clamor populi & uxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos. Et erant qui dicerent: Filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus & uiuamus. Et erant qui dicerent: Agros nostros & uineas & domos nostras opponamus: & accipiamus frumentũ in fame. Et alij dicebant: Mutuò sumamus pecunias in tributa regis, demusq; agros nostros & uineas: & nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. ecce

nos

nos subiugamus filios nostros & filias nostras in seruitutem,& de filiabus nostris sunt famulæ,nec habemus unde possint redimi,& agros nostros & uineas nostras alij possident. Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum uerba hæc,cogitauitq́ cor B meũ,& increpaui optimates & magistratus,& dixi eis: Vsurás ne singuli à fratribus uestris exigitis?Et congregaui aduersum eos concionem magnam,& dixi eis:Nos,ut scitis,redemimus fratres nostros Iudæos qui uenditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram:& uos igitur uendetis fratres uestros,& redimemus eos?Et siluerunt,nec inuenerunt quid responderent.Dixiq́ ad eos:Non est bona res,quam facitis:quare non in timore dei nostri ambulatis,ne exprobretur nobis à gẽtibus inimicis nostris?Et ego & fratres mei & pueri mei commodauimus plurimis pecuniam & frumẽtum:non repetamus in commune istud.æs alienum cõcedamus,quod debetur nobis.Reddite eis hodie agros suos & uineas suas & olíueta sua,& domos suas:quin potius & centesimam pecuniæ,frumẽti,uini & olei, C quam exigere soletis ab eis,date pro illis.Et dixerũt:Reddemus,& ab eis nihil quæremus: sicq́ faciemus ut loqueris.Et uocaui sacerdotes,& adiuraui eos ut facerent iuxta quod dixeram.Insuper excussi sinum meum,& dixi:Sic excutiat deus omnem uirum qui non compleuerit uerbum istud de domo sua & de laboribus suis:sic excutiatur,& uacuus fiat.Et dixit uniuersa multitudo:Amen.Et laudauerunt dominum.Fecit ergo populus sicut erat dictum.A die autem illa qua præceperat rex mihi ut essem dux in terra Iuda,ab anno uicesimo usq́ ad annum tricesimum secundũ Artaxerxis regis,per annos duodecim,ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur,non comedimus.Duces autem primi,qui fuerant ante me,grauauerunt populum,& acceperunt ab eis in pane & uino & pecunia quoti D die siclos quadraginta:sed & ministri eorum depresserant populum : Ego autem non feci ita,propter timorem dei:quin potius in opere muri ædificaui,& agrum non emi & omnes pueri mei congregati ad opus erant.Iudæi quoq́ & magistratus centũ quinquaginta uiri, & qui ueniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu nostro sunt,in mensa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus,arietes sex electi,exceptis uolatilibus,& inter dies decem uina diuersa,& alia multa tribuebam:insuper & annonas ducatus mei nõ quæsiui.ualde enim attenuatus erat populus. Memento mei deus meus in bonum secundum omnia quæ feci populo huic.

Deut.23 c

CAP. VI

Iterũ ædificatione impedire moliuntur præfecti, at Nehemias in cœpto p̃sistit

FActum est autem cum audisset Sanaballat & Tobias & Gossem Arabs,& cæteri ini- A mici nostri,quòd ædificassem ego murum,& nõ esset in ipso residua interruptio(usq́ ad tempus aũt illud ualuas non posueram in portis)miserũt Sanaballat & Gossem Arabs ad me,dicentes: Veni,& percutiamus fœdus pariter in uiculis in campo Ono.Ipsi autẽ cogitabant ut facerent mihi malum.Misi ergo ad eos nũtios,dicens:Opus grande ego facio, & non possum descendere:ne fortè negligatur,cum uenero,& descendero ad uos.Miserũt autem ad me secundũ uerbum hoc,per quatuor uices:& respõdi eis iuxta sermonẽ priorẽ. Et misit ad me Sanaballat iuxta uerbũ prius quinta uice puerũ suum,& epistolã habebat B in manu sua scriptam hoc modo:In gentibus auditũ est,& Gossem dixit,q̃ tu & Iudæi cogitetis rebellare,& propterea ędifices murũ,& leuare te uelis super eos regẽ:propter quam causam & prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem,dicẽtes:Rex in Iudæa est. Auditurus est rex uerba hæc:idcirco nunc ueni,ut ineamus cõsiliũ pariter.Et misi ad eos, dicens:Non est factum secundũ uerba hæc quæ tu loqueris.de corde enim tuo tu componis hæc.Omnes enim hi terrebant nos,cogitantes q̃ cessarent manus nostræ ab opere,& quiesceremus.Quam ob causam magis cõfortaui manus meas:& ingressus sum domũ Semaiæ filij Dalaię filij Metabeel secretò.Qui ait:Tractemus nobiscũ in domo dei in medio tẽpli,& claudamus portas ædis:quia uenturi sunt ut interficiant te,& nocte uenturi sunt ad C occidendũ te.Et dixi:Num quisquã similis mei fugit?& quis ut ego,ingredietur templũ,& uiuet?Non ingrediar.Et intellexi q̃ deus non misisset eum,sed quasi uaticinãs locutus esset ad me,& Tobias & Sanaballat conduxissent eum.Acceperat enim pretium,ut territus facerem,& peccarem,& haberent malum quod exprobrarent mihi.Memento mei deus pro

Tobia

Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia: sed & Noadiæ prophetæ & cæterorũ pro-
D phetarum qui terrebãt me. Completus est autem murus uicesimoquinto die mensis Elul, quinquagintaduobus diebus. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, ut timerent uniuersæ gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quòd à deo factum esset opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatũ Iudæorum epistolæ mittebãtur ad Tobiam, & à Tobia ueniebant ad eos. Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filij Area, & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filij Barachiæ, sed & laudabãt eum coram me, & uerba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas, ut terreret me.

CAPVT VII

Perfecto muro applicãtur custodes per Nehemiam

A POstquàm autem ædificatus est murus, & posui ualuas, & recensui ianitores & cantores & Leuitas: præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi uir uerax & timens deum plus cæteris uidebatur) & dixi eis: Non aperiantur portæ Ierusalem usq; ad calorem solis. Cumq; adhuc assisterent, clausæ portæ sunt & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Ierusalem, singulos per uices suas, & unumquenq; contra domum suam. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates & magistratus & uulgus, ut recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo: Isti filij prouinciæ, qui ascende-

1 Esd. 2 a

B runt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem & in Iudæam, unusquisque in ciuitatem suam. Qui uenerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsan, Mespharat, Begoai, Nahum, Baana. Numerus uirorum populi Israel: Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo. Filij Saphatia, trecenti septuagintaduo. Filij Area, sexcenti quinquagintaduo. Filij Phahathmoab, filiorum Iosue & Ioab, duo millia octingenti decem & octo. Filij Ælam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, octingenti quadragintaquinq;. Filij Zacchai, septingenti sexaginta. Filij Bannui, sexcenti quadragintaocto. Filij Bebai, sexcenti uigintiocto. Filij Azgad, duo millia trecenti uigintiduo.
C Filij Adonicam, sexcenti sexagintaseptem. Filij Beguai, duo millia sexaginta septem. Filij Adin, sexcenti quinquagintaquinque. Filij Ater, filij Hezeciæ, nonagintaocto. Filij Hasem, trecenti uigintiocto. Filij Besai, trecenti uigintiquatuor. Filij Hareph, centum duodecim. Filij Gabaon, nonagintaquinque. Filij Bethlehem & Netupha, centum octogintaocto. Viri Anathoth, centum uigintiocto. Viri Bethazmoth, quadragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira & Beroth, septingenti quadragintatres. Viri Rama & Geba, sexcenti uiginti unus. Viri Machmas, centum uigintiduo. Viri Bethel & Hai, centum uigintitres. Viri Nebo alterius, quinquagintaduo. Viri Ælam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Harem, trecenti uiginti. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Lodhadid &
D Ono, septingenti uigintiunus. Filij Senaa, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iesua, nongenti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phashur, mille ducenti quadragintaseptem. Filij Arem, mille decem & septem. Leuitæ: Filij Iosue & Cedmiel filiorum Oduiæ septuagintaquatuor. Cantores: Filij Asaph, centum quadragintaocto. Ianitores: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: centum trigintaocto. Nathinæi: filij Soha, filij Hasupha, filij Tebbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Selmai, filij Hanan, filij Geddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gezem, filij Aza, filij Phasea, filij Besai, filij Munim, filij Nephussim, filij Bacbuc,

1 Par. 1 d

E filij Hacupha, filij Harhur, filij Besloth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharida, filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filij Amon. omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Hi autem sunt qui ascenderunt de Thelmela,

Thel-

Thelharsa,Cherub,Addon & Emmer:& non potuerunt indicare domum patrum suorum,& semen suum,utrum ex Israel essent.Filij Dalaia,filij Tobia,filij Necoda,sexcenti quadragintaduo.Et de sacerdotibus:filij Habia,filij Accos,filij Berzellai,qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem:& uocatus est nomine eorum.hi quæsierunt scripturam suam in censu,& non inuenerunt,& eiecti sunt de sacerdotio.Dixitq; Athersatha eis, ut non manducarent de sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus & eruditus. Omnis multitudo quasi uir unus quadragintaduo millia trecenti sexaginta:absque seruis & ancillis eorum,qui erant septem millia trecenti trigintaseptem:& inter eos cantores & cantatrices ducenti quadragintaquinq;. Equi eorum,septingenti trigintasex.muli eorum, ducenti quadragintaquinq;.cameli eorum,quadringenti trigintaquinq;.asini,sex millia septingenti uiginti.Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum,auri drachmas mille,phialas quinquaginta,tunicas sacerdotales quingentas triginta.Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis,auri drachmas uiginti millia,& argenti mnas duo millia ducentas.Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas uiginti millia,& argenti mnas duo millia,& tunicas sacerdotales sexaginta septem.Habitauerūt autem sacerdotes & Leuitæ & ianitores & cantores & reliquum uulgus & Nathinæi & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. VIII

Populo in scenopegijs congregato,legit Esdras legem

ET uenerat mensis septimus:filij autem Israel erant in ciuitatibus suis.Congregatusq; est omnis populus,quasi uir unus,ad plateam quæ est ante portam aquarum:& dixerunt Esdræ scribæ,ut afferret librum legis Moysi,quam præceperat dominus Israeli.Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine uirorum & mulierum,cunctisq; qui poterant intelligere,in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum,de mane usque ad mediam diem in conspectu uirorum & mulierum & sapientium:& aures omnis populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum:& steterunt iuxta eum Mathathias & Semeia & Ania & Vria & Helcia & Maasia,ad dextrā eius:& ad sinistram, Phadaia,Misael & Melchia & Hasum & Hasbadana,Zacharia & Mosollam.Et aperuit Esdras librū coram omni populo:super uniuersum quippe populum eminebat.Et cum aperuisset eum, stetit omnis populus.Et benedixit Esdras domino deo magno:& respondit omnis populus,Amen,amen:eleuans manus suas,& incuruati sunt,& adorauerunt deum proni in terram. Porrò Iosue & Bani & Serebia,Iamin,Accub,Sebthai,Odia,Maasia,Celita,Azarias,Iozabed,Hanan,Phalaia,Leuitæ,silentium faciebant in populo ad audiēdam legem: populus autem stabat in gradu suo.Et legerunt in libro legis dei distinctè & appositè ad intelligēdum:& intellexerunt cum legeretur.Dixit autem Nehemias(ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba & Leuitæ interpretantes uniuerso populo:Dies sanctificatus est domino deo uestro,nolite lugere,& nolite flere.Flebat enim omnis populus,cum audiret uerba legis.Et dixit eis:Ite,comedite pinguia,& bibite mulsum,& mittite partes his qui non præparauerunt sibi,quia sanctus dies domini est,& nolite contristari.gaudium etenim domini est,fortitudo uestra.Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo,dicentes: Tacete,quia dies sanctus est:& nolite dolere. Abijt itaq; omnis populus,ut comederet & biberet,& mitteret partes,& faceret lætitiam magnam:quia intellexerant uerba quæ docuerat eos.Et in die secundo,cōgregati sunt principes familiarum uniuersi populi,sacerdotes & Leuitæ ad Esdram scribam,ut interpretaretur eis uerba legis.Et inuenerūt scriptum in lege,præcepisse dominum in manu Moysi,ut habitent filij Israel in tabernaculis,in die solenni,mense septimo:& ut prædicent & diuulgent uocem in uniuersis urbibus suis,& in Ierusalem,dicentes:Egredimini in montem,& afferte frondes oliuæ,& frondes ligni pulcherrimi,frondes myrti & ramos palmarum & frondes ligni nemorosi,ut fiant tabernacula,sicut scriptū est.Et egressus est populus,& attulerunt.Feceruntq; sibi tabernacula,unusquisq; in domate suo & in atrijs suis & in atrijs domus dei & in platea portæ aquarum & in platea portæ Ephraim.Fecit ergo uniuersa ecclesia eorum qui redierant de captiuitate,

Leuit.23 f

taberna

tabernacula,& habitauerunt in tabernaculis:non enim fecerant à diebus Iosue filij Nun taliter filij Israel usque ad diem illum.Et fuit lætitia magna nimis.Legit autem in libro legis dei per dies singulos,à die primo usque ad diem nouissimum.& fecerunt solennitatem septem diebus,& in die octauo collectam iuxta ritum.

CAP. IX

Populus pœnitẽs, uxores alienigenas abijcit & deo fœderatur

A IN die autem uicesimoquarto mensis huius conuenerunt filij Israel in ieiunio,& in saccis,& humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena,& steterunt,& confitebantur peccata sua,& iniquitates patrum suorum.Et consurrexerũt ad standum:& legerunt in uolumine legis domini dei sui,quater in die,& quater confitebantur,& adorabant dominum deum suum.Surrexerunt autem super gradum Leuitarum Iosue & Bani & Cedmiel,Sabania,Bonni,Sarebias,Bani & Chanani:& clamauerunt uoce magna ad dominum deum suum.Et dixerunt Leuitæ Iosue & Cedmiel,Bonni,Hasebnia, Serebia,Odaia,Sebnia,Phathahia:Surgite,benedicite domino deo uestro ab æterno usque in æternum:& benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude. Tu ipse domine solus tu fecisti cœlum & cœlum cœlorum,& omnem exercitum eorum: terrã,& uniuersa quæ in ea sunt:maria,& omnia quæ in eis sunt:& tu uiuificas omnia hæc, B & exercitus cœli te adorat.Tu ipse domine deus,qui elegisti Abram,& eduxisti eũ de igne Chaldæorum:& posuisti nomẽ eius Abraham.Et inuenisti cor eius fidele coram te:& percussisti cum eo fœdus,ut dares ei terrã Chananæi,Hethæi & Heuæi & Amorrhæi & Pherezæi & Iebusæi & Gergesæi,ut dares semini eius:& implesti uerba tua,quoniam iustus es. Et uidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto:clamoremq; eorum audisti super mare rubrum.Et dedisti signa atque portenta in Pharaone,& in uniuersis seruis eius,& in omni populo terræ illius:cognouisti enim quia superbè egerant contra eos:& fecisti tibi nomen,sicut & in hac die.Et mare diuisisti ante eos,& transierunt per medium maris in sicco: persecutores autem eorum proiecisti in profundum,quasi lapidem in aquas ualidas.Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem:& in columna ignis per noctem:ut appareret eis uia per quam ingrediebantur.Ad montẽ quoq; Sinai descendisti,& locutus es cum C eis de cœlo:& dedisti eis iudicia recta,& legem ueritatis,ceremonias,& præcepta bona.Et sabbathum sanctificatum tuum ostendisti eis,& mandata,& ceremonias,& legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui.Panem quoq; de cœlo dedisti eis in fame eorũ,& aquam de petra eduxisti eis sitientibus:& dixisti eis ut ingrederentur & possiderent terram super quam leuasti manum tuam,ut traderes eis.Ipsi uerò & patres nostri superbè egerunt,& indurauerunt ceruices suas,& non audierunt mandata tua.Et noluerunt audire:& non sunt recordati mirabilium tuorum,quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas,& dederunt caput ut conuerterentur ad seruitutem suam quasi per contentionem.Tu autem deus propitius,clemens & misericors,longanimis,& multæ miserationis non dereliquisti eos,& quidem cum fecissent sibi uitulum conflatilem,& dixissent:Iste est deus tuus,qui eduxit te de Ægypto:Feceruntq; blasphemias magnas.Tu autem in misericordijs tuis multis non di- D misisti eos in deserto:columna nubis non recessit ab eis per diem,ut duceret eos in uiam:& columna ignis per noctem,ut ostenderet eis iter per quod ingrederetur. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos,& manna tuum non prohibuisti ab ore eorum,& aquam dedisti eis in siti.Quadraginta annis pauisti eos in deserto,nihilq; eis defuit:uestimenta eorum non inueterauerunt,& pedes eorum non sunt attriti.Et dedisti eis regna & populos, & partitus es eis sortes:& possederunt terram Sehon,& terram regis Hesebon,& terram Og regis Basan.Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cœli,& adduxisti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum ut ingrederentur & possiderent. Et uenerunt filij,& possederunt terram,& humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos,& dedisti eos in manu eorum,& reges eorum,& populos terræ,ut facerent eis sicut placebat illis.Ceperunt itaque urbes munitas & humum pinguem,& possederunt domos plenas cunctis bonis:cisternas ab eis fabricatas,uineas,& olîueta,& ligna pomifera multa:& comederunt,& saturati E sunt,& impinguati sunt,& abundauerunt delicijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt

Gen.15.17.21

autem te ad iracundiam,& recesserunt à te,& proiecerunt legem tuam post terga sua:& prophetas tuos occiderunt,qui contestabantur eos ut reuerterentur ad te:feceruntq; blasphemias grandes.Et dedisti eos in manum hostium suorum,& afflixerunt eos.Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te,& tu de cœlo audisti,& secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores qui saluarent eos de manu hostium suorum.Cumq; requieuissent,reuersi sunt ut facerent malum in conspectu tuo:& dereliquisti eos in manu inimicorum suorum,& possederunt eos. Conuersiq; sunt,& clamauerunt ad te:tu autem de cœlo exaudisti,& liberasti eos in misericordijs tuis multis tẽporibus.Et contestatus es eos ut reuerterentur ad legem tuam.Ipsi uerò superbè egerunt,& non audierunt mãdata tua, & in iudicijs tuis peccauerunt,quæ faciet homo,& uiuet in eis:& dederunt humerum recedentem,& ceruicẽ suam indurauerunt,nec audierunt.Et protraxisti super eos annos multos,& contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarũ tuorum:& non audierunt, & tradidisti eos in manum populorum terrarum.In misericordijs autem tuis plurimis non fecisti eos in cõsumptionem,nec dereliquisti eos:quoniam deus miserationum,& clemens es tu.Nunc itaq; deus noster magne,fortis & terribilis,custodiẽs pactum & misericordiã, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos,reges nostros & principes nostros & sacerdotes nostros & prophetas nostros & patres nostros & omnem populum tuum à diebus regis Assur,usq; in diem hanc.Et tu iustus es in omnibus quæ uenerunt super nos: quia ueritatem fecisti nobis,nos autem impiè egimus.Reges nostri,principes nostri,sacerdotes nostri,& patres nostri non fecerunt legem tuam,& non attenderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis.Et ipsi in regnis suis bonis,& in bonitate tua multa quam dederas eis,& in terra latissima & pingui quam tradideras in conspectu eorũ,non seruierunt tibi,nec reuersi sunt à studijs suis pessimis.Ecce nos ipsi hodie serui sumus:& terra quam dedisti patribus nostris ut comederent panem eius & quæ bona sunt eius,& nos ipsi serui sumus in ea.Et fruges eius multiplicantur regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra,& corporibus nostris dominantur,& iumentis nostris secundum uoluntatem suam,& in tribulatione magna sumus. Super omnibus ergo his nos ipsi percutimus fœdus & scribimus,& signant principes nostri, Leuitæ nostri,& sacerdotes nostri.

CAP. X

Signatores fœderis qui, & quid in eo contentum

Signatores autem fuerunt Nehemias,Athersatha filius Hachelai & Sedecias,Saraias,Azarias,Ieremias,Pheshur,Amarias,Melchias,Hattus,Sebenia,Melluch,Harem,Merimuth,Obdias,Daniel,Genthon,Baruch,Mosollã,Abia, Miamin,Maazia,Belgai,Semeia:hi sacerdotes. Porrò Leuitæ,Iosue filius Azaniæ,Bennui de filijs Henadad,Cedmiel:& fratres eorum,Sebenia,Odaia,Celita,Phalaia,Hanã,Micha, Rohob, Hasebia, Zachur, Serebia, Sabania,Odaia, Bani,Baninu.Capita populi,Pharos,Phahathmoab,Ælã, Zethu,Bani, Bõni,Azgad,Bebai,Adonia,Begoai,Adin,Ater, Hezecia,Azur,Odaia,Hasum,Besai,Hareph,Anathoth, Nebai, Megphias,Mosollam, Hazir,Mesizabel,Sadoc,Ieddua,Pheltia,Hanan,Anaia,Osee,Hanania,Hasub,Alohes, Phalea,Sobec,Rehum,Maasia,Echaia,Hanam,Anan,Melluch, Haram,Baana:& reliqui de populo,sacerdotes,Leuitæ,ianitores,& cantores,nathinæi,& omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem dei,uxores eorum,filij eorum,& filiæ eorum,omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis,optimates eorum,& qui ueniebant ad pollicendum & iurandum ut ambularent in lege dei quam dederat in manu Moysi serui sui,ut facerent & custodirent uniuersa mandata domini dei nostri,& iudicia eius & ceremonias eius,& ut non daremus filias nostras populo terræ,& filias eorũ non acciperemus filijs nostris.Populi quoq; terræ,qui important uenalia,& omnia ad usum per diem sabbathi ut uendant,non accipiemus ab eis in sabbatho & in die sanctificato.Et dimittemus annum septimum,& exactionem uniuersæ manus.Et statuemus super nos præcepta,ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus dei nostri ad panes propositionis,& ad sacrificium sempiternum,& in holocaustum sempiternum in sabbathis,in calẽdis,in solennitatibus,& in sanctificatis,& pro peccato:ut exoretur pro Israel,& in omnem usum domus

mus dei nostri.Sortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes,Leuitas, & populum,ut inferrentur in domum dei nostri per domos patrum nostrorum,per tempora à temporibus anni usq; ad annum:ut arderet super altare domini dei nostri,sicut scriptum est in lege Moysi.& ut afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua uniuersi D fructus omnis ligni ab anno in annum,in domo domini:& primitiua filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum sicut scriptum est in lege,& primitiua boum nostrorum & ouium nostrarum,ut offerrentur in domo dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo dei nostri.Et primitias ciborum nostrorum & libaminum nostrorum,& poma omnis ligni,uindemiæ quoq; & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylacium dei nostri,& decimã partem terræ nostræ Leuitis.Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum.Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum,& Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo dei nostri,ad gazophylaciũ in domo thesauri.Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel & filij Leui primitias frumenti,uini & olei:& ibi erunt uasa domini sanctificata,& sacerdotes & cantores & ianitores & ministri,& non dimittemus domum dei nostri.

CAP. XI

Qui in instaurata Ierusalẽ habitauerint, & qui alibi

A HAbitauerunt autem principes populi in Ierusalem:reliqua uerò plebs misit sortem, ut tolleret unam partem de decem,qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem uerò partes in ciuitatibus.Benedixit autem populus omnibus uiris qui se spõte obtulerant ut habitarent in Ierusalem.Hi sunt itaq; principes prouinciæ qui habitauerunt in Ierusalem,& in ciuitatibus Iuda.Habitauit autem unusquisq; in possessione sua,in urbibus suis Israel,sacerdotes,Leuitæ,nathinæi,& filij seruorum Salomonis.Et in Ierusalem habitauerunt de filijs Iuda & de filijs Beniamin:& de filijs Iuda,Athaias filius Aziam,filij Zachariæ,filij Amariæ,filij Saphatiæ,filij Malaleel.de filijs Phares,Maasia filius Baruch,filius Cholhoza,filius Hazia,filius Adaia,filius Ioiarib,filius Zachariæ,filius Silonites.omnes hi,filij Phares,qui habitauerunt in Ierusalem,quadringenti sexagintaocto uiri fortes.

1 Par. 9 a

B Hi sunt autem filij Beniamin:Sellu filius Mosollam,filius Ioed,filius Phadaia,filius Colaia,filius Masia,filius Etheel,filius Isaia,& post eum Gebbai,Sellai,nongenti uigintiocto. & Ioel filius Zechri præpositus eorum,& Iudas filius Senua super ciuitatem secundus.Et de sacerdotibus,Idaia filius Ioarib,Iachin,Saraia filius Helciæ,filius Mosollam,filius Sadoc,filius Meraioth,filius Achitob princeps domus dei,& fratres eorum facientes opera templi:octingẽti uigintiduo.Et Adaia filius Ieroham,filius Phelelia,filius Amsi,filius Zachariæ,filius Pheshur,filius Melchiæ,& fratres eius principes patrum:ducenti quadragintaduo.Et Amassai filius Azreel,filius Ahazi,filius Mosollamoth,filius Emmer,& fratres eorum potentes nimis:centum uigintiocto,& præpositus eorum Zabdiel filius potẽtium. Et de Leuitis Semeia filius Hasub,filius Azarica,filius Hasabia,filius Boni,& Sabbathai, C & Iozabed,super omnia opera quæ erat forinsecus in domo dei à principibus Leuitarum. Et Mathania filius Micha,filius Zebedei,filius Asaph princeps ad laudandum & ad confitendum in oratione,& Becbecia secundus de fratribus eius,& Abda filius Sammua filius Gaal,filius Idithun.omnes Leuitæ in ciuitate sancta,ducenti octogintaquatuor.Et ianitores,Accub,Telmon,& fratres eorum qui custodiebant ostia:centum septuagintaduo.Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in uniuersis ciuitatibus Iuda,unusquisq; in possessione sua.Et nathinæi qui habitabant in Ophel & Siaha & Gaspha de nathinæis.Et episcopus Leuitarum in Ierusalem,Azzi filius Bani,filius Hasabiæ,filius Mathaniæ, filius Michæ.De filijs Asaph,cantores in ministerio domus dei.Præceptum quippe regis super eos erat,& ordo in cantoribus per dies singulos,& Phathahia filius Mesezebel de filijs Zara D filij Iuda in manu regis,iuxta omne uerbum populi,& in domibus per omnes regiones eorum.De filijs Iuda habitauerunt in Cariatharbe & in filiabus eius,& in Dibon & in filiabus eius,& in Cabseel & in uiculis eius,& in Iesue & in Molada & in Bethphalet & in Hasersual & in Bersabee & in filiabus eius,& in Sicelech & in Mochona & in filiabus eius,& in Remmon & in Saraa & in Ierimuth,Zanoa,Odollam & in uillis earum,Lachis & in

regionibus eius, Azeca & in filiabus eius. Et manserũt in Bersabee usq; ad uallem Ennom. Filij autẽ Beniamin, à Geba, Mechmas & Hai & Bethel, & filiabus eius: Anathoth, Nob, Anania, Asor, Rama, Gethaim, Hadid, Seboim & Neballat, Lod & Ono ualle artificum. & de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

CAP. XII

Enumerãtur sacerdotes & Leuitæ qui cũ Zorobabel uenerunt Ierusalem & dedicatur murus

A HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Hattus, Sebenias, Rehum, Merimuth, Addo, Genthon, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semeia & Ioiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, Idaia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iosue. Porrò Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorum, & Becbecia atq; Hanni & fratres eorum unusquisque in officio suo. Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa. In diebus autem Ioacim erant sacerdotes & principes familiarum: Saraia, Maraia: Ieremia, Hanania: Esdra, Mosollam: Amaria, Iohanan: Milico, Ionathan: Sebenie, Ioseph: Haram, Edna: Maraioth, Helci: Adaia, Zacharia: Genthon, Mosollam: Abia, Zechri: Miamin & Moadia, Phelti: Belga, Sammua: Semaia, Ionathan: Ioiarib, Mathanai: Iodaia, Azzi: Sellai, Celai: Amoc, Heber: Helcie, Hasebia: Idaia, Nathanael. Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada & Iohanan & Ieddoa scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ. Filij Leui principes familiarum, scripti in libro uerborum dierum, & usq; ad dies Ionathan filij Eliasib. Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per uices suas, ut laudarent & confiterentur iuxta præceptũ Dauid uiri dei, & obseruarent æquè per ordinem. Mathania, Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & uestibulorũ ante portas. Hi in diebus Ioacim filij Iosue, filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæq;. In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, psalterijs, & citharis. Congregati sunt autem filij cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de uillis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam uillas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. Ascendere autem feci principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij. Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iudæ & Azarias, Esdras & Mosollam, Iuda & Beniamin & Semeia & Ieremias. Et de filijs sacerdotum in tubis Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph, & fratres eius Semeia & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, in uasis cantici Dauid uiri dei: & Esdras scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domum Dauid, & usq; ad portam Aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & usq; ad murum latissimũ, & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & usq; ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ. steteruntq; duo chori laudãtium in domo dei, & ego & dimidia pars magistratuum mecum. Et sacerdotes Eliacim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis & Maasia & Semeia & Eleazar & Azzi & Iohanan & Melchia & Ælam & Ezer. Et clare cecinerunt cantores & Iezraia præpositus: & immolauerunt in die illa uictimas magnas, & lætati sunt: deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & uxores eorum & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul. Recensuerunt quoq; in die illa uiros super gazophylacia thesauri, ad libamina & ad primitias & ad decimas, ut introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarum actiones, sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda in sacerdotibus & Leuitis astantibus. Et custodierunt obseruationem dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores &

res,& ianitores iuxta præceptum Dauid,& Salomonis filij eius.quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium & confitentium deo.Et omnis Israel in diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos,& sanctificabant Leuitas,& Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

CAP. XIII

Separantur alienigenæ & dantur leuitis suæ portiones
Deut.23 a
Num.22 a

A IN die autem illo lectum est in uolumine Moysi audiente populo:& inuentum est scriptum in eo,quod non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam dei,usque in æternum:eo quòd non occurrerint filijs Israel cum pane & aqua:& conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis,& conuertit deus noster maledictionem in benedictionem.Factum est autem cum audissent legem,separauerũt omnem alienigenam ab Israel.Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in gazophylacio domus dei nostri,& proximus Tobiæ. Fecit ergo sibi gazophylacium grande,& ibi erant ante eum reponentes munera & thus & uasa & decimam frumenti,uini & olei,partes Leuitarum & cantorum & ianitorum,& primitias sacerdotales.In omnibus autem his non fui in Ierusalem,quia anno tricesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis ueni ad regem:& in fine dierum rogaui regem.Et ueni in Ierusalem,& intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ,ut faceret ei thesaurum in uestibulis domus dei.Et malum mihi uisum est ualde.Et proieci uasa B domus Tobiæ foras de gazophylacio. Præcepiq; & emundauerunt gazophylacium:& retuli ibi uasa domus dei,sacrificium,& thus. Et cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ:& fugisset unusquisque in regionem suam de Leuitis,& cantoribus,& de his qui ministrabant:& egi causam aduersum magistratus,& dixi:Quare dereliquimus domum dei? Et congregaui eos:& feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti,uini & olei in horrea.Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem & Sadoc scribam & Phadaiam de Leuitis,& iuxta eos Hanan filium Zachur,filium Mathaniæ:quoniam fideles cõprobati sunt,& ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. Memento mei deus meus pro hoc,& ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei,& in ceremonijs eius.In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in sabbatho,portantes aceruos,& onerantes super asinos uinum & uuas & ficus & omne onus:& inferentes in Ierusalem die sabbathi.Et contestatus sum ut in die qua uendere liceret,uenderent. C Et Tyrij habitauerunt in ea,inferentes pisces,& omnia uenalia:& uendebant in sabbathis filijs Iuda & Ierusalẽ:& obiurgaui optimates Iuda,& dixi eis:Quæ est hæc res mala quam uos facitis,& prophanatis diem sabbathi? Nunquid non hæc fecerunt patres nostri,& adduxit deus noster super nos omne malum hoc,& super ciuitatem hanc? Et uos additis iracundiam super Israel uiolando sabbathum.Factum est autem cum quieuissent portæ Ierusalem in die sabbathi,dixi:& clauserunt ianuas,& præcepi ut non aperirent eas usque post sabbathum:& de pueris meis constitui super portas,ut nullus inferret onus in die sabbathi.Et manserunt negotiatores & uendentes uniuersa uenalia foris Ierusalem semel & bis. Et contestatus sum eos,& dixi eis:Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis,manum mittam in uos.Itaq; ex tempore illo non uenerunt in sabbatho.Dixi quoq; Leuitis ut mundarentur,& uenirent ad custodiendas portas,& sanctificandã diem sabbathi:& pro hoc ergo memento mei deus meus,& parce mihi secundum multitudinem miserationum D tuarum.Sed & in diebus illis uidi Iudæos ducentes uxores Azotidas,Ammonitidas & Moabitidas. Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè,& nesciebant loqui Iudaicè,& loquebantur iuxta linguam populi & populi.Et obiurgaui eos,& maledixi. Et cecidi ex eis uiros,& decaluaui eos,& adiuraui in deo ut non darent filias suas filijs eorum,& non acciperent de filiabus eorum filijs suis,& sibimetipsis,dicens:Nunquid non in huiuscemodi peccauit Salomon rex Israel? & certè in gentibus multis non erat rex similis ei:& dilectus deo suo erat,& posuit eum deus regem super omnem Israel:& ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ.Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, ut præuaricemur in deo nostro, & ducamus uxores peregrinas?

De filijs autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. Recordare domine deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusq; sacerdotale, & Leuiticum. Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & constitui ordines sacerdotum & Leuitarum, unumquenque in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitijs: memento mei deus meus in bonum: Amen.

ESDRAE LIBER III

QVI PONITVR INTER APOCRYPHA

Quāto studio Iosias cultū diuinū restaurarit quō imperarit Iechonias & sub Sedecia populus rursum Babylonem actus

ET FECIT IOSIAS pascha in Ierosolymis domino, & immolauit phase quartadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes per uices dierum stolis amictos in templo domini: & dixit Leuitis sacris seruis Israel, ut sanctificarent se domino in positione sanctæ arcæ domini, in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid rex. Non erit uobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite domino uestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus uestras, secundum scripturam Dauid regis Israel, secundū magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam uestram eorum, qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolate pascha, & sacrificia parate fratribus uestris, & facite secundum præceptū domini, quod datum est Moysi. Et donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, ouium, agnorum & hœdorum & caprarum triginta millia, uitulos tria millia. hæc de regalibus data sunt secūdum promissionem populo: & sacerdotibus in pascha, oues numero duo millia, ac uituli centum. Et Iechonias & Semeias & Nathanael fratres, & Hasabias & Oziel & Coraba in phase, oues quinque millia, uitulos quingentos. Et hæc cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus. Et secundum partes principatus patrum, in conspectu populi offerebant domino, secundū ea quæ in libro Moysi scripta sunt: & assauerunt phase igni, prout oportebat: & hostias coxerunt in emolis, & in ollis cum beneuolētia: & attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes, usque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi & fratribus suis filijs Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph & Zacharias & Ieddimus qui erat à rege. Et ostiarij per singulas ianuas, ita ut non præuaricaretur unusquisq; suam. fratres enim illorum parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium domini. In illa die egerunt phase, & offerebant hostias super domini sacrificium, secundū præceptum regis Iosiæ. Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, phase: & diem festum azymorum per dies septem: & non est celebratum phase tale in Israel, à temporibus Samuel prophetæ: & omnes reges Israel non celebrauerunt tale pascha, quale egit Iosias & sacerdotes & Leuitæ & Iudæi & omnis Israel, qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis. Octauodecimo anno, regnante Iosia, celebratum est phase. Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu domini sui in corde pleno metuentia: & quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis tēporibus de eis qui peccauerunt, quiq; irreligiosi fuerunt in dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt uerba domini super Israel. Et post omnem actum hunc Iosiæ, ascendit Pharao rex Ægypti, ueniens in Charcamis ab itinere super Euphraten, & exijt obuiam illi Iosias. Et misit rex Ægypti ad Iosiam, dicens: Quid mihi & tibi est rex Iudæ? Non sum missus à domino ut pugnem contra te: super Euphraten enim bellum meum est, festinans descende. Et non est reuersus Iosias super currum: sed expugnare eum conaba

conabatur,non attendens uerbum prophetæ ex ore domini:sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Iosiam.Et dixit rex pueris suis: Amouete me à prælio,infirmatus sum enim ualde.Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie.Et ascendit super currum secundarium suum:& perueniens Ierosolymam,uita functus est,& sepultus est in paterno sepulchro.Et in tota Iudæa lugebant Iosiam:& qui præsidebant,cum uxoribus lamentabant eum usq; in hunc diem.Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum regum Iudæ:& E singula gesta actus Iosiæ,& eius gloria,& intellectus eius in lege domini:quæq; gesta sunt ab eo,& quæ non scripta sunt in libro regum Israel & Iudæ.Et assumẽtes qui erant ex gente Iechoniam filium Iosiæ,constituerunt regem pro Iosia patre suo,cum esset annorum trigintatrium.Et regnauit super Israel mensibus tribus.Et amouit eum rex Ægypti ne regnaret in Ierosolymis:& mulctauit gentem argenti talenta centum,& auri talentum unum.Et constituit rex Ægypti Ioacim fratrem ipsius,regem Iudæ & Ierusalem:& alligauit magistratus Ioacim,& Zaracelem fratrem suum,& apprehendens reduxit in Ægyptum.Annorum erat Ioacim uigintiquinq;,cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalem:& fecit malum in cõspectu domini.Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo uinculo,perduxit in Babyloniam:& sacra uasa domini accepit Nabuchodonosor,& tulit & consecrauit in templo suo in Babylonia.Nam de immunditia il- F lius & irreligiositate scriptum est in libro temporum regum.Et regnauit Ioachin filius eius pro eo.Cum autem constitutus esset rex,erat annorum decem & octo.Regnauit autem menses tres & dies decem in Ierusalem.& fecit malum in cõspectu domini:& post annum mittens Nabuchodonosor,transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris uasis domini.Et constituit Sedeciam regem Iuda & Ierusalem,cum esset annorum uigintiunius. Regnauit autem annis undecim.Et fecit malum in conspectu domini,& non est ueritus à uerbis quæ dicta sunt ab Ieremia propheta ex ore domini:& adiuratus à rege Nabuchodonosor,periurans discessit:& indurata ceruice sua & corde suo,transgressus est legitima domini dei Israel.Et duces populi domini multa iniquè gesserunt,& impiè egerunt super omnes immunditias gentium:& polluerunt templum domini,quod sanctum erat in Ierosolymis.Et misit deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos,propter quod par- G ceret illis,& tabernaculo suo.Ipsi uerò subsannabant in angelis suis:& qua die locutus est dominus erant illudentes prophetis eius.Qui usq; ad iracundiam concitatus est super gentem suam,propter irreligiositatem suam,& præcepit ascendere reges Chaldæorum.Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio,in circuitu sancti templi eorum,& non pepercerunt iuueni & seni & uirgini & adolescenti:sed omnes traditi sunt in manus ipsorum,& omnia sacra uasa domini,& regales apothecas resumentes,tulerunt in Babyloniam,& incenderunt domum domini,& demolierunt muros Ierusalem:& turres eius incenderunt igne,& consummauerunt omnia honorifica eius,& ad nihilum redegerunt,& reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.Et erant serui illius usq; dum regnarent Persæ in repletione uerbi domini in ore Ieremiæ,quousque benignè ageret terra sabbatha sua,omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuagintaseptem.

Ier.38

CAP. II

A Regnante Cyro rege Persarum in consummatione uerbi domini in ore Ieremiæ,suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum,& prædicauit in toto regno suo simul per scripturam,dicens:Hæc dicit Cyrus rex Persarum,Me constituit regem orbi terrarum dominus Israel,dominus excelsus,& significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem, quæ est in Iudæa.Si quis est ex genere uestro,dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalem.Quotquot ergo circa loca habitant,adiuuẽt eos qui sunt in loco ipso,in auro & argento,in dationibus cum equis & iumentis,cumq; alijs quæ secundum uota apponuntur in ædem domini quæ est in Ierusalem.Et stantes principes tribuũ,pagorum & Iudææ ex tribu Bẽiamin,& sacerdotes & Leuitæ,quos excitauit dominus ascendere,& ædificare domũ dñi quæ est in Ierusalẽ,& qui erant in circuitu eorũ,adiuuerũt in omni auro & argento eius

Cyrus dimittit Iudæos captiuos, licet multum reluctantibus præfectis

& iumentis, & uotis complurибus, multi quorum ſenſus excitatus eſt. Et Cyrus rex protulit uaſa ſacra domini, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idolo ſuo. & proferens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridatho, qui erat ſuper theſauros ipſius. Per hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ. Horum autem hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringenta, athiſcæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia uaſa mille. omnia autem uaſa aurea & argentea, quinqꝫ millia octingenta ſexaginta. Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ uenerant in Ieroſolymam. In Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ieruſalem. Balſamus & Mithridathus & Sabellius & Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis ſubiectam epiſtolam regi Artaxerxi. Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœleſyria & Phœnice. Et nunc notum ſit domino regi quoniam Iudæi qui aſcenderunt à uobis ad nos, uenientes in Ieruſalem ciuitatem refugam & peſsimam, ædificant fu nos eius, & ſtatuunt muros, & templum ſuſcitant. Quòd ſi ciuitas iſta & muri conſummati fuerint, non tantum tributa non ſuſtinebunt pendere, ſed etiam regibus reſiſtent. Et quia id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum: ſed notum facere domino regi, ut ſi uidebitur rex, quæratur in libris patrum tuorum, & inuenies in admonitionibus ſcripta de his, & ſcies quoniã ciuitas iſta fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens, & Iudæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno, ob quam cauſam ciuitas iſta deſerta eſt. Nunc ergo notum facimus domine rex, quoniam ſi ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, deſcenſus tibi non erit in Cœleſyriam & Phœnicen. Tunc ſcripſit rex Rathimo, qui ſcribebat accidentia & Balthemo & Sabellio ſcribæ, & cæteris conſtitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ ſubiecta ſunt. Legi epiſtolam quam miſiſtis mihi. Præcepi ergo inquiri. & inuentum eſt quoniam ciuitas illa eſt ab æuo regibus reſiſtens, & homines refugæ, & prælia in ea efficiẽtes, & reges fortiſsimi erant in Ieruſalem dominantes, & tributa exigentes à Cœleſyria & Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere ne quid ultrà hæc fiat, ſed nec procedant in plurimum, ex quo ſunt malitiæ, ita ut regibus moleſtia importetur. Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathimus, & Sabellius ſcriba, & qui cum his conſtituti erant iungentes feſtinanter uenerunt in Ieruſalem cum equitatu & turba & agmine: cœperuntqꝫ ædificantes prohibere, & uacabant ab ædificatione templi in Ieruſalem, uſqꝫ ſecundo anno regni Darij regis Perſarum.

1 Eſd. 4. a

CAP. III

De conuiuio Darij & diſputatione ſatellitũ eius de fortitudine

REx Darius fecit cœnam magnã omnibus uernaculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ & Perſidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & conſulibus, & præfectis ſub illo ab India uſque Æthiopiam, centum uigintiſeptem prouincijs. Et cum manducaſſent & bibiſſent, & ſatiati reuerterentur, tunc Darius rex aſcẽdit in cubiculum ſuum, & dormiuit, & expergefactus eſt. Tunc illi tres iuuenes corporis cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis dixerunt alter alteri: Dicamus unuſquiſque noſtrum ſermonem qui præcellat: & cuiuſcunqꝫ apparuerit ſermo ſapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum dormire, & currum aureo freno, & cydarim byſsinam, & torquem circa collum: & ſecundo loco ſedebit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cognatus Darij uocabitur. Tunc ſcribentes ſinguli ſuum uerbum ſignauerunt, & poſuerunt ſubtus ceruical Darij regis, & dixerunt: Cumqꝫ ſurrexerit rex, dabimus illi ſcripta noſtra: & quodcũqꝫ iudicauerit rex è tribus, & magiſtratus Perſidis, quoniam uerbum eius ſapientius eſt, ipſi dabitur uictoria, ſicut ſcriptum eſt. Vnus ſcripſit: Forte eſt uinum. Alius ſcripſit: Fortior eſt rex. Tertius ſcripſit: Fortiores ſunt mulieres. ſuper omnia autem uincit ueritas. Et cum ſurrexiſſet rex, acceperunt ſcripta ſua, & dederunt illi, & legit. Et mittens, uocauit omnes magiſtratus Perſarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos, & ſederunt in concilio: & lecta ſunt ſcripta coram ipſis. Et dixit: Vocate adole

adolescentes,& ipsi indicabunt uerba sua. Et uocati sunt,& introierunt. Et dixit illis: Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior qui dixerat de fortitudine uini,& dixit: Viri quàm præualet uinum omnibus hominibus qui bibunt illud? Seducit mentem. Itemq; regis & orphani facit mentem uanam. Item serui ac liberi, pauperis ac diuitis,& omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem,& non meminit omnem tristitiam & debitum,& omnia præcordia facit honesta,& non meminit regem, nec magistratum,& omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt, amicitiam nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios: & cum à uino merserint,& surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O uiri, num præcellit uinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAPVT IIII

Disputatione audita iudicat rex, & uictor loco præmij impetrat restaurationem Ierosolymæ

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O uiri, num præcellunt homines qui terram & mare obtinent & omnia quę in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit,& dominatur eorum:& omne quodcunq; dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, uadunt & demoliunt montes & muros & turres. Iugulantur & iugulant,& regis uerbum non prætereunt. nam si uicerint, afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint. Similiter & alij omnes,& quotquot non militant nec pugnant, sed colunt terram: rursum cum fuerint metentes, afferunt tributa regi:& ipse unus solus si dixerit, occidite: occidunt. dixerit, remittite: remittunt. dixerit, percutite: percutiunt. dixerit, exterminate: exterminant. dixerit, ædificate: ædificant. dixerit, excidite: excidunt. dixerit, plantate: plantant. & omnis plebs & uirtutes eum obaudiunt,& super hoc ipse recumbit & bibit & dormit. Hi autem custodiunt in circuitu eum,& non possunt ire singuli & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & ueritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. Viri, non magnus rex,& multi homines, nec uinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum? Nónne mulieres genuerunt regem & omnem populum qui dominatur mari & terrę:& ex illis nati sunt,& ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt uineas, ex quibus uinum fit? Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum,& ipsæ faciunt gloriam hominibus,& non possunt homines separari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentum & omnem rem speciosam,& uiderint mulierem unam bono habitu & bona specie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt,& aperto ore conspiciunt & eam alliciunt magis quàm aurum & argẽtum & omnem rem pretiosam. Homo patrem suum relinquit qui enutrijt illum & suam regionem,& ad mulierem se coniungit. Et cum muliere remittit animam:& neq; patrem meminit neq; matrem neq; regionem. Et hinc oportet uos scire, quoniam mulieres dominantur uestri. Nón ne doletis? Et accipit homo gladium suum:& uadit in uiam facere furta & homicidia & mare nauigare & flumina & leonem uidet & in tenebris ingreditur:& cum furtum fecerit & fraudes & rapinas, amabili suæ affert. Et iterum: diligit homo uxorem suã magis quàm patrem aut matrem. Et multi dementes facti sunt propter uxores suas:& serui facti sunt propter illas:& multi perierunt & iugulati sunt & peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones uerentur tangere eum. Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram,& auferentem diadema de capite eius,& imponentem sibi,& palmis cædebat regem de sinistra manu. Et super hæc aperto ore intuebatur eam:& si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. O uiri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra,& excelsum est cœlum: quis ista agit? Et tunc rex,& purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de ueritate. O uiri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra,& excelsum est cœlum: & uelox cursus solis, conuertit in gyro cœlum in locum suum in una die. Nónne magnificus est qui hæc facit? Et ueritas magna,& fortior præ omnibus. Omnis terra ueritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit,& omnia opera mouentur & tremunt eam,& non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes

omnes filij hominum,& iniqua illorum omnia opera,& non est in ipsis ueritas,& in sua iniquitate peribunt:& ueritas manet,& inualescit in æternum,& uiuit,& obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas,neq; differentias:sed quæ iusta sunt,facit omnibus,iniustis ac malignis & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum,sed fortitudo & regnum & potestas & maiestas omnium æuorum. Benedictus deus ueritatis. Et desiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt,& dixerunt:Magna est ueritas,& præualet. Tunc rex ait illi:Pete,si quid uis amplius quàm quæ scripta sunt,& dabo tibi,secundum quòd inuentus es sapientior proximis,& proximus mihi sedebis,& cognatus meus uocaberis. Tunc ait regi:Memor esto uoti tui,quòd uouisti,ædificare Ierusalem in die qua regnum accepisti:& omnia uasa quæ accepta sunt ex Ierusalem,remittere quæ separauit Cyrus,quando mactauit Babyloniam,& uoluit remittere ea ibi. Et tu uouisti ædificare templum quod incenderunt Idumæi,quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc est quod postulo domine,& quod peto,hoc est maiestas quod à te postulo,ut facias uotum quod uouisti regi cœli ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex,osculatus est illum:& scripsit epistolam ad omnes dispensatores & præfectos & purpuratos,ut deducerent eum,& eos qui cum illo erant,omnes ascendentes ædificare Ierusalem. Et omnibus præfectis qui erant in Syria & Phœnice & Libano scripsit epistolas,ut traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalem,ut ædificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate,omnem potẽtem & magistratum & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum,& omnem regionem quam obtinuerãt immunem esse eis,& Idumæi relinquãt castella quæ obtinent Iudæorum,& in structuram templi dare per singulos annos talenta uiginti,usq; dum perædificaretur:& super sacrariũ holocaustomata hostilare quotidie,sicut habent præceptum,alia talẽta decem offerre per singulos annos,& omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem:ut esset libertas tam ipsis quàm filijs eorum,& omnibus sacerdotibus qui præcedunt. Scripsit autẽ & quantitatem,& sacram stolam iussit dari in qua deseruirẽt,& Leuitis scripsit dare præcepta,usq; in diem qua consummabitur domus,& Ierusalem extruetur:& omnibus custodientibus ciuitatem,scripsit dari ei sortes & stipendia. Et dimisit omnia uasa quæcũq; separauerat Cyrus à Babylonia,& omnia quæcunq; dixit Cyrus,& ipse præcepit fieri,& mitti Ierusalem. Et cum processisset ille adolescens,eleuans faciem in Ierusalem,benedixit regem cœli,& dixit:Abs te est uictoria,& abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. Benedictus es,qui dedisti mihi sapientiam,& tibi confitebor domine deus patrum nostrorum. Et accepit epistolas,& profectus est in Babyloniam. Et uenit,& nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:& benedixerunt deum patrum suorum,quoniam dedit illis remissionem & refrigerium,ut ascenderent & ædificarent Ierusalem,& templũ ubi nominatum est nomen eius in ipso,& exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem. CAP. V

Qui & quot è captiuitate Babylonica reuersi sunt Hierusalem

POst hæc autem electi sunt,ut ascenderent principes pagorũ per domos & tribus suas & uxores illorum,& filij & filiæ eorum,& serui & ancillæ ipsorum & pecora eorum. Et Darius rex misit unà cum eis equites mille,donec deducerent eos in Ierusalem cum pace & cum musicis & cum tympanis & tibijs:& omnes fratres erant ludentes,& fecit eos ascendere simul cum eis. Et hæc sunt nomina uirorum qui ascenderunt per pagos suos in tribus,& in partem principatus ipsorum. Sacerdotes:filij Phinees,filij Aaron,Iesus filius Iosedec,Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid,ex progenie Phares,de tribu Iuda qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius,mense Nisan primo. Sunt autem hi qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis,quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem,& reuersus est in Ierusalẽ. Et requisiuit partẽ Iudææ unusquisq; in ciuitatẽ suã,qui uenerunt cũ Zorobabel & Iesu,Nehemias,Areores,Elimeo,Emmanio,Mardocheo,Beelsuro,Mechpsatochor,Olioro,Emonia unus de principibus eorũ. Et numerus à gẽtilibus eorũ,ex præpositis eorũ filij Phares,duo millia centũ septuagintaduo:filij Ares,tria millia centũ quinquagin

quagin

quagintaſeptem:filij Phœmo,centum quadragintaduo:in filijs Ieſu & Ioabes,mille trecenti
tiduo:filij Demu,duo millia quadringenti ſeptuaginta:filij Choraba,ducenti quinque:filij
Banica,centum ſexagintaocto:filij Bebech,quadringentitres:filij Archad, quadringenti
uigintiſeptem:filij Chan,trigintaſeptem:filij Zoroar,duo millia ſexagintaſeptē:filij Adi/
B nu,quadringenti ſexaginta unus:filij Aderectis,centum octo:filij Ciaſo & Zelas,centum
ſeptem:filij Azoroc,quadringenti trigintanouem:filij Iedarbone,centum trigintaduo:filij
Ananiæ,centum triginta:filij Aſoni,nonaginta:filij Marſar,quadringenti uigintiduo:filij
Zabarus,nonagintaquinq;:filij Sepolemon,centum uigintitres:filij Nepopas,quinqua/
gintaquinq;:filij Hechanatus,centum quinquagintaocto:filij Cebethamus,cētum trigin/
taduo:filij Crearpatros,qui Enocadies & Modiæ,quadringēti uigintitres:qui ex Gramas
& Gabea,cētum uigintiunus:qui ex Beſſelon & Ceagge,ſexagintaquinq;:qui ex Baſtaro,
centum uigintiduo.Qui ex Bechenobes,quinquagintaquinq;:filij Liptis,centum quinqua
gintaquinq;:filij Labonni,trecenti quinquagintaſeptem:filij Sichem,trecenti ſeptuaginta:
filij Suadon & Cliomus,trecenti ſeptuagintaocto:filij Ericus,duo millia centum quadra/
gintaquinq;:filij Anaas,trecenti ſeptuaginta.Sacerdotes:filij Ieddus,filij Euther,filij Elia/
ſib,trecenti ſeptuagintaduo:filij Emerus,ducenti quinquagintaduo:filij Phaſurij,trecenti
C quinquagintaſeptem:filij Caree,ducenti uigintiſeptem.Leuitæ:filij Ieſu in Caduhel & Ba
mis & Serebias & Edias,ſeptuagintaquatuor.omnis numerus à duodecimo anno,triginta
millia quadringenti ſexagintaduo.Filij & filiæ & uxores,omnis computatio,quadringenta
millia ducenti quadragintaduo.Filij ſacerdotum,qui pſallebant in templo:filij Aſaph,cen/
tum uigintiocto.Oſtiarij uerò:filij Eſmenni,filij Azer,filij Amon,filij Accuba,Topa filij
Tobi,omnes centum triginta nouem.Sacerdotes ſeruientes in templo:filij Sel,filij Gaſ/
pha,filij Tobloch,filij Cariæ,filij Su,filij Hellu,filij Labana,filij Armacha,filij Accub,filij
Vtha,filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, filij An,filij
Radin,filij Deſanon,filij Nachoba,filij Caſeba,filij Gaze,filij Ozui,filij Sinone,filij At/
tre,filij Haſtem,filij Aſiana,filij Manei,filij Naſiſim,filij Accuſu,filij Agiſta,filij Azui,filij
Fauon,filij Phaſalō, filij Meedda,filij Phuſa,filij Carce,filij Barcus,filij Saree,filij Coeſi,
filij Naſith,filij Agiſti,filij Pedon.Salomon filij eius filij Aſophot,filij Phazida,filij Celi,
D filij Dedon,filij Gaddahel,filij Sephegi,filij Aggia,filij Sachareth,filij Sabathen,filij Ca
roneth,filij Malſith,filij Amæ,filij Saſus,filij Addus,filij Suba,filij Eura,filij Rahotis,filij
Phaſphat,filij Malmon.omnes ſacro ſeruientes,& pueri Salomonis,quadringenti octo/
ginta duo.Hi ſunt filij qui aſcenderunt à Thelmela,Thelarſa:principes eorum,Carmellā,
& Careth:& non poterant edicere ciuitates ſuas & progenies ſuas,quemadmodum ſint ex
Iſrael.Filij Dalari,filij Tubal,filij Nechodaici,ex ſacerdotibus,qui fungebātur ſacerdotio:
& non ſunt inuēti filij Obia,filij Achiſos,filij Addin,qui accepit uxorem ex filiabus Phar/
geleu:& uocati ſunt in nomine eius.& horum quæſita eſt generis ſcriptura in prædatura,&
non eſt inuenta,& prohibiti ſunt ſacerdotio fungi.Et dixit illis Nehemias & Aſtharas.Ne
participentur ſancta,donec exurgat pontifex doctus in oſtenſionem & ueritatem.Omnis
autem Iſrael erat,exceptis ſeruis & ancillis,quadragintaduo millia trecēti quadraginta.Ser
ui horum & ancillæ:ſeptem millia trecenti trigintaſeptem.Cantores & cantatrices:ducenti
E ſexagintaquinq;.Cameli,quadringēti trigintaquinq;.Equi,ſeptem millia trigintaſex.Mu/
li,ducenta millia quadragintaquinq;.Subiugalia,quinq; millia uigintiquinq;.Et de præpo/
ſitis ipſis per pagos,dum uenirent in templum dei,quod erat in Ieruſalem,innouare,& ſu/
ſcitare templum in loco ſuo,ſecundum ſuam uirtutem:& dari in templum theſaurum ope
rum ſacrum auri mnas duodecim millia,& mnas argenti quinq; millia,& ſtolas ſacerdota/
les centum.Et habitauerūt ſacerdotes & Leuitæ,& qui exierant de plebe in Ieruſalem & in
regione,& ſacri cantores,& oſtiarij,& omnis Iſrael in regionibus ſuis.Inſtante autem ſepti
mo menſe,cumq; eſſent filij Iſrael unuſquiſq; in ſuis rebus,conuenerunt unanimes in atri/
um,quod erat ante ianuam orientalem.Et ſtantes Ieſus filius Ioſedec,& fratres eius ſacer/
dotes,& Zorobabel filius Salathiel,& huius fratres,parauerunt altare,ut offerrent ſuper
illud

1 Eſd.3.a

illud holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis dei scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex alijs nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias & holocaustomata domino matutina. Et egerunt scenopegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia qootidie sicut oportebat: & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificatorum. Et quotquot uouebant domino à neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre deo, & templum domini nondum erat ædificatum. Et dederunt pecuniam lapidarijs & fabris, & potum, & pabula cum gaudio. Et dederunt carra Sidonijs, F & Tyrijs, ut transueherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, secundum decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum. Et in secundo anno uenientes in templum dei in Ierusalem mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorum, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui uenerant de captiuitate in Ierusalem: & fundauerunt templum dei nouilunio secundi mensis secundi anni, cum uenissent in Iudæam & Ierusalem. Et statuerunt Leuitas à uiginti annis, super opera domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ conspirantes, & executores legis: facientes opera in domo domini. Et steterunt sacerdotes habētes stolas cum tubis: & Leuitæ filij Asaph, habentes cymbala collaudantes dominum, & benedicentes secundum Dauid regem Israel. Et cantabāt canticum domino, quoniam dulcedo eius & honor in secula super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerūt uoce magna, collaudantes dominum in suscitatione domus domini. Et uenerunt ex sacerdotibus & Leuitis, & præsidentibus secundum pagos senioribus, qui uiderant pristinam do- G mum: & ad huius ædificationē cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: intantū ut populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita ut longe audiretur. Et audierunt inimici tribus Iudæ & Beniamin, & uenerunt scire quæ esset uox tubarum. Et cognouerūt, Quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum domino deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel & Iesum & præpositos pagorū, dixerunt eis: Ædificabimus unà uobiscū: similiter enim audiuimus dominum uestrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorū, qui transmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel & Iesus, & principes pagorū Israel. Non est nobis & uobis ædificare domum dei nostri. nos enim soli ædificabimus domino Israel secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes impedierunt, ne cōsummaretur ædificium omni tempore uitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium, usque ad Darij regnum.

1 Esd. 1 a

CAPVT VI

IN secundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus & Zacharias filius Addin A prophetæ apud Iudæam & Ierusalem in nomine dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerunt ædificare domum domini, quæ est in Ierusalem: cum adessent eis prophetæ domini, & adiuuarent eos. In ipso tempore uenit ad illos Sisennes subregulus Syriæ & Phœnices, & Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerunt eis: Quo præcipiente uobis domum hanc ædificatis, & tectum istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc ædificant? Et habuerūt gratiam uisitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à domino seniores Iudæorum, & non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur. Exemplum epistolæ quam miserunt Dario. Sisennes subregulus Syriæ & Phœnices & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria & Phœnice præsides, regi Dario salutem. Omnia nota sint domino regi, quòd cum uenissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domum dei magnam: & templum ex lapidibus politis & magnis & pretiosis materijs in parietibus, & opera illa instanter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentissimè perfici. Tunc interrogauimus seniores, dicentes

Præfectos suos tēpli ædificationē inhibēdā esse suadentes non audit Darius, & Cyri edictum approbat

1 Esd. 5 a

dicentes: Quo permittente uobis ædificatis domum istam,& opera hæc fundatis? Ideo autem interrogauimus eos,ut notum faceremus tibi. homines & præpositos & nominũ scripturam præpositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis,dicẽtes: Nos sumus serui domini,qui fecit cœlum & terram,& ædificabatur hæc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo,& consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes erant,& peccauerunt in deum Israel,tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ,regis Chaldæorum,& domũ istam demolientes incenderunt,& populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnãte Cyro rege Babyloniæ,scripsit Cyrus rex,domum hanc ædificare:& illa sacra uasa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodonosor de domo quæ est in Ierusalẽ,& consecrauerat ea in suo templo,rursus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia,& tradita sunt Zorobabel,& Salmanasaro subregulo.& præceptum est eis ut offerrent hæc uasa,& reponerent in templo quod erat in Ierusalem,& ipsum templum dei ædificare in loco suo. Tunc Salmanasarus subiecit fundamenta domus domini,quæ est in Ierusalem:& exinde usque nunc ædificatur, & non accepit consummationem. Nunc ergo si iudicatur à te,ò rex,perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ sunt in Babylonia:& si inuentum fuerit cõsilio Cyri regis cœptam esse structuram domus domini,quæ est in Ierusalem,& iudicabitur à domino rege nostro,scribat de his nobis. Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis,& inuentus est in Ecbathanis oppido,quod est in Media regione,locus unus in quo scripta erant ista: Anno primo regnante Cyro rex Cyrus præcepit domũ domini quæ est in Ierusalem ædificare,ubi incendebant igni assiduo,cuius altitudo sit cubitorum decem,& latitudo cubitorum sexaginta,quadratum lapidibus politis tribus,& meniano ligneo eiusdem regionis,& meniano uno nouo,& impendia dari de domo Cyri regis:& sacra uasa domus domini tam aurea quàm argentea,quæ extulit Nabuchodonosor in domum domini,quę est in Ierusalem,ubi erant posita,ut ponantur illic:& præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ & Phœnices & Satrabuzanem & sodales eius,& qui ordinati erant in Syria & Phœnice præsides,ut abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare:& prospexi,ut adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudæorum: donec consummetur templum ædis domini:& à uexatione tributorum Cœlesyriæ & Phœnices,diligẽter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domini,Zorobabel præfecto,ad tauros & arietes & agnos,similiter autem & frumentum & sal & uinum & oleum instanter per singulos annos,prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem,dictauerunt consumi quotidie sine ulla dilatione,ut offerantur libationes summo deo pro rege & pueris eius,& orent pro ipsorum uita:& denuntietur,ut quicunque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt aut spreuerint,accipiatur lignum de suis proprijs,& suspendantur,& bona ipsorum regi ascribantur. Propterea & dominus,cuius nomen inuocatum est ibi,exterminet omnem regem & gentem,qui manum suam extenderit prohibere,aut male tractare domum domini illam quæ est in Ierusalem. Ego Darius rex decreui quàm diligentissimè secundũ hæc fieri.

B — 3 Reg. 6 a

C

D

CAP. VII

Iussis regis obsequentes præfecti opus iuuãt, templum absolutũ Deo dedicatur

A TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœnices & Satrabuzanes & sodales obsecuti his quæ à Dario rege erant decreta,insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè,cooperantes cum senioribus Iudæorũ principibus Syriæ,& prosperata sunt sacrosancta opera,prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis. Et consummauerunt omnia per præceptũ domini dei Israel,& ex consilio Cyri & Darij & Artaxerxis regis Persarum. B Et consummata est domus nostra usque ad tertiam & uicesimam diem mensis Adar,sexto anno Darij regis. Et fecerunt filij Israel & sacerdotes & Leuitæ,& cæteri qui erant ex captiuitate,qui appositi sunt secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi. Et obtulerunt in dedicationem templi domini,tauros centum,arietes ducentos,agnos quadringentos,& hœdos pro peccatis uniuersi Israel duodecim,secũdum numerum tribuum Israel. Et steterunt C sacerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super omnia opera domini dei Israel secundũ librum Moysi,& ostiarij per singulas ianuas. Et egerunt filij Israel cum his qui erant ex captiuita

1 Esd. 6 c

ptiuitate illud phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt phase uniuersi filij captiuitatis & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. Et manducauerũt filij Israel, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærentes dominum, & celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus epulantes in conspectu domini, quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera domini dei Israel.

D

CAPVT VIII

Esdræ Ierosolymã ascẽdẽti Artaxerxes literas suæ beneuolẽtiæ testes tradit

A

ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum rege accessit Esdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Solome, filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset scriba & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à domino deo Israel docere & facere. Et dedit ei rex gloriam quòd inuenisset gratiam in omni dignitate & desiderio in conspectu eius. Et ascenderunt simul cum ipso ex filijs Israel, & sacerdotibus & Leuitis & sacris cantoribus templi & ostiarijs & seruis templi in Ierusalẽ. Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense, hic annus septimus est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis, uenerunt Ierosolymam iuxta præceptum illius secundum prosperitatem itineris à domino ipsorum datam eis. In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege domini & præceptis: & docendo uniuersum Israel, omnem iustitiam & iudicium. Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdram sacerdotem & lectorem legis domini, cuius exemplum subiectum est. Rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis domini salutem. Humanior ego iudicans in beneficijs præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus & Leuitis qui sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecũ, conueniant & proficiscantur sicut placuit mihi & septem amicis meis consiliarijs, ut uisitent ea quę aguntur secundum Iudæam & Ierusalem, obseruãtes sicut habes in lege domini, & ferant munera domino deo Israel, quæ uoui ego & amici Ierusalem: & omne aurum & argentũ, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ domino in Ierusalẽ cum illo, quod est donatum pro ipsa gente in templo domini eorum quod est in Ierusalẽ: ut colligatur hoc aurum & argentum & tauros & arietes & agnos & hœdos, & quæ his sunt congruentia, ut offerant hostias domino super altare domini ipsorum, quod est in Ierusalem. Et omnia quæcunque uolueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro uoluntate tua secundum præceptum domini dei tui: & sacrosancta uasa, quæ data sunt tibi ad opera domus domini dei tui, quæ est in Ierusalem, & cætera quæcunq; tibi subuenerint ad opera templi dei tui, dabis de regali gazophylacio: cum uolueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum uolũtatem domini. Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnices, ut quæcunq; scripserit Esdras sacerdos, & lector legis domini, diligenter detur ei usq; ad argenti talenta centum, similiter & auri: & usque ad frumenti modios centum, & uini amphoras centum, & alia quæcunq; abundant sine taxatione. Omnia secundum legem dei fiant deo altissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis & filij & filiorum eius. Vobis autem dicitur, ut omnibus sacerdotibus & Leuitis & sacris cantoribus & seruis templi, & scribis templi huius nullũ tributum, neq; ulla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obijcere eis quicquam. Tu autem Esdra secundum sapientiam dei constitue iudices, & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem dei tui non nouerunt, doce: ut quotquot transgressi fuerint legem, diligẽter plectantur siue morte siue cruciatu siue etiã pecuniæ multatione uel abductione. Et dixit Esdras scriba: Benedictus deus patrum nostrorum, qui dedit hanc uoluntatem in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Ierusalem, & me honorificauit in conspectu regis & consiliariorum & amicorum & purpuratorum eius, & ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini dei

B

C

dei mei,& congregaui ex Israel uiros,ut simul ascenderent mecum.Et hi sunt præpositi se/
cundum suas patrias,& principatus portionales eorum qui mecum ascenderunt de Baby/
lonia in regno Artaxerxis.Et ex filijs Phares,Gersomus:ex filijs Siemarith,Amenus:filio
rum Dauid Acchus filius Scecilíæ:ex filijs Phares,Zacharias,& cum eo reuersi sunt uiri
centum quinquaginta:ex filijs ductoris Moabilionis Zaraei,& cum ipso uiri ducenti quin
quaginta:ex filijs Zachues,Iechonias Zechoeli,& cum ipso uiri ducēti quinquaginta:ex
filijs Sala,Maasias Gotholiæ,& cum ipso uiri septuaginta:ex filijs Saphatiæ,Zarias Mi/
cheli,& cum ipso uiri octoginta:ex filijs Iob,Abdias Ieheli,& cum ipso uiri ducenti duode
cim:ex filijs Baniæ,Salimoth,filius Iosaphiæ,& cum ipso uiri centum sexaginta:ex filijs
Beer,Zacharias Bebei,& cum ipso uiri ducenti octo:ex filijs Ezead Iohannes Eccetan,&
cum ipso uiri centūdecem.ex filijs Adonicam ipsis postremis,& hæc sunt nomina eorum,
Eliphalan,filius Gebel,& Semeias,& cum ipso uiri septuaginta.Et congregaui eos ad flu/
uium qui dicitur Thia,& metati fuimus illic triduo & recognoui eos.Et ex filijs sacerdotum
D & Leuitarum non inueni illic.Et misi ad Eleazarum & Ecceloh & Masman & Maloban &
Enaathan & Samea & Ioribum,Nathan,Enuagan,Zachariam & Mosolamum ipsos du
ctores & peritos:& dixi eis ut uenirent ad Loddeum qui erat apud locum gazophylacij.
Et mandaui eis ut diceret Loddeo & fratribus eius,& illis qui erant in gazophylacio,ut mit
terent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo domini dei nostri,& adduxerunt no
bis secundum manum ualidam domini dei nostri uiros peritos:ex filijs Moholi,filij Leui,
filij Israel,Sebebian,& filios & fratres,qui erant decem & octo:Asbiam & Amin ex filijs
filiorum Chananæi,& filij eorū uiri uiginti.Et ex his qui templo seruiebant,quos dedit Da
uid,& ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruiētium ducenti uiginti.Omnia no
mina significata sunt in scripturis.Et uoui illic ieiunium iuuenibus in conspectu dei,ut quæ
rerem ab eo bonum iter nobis,& qui nobiscū erant,& filijs,& pecoribus propter insidias.
Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu,tutelæ gratia contra aduersarios
nostros.Diximus enim regi,quoniam uirtus domini erit cum eis qui inquirūt eum in omni
affectu.Et iterum deprecati sumus dominum deum nostrum secundum hæc:quem & pro
pitium habuimus,& compotes facti sumus deo nostro.Et separaui ex plebis præpositis,&
sacerdotibus templi uiros duodecim,& Sedebiam,& Asannam,& cum eis ex fratribus eo
rum uiros decem.& appendi eis aurum & argentum & uasa sacerdotalia domus dei nostri
quæ donauerat rex,& consiliarij eius,& principes,& omnis Israel.Et cum appendissem,tra
didi argenti talenta centum quinquaginta,& uasa argentea talentorum centum & auri ta/
lenta centum,& uasorum aureorum septies uiginti,& uasa ærea de bono æramento splen/
dentia,duodecim,auri speciē reddentia:& dixit eis:Et uos sancti estis domino,& uasa sunt
sancta,& aurum & argētum uotum est domino deo patrum nostrorum.Vigilate & custo
dite,donec tradatis ex plebis præpositis & sacerdotibus & Leuitis & principibus ciuitatum
E Israel in Ierusalē,in pastophorio domus dei nostri.Et hi qui susceperunt sacerdotes & Le/
uitæ aurum & argentum & uasa,intulerunt in Ierusalem in templum domini.Et promoui/
mus à fluuio Thia,die duodecima mensis primi,usque quo introiuimus in Ierusalem.Et cum
factus fuisset tertius dies,quarta autem die ponderatum aurum & argentum traditum est
in domo domini dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti:& cū ipso erat Eleazar filius Phi
nees:& erant cum ipsis Iosadus filius Iesu & Medias & Banni filius Leuitæ ad numerum,
& ad pondus uniuersa.Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.Qui autem uenerūt
ex captiuitate,obtulerunt sacrificiū domino deo Israel,tauros duodecim pro omni Israel,
arietes octogintasex,agnos septuagintaduos,hircos pro peccato duodecim,& pro salute
uaccas duodecim,omnia in sacrificium domini.Et relegerunt præcepta regis regalibus dis/
pensatoribus,& subregulis Cœlesyriæ & Phœnices:& honorificauerunt gentē,& templū
domini.Et confirmatis his,accesserunt ad me præpositi,dicentes:Non segregauerūt genus 1 Esd.9 a
Israel & principes & sacerdotes & Leuitæ & alienigenæ gentes & nationes terræ immūdi/
tias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis & Iebusæis & Moabitis & Ægyptijs & Idu

maris.coniuncti enim sunt filiabus eorũ & ipsi & filij eorum:& mistum est semen sanctum alienis gentibus terræ,& participes erant præpositi & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni.Et mox ut audiui ista,conscidi uestimenta & sacram tunicam:& lacerans capillos capitis & barbam,sedi dolens & mœstus.Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur F in uerbo domini dei Israel ad me lugẽtem super iniquitatem istam,& sedebam tristis usque ad sacrificium uespertinum.Et consurgens à ieiunio,conscissa habens uestimẽta & sacram tunicam,ingeniculans & extendens manum ad dominũ,dicebam:Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam.Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra,& iniquitates nostræ exaltatæ sunt usque ad cœlum,quoniam à temporibus patrũ nostrorum sumus in magno peccato usque ad diem hunc.Et propter peccata nostra & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris & cum sacerdotibus nostris regibus terræ in gladium & captiuitatem & deprædationem cum confusione usque in hodiernum diem. Et nunc quantum est hoc quod cõtigit nobis misericordia abs te domine deus,& relinque nobis radicem & nomen in locum sanctificationis tuæ,detegere luminare nostrũ in domo domini dei nostri,dare nobis cibũ in omni tempore seruitutis nostræ.Et cum seruiremus, non fuimus derelicti à domino deo nostro:sed constituit nos in gratia,ponens nobis reges Persarum dare cibum,& clarificare templum domini dei nostri,& ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatẽ in Iudæa & Ierusalem.Et nunc quid dicimus domine,habentes hęc? Transgressi enim sumus præcepta tua,quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum,dicẽs:Quoniam terra in quam introistis possidere hæreditatem eius,terra polluta est coinquinationibus alienigenarũ terræ,& immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immunditia sua.Et nunc filias uestras non coniũgetis filijs eorum,& filias eorum non accipietis filijs uestris,& non inquiretis pacẽ habere cum illis omni tempore,ut inualescentes manducetis optima terræ,& hæreditatem distribuatis filijs uestris usque in æuum.Et quæ contingunt nobis,omnia fiũt propter opera nostra maligna,& magna peccata nostra.Et dedisti nobis talem radicem,& rursum reuersi sumus transgredi legitima tua,uti commisceremur immunditiæ alienarũ gentium terræ huius.Nónne irasceris nobis perdere nos,quoadusque non relinquatur radix,& nomen nostrũ? Domine deus Israel uerax es.Derelicta est enim radix usque in hodiernum diem.Ecce,nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his.Et cum adorando confiteretur Esdras flens,humi prostratus ante templum,congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna ualde,uiri & mulieres & iuuenes & iuuẽculæ.Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.Et cum clamasset,Iechonias Iebeli ex filijs Israel,dixit Esdræ:Nos in dominũ peccauimus,quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terrę.Et nunc es super omnem Israel.In his ergo sit iusiurandum à domino,expellere omnes uxores nostras quę ex alienigenis sunt,cum filijs earum.Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem domini,exurgens explica.Ad te enim spectat negotium:& nos tecum sumus,uiriliter fac. Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas & omnem Israel,facere secundum hæc.& iurauerunt.

Deut.7.12 G

CAP. IX

Cõsultatur super illegitimis connubijs dissoluendis

1 Esd.10 a

ET exurgens Esdras ab ante atrium templi,abijt in pastophorium Ionathæ filij Nasabi,& hospitatus illic non gustauit panem,nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis.Et facta est prædicatio in omni Iudæa & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati,ut quicunque non occurrerit biduo uel triduo diei secundum iudicium assidentium seniorum,tollerentur facultates suæ,& ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis.Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem:hic mensis est nonus,dies mensis uicesimus.Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præsentem.Et exurgens Esdras dixit illis: Vos iniquè fecistis collocantes uobis in matrimonium uxores alienigenas,ut adderetis ad peccata Israel.Et nunc date confessionem & magnificẽtiam domino deo patrum nostrorum: B & perficite uoluntatẽ ipsius,& discedite à gentibus terræ & ab uxoribus alienigenis.Et clamauit

A

mauit omnis multitudo,& dixerunt uoce magna:Sicut dixisti,faciemus.Sed quoniã multitudo magna est,& tempus hybernum,& non possumus insubsidiati stare:& hoc opus non est nobis unius diei,neq; bidui,multum enim in his peccauimus:stent præpositi multitudinis,& omnes qui nobiscũ inhabitant,& quotquot habent uxores apud se alienigenas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri & iudices,usq;quo soluant iram domini negotij huius.Ionathas autem filius Ezeli,& Ozias Thecam susceperunt secundum hæc:& Bosoramus,& Leuis,& Sabbatheus simul cooperati sunt cum illis.Et steterunt secundum hæc omnia uniuersi qui erant ex captiuitate. Et elegit sibi uiros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina:& consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud.Et determinatum est de uiris qui habebant uxores alienigenas,usq; ad neomeniam primi mensis:& inuenti sunt ex sacerdotibus permisti,qui habebant alienigenas uxores.Ex filijs Iesu filij Iosedec,& fratribus eius:Maseas,& Eliozerus,& Ioribus,& Ioadeus,& iniecerunt manus,ut expellerent uxores suas:& ad litandum in exorationem arietem pro ignorantia sua.& ex filijs Semmeri:Maseas & Esses & Icelech Azarias.& ex filijs Fosere:Limosias,Hismaenis,& Nathanee,Iussio, Reddus,& Talsas.& ex Leuitis:Iorabdus & Semeis & Colnis & Calitas & Facteas & Coluas & Elionas.& ex sacris cantoribus,Eliasib,Zaccarus.& ex ostiarijs,Salumus & Tolbanes.& ex Israel:ex filijs Foro:Ozi & Remias & Geddias & Melchias & Michelus Eleazarus & Iammebias & Bannas.& ex filijs Iolamam:Chamas & Zacharias & Iezrelus & Ioddius & Erimoth & Helias.& ex filijs Zathoim:Eliadas & Liasumus:Zochias & Lamimoth & Zabdis & Tebedias.& ex filijs Zebes:Iohannes & Amanias & Zabdias & Emens.& ex filijs Banni:Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Asabus & Ierimoth.& ex filijs Addin:Nathus & Moosias & Caleus & Raanas,Maseas,Mathathias & Beseel & Bonnus & Manasses.& ex filijs Nuae:Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon, Beniamin & Malchus & Maaras.& ex filijs Asom:Carianeus,Mathathias & Bannus & Eliphalach & Manasses & Semei.& ex filijs Banni:Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathaneus & Eliasis & Orizas & Dielus & Semedius & Zambris & Iosephus.& ex filijs Nobei:Idelus & Mathathias & Sabadus & Zecheda,Sedmi & Iessei,Baneas.omnes isti coniunxerunt sibi uxores alienigenas,& dimiserunt eas cum filijs.Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ:& qui erant ex Israel in Ierusalem,& in tota una regione nouilunio mensis septimi.Et erant filij Israel in commorationibus suis.Et congregata est omnis multitudo simul in aream quæ est ab oriente portæ sacræ:& dixerunt Esdræ pontifici & lectori,ut afferret legem Moysi,quæ tradita est à domino deo Israel.Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à uiro usq; ad mulierem,& omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi.Et legebat in area quæ est ante sacram portam templi,à prima luce usq; ad uesperam coram uiris & mulieribus.Et dederũt omnes sensum ad legem.Et stetit Esdras sacerdos,& lector legis super ligneum tribunal,quod fabricatum erat.Et steterunt ad eum Mathathias,& Samus,Ananias,Azarias,Vrias,Ezechias,& Balsamus ad dexteram:& ad sinistram Faldeus,Misael, Malachias,Abusthas,Sabus,Nabadias,& Zacharias.Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine:præsidebat enim in gloria in conspectu omnium.Et cum absoluisset legem,omnes erecti steterunt:& benedixit Esdras dominum deum altissimum,deum Sabaoth omnipotentem.Et respondit omnis populus:Amen.Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram,adorauerũt dominum:Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabbatheus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitæ,qui docebant legem domini,& in multitudine legebant legem domini,& præferebant singuli eos,qui intelligebant lectionem.Et dixit Atharathes Esdræ pontifici & lectori & Leuitis, qui docebant multitudinem,dicens:Dies hic sanctus est domino.Et omnes flebant,cum audissent legem.Et dixit Esdras:Digressi ergo mãducate pinguissima quæq;,& bibite dulcissima quæq;,& mittite munera his qui non habent.Sanctus enim est hic dies domini,&

C D E F G

2 Esd.8 c

nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit uos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est: nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare & bibere & epulari, & dare munera his qui non habebant, ut epulentur. Magnificè enim sunt exaltati uerbis, quibus edocti sunt. Et congregati sunt uniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum domini dei Israel.

ESDRAE LIBER IIII

QVI ETIAM PONITVR INTER APOCRYPHA

Varijs modis reuocat deus populũ ad sui culturam cum minis tum pollicitationibus

LIBER ESDRAE PROPHETAE SECVNDVS, filij Sarei, filij A Azarei, filij Helchiæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ex tribu Leui: qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filijs eorum iniquitates, quas in me admiserunt, ut nuntient filijs filiorum: quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerunt dijs alienis. Nónne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo seruitutis? Ipsi autẽ irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proijce omnia mala super illos: quoniã non obedierũt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsqquo eos sustinebo, quibus tãta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exer- B citum eius percussi. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriẽte prouinciarũ duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu uerò loquere ad eos, dicens: Hæc dicit dominus, Nempe ego uos per mare transmeaui, & plateas uobis initio munitas exhibui: ducem uobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: lucem uobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in uobis: uos autẽ mei obliti estis, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotẽs: Coturnix uobis in signo fuit, castra uobis ad tutelã dedi, & illic murmurastis: & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorũ uestrorum, sed adhuc nunc usq; murmurastis. Vbi sunt beneficia, quæ præstiti uobis? Nóne in deserto cum esuriretis, proclamastis ad me, dicentes: Vt quid nos in desertũ istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire Ægyptijs, q̃ mori in deserto hoc. Ego doluí gemitus uestros, & dedi uobis manna in escam. Panem angelorũ manducastis. Nónne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus folijs arborum C uos texi. Diuisi uobis terras pingues: Chananæos & Pherezæos & Philisthæos à facie uestra proieci. quid faciã uobis adhuc, dicit dominus? Hæc dicit dominus omnipotens: In deserto cum essetis in flumine Amorrhæo sitientes & blasphemãtes nomen meũ, non ignem uobis pro blasphemijs dedi, sed mittens lignũ in aquam, dulce feci flumen. Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomẽ meum, ut custodiant legitima mea. Quoniã me dereliquistis, & ego uos derelinquam. Petentibus uobis à me misericordiã, non miserebor. Quando inuocabitis me, ego non exaudiã uos. Maculastis enim manus uestras sanguine, & pedes uestri impigri sunt ad cõmittenda homicidia. Nõ quasi me dereliquistis, sed uosipsos, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotẽs: Nónne ego uos rogaui ut pater filios & ut mater filias & ut nutrix paruulos suos, ut essetis mihi in populũ, & ego uobis in deum: & uos mihi in filios, & ego uobis in patrem? Ita uos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modò aũt quid faciam uobis? Proijciam uos à D facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis, auertam faciem meam à uobis. Dies enim festos uestros, & neomenias & circũcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad uos

Num. 18 a

Mat. 13 d

uos,quos acceptos interfeciſtis,& laniaſtis corpora eorũ,quorũ ſanguinem exquiram,dicit dominus.Hæc dicit dominus omnipotens:Domus ueſtra deſerta eſt. Proijciam uos ſicut uentus ſtipulam,& filij procreationem non facient,quoniã mandatũ meum neglexerũt,& quod malũ eſt corã me,fecerunt.Tradam domos ueſtras populo uenienti,qui me non au dientes credunt,quibus ſigna non oſtendi,facient quæ præcepi.Prophetas non uiderũt,& memorabũtur iniquitatũ eorum.Teſtor populi uenientis gratiam,cuius paruuli exultant cum lætitia,me non uidentes oculis carnalibus,ſed ſpiritu credẽtes quæ dixi.Et nunc frater aſpice,quæ gloria:& uide populũ uenientem ab oriente,quibus dabo ducatum Abraham, Iſaac & Iacob,& Oſeæ & Amos & Micheæ & Ioel & Abdiæ & Ionæ & Naum & Haba/ cuc,Sophoniæ,Aggæi,Zachariæ,& Malachiæ,qui & angelus domini uocatus eſt.CAP.II

A HÆc dicit dominus:Ego eduxi populum iſtum de ſeruitute,quibus mandata dedi per pueros meos prophetas,quos audire noluerũt,ſed irrita fecerunt mea cõſilia.Mater quæ eos generauit,dicit illis:Ite filij,quia ego uidua ſum & derelicta.Educaui uos cum læti/ tia,& amiſi uos cum luctu & triſtitia,quoniã peccaſtis coram domino deo ueſtro,& quod malũ eſt coram eo feciſtis.Modò autẽ quid faciam uobis?Ego uidua ſum & derelicta:ite filij,& petite à domino miſericordiã.Ego aũt te pater,teſtem inuoco ſuper matrem filiorũ, qui noluerunt teſtamentũ meum ſeruare,ut des eis confuſionẽ,& matrem eorũ in direptio nem,ne generatio eorum fiat.Diſpergantur in gentes nomina eorũ,deleantur à terra:quo niam ſpreuerunt ſacramentũ meum.Væ tibi Aſſur,qui abſcondis iniquos penes te.Gens mala,memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhę,quorũ terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerũ.ſic dabo eos qui me non audierũt,dicit dominus omnipotens.Hæc dicit dominus ad Eſdram:Nuntia populo meo,quoniã dabo eis regnũ Ieruſalẽ,quod daturus eram Iſrael.Et ſumam mihi gloriã illorum,& dabo eis tabernacula æterna,quæ præparaue ram illis.Lignum uitæ erit illis in odore unguenti,& non laborabũt neq; fatigabũtur.Ite,&

Synagoga la/ mẽtatur ſe de/ ſolatum iri & gẽtes in ſuum locum recipi

Gen.19.c

B accipietis.Rogate uobis dies paucos,ut immorentur.Iam paratũ eſt uobis regnũ:uigilate. Teſtare cœlum & terram.Contriui enim malum,& creaui bonũ,quia uiuo ego dicit domi nus.Mater amplectere filios tuos,educa illos cum lætitia.Sicut colũba confirma pedes eo/ rum:quoniam te elegi,dicit dominus.Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis,& de monumen tis educam illos,quoniam cognoui nomen meum in Iſrael.Noli timere mater filiorũ,quo/ niam te elegi,dicit dominus.Mittam tibi adiutoriũ pueros meos Iſaiam & Ieremiã,ad quo rum conſilium ſanctificaui,& paraui tibi arbores duodecim grauatas uarijs fructibus,& to tidem fontes fluentes lac & mel:& montes immenſos ſeptem,habentes roſam & lilium,in quibus gaudio implebo filios tuos.Viduam iuſtifica,pupillo iudica,egenti da,orphanum tuere,nudum ueſti,confractũ & debilem cura,claudum irridere noli,tutare mancum,& cæ cum ad uiſionẽ claritatis meæ admitte.Senem & iuuenẽ intra muros tuos ſerua:mortuos ubi inueneris ſignans commenda ſepulchro,& dabo tibi primam ſeſsionem in reſurrectio/ ne mea.Pauſa & quieſce populus meus,quia ueniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos,cõfirma pedes eorum.Seruos quos tibi dedi,nemo ex eis interiet.ego enim eos requi

C ram de numero tuo.Noli fatigari.Cum enim uenerit dies preſſuræ & anguſtiæ,alij plora/ bunt,& triſtes erunt:tu autem hilaris & copioſa eris.Zelabunt gentes,& nil aduerſus te po terunt,dicit dominus.Manus meæ tegent te,ne filij tui gehennã uideant.Iucundare mater cum filijs tuis,quia ego te eripiam,dicit dominus.Filios tuos dormiẽtes memorare,quoniã ego eos educam de lateribus terræ,& miſericordiã cum illis faciam:quoniã miſericors ſum, dicit dominus omnipotens.Amplectere natos tuos uſq; dum uenio,& præſtem illis miſeri cordiã:quoniã exuberant fontes mei,& gratia mea non deficiet.Ego Eſdras pręceptũ acce pi à domino in monte Oreb,ut irem ad Iſrael:ad quos cum uenirem,reprobauerũt me,& reſpuerunt mandatũ domini.Ideoq; uobis dico gentes,quæ auditis & intelligitis:Expecta te paſtorẽ ueſtrũ,requiẽ æternitatis dabit uobis:quoniã in proximo eſt ille,qui in fine ſecu li adueniet.Parati eſtote ad præmia regni,quia lux perpetua lucebit uobis per æternitatem temporis.Fugite umbrã ſeculi huius:accipite iucunditatẽ gloriæ ueſtræ.Ego teſtor palam

saluatorem meum. Commẽdatum donum accipite & iucundamini, gratias agentes ei, qui uos ad cœlestia regna uocauit. Surgite & state, & uidete numerum signatorum in cõuiuio domini. Qui se de umbra seculi transtulerunt, splendidas tunicas à domino acceperunt. Re- D cipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem domini compleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium domini, ut sanctifi- cetur populus tuus, qui uocatus est ab initio. Ego Esdras uidi in monte Sion turbam ma- gnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus im- ponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autẽ miraculo tenebar. Tunc interrogaui an- gelum, & dixi: Qui sunt hi domine? Qui respondens, dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tu- nicam deposuerunt, & immortalẽ sumpserunt, & confessi sunt nomen dei. Modo coronan- tur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo: Ille iuuenis quis est qui eis coronas imponit, & pal- mas in manus tradit? Et respondens dixit mihi: Ipse est filius dei, quem in seculo confessi sunt: ego autẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine domini steterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia domini dei uidisti.

CAP. III

Esdras enumerans dei beneficia, miratur quare Babylonijs & ipsis peccatoribus submittantur Iudæi

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum su- A per cubiculo meo recũbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum: quo- niam uidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone, & uenti- latus est spiritus meus ualde, & cœpi loqui ad altissimum uerba timorata, & dixi: O domi- nator domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti popu- lo, & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & in- sufflasti in eum spiritum uitæ, & factus est uiuens coram te, & induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua antequàm terra aduentaret. Et huic mandasti diligere uiam tuam, & præteriuit eam, & statim instituisti in eo mortẽ & in nationibus eius, & natæ sunt gentes & tribus & populi, & cognationes quarũ non est numerus. Et ambulauit unaquęq; gens in uoluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebãt præcepta tua. Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. Et factum est in unoquoq; eorum, sicut Adæ mori, sic his diluuium. Dereliquisti autẽ unum ex his Noe B cum domo sua, & ex eo iusti omnes. Et factum est cum cœpissent multiplicari, qui habita- bant super terram, & multiplicauerunt filios & populos & gentes multas: & cœperunt ite- rato impietatem facere plus quàm priores. Et factum est cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi uirum ex his cui nomen erat Abraham. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli uoluntatem tuam: & disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei ut non unquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac & Isaac dedisti Iacob & Esau. Et segregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factum est cum educeres semen eius ex Ægypto, adduxisti super montem Sina. Et inclinasti cœlos, & sta- tuisti terram, & cõmouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & cõturbasti seculũ, & transiit gloria tua portas quatuor ignis & terræ motus & spiritus & gelu, ut dares semini Iacob le- gem, & generationi Israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex C tua in eis fructum. Cor enim malignũ baiulans primus Adam trãsgressus & uictus est, sed & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas & lex cũ corde populi, cum malignitate radicis, & discessit quod bonũ est, & mãsit malignũ. Et trãsierũt tẽpora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruũ nomine Dauid, & dixisti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblationes. Et factũ est hoc ãnis multis, & dereliquerũt qui habi- tabãt ciuitatẽ, in omnibus faciẽtes sicut fecit Adã & oẽs generatiões eius, utebãtur enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatẽ tuã in manibus inimicorũ tuorũ. Nũquid meliora faciunt, qui habitãt Babylonẽ? Et propter hoc dominabitur Sion. Factũ est cum uenissem huc, & uidissem impietates, quarũ nõ est numerus: & delinquẽtes multos uidit anima mea hoc tricesimo anno, & excessit cor meũ: quoniã uidi quomodo sustines eos peccãtes, & pe- D percisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non signifi

1 Reg. 6 c
2 Reg. 5 a

significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui uia hæc. Nunquid meliora facit Babylon, quàm Sion? aut alia gens cognouit te præter Israel? Aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? Quarum merces non comparuit, neq; labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & uidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in seculo: & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic obseruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua, gentes autem non inuenies. CAP. IIII

A ET respondit ad me angelus qui missus est ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi: Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehẽdere cogitas uiam altissimi. Et dixi: Ita domine meus. Et respondit mihi, & dixit: Tres uias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te: de quibus mihi si renuntiaueris unã ex his, & ego tibi demonstrabo uiam quam desideras uidere, & docebo te unde sit cor malignum. Et dixi: Loquere domine meus. Et dixit ad me: Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum uenti, aut reuoca mihi diem quæ præterijt. Et respondi, & dixi: Quis natorum poterit facere, ut me interroges de his? Et dixit ad me: Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ uenæ sunt in principio abyssi, aut quantæ uenæ sunt super firmamẽtũ, aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis, In abyssũ non descendi, neq; in infernum adhuc, neq; in cœlum unquam ascendi. Nunc autem non interrogaui te, nisi de igne & uento & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. Et dixit mihi: Tu quæ tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere: & quomodo poterit uas tuum capere altissimi uiam, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidẽtem in facie mea? Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quàm adhuc uiuentes uiuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, & cogitauerunt

Arguitur ab angelo Esdras quòd iudicia dei scrutari tẽtet, tãtis conatibus impar

B cogitationem, & dixerunt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, ut recedat coram nobis, & faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt: Venite, ascendentes debellemus syluas campi, ut & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus syluæ in uanum. uenit enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris. stetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? Et respondi, & dixi: Vtique uanam cogitationem cogitauerunt. Terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti. & quare non iudicasti tibimetipsi. Quemadmodum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram, intelligere solummodo possunt: & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum. Et respondi, & dixi: Deprecor te domine, ut mihi detur sensus intelligendi. non enim uolui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie: propter quid Israel datus in opprobrium gentibus, quem dilexisti populum datus est tribubus impijs, & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: & pertransiuimus de seculo, ut locustæ,

Esa. 55 c

C & uita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiam consequi. Sed quid faciet nomini suo, quod inuocatum est super nos? Et de his interrogaui. Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat seculum pertransire, & non cupit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc, & infirmitatibus. De quibus autem interrogas, dicam: Seminatum enim est malum, & necdum uenit destructio ipsius. Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus ubi seminatum est malum: non ueniet ubi seminatum est bonum. Quoniã gramen seminis mali seminatũ est in corde Adam ab initio: & quantũ impietatis generauit usq; nunc, & generat usq; cũ ueniat area? Æstima aũt apud te gramen mali seminis, quantũ fructũ impietatis generauit: qñ secatæ fuerint spicæ, qua-

cæ,quarum non est numerus,quàm magnam aream incipient facere?Et respondi,& dixi: Quomodo,& quando hæc?Quare modici & mali anni nostri?Et respõdit ad me,& dixit mihi: Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum.nam excessus tuus multus.Nónne de his interrogauerunt animæ iustorũ in promptuarijs suis, dicentes:Vsquequo spero sic,& quando ueniet fructus areæ mercedis nostræ?Et respondit ad ea Ieremiel archangelus,& dixit:Quando impletus fuerit numerus seminum in uobis,quoniam in statera ponderauit seculum,& mensura mensurauit tempora,& numero numerauit tempora,& non commouit nec excitauit usquedum impleatur prædicta mensura?Et respondi,& dixi:O dominator domine,sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne fortè propter nos non impleantur iustorum areæ,propter peccata inhabitãtium super terram.Et respondit ad me,& dixit: Vade,& interroga prægnantem,si quando impleuerit nouem menses suos,adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa?Et dixi: Non potest domine.Et dixit ad me:In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.Quemadmodum enim illa festinat quæ parit,effugere necessitatem partus:sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis uidere.Et respondi,& dixi:Si inueni gratiam ante oculos tuos,& si possibile est,& si idoneus sum,demonstra mihi,si plus quàm præteritum sit habet uenire,aut plura pertransierunt supra quàm futurum est.Quid pertransiuit,scio:quid autẽ futurum sit,ignoro. Et dixit ad me:Sta super dexteram partem,& demonstrabo tibi interpretationem similitudinis.Et steti,& uidi:& ecce fornax ardens transiit coram me.& factum est cum transiret flamma,uidi,& ecce superauit fumus.Post hæc transiit coram me nubes plena aquę,& immisit pluuiam impetu multam,& cum transisset impetus pluuiæ,superauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me:Cogita tibi:sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ,& ignis quàm fumus: sic superabundauit quæ transiuit mensura.Superauerunt autem guttæ & fumus:& oraui, & dixi:Putas uiuo usq; in diebus illis?uel quid erit in diebus illis?Respondit ad me:& dixit:De signis de quibus me interrogas,ex parte possum tibi dicere:de uita autem tua,non sum missus dicere tibi,sed nescio.

CAPVT V

Describitur et hoc capite colloquiũ Esdræ cum angelo

DE signis autem,ecce dies uenient in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo:& abscondetur ueritatis uia:& sterilis erit à fide regio:& multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu uides,& super quam audisti olim:& erit impositio uestigio quam nunc uides regnare regionem,& uidebunt eam desertam.Si autem tibi dederit altissimus uiuere,uidebis post tertiã tubam,& relucescet subito sol noctu,& luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit,& lapis dabit uocem suam,& populi commouebũtur:& regnabit,quem non sperant qui inhabitãt super terram,& uolatilia commigrationem facient:& mare Sodomiticũ pisces reijciet,& dabit uocem noctu,quam non nouerant multi.omnes autem audient uocem eius,& chaos fiet per loca multa,& ignis frequenter remittetur,& bestiæ agrestes transmigrabunt,& mulieres mẽstruatæ parient monstra,& in dulcibus aquis salsæ inuenientur,& amici omnes semetipsos expugnabunt:& abscondetur tunc sensus,& intellectus separabitur in promptuarium suum:& quæretur à multis,& non inuenietur:& multiplicabitur iniustitia,& incontinentia super terrã.Et interrogabit regio proximã suam, & dicet:Nunquid per te pertrãsiit iustitia iustum faciens?Et hoc negabit.Et erit in illo tempore,& sperabunt homines,& non impetrabunt:laborabunt,& non dirigẽtur uiæ eorum. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi:& si oraueris iterum & ploraueris,sicut & nũc,& ieiunaueris septem diebus,audies iterato horum maiora.Et euigilaui,& corpus meum horruit ualde:& anima mea laborauit,ut deficeret:& tenuit me qui uenit angelus qui loquebatur in me,& confortauit me,& statuit me super pedes.Et factũ est in nocte secunda,& uenit ad me Salathiel dux populi,& dixit mihi, Vbi eras?& quare uultus tuus tristis?An nescis quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum?Exurge ergo,& gusta panem,& non derelinquas nos,sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum.Et dixi ei: Vade à me,& non appropies ad me.Et audiuit,ut dixi:& recessit à me,

& ego

& ego ieiunaui diebus ſeptem ululans & plorans,ſicut mihi mandauit Vriel angelus.Et fa ctum eſt poſt dies ſeptem,& iterum cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi ualde,& reſumpſit anima mea ſpiritum intellectus:& iterum cœpi loqui coram altiſsimo ſermones, & dixi:Dominator domine ex omni ſylua terræ & omnibus arboribus eius,elegiſti uineã unicam:& ex omni terra orbis,elegiſti tibi foueam unam:& ex omnibus floribus orbis,ele giſti tibi lilium unum:& ex omnibus abyſsis maris,repleſti tibi riuum unum:& ex omni bus ædificatis ciuitatibus,ſanctificaſti tibimetipſi Sion:& ex omnibus creatis uolatilibus, nominaſti tibi columbam ûnam:& ex omnibus plaſmatis pecoribus,prouidiſti tibi ouem C unam:& ex omnibus multiplicatis populis,acquiſiuiſti tibi populum unum:& ab omnibus probatam legem donaſti huic,quem deſideraſti populo.Et nunc domine,ut quid tradidi ſti unum pluribus?Et præparaſti ſuper unam radicem alias,& diſperdidiſti unicum tuum in multis:& conculcauerũt eum,qui contradicebant ſponſionibus tuis,quiq; tuis teſtamen tis non credebant. Et ſi odiens odiſti populum tuum, tuis manibus debet caſtigari.Et fa ctum eſt cum locutus eſſem ſermones,& miſſus eſt angelus ad me qui antè uenerat ad me præterita nocte,& dixit mihi:Audi me,& inſtruam te:& intẽde mihi,& adijciam coram te. Et dixi:Loquere domine meus.Et dixit ad me:Valde tu in exceſſu mentis factus es pro Iſ rael:an plus dilexiſti eum,quàm qui eum fecit?Et dixi ad eum:Non domine,ſed dolens lo cutus ſum.Torquent enim me renes mei per omnem horam quærentem apprehendere ſe mitam altiſsimi,& inueſtigare partem iudicij eius.Et dixit ad me:Non potes.Et dixi:Qua re domine?ad quid naſcebar?aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, ut non uiderem laborem Iacob,& defatigationem generis Iſrael?Et dixit ad me:Numera mihi quæ necdum uenerunt,& collige mihi diſperſas guttas & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clauſa promptuaria,& produc mihi incluſos in eis flatus,demonſtra mihi uo cis imaginem:& tunc oſtendam tibi laborem quem rogas uidere.Et dixi:Dominator do mine,quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire,niſi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem inſipiens:& quomodo potero dicere de his quibus me interrogaſti?Et dixit ad me:Quomodo non potes facere unum de his quæ dicta ſunt:ſic non poteris inuenire iudi D cium meum,aut in fine charitatem,quam populo promiſi.Et dixi:Sed ecce domine,tu pro pe es his qui in finem ſunt:& quid facient qui ante me fuerunt,aut nos aut hi poſt nos?Et dixit ad me:Coronæ adſimilabo iudicium meum.Sicut nõ nouiſsimorum tarditas,ſic nec priorum uelocitas.Et reſpondi,& dixi:Nec poteras facere eos qui facti ſunt & qui ſunt & qui futuri ſunt,in unum,ut celerius iudicium tuum oſtendas?Et reſpondit ad me,& dixit: Non poteſt feſtinare creatura ſuper creatorem,nec ſuſtinere ſeculum eos qui in eo crean di ſunt,in unum.Et dixi:Quomodo dixiſti ſeruo tuo,quoniã uiuificans uiuificaſti à te crea tam creaturam in unum,& ſuſtinebat creatura:poterit & nũc portare præſentes in unum. Et dixit ad me:Interroga matricem mulieris,& dices ad eam:Et ſi paris,quare per tempus? Roga ergo eam,ut det decem in unum.Et dixi:Non utiq; poterit,ſed ſecundum tempus. Et dixit ad me:Et ego dedi matricem terræ his,qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus. Quemadmodũ enim infans non parit ea,quę ſenum ſunt:ſic ego diſpoſui à me creatum ſe culum.Et interrogaui,& dixi:Cum iam dederis mihi uiam,loquar coram te:nam mater no ſtra,de qua dixiſti mihi,Adhuc iuuenis eſt:iam ſenectuti appropinquat.Et reſpõdit ad me & dixit:Interroga eam quæ parit,& dicet tibi.Dices enim ei:Quare quos peperiſti,nũc nõ ſunt ſimiles his qui ante te,ſed minores ſtatura?Et dicet tibi & ipſa,Alij ſunt qui in iuuẽtu te uirtutis nati ſunt:& alij qui ſub tẽpore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati.Conſidera ergo & tu quoniã minori ſtatura eſtis præ his qui ante uos & qui poſt uos minori q; uos, quaſi iam ſeneſcẽtes creaturæ,& fortitudinem iuuentutis prætereũtes.Et dixi:Rogo dñe,ſi inueni gratiã ante oculos tuos,demõſtra ſeruo tuo per quẽ uiſites creaturã tuam. CAP. VI

Angelus diſcutit Eſdræ ſua problemata

A ET dixit ad me:Initio terreni orbis,& antequàm ſtarent exitus ſeculi,& antequàm ſpi rarent conuentiones uentorum,& antequàm ſonarent uoces tonitruum,& antequàm ſplenderent nitores coruſcationum,& anteq; confirmarentur fundamẽta paradiſi,& ante quàm

quàm uiderentur decori flores,& antequàm confirmarentur motæ uirtutes,& antequàm colligerentur innumerabiles militiæ angelorum,& antequàm extollerentur altitudines aeris,& antequàm nominarentur mensuræ firmamentorum,& antequàm æstuarent camini in Sion,& antequàm inuestigarentur præsentes anni,& antequàm abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones,& consignati essent qui fidem thesaurizauerunt:tunc cogitaui,& facta sunt per me solum,& non per alium:& finis per me,& non per alium.Et respondi,& dixi:Quæ erit separatio tẽporum?aut quando prioris finis,& sequentis initium? Et dixit ad me:Ab Abraam usque ad Isaac,quando nati sunt ab eo Iacob & Esau,manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau:finis enim huius seculi Esau,& principium sequentis Iacob.Hominis manus inter calcaneũ & manum.Aliud noli quærere Esdra.Et respondi,& dixi:O dominator domine,si inueni gratiam ante oculos tuos,oro ut demonstres seruo tuo finem signorum tuorum,quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.Et respondit,& dixit ad me:Surge super pedes tuos,& audi uocem plenissimã sonitus.Et erit sicut commotio,nec commouebitur locus in quo stes super eum.Ideo cum loquitur,tu nõ expaueas,quoniam de fine uerbum & fundamentũ terræ intelligitur,quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur.Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.Et factum est cum audissem,surrexi super pedes meos,& audiui,& ecce uox loquens,& sonus eius sicut sonus aquarum multarum,& dixit:Ecce dies ueniunt,& erit,quando appropinquare incipiam,ut uisitem habitantes in terra:& quando inquirere incipiam ab eis,qui iniusti nocuerunt iniustitia sua,& quando suppleta fuerit humilitas Sion,& cum supersignabitur seculum quod incipiet pertransire,hæc signa faciam:Libri aperientur ante faciem firmamenti,& omnes uidebunt simul,& anniculi infantes loquẽtur uocibus suis,& prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium,& uiuent & suscitabuntur.Et subitò apparebunt seminata loca non seminata,& plena promptuaria subitò inuenientur uacua:& tuba canet cum sono,quam cum omnes audierint,subitò expauescent.Et erit in illo tempore,debellabunt amici amicos ut inimici,& expauescet terra cum his:& uenæ fontium stabunt,& non decurrent in horis tribus.& erit,omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi,ipse saluabitur & uidebit salutare meum,& finem seculi uestri. Et uidebunt qui recepti sunt homines,qui mortem non gustauerũt à natiuitate sua,& mutabitur cor inhabitantium & conuertetur in sensum alium. Delebitur enim malum,& extinguetur dolus.Florebit autem fides,& uincetur corruptela,& ostẽdetur ueritas quæ sine fructu fuit diebus tantis.Et factum est cum loqueretur mihi,& ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam,& dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere tempus uenturæ noctis.Si ergo iterum rogaueris,& iterum ieiunaueris septem diebus,iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quam audiui. Audita est enim uox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam,& prouidit pudicitiã,quam à iuuentute tua habuisti:& propter hoc misit me demõstrare tibi hæc omnia,& dicere tibi:Confide,& noli timere,& noli festinare cum prioribus temporibus cogitare uana,ut non properes à nouissimis temporibus.Et factum est post hæc,& fleui iterum:& similiter ieiunaui septẽ diebus,ut suppleam tres hebdomadas,quæ dictæ sunt mihi.Et factum est in octaua nocte,& cor meum turbabatur iterato in me,& cœpi loqui coram altissimo.Inflammabatur enim spiritus meus ualde,& anima mea anxiabatur,& dixi:O domine,loquẽs locutus es ab initio creaturæ in primo die,dicens:Fiat cœlum & terra:& tuum uerbum opus perfectum.Et erat tunc spiritus, & tenebræ circunferebantur,& silentium,sonus uocis hominis nondum erat abs te.Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum,quo appareret opus tuum.Et die secundo creasti spiritũ firmamenti,& imperasti ei ut diuideret & diuisionem faceret inter aquas, ut pars quædã sursum recederet,pars uerò deorsum maneret.Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ:sex uerò partes siccasti & conseruasti,ut ex his sint coram te ministrantia seminata à deo,& culta. Verbum enim tuum processit,& opus statim fiebat.Processit enim subitò fructus multitudinis immẽsus,& concupiscentiæ gustus multiformes

Gen.25 e

B

C

tiformes,& flores colore immutabili,& odores odoramenti inuestigabilis.& die tertia hæc facta sunt.Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem,lunæ lumẽ,stellarum dispo-
D sitionem:& imperasti eis,ut deseruirent futuro plasmato homini.Quinto autem die dixisti septimæ parti,ubi erat aqua congregata,ut procrearet animalia,& uolatilia,& pisces:& ita fiebat.aqua muta & sine anima quæ dei nutu iubebantur,animalia faciebat,ut ex hoc mira bilia tua nationes enarrent.Et tunc conseruasti duas animas,nomen uni uocasti Enoch,& nomen secundæ uocasti Leuiathã,& separasti ea ab alterutro.Non enim poterat septima pars,ubi erat aqua congregata,capere ea.Et dedisti Enoch unam partem quæ siccata est tertio die,ut habitet in ea ubi sunt montes mille.Leuiathã autem dedisti septimam partem humidam,& seruasti eam,ut fiat in deuorationem quibus uis,& quando uis.Sexto autem die imperasti terræ,ut crearet coram te iumenta & bestias & reptilia:& super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti,& ex eo educimur nos omnes, quemq́ elegisti populum.Hæc autem omnia dixi coram te domine,quia propter nos crea sti seculum.Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse,& quoniam saliuæ assimilatæ sunt,& quasi stillicidium de uase similasti abundantiam eorum.Et nunc domi-ne,ecce,istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt,cœperunt dominari nostri,& deuorare: nos autem populus tuus quem uocasti primogenitum unigenitum ęmulatorem tuum,tra diti sumus in manibus eorum:& si propter nos creatum est seculum,quare non hæredita-tem possidemus cum seculo?Vsquequo hæc?

CAP. VII

A ET factum est cum finissem loqui uerba hæc,missus est ad me angelus qui missus fue-rat ad me primis noctibus,& dixit ad me:Surge Esdra,& audi sermones quos ueni lo qui ad te.Et dixi:Loquere deus meus.Et dixit ad me:Mare positum est in spatioso loco, ut esset altum & immensum:erit autem ei introitus in angusto loco positus,ut esset similis fluminibus.Quis enim uolens uoluerit ingredi mare,& uidere eũ uel dominari eius:si non transierit angustum,in latitudinem quomodo uenire poterit?Item aliud:Ciuitas est ædifi cata & posita in loco campestri:est autem plena omniũ bonorum.introitus eius angustus & in præcipiti positus,ut esset à dextris quidem ignis,à sinistris aqua alta:semita autem est una sola inter eos posita,hoc est inter ignem & aquam,ut non capiat semita,nisi solummo do uestigium hominis.Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem,si nunquam ante positum periculum pertransierit,quomodo accipiet hæreditatem suam?Et dixi:Sic domi-ne.Et dixit ad me:Sic est & Israel pars.Propter eos enim feci seculũ:& quando transgres-sus est Adam constitutiones meas,iudicatum est quod factum est.Et facti sunt introitus huius seculi angusti & dolentes & laboriosi:pauci autem & mali & periculorum pleni,& la-bore magnopere fulti.nam maioris seculi introitus spatiosi & securi,& facientes immortali tatis fructũ.Si ergo ingredientes non fuerint ingressi qui uiuunt,angusta & uana hæc:non poterunt recipere quæ sunt reposita.Nunc ergo quare tu cõturbaris,cum sis corruptibilis?
B & quid moueris tu cum sis mortalis?Et quare nõ accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?Respondi & dixi:Dominator domine,ecce disposuisti lege tua,quo-niam iusti hæreditabunt hæc,impij autem peribunt:iusti autem ferent angusta,sperantes spatiosa,qui enim impiè gesserunt,& angusta passi sunt:& spatiosa non uidebunt.Et dixit ad me:Non est iudex super deum,neque intelligens super altissimum.Pereunt enim multi præsentes,quia negligitur quæ anteposita est dei lex.Mandans enim mãdauit deus uenien tibus,quando uenerunt,quid facientes uiuerent,& quid obseruantes non punirẽtur.Hi au-tem non sunt persuasi,& contradixerunt ei,& constituerunt sibi cogitamẽ uanitatis,& pro posuerunt sibi circũuentiones delictorũ,& superinduxerunt altissimo non esse,& uias eius non cognouerunt,& legem eius spreuerunt,& sponsiones eius abnegauerũt,& in legitimis eius fidem non habuerunt,& opera eius non perfecerunt.propter hoc Esdra uacua uacuis & plena plenis.Ecce tempus ueniet,& erit,quando uenient signa quæ prædixi tibi,& appa rebit sponsa,& apparescens ostendetur quæ nunc subducitur terra:& omnis qui liberatus est de prædictis malis,ipse uidebit mirabilia mea.Reuelabitur enim filius meus Iesus,cum

Arcana quæ-dam et futura aperit Esdræ angelus

Deut. 8 a

his qui cum eo sunt:& iucundabūtur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos,& morietur filius meus Christus,& omnes qui spiramentum habent homines:& conuertetur seculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus iudicijs, ita ut nemo derelinquatur. Et erit post dies septem,& excitabitur quod nōdum uigilat seculum, & morietur corruptum.& terra reddet quæ in ea dormiunt,& puluis quæ in eo silentio habitant,& promptuaria reddent quæ eis commēdatæ sunt animæ. Et reuelabitur altissimus super sedem iudicij,& pertransibunt miseriæ,& longanimitas congregabitur. Iudicium autem solum remanebit, ueritas stabit & fides conualescet.& opus subsequetur,& merces ostendetur,& iustitiæ uigilabunt,& iniustitiæ non dominabuntur. Et dixi: Primus Abraham propter Sodomitas orauit,& Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt,& qui post eum pro Israel in diebus Achaz & Samuelis,& Dauid pro confractione,& Salomon pro eis qui uenerunt in sanctificationē,& Elias pro his qui pluuiam acceperunt,& pro mortuo ut uiueret,& Ezechias pro populo in diebus Sennacherib,& multi pro multis. Si ergo modo quādo corruptibile increuit,& iniustitia multiplicata est,& orauerunt iusti pro impijs: quare & nunc sic non erit? Et respondit ad me,& dixit: Præsens seculum nō est finis, gloria in eo frequens manet, propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius,& initium temporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela, soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas, creuit autem iustitia, orta est ueritas. tunc enim nemo poterit saluare eum qui perijt, neq; demergere qui uicit. Et respondi,& dixi: Hic est sermo meus primus & nouissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, uel cum iam dedisset coercere eum, ut non peccaret. Quid enim prodest hominibus in præsenti uiuere in tristitia,& mortuos sperare punitionem? O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus. Quid enim prodest nobis, si promissum est nobis immortale tempus, nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta est nobis perēnis spes: nos uerò pessimi uani facti sumus. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos uerò male conuersati sumus. Et quoniam reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde conuersati sunt: nos autē pessimis uijs ambulauimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela: nos uerò non ingrediemur. in ingratis enim locis conuersati sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies super tenebras nigræ. non enim cogitauimus uiuentes quādo iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus post mortem pati. Et respōdit,& dixit: Hoc est cogitamētum certaminis quod certabit, qui super terram natus est homo, ut si uictus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem uicerit, recipiet quod dico: quoniā hæc est uita quam Moyses dixit cum uiueret, ad populū dicens: Elige tibi uitam, ut uiuas. Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos: quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurū est gaudium super eos, quibus persuasa est salus. Et respondi,& dixi: Scio domine, quoniā uocatus est altissimus misericors in eo, quòd misereatur his qui nondum in seculo aduenerunt,& quòd miseretur illis qui conuersionem faciunt in lege eius:& longanimis est, quoniam longanimitatem præstat his qui peccauerunt quasi suis operibus:& munificus est, quoniam quidem donare uult pro exigētijs:& multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis misericordias his qui præsentes sunt,& qui præterierunt,& qui futuri sunt. Si enim non multiplicauerit misericordias suas, nō uiuificabitur seculum cum his qui inhæreditabant in eo.& donat: quoniam si non donauerit de bonitate sua, ut alleuientur hi qui iniquitatē fecerunt, de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars uiuificari hominum.& iudex si non ignouerit his qui curati sunt uerbo eius,& deleuerit multitudinem contentionum: non fortassis derelinquerētur in innumerabili multitudine, nisi pauci ualde.

Rom. 5 b

Esdras orat pro populo, iubēs deū potius respicere suā misericordiā, quā hominum malitiam

CAP. VIII

ET respondit ad me,& dixit: Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quomodo autem

interro

interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde fiat fictile, paruum autem pulúerem unde aurum fit: sic & actus præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabūtur. Et respondi, & dixi: Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. conuenisti enim obaudire, & prophetare uolens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo uiuere. O domine, si non permittes seruo tuo, ut oremus coram te, & des nobis semē cordi, & sensui culturam, unde fructus fiat, unde uiuere possit omnis corruptus: qui portabit locum hominis? Solus enim es, & una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es: & quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas membra: conseruatur in igne & aqua tua creatio: & nouem mēsibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est: ipsum autem quod seruat, & quod seruatur, utraq; seruabuntur: seruataq; quandoq; iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mammillis præbere lac fructui mammillarū, ut nutriatur id quod plasmatum est usq; in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ, enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, ut tuam creaturam: & uiuificabis eum, ut opus tuum. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordinari, ut & id quod fiebat, seruaretur. Et nunc domine dicam: de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo: & de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum:

B & de Iacob, propter quem doleo: ideo incipiam orare corā te pro me, & pro eis: quoniam uideo lapsus nostros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatē iudicis qui futurus est. Ideo audi uocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium uerborum Esdræ prius quàm assumeretur: & dixi, Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aere: & cuius thronus inæstimabilis, & gloria incomprehēsibilis: cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in uento & igni conuertitur: cuius uerbum uerum, & dicta perseuerantia: cuius iussio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & ueritas testificatur: exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim uiuo, loquar: & dum sapio, respondebo. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in ueritate seruiunt. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare qui ex uoluntate tua timorem cognouerunt. Neq; uolueris perdere, qui pecudū mores habuerunt: sed respicias eos, qui legem tuam splendidè docuerunt. Nec indigneris eis, qui bestijs peiores iudicati sunt: sed diligas eos, qui semper in tua iustitia confidunt & gloria. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors uocaberis. Si enim desideraueris ut nostri miserearis, tunc misericors uocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ. Iusti enim quibus sunt opera multa reposita, ex proprijs operibus recipient mercedem. Quid est enim homo, ut ei indigneris: aut genus corruptibile, ut ita amarus sis

2 Reg. 8 g
2 Par. 6 f

C de ipso? In ueritate enim nemo de genitis est, qui non impiè gessit: & de confitentibus, qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iustitia tua, & bonitas tua domine, cū misertus fueris eis qui non habent substantiā bonorū operū. Et respōdit ad me, & dixit: Rectè locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos, sic & fiet. quoniam nō uerè cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem: sed iucūdabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoq; & saluationis & mercedis receptionis. Quomodo ergo locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt, saluantur, sed nec omnia quæ plātata sunt, radicabūt: sic & qui in seculo seminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi, & dixi: Si inueni gratiam, loquar. Quo modo semen agricolæ si non ascenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ: sic perit & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini

agricolæ. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu aūt creaturæ tuæ misereris. Et respōdit ad me, & dixit: Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturā super me: tibi aūt frequenter & ipsi proximaui, iniustis autem nunquam. Sed & in hoc mirabilis es coram altissimo, quoniam humiliasti te sicut decet te: & non iudicasti te, ut inter iustos plurimū glorificeris. Propter quod miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis, qui habitant seculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor uitæ, præparatū est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia. Radix mali signata est à uobis: infirmitas, & tinea à uobis absconsa est: & in infernum fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adijcere, inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerunt altissimū, & legem eius contempserūt, & uias eius dereliquerunt. Adhuc autem iustos eius conculcauerunt, & dixerunt in corde suo, non esse deum: & quidem scientes quoniam moriuntur. Sicut enim uos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus quæ præparata sunt. Non enim uoluit hominem disperdi. Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis uitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi: Ecce, nunc domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

D

Psal. 13

CAP. IX

Indicātur Esdræ quædā futuræ dei uindictæ signa & ostenta

ET respondit ad me, & dixit: Metiens metire tempus in semetipso: & erit, cum uideris, quando transierit pars quædam signorū quæ prædicta sunt, tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet altissimus uisitare seculū quod ab eo factum est. Et quando uidebitur in seculo motio locorum & populorum turbatio, tunc intelliges quoniam de his erat altissimus locutus à diebus, qui fuerunt ante te ab initio. Sicut enim omne quod factum est in seculo, initium habet pariter & consummationem, & consummatio est manifesta: sic & altissimi tempora, initia habent manifesta in prodigijs & in uirtutibus, & consummationes in actu & in signis. Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem in qua credidistis, relinquetur de prædictis periculis, & uidebit salutare meum in terra mea & in finibus meis, quoniam sanctificaui me à seculo. Et tunc miserebuntur, qui nunc abusi sunt uias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. Qui enim non cognouerunt me, uiuentes beneficia consecuti: & qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatē, & cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus non intellexerunt, sed spreuerunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum seculum, & propter quos seculū, & quando. Et respondi, & dixi: Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt, quàm qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixi: Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturę: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat seculi. Et nunc cum essem parans eis his qui nunc sunt, antequàm fieret seculum, in quo habitarēt: & nemo mihi contradixit. tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indeficiēti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum. Et consideraui seculum, & ecce erat periculū propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. Et uidi, & peperci ei ualde: & seruaui mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. Tu autē si adhuc intromittas septem dies alios, sed nō ieiunabis in eis: ibis in campū florum, ubi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & uinum nō bibes, sed solummodo flores. deprecare altissimum sine intermissione, & ueniam, & lo-

A

B

C

& loquar tecum. Et profectus sum, sicut dixit mihi in campum qui uocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui, & facta est esca earum mihi in saturitatem. Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante. Et apertum est os meum, & inchoaui dicere coram altissimo, & dixi: O domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur: & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens, dixisti: Tu Israel audi me, & semen Iacob intēde sermonibus meis. Ecce enim ego semino in uobis legem meam, & faciet in uobis fructū, & glorificabimini in eo per seculum. Nam patres uestri accipientes legem, non seruauerunt, & legitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniā tuus erat. Nam qui acceperunt, perierūt, non custodientes quod in eis seminatū fuerat. Et ecce, consuetudo est, ut cum acceperit terra semen uel nauem mare, uel uas aliquod, escam uel potum: cum fuerit exterminatum id, in quo seminatū est, uel in quod missum est: simul id quod seminatū, uel missum est, uel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta iam non manent apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidem qui legem accepimus peccātes periuimus, & cor nostrum quod suscepit eam: nam lex non perijt, sed permansit in suo labore. Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & uidi mulierem in dextera parte. & ecce hæc lugebat. & plorabat cum uoce magna, & animo dolebat ualde, & uestimenta eius discissa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & cōuersus sum ad eam, & dixi ei: Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me domine meus, ut defleam me, & adijciam dolorem: quoniam ualde amaro sum animo, & humiliata sum ualde. Et dixi ei: Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me: Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor altissimū nocte, ac die. Et factum est, post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam, & uidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & iucundata sum super eum ualde ego, & uir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus ualde fortem. Et nutriui eum cum labore multo. Et factum est, cum creuisset, & uenisset accipere uxorem, feci diem epuli.

Deut. 4 b

CAPVT X

Colloquium Esdræ cū muliere in somnis uisa

ET factum est cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est: & euertimus omnes lumina, & surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui usq; in alium diem usq; nocte. Et factum est, cum omnes quieuissent ut me consolarentur ut quiescerē: & surrexi nocte, & fugi: & ueni sicut uides in campo: & cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere: & neq; manducare neq; bibere, sed sine intermissione lugere, & ieiunare usq; dum moriar. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi: Stulta super omnes mulieres, non uides luctum nostrum, & quę nobis contingunt? Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & luget ualidissime. Et nunc quoniā omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam omnes contristati sumus, tu autem cōtristaris in uno filio? Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinātium. Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij uenient: & ecce, penè omnes in perditionē ambulant, & exterminiū fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, nisi hęc quæ tam magnam multitudinē perdidit, q̄ tu, quæ pro uno doles? Si aūt dicis mihi: Quoniā non est plāctus meus similis terræ: quoniā fructum uētris mei perdidi, quem cū mœroribus peperi, & cum doloribus genui: terra aūt secundū uiam terræ, abijtq; in ea multitudo præsens, quomodo euenit: & ego tibi dico, sicut tu cum dolore peperisti, sic & terra dat fructū suum homini ab initio ei qui fecit eam. Nunc ergo retine apud temetipsam dolorē tuum, & fortiter fer quæ tibi contigerūt casus. Si enim iustificaueris terminū dei, & consiliū suum recipies in tēpore, & in talibus collaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatē ad uirum tuum. Et dixit ad me: Non faciā, neq; ingrediar ciuitatē, sed hic moriar. Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi: Noli facere hunc sermonē, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter

dolorem Ierusalem. Vides enim quoniam sanctificatio nostra, deserta effecta est, & altare nostrum demolitũ est, & templũ nostrum destructũ est, & psalteriũ nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra cõtaminata sunt, & nomen quod inuocatũ est super nos, penè prophanatũ est: & liberi nostri contumeliã passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierũt, & uirgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ uim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt: & quod omnium maius signaculũ Sion, quoniam resignata est de gloria sua. Nam & tradita est in manibus eorũ qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam tristitiã multam, & depone abs te multitudinem dolorũ, ut tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi altissimus requietionẽ laborum. Et factum est cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò & species, coruscus fiebat uisus eius, ut essem pauens ualde ad eam, & cogitarem quid esset hoc. Et ecce, subitò emisit sonitum uocis magnũ timore plenum, ut cõmoueretur terra à mulieris sono. & uidi, & ecce, amplius mulier non cõparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamẽtis magnis: & timui, & clamaui uoce magna, & dixi: Vbi est Vriel angelus, qui à principio uenit ad me? quoniam ipse me fecit uenire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionẽ, & oratio mea in improperiũ. Et cum essem loquens ego hæc, ecce uenit ad me, & uidit me: & ecce eram positus ut mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi: Quid tibi est? & quare cõturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare cõturbaris? Et dixi: Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundũ sermones tuos, & exiui in campũ: & ecce uidi, & uideo quod non possum enarrare. Et dixit ad me: Sta ut uir, & cõmouebo te. Et dixi: Loquere domine meus tu in me, noli me derelinquere, ut non frustra moriar: quoniã uidi quæ non sciebam, & audio quæ non scio. Aut nũquid sensus meus fallitur, anima mea suppremat? Nunc ergo deprecor te, ut demõstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit: Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniã altissimus reuelauit tibi mysteria multa. Vidit rectam uiam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & ualde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus uisionis quæ tibi apparuit ante paululũ. Quã uidisti lugentẽ, inchoasti consolari eam. Nunc aũt iam speciẽ mulieris non uides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari: & quoniam enarrabat tibi de casu filij sui, hæc absolutio est. Hæc mulier quam uidisti, hæc est Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc cõspicies, ut ciuitatem ædificatã. Et quoniã dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet triginta, quãdo non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factũ est post annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatẽ, & obtulit oblationes, tunc fuit quando peperit sterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniã nutriuit eum cum labore, hoc erat habitatio in Ierusalẽ. Et quoniã dixit, ꝙ filius meus ueniens in suo thalamo mortuus esset, & cõtigisset ei casus, hoc erat quæ facta est ruina Ierusalẽ. Et ecce, uidisti similitudinẽ eius: & quoniã filium lugeret, inchoasti consolari eam: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc uidet altissimus, quoniã ex animo contristatus es, & quoniã ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatẽ gloriæ eius, & pulchritudinẽ decoris eius. Propterea enim dixit tibi ut maneres in campo ubi domus nõ est ædificata. Sciebam enim ego, quoniã altissimus incipiebat ostendere hęc: propterea dixi tibi ut uenires in agrum ubi non est fundamentũ ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis sustineri in loco, ubi incipiebatur altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere, neq; expauescat cor tuum, sed ingredere, & uide splendorẽ & magnitudinẽ ædificij, quantũ capax est tibi uisus oculorũ uidere: & post hæc audies quantũ capit auditus auriũ tuarum audire. Tu enim beatus es præ multis, & uocatus es apud altissimũ sicut & pauci. Nocte aũt quæ in crastinum futura est, manebis hic: & ostendet tibi altissimus has uisiones supremorũ, quæ faciet altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

4 Esd. 4.

CAP. XI

Rursus somnium narratur

A ET uidi somniũ,& ecce ascendebat de mari aquila,cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria.Et uidi,& ecce expandebat alas suas in omnem terram,& omnes uenti cœli inflabant in eam,& colligebantur.Et uidi & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ,& ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis.Nam capita erant quiescentia,& dimidium caput erat maius aliorum capitum,sed ipsa quiescebat cum eis.Et uidi, & ecce aquila uolauit in pennis suis,& regnauit super terram & super eos qui habitant in ea.Et uidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cœlo,& nemo illi contradicebat, neq; unus de creatura quæ est super terram.Et uidi,& ecce surrexit aquila super ungues suos,& misit uocem pennis suis,dicens,Nolite omnes simul uigilare,dormite unusquisq; in loco suo,& per tempus uigilate.Capita autem in nouissimo seruentur.Et uidi, & ecce uox non exibat de capitibus eius,sed de medietate corporis eius.Et numeraui contrarias pennas eius,& ecce ipsæ erant octo.Et uidi,& ecce à dextera parte surrexit una penna,& regnauit super omnem terram.
B Et factũ est cũ regnaret,uenit ei finis,& non apparuit locus eius:& sequens exurrexit,& regnabat.Ipsa multũ tenuit tempus.Et factum est cũ regnaret,& ueniebat finis eius,ut non appareret sicut prior.Et ecce uox emissa est illi,dicens. Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terram.hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere. Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius. Et leuauit tertia, & tenuit principatum sicut & priores: & non apparuit & ipsa.Et sic contingebat & omnibus alijs singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. Et uidi,& ecce in tempore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, ut tenerent & ipsæ principatum:& ex his erant quæ tenebãt,sed tamen statim non comparescebant. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. Et uidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ,& duo pennacula: & nihil supererat in corpore aquilæ,nisi duo capita quiescentia & sex pennacula.Et uidi, & ecce sex pennaculis diuisæ sunt duæ, & manserunt sub capite, quod est ad dexteram partem.
C Nam quatuor manserunt in loco suo.Et uidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus. Et uidi, & ecce una erecta est, sed statim non comparuit. Et secundæ uelocius, quàm priores non comparuerunt. Et uidi, & ecce duæ quæ superauerunt apud semetipsas cogitabãt & ipsæ regnare:& in eo cum cogitarent, ecce unum quiescentium capitum quod erat medium,euigilabat. hoc enim erat duorum capitum maius. Et uidi quoniam completa sunt duo capita secum:& ecce cõuersum est caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares quæ cogitabant regnare.Hoc etiam caput perconteruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt. Et uidi post hæc,& ecce medium caput subito non comparuit, & hoc sicut alæ. Superauerunt autem duo capita,quæ & ipsa similiter regnauerunt super terram,& super eos qui habitant in ea.Et uidi, & ecce 'deuorauit caput à dextera parte illud quod à leua. Et audiui uocem dicentem mihi,
D Conspice contra te,& considera quod uides. Et uidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua rugiens: & uidi quoniam emittebat uocem hominis ad aquilam. Et dixit dicens, Audi tu,& loquar ad te,& dicet altissimus tibi,Nõne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in seculo meo,& ut per eos ueniret finis tẽporum eorum? Et quartus ueniẽs deuicit omnia animalia quæ trãsierunt,& potentatu tenuit seculũ cum tremore multo,& omnẽ orbem cũ labore pessimo,& inhabitauit tot tẽporibus orbẽ terrarum cũ dolo. Et iudicasti terram non cum ueritate.Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces,& destruxisti habitationes eorum qui fructificabant:& humiliasti muros eorum, qui te non nocuerunt.Et ascendit contumelia tua usq; ad altissimum,& superbia tua ad fortem.Et respexit altissimus superba tempora,& ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles,& pennacula tua pessima,& capita tua maligna,& ungues tibi pessimi,& omne corpus tuum uanum, uti refrigeretur omnis terra,& reuertatur liberata de tua ui,& speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII

Quæ hic referuntur, cohærent superioribus

ET factum est dum loqueretur leo uerba hæc ad aquilam: & uidi, & ecce quod superat A erat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transierunt, & erectæ sunt ut regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. Et uidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra ualde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore uigilaui, & dixi spiritui meo: Ecce tu præstitisti mihi hoc, in eo quòd scrutaris uias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum ualde, & nec modica est in me uirtus à multo timore, quam expaui nocte hac. Nunc ergo orabo altissimũ, ut me confortet usq; in finem. Et dixi: Dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, conforta me, & ostẽde seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem uisus horribilis huius, ut plenissimè consoleris animam meam. Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum nouissima. Et dixit ad me: Hæc est interpretatio uisionis huius, Aquilam quam uidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod uisum est in uisione Danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatũ, quoniã ego nunc tibi interpretor. Ecce dies ueniũt, & exurget regnũ super terram, & erit timor acrior omniũ regnorum quæ fuerunt ante eum. Regnabunt aũt in ea reges duodecim, unus post unum. B Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim. Hęc est interpretatio duodecim alarum quas uidisti: Et quam audisti uocem quæ locuta est, non de capitibus eius exeuntem, sed de medio corporis eius: hæc est interpretatio: quoniam post tempus regni illius nascentur contẽtiones non modicæ, & periclitabitur ut cadat: & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniam uidisti subalares octo cohærentes alis eius, hæc est interpretatio. exurgent in ipso octo reges, quorum erãt temporalevia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient. Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cum incipiet appropinquare tempus eius ut finiatur. duę uerò in finem seruabuntur. Et quoniam uidisti tria capita quiescẽtia, hæc est interpretatio. in nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabũtur terram & qui habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc, ipsi uocati sunt capita aquilę. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouissima eius. Et quoniã uidisti caput maius non apparens, hæc est interpretatio eius. quoniã unus ex eis super lectũ suum morietur, & tamen cum tormentis. Nam duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen C hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniã uidisti duas subalares traijciẽtes super caput quod est in dextera parte, hæc est interpretatio. hi sunt quos conseruauit altissimus in finẽ suum, hoc est regnũ exile, & turbationis plenũ. Sicut uidisti & leonẽ, quem uidisti de sylua euigilantẽ, & rugiẽtem, & loquentẽ ad aquilã. & arguentẽ eam, & iniustitias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti: hoc est uentus quẽ seruauit altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorũ, & arguet illos, & incutiet corã ipsis disceptiones eorũ. Statuet enim eos in iudicio uiuos: & erit, cum arguerit eos, tunc corripiet eos. nam residuũ populũ meum liberabit cum miseria, qui saluati sunt super fines meos, & iucundabit eos quoadusq; ueniet finis dies iudicij: de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somniũ quod uidisti, & hæ interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretũ hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quæ uidisti, & pone ea in loco abscondito: & docebis ea sapientes de populo tuo, quorũ cor da scis posse capere & seruare secreta hæc. Tu aũt adhuc sustine hic alios dies septẽ, ut tibi ostendatur quicquid uisum fuerit altissimo ostẽdere tibi. Et profectus est à me. Et factum est, cum audisset omnis populus quoniã pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reuersus in ciuitatem, & cõgregauit se omnis à minimo usq; ad maximum: & uenit ad me, & D dixerunt mihi, dicentes: Quid peccauimus tibi, & quid iniustè egimus in te, quoniam derelinquẽs nos sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de uinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata à tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris, quanto

nobis

nobis erat melius, si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt uoce magna. Et respondi ad eos, & dixi: Confide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. Est enim memoria uestri coram altissimo, & fortis non est oblitus uestri in tentatione. Ego enim non dereliqui uos, neq; excessi à uobis: sed ueni in hunc locum, ut deprecarer pro desolatione Sion, ut quærerē misericordiam pro humilitate sanctificationis uestræ. Et nunc ite unusquisq; uestrum in domum suam, & ego ueniam ad uos post dies istos. Et profectus est populus, sicut dixi ei, in ciuitatem: ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

CAP. XIII

Aliud somniū quod angelus interpretatur Esdræ

A ET factum est post dies septem, & somniaui somnium nocte. Et ecce de mari uentus exurgebat, ut conturbaret omnes fluctus eius. Et uidi, & ecce conualescebat ille homo cum millibus cœli: & ubi uultum suum uertebat ut consideraret, tremebant omnia quę sub eo uidebantur: & ubicunq; exibat uox de ore eius ardescebant omnes qui audiebāt uoces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem. Et uidi post hæc, & ecce cōgregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus de quatuor uentis cœli, ut debellarent hominem qui ascenderat de mari. Et uidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & uolauit super eum. Ego autem quæsiui uidere regionē uel locum unde sculptus esset mons, & non potui. Et post hæc uidi, & ecce, omnes qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum, timebant ualde, tamen audebant pugnare. Et ecce, ut uidit impetum multitudinis uenientis non leuauit manum suam, neq; frameam tenebat, neque aliquod uas bellicosum, nisi solummodo ut uidi, quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labijs eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates & commista sunt omnia simul, hic flatus ignis & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis: & concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, ut subitò nihil uideretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis & fumi odor: & uidi, & extimui.

B Et post hæc uidi ipsum hominem descendentē de monte, & uocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat ad eum uultus hominum multorum quorūdam gaudentiū, quorundam tristantium: aliqui uerò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi: Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti ut susciperes deprecationē meam: & nunc demōstra mihi adhuc interpretationē somnij huius. Sicut enim existimo in sensu meo, uæ qui derelicti fuerint in diebus illis: & multo plus uæ his qui nō sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. Intelligo nūc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrēt eis, sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc uenerūt enim in pericula magna & necessitates multas, sicut ostendūt somnia hæc. Attamen facilius est periclitantē uenire in hunc, q̄ pertransire, sicut nubē à seculo, & nunc uidere quæ contingūt in nouissimo. Et respōdit ad me, & dixit: Et uisionis interpretationē dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiā tibi. Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio, qui aufert periculū illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habēt opera & fidem ad fortissimū. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes uisionis, quia uidisti uirum ascendentē de corde maris, ipse est quem conseruat altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturā suam: & ipse dispo-

C net, qui derelicti sunt. Et quoniam uidisti de ore eius exire, ut spiritū & ignem & tempestatem: & quoniam non tenebat frameam, neque uas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ uenerat expugnare eum, hæc est interpretatio. ecce dies ueniunt, quando incipiet altissimus liberare eos qui super terram sunt: & ueniet in excessu mentis super eos qui inhabitant terram. Et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Et erit, cum fient hæc, & contingent signa quæ ante ostendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus quem uidisti, ut uirum ascendentem. Et erit, quando audierint omnes gentes uocem eius: &

derelin-

derelinquet unusquisque in regione sua bellum suum,quod habent ad alterutrum:& colligetur in unum multitudo innumerabilis,sicut uolentes uenire & expugnare eum.Ipse autem stabit super cacumen montis Sion.Sion autē ueniet,& ostendetur omnibus parata & aedificata:sicut uidisti montem sculpi sine manibus.Ipse autem filius meus arguet,quae adinuenerunt gentes,impietates eorum has quae tempestati appropinquauerūt,propter mala cogitamenta eorum,& cruciamenta,quibus incipient cruciari:quae assimilatae sunt flammae,& perdet eos sine labore,per legem quae igni assimilata est.Et quoniā uidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam,hae sunt decem tribus quae captiuae factae sunt de terra sua,in diebus Oseae regis,quem captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorū:& transtulit eos trans flumen,& translati sunt in terram aliam.Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc,ut derelinquerent multitudinem gentium,& proficiscerentur in ulteriorem regionem,ubi nunquam inhabitauit genus humanum:uel ibi obseruare legitima sua,quae non fuerāt seruantes in regione sua.Per introitus autem angustos fluminis Euphraten introierunt.Fecit enim eis tunc altissimus signa,& statuit uenas fluminis usque quo trāsirent. Per eam enim regionē erat uia multa itineris,anni unius & dimidij:nam regio illa uocatur Arsareth.Tūc inhabitauerūt ibi usque in nouissimo tempore:& nunc iterum cum coeperint uenire,iterum altissimus statuet uenas fluminis,ut possint transire:propter haec uidisti multitudinē cum pace.Sed & qui derelicti sunt de populo tuo,hi sunt qui inueniuntur intra terminū meum. Factum erit ergo,quando incipiet perdere multitudinem earum,quae collectae sunt gētes,proteget eos qui superauerunt populum:& tunc ostendet eis multa plurima portenta.Et dixi ego:Dominator domine,hoc mihi ostende,propter quod uidi uirum ascendētem de corde maris.Et dixit mihi:Sicut non potes haec uel scrutari uel scire quae sunt in profundo maris:sic non poterit quisque super terram uidere filium meum,uel eos qui cum eo sunt,nisi in tempore diei.Haec est interpretatio somnij quod uidisti,& propter quod illuminatus es hic solus.Dereliquisti enim tuam,& circa meā uacasti legem,& quęsisti. Vitam enim tuam disposuisti in sapientia,& sensum tuum uocasti matrem:& propter hoc ostēdi tibi merces apud altissimum.erit enim,post alios tres dies,ad te alia loquar,& exponam tibi grauia & mirabilia.Et profectus sum,& transij in campum,multum glorificans & laudans altissimū de mirabilibus quae per tempus faciebat:& quoniam gubernat ipsum,& quae sunt in temporibus illata,& sedi ibi tribus diebus.

4 Reg.17 a

CAP. XIIII

Esdrae loquitur deus è rubo, & docet eum quae uelit fieri

ET factum est tertio die,& ego sedebam sub quercu. Et ecce,uox exiuit contra me de rubo,& dixit:Esdra,Esdra.Et dixi:Ecce ego domine.Et surrexi super pedes meos.Et dixit ad me:Reuelans reuelatus sum super rubum,& locutus sum Moysi,quādo populus meus seruiebat in Aegypto,& misi eum,& eduxi populum meum de Aegypto,& adduxi eum super montem Sina,& detinebam eum apud me diebus multis:& enarraui ei mirabilia multa,& ostendi ei temporum secreta,& finem:& praecepi ei,dicens:Haec in palàm facies uerba,& haec abscondes,Et nunc tibi dico:Signa quae demonstraui,& somnia quae uidisti,& interpretationes quas tu uidisti,in corde tuo repone ea:tu enim recipieris ab omnibus,conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis,usque quo finiantur tempora.quoniam seculum perdidit iuuentutē suam,& tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisum est seculum,& transierunt eius decima,& dimidium decimae partis:supersunt autem eius post medium decimae partis.Nunc ergo dispone domū tuam & corripe populum tuum,& consolare humiles eorum,& renūtia iam corruptelae,& dimitte abs te mortales cogitationes,& projce abs te pōdera humana:& exue te iam infirmam naturam:& repone in unam partem molestissima tibi cogitamenta,& festina trāsmigrare à temporibus his:quae enim uidisti nunc contigisse mala,iterum horum deteriora facient. quantum enim inualidum fiet esculum à senectute,tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala.Prolongauit enim se magis ueritas,& appropinquauit mendacium.Iam enim festinat uenire,quam uidisti uisionem.Et respondi & dixi coram te domine.Ecce enim ego abibo,sicut praecepisti mihi,& corripiā praesentē populū.Qui aūt iterū nati fuerint,quis cōmone

monebit? Positum est ergo seculum in tenebris: & qui inhabitant in eo, sine lumine. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, uel quæ incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immitte in me spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, ut possint homines inuenire semitam: & qui uoluerint uiuere in nouissimis, uiuant. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos ut non quærāt te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanū, & Asiel quinque

C hos, qui parati sunt ad scribendum uelociter: & uenias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur, quoadusque finiantur, quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palàm facies, quædam sapientibus absconse trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum, sicut mihi pręcepit, & congregaui omnē populū, & dixi: Audi Israel uerba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde: & acceperunt legem uitæ, quam non custodierunt, quā & uos post eos transgressi estis: & data est uobis terra in sortem, & terra Sion, & patres uestri, & uos iniquitatem fecistis, & non seruastis uias quas præcepit uobis altissimus: & iustus iudex cum sit, abstulit à uobis in tēpore quod donauerat. Et nunc uos hic estis, & fratres uestri introrsum uestrum sunt. Si ergo imperaueritis sensui uestro, & erudieritis cor uestrum, uiui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini. Iudicium enim post mortem ueniet, quando iterum reuiuiscemus: & tunc iustorum nomina parebūt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me usque dies quadraginta. Et acce-

Deut. 4. 5

D pi quinque uiros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. Et factus sum in crastinum, & ecce uox uocauit me, dicens: Esdra, aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenū sicut aqua: color autem eius ut ignis similis. Et accepi & bibi: & in eo cum bibissem, cor meū cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque uiris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis quas non sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum est cum compleuissent quadraginta dies, locutus est altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palàm pone, & legant digni & indigni: nouissimos autem septuaginta conseruabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est uena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV

A ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit dominus, & fac ut in charta scribātur, quoniam fideles & ueri sunt. Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentium: Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, dicit dominus, super orbem terrarum mala, gladium & famem & mortem & interitum: propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum. Propterea dicit dominus: Iam nō silebo de impietatibus eorum quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent, ecce sanguis innoxius & tristis clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter. Vindicans uindicabo illos dicit dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægypti: sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius. Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius plaga uerberata, & castigatione quas inducet ei deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab uredine & grandine, & à sydere terribili. Væ seculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij alijs inualescentes non curabunt regem suum & principes, uiæ gestorum

Deus mandat Esdræ ut populo prædicet quæ calamitates eos ob sua scelera maneant

rum ſuorum in potentia ſua. Concupiſcet enim homo in ciuitatem ire,& non poterit. Pro/
pter ſuperbiam enim eorum ciuitates turbabuntur,domus exterentur,homines metuent.
Non miſerebitur homo proximum ſuum ad irritum faciendũ domos eorum in gladium,
ad diripiendas ſubſtantias eorum propter famem panis & tribulationem multam. Ecce
ego conuoco,dicit deus,omnes reges terræ ad me uerendum,qui ſunt ab oriente & ab au/
ſtro,ab euro,& à Libano,ad conuertẽdos ad ſe,& reddere quæ dederunt illis:ſicut faciunt
uſque hodie electis meis,ſic faciam & reddã in ſinu eorum. Hæc dicit dominus deus: Non
parcet dextera mea ſuper peccatores,nec ceſſabit romphæa ſuper effundentes ſanguinem
innoxium ſuper terram. Exijt ignis ab ira eius & deuorauit fundamenta terræ,& peccato/
res quaſi ſtramen incenſum. Væ eis qui peccant,& non obſeruant mandata mea,dicit do/
minus.non parcam illis. Diſcedite filij à poteſtate. Nolite contaminare ſanctificationem B
meam,quoniam nouit dominus omnes qui delinquunt in illum.propterea tradidit eos in
mortem & in occiſionem. Iam enim uenerunt ſuper orbem terrarum mala,& manebitis in
illis.non enim liberabit uos deus,propter quod peccaſtis in eum. Ecce uiſio horribilis,& fa/
cies illius ab oriente. Et exiẽt nationes draconum Arabum in curribus multis,& ſicut flatus
eorum numerus fertur ſuper terram,ut iam timeant & trepident omnes qui illos audient
carmonij inſanientes in ira,& exient ut apri de ſylua,& aduenient in uirtute magna,& con
ſtabunt in pugnam cum illis,& uaſtabũt portionem terræ Aſſyriorum. Et poſt hæc ſuper/
ualeſcent dracones natiuitatis ſuæ memores,& conuertent ſe conſpirãtes in uirtute magna
ad perſequendos eos, Iſti turbabuntur & ſilebunt in uirtute illorum,& conuertent pedes
ſuos in fugam,& à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos,& conſumet unum ex il/
lis,& erit timor & tremor in exercitu illorum,& contentio in reges ipſorum. Ecce nubes ab
oriente & à ſeptentrione uſque ad meridianum,& facies earum horrida ualde,plena iræ &
procellæ,& collident ſe inuicem,& collident ſydus copioſum ſuper terrã,& ſydus illorum,
& erit ſanguis à gladio uſq; ad uentrem,& fimus hominis uſque ad ſubſtramen cameli,&
erit timor & tremor multus ſuper terram,& horrebunt qui uidebunt iram illam,& tremor
apprehendet illos:& poſt hæc mouebuntur nimbi copioſi à meridiano & ſeptentrione,& C
portio alia ab occidente:& ſuperinualeſcent uenti ab oriente,& recludent eam,& nubem
quam ſuſcitauit in ira,& ſydus ad faciendam exterritationem ad orientalem uentum & oc
cidentem uiolabitur:& exaltabuntur nubes magnæ & ualidæ plenæ iræ,& ſydus,ut exter/
reant omnem terram,& inhabitantes eam,& infundẽt ſuper omnem locum altum & emi
nentem ſydus terribile,ignem & grandinem,& rhomphæas uolantes,& aquas multas,ut
etiam impleantur omnes campi,& omnes riui plenitudine aquarum multarũ,& demolien
tur ciuitates & muros & montes & colles & ligna ſyluarum & fœnum pratorum & frumẽ/
ta eorum. Et tranſibunt conſtantes uſq; Babylonẽ,& exterent eam:conuenient ad ipſam,
& circuibunt eam,& effundent ſydus & omnem iram ſuper eam,& ſubibit puluis & fumus
uſq; in cœlum,& omnes in circuitu lugebunt eã:& qui ſub ea remanſerint,ſeruient his qui
exterruerunt. Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis,& gloria perſonæ eius:uæ tibi miſera
propter quod aſſimilaſti ei,& ornaſti filias tuas in fornicatione ad placendum & glorian/
dum in amatoribus tuis,qui tecum cupierunt ſemper fornicari. Odibilem imitata es in om
nibus operibus eius,& in adinuentionibus eius,propterea dicit deus: Immittam tibi mala,
uiduitatem,paupertatem & famem & gladium & peſtem,ad deuaſtandas domos tuas à
uiolatione & morte & gloria uirtutis tuæ. Sicut flos ſiccabitur,cum exurget ardor qui e/ D
miſſus eſt ſuper te,infirmaberis ut paupercula plagata & caſtigata à mulieribus, ut non
poſſint te ſuſcipere potentes & amatores. Nunquid ego ſic zelabor te,dicit dominus:niſi
occidiſſes electos meos in omni tempore, exaltans percuſſionem manuum, & diceres
ſuper mortem eorum, cum inebriata eſſes: Exorna ſpeciem uultus tui? Merces fornica/
tionis tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facies electis meis, di/
cit dominus, ſic faciet tibi deus, & tradet te in malum. Et nati tui fame interient: &
tu rhomphæa cades,& ciuitates tuæ conterentur,& omnes tui in campo gladio cadent.

Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis & siti aquæ. Infelix per maria uenies, & rursum accipies mala. Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterēt aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes conuersam. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: & deuorabunt te, & ciuitates tuas, terram tuam, & mōtes tuos, omnes syluas tuas, & lignum fructiferum igni comburent. Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI

Gentibus etiā quæ mala imminent indicatur, & quō se gerere tunc debeant iudæi

A VAe tibi Babylon & Asia, uæ tibi Aegypte & Syria. Præcingite uos saccis & ciliciis, & plāgite filios uestros, & dolete: quoniā appropinquauit contritio uestra. Immissus est uobis gladius, & quis est q auertat illū? Immissus est in uobis ignis, & quis est qui extinguat illū? Immissa sunt uobis mala, & quis est qui repellat ea? Nunquid repellet aliquis leonē esuriētem in sylua, aut extinguet ignē in stipula mox quando cœperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius? Terra tremuit, & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie domini, & à gloria uirtutis eius: quoniā fortis dextera eius quæ arcum tendit, sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient cum cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, & non reuertentur, donec ueniant super terram. Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamēta terræ. Quēadmodum non redit sagitta missa à ualido sagittario: sic non reuertentur mala, quæ missa fuerint in terram. Væ mihi, uæ mihi: quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabūt potestates, initium malorum & trepidabūt omnes. In his quid faciam cum uenerint mala? Ecce fames & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione, & in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neq; flagellorum memores erunt semper. Ecce, erit annonæ uilitas super terram, sic ut putent sibi esse directam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio. A fame enim plurimi qui inhabitent terram interiēt, & gladius perdet cæteros, qui superauerint à fame, & mortui sicut stercora pro
B iicientur, & non erit qui consoletur eos. derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deiiciētur. Non derelinquetur qui colat terrā, & qui seminet eā. Ligna dabunt fructus, & quis uindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illā? Erit enim locis magna desertio. Cupiet enim homo hominem uidere, uel uocem eius audire. Relinquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum. quemadmodum derelinquuntur in olíueto, & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ: aut sicut in uinea uindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter uineam scrutantur: sic relinquētur in diebus illis tres aut quatuor scrutantibus domos eorum in romphæa. Et relinquetur terra deserta, & agri eius inueterabunt, & uiæ eius & omnes semitæ eius germinabūt spinas, eo quod non transient homines per eam. Lugebunt uirgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes uiros, lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium sponsi earum. in bello consumentur, & uiri earum in fame exterētur. Audite uerò ista, & cognoscite ea serui domini. Ecce uerbum domini, excipite illud: ne diis credatis, de quibus dicit dominus, Ecce appropinquāt mala, & non tardant. Quemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius ante horas duas uel tres, dolores circumeunt uentrem eius, & prodeunte infante de uentre, non tardabunt uno puncto: sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & seculum gemet, & dolores circumtenebunt illud. Audite uerbum plebs mea, Parate uos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ. Qui uendit, quasi qui fugiat: & qui emit quasi qui perditurus. Qui merca-
C tur, quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui uineam putat, quasi qui nō uindemiaturus. Qui nubunt, sicut quasi

filios non facturi,& qui non nubunt,sic quasi uidui. Propter quod qui laborant, sine causa laborant. Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos euertent,& filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos suos. Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas,tanto magis adzelabor eos super peccata sua dicit dominus. Quo modo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam ualde, sic zelabitur iustitia iniquitatem cum exornat se,& accusat eam in facie,cum uenerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. Propterea nolite similari ei,nec operibus eius: quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in uos. non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius qui dicit, Non peccaui coram domino deo,& gloria ipsius. Ecce dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinuentiones illorum,& cogitationes illorum,& corda illorum, Dixit enim, Fiat terra,& facta est: fiat cœlum & factum est. Et in uerbo illius stellæ fundatæ sunt,& nouit numerum stellarum. Qui scrutatur abyssum,& thesauros illarum: qui mensus est mare,& conceptum eius. Qui conclusit mare in medio aquarum,& suspendit terram super aquas uerbo suo. Qui extẽdit cœlum quasi cameram, super aquas fundauit eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super uerticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, ut potaret terram. Qui finxit hominem,& posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, uitam, & intellectum, & spiramen dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat omnia abscondita in absconsis terræ. Hic nouit adinuentionem uestram, & quæ cogitatis in cordibus uestris, peccantes,& uolentes occultare peccata uestra. Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera uestra,& traducet uos omnes,& uos confusi eritis cum processerint peccata uestra coram hominibus,& iniquitates erunt quę accusatores stabunt in die illo. Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata uestra coram deo, & angelis eius? Ecce iudex deus, timete eum. Desinite à peccatis uestris, & obliuiscamini iniquitates uestras iam agere eas in sempiterno,& deus educet uos, & liberabit de omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor super uos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex uobis,& cibabunt idolis occisos:& qui consenserint eis, erunt illis in derisum,& in improperium,& in conculcationem. erit enim locis locus,& in uicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dominum. Erunt quasi insani,nemini parcentes: ad diripiendum & deuastãdum adhuc timentes dominum, quia deuastabunt & diripient substantias,& de domibus suis eos eijcient. Tunc parebit probatio electorum meorum, ut aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei, dicit dominus: Ecce adsunt dies tribulationis,& de his liberabo uos. Ne timeatis,nec hæsitetis: quoniam deus dux uester est. Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit dominus deus, ne præponderent uos peccata uestra, ne superleuẽt se iniquitates uestræ. Væ qui constringuntur à peccatis suis,& obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylua,& spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

Gen. 1 a

D

DIVI HIERONYMI AD CHROMATIVM ET HELIODORVM, IN TOBIAM PRAEFATIO.

MIrari non desino exactionis uestræ instantiam. Exigitis enim ut librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum utiq; Tobię: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio uestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis: cõtra suum canonem Latinis auribus ista transferre, Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire: institi ut potui. Et quia uicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, utriusq; linguę peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis uerbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus uestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum uobis didicero me, quod iubere estis dignati, complesse.

LIBER TOBIAE

Tobiæ genus, uita, uirtutes, fortuna, et dei obseruãtia describuntur.

A TOBIAS EX TRIBV & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post uiam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet: cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, uiam ueritatis non deseruit, ita ut omnia quæ habere poterat, quotidie cõcaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumq; esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamẽ puerile gessit in opere. Deniq; cum irent omnes ad uitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium: & pergebat in Hierusalẽ ad templum domini, et ibi adorabat dominum deum Israel, B omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Hæc & his similia secundum legem dei puerulus obseruabat. Cum uero factus fuisset uir, accepit uxorem Annam de tribu sua: genuitq; ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur cum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua: & cum omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam memor fuit domini in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis: & dedit illi potestatẽ C quocunq; uellet ire, habens libertatem quæcunq; facere uoluisset. Pergebat ergo ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cum autem uenisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti, & cũ in multa turba generis sui Gabelum egentem uideret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum uerò temporis mortuo Salmanasar rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & cõsolabatur eos, D diuidebatq; unicuiq; prout poterat, de facultatibus suis. esurientes alebat, nudisq; uestimẽta præbebat, & mortuis atq; occisis sepulturã solicitus exhibebat. Deniq; cũ reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagã, quam circa eum fecerat deus propter blasphemiã suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorũ. At ubi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias uerò cum filio suo, & cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies uerò quadra-

4. Reg. 19 g
2. Macch. 8 e

gintaquinq; occiderunt regem filij ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam, omnisq; facultas eius restituta est ei. CAP. II

Pius & misericors Tobias excæcatur, à filijs & uxore irridetur

POst hæc uerò cum esset dies festus domini, & factum esset prãdium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade & adduc aliquos de tribu nostra timentes deum, ut epulẽtur nobiscum. Cumq; abijsset, reuersus nuntiauit unum ex filijs Israel iugulatũ iacere in platea. Statimq; exiliens de accubitu suo, relinquens prandiũ, ieiunus peruenit ad corpus: tollensq; illud portauit ad domum suam occultè, ut dum sol occubuisset, caute sepeliret eum. Cumq; occultasset corpus, manducauit panẽ cum luctu & tremore, memorans illũ sermonem quem dixit dominus per Amos prophetam, Dies festi uestri conuertentur in lamentationẽ & luctum. Cum uerò sol occubuisset, abijt & sepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & uix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens deum q; regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit aũt ut quadam die fatigatus à sepultura, ueniens in domũ suam, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormisset: & ex nido hirundinũ dormienti illi, calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq; cæcus. Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, ut posteris daret exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cum ab infantia sua semper deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est cõtristatus contra deum quod plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus uitæ suæ. Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant uitã eius dicentes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias uerò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & uitam illam expectamus, quam deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna uerò uxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuũ suarum uictum, quem consequi poterat, deferebat. Vnde factum est, ut hœdũ caprarum accipiens detulisset domi. Cuius cum uocem balantis uir eius audisset, dixit, Videte ne forte furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc uxor eius irata respondit, Manifestè uana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo apparuerunt. Atq; his, & alijs huiuscemodi uerbis exprobrabat ei. CAP. III

Amos 8 c

Tobiæ & Saræ filiæ Raguelis preces ad deum propter oblatas sibi iniurias

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrimis, dicens, Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes uiæ tuæ misericordia, & ueritas, & iudicium. Et nũc domine memor esto mei, & ne uindictam sumas de peccatis meis, neq; reminiscaris delicta mea uel parentum meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundũ uoluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm uiuere. Eadem itaq; die contigit ut Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem uiris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos mox ut ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens. Amplius ex te nõ uideamus filium, aut filiam super terram, interfectrix uirorum tuorum. Nunquid & occidere me uis, sicut iam occidisti septem uiros? Ad hanc uocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neq; bibit: sed in oratione persistẽs cum lachrymis deprecabatur deum, ut ab isto improperio liberaret eam. Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens dominum, dixit, Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te domine faciem meam cõuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto domine ut de uinculo improperij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me. Tu scis domine quia nunquam concupiui uirum, &

mundam

mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia. Nunquàm cum ludentibus miſcui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forſitan mihi non fuerunt digni: quia forſitan uiro alij conſeruaſti me. Non eſt enim in hominis poteſtate cõſilium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod uita eius, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptiõe fuerit, ad miſericordiam tuam uenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationẽ & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum deus Iſrael benedictum in ſecula. In illo tempore exauditæ ſunt preces amborum in conſpectu gloriæ ſummi dei: & miſſus eſt angelus domini ſanctus Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore ſunt orationes in conſpectu domini recitatæ.

Eſa.8.40.46

CAP. IIII

IGitur cum Tobias putaret orationem ſuam exaudiri ut mori potuiſſet, uocauit ad ſe Tobiam filium ſuũ, dixitq; ei, Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamẽtum cõſtrue. Cũ acceperit deus animã meã corpus meum ſepeli: & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. memor enim eſſe debes quæ & quãta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo. Cum aũt & ipſa cõpleuerit tẽpus uitæ ſuæ, ſepelias eam circa me. Omnibus aũt diebus uitæ tuæ in mente habeto deum: & caue ne aliquando peccato conſentias & prætermittas præcepta domini dei noſtri. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet ut nec à te auertatur facies domini. Quo modo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libẽter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omi fornicatione: & præter uxorẽ tuam nunquam patiaris crimẽ ſcire. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo uerbo dominari permittas: in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercennarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum eſurientibus, & egenis comede: & de ueſtimentis tuis nudos tege. Panem tuum, & uinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. Omni tempore benedic deum: & pete ab eo ut uias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. Indico etiam tibi fili mi dediſſe me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus eſſes, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo ſupra memoratum pondus argenti, & reſtituas ei chirographum ſuum. Noli timere fili mi, pauperem quidem uitam gerimus, ſed multa bona habebimus ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

Mortem ſibi inſtare ratus Tobias filium inſtituit quomodo uitã innocenter tranſigat, & ſyngrapham debitæ pecuniæ indicat

Eccle.19 c

Leuit.19 c

Deu.24 c

CAP. V

TVnc reſpondit Tobias patri ſuo, & dixit, Omnia quæcunq; præcepiſti mihi faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. ille me neſcit, & ego eum ignoro: quod ſignum dabo ei? Sed neq; uiam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi oſtẽderis, ſtatim reſtituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem uirum, qui eat tecum ſalua mercede ſua: dum adhuc uiuo, ut recipias eam. Tunc egreſſus Tobias, inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. Et ignorans quod angelus dei eſſet, ſalutauit eum, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille reſpondit, Ex filijs Iſrael. Et Tobias dixit ei, Noſti uiam quæ ducit in regionem Medorum? Cui reſpondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & manſi apud Gabelum fratrem noſtrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ poſita eſt in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Suſtine me obſecro, donec hæc ipſa nuntiem patri

Tobiæ iuniori patris iuſſa exequenti angelus ſe comitem addit

meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit uniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit ut introiret ad eum. Ingressus itaque salutauit eum, & dixit. Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumē cœli non uideo? Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in proximo est ut à deo cureris. Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorū? Et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus, Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respōdit, Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit, Genus quæris mercennarij, an ipsum mercennarium qui cum filio tuo eat? Sed ne forte solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quod uoluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus, Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit deus in itinere uestro, & angelus eius comitetur uobiscum. Tunc paratis omnibus quæ erant in uia portanda, fecit Tobias uale patri suo & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumq; profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra: ut diuitias computaremus hoc, quod uidebamus filium nostrum. Dixitq; ei Tobias. Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui uidebunt illum. Credo enim quòd angelus dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita ut cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc uocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

Infra 10 a

CAP. VI

Ingentē balænam angeli auxilio Tobias iunior capit, eiq; eximit cor, fel, & iecur

PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuiū Tigris. Et exiuit ut lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit uoce magna, dicens, Domine inuadit me. Et dixit ei angelus, Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus, Exentera hūc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter. Quod cum fecisset, assauit carnes eius, & secum tulerunt in uia: cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousq; peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, ut dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus, dixit ei, Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorū, siue à uiro, siue à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos. Et fel ualet ad ungendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabūtur. Et dixit ei Tobias, Vbi uis ut maneamus? Respondésq; angelus, ait, Est hic Raguel nomine, uir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram: sed neq; masculum, neq; fœminā ullam habet aliam præter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in uxorē. Tunc respōdit Tobias, & dixit, Audio quia tradita est septem uiris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eueniāt: & cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit ei, Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus præualere potest dæmonium. Hi nanq; qui coniugium ita suscipiunt, ut deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita uacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus uacabis cum ea. Ipsa aūt nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. Secunda uero nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte benedictionem consequeris, ut filij ex uobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies uirginem cum timore domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris.

Psal. 31

CAP. VII

Ingressi

A INgressi sunt autem ad Raguelẽ,& suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensq́ Tobiam Raguel,dixit Annæ uxori suæ. Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cũ hæc dixisset ait. Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerũt, Ex tribu Nephthali sumus,ex captiuitate Niniue. Dixitq́ ei Raguel, Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus. Cumq́ multa bona loqueretur de eo,dixit angelus ad Raguelẽ, Tobias,de quo interrogas,pater istius est. Et misit se Raguel,& cum lachrymis osculatus est eũ, & plorans su B pra collum eius,dixit,Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi uiri filius es. Et Anna uxor eius,& Sara ipsorum filia lachrymatæ sunt. Postquàm autem locuti sunt,præcepit Raguel occidi arietem,& parari conuiuium. Cumq́ hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit,Hic ego hodie non manducabo,neq́ bibam,nisi prius petitionem meam cõfirmes & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito uerbo Raguel,expauit sciẽs quid euenerit illis septem uiris qui ingressi sunt ad eam:& timere cœpit ne forte & huic simi C liter cõtingeret. Et cum nutaret,& non daret petenti ullum responsum,dixit ei angelus. Noli timere dare eam isti,quoniam huic timẽti deum debetur coniunx filia tua: propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel, Non dubito quod deus preces, & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit uos uenire ad me,ut ista con iungeretur cognatiõi suæ secundum legem Moysi:& nunc noli dubium gerere quod tibi eã tradam. Et apprehendens dexteram filiæ suæ,dexteræ Tobiæ tradidit,dicens. Deus Abra D ham,& deus Isaac,& deus Iacob uobiscum sit,& ipse cõiungat uos,impleatq́ benedictionem suam in uobis. Et accepta charta,fecerunt conscriptionem coniugij. Et post hæc epulati sunt,benedicentes deum. Vocauitq́ Raguel ad se Annam uxorẽ suam, & præcepit ei ut præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est. Dixitq́ ei, Forti animo esto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

Tobias à Raguele benigne exceptus, filiã eius uxorem duxit

Infra 9 b

Num. 36 e

CAP. VIII

A POstq́ uerò cœnauerunt,introduxerunt iuuenẽ ad eam. Recordatus itaq́ Tobias sermonũ angeli,protulit de cassidili suo partẽ iecoris,posuitq́ eam super carbones uiuos. Tunc Raphael angelus apprehẽdit dæmoniũ,& religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tunc hortatus est uirginẽ Tobias,dixitq́ ei,Sara,exurge,& deprecemur deum hodie, & cras,& secundum cras:quia his tribus noctibus deo iungimur:tertia autem transacta nocte,in nostro erimus cõiugio. Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant deum. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis. Dixitq́ Tobias, Domine deus patrum nostrorum,benedicãt te cœli B & terræ,mareq́ & fontes,& flumina,& omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. Tu fecisti Adã de limo terræ,dedistiq́ ei adiutorium Euam. Et nunc domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meã coniugẽ,sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaq́ Sara, Miserere nobis domine, miserere nobis,& cõsenescamus ambo pariter sani. Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter, ut foderent sepulchrum. Dicebat enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem uiris, qui sunt ingressi ad eam. Cumq́ C parassent fossam,reuersus Raguel ad uxorem suam,dixit ei, Mitte unam ex ancillis tuis,& uideat si mortuus est,ut sepeliam eum antequàm illucescat dies. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum,reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes. Et reuersa nuntiauit bonum nuntium,& benedixerunt dominum, Raguel uidelicet, & Anna uxor eius, & dixerunt, Benedicimus te domine deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos dominè plenius benedicere te: & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, ut cognoscat uniuersi- D tas gentium quia tu es deus solus in uniuersa terra. Statimque præcepit seruis suis Raguel, ut replerent terra fossam quam fecerant, priusquam elucesceret. Vxori autem suæ dixit ut instrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus

Tobias tribus primis noctib. abstinet uxoris cõmercio: et ita se à morte tuetur

Gen. 2 b

necessaria. Duas quoq; pingues uaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus uicinis suis, cunctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se. De omnibus autem quæ possidebat Raguel dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, ut pars dimidia quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

CAP. IX

Gabelus accepto chirographo numerat debitū, & accedit ad nuptias Tobiæ

A TVnc uocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat: dixitq; ei, Azaria frater, peto ut auscultes uerba mea: Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obsecro te, ut assumas tibi animalia siue seruitia, ut uadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddasq; ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum uenire ad nuptias meas. B Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardauero una die plus, contristatur anima eius. Et certe uides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentū spernere nō possum. Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatē Medorum perrexit: & inueniēs Gabelū, dedit ei chirographū suum, & recepit ab eo omnē pecuniam. C Indicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt, fecitq; eum secum uenire ad nuptias. Cūq; ingressus esset domū Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens, osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitq; deum, & dixit, Benedicat te deus Israel, quia filius es optimi uiri, & iusti & timentis deū, & eleemosynas faciētis, D & dicatur benedictio super uxorem tuam, & super parentes uestros. & uideatis filios uestros, & filios filiorum uestrorū, usq; in tertiam & quartā generationem: & sit semē uestrum benedictum à deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cumq; omnes dixissent amen, accesserunt ad conuiuium: sed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Supra 7 a

CAP. X

Parētes lugēt Tobiam propter nuptias diu absentem, tandē dimittit eum socer cū coniuge bene instituta

A CVm uerò moras faceret Tobias causa nuptiarum, solicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Putásne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniā? Cœpit aūt cōtristari nimis ipse et Anna uxor eius: cū eo & cœperūt ambo simul flere, eo quòd die statuto minime reuerteretur filius eorū ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat, Heu heu me fili mi, ut B quid te misimus peregrinari, lumen oculorū nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatiū uitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te uno habentes, te nō debuimus dimittere ire à nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est uir ille cum quo misimus eum. Illa autē nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circūspiciebat & circuibat uias omnes per quas spes remeandi uidebatur, ut procul uideret eum, si fieri posset, uenientem. C At uero Raguel dicebat ad generum suum, Mane hic & ego mittam nuntiū salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur spiritus eorū in ipsis. Cumq; uerbis multis rogaret Raguel Tobiā, & ille eum nulla ratione uellet audire, tradidit ei Sarā, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in uaccis, & in pecunia multa: & saluum atq; gaudentem dimisit eum à se, dicens, Angelus D domini sanctus sit in itinere uestro, perducatq; uos incolumes, & inueniatis omnia recte circa parentes uestros, & uideant oculi mei filios uestros priusquàm moriar. Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire: monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

CAP. XI

Tobias cū uxore reuersus magna hilaritate exceptus, parenti suo uisum restituit: inde simul laudant dominū

A CVmq; reuerterentur, peruenerunt ad Charan quæ est in medio itinere contra Niniuen, undecimo die. Dixitq; angelus, Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. Si placet itaq; tibi, præcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrum familiæ, simul cum coniuge tua, & cum animalibus. Cumq; hoc placuisset ut irēt, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piscis: erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. Anna autem sedebat secus uiam quotidie in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularetur aduentum eius uidit à longe

B longe,& ilico agnouit uenientem filium suum:currensq; nuntiauit uiro suo, dicens,Ecce uenit filius tuus.Dixitq; Raphael ad Tobiã,At ubi introieris domũ tuam,statim adora dominum deum tuum:& gratias agẽs ei, accede ad patrem tuum,& osculare eum. Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis,quod portas tecũ.Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius,& uidebit pater tuus lumen cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Tũc præcucurrit canis qui simul fuerat in uia:& quasi nuntius adueniẽs,blandimento suæ caudæ gaudebat. Et consurgens cæcus pater eius,cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero,occur-
C rit obuiam filio suo.Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.Cumq; adorassent deum,& gratias egissent,consederunt.Tunc sumens Tobias de felle piscis,liniuit oculos patris sui.Et sustinuit quasi dimidiam fere horã:& cœpit albugo ex oculis eius,quasi membrana oui,egredi. Quam apprehẽdens Tobias traxit ab oculis eius,statimq; uisum recepit.Et glorificabãt deum, ipse uidelicet & uxor eius,& omnes qui sciebant eum.Dicebatq; Tobias,Benedico te domine deus Israel,quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce, ego uideo Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem
D dies Sara uxor filij eius,& omnis familia & pecora sana,& cameli, & pecunia multa uxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narrauit parentibus suis omnia beneficia dei quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. Veneruntq; Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

CAP. XII

Tobijs de precio comiti numerãdo cõsultãtibus angelus se declarat quis sit

A TVnc uocauit ad se Tobias filium suum, dixitq; ei, Quid possumus dare uiro isti sancto,qui uenit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo,Pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit, & reduxit sanum,pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit,gaudium parẽtibus eius fecit,meipsum à deuoratione piscis eripuit,te quoq; uidere fecit lumen cœli,& bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi,ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus quæ
B allata sunt,sibi assumere.Et uocantes eum,pater scilicet & filius,tulerunt eum in partẽ:& rogare cœperunt ut dignaretur dimidiã partẽ omnium quę attulerant,acceptam habere.Tũc dixit eis occultè,Benedicite deum cœli,& corã omnibus uiuentibus cõfitemini ei, quia fecit uobiscum misericordiam suã.Etenim sacramentum regis abscondere, bonũ est:opera autẽ dei reuelare & confiteri,honorificum est.Bona est oratio cum ieiunio:& eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere.quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata,& facit inuenire misericordiam & uitam æternam. Qui autem faciũt peccatum
C & iniquitatem,hostes sunt animę suæ.Manifesto ergo uobis ueritatem,& non abscondam à uobis occultum sermonem. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos,& de relinquebas prandium tuum:& mortuos abscondebas per diem in domo tua,& nocte sepeliebas eos,ego obtuli orationẽ tuam domino.Et quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Et nunc misit me dominus ut curarem te, & Saram uxorem filij tui à dæmonio liberarem.Ego enim sum Raphael angelus unus ex septem,qui astamus ante dominum.Cumq; hæc audissent,turbati sunt,& trementes ceciderunt super terrã in faciem suã.

Supra 2.a

D Dixitq; eis angelus,Pax uobis,nolite timere.Etenim cum essem uobiscum,per uoluntatem dei eram:ipsum benedicite,& cantate illi. Videbar quidem uobiscum manducare, & bibere:sed ego cibo inuisibili,& potu,qui ab hominibus uideri non potest,utor.Tempus est ergo ut reuertar ad eum qui me misit, uos autem benedicite deum & narrate omnia mirabilia eius.Et cum hæc dixisset,ab aspectu eorũ ablatus est, & ultra eum uidere nõ potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem,benedixerunt deum:& exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

CAP. XIII

Tobias exemplo suo excitat populũ ad benedicẽdũ domino, ac prophetat Hierusalem restaurandam

A APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit dñm, & dixit,Magnus es domine in ęternum,& in omnia secula regnum tuum:quoniã tu flagellas,& saluas:deducis ad inferos

inferos,& reducis:& non est qui effugiat manum tuam. Confitemini domino filij Israel,& in conspectu gentium laudate eum: quoniam ideo dispersit uos inter gentes,quæ ignorant eum,ut uos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum,& cum timore & tremore confitemini illi:regemq́ seculorum exaltate in operibus uestris. Ego autem in terra captiuitatis meæ cõfitebor illi:quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. Conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiam coram deo, credentes quod faciat uobiscum misericordiam suam. Ego autem,& anima mea in eo lætabimur. Benedicite dominum omnes electi eius:agite dies lætitiæ,& cõfitemini illi. Ierusalem ciuitas dei,castigauit te dominus in operibus manuum tuarum. Cõfitere domino in bonis tuis,& benedic deum seculorum, ut reædificet in te tabernaculum suum,& reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te uenient:& munera deferẽtes,adorabunt in te dominum,& terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te:& condẽnati erunt omnes qui blasphemauerint te:benedictiq́ erunt qui ædificauerint te. Tu autem lætaberis in filijs tuis, quoniam omnes benedicentur,& congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui diligunt te,& qui gaudẽt super pace tua. Anima mea benedic dominum, quoniã liberauit Hierusalem ciuitatẽ suam à cunctis tribulationibus eius: dominus deus noster. Beatus ero,si fuerint reliquiæ seminis mei ad uidendam claritatẽ Hierusalem. Portę Hierusalem ex sapphiro,& smaragdo ædificabũtur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per uicos eius halleluia cantabitur. Benedictus dominus,qui exaltauit eam,ut sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

Apoc. 21 c

CAP. XIIII

Sub mortem suam Tobias uaticinatur Niniuitis excidium, Hierusalẽ reparationem. Item de ætate eius & morte

ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, uixit annis quadragintaduobus,& uidit filios nepotum suorũ. Completis itaq; annis centum duobus,sepultus est honorifice in Niniue. Quinquaginta nanq; & sex annorum lumẽ oculorum amisit:sexagenarius uerò recepit. Reliquum uero uitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris dei perrexit in pace, In hora autem mortis suæ uocauit ad se Tobiam filium suum,& septem iuuenes filios suos nepotes suos,dixitq́ eis, Prope erit interitus Niniue.non enim excidit uerbum domini:& fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel,reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur,& domus dei,quæ in ea incensa est,iterum reædificabitur,ibiq́ reuertentur omnes timentes deum, & relinquent gentes idola sua,& uenient in Hierusalem,& inhabitabunt in ea: & gaudebunt in ea omnes reges terræ,adorantes deum Israel. Audite ergo filij mei patrem uestrum:Seruite domino in ueritate,& inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi:& filijs uestris mandate ut faciant iustitias,& eleemosinas,ut sint memores dei, & benedicant eum in omni tempore in ueritate, & in tota uirtute sua. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic:sed quacunq; die sepelieritis matrem uestrã circa me in uno sepulchro,ex eo dirigite gressus uestros ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Niniue cum uxore sua, & filijs, & filiorum filijs, & reuersus est ad soceros suos. Inuenitq́ eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit,& ipse clausit oculos eorum:& omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: uiditq́ quintam generationẽ, filios filiorum suorum. Et completis annis nonagintanouem in timore domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius,& omnis generatio eius in bona uita,& in sancta conuersatione permansit,ita ut accepti essent tam deo,quàm hominibus,& cunctis habitantibus in terra.

Deut. 6 c
1. Reg. 7 a

DIVI HIERONYMI IN LIBRVM IVDITH PRAEFATIO.

APud Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur, cuius autoritas ad roborāda illa quæ in contentionem ueniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus: inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi uestræ, imò exactioni: & sepositis occupationibus quibus uehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex uerbo uerbum transferens. Multorum codicum uarietatem uitiosissimā amputaui: sola ea quæ intelligentia integra in uerbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith uiduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & uiris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, uirtutem ei talem tribuit, ut inuictum omnibus hominibus uinceret, & insuperabilem superaret.

LIBER IVDITH

De magnificētia ciuitatis Ecbatanæ, & incremēto regni Nabuchodonosor post deuictum Arphaxadem

A ARPHAXAD ITAQVE REX MEDORVM subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimā, quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius, in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum B triginta: turres uerò eius posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum uerò earum latus utrunque uicenorum pedum spatio tendebatur. posuitq; portas eius in altitudinem turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, C pugnauit contra Arphaxad: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano: & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon: & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumē D Iordanem usq; ad Hierusalem, & omnem terram Iesse, quousq; perueniatur ad terminos Aethiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui omnes uno animo contradixerunt, & remiserunt eos uacuos, & sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terrā illam, iurauit per thronum & regnum suū, quod defenderet se de omnibus regionibus his.

1. Macch. 14

CAP. II

Nabuchodonosoris insatiabilis dominandi, et aliena regna inuadēdi libido describitur

A ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, uicesima & secunda die mensis primi, factum est uerbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorū, ut defenderet se. Vocauitq; omnes maiores natu, omnesq; duces & bellatores suos, & habuit cū eis mysterium consilij sui. Dixitq; cogitationē suam in eo esse, ut omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, uocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei, Egredere aduersum omne regnum occidentis: & contra eos B præcipue qui contempserunt imperium meum. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemq; urbem munitam subiugabis mihi. Tunc Holofernes uocauit duces, & magistratus uirtutis Assyriorum: & dinumerauit uiros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum uiginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia. Omnemque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiose: boum quoq; armenta, gregesq; ouium, quorum non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum uerò & argen

Eze. 9 b

argẽtum,de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse & omnis exercitus, C cum quadrigis & equitibus,& sagittarijs,qui cooperuerũt faciem terræ,sicut locustæ. Cũq; pertransisset fines Assyriorum,uenit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascenditq; omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. Effregit autem ciuitatẽ opinatissimam Melothi,prædauitq; omnes filios Tharsis & filios Ismael, qui erant contra faciem deserti,& ad austrum terræ Chellon. Et transiuit Euphraten, & uenit in Mesopotamiam:& fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi,à torrente Mambre, usq;quo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius à Cilicia usq; ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. Abduxitq; omnes filios Madiã,& prædauit omnem locupletationem eorum, omnesq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis,& succendit omnia sata, omnesq; arbores & uineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

CAP. III

Multarum nationum principes se dedunt in quos mirã tyrannidẽ exercent Nabuchodonosor et Holofernes

TVnc miserunt legatos suos uniuersarum urbium, ac prouinciarum reges ac principes, A Syriæ scilicet & Mesopotamiæ,& Syriæ Sobal,& Libyæ, atq; Ciliciæ, qui uenientes ad Holofernem,dixerunt, Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim ut uiuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno,& subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra,omnisq; possessio,omnes montes & colles & campi,& armenta boum,gregesq; ouium & caprarum,equorũq; B & camelorum,& uniuersæ facultates nostræ atq; familiæ in conspectu tuo sunt,sint omnia nostra sub lege tua. Nos etiam & filij nostri,serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & utere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus in uirtute magna,& obtinuit omnem ciuitatem,& omnem inhabitantem terram. De uniuersis autem urbibus,assumpsit sibi auxiliarios uiros fortes,& electos ad bellum. Tãtusq; me- C tus prouincijs illis incubuit,ut uniuersarum urbium habitatores principes & honorati simul cum populis exirent in obuiam uenienti, excipientes illum cum coronis & lampadibus ducentes choros in tympanis & tibijs. Nec ista tamen facientes,ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex,ut omnes deos terrę exterminaret,uidelicet ut ipse solus dice- D retur deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potẽtia subiugari. Pertransiens autem Syriã Sobal,& omnem Apameam,omnemq; Mesopotamiam,uenit ad Idumæos in terram Gabaa,accepitq; ciuitates eorum,& sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit uniuersum exercitum uirtutis suæ.

CAP. IIII

Israelitæ sæuitia Nabuchodonosoris territi suas prouincias muniunt, & deum precibus ac ieiunijs implorant

TVnc audientes hæc filij Israel,qui habitabãt in terra Iuda,timuerũt ualde à facie eius. A Tremor etiam & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Hierusalem & templo domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum usque Iericho:& præoccupauerunt omnes uertices montium. Et muris circundederunt uicos suos,& congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad uniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni,iuxta Dothain,& uniuersos per quos uiæ transitus esse poterat,ut obtinerent ascensus montium,per quos uia esse poterat ad Hierusalem,& illic custodirent ubi angustũ iter esse poterat inter montes. Et fecerunt filij Israel secundum quod constituerat eis sacer- B dos domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiunijs & orationibus,ipsi & mulieres eorum. Et induerũt se sacerdotes cilicijs,& infantes prostrauerunt contra faciem templi domini, & altare domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad dominum deum Israel unanimiter, ne darentur in prædã infantes eorum, & uxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem,& fierent in opprobrium gentibus. Tunc Eliachim sacerdos domini magnus circuiuit omnem Israel,allocutusq; est eos,dicens, Scitote quoniam exaudiet dominus preces uestras, si manentes permanseritis in ieiunijs, & orationibus in conspectu C domini. Memores estote Moysi serui domini, qui Amalech confidentem in uirtute sua, & in poten

in potentia sua,& in exercitu suo,& in clypeis suis,& in curribus suis,& in equitibus suis,non ferro pugnando,sed precibus sanctis orando deiecit.sic erunt uniuersi hostes Israel,si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecãtes dominũ permanebant in conspectu domini, ita ut etiã hi qui offerebant domino holocausta, præcincti cilicijs offerrent sacrificia domino,& erat cinis supra capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant deum,ut uisitaret populum suum Israel.

CAP. V

A NVntiatumq; est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quod filij Israel præpararẽt se ad resistendum,ac montium itinera conclusissent:& furore nimio exarsit in iracundia magna:uocauitq; omnes principes Moab & duces Ammõ,& dixit eis,Dicite mihi quis sit populus iste,qui mõtana obsidet:aut quæ & quales,& quantæ sint ciuitates eorum : quæ etiam sit uirtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, uel quis rex militiæ illorum , & quare præ omnibus qui habitant in oriente,isti contempserunt nos, & non exierunt in obuiam nobis,ut susciperent nos cum pace? Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondẽs, ait,Si digneris audire domine mi, dicam ueritatem in conspectu tuo de populo isto ,qui in montanis habitat,& non egredietur uerbum falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldæorum est. hic primum in Mesopotamia habitauit quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum,qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaq; ceremonias patrum suo B rum,quæ in multitudine deorum erant,unum deum cœli coluerunt,qui & pręcepit eis ut exirent inde,& habitarent in Charan. Cumq; operuisset omnem terram fames, descenderunt in Aegyptum, illicq; per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumq; grauaret eos rex Aegypti, atq; in ædificatiõibus urbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerũt ad dominum suum,& percussit totam terram Ægypti plagis uarijs. Cumq; eiecissent eos Aegyptij à se,& cessasset plaga ab eis,& iterum eos uellent capere,& ad suum seruitium reuocare,fugientibus his deus cœli,mare aperuit,ita ut hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco dum innumerabilis exercitus Aegyptiorum eos persequeretur,ita aquis coopertus est ,ut non remaneret uel unus qui factum posteris nuntiaret. Egressus etiam mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam ho C mo habitare potuit, uel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt. Vbicunque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio,deus eorum pugnauit pro eis, & uicit. Et non fuit qui insultaret populo isti,nisi quando recessit à cultu domini dei sui. Quotiescunq; autem præter ipsum deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse à cultura dei sui, dedit eis deus cœli uirtutem resistendi. Deniq; Chananæum regem, & Iebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Heuæum,& Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt: & usq; dum non peccarent in conspectu dei sui erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent à uia quam dederat illis deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suã. Nuper autem reuersi ad dominum deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adu D nati sunt,& ascenderunt montana hæc omnia,& iterum possident Hierusalem,ubi sunt sancta sanctorum. Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum:& ascendemus ad illos, quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si uerò non est offensio populi huius coram deo suo,nõ poterimus resistere illis,quoniam deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium uniuersæ terræ. Et factum est cum cessasset loqui Achior uerba hæc,irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum, Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus eius,homines inermes, & sine uirtute, & sine peritia artis pugnæ? Vt ergo cognoscat Achior quoniam fallit nos,

Holofernes cognoscens Iudæos rebellare paratos incandescit, cui Achior eorũ progeniem recenset

Gen.11.a

Exod.14.e

Exod.16.a

Iudic 2.3.4

Iosue 12.b

1 Esdr.2.a

ascendamus in montana:& cum capti fuerint potentes eorũ,tunc cum eisdem gladio trans/ uerberabitur: ut sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

CAP. VI

Iudæi Achiorem Holofernis iussu arbori alligatũ offendentes soluunt, & benigne tractant, dehinc domini auxiliũ inuocant

A FActum est autem cum cessassent loqui,indignatus Holofernes uehemẽter dixit ad Achior, Quoniam prophetasti nobis dicens, quod gens Israel defendatur à deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est deus,nisi Nabuchodonosor, cum percusserimus eos omnes sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis: & omnis Israel tecum perditiõe disperiet:& probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit uniuersæ terræ.tuncq; gladius militiæ meæ transiet per latera tua,& confixus cades inter uulneratos Israel,& nõ respirabis ultra:donec extermineris cum illis. Porrò autem si prophetiã tuã uerã existimas,non cõcidat uultus tuus,& pallor qui faciẽ tuam obtinet,abscedat à te,si uerba mea hæc putas impleri nõ posse. Vt aũt noueris quia simul cum illis hæc experieris,ecce ex hac hora illorum populo sociaberis.ut dum dignas mei gladij pœnas exceperint,ipse si- B mul ultioni subiaceas. Tunc Holofernes præcepit seruis suis ut cõprehenderent Achior, & perducerent eũ in Bethuliã, & traderẽt eum in manus filiorũ Israel.Et accipientes eum serui Holofernis,profecti sunt per campestria:sed cum appropinquassent ad montana,exierunt cõtra eos fundibularij.Illi aũt diuertentes à latere montis,ligauerunt Achior ad arborẽ manibus ac pedibus,& sic uinctum de restibus dimiserunt eum,& reuersi sunt ad dominũ suũ. Porrò filij Israel descendentes de Bethulia,uenerunt ad eum. Quem soluẽtes duxerunt ad Bethuliam,atq; in medium populi illum statuentes, percũctati sunt quid rerum esset quod illum uinctum Assyrij reliquissent.In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon,& Charmi,qui & Gothoniel.In medio itaq; seniorum, & in conspectu om- C nium,Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus, & qualiter populus Holofernis uoluisset propter hoc uerbum interficere eum, & queadmodum ipse Holofernes iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: ut dũ uicerit filios Israel,tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire supplicijs,propter hoc quod dixisset,Deus cœli defensor eorum est.Cumq; Achior uniuersa hæc exposuisset,omnis populus cecidit in faciem,adorantes dominum, & cõmuni lamentatione & fletu unanimes preces suas domino effuderunt, dicentes,Domine deus cœli & terræ,intuere superbiam eorum,& respice ad nostram humilitatem,& faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te:& præsumentes de se, & de sua uirtute gloriantes, humilias.Finito itaq; fletu, D & per totam diem oratione populorum completa,consolati sunt Achior dicentes,Deus patrum nostrorum,cuius tu uirtutem prædicasti,ipse tibi hanc dabit uicissitudinem,ut eorum magis tu interitum uideas.Cum uerò dominus deus noster dederit hanc libertatem seruis suis,sit & tecum deus in medio nostri:ut sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum.Tunc Ozias finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam. Et uocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt. Postea uerò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à deo Israel.

Supra 5 b

CAP. VII

Bethuliam obsessam adeo premit Holofernes, ut deditionẽ cogitarent Iudæi,eã in quinq; dies producit Ozias

A HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis ut ascenderent contra Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum centum uiginti millia, & equites uigintiduo millia,præter præparationes uirorum illorum quos occupauerat captiuitas,& abducti fuerant de prouincijs,& urbibus uniuersæ iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnã contra filios Israel,& uenerunt per crepidinem mõtis usq; ad apicem,qui respicit super Dothain,à loco qui dicitur Belma usq; ad Chelmon,qui est cõtra Esdrelon. Filij autem Israel, ut uiderunt multitudinem illorum,prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes ut deus Israel misericordiam suam ostẽderet super populum suum. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa,& erant custodientes ea tota die ac nocte. Porrò Holofernes,dum B circuit per gyrum, reperit quod fons qui influebat, aquæductum illorum à parte australi extra

extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum. Erant tamen non longe à muris fontes, ex quibus furtim uidebantur haurire aquã ad refocillandum potius, quàm ad potandum. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem dicentes, Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, uel certe fatigati tradẽt ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. Et placuerunt uerba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. Cumq; ista custodia per dies uiginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita ut non esset intra ciuitatem unde satiarentur uel una die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes uiri, fœminæq;, iuuenes & paruuli, omnes simul una uoce dixerunt, Iudicet deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyrijs, & propter hoc uendidit nos deus in manibus eorum. Et ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna. Et nunc congregate uniuersos qui in ciuitate sunt, ut sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius est enim ut captiui benedicamus dominum uiuẽtes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum uiderimus uxores nostras & infantes nostros mori ante oculos nostros. Contestamur hodie cœlum & terram, & deum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundum peccata nostra, ut iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, ut sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cum hæc dixissent, factus est fletus & ululatus magnus in ecclesia omnibus, & per multas horas una uoce clamauerunt ad deum, dicẽtes, Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Tu quia pius es miserere nostri, aut in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo qui ignorat te: ut non dicant inter gentes, Vbi est deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias, infusus lachrymis, dixit, Aequo animo estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinq; diebus non uenerit adiutorium, faciemus hæc uerba quæ locuti estis.

Psal. 105 a

CAP. VIII

ET factum est, cum audisset hæc uerba Iudith uidua quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Rubẽ: & uir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ. instabat enim super alligantes manipulos in campo, & uenit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Iudith relicta eius uidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus uitæ suæ, præter sabbatha & neomenias, & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui uir suus reliquerat diuitias multas & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum ualde: nec erat qui loqueretur de illa uerbum malum. Hæc itaq; cum audisset quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et uenerunt ad illam, & dixit illis. Quod est hoc uerbum, in quo consensit Ozias, ut tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinq; dies non uenerit uobis adiutorium? Et qui estis uos, qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis uos tempus miserationis domini, & in arbitrium uestrum diem constituistis ei. Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus. non enim quasi homo, sic deus comminabitur: neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Vidua Iudith irata sacerdotibus instruit eos quõ populus sit animãdus, inde cõsultat de uindicãdis hostibus

Et ideo humiliemus illi animas nostras: & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi dicamus flentes domino, ut secundum uoluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: ut sicut cõturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum qui dereliquerunt deũ suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in cõfusionem inimicis suis. nos autem alterum deum nescimus pręter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quæcunq; insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniam uos estis presbyteri in populo dei, & ex uobis pendet anima illorum, ad eloquium uestrum corda eorum erigite, ut memores sint quia tentati sunt patres nostri, ut probarentur si uerè colerent deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes nõ susceperunt cum timore domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his quæ patimur: sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias & presbyteri, Omnia quæ locuta es, uera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, dei esse cognoscitis: ita quod facere disposui, probate si ex deo est: & orate, ut firmum faciat deus consilium meum. Stabitis uos ad portam nocte ista, & ego exeam cum abra mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat dominus populum suum Israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum: & usque dum renuntiem uobis nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

Gen. 22 a — 1. Cor. 10 b

CAP. IX

Oratio Iudith ad dominum

QVibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratoriũ suum: & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum: & prosternens se domino, clamabat ad dominum, dicens, Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui uiolatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur uirginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prędam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te domine deus meus mihi uiduæ. Tu enim fecisti priora, & illa, pòst illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse uoluisti. Omnes enim uiæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorum uidere dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos. Sic fiant & isti domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, lanceis gloriantur, & nesciunt quia tu ipse es deus noster, qui conteris bella ab initio, & dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum, sicut ab initio: & allide uirtutem illorum in uirtute tua: cadat uirtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se uiolare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur, capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meæ. Da mihi in animo constantiam, ut contẽnam illum: & uirtutem, ut euertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerit eum. Non enim in multitudine est uirtus tua domine, neque in equorum uiribus uoluntas tua est. Nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit

Exo. 14 c — Iudic. 4 d 5 d

deprecatio. Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. Memento domine testamenti tui, & da uerbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, & domus tua in sanctificatione tua permaneat, & omnes gentes agnoscant quia tu es deus, & non est alius præter te.

CAP. X

Iudith post preces splendidissime exculta, comite famula proficiscitur in castra Holofernis, et capitur

A FActum est autem, cum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad dominum. Vocauitq; abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se ciliciū, & exuit se uestimentis uiduitatis suæ, & lauit corpus suum, & unxit se myrto optima, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se uestimentis iucunditatis suæ, induitq; sandalia pedibus suis, assumpsitq; dextraliola & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiam dominus cōtulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex uirtute pendebat: & ideo dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Imposuit itaq; abræ suæ ascoperā uini, & uas olei, & polentā, & lapates, & B panes, & caseum, & profecta est. Dumq; uenissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectātem Oziam, & presbyteros ciuitatis. Qui cum uidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire dicentes, Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua uirtute corroboret, ut glorietur super te Hierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. Et dixerunt hi qui illic erant, omnes una uoce: Fiat fiat. Iudith uero orās dominum, transiuit per portas ipsa & abra eius. Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam dicentes, Vnde uenis? aut quò uaC dis? Quæ respondit, Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quod dentur uobis in deprædationem, pro eo quod contemnentes uos, noluerunt ultrò tradere seipsos, ut inuenirent misericordiam in conspectu uestro. Hac de causa cogitaui mecum, dicens, Vadam ad faciem principis Holofernis ut indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos: ita ut non cadat uir unus de exercitu eius. Et cū audissent uiri illi uerba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam, Conseruasti animā tuā, eo quòd tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias, D quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. Cumq; intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum satellites eius. Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum: & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternēs se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

Supra 8 c

CAP. XI

Iudith itineris causam astute Holoferni aperit

A TVnc Holofernes dixit ei, Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui uiro qui uoluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi ut uenires ad nos? Et dixit illi Iudith, Sume uerba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris uerba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet dominus tecum. Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & uiuit uirtus eius quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniā non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. Nuntiatur enim animi tui industria uniuersis gentiB bus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur. Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. Constat enim deum nostrum sic peccatis offensum, ut mādauerit per prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis suis.

Supra 5 4

M 5 Et quoniam

Et quoniam sciunt se offendisse deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. Deniq; hoc ordinant, ut interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum, & sancta domini dei sui, quæ præcepit deus non contingi, in frumento, uino & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & uolunt consumere quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniam hæc faciunt, C certum est quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & ueniens nũtiabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Hierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit uel unus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam dei. Et quoniam iratus est illis deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt autem omnia uerba hæc coram Holoferne, & co- D ram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum, Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu uerborum. Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit deus, qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostris. & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc deus tuus, erit & deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in uniuersa terra.

CAP. XII

Holofernes iubet Iudith humaniter tractari, & suo permitti arbitrio, hinc uocat eam ad se cõuiuatũ, et ipse inebriatur

TVnc iussit eam introire ubi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & con- A stituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respondit Iudith, & dixit, Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne ueniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat. Et petijt dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecãdi dominum. B Et præcepit cubicularijs suis, ut sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorãdum deum suũ per triduum. Et exibat noctibus in uallem Bethuliȩ, & baptizabat se in fonte aquæ. Et ut ascendebat, orabat ad dominum deum Israel, ut dirigeret uiam eius ad liberationem populi sui. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, usq; dum acciperet escam suam in uespere. Et factum est in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebræam illam ut sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat uirum, agendo ut immunis ab eo transeat. C Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non uereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bibat uinum in iucunditate. Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, ut contradicam domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus uitæ meæ. Et surrexit & ornauit se uestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscen- D tia eius. Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudith, Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucũdus factus est Holofernes ad eam, bibitq; uinum multum nimis, quantum nunquam biberat in uita sua.

CAP. XIII

Ebrio Holoferni caput abscindit Iudith et suis perfert ciuib. quos ad laudandũ deũ incitat

VT autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Va- A gao ostia cubiculi, & abijt. erant autem omnes fatigati à uino. Eratq; Iudith sola in cubiculo. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitq; Iudith puellæ suȩ ut staret foris ante cubiculum, & obseruaret. Stetitq; Iudith ante lectum orans cum lachrimis, & labiorum motu in silentio dicens, Confirma me domine deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, ut sicut promisisti, Hierusalem ciuitatem tuam eri-

gas

gas:& hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. Et cum hæc dixisset, accessit ad columnā, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat ex soluit. Cumq́ꝫ euaginasset illum, apprehēdit comam capitis eius, & ait, Confirma me domine deus in hac hora. & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopeum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit ut mitteret illud in peram suam. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra & gyrantes uallem, uenerunt ad portam ciuitatis. Et dixit Iudith à longe custodibus murorum, Aperite portas, quoniam nobiscum est deus, qui fecit uirtutem in Israel. Et factum est, cum audissent uiri uocem eius, uocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo usq́ꝫ ad maximum: quoniā sperabant eam iam non esse uenturam. Et ascendentes luminaria congyrauerunt circa eam uniuersi: illa autem ascēdens in eminentiorē locum, iussit fieri silentium. Cumq́ꝫ omnes tacuissent, dixit Iudith, Laudate dominum deum nostrū, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel, & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manum fœminæ percussit eum dominus deus noster. Viuit autem ipse dominus, quoniam custodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi cōmorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me dominus ancillam suā coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me uobis gaudentem in uictoria sua, in euasione mea, & in liberatione uestra. Cōfitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculū misericordia eius. Vniuersi autem adorantes dominū, dixerunt ad eam, Benedixit te dominus in uirtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam, Benedicta es tu filia à domino deo excelso, prę omnibus mulieribus super terram. Benedictus dominus qui creauit cœlum & terram, qui te direxit in uulnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, ut non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint uirtutis domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum dei nostri. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Porrò Achior uocatus uenit, & dixit ei Iudith, Deus Israel cui tu testimonium dedisti quod ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contēptu superbiæ suæ deum Israel cōtempsit, & tibi interitū minabatur, dicens. Cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autē Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciē suā super terrā, & æstuauit anima eius. Postea uerò q́ꝫ resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eā, & dixit, Benedicta tu à deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuū, magnificabitur super te deus Israel.

Psal. 105 a & 106 a

CAP. XIIII

Caput Holofernis in muro suspēditur, Iudæi obruūt Assyrios, & Achior circūciditur

Dixit autem Iudith ad omnem populum, Audite me fratres: Suspendite caput hoc super muros nostros: & erit, cum exierit sol, accipiat unusquisq́ꝫ arma sua, & exite cum impetu: non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumq́ꝫ duces eorum cucurrerint ad tabernaculū Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine uolutatū, decidet super eos timor. Cumq́ꝫ cognoueritis fugere eos, ite post illos securi quoniam dn̄s cōteret eos sub pedibus uestris. Tunc Achior uidens uirtutē quam fecit deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit deo, & circuncidit carnem prępucij sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius usque in hodiernum diem. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitq́ꝫ unusquisque uir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & ululatu. Quod uidentes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui in tabernaculo erant uenientes, & ante ingressum

cubiculi perstrepentes excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculū uirtutis Assyriorū pulsando aut intrando aperire. Sed cum uenissent eius duces ac tribuni, & uniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerūt cubicularijs, Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eā, uidensq; cadauer absq; capite Holofernis in suo sanguine tabefactū iacere super terrā, exclamauit uoce magna cum fletu, & scidit uestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exilijt foras ad populum, & dixit, Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Quod cum audissent principes uirtutis Assyriorum, sciderunt omnes uestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum ualde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAP. XV

Cognita Holofernis morte Assyrij fuga sibi consuluit, eorū spolijs potiuntur Israelitæ, & benedicitur Iudith

CVmq; omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & cōsilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus euadere festinabāt Hebræos, quos armatos super se uenire audierant, fugiētes per uias camporum & semitas collium. Videntes itaq; filij Israel fugientes, secuti sunt illos. Descenderuntq; clangentes tubis, & ululantes post ipsos. Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Israel uno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent. Misit itaq; Ozias nūtios per omnes ciuitates & regiones Israel. Omnis itaq; regio omnisq; urbs, electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousq; peruenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & honestati sunt ualde. Hi uerò qui uictores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum abstulerūt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, & iumētis, & uniuersis mobilibus eorum, ut à minimo usq; ad maximum omnes diuites fierent de prędationibus eorum. Ioachim autem summus pontifex de Hierusalem, uenit in Bethuliam cum uniuersis presbyteris suis, ut uideret Iudith. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes una uoce, dicentes. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificētia populi nostri, quia fecisti uiriliter, & cōfortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris, & post uirum tuum, alterū nescieris, ideo & manus domini confortauit te: & ideo eris benedicta inæternum. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Per dies autem triginta, uix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel. Porrò autem uniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & uestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & uirginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

CAP. XVI

Iudith canit domino epinicion, confluit populus Hierusalē ut laudet dominum, & Iudith moritur

TVnc cantauit canticum hoc domino Iudith, dicens,
Incipite domino in tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi psalmū nouum, exultate & inuocate nomen eius.

Dominus conterens bella, dominus nomē est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Supra 7 c

Venit Assur ex mōtibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt ualles.

Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurū gladio, infantes meos dare in prędam, & uirgines in captiuitatem.

Dominus aūt omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & cōfodit eum.

Non

Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.

B Exuit enim se uestimento uiduitatis, & induit se uestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel.

Vnxit faciem suam unguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.

Tunc ululauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

Filij puellarum cõpunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie domini dei mei.

Hymnum cantemus domino, hymnum nouum cantemus deo nostro.

C Adonai domine magnus es tu, & præclarus in uirtute tua, & quem superare nemo potest.

Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritũ tuum, & creata sunt, & non est qui resistat uoci tuæ. Psal. 32 b

Montes à fundamẽtis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciẽ tuam.

Qui autem timent te magni erunt apud te per omnia.

Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotẽs uindicauit in eis, in die iudicij uisitauit illos.

Dabit enim ignem & uermes in carnes eorum, ut urantur & sentiant usque in sempiternum.

Et factum est post hæc, omnis populus post uictoriam uenit in Hierusalem adorare dominum: & mox ut purificati sunt, obtulerunt holocausta, & uota, & repromissiones suas. Porrò Iudith uniuersa uasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, & per tres mẽses gaudium huius uictoriæ celebratum est cum Iudith. Post dies autem illos unusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat uniuersæ terræ Israel. Erat etiam uirtuti castitas adiuncta, ita ut non cognosceret uirũ omnibus diebus uitę suæ, ex quo defunctus est Manasses uir eius. Erat aũt diebus festis procedẽs cũ magna gloria. Mansit autem in domo uiri sui, annos cẽtum quinque, & dimisit abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum uiro suo in Bethulia. Luxitque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio uitæ eius nõ fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. Dies autem uictoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore usque in præsentem diem.

DIVI HIERONYMI IN LIBRVM ESTHER AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PRAEFATIO.

Librum Esther uarijs translatoribus constat esse uitiatum: quem ego de archiuis Hebræorum releuans, uerbum e uerbo expressius transtuli. Quem librum æditio uulgata, laciniosis hinc inde uerborum finibus trahit, addent ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus uerbis uti potuit qui iniuriam passus est, uel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam tantum bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum, per singula uerba nostram translationem aspicite: ut possitis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinę linguę tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec uituperatiões expauescimus. deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus, quoniam deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desiderant: & secundum Apostolum, qui huiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum, in libro Esther alphabetum ex minio usque ad Teth literam fecimus diuersis in locis, uolentes scilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi, etiam in Septuaginta æditione maluimus.

LIBER ESTHER

Assueri magnificũ conuiuiũ, ad quod accedere uxorẽ suã Vasthi nolentẽ repudiat, dehinc edictũ promulgat de uirorũ imperio in uxores.

I. A

IN DIEBVS Assueri, qui regnauit ab India usq; Aethiopiam super centum uiginti septem prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecerat grãde conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & pręfectis prouinciarum coram se, ut ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem atq; iactantiã potentię suæ multo tẽpore, centum uidelicet & octoginta diebus. Cumq; implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susan à maximo usq; ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in uestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris, & charpasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis atq; purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoq; aurei, & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario stratum lapide dispositi erant: quod mira uarietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & alijs atque alijs uasis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, ut sumeret unusquisque quod uellet. Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, ubi rex Assuerus manere cõsueuerat. Itaq; die septimo, cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas septẽ eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, ut introducerẽt reginam Vasthi corã rege, posito super caput eius diademate, ut ostẽderet cũctis populis, & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra ualde. Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, uenire contẽpsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit

B

C terrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum (erant autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admatha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchã, septem duces Persarum, atq; Medorum, qui uidebant faciẽ regis, & primi post eum residere soliti erant) cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. Respondítq; Mamuchan audiente rege, atq; principibus, Non solum regẽ læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, ut cõtemnant uiros suos, & dicãt. Rex Assuerus iussit ut regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes D principum coniuges Persarum, atq; Medorũ paruipẽdent imperia maritorum. unde regis iusta est indignatio. Si ergo tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atq; Medorum, quam præteriri illicitum est, ut nequaquam regina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, ut cunctæ uxores tã maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorẽ. Placuit consilium regi, & principibus: fecitq; iuxta consilium Mamuchan, & misit epistolas ad uniuersas prouincias regni sui, ut quæq; gẽs audire & legere poterat diuersis linguis, & literis, esse uiros principes, ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

CAP. II

Esther ex multis puellis imprimis placet Assuero, Mardochæus regi insidias apert

A His itaq; gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, uel quæ passa esset: dixeruntq; pueri regis, ac ministri eius, Quærantur regi puellę uirgines, ac speciosæ, & mittantur qui considerent per uniuersas prouincias puellas speciosas, & uirgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domũ fœminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum: & accipiãt mundum muliebrem, & cætera ad usus necessaria. & quæcũq; inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita ut suggesserant, iussit fieri. Erat uir Iudæus in Susan ciuitate, uocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine uocabatur Esther: & utrunque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora facie. B Mortuisq; patre eius, ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. Cumq; percrebuisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ uirgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur eunucho: Esther quoq; inter cæteras puellas ei tradita est, ut seruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in cõspectu illius. Et præcepit eunucho ut acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quàm pedissequas eius ornaret, atq; excoleret. Quæ noluit indicare ei populum, & patriam suam. Mardochæus enim præceperat ut de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante uestibulum domus, in qua electæ uirgines seruabãtur, curam agens salutis Esther & scire uolens quid ei accideret. Cum autem uenisset tempus singularum per ordinem puellarum, ut intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duodecimus uertebatur: ita dun C taxat, ut sex mensibus oleo ungerentur myrrhino, & alijs sex quibusdam pigmentis, & aromatibus uterentur. Ingredientesq; ad regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant: & ut eis placuerat, compositæ de triclinio fœminarum ad regis cubiculum transibant. Et quæ intrauerat uespere, egrediebatur mane: atque inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Sasagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regem ultrà redeundi, nisi uoluisset rex, & eam uenire iussisset ex nomine. Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque uoluit Egeus eunuchus custos uirginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa ualde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis

4. Reg. 24. d

gratiosa

gratiosa,& amabilis uidebatur. Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui uocatur Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi. Et iussit conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther. Et dedit requiem uniuersis prouincijs, ac dona largitus est, iuxta magnificentiã principalem. Cumque & secundo quærerentur uirgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis. necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mãdatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat ut eo tẽpore solita erat quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuã morabatur, irati sunt Bagathan, & Thares duo Eunuchi regis, qui ianitores erant & in primo palatij limine præsidebant: uolueruntque insurgere in regem, & occidere eum. Quod Mardochæum non latuit: statimque nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rẽ detulerat. Quæsitum est, & inuentũ: & appensus est uterque eorũ in patibulo. Mandatumque est historijs, & annalibus traditum coram rege.

Infra 6 a

D

CAP. III

Aman quod non coleretur à Mardocheo, omniũ Iudæorũ interitum ex rege impetrat

POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes principes quos habebat. Cunctique serui regis, qui in foribus palatij uersabantur, flectebãt genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis imperator. solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij præsidebant, Cur præter cæteros non obseruas mandatum regis? Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nolet audire, nuntiauerunt Aman, scire cupientes utrũ perseueraret in sententia. dixerat enim eis se esse Iudæum. Quod cum audisset Aman, & experimento probasset quod Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est ualde, & pro nihilo duxit in unum Mardochæum mittere manus suas. audierat enim quod esset gentis Iudææ. magisque uoluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. Mẽse primo (cuius uocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in urnam, quæ Hebraice dicitur Phur, coram Aman quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui uocatur Adar. Dixitque Aman regi Assuero, Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus, nouis utens legibus & ceremonijs, insuper & regis scita contemnens. Et optime nosti quod non expediat regno tuo ut insolescat per licentiam. si tibi placet, decerne ut pereat, & decem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex anulum quo utebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum, dixitque ad eum, Argentum quod tu polliceris, tuum sit: de populo age quod tibi placet. Vocatique sunt scribæ regis mense primo Nisan, tertiadecima die eiusdem mensis: & scriptum est ut iusserat Aman ad omnes satrapas regis, & iudices prouinciarum, diuersarumque gentium, ut quæque gens legere poterat & audire pro uarietate linguarum ex nomine regis Assueri: & literæ signatæ ipsius annulo missæ sunt per cursores regis ad uniuersas prouincias, ut occiderent atque delerẽt omnes Iudæos, à puero usque ad senem, paruulos & mulieres uno die, hoc est tertiodecimo mensis duodecimi, qui uocatur Adar, & bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hæc fuit, ut omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictam diem. Festinabant cursores, qui missi erant regis imperium explere. Statimque in Susan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis qui in urbe erant, flentibus.

A

B

C

D

CAP. IIII

Lugent Iudæi eorum causam Mardochæus per Ester agit apud regem

QVæ cum audisset Mardochæus, scidit uestimenta sua, & indutus est sacco spargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis uoce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu usque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque prouincijs, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, ululatus, & fletus sacco & cinere multis pro stratu utentibus. Ingressæ autem sunt puellæ Esther & eunu-

A

chi, nuntiaueruntque ei. Quod audiens, consternata est: & uestem misit, ut ablato sacco induerent eum: quam accipere noluit. Accitoque Atach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præcepit ut iret ad Mardochæum, & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusque Atach, iuit ad Mardochæum stantem in platea ciuitatis ante ostium palatij. qui indicauit omnia quæ acciderant, quomodo Aman promisisset ut in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum. exemplar quoque edicti quod pendebat in Susan, dedit ei ut reginæ ostenderet, & moneret eam ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. Regressusque Atach, nuntiauit Esther omnia quæ Mardochæus dixerat. Quæ respondit ei, & iussit ut diceret Mardochæo: Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quòd siue uir, siue mulier non uocatus, interius atrium regis intrauerit, absque ulla cunctatione statim interficiatur: nisi forte rex auream uirgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita posit uiuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non sum uocata ad eum? Quod cum audisset Mardochæus, rursum mandauit Esther, dicens: Ne putes quòd animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis. si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi: & tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit utrum idcirco ad regnum ueneris, ut in tali tempore parareris? Rursumque Esther hæc Mardochæo uerba mandauit: Vade, & congrega omnes Iudæos quos in Susan reperreris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens non uocata, tradensque me morti & periculo. Iuit itaque Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Esther præceperat.

CAPVT V

Instinctu Esther Amã uocatur à rege ad cõuiuium, ubi suũ odium in Mardochæum declarat, & patibulũ ei suspẽdendo extruit

Die autem tertio induta est Esther regalibus uestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra basilicam regis: at ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra ostium domus. Cúmque uidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam uirgam auream quam tenebat manu. Quæ accedens, osculata est summitatem uirgæ eius. Dixitque ad eam rex: Quid uis Esther regina? Quæ est petitio tua? Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Si regi placet, obsecro ut uenias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium quod paraui. Statimque rex: Vocate, inquit, citò Aman: ut Esther obediat uoluntati. Venerunt itaque rex & Aman ad conuiuium quod eis regina parauerat. Dixitque ei rex, postquàm uinum biberat abundanter: Quid petis ut detur tibi? & pro qua re postulas? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Cui respondit Esther: Petitio mea, & preces sunt istæ, Si inueni in conspectu regis gratiam, & si regi placet ut det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: ueniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi uoluntatem meam. Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cumque uidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est ualde: & dissimulata ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares uxorem suam: & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quanta cum gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium uocauit ad conuiuium cum rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu uidero Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias. Responderuntque ei Zares uxor eius, & cæteri amici: Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi, ut appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuitque ei consilium, & iussit excelsam præparari crucem.

CAPVT VI

In Mardochæum trãsferuntur summi honores, et Amã eum cogitur prædicare publice

Noctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias & annales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur, uentum est ad illum locum, ubi scriptum erat, quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium.

Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei serui illius, ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit. Statimq; rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, ut suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri: Amã stat in atrio. Dixitq; rex: Ingrediatur. Cumq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri uiro, quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, nisi se, uellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui uestibus regijs: & imponi super equum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat: Sic honorabitur, quencunque uoluerit rex honorare. Dixitq; ei rex: Festina, & sumpta stola & equo, fac ita ut locutus es, Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quæ locutus es prætermittas. Tulit itaq; Aman stolam & equum, indutumq; Mardochæum, in platea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atq; clamabat: Hoc honore condignus est, quencunq; rex uoluerit honorare. Reuersusq; est Mardochæus ad ianuam palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite: narrauitq; Zares uxori suæ & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos secum habebat in consilio, & uxor eius: Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti: non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus, uenerunt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuium quod regina parauerat, pergere compulerunt.

CAPVT VII

Esther & sibi & Iudæis incolumitatẽ impetrat, & Aman in locum Mardochæi suspenditur

INtrauit itaque rex & Aman, ut biberent cum regina. Dixitq; ei rex etiam secunda die postquàm uino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther, ut detur tibi? & quid uis tibi fieri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis, ò rex, & si placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, ut conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque utinam in seruos & famulas uenderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. Respondensq; rex Assuerus, ait: Quis est iste: & cuius potentiæ, ut hæc audeat facere? Dixitq; Esther: Hostis & inimicus noster pessimus, iste est Aman. Quod ille audiens, ilicò obstupuit, uultum regis ac reginæ ferre non sustinens. Rex autem iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum. Aman quoq; surrexit, ut rogaret Esther reginam pro anima sua. intellexit enim à rege sibi paratum malum. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther: & ait: Etiam reginam uult opprimere, me præsente, in domo mea. Necdum uerbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius. Dixitq; Harbona, unus de eunuchis qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAPVT VIII

Bona Aman traduntur Esther, & edicta quæ in Iudæorum exitiũ publicarat Amã reuocãtur, inde plurimum gaudẽt Iudæi

DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman aduersarij Iudæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. Tulitq; rex annulum quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitq;, & locuta ad eum orauit ut malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur. Illaque consurgens stetit ante eum, & ait: Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei uidetur esse contraria, obsecro ut nouis epistolis ueteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præcepe-

rat

rat,corrigantur,Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei?
Respondit rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo:Domum Aman con/cessi Esther reginæ: & ipsum iussi affigi cruci,quia ausus est manum mittere in Iudæos.
Scribite ergo Iudæis, sicut uobis placet,ex regis nomine,signantes litteras annulo meo.
Hæc enim consuetudo erat,ut epistolis quæ ex regis nomine mittebantur,& illius annulo signatæ erant,nemo auderet contradicere. Accitis scribis & librarijs regis (erat autem tempus tertij mensis,qui appellatur Siban) uicesima & tertia die illius scriptæ sunt episto/læ ut Mardochæus uoluerat,ad Iudæos & ad principes,procuratores & iudices,qui cen
C tum uigintiseptem prouincijs ab India usque ad Æthiopiam præsidebant,prouinciæ atq prouinciæ,populo & populo iuxta linguas & literas suas,& Iudæis,prout legere poterant & audire.Ipsæq epistolæ quæ ex regis nomine mittebantur,annulo ipsius obsignatę sunt, & missæ per ueredarios:qui per omnes prouincias discurrentes,ueteres literas nouis nun/tijs præuenirent.Quibus imperauit rex,ut conuenirent Iudæos per singulas ciuitates,& in unum præciperent congregari,ut starent pro animabus suis,& omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & uniuersis domibus interficerent atq delerent.Et constituta est per omnes prouincias una ultionis dies,id est tertiadecima mēsis duodecimi Adar. Summaq epistolæ hæc fuit,ut in omnibus terris ac populis qui regis Assueri subiacebant imperio,
D notum fieret paratos esse Iudæos ad capiendam uindictam de hostibus suis. Egressiq sunt ueredarij celeres nuntia perferentes,& edictum regis pependit in Susan. Mardochæ/us autem de palatio & de conspectu regis egrediens fulgebat uestibus regijs,hyacinthinis uidelicet & ærinis coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque pur/pureo.Omnisq ciuitas exultauit,atq læta est.Iudæis autem noua lux oriri uisa est,gau/dium,honor & tripudium.Apud omnes populos,urbes atque prouincias quocunq regis præcepta ueniebant,mira exultatio,epulæ atque conuiuia & festus dies:intantum ut plu/res alterius gentis & sectæ,eorum religioni & ceremonijs iungerentur.Grandis enim cun/ctos Iudaici nominis terror inuaserat.

CAPVT IX

Iudæi de hostibus se ulciscuntur, & suspensis filijs Amā cum aliquot alijs inimicorū festa domino celebrant

A IGitur duodecimi mensis,quem Adar uocari antè iam diximus, tertiadecima die quan/do cunctis Iudæis interfectio parabatur,& hostes eorum inhiabant sanguini,uersa uice Iudæi superiores esse cœperunt,& se de aduersarijs uindicare.Congregatiq sunt per sin/gulas ciuitates & oppida & loca,ut extenderent manum contra inimicos & persecutores suos.Nullusq ausus est resistere,eo quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret.Nam & prouinciarum iudices & duces & procuratores,omnisq dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat,extollebant Iudæos timore Mardochæi:quem princi/pem esse palatij,& plurimum posse cognouerant.fama quoq nominis eius crescebat quo
B tidie,& per cunctorum ora uolitabat.Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga ma/gna,& occiderunt eos,reddentes eis quod sibi parauerant facere:intantum,ut etiam in Su san quingentos uiros interficerent,extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorum ista sunt nomina, Pharsandatha & Delphon & Esphatha & Phoratha & Ada/lia & Aridatha & Phermesta & Arisai & Aridai & Iezatha.Quos cum occidissent,præ/das de substantijs eorum agere noluerunt. Statimq numerus eorum qui occisi erant in Susan,ad regem relatus est.Qui dixit reginæ:In urbe Susan interfecerunt Iudæi quingen tos uiros,& alios decem filios Aman:quantam putas eos exercere cædem in uniuersis pro
C uincijs? Quid ultrà postulas? & quid uis ut fieri iubeam? Cui illa respondit:Si regi placet, detur potestas Iudæis,ut sicut fecerunt hodie in Susan,sic & cras faciant,& decem filij Aman in patibulis suspendantur.Præcepitq rex ut ita fieret.Statimq in Susan pependit edictum,& decem filij Aman suspensi sunt.Congregatis Iudæis quartadecima die men/sis Adar interfecti sunt in Susan trecenti uiri:nec eorum ab illis direpta substantia est.Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebant,pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis:intantum ut septuagintaquinque millia occiso/

rum implerentur, & nullus de substantijs eorum quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar unus apud omnes interfectionis fuit,& quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem,ut in eo omni tempore deinceps uacarent epulis,gaudio atq; conuiuijs. At hi qui in urbe Susan cædem exercuerant,tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde uersati sunt:quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solennem,epularum atq; lętitiæ. Hi uerò Iudæi qui in oppidis non muratis ac uillis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt,ita ut exultent in eo,& mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. Scripsit itaq; Mardochæus omnia hæc,& literis comprehensa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouincijs morabantur,tam in uicino positis quàm procul,ut quartamdecimam & quintàdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertente semper anno solenni celebrarent honore:quia in ipsis diebus se ulti sunt Iudæi de inimicis suis,& luctus atq; tristitia in hilaritatem gaudiumq; conuersi sunt,essentq; dies isti epularum atq; lætitiæ,& mitterent sibi inuicem ciborum partes,& pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntq; Iudæi in solennem ritum cuncta,quæ eo tempore facere cœperant,& quæ Mardochæus literis facienda mandauerat. Aman enim filius Amadathi stirpis Agag,hostis & aduersarius Iudæorum,cogitauit contra eos malum,ut occideret illos,atq; deleret:& misit Phur,quod nostra lingua uertitur in sortem. Et postea ingressa est Esther ad regem,obsecrans ut conatus eius,literis regis irriti fierent:& malum quod contra Iudæos cogitauerat,reuerteretur in caput eius. Deniq; & ipsum & filios eius affixerunt cruci,atq; ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim,id est sortium:eo quòd phur id est sors,in urnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt,epistolæ,id est libri huius uolumine continentur:quæq; sustinuerunt,& quæ deinceps immutata sunt,susceperunt Iudæi super se & semen suum,& super cunctos qui religioni eorum uoluerunt copulari,ut nulli liceat duos hos dies absq; solennitate transigere:quos scriptura testatur,& cætera expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus. Isti sunt dies,quos nulla unquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt:nec est ulla ciuitas,in qua dies phurim,id est sortium,non obseruentur à Iudæis,& ab eorum progenie, quæ his ceremonijs obligata est. Scripseruntq; Esther regina filia Abihail,& Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam,ut omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum,& miserunt ad omnes Iudæos,qui in centum uigintiseptem prouincijs regis Assueri uersabantur,ut haberent pacem & susciperent ueritatem,obseruantes dies sortium,& suo tempore cum gaudio celebrarent:sicut constituerant Mardochæus & Esther,& illi obseruanda susceperunt à se & à semine suo ieiunia & clamores & sortium dies,& omnia quæ libri huius qui uocatur Esther,historia continentur.

CAP. X

Assueri imperij magnitudo

REx uerò Assuerus omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias,cuius fortitudo & imperium & dignitas atq; sublimitas,qua exaltauit Mardochæum,scripta sunt in libris Medorum atq; Persarum:& quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit:& magnus inter Iudæos,& acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo,& loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Quæ habentur in Hebræo,plena fide expressi. Hæc autem quæ sequuntur,scripta reperi in æditione uulgata,quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur.quod iuxta consuetudinem nostram obelo,id est ueru prænotauimus.

Dixitq; Mardochæus:A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij quod uideram, hæc eadem significantis:nec eorum quicquam irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium & in lucem solemq; conuersus est,& in aquas plurimas redundauit:Esther est,quam rex accepit uxorem,& uoluit esse reginam. Duo autem dracones:ego sum,& Aman. Gentes quæ conuenerant:hi sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea:

Israel est

Israel est,quæ clamauit ad dominum,& saluum fecit dominus populum suum:liberauitq; nos ab omnibus malis,& fecit signa magna atque portenta inter gentes:& duas sortes esse D præcepit,unam populi dei,& alteram cunctarum gentium. uenitq; utraque sors in statutum ex illo iam tempore diem coram deo uniuersis gentibus: & recordatus est dominus populi sui,ac misertus est hæreditatis suæ.Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima.& quintadecima die eiusdem mensis,cum omni studio & gaudio in unum cœtum populi congregati,in cunctas deinceps generationes populi Israel.

CAP. XI

A ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus,qui se sacerdotem & Leuitici generis ferebat,& Ptolemæus filius eius hanc epistolam phurim,quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoq; principium erat in æditione uulgata,tamen nec in Hebræo,nec apud ullum fertur interpretum.

B Anno secundo,regnante Artaxerxe maximo,prima die mensis Nisan,uidit somnium Mardochæus filius Iairi,filij Semei,filij Cis de tribu Beniamin:homo Iudæus,qui habitabat in urbe Susis,uir magnus,& inter primos aulæ regiæ.Erat autem de eo numero captiuorum,quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda:& hoc eius somnium fuit.Apparuerunt uoces & tumultus & tonitrua & terræ C motus,& conturbatio super terram:& ecce duo dracones magni,paratiq; contra se in prælium. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, ut pugnarent contra gentem iustorum. Fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ,& ingens formido super terram.Conturbataq; est gens iustorum timentium mala sua,& præparata ad mortem.Clamaueruntq; ad deum:& illis uociferantibus,fons paruus creuit in D fluuium maximum,& in aquas plurimas redundauit.Lux & sol ortus est,& humiles exaltati sunt,& deuorauerunt inclytos.Quod cum uidisset Mardochæus,& surrexisset de strato,cogitabat quid deus facere uellet,& fixum habebat in animo,scire cupiens quid significaret somnium.

Somniũ Mardochæi aliud

CAPVT XII

A MOrabatur autem eo tempore in aula regis,cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatij.Cumq; intellexit cogitationes eorum,& curas diligentius peruidisset,didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere:& nuntiauit su B per eo regi.Qui de utroq; habita quæstione,confessos iussit duci ad mortem.Rex autem quod gestum erat,scripsit in commentarijs:sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.Præcepitq; ei rex,ut in aula palatij moraretur,datis ei pro delatione muneribus.A C man uerò filius Amadathi Bugæus erat gloriosissimus coram rege,& uoluit nocere Mardochæo,& populo eius pro duobus eunuchis regis,qui fuerant interfecti.

Mardochæus secundò insidias Artaxerxi structas denudat

Hucusque procœmium.

D *Quæ sequuntur,in eo loco posita erant,ubi scriptum est in uolumine:Et diripuerunt bona uel substantias eorum.quæ in sola uulgata æditione reperimus.*

Epistolæ autem hoc exemplar fuit. CAP. XIII

A REx maximus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam,centum uigintiseptem prouinciarum principibus & ducibus,qui eius imperio subiecti sunt,salutem. Cum plurimis gentibus imperarem, & uniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, uolui nequaquam abuti potentiæ magnitudine,sed clementia & lenitate gubernare subiectos:ut absque ullo terrore uitam silentio transigentes,optata cunctis mortalibus pace fruerentur.Quærente autem me à consiliariis meis,quomodo posset hoc impleri,unus qui sapientia & fide cæteros præcellebat,& erat post regem secundus,Aman nomine,indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum,qui nouis uteretur legibus,& contra omnium gentium B consuetudinem faciens,regum iussa contemneret,& uniuersarum concordiam nationum sua dissensione uiolaret.Quod cum didicissemus,uidentes unam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis uti legibus,nostrisq; iussionibus contraire,& turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: iussimus ut quoscunque

Exẽplar epistolæ Artaxerxis contra Iudæos

Aman, qui omnibus prouincijs præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit: cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullúsque eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: ut nefarij homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant. C

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, ubi legitur: Pergensq; Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habetur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Oratio Mardochæi

Mardochæus autem deprecatus est dominum memor omnium operum eius, & dixit: Domine, domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere uoluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur: dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum. libenter enim pro salute Israel etiam uestigia pedum eius deosculari paratus essem. sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto deo meo. Et nunc domine rex, deus Abraham, miserere populi tui: quia uolunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium: ut uiuentes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoq; Israel pari mente & obsecratione clamauit ad dominum, eo quòd eis certa mors impenderet. D

CAPUT XIIII

Oratio Esther pro liberatione populi sui

Esther quoque regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cumq; deposuisset uestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis uarijs, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs, omniaq; loca in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum deum Israel, dicens: Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam: & cuius præter te, nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui à patre meo, quòd tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retrò maioribus suis, ut possideres hæreditatem sempiternam: fecistiq; eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum idolorum potentiæ deputantes, uolunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sæuire, disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam domine rex deorum, & uniuersæ potestatis, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pereat & cæteri qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, nisi te. Domine, habes omnem scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non

A B C D

& non biberim uinum libaminum:& nunquam lætata sit ancilla tua,ex quo huc translata sum usque in præsentem diem,nisi in te domine deus Abraham. Deus fortis super omnes exaudi uocem eorum qui nullam aliam spem habent,& libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

Hæc quoq; addita reperi in æditione uulgata.

CAPVT XV

A ET mandauit ei(haud dubium,quin Esther Mardochæus)ut ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua. Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ,quomodo nutrita sis in manu mea:quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem:& tu inuoca dominum,& loquere regi pro nobis,& libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

Die autem tertio deposuit uestimenta ornatus sui,& circundata est gloria sua.Cumq; B regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas:& super unam quidem innitebatur,quasi præ delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens:altera autem famularum sequebatur dominam,defluentia in humum indumenta sustentans.Ipsa autem roseo colore uultum perfusa,& gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia,stetit contra regem,ubi ille residebat super solium regni sui,in-C dutus uestibus regijs,auroq; fulgens & pretiosis lapidibus,eratq; terribilis aspectu.Cúmque eleuasset faciem,& ardentibus oculis furorem pectoris indicasset,regina corruit,& in pallorem colore mutato,lassum super ancillulam reclinauit caput.Conuertitq; deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exiliuit de solio: & sustentans eam ulnis suis,donec rediret ad se,his uerbis blandiebatur:Quid habes Esther? Ego sum frater tuus,noli metuere. Non morieris:non enim pro te,sed pro omnibus hæc lex constitu-D ta est.Accede igitur,& tange sceptrum.Cumq; illa reticeret,tulit auream uirgam,& posuit super collum eius,& osculatus est eam,& ait:Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: Vidi te domine quasi angelum dei,& conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Cumq; loqueretur, rursus corruit,& penè exanimata est.Rex autem turbabatur,& omnes ministri eius consolabantur eam.

Quo pacto Esther ad regem intrauerit,& ad eius aspectum territa fuerit

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis,quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit,quod & ipsum in Hebraico uolumine non habetur.

CAPVT XVI

A REx magnus Artaxerxes,ab India usque Æthiopiam centum uiginti septem prouinciarum ducibus ac principibus,qui nostræ iußioni obediunt,salutem dicit:Multi bonitate principum & honore,qui in eos collatus est,abusi sunt in superbiam:& non solum subiectos regibus nituntur opprimere,sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt moliuntur insidias.Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs,& humanitatis in se iura uiolare,sed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum uesaniæ proruperunt,ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant,& ita cuncta agunt,ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices,& ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt.Quæ res & ex ueteribus probatur histori js,& ex his quæ geruntur quotidie,quomo-B do malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis,si diuersa iubeamus ex animi nostri uenire leuitate,sed pro qualitate & necesßitate temporum,ut reipublicæ poscit utilitas,ferre sententiam.Et ut manifestius quod dicimus,intelligatis:Aman filius Amadathi,& animo,& gente Macedo,alienúsque à Persarum sanguine,& pietatem nostram sua crudelitate commaculans,peregrinus à nobis susceptus est:& tantam in se expertus humani-

tatem,ut pater noster uocaretur,& adoraretur ab omnibus, post regem secundus:qui in tantum arrogātiæ tumorem subleuatus est,ut regno priuare nos niteretur & spiritu. Nam Mardochæum,cuius fide & beneficijs uiuimus,& consortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans, ut illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem à pessimo mortalium, Iudæos neci destinatos,in nulla penitus culpa reperimus,sed econtrario iustis utentes legibus,& filios altissimi & maximi,semperque uiuentis dei, cuius beneficio,& patribus nostris & nobis regnum est traditum,& usque hodie custoditur. Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius urbis,id est Susan,& ipse qui machinatus est,& omnis cognatio eius pendet in patibulis:non nobis,sed deo reddente ei quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus,in cunctis urbibus proponatur,ut liceat Iudæis uti legibus suis. Quibus debetis esse adminiculo, ut eos qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi,qui uocatur Adar. hanc enim diem, deus omnipotens mœroris & luctus eis uertit in gaudium. Vnde & uos inter cæteros festos dies,hanc habetote diem,& celebrate eam cum omni lætitia,ut & in posterum cognoscatur omnes qui fideliter Persis obediunt,dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse particeps,gladio & igne pereat:& sic deleatur,ut non solum hominibus,sed etiam bestijs inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

LIBRI ESTHER

FINIS

DIVI HIERONYMI IN LIBRVM IOB PRAEFATIO

COGOR per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus & Theodotio, uel uerbum è uerbo, uel sensum è sensu, uel ex utroque commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expresserint: & omnia Veteris instrumenti uolumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos uel additos, uel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt: aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut quos plura intermisisse perspexerint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur: præcipuè in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper ædidimus, septingenti fermè aut octingenti uersus desunt: ut decurtatus & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hęc autem translatio nullum de ueteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nunc uerba, nunc sensus, nunc simul utrunque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur, & lubricus: & quod Græci rhetores uocant ἐσχηματισμένος, dum qui aliud loquitur, aliud agit: ut si uelis anguillam uel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius uoluminis, Lyddæum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc unum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque uoluminis, usque ad uerba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porrò à uerbis Iob, in quibus ait: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo: usque ad eum locum ubi ante finem uoluminis scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri uersus sunt, dactylo spondeoque currentes: & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum solutis: quod metrici magis, quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autem uersu usque ad finem libri, paruum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quòd si cui uidetur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos: & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari & Alcei & Sapphus, uel Psalterium uel Lamentationes Ieremiæ, uel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi: legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me uerum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc uolumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum uitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent, qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus, & in Latinis penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos post Septuaginta æditionem, iam Christi euangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus ac Theodotio Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione cælarunt, & tamen in hexaplis habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis uiris: quantò magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & uexillum crucis in mea fronte portans (cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) uel à fastidiosis uel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui uolunt, ueteres libros uel in membranis purpureis aurò argentoque descriptos, uel uncialibus (ut uulgò aiunt) literis onera magis exarata, quàm codices: dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos. Vtraque autem æditio, & Septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat unusquisque quod uult: & studiosum me magis, quàm maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM PRAEFATIO
IN EVNDEM LIBRVM E SEPTVAGINTA uersum, sed additis notulis.

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in sudore uultus mei comederem panem, & uentris opus solicita mente pertractarem: nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam saluatoris, uolo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum uoluminum uiam sentibus uirgultisq; purgare: error mihi geminus infigitur: corrector uitiorum, falsarius uocor, & errores non auferre, sed facere. Tanta est enim uetustatis consuetudo, ut etiam confessa plerisque uitia placeant: dum magis pulchros habere uolunt codices, quàm emendatos. Quapropter ò fratres dilectissimi, unicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, sportellisq; munusculis monachorum, spiritalia hæc & mansura dona suscipite: ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebant in stercore, & uermibus scatebat errorum, integrum immaculatumq; gaudete. Quo modo enim post probationem atque uictoriam, duplicia sunt ei uniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, ut audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur & uos & unumquenque lectorem solita præfatione commoneo, & in principijs librorum eadem semper annectens, rogo: ut ubicunque semper præcedentes uirgulas uideritis, sciatis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis uoluminibus non haberi. porrò ubi stellæ imago præfulserit: ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Necnon & illa quæ haberi uidebantur, & ita corrupta erant, ut sensum legentibus tollerent, orantibus uobis magno labore correxi: magis utile quid ex otio meo ecclesijs Christi uenturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOB

IN terra quidem habitasse Iob Husitidi in finibus Idumææ & Arabiæ fertur: & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit uxorem Arabissam: & genuit filium quem uocauit Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zaræ, de Esau filijs filius: de matre uerò Bosra: ita ut sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit. sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiusdem, Denaba. Post hunc autem Bela, Iobab, qui uocatur Iob. Post Iob autem Husam, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. In hoc libro hæc quæstio tractatur, an ne etiam probis à deo malum accidat. Hic firmissimè perstat Iob, quòd deus etiam sine causa, solummodo in laudem suam puniat probos. Contra hoc opponunt se amici eius, & prolixis sermonibus uolunt conuincere, deum esse iustum qui non corripiat ullum probum. Si uerò corripiat, necessariò consequi quòd ille peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiunt de deo & iustitia eius, ac si ipse esset omnino quemadmodum homines sunt, & iudicia eius sicut iudicia illorum. Quanquam etiam Iob, ut qui in angustijs mortis decumberet, ex humana fragilitate nimium contra deum loquitur, & in afflictione peccat: & tamen perstat in eo, quòd tales passiones non meritus sit, sicut etiam uerum erat. Tandem deus iudicat, quòd quæ Iob in afflictione contra deum locutus est, iniustè locutus sit: quòd uerò contra inimicos suos de innocentia sua ante afflictionem tutatus est, rectè locutus sit. Sic liber iste, solum deum iustum pronuntiat: quamuis etiam homo homini iustus sit etiam coram deo. In consolationem nostri scriptus est hic liber, quòd deus sanctos suos permittit aliquando impingere in aduersitate. nam antequàm Iob incidat in angustiam mortis, laudat deum super deprędatione bonorum suorum & morte filiorum suorum, Cum uerò obuersatur ob oculos mors, & subduxit se deus, indicant uerba eius quales cogitationes subeant hominem quantumuis etiam sanctum, contra deum in anxietate mortis, uidelicet homini uidetur deus non esse deus, sed solum iudex & iracundus tyrannus qui uim exerceat, & non curat cuiuspiam bonam uitam. Hunc librum intelligunt, qui experiuntur & sentiunt quid sit pati iram dei, & occultatam esse gratiam eius.

LIBER IOB

A VIR ERAT IN TERRA HUS, nomine Iob:& erat uir ille simplex & rectus,ac timens deum,& recedens à malo.Natiq; sunt ei septem filij & tres filiæ.Et fuit possessio eius septem millia ouium,& tria millia camelorum,quingenta quoq; iuga boum,& quingentæ asinæ, ac familia multa nimis:eratq; uir ille magnus inter omnes orientales.Et ibant filij eius,& faciebant conuiuia per domos,unusquisq; in die suo. Et mittentes uocabant tres sorores suas,ut comederent & biberent cum eis.Cumq; in orbem transissent dies conuiuij,mittebat ad eos Iob,& sanctificabat illos: consurgensq; diluculo,offerebat holocausta per singulos.Dicebat enim:Ne fortè peccauerint filij mei,& benedixerint deo in cordibus suis.Sic faciebat Iob cunctis diebus. B Quadam autem die,cum uenissent filij dei,& assisterent coram domino,affuit inter eos etiam satan.Cui dixit dominus:Vnde uenis? Qui respondens,ait:Circuiui terram,& perambulaui eam.Dixitq; dominus ad eum:Nunquid considerasti seruum meum Iob,quòd non sit ei similis in terra:homo simplex & rectus,ac timens deum,& recedens à malo? Cui respondens satan,ait:Nunquid Iob frustra timet deum? Nónne tu uallasti eum ac domum eius,uniuersamq; substantiam eius per circuitum? operibus manuum eius benedixisti,& possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam,& tange cuncta quæ C possidet,nisi in faciem tuam benedixerit tibi.Dixit ergo dominus ad satan:Ecce,uniuersa quæ habet,in manu tua sunt,tantum in eum ne extendas manum tuam.Egressusq; est satan à facie domini. Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent,& biberent uinum in domo fratris sui primogeniti,nuntius uenit ad Iob,qui diceret: Boues arabant,& asinæ pascebantur iuxta eos:& irruerunt Sabæi,tuleruntq; omnia,& pueros percusserunt gladio:& euasi ego solus,ut nuntiarem tibi.Cumq; adhuc ille loqueretur,uenit alter,& dixit:Ignis dei cecidit è cœlo,& tactas oues puerosq; consumpsit:& effugi ego solus,ut nuntiarem tibi.Sed & illo adhuc loquente uenit alius,& dixit:Chaldæi fecerunt tres turmas, D & inuaserunt camelos,& tulerunt eos,necnon & pueros percusserunt gladio:& ego fugi solus,ut nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille: & ecce alius intrauit,& dixit: Filijs tuis & filiabus uescentibus,& bibentibus uinum in domo fratris sui primogeniti,repentè uentus uehemens irruit à regione deserti,& concussit quatuor angulos domus,quæ corruens oppressit liberos tuos,& mortui sunt:& effugi ego solus,ut nuntiarem tibi.Tunc surrexit Iob & scidit uestimenta sua,& tonso capite corruens in terram,adorauit,& dixit:Nudus egressus sum de utero matris meæ,& nudus reuertar illuc. Dominus dedit,dominus abstulit: sicut domino placuit,ita factum est:sit nomen domini benedictum.In omnibus his non peccauit Iob:neque stultum quid contra deum locutus est.

Felicitas Iobis ante afflictionem quàm constanter tulerit utranque fortunam

CAP. II

A FActum est autem,cum quadam die uenissent filij dei,& starent coram domino,uenisset quoq; satan inter eos,& staret in conspectu eius,ut diceret dominus ad satan:Vnde uenis? Qui respondens,ait:Circuiui terram,& perambulaui eam. Et dixit dominus ad satan:Nunquid considerasti seruum meum Iob,quòd non sit ei similis in terra,uir simplex B & rectus,ac timens deum,& recedens à malo,& adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum,ut affligerem eum frustra. Cui respondens satan,ait:Pellem pro pelle,& cuncta quæ habet homo,dabit pro anima sua:alioquin mitte manum tuam,& tange os eius & carnem,& tunc uidebis quòd in faciem benedicat tibi.Dixit ergo do C minus ad satan:Ecce,in manu tua est:ueruntamen animam illius serua.Egressus igitur satan à facie domini,percussit Iob ulcere pessimo,à planta pedis usque ad uerticem eius,qui testa saniem radebat,sedens in sterquilinio.Dixit autem illi uxor sua:Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic deo,& morere. Qui ait ad illam:Quasi una de stultis locuta

Deus permittit satanæ ut Iobem affligat qui ulceribus et iniuria uxoris afficitur

es.si

es, si bona suscepimus de manu dei, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, uenerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites & Baldad Suhites & Sophar Naamathites, Condixerant enim ut pariter uenientes uisitarent eum, & consolarentur. Cumq; eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum: & exclamantes plorauerunt, scissisq; uestibus sparserunt puluerem super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus: & nemo loquebatur ei uerbum: uidebant enim dolorem esse uehementem.

CAPVT III

Iob derelictus à deo uelut impatiens grauiter queritur

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. Dies ille uertatur in tenebras: non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebræ & umbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem, & non uideat, nec ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia uentris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in uulua mortuus sum, egressus ex utero non statim perij? Quare excceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: Aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento: Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, uel qui concepti non uiderunt lucem. Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore. Et quondam uincti pariter sine molestia, qui non audierunt uocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. Quare misero data est lux, & uita his qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectāt mortem, & non uenit: quasi effodientes thesaurum, Gaudentq; uehementer cum inuenerint sepulchrum, Viro cuius abscondita est uia, & circundedit eum deus tenebris? Antequàm comedam, suspiro: & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus: Quia timor quem timebam euenit mihi: & quod uerebar, accidit. Nónne dissimulaui? nónne silui? nónne quieui? & uenit super me indignatio.

CAPVT IIII

Eliphaz arguit Iobem impatientiæ & iniustitiæ

REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce, docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. Nunc autem uenit super te plaga & defecisti: tetigit te & conturbatus es. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio uiarum tuarum? Recordare obsecro te, quis unquam innocens perijt? aut quando recti deleti sunt? Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, Flante deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis & uox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt. Porrò ad me dictum est uerbum absc̄ōditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea uenas susurrij eius. In horrore uisionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cuius non agnoscebam uultum, imago coram oculis meis, & uocem quasi auræ lenis audiui, Nunquid homo, dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir? Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur uelut à tinea? De mane usq; ad uesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

2 Pet. 2 a

Deū solū iustū omnes homines iniquos, et hūc esse beatū quem deus castiget

CAPVT V

VOca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Verè stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Ego uidi stultum firma radice, & male

& maledixi pulchritudini eius statim. Longe fient filij à salute, & cõterentur in porta & non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit, & de humo non egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem, & auis ad uolatum. Quam ob rem ego deprecabor deum, & deum ponam B eloquium meum. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absq; numero. Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis uniuersa. Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorũ quod cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras: & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Porrò saluum C faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu uiolẽti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. Beatus homo qui corripitur à deo: increpationem ergo domini ne reprobes: Quia ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladij. A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatem cum D uenerit. In uastitate, & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum: & uisitans speciem tuam, non peccabis. Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus, ita est: quod auditũ mente pertracta.

1.Cor.3 d

Iaco.1 b

CAP. VI

A RESpondens autem Iob, dixit, Vtinam appẽderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in statera: Quasi arena maris hæc grauior appareret: unde & uerba mea dolore sunt plena. Quia sagittæ domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant cõtra me. Nunquid rugiet onager, cum habuerit herbam? aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit? Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortẽ? Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc prę angustia cibi mei sunt. Quis det ut ueniat B petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi deus: Et qui cœpit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me? Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat: nec contradicam sermonibus sancti. Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam? aut quis finis meus, ut patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoq; mei recesserunt à me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Tempo C re quo fuerint dissipati, peribunt: & ut incaluerint, soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in uacuum, & peribunt, Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper. Confusi sunt, quia speraui: uenerunt quoq; usq; ad me & pudore cooperti sunt. Nunc uenistis: & modo uidentes plagam meam timetis. Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substãtia uestra donate mihi? Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? Docete me, & ego tacebo, & si quid fortè ignoraui, instrui D te me. Quare detraxistis sermõibus ueritatis, cum è uobis nullus sit, qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in uentum uerba profertis. Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum uestrum, Veruntamen quod cœpistis: explete: præbete autem, & uidete an mentiar. Respondete obsecro absq; contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate: Et non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personauit.

Pœnam culpæ suæ grauiorẽ dicit Iob, & arguit amicorum increpationem

Infra 11 d

CAP. VII

A MIlitia est uita hominis super terram: & sicut dies mercennarij, dies eius. Sicut ceruus desiderat umbram, & sicut mercennarius præstolatur finem operis sui Sic & ego habui menses uacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam quando consurgam? & rursum expectabo uesperam, & replebor doloribus usque ad tenebras. Induta

Ærumnas uitæ hominis docet Iob, & à deo rogat ueniam

eſt caro mea putredine, & ſordibus pulueris:cutis mea aruit,& contracta eſt.Dies mei uelo-
Infra 9 c 14 a
cius tranſierũt, ꝗ̃ à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſq; ulla ſpe.Memento quia B
uẽtus eſt uita mea,& non reuertetur oculus meus ut uideat bona,Nec aſpiciet me uiſus ho
minis:oculi tui in me,& non ſubſiſtã.Sicut conſumitur nubes,& pertranſit:ſic qui deſcende
rit ad inferos non aſcendet, Nec reuertetur ultrà in domum ſuam, neque cognoſcet eum
amplius locus eius. Quapropter & ego non parcam ori meo,loquar in tribulatione ſpiritus
mei:confabulabor cum amaritudine animæ meæ.Nunquid mare ego ſum, aut cetus, quia C
circundediſti me carcere? Si dixero, Conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens
mecum in ſtratu meo: Terrebis me per ſomnia, & per uiſiones horrore concuties. Quam-
obrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. Deſperaui, nequaquam ultrà
iam uiuam:parce mihi,nihil enim ſunt dies mei.Quid eſt homo,quia magnificas eum? aut
quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum: uſque- D
quo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam ſaliuam meam? Peccaui, quid faciam ti-
bi ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi gra-
uis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? ecce nunc in
puluere dormiam:& ſi mane me quæſieris,non ſubſiſtam.

CAP. VIII

Baldad arguit Iobẽ hypocriſeos, putãs eũ meritas luere pœnas

RESPONDENS autem Baldad Suhites, dixit, Vſquequo loqueris talia, & ſpiritus multi- A
plex ſermonis oris tui? Nunquid deus ſupplantat iudicium? aut omnipotens ſubuer-
tit quod iuſtum eſt? Etiam ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ:
Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad deum,& omnipotentem fueris deprecatus: Si mun-
dus, & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & peccatum reddet habitaculum iuſtitiæ
tuæ, Intantum ut priora tua fuerint parua, & nouiſſima tua multiplicentur nimis. Interro- B
Pſal.143
ga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam (Heſterni
quippe ſumus, & ignoramus quoniam ſicut umbra dies noſtri ſunt ſuper terram) Et ipſi
docebunt te:loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. Nunquid uirere poteſt ſcir-
pus abſq; humore? aut creſcere carectum ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur
manu, ante omnes herbas areſcit: Sic uiæ omnium qui obliuiſcuntur deum, & ſpes hypo- C
critæ peribit. Non ei placebit uecordia ſua,& ſicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur ſu-
per domum ſuam,& non ſtabit:fulciet eam,& non conſurget. Humectus uidetur antequã
ueniat ſol,& in orto ſuo germen eius egredietur.Super aceruum petrarum radices eius den
ſabuntur,& inter lapides commorabitur.Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, &
dicet,Non noui te.Hæc eſt enim lætitia uiæ eius,ut rurſum de terra alij germinentur. Deus D
non proijciet ſimplicem,nec porriget manum malignis, Donec impleatur riſu os tuum, &
& labia tua iubilo. Qui oderunt te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non
ſubſiſtet.

CAP. IX

Hominis iuſtitiã eſſe nullã apud deum

ET reſpondens Iob, ait, Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compo- A
ſitus deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum pro mille.
Sapiens corde eſt,& fortis robore:quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui tranſtulit montes,
& neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui commouet terram de loco ſuo, & colum-
næ eius concutiuntur. Qui præcipit ſoli, & non oritur:& ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.
Qui extendit cœlos ſolus,& graditur ſuper fluctus maris. Qui facit arcturum, & Oriona,
& Hyadas,& interiora auſtri. Qui facit magna,& incomprehẽſibilia, & mirabilia,quorum B
non eſt numerus. Si uenerit ad me,non uidebo eum:ſi abierit,non intelligam. Si repente in-
terroget,quis reſpondebit ei? uel quis dicere ei poteſt,Cur ita facis? Deus cuius iræ nemo re
ſiſtere poteſt,& ſub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego, ut reſpon-
deam ei, & loquar uerbis meis cum eo? Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non re-
ſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem exaudierit me, non credo
quod audierit uocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit uulnera mea e- C
tiam ſine cauſa. Non concedit requieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus.
Si fortitudo quæritur,robuſtiſſimus eſt:ſi ęquitas iudicij,nemo audet pro me teſtimonium
dicere

dicere. Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendere, prauum me comprobabit. Etiam si duplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me uitæ meæ. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat. Terra data est in manibus impij, uultum iudicum eius operit. quòd si non ille est, quis ergo est? Dies mei ueslociores fue-
D runt cursore: fugerunt, & non uiderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila uolans ad escam. Cum dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquẽti. Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ manus meæ: Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea. Neq; enim uiro qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Non est qui utrunq; ualeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat à me uirgam suam, & pauor eius nõ me terreat: Loquar, & non timebo eũ: nec enim possum metuens respondere.

Supra 7 b

CAP. X

A TAedet animam meam uitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi uidetur, si calumnieris me & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut uidet homo, & tu uidebis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tem-
B pora, Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me? Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti. Pelle & carnibus uestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Vitam & mi-
C sericordiam tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia uniuersorum memineris. Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, uæ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiam quasi leænam capies me, reuersusq; mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me, & multi-
D plicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. Quare de uulua eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me uideret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, ut plãgam paululum dolorem meum Antequam uadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, Terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Argumentatur cum deo Iob tanquã iudice, quare hic tam grauiter puniatur

Supra 3 b

CAP. XI

A REspondens autem Sophar Naamathites, dixit, Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut uir uerbosus iustificabitur? Tibi soli tacebunt homines? & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis? Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu meo. Atque utinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi. Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exi-
B garis à deo, quàm meretur iniquitas tua. Forsitan uestigia dei comprehendes, & usque ad perfectum omnipotentem reperies. Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Si subuerterit omnia, uel in unum coartauerit, quis contradicet ei? uel quis dicere ei potest, Cur ita facis? Ipse enim nouit hominum uanitatem, & uidens iniquitatem nonne considerat? Vir uanus in superbiam
C erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas. Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ præterierunt recordaberis. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam: & cum te con-

Sophar arguit querelas Iobis, hortaturq; eũ ad patientiã & pœnitentiam

O 2 sumptum

sumptum putaueris, orieris ut lucifer. Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. Requiesces, & non erit qui exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ. D

CAP. XII

Iob negat hominum merita æstimari apud deũ, inde suã patientiam, & dei potentiam ostendit

RESpondens autem Iob, dixit, Ergo uos estis soli homines, & uobiscũ morietur sapientia? Et mihi est cor sicut & uobis, nec inferior uestri sum: quis enim hæc quæ nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & uolatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hęc manus domini fecerit? In cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis. Nonne auris uerba dijudicat: & fauces comedentis, saporem? In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est fortitudo & sapientia, ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, & si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regũ dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat, Commutans labium ueracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes: & eos qui oppressi fuerãt, releuat. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos ut frustra incedant per inuium, Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. A B C D

CAP. XIII

Suis ipsorum uerbis Iob amicos redarguit, & dei maiestatem extollit
Prouerb. 17 d

ECce omnia hæc uidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexit singula. Secundum scientiam uestram & ego noui: nec inferior uestri sum. Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum deo cupio. Prius uos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. Atq; utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes. Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite. Nũquid deus indiget uestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur, ut homo uestris fraudulentijs? Ipse uos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim ut se commouerit, turbabit uos: & terror eius irruet super uos. Memoria uestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices uestræ. Tacete paulisper, ut loquar quodcunq; mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo, uerũtamen uias meas in cõspectu eius arguam, Et ipse erit saluator meus: non enim ueniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus uestris. Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecum? Veniat: quare tacens consumor? Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar: Manum tuam lõge fac à me, & formido tua non me terreat. Voca me, & ego respondebo tibi: aut certe loquar, & tu responde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciem tuã abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod uento rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedum meorum considerasti, Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi uestimentũ quod comeditur à tinea. A B C D

CAP. XIIII

Miseriam uitæ humanæ describit Iob

HOmo natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. A

Et dignum

Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos:& adducere eum tecũ in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: cõstituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo ut quiescat, donec optata ueniat sicut mercenarij dies eius. Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum uirescit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comã quasi cum primum plantatum est: Homo uerò cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quæso est? Quo modo si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus arescat: Sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cœlum non euigilabit, nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putásne mortuus homo rursum uiuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo, Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes. Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget. Attamen caro eius dum uiuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

Psal. 50 a — Pro. 5 a

CAP. XV

Eliphaz Iob obijcit, nemine apud deum insontẽ, & describit mores impiorum

Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit, Nunquid sapiens respondebit quasi in uentum loquens, & implebit ardore stomachum suum? Arguis uerbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit. Quantum in te est, euacuasti timorem, & & tulisti preces coram deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid consilium dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Quid nosti quod ignoremus? Quid intelligis quod nesciamus? Et senes & antiqui sunt in nobis multo uetustiores, quàm patres tui. Nunquid grande est ut consoletur te deus? sed uerba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in cõspectu eius: Quantomagis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquas iniquitatem? Ostendam tibi, audi me: quod uidi narrabo tibi. Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & nõ transiuit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Non credit quod reuerti possit de tenebris, circunspectans undiq; gladium. Cum se mouerit ad quærẽdum panem, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia uallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arescet. Lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Congregatio enim hypocritę sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & & uterus eius præparat dolos.

Isa. 59

CAP. XVI

Multis alijs se innocētiorem probans Iob, docet, deū iuxta suā uoluntatem, nō nostra merita hic punire

RESpondens autem Iob, dixit, Audiui frequenter talia: consolatores onerosi omnes uos estis. Nunquid habebunt finem uerba uentosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram & ego similia uestri loqui: atque utinam esset anima uestra pro anima mea, Consolarer & ego uos sermonibus, & mouerem caput meum super uos. Roborarem uos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens uobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes percusserūt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Conclusit me deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, & non pepercit, & effudit in terra uiscera mea. Conscidit me uulnere super uulnus, irruit in me quasi gigas. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad deum preces. Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Verbosi amici mei, ad deum stillat oculus meus. Atque utinam sic iudicaretur uir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt: & semitam per quam non reuertar ambulo.

CAP. XVII

Etiam hic graues mouet querimonias suarum erumnarum

Supra 16

SPiritus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Cor eorum longe fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur socijs, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium uulgi, & exemplum sum coram eis. Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus uiam suam, & mundus manibus addet fortitudinem. Igitur omnes uos conuertimini, & uenite, & non inueniam in uobis ullum sapientem. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem uerterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & soror mea uermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII

Baldad enumerando quæ impijs male debētur insimulat Iobem impietatis

REspondens autem Baldad Suhites, dixit, Vsq; ad quem finem uerba iactabitis? intelligite prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumenta, & sorduimus coram uobis? Quid perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferetur rupes de loco suo? Nónne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est, extinguetur. Arctabuntur gressus uirtutis eius, & præcipitabit eum cōsilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet cōtra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndiq; terrebunt eum formidines, & inuolent pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius, Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum

ret eum. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec ullæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat deum.

CAP. XIX

A RESpondens autem Iob, dixit, Vsque quo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me. Nempe si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At uos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite quia deus non æquo iudicio affixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Ecce, clamabo uim patiens, & nemo exaudiet: uociferabor, & non est qui iudicet. Semitam meã circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronã de capite meo. Destruxit me undique, & pereo, & quasi B euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suũ. Simul uenerunt latrones eius, & fecerunt sibi uiã per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum uocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum ex C horruit uxor mea, & orabam filios uteri mei. Stulti quoque despiciebant me: & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & quem maxime diligebam auersatus est me. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut ex D arentur in libro? Stylo ferreo, & plumbi lamina, uel certe sculpantur in silice? Scio enim quòd redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum. Quem uisurus sum egoipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quare ergo nũc dicitis, Persequamur eum, & radicẽ uerbi inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

Iob suas miserias deo scribit, arguitque cognatos, et uaticinatur resurrectionẽ mortuorum

Psal. 37 b

CAPVT XX

A RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit, Idcirco cogitationes meæ uariæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinam qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, Quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum uiderant, dicent, Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur, trãsiet sicut uisio nocturna. Oculus qui eum uiderat, non uidebit: nec ultrà intuebitur eum lo B cus suus. Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur uitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. Panis eius in utero illius uertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit euomet, & de uentre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget, occidet C eum lingua uiperæ. Non uideat riuos fluminis, torrentes mellis, & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit: Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit eam. Nec est satiatus uenter eius: & cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit, artabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum: Vtinam impleatur uenter eius, & e D mittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreũ. Eductus, & egrediens de uagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: uadent, & uenient super eum horribiles. Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius:

Sceleratorum hominũ nullã esse diuturnitatẽ refert Sophar

Eccl. 5 e

deuorabit eum ignis qui non succenditur: affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris diei. Hæc est pars hominis impij à deo, & hęreditas uerborũ eius à domino.

CAP. XXI

Idē argumentũ hic tractatur quod supra cap. XVI

A Respondens autem Iob, dixit, Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. Sustinete me, & ego loquar: & post mea, si uidebitur, uerba, ridete. Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari? Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori uestro. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & cõcutit carnem meam tremor. Quare ergo impij uiuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorũ. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est uirga dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: uacca peperit, & non est priuata fœtu suo. B Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenēt tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo, Recede à nobis, & scientiam uiarum tuarum nolumus. *Mala. 3 d* Quis est omnipotēs, ut seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illum? Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut paleæ ante faciem uenti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. C Deus seruabit filijs illius dolorem patris: & cum reddiderit, tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur? Nunquid deum docebit quispiam scientem, qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus & sanus, diues & felix, Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur: Alius uerò moritur in amaritudine animæ absq; ullis opibus: Et tamen simul in puluere dormient, & uermes operient eos. Certè noui cogitationes uestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim, Vbi est domus principis? & ubi tabernacula impiorum? D Interrogate quemlibet de uiatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo uiam eius? & quę fecit, quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum uigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio uestra repugnare ostensa sit ueritati?

CAP. XXII

Eliphaz arguit Iob inmisericordiæ, & propterea punitum

A Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit, Nunquid deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit uia tua? Nunquid timens te, arguet te, & ueniet tecum in iudicium, Et nõ propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti uestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. B In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti uacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non uisurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri? An cogitas quòd deus excelsior cœlo sit, & super stellarum uerticem sublimetur, Et dicis, Quid enim nouit deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. C Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt uiri iniqui? Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum. Qui dicebant deo, Recede à nobis: & quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum, Cum ille impleſſet domos eorum bonis: quorum sententia procul sit à me. Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. *Psal. 106 d* Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus

fueris

fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Da-
D bit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & uota tua reddes. Decernes rem, & ueniet tibi, & in uijs tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Saluabitur innocens, saluabitur autem in mũditia manuum suarum.

CAP. XXIII

Iob et si secundum homines innocẽs sit, se tamen uereri ait dei iudiciũ

A RESPONDENS autem Iob, ait, Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat ut cognoscam & inueniam illum, & ueniam usq; ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum re-
B plebo increpationibus, Vt sciam uerba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad uictoriam iudicium meum. Si ad orientem iero, non apparet: si ad occidentem, non intelligam eum. Si ad sinistram, quid agam?
C non apprehendam eum. si me uertam ad dexteram, non uidebo illum. Ipse uerò scit uiam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus, uiam eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscõdi uerba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationẽ
D eius: & anima eius quodcunq; uoluit hoc fecit. Cumq; expleuerit in me uoluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei: Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eum, timore solicitor. Deus molliuit cor meũ, & omnipotens cõturbauit me. Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

1.Pet.1.b

CAP. XXIIII

Pios calamitosos, impios felices hic esse, et quis eorum sit finis descri bit

A AB omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduę. Subuerterunt pauperum uiam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus sum, uigilantes ad prædam: præparant panem liberis. Agrum non suum demetunt: & uineam eius, quem ui oppresserint, uindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tol-
B lentes, quibus non est operimentum in frigore: Quos imbres montium rigant: & non habẽtes uelamen, amplexantur lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & uulgum pauperem spoliauerunt. Nudis incedentibus absq; uestitu, & esurientibus tulerunt spicas. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere, & anima uulneratorum clamauit, & deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt uias eius: nec reuersi sunt per semitas eius. Mane primo con-
C surget homicida, interficiet egenum & pauperem: per noctem uerò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me uidebit oculus: & operiet uultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearum, Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & usq; ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius uermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi
D lignum infructuosum. Pauit enim sterilem & quæ non parit, & uiduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: & cum steterit, non credet uitæ suæ. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autem eius sunt in uijs illius. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante deum uerba mea.

CAP. XXV

Baldad probat, corã deo neminem esse mũdum

A RESPONDENS autem Baldad Suhites, dixit, Potestas & terror apud eũ est qui facit concordiam in sublimibus suis. Nũquid est numerus militum eius? & super quem non sur-
B get lumen illius? Nunquid iustificari potest homo comparatus deo, aut apparere mundus natus

natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? CAP. XXVI A

Iob irridet cognatos suos uelut inutiles cōsultores, & recenset diuinā potestatem

RESpondens autem Iob, dixit, Cuius adiutor es? nunquid imbecillis: & sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostendisti plurimam. Quem docere uoluisti? nónne eum qui fecit spiramentum? Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super uacuum, & appendit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum. Qui tenet uultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. Terminum circundedit aquis usq; dum finiantur lux & tenebræ. Columnæ cœli contremiscūt, & pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit cœlos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Ecce, hæc ex parte dicta sunt uiarum eius: & cū uix paruam stillā sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? CAP. XXVII A B C D

Deū non omnes hic punire iuxta merita sua probat Iob sua innocētia. Idē agit usque ad cap. 32

ADdidit quoq; Iob, assumens parabolam suam, & dixit, Viuit deus, qui abstulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam, Quia donec superest halitus in me, & spiritus dei in naribus meis, Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit à me, ut iustos uos esse iudicem: donec deficiam, nō recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram: neq; enim reprehendit me cor meū in omni uita mea. Sic ut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. Quæ est enim spes hypocritæ si auare rapiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius, cum uenerit super eum angustia. Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare eum omni tempore? Docebo uos per manū dei quæ omnipotens habeat, nec abscondam. Ecce, uos omnes nostis, & ut quid hæc sine causa uana loquimini? Hæc est pars hominis impij apud deum, & hæreditas uiolentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & uiduæ illius non plorabunt. Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit uestimenta: Præparabit quidem, sed iustus uestietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum. Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eū tempestas. Tollet eum uētus urens, & auferet, & uelut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum, & non parcet, de manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum intuens locum eius. CAP. XXVIII A B C D

Psal. 48. 91

Prudētiam & sapientiam à deo esse, & ipsius solius

HAbet argentum, uenarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs uertitur. Tempus posuit tenebris, & uniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoq; caliginis, & umbræ mortis. Diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus uulturis. Non calcauerūt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna. Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne pretiosum uidit oculus eius. Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit. Sapientia uerò ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium, Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur non est mecum. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonyco pretiosissimo, uel sapphiro. Non adæquabitur ei aurum uel uitrum, nec commutabuntur pro ea uasa auri. Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur. B C D

Eccle. 1. 4 7 c

Vnde

Vnde ergo ſapientia uenit? & quis eſt locus intelligẽtiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium uiuentium, uolucres quoq; cœli latet. Perditio & mors dixerũt, Auribus noſtris audiuimus famam eius. Deus intelligit uiam eius, & ipſe nouit locum illius. Ipſe enim fines mũdi intuetur: & omnia quæ ſub cœlo ſunt reſpicit, Qui fecit uentis pondus, & aquas appendit in menſura. Quando ponebat pluuijs legem, & uiam procellis ſonantibus: Tũc uidit illam & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit. Et dixit homini, Ecce, timor domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

CAP. XXIX

A ADdidit quoq; Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit, Quis mihi tribuat, ut ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus deus cuſtodiebat me, Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecreto deus erat in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. B Videbant me iuuenes, & abſcondebantur: & ſenes aſſurgentes ſtabant. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebãt ori ſuo. Vocem ſuam cohibebãt duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens teſtimonium reddebat mihi, Eo quòd liberaſſem pauperem uociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me ueniebat, & cor uiduæ conſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum: & ueſtiui me ſicut ueſtimento, & diademate, iudicio meo. Oculus C fui cæco, & pedes claudo. Pater eram pauperum: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Dicebamq;, In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſiõe mea. Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebãt D ad conſilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. Expectabant me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. Siquando ridebam ad eos non credebant, & lux uultus mei non cadebat in terram. Si uoluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumq; ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.

Anteactæ uitæ proſperitatẽ, & qualem eã egerit enumerat Iob.

CAP. XXX

A NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum non indignabar patres ponere cum canibus gregis mei: Quorum uirtus manuum mihi erat pro nihilo, & uita ipſa putabantur indigni. Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſcalentes calamitate & miſeria. Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant. In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ uel ſuper glaream. Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Filij ſtultorum & ignobi- B lium, & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum uerſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conſpuere nõ uerẽtur. Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frenũ poſuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitatis meę illico ſurrexerunt: pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. Diſſipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi uentus deſiderium C meum, & uelut nubes pertranſijt ſalus mea. Nunc aũt in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt. In multitudine eorum conſumitur ueſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me. Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. Clamo ad te, & non exaudis me: ſto & non reſpicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Eleuaſti me, quaſi ſuper uentum ponens eliſiſti me ualide. Scio quia morti trades me, ubi conſtituta eſt domus omni uiuenti.

Statũ præſentẽ, & ſe contẽptũ iri ab nihili hominibus Iob luget

Pſal. 8 b

Veruntamen

Veruntamen non ad cõſumptionem meam emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſal- D uabis. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi Expectabam bona, & uenerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt abſq; ulla requie, præuenerunt me dies afflictionis. Mœrens incedebam, ſine furore, conſurgens, in turba clamabam. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.

Eſa. 59 b

CAP. XXXI

Iob uult hominis fortunam ex prouidentia dei eſſe, nõ ex ſuis meritis: ſeq; & ſi innocentiſs. ſit, tamen grauiter torqueri

PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarẽ quidem de uirgine. Quam enim partem A haberet in me deus deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis? Nunquid nõ perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nonne ipſe conſiderat uias meas, & cũctos greſſus meos dinumerat? Si ambulaui in uanitate, aut feſtinauit in malo pes meus: Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat deus ſimplicitatem meam. Si declinauit greſſus meus de uia, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus mẽis adhæſit macula: Serã, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere: & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: Scortum alterius ſit uxor mea, & ſuper illam incuruẽtur alij: Hoc enim nephas eſt, & iniquitas maxima: Ignis eſt uſq; ad perditionem deuorans B & omnia eradicans genimina. Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. Quid enim faciam, cum ſurrexerit ad iudicandum deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in uulua unus? Si negaui quod uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci, Si comedi buccellam meã ſolus, & non comedit pupillus ex ea, (Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum.) Si deſpexi pereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & abſq; operimento pauperem, Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus eſt: Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum uiderem me in porta ſuperiorem, Humerus meus à iun- C ctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui deum, & pondus eius ferre non potui. Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea: Si lætatus ſum ſuper multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea: Si uidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedẽtem clarè. Et lætatum eſt in abſcõdito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, Quæ eſt inquitas maxima, & negatio contra deum altiſſimum. Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quod inueniſſet eum malum: Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicẽs animam eius. Si non dixerũt uiri tabernaculi mei, Quis det de carnibus ut ſaturemur? Foris non manſit peregrinus, oſtium meum uiatori patuit. Si abſcondi quaſi D homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinẽ nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egreſſus ſum oſtiũ. Quis mihi tribuat auditorem, ut deſyderium meum audiat omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui iudicat, Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi? Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum, & quaſi principi offeram eum. Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent, Si fructus eius comedi abſq; pecunia, & animam agricolarum eius afflixi: Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.

Pro. 17 a

Finita ſunt uerba Iob CAP. XXXII

Cognati Iobis offenſi relinquunt eum, arguit & ipſos & Iobẽ Eliu

OMiſerunt autem tres uiri iſti reſpondere Iob, eo quod iuſtus ſibi uideretur. Et iratus, A indignatusq; eſt Eliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram: iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quod iuſtum ſe eſſe diceret coram deo. Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſponſionẽ rationabilem, ſed tantũmodo condemnaſſent Iob. Igitur Eliu expectauit Iob loquentem: eo quod ſeniores eſſent qui loquebantur. Cum autem uidiſſet quod tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt uehementer. Reſpondensq; Eliu filius Barachel Buzites, dixit, Iunior ſum tempore, uos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite ueritus ſum uobis indicare meam ſententiam. Sperabam enim quod

quòd ætas prolixior loqueretur,& annorum multitudo doceret ſapientiam. Sed ut uideo, B ſpiritus eſt in hominibus,& inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non ſunt longæui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. Ideo dicam, audite me, oſtendam uobis etiam ego meam ſapientiam. Expectaui enim ſermones ueſtros, audiui prudentiam ueſtram donec diſceptaremini ſermonibus: Et donec putabam uos aliquid dicere, conſiderabam: ſed ut ui C deo, non eſt qui poſsit arguere Iob,& reſpondere ex uobis ſermonibus eius: Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapiẽtiam, deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus eſt mihi,& ego non ſecundum ſermones ueſtros reſpondebo illi. Extimuerunt, nec reſponderunt ultrà, abſtuleruntq; à ſe eloquia. Quoniam igitur expectaui,& non ſunt locuti: ſteterunt, nec ultra re D ſponderunt: Reſpondebo & ego partem meam,& oſtendam ſciẽtiam meam. Plenus ſum enim ſermonibus,& coartat me ſpiritus uteri mei. En uenter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit. Loquar,& reſpirabo paululum: aperiam labia mea,& reſpondebo. Non accipiam perſonam uiri,& deum homini non æquabo. Neſcio enim quandiu ſubſiſtam,& ſi poſt modicum tollat me factor meus.

CAP. XXXIII

Eliu conatur demonſtrare Iobẽ deliquiſſe,& docet quõ deus puniat et quõ reconcilietur

A AVdi igitur Iob eloquia mea,& omnes ſermones meos auſculta. Ecce, aperui os meũ, loquetur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo ſermones mei,& ſcientiam puram labia mea loquentur. Spiritus dei fecit me,& ſpiraculum omnipotentis uiuificauit me. Si potes, reſponde mihi,& aduerſus faciem meam conſiſte. Ecce,& me ſicut & te fecit deus,& de eodem luto ego quoq; formatus ſum. Verũtamen miraculum meum non te terreat,& eloquentia mea non ſit tibi grauis. Dixiſti ergo in auribus meis,& uocem uerborum tuorum audiui, Mundus ſum ego, abſq; delicto immaculatus,& non eſt iniquitas B in me. Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas. Hoc eſt ergo in quo nõ es iuſtificatus, reſpondebo tibi, quia maior ſit deus homine. Aduerſus eum contendis, quòd non ad omnia uerba reſponderit tibi? Semel loquitur deus,& ſecundò idipſum non repetit. Per ſomnium in uiſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines,& dormiunt in lectulo: Tunc aperit aures uirorum,& erudiens eos, inſtruit diſciplina, Vt auertat hominem ab his quæ fecit,& liberet eum de ſuperbia. Eruens animam eius à corruptione:& uitam illius, ut non tranſeat C in gladium: Increpat quoque per dolorem in lectulo,& omnia oſſa eius marceſcere facit. Abominabilis ei fit in uita ſua panis,& animæ illius cibus antè deſiderabilis. Tabeſcet caro eius,& oſſa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius,& uita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus, ut annuntiet hominis æquitatem, Miſerebitur eius,& dicet, Libera eum, ut non deſcendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier. Conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. Deprecabitur deum,& placabilis ei erit:& uidebit faciem eius in iubilo,& reddet ho D mini iuſtitiã ſuam. Reſpiciet homines,& dicet: Peccaui,& uerè deliqui:& ut eram dignus, non recepi. Liberauit animam ſuam, ne pergeret in interitum, ſed uiuens lucem uideret. Ecce, hæc omnia operatur deus tribus uicibus per ſingulos, Vt reuocet animas eorum à corruptione,& illuminet luce uiuentium. Attende Iob,& audi me:& tace, dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris, reſpõde mihi, loquere: uolo enim te apparere iuſtum: Quòd ſi non habes, audi me: tace,& docebo te ſapientiam.

CAP. XXXIIII

Malis tantum aduerſa mitti à deo contẽdit probare Eliu

A PRonuntians itaq; Eliu, etiam hæc locutus eſt, Audite ſapientes uerba mea,& eruditi auſcultate me: Auris enim uerba probat,& guttur eſcas guſtu dijudicat. Iudicium eligamus nobis,& inter nos uideamus quid ſit melius. Quia dixit Iob, Iuſtus ſum,& deus ſubuertit iudicium meum. In iudicando enim me, mẽdacium eſt: uiolenta ſagitta mea abſque ullo peccato. Quis eſt uir ut eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam. Qui graditur cum operantibus iniquitatem,& ambulat cum uiris impijs? Dixit enim: Non placebit uir deo, etiam ſi cucurrerit cum eo. Ideò uiri cordati audite me, abſit à deo impietas,& ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei,& iuxta uias ſingulorum reſti B tuet eis. Verè enim deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubuertet iudicium.

Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet: Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta uocem eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, intantum condemnas. Qui dicit regi, apostata: qui uocat duces impios? Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt uniuersi. Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent uiolentum absq; manu. Oculi enim eius super uias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Neq; enim ultrà in hominis potestate est, ut ueniat ad deum in iudicium. Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes uias eius intelligere noluerunt, Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret uocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit uultum, quis est qui contempletur eum & super gentes & super omnes homines? Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad deum, te quoq; non prohibebo. Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, ultrà non addam. Nunquid à te deus expetet eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere. Viri intelligẽtes loquantur mihi, & uir sapiens audiat me. Iob autem stultè locutus est, & uerba illius non sonant disciplinam. Pater mi, probetur Iob usq; ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. Quia addidit super peccata sua blasphemiam: inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis deum.

CAP. XXXV

Reprehendit Iobem quòd se innocentem dixerit

IGitur Eliu hæc rursum locutus est: Nunquid æqua tibi uidetur tua cogitatio, ut diceres, Iustior sum deo? Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est: uel quid tibi proderit, si ego peccauero? Itaq; ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Suspice cœlum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter uim brachij tyrannorum. Et non dixit: Vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumenta terræ, & super uolucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris, Non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus ualde. Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia uerba multiplicat.

CAP. XXXVI

Eliu adhuc perstat in probando, à deo male meritos tantum malis affici

ADdens quoq; Eliu, hæc locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. Verè enim absq; mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abijcit, cum & ipse sit potens, Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illi eriguntur. Et si fuerint in catenis, & uinciantur funibus paupertatis, Indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia uiolenti fuerint. Reuelabit quoq; aurem eorum, ut corripiat: & loquetur, ut reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. Simulatores & callidi prouocant iram dei, neq; clamabunt cum uincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum, & uita eorum inter effœminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente

funda

fundamentum subter se:requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est,causam iudiciumq; recipies. Non te ergo superet ira,ut aliquem oppri- C mas:nec multitudo donorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absq; tribulatione,& omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem,ut ascendant populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatem:hanc enim cœpisti sequi post miseriam. Ecce,deus excelsus in fortitudine sua,& nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari uias eius?aut quis audet ei dicere,Operatus es iniquitatem? Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt uiri. Omnes homines uident eum,unusquisque intuetur procul. Ecce deus ma- D gnus uincens scientiam nostram:numerus annorum eius inæstimabilis. Qui aufert stillas pluuiæ,& effundit imbres ad instar gurgitum. Qui de nubibus fluunt,quæ prætexunt cuncta desuper. Si uoluerit extendere nubes quasi tentorium suum, Et fulgurare lumine suo desuper,cardines quoq; maris operiet. Per hæc enim iudicat populos,& dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem,& pręcipit ei ut rursus adueniat. Annuntiat de ea amico suo,quòd possessio eius sit,& ad eam possit ascendere.

CAP. XXXVII

Sapientiam et iudiciū dei nō posse perscrutari

A SVper hoc expauit cor meum,& emotum est de loco suo. Audite auditionem in terrore uocis eius,& sonum de ore illius procedentem. Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus,tonabit uoce magnitudinis suæ,& non inuestigabitur,cum audita fuerit uox eius. Tonabit deus in uoce sua mirabiliter,qui facit magna & inscrutabilia, Qui pręcipit niui ut descendat super terram,& hyemis B pluuijs,& imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omnium hominum signat,ut nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum,& in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas,& ab arcturo frigus. Flante deo concrescit gelu,& rursum latissimè funduntur aquæ. Frumentum desiderat nubes,& nubes spargunt lumen suum. Quæ lustrant per circuitum quocunq; eas uoluntas gubernantis duxerit,ad omne quod præcepit C illis super faciem orbis terrarum. Siue in una tribu,siue in terra sua,siue in quocunq; loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. Ausculta hæc Iob:sta,& cōsidera mirabilia dei. Nunquid scis quando præcepit deus pluuijs,ut ostenderent lucem nubium eius? Nunquid nosti semitas nubium magnas,& perfectas scientias? Nónne uestimenta tua calida sunt,cum perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos,qui solidissimi quasi D ære fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi:nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor?etiam si locutus fuerit homo,deuorabitur. At nunc non uident lucem: subito aer cogetur in nubes,& uentus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum uenit,& ad deum formidolosa laudatio. Digne eum inuenire non possumus:magnus fortitudine, & iudicio,& iustitia,& enarrari non potest. Ideò timebunt eum uiri,& non audebunt contemplari omnes qui sibi uidentur esse sapientes.

CAP. XXXVIII

In hoc & sequentibus tribus capitibus ipse Deus patrocinatur Iobi, & indicat quanta sit maiestatis diuinæ prouidētia & sapientia

A REspondens autem dominus Iob de turbine,dixit, Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut uir lumbos tuos,interrogabo te,& responde mihi. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi,si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius,si nosti?uel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatæ sunt?aut quis dimisit lapidem angularem eius, Cum me laudarēt simul astra matutina,& iubilarent omnes filij dei? Quis conclusit ostijs mare,quando erūpebat quasi de uulua procedens, Cum ponerem nubem uestimentum eius,& caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis meis,& posui uectem & ostia. Et dixi, usq; huc uenies,& non procedes amplius,& hic confringes tumentes fluctus tuos. Nun- B quid post ortum tuum præcepisti diluculo,& ostendisti auroræ locum suum? Et tenuisti concutiens extrema terræ,& excussisti impios ex ea? Restituetur ut lutum signaculum,& stabit sicut uestimentum. Auferetur ab impijs lux sua,& brachium excelsum confringetur. Nunquid ingressus es profundum maris,& in nouissimis abyssi deambulasti? Nūquid apertæ sunt tibi portæ mortis,& ostia tenebrosa uidisti? Nunquid considerasti latitudines terræ?indica mihi si nosti omnia, In qua uia lux habitet,& tenebrarum quis locus sit, Vt

ducas unũquodq; ad terminos suos,& intelligas semitas domus eius? Sciebas tunc quòd nasciturus esses?& numerum dierum tuorum noueras? Nũquid ingressus es thesauros ni- C uis,aut thesauros grandinis aspexisti,Quæ præparaui in tempus hostis,in diem pugnæ & belli? Per quam uiam spargitur lux,diuiditur æstus super terram? Quis dedit uehementissimo imbri cursum,& uiam sonantis tonitrui,Vt plueret super terram absq; homine in deserto,ubi nullus mortalium commoratur,Vt impleret inuiam & desolatam,& produceret herbas uirentes? Quis est pluuiæ pater? uel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies?& gelu de cœlo quis genuit? In similitudinem lapidis,aquæ durantur,& superficies abyssi constringitur. Nunquid coniungere ualebis micantes stellas Pleiades,aut gy- D rum arcturi poteris dissipare? Nunquid producis luciferum in tempore suo,& uesperum super filios terræ consurgere facis? Nunquid nosti ordinem cœli,& pones rationem eius in terra? Nunquid eleuabis ad nebulam uocem tuam,& impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura,& ibunt:& reuertentia dicent tibi,adsumus? Quis posuit in uisceribus hominis sapientiam? uel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit cœlorũ rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quando fundebatur puluis in terra,& glebæ compingebantur.

CAPVT XXXIX

Dei mirabilia in animalibus

NVnquid capies leænæ prædam,& animam catulorũ eius implebis. Quando cubant A in antris,& in specubus insidiantur? Quis præparat coruo escam suam,quando pulli eius clamant ad deum,uagantes eo quòd non habeant cibos? Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris,uel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum,& scisti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum & pariunt,& rugitus emittũt. Separantur filij earum,pergunt ad pastum:egrediuntur,& non reuertuntur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum,& uincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum,& tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis,clamorem exactoris non audit. Circũspicit montes pascuæ suæ,& uirentia quæq; perquirit. Nunquid uolet rhi- B noceros seruire tibi,aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas uallium post te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius,& derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniã sementem reddat tibi,& aream tuam congreget? Penna struthionis similis est pennis herodij,& accipitris. Quando derelinquit oua sua in terra,tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur quòd pes conculcet ea,aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui,frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam deus sapientia,nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit,in altum alas erigit:deridet equum & ascensorem eius. C Nunquid præbebis equo fortitudinem,aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror. Terram ungula fodit,exultat audacter:in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem,nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra,uibrabit hasta & clypeus. Feruens & fremens sorbet terram,nec reputat tubæ sonare clangorem: Vbi audierit buccinam,dicit,uah. procul odoratur bellum,exhortationem ducum,& ululatum exercitus. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidum suum? In petris manet,& in præruptis silicibus commoratur,atq; in- D accessis rupibus. Inde contemplatur escam,& delonge oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem:& ubicunq; cadauer fuerit,statim adest. Et adiecit dominus,& locutus est ad Iob: Nunquid qui contendit cum deo,tam facilè conquiescit? utiq; qui arguit deum, debet respondere ei. Respondens autẽ Iob domino,dixit: Qui leuiter locutus sum,respondere quid possum? manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum,quòd utinam non dixissem,& alterum,quibus ultrà non addam.

CAP. XL

Behemoth *Infra 41*

REspondens autem dominus Iob de turbine,dixit: Accinge sicut uir lumbos tuos:inter A rogabo te,& indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium meum:& condemnabis me,ut tu iustificeris? Et si habes brachium sicut deus,& si uoce simili tonas? Circunda tibi

decorem,& in sublime erigere,& esto gloriosus,& speciosis induere uestibus.Disperge superbos furore tuo,& respiciens omnem arrogantē humilia.Respice cunctos superbos,& confunde eos,& contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul,& facies eorū demerge in foueā:Et ego cōfitebor q̄ saluare te possit dextera tua.Ecce,Behemoth quem
B feci tecum,fœnum quasi bos comedet.Fortitudo eius in lūbis eius,& uirtus illius in umbili co uētris eius.Stringit caudam suam quasi cedrum,nerui testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius uelut fistulæ æris,cartilago illius quasi laminæ ferreæ.Ipse est principiū uiarum dei qui fecit eum,applicabit gladium eius.Huic montes herbas ferunt:omnes bestiæ agri
C ludent ibi.Sub umbra dormit in secreto calami,in locis humentibus. Protegunt umbræ umbram eius,circundabunt eum salices torrentis.Ecce,absorbebit fluuium,& non mirabi tur:habet fiduciā quòd influat Iordanis in os eius.In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius:An extrahere poteris Leuiathan hamo,& fune ligabis linguam eius?Nunquid pones circulum in naribus eius,aut armilla perforabis maxillam
D eius?Nunquid multiplicabit ad te preces,aut loquetur tibi mollia?Nunquid feriet tecum pactum,& accipies eum seruum sempiternum?Nunquid illudes ei quasi aui?aut ligabis eum ancillis tuis?Concident eum amici,diuident illum negotiatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius,& gurgustium piscium capite illius?Pone super eum manum tuam:memento belli,nec ultrà addas loqui.Ecce,spes eius frustrabitur eum,& uidentibus cunctis præcipitabitur.

CAPVT XLI

A NOn quasi crudelis suscitabo eum:quis enim resistere potest uultui meo?Quis antè dedit mihi,ut reddam ei?omnia quæ sub cœlo sunt,mea sunt.Non parcam ei,& uerbis potentibus,& ad deprecandum compositis.Quis reuelabit faciem indumenti eius?& in medium oris eius quis intrabit?Portas uultus eius quis aperiet?per gyrum dentium eius formido.Corpus illius quasi scuta fusilia,compactum squamis se prementibus:Vna uni
B coniungitur,& ne spiraculum quidem incedit per eas:Vna alteri adhærebunt,& tenentes se nequaquam separabuntur.Sternutatio eius splendor ignis,& oculi eius ut palpebræ diluculi.De ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ.De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atq; feruentis.Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur.In collo eius morabitur fortitudo,& faciem eius præcedet egestas.Membra
C carnium eius cohærentia sibi:mittet contra eum flumina,& ad locum alium non ferentur. Cor eius indurabitur tanquam lapis,& stringetur quasi malleatoris incus.Cum sublatus fuerit,timebunt angeli,& territi purgabuntur.Cum apprehenderit eum gladius,subsistere non poterit,neq; hasta,neq; thorax:Reputabit enim quasi paleas ferrū,& quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum uir sagittarius,in stipulam uersi sunt ei lapides fundæ.
D Quasi stipulam æstimabit malleum,& deridebit uibrantem hastam. Sub ipso erunt radij solis,sternet sibi aurum quasi lutum. Ferueſcere faciet quasi ollam profundum:mare ponet quasi cum unguenta bulliunt.Post eum lucebit semita,æstimabit abyssum quasi senescentem.Non est super terram potestas quæ comparetur ei,qui factus est ut nullum timeret.Omne sublime uidet,ipse est rex super uniuersos filios superbiæ.

CAP. XLII

A REspondens autem Iob domino,dixit:Scio quia omnia potes,& nulla te latet cogitatio.Quis est iste qui celat cōsilium absq; scientia?ideò insipienter locutus sum,& quæ ultra modum excedunt scientiam meam.Audi,& ego loquar:interrogabo te,& ostende mihi.Auditu auris audiui te,nunc autem oculus meus uidet te.Idcirco ipse me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Postquàm autem locutus est dominus uerba hæc ad Iob:dixit ad Eliphaz Themaniten, Iratus est furor meus in te,& in duos amicos tuos,quoniam non estis locuti coram me rectum,sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uo-
B bis septem tauros,& septem arietes, & ite ad seruum meum Iob,& offerte holocaustum pro uobis:Iob autem seruus meus orabit pro uobis:faciem eius suscipiam,ut non uobis imputetur stultitia:neq; enim locuti estis coram me rectum,sicut seruus meus Iob.Abierunt ergo Eliphaz Themanites,& Baldad Suhites,& Sophar Naamathites:& fecerunt

Iob exorat à deo ueniam et sibi & amicis, restituitúrq; ei omnia quæ perdiderat,dupla, & tãdem moritur

ſicut locutus fuerat dominus ad eos,& ſuſcepit dominus faciem Iob.Dominus quoq; conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob,cum oraret ille pro amicis ſuis.Et addidit dominus omnia C quæcunque fuerant Iob,duplicia.Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & uniuerſæ ſorores ſuæ,& cuncti qui nouerant eum prius:& comederūt cum eo panem in domo eius: & mouerunt ſuper eum caput,& conſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat dominus ſuper eum.Et dederunt ei unuſquiſque ouem unam,& inaurem auream unam.Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob magis,quàm principio eius.Et facta ſunt ei quatuordecim millia ouium,& ſex millia camelorum, & mille iuga boum,& millæ aſinæ: Et D fuerunt ei ſeptem filij,& tres filiæ.Et uocauit nomen unius Diem,& nomen ſecundæ Caſſiam,& nomen tertiæ Cornu ſtibij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ Iob in uniuerſa terra:deditq; eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earum.Vixit autem Iob poſt flagella hæc,centum quadraginta annis,& uidit filios ſuos,& filios filiorum ſuorum,uſque ad quartam generationem,& mortuus eſt ſenex,& plenus dierum.

D. HIERONYMI AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN PSALTERIVM,

quod ſecundum Septuaginta æditionem correxit,Prologus.

PSalterium Romæ dudum poſitus emendaram:& iuxta Septuaginta interpretes,licet curſim,magna tamen ex parte correxeram.Quod quia rurſum uidetis ò Paula & Euſtochium, ſcriptorum uitio deprauatum,plusq; antiquum errorem quàm nouam emēdationem ualere:me cogitis ut ueluti quodam nouali,ſciſſum iam aruum exerceam,& obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem:æquum eſſe dicentes,ut quòd crebrò malè pullulat,crebrius ſuccidatur.Vnde conſueta præfatione commoneo tam uos,quibus fortè labor iſte deſudat,quàm eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere uoluerint,ut quæ diligenter emendaui,cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi unuſquiſq; uel iacentem lineam,uel radiantia ſigna,id eſt obelos uel aſteriſcos.Et ubicunq; uiderit uirgulam præcedentem,ab ea uſq; ad duo puncta quæ impreſſimus:ſciat in Septuaginta translatoribus plus haberi.ubi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem:de Hebræis uoluminibus additum nouerit æquè uſq; ad duo puncta,iuxta Theodotionis duntaxat æditionem:qui ſimplicitate ſermonis à Septuaginta interpretibus non diſcordat.Hæc ergo & uobis & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens:non ambigo multos fore,qui uel inuidia uel ſupercilio malint contemnere uideri præclara,quàm diſcere:& de turbulento magis riuo,quàm de puriſſimo fonte potare.

LIBER PSALMORVM

PSALMVS I

A BEATVS VIR qui non abijt in consilio impiorum,& in uia peccatorum non stetit,& in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege domini uoluntas eius:& in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tan- B quam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet:& omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Ideo non resurgent impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus uiam iustorum:& iter impiorum peribit.

Innocentiæ laus

PSALMVS II

A QVare fremuerunt gentes:& populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in unum aduersus dominum & aduersus Christum eius. Dirumpamus uincula eorum,& proijciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cœlis irridebit eos:& dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua:& in furore suo B conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea,& tanquam uas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligi- C te: erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore:& exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus,& pereatis de uia iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Vaticiniũ de regno Christi cui potẽtes ne frustra se opponãt hortantur

Act.4.e

Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalom filij sui. 2 Reg.15 III

A DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me? Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in deo eius. Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea,& exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamaui:& exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui,& soporatus sum,& exurrexi: quia dominus su- B scepit me. Non timebo millia populi circundantis me: exurge domine, saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus:& super populum tuum benedictio tua.

Res aduersæ frangũt, fiducia in deũ subleuat nos

In finem, in carminibus, psalmus Dauid. IIII

A CVm inuocarem exaudiuit me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi, miserere mei:& exaudi orationem meam. Filij hominum, usquequo graui corde? ut quid diligitis uanitatem,& quæritis mendacium? Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Irascimini,& nolite peccare: B quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilibus uestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in domino. multi dicunt, quis ostendet nobis bona? Signatum est super nos lumen uultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

Ad pietatis et innocẽtiæ studium exhortatio

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, psalmus Dauid. V

A VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende uoci orationis meæ, rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo: domine mane exaudies uocem meam. Mane astabo tibi & uidebo: quoniam nõ deus uolens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui

Describuntur duæ hæreditates & utriusq; finis

operantur iniquitatem : perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in B domum tuam:adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua:propter inimicos meos dirige in conspectu tuo uiam meam. Quoniam non est in ore eorum ueritas:cor eorum uanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, iudica illos deus. Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui sperant in te:in æternum exultabunt,& habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum:quoniam tu benedices iusto. Domine, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. C

In finem in carminibus psalmus Dauid pro octaua. VI

Orat ut se tandem exaudiat & exauditus sibi gratulatur

A DOmine, ne in furore tuo arguas me:neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum:sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ualde:sed tu domine usquequo? Conuertere domine & eripe animam meam:saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui:in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est à B furore oculus meus:inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam:dominus orationem meam suscepit. Erubescant,& conturbentur uehementer omnes inimici mei:conuertantur & erubescant ualde uelociter.

Psalmus Dauid, quem cantauit domino pro uerbis Chusi filij Iemini. 2 Reg.16 d VII

Testatur suã innocẽtiã, iniuriam cõmittit iusto dei iudicio uindicãdã qui nusquam cessat

A DOmine deus meus in te speraui : saluum me fac ex omnibus persequentibus me,& libera me:Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala:decidam meritò ab inimicis meis inanis, Persequatur inimicus animam meam,& comprehendat & conculcet in terra uitam meam,& gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua:& exaltare in finibus inimicorũ meorum. B Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti:& synagoga populorum circundabit te. Et propter hanc in altum regredere:dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iustitiam meam,& secundum innocẽtiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum,& diriges iustum, scrutans corda & renes deus. Iustum adiutorium meum à domino, qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis,& patiens, nunquid irascitur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum C tetendit,& parauit illum. Et in eo parauit uasa mortis:sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem:& peperit iniquitatem. Lacum aperuit,& effodit eum:& incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius:& in uerticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iustitiam eius:& psallam nomini domini altissimi.

In finem pro torcularibus, psalmus Dauid. VIII

Admiratio beneficiorũ Dei in hominẽ cũ gratiarum actione

A DOmine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra? Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos:ut destruas inimicum & ultorem. Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum:lunam & stellas quæ tu fundasti. Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis:gloria & honore coronasti eum,& constituisti eum super opera manuum tuarum. B Omnia subiecisti sub pedibus eius:oues & boues uniuersas:insuper & pecora campi. Volucres cœli,& pisces maris qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

In finem

In finem pro occultis filij,psalmus Dauid. IX

A CONfitebor tibi domine in toto corde meo:narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te,psallam nomini tuo altissime.In conuertendo inimicum meum retrorsum,infirmabuntur, & peribunt à facie tua.Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam:sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.Increpasti gentes & perijt impius:nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.Inimici defecerunt frameæ in finem:& ciuitates eorum destruxisti. Perijt memoria eorum cum sonitu:& dominus in æternum B permanet.Parauit in iudicio thronum suum:& ipse iudicabit orbem terræ in æquitate,iudicabit populos in iustitia.Et factus est dominus refugium pauperi:adiutor in opportunitatibus in tribulatione.Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum:quoniam non dereliquisti quærentes te domine.Psallite domino qui habitat in Sion:annuntiate inter gentes studia eius:Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est:non est oblitus clamorem pauperum.Miserere mei domine:uide humilitatem meam de inimicis meis,Qui exaltas C me de portis mortis,ut annuntiē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.Exultabo in salutari tuo:infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.In laqueo isto quem absconderunt,comprehensus est pes eorum.Cognoscetur dominus iudicia faciens:in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.Conuertantur peccatores in infernum,omnes gentes quæ obliuiscuntur deum.Quoniam non in finem obliuio erit pauperis:patientia pauperum non peribit in finem.Exurge domine,non confortetur homo:iudicentur gen- D tes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem super eos:sciant gentes quoniam homines sunt.

David agit gratias deo pro sua exaltatiōe

Esa.33 a

Hebræi hic ordiuntur decimum psalmum,hinc fit ut eorum numerus unitate nostrum superet usque ad centesimumdecimumtertium,qui itidem in duos distinguitur.Et centesimus decimusquintus connectitur præcedenti,inde ad suam numerationem redeunt.

Vt quid domine recessisti longe,despicis in opportunitatibus in tribulatione?Dum super- E bit impius,incenditur pauper:comprehenduntur in consilijs quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ,& iniquus benedicitur.Exacerbauit dominum: peccator secundum multitudinem iræ suæ non quæret. Non est deus in conspectu eius: inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore.Auferuntur iudicia tua à facie eius:omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo,non mouebor à generatione in generationem sine malo.Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine,& dolo:sub F lingua eius labor & dolor.Sedet in insidijs cum diuitibus:in occultis ut interficiat innocentem.Oculi eius in pauperem respiciunt:insidiatur in abscondito,quasi leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperem:rapere pauperem dum attrahit eum in laqueo suo:Humiliabit eum,inclinabit se,& cadet cum dominatus fuerit pauperum.Dixit enim in corde suo, oblitus est deus,auertit faciem suam ne uideat in finem. Exurge domine deus,exaltetur manus tua:ne obliuiscaris pauperum. Propter quid irritauit impius deum?dixit enim in G corde suo,non requiret. Vides,quoniam tu laborem & dolorem consideras:ut tradas eos in manus tuas.Tibi derelictus est pauper:orphano tu eris adiutor.Contere brachium peccatoris & maligni:quæretur peccatum illius,& non inuenietur.Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi:peribitis gentes de terra illius.Desiderium pauperum exaudiuit dominus:præparationē cordis eorum audiuit auris tua.Iudicare pupillo & humili:ut non apponat ultrà magnificare se homo super terram.

In finem,psalmus Dauid. X

A IN domino confido:quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer?Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum:parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.Quoniam quæ perfecisti,destruxerunt:iustus autem quid fecit?Dominus in templo sancto suo,dominus in cœlo sedes eius.Oculi eius in pau- B perem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium:qui autem diligit iniquitatem,odit animam suam.Pluet super peccatores

Vt nunquam non impetitur constās fides, ita nunquam succumbit

laqueos

laqueos:ignis,& sulphur,& spiritus procellarum,pars calicis eorum.Quoniam iustus do/minus,& iustitias dilexit:æquitatem uidit uultus eius.

In finem pro octaua,psalmus Dauid. XI

Detestatur impietatē & cō/mercium perfidorum

SAluum me fac domine,quoniam defecit sanctus,quoniam diminutæ sunt ueritates à filijs hominum.Vana locuti sunt unusquisq; ad proximum suum:labia dolosa,in corde & corde locuti sunt.Disperdat dominus uniuersa labia dolosa,linguam magniloquam. Qui dixerunt,Linguam nostram magnificabimus:labia nostra à nobis sunt,quis noster dominus est? Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam:dicit dominus.Ponam in salutari:fiducialiter agam in eo.Eloquia domini,eloquia casta:argentum igne examinatum,probatum terræ,purgatum septuplum.Tu domine seruabis nos:& custodies nos à generatione hac in æternum.In circuitu impij ambulant:secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

In finem,psalmus Dauid. XII

Longanimitatis oratio est

VSquequo domine obliuisceris me in finem? usquequo auertis faciem tuam à me? Quandiu ponam consilia in anima mea:dolorem in corde meo per diem? Vsq;quo exaltabitur inimicus meus super me? respice,& exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte:nequādo dicat inimicus meus,Prævalui aduersus eum.Qui tribulant me,exultabunt si motus fuero. Ego autem in misericordia tua speraui.Exultabit cor meum in salutari tuo:cātabo domino qui bona tribuit mihi:& psallam nomini domini altissimi.

In finem,psalmus Dauid. XIII

Argumētatur omnes esse peccatores, & docet quæ pijs quæq; impijs sint euentura

DIxit insipiens in corde suo, Non est deus.Corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in studijs suis:non est qui faciat bonum,non est usq; ad unum. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum:ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt,simul inutiles facti sunt:non est qui faciat bonum,non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum:linguis suis dolose agebant:uenenum aspidum sub labijs eorum.Quorum os maledictione & amaritudine plenum est:ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.Contritio & infelicitas in uijs eorum,& uiam pacis non cognouerunt:non est timor dei ante oculos eorum. Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem,qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dominum non inuocauerunt:illic trepidauerunt timore ubi non erat timor.Qnoniam dominus in generatione iusta est:consilium inopis confudistis,quoniam dominus spes eius est.Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.

Psalmus Dauid. XIIII

Qui uerè pij sint & quibus obuentura regni cœlestis hæreditas

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiam.Qui loquitur ueritatem in corde suo:qui non egit dolum in lingua sua,Nec fecit proximo suo malum,& opprobrium non accepit aduersus proximos suos,Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus,timentes autem dominum glorificat,Qui iurat proximo suo,& non decipit:qui pecuniam suam non dedit ad usuram,& munera super innocentem non accepit.Qui facit hæc,non mouebitur in æternum.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV

Mundi rebus nihil fragilius, fiducia in deum nihil firmius

COnserua me domine,quoniā speraui in te.dixi domino, Deus meus es tu,quoniam bonorum meorum non eges.Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes uoluntates meas in eis.Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:postea accelerauerunt.Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:nec memor ero nominum eorum per labia mea.Dominus,pars hæreditatis meæ & calicis mei,tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.Funes ceciderunt mihi in præclaris:etenim hæreditas mea præclara est mihi.Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & usque ad noctem increpuerunt

C me renes mei. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper,quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultauit lingua mea,inſuper & caro mea requieſcet in ſpe Quoniam non derelinques animam meam in inferno,nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem,Notas mihi feciſti uias uitæ,adimplebis me lætitia cum uultu tuo,delectationes in dextera tua uſque in finem.

Oratio Dauid. XVI

A EXaudi domine iuſtitiam meam,intende deprecationem meam:Auribus percipe orationem meam,non in labijs doloſis.De uultu tuo iudicium meum prodeat,oculi tui uideant æquitatem. Probaſti cor meum,& uiſitaſti nocte:igne me examinaſti,& non eſt inuenta in me iniquitas:Vt non loquatur os meum,opera hominum,propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras.Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,ut non moueantur ueſtigia mea. Ego clamaui quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuam mihi,& exaudi uerba mea.Mirifica miſericordias tuas,qui ſaluos facis ſperantes in te,A reſiſtentibus dexteræ tuæ,cuſtodi me ut pupillam oculi,Sub umbra alarum tuarum protege me,à facie impiorum qui me afflixerunt:Inimici mei animam meam circundederunt,adipem ſuum concluſerunt,os eorum locutum eſt ſuperbiam. Proijcientes me,nunc circundederunt me:oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam,& ſicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge domine,præueni eum,& ſupplanta eum:eripe animam meam ab impio, frameam tuam. Ab inimicis manus tuæ,domine,à paucis de terra diuide eos in uita eorum:& de abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorum:Saturati ſunt filijs,& dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo:ſatiabor cum apparuerit gloria tua.

Deprecatur tentationes, & petit à domino protectionē

In finem puero domini Dauid,qui locutus eſt domino uerba cantici huius,in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius,& de manu Saul,& dixit, 2 Reg.22 a XVII

A DIligam te domine fortitudo mea,dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus:Deus meus,adiutor meus,& ſperabo in eum:Protector meus,& cornu ſalutis meæ,& ſuſceptor meus.Laudans inuocabo dominum,& ab inimicis meis ſaluus ero.Circundederunt me dolores mortis,& torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me,præoccupauerunt me laquei mortis.In tribulatione mea inuocaui dominum,& ad deum meum clamaui,Et exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam,& clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.Commota eſt & contremuit terra,& fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt,quoniam iratus eſt eis.Aſcendit fumus in ira eius,& ignis à facie eius exarſit,carbones ſuccenſi ſunt ab B eo.Inclinauit cœlos,& deſcendit:& caligo ſub pedibus eius.Et aſcendit ſuper cherubim,& uolauit:uolauit ſuper pennas uentorum.Et poſuit tenebras latibulum ſuum,in circuitu eius tabernaculum eius:tenebroſa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt,grando & carbones ignis.Et intonuit de cœlo dominus,& altiſsimus dedit uocem ſuam:grando & carbones ignis.Et miſit ſagittas ſuas,& diſſipauit eos:fulgura multiplicauit,& conturbauit eos.Et apparuerunt fontes aquarum,& reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum Ab increpatione tua domine,ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.Miſit de ſummo,& accepit me:& aſſumpſit me de aquis multis.Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me:quoniam confortati ſunt ſuper me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ,& factus eſt dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem,ſaluum C me fecit quoniam uoluit me.Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi:Quia cuſtodiui uias domini,nec impiè geſſi à deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo:& iuſtitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo,& obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Cum ſancto,ſanctus eris: & cum uiro innocente,

Gratias agit deo qui eū ex periculis eripuerit, quæ hic enumerās, deſcribit maieſtatem & beneficia dei

innocēs

innocens eris. Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruersus eris. Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione: & in deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta uia eius: eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus præter dominum? aut quis deus præter deum nostrum? Deus qui præcinxit me uirtute: & posuit immaculatam uiam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & super excelsa statuens me: Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti ut arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me, Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: & nõ sunt infirmata uestigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Et præcinxisti me uirtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad dominum, nec exaudiuit eos. Et comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti: ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput Gentium: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi: Filij alieni, mentiti sunt mihi: filij alieni, inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ. Deus qui das uindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis: Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à uiro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius usque in seculum.

Psal. 18 — D — E — F — G

In finem, psalmus Dauid. XVIII

Verbum Dei quõ illuminat & quando salutaris sit uirtus eius

COeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamẽtum. Dies diei eructat uerbum: & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, Exultauit ut gigas ad currendam uiam: à summo cœlo egresio eius, Et occursus eius usq; ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. Lex domini immaculata, conuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda: præceptum domini, lucidum, illuminans oculos. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini uera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiẽdis illis retributio multa. Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus, & redemptor meus.

A — B — C

In finem, psalmus Dauid. XIX

Deum suis per omnia benignum futurũ promittitur

EXaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo: & in nomine dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. Exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderũt: nos autẽ surreximus & erecti sumus. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

A — B

In finem, Psalmus Dauid. XX

A Domine in uirtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit uehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei: & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum B seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Quoniam rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non commouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui: dominus in ira sua conturbabit C eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum: in reliquijs tuis præparabis uultum eorum. Exaltare domine in uirtute tua: cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

Gratias deo pro innumeris beneficijs agit quæ partim recenset

In finem pro susceptione matutina, Psalmus Dauid XXI

A Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe à salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non B sunt confusi. Ego autem sum uermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes uidentes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput, Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre: spes mea ab uberibus matris meæ. In te proiectus sum ex utero: de uētre ma C tris meæ deus meus es tu. Ne discesseris à me: quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circundederunt me uituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera, liquescēs in medio uentris mei. D Aruit tanquam testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uerò considerauerunt, & inspexerunt me: Diuiserunt sibi uestimēta mea, & super uestem meam E miserunt sortem. Tu autē domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice. Erue à framea animam meam: & de manu canis unicam meam. Salua me ex ore leonis: & à cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomē tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis deū laudate eum: uniuersum semen Iacob glorificate eum Timeat eum omne semen Israel: Quoniam non spreuit neque despe F xit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna: uota mea reddam in conspectu timētium eum. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, uiuent corda eorum in seculum seculi, Reminiscentur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium. Quoniam domini est re G gnum, & ipse dominabitur gentium. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram, & anima mea illi uiuet: Et semen meum seruiet ipsi. Annuntiabitur domino generatio uentura, & annuntiabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

Implorat dei auxilium in ultima angustia cōstitutus ubi Christi passionem deliniat, gentiumque uaticinatur uocationem

Psal.131 a

Psalmus Dauid, XXII.

A Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in con

Commemorat immēsa dei beneficia

ſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebriãs quàm præclarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Et ut inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

Pſalmus Dauid prima ſabbathi, XXIII

Deum omniũ eſſe dominũ, ſoliſq; innocẽtibus locum apud ipſum: & regem gloriæ uenturum

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & uniuerſi qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eũ: & ſuper flumina præparauit eũ. Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionẽ à domino, & miſericordiam à deo ſalutari ſuo. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem dei Iacob. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus uirtutum ipſe eſt rex gloriæ.

1. Cor. 10 f

Pſalmus Dauid, XXIIII

Cõmunis oratio & cõfeſſio
Pſal. 30 a

AD te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Neq; irrideant me inimici mei: Etenim uniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes ſuperuacue. Vias tuas domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua, & doce me: quia tu es deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiarũ tuarum quæ à ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Secundum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in uia. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites uias ſuas. Vniuerſæ uiæ domini, miſericordia & ueritas requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet dominum? legem ſtatuit ei in uia quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur: & ſemen eius hæreditabit terram. Firmamentum eſt dominus timentibus eum: & teſtamẽtum ipſius ut manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad dominum: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me, & miſerere mei: quia unicus & pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte uniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me. Cuſtodi animam meam & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperaui in te. Innocentes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te. Libera deus Iſrael, ex omnibus tribulationibus ſuis.

In finem, Pſalmus Dauid, XXV

Orat deũ, ne ſibi pereat innocentia ſua, quã habet ex fide
Eſa. 1 b

IVdica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans non infirmabor. Proba me domine & tenta me: ure renes meos & cor meum. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in ueritate tua. Non ſedi cum concilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine, Vt audiam uocem laudis tuæ, & enarrem uniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impijs animam meam, & cum uiris ſanguinum uitam meam: In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. Ego aũt in innocẽtia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine.

Pſalmus Dauid priuſquam liniretur. XXVI

Experimentũ fidei quæ in periculis ſolatur ſe dei patrocinio

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? Dominus protector uitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropiant ſuper me nocentes, ut edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ſperabo. Vnam petij à domino

domino,hanc requiram:ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, Vt ui/
B deam uoluptatem domini,& uisitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernacu/ 1.Reg.21 a
lo suo,in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, &
nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui,& immolaui in tabernaculo eius
C hostiam uociferationis: cantabo & psalmum dicam domino. Exaudi domine uocem meã
qua clamaui ad te:miserere mei,& exaudi me. Tibi dixit cor meum,exquisiuit te facies mea:
faciem tuam domine requirã. Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.
Adiutor meus esto:ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Quoniam
pater meus & mater mea dereliquerunt me:dominus aũt assumpsit me. Legem pone mihi
D dñe in uia tua,& dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in ani/
mas tribulantium me,quoniam insurrexerunt in me testes iniqui,& mentita est iniquitas si/
bi. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Expecta dominum, uiriliter age: & con/
fortetur cor tuum, & sustine dominum.

Huic Dauid XXVII

A AD te domine clamabo, deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimila/ *Subito implo/*
bor descendentibus in lacum. Exaudi domine uocem deprecationis meæ dum oro *rat dei auxi/*
ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum pec/ *liũ cõtra frau*
catoribus:& cum operantibus iniquitatem ne perdas me: Qui loquuntur pacem cum pro/ *dulentos. Ex/*
B ximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, & secundum *auditur et gra*
nequitiam adinuentionum ipsorum, Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde *tias agit*
retributionem eorum ipsis. Quoniam nõ intellexerunt opera domini, & in opera manuum
eius, destrues illos & non ædificabis eos. Benedictus dominus: quoniam exaudiuit uocem
C deprecationis meæ. Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor
meum, & adiutus sum. Et refloruit caro mea: & ex uoluntate mea confitebor ei. Do/
minus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum CHRISTI sui est. Saluum
fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos & extolle illos usque
in æternum.

Psalmus Dauid in consummatione
tabernaculi XXVIII

A AFferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam & ho *Potentes inuĩ*
norem, Afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius. *tat ad cultum*
Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. Vox do/ *unius dei cu/*
mini in uirtute, uox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros: & con/ *ius maiestatẽ*
B fringet dominus cedros Libani, Et comminuet eas tanquam uitulum Libani: & dilectus *extollit*
quemadmodum filius unicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis: uox domini
concutientis desertum, & commouebit dominus desertum Cades. Vox domini præparan/ Num.16 a
tis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus diluuiũ
inhabitare facit, & sedebit dominus rex in æternum. Dominus uirtutem populo suo dabit,
dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid XXIX

A EXaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. *Gratias agit*
Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animã *deo ob accep/*
meam: saluasti me à descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius, & cõfitemini me/ *tũ beneficiũ,*
moriæ sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatiõe eius, & uita in uoluntate eius. Ad uespe/ *et docet om/*
B rum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, non *nia pijs tuta*
mouebor in æternum, (Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem) Auertisti *apud deum*
faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ad te domine clamabo, & ad deum meum
deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? nunquid con/
fitebitur tibi puluis, aut annuntiabit ueritatem tuam? Audiuit dominus, & misertus est mei:
dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conci/

disti saccum meum,& circundedisti me lætitia: Vt cãtet tibi gloria mea,& non compungar: domine deus meus inæternum confitebor tibi.

In finem, Psalmus Dauid XXX

Orat in graui afflictione cõstitutus, exaudi me, & gratias agit

Luc.23 f

IN te domine speraui, non confundar inæternum: in iustitia tua libera me. Inclina ad me A aurem tuam: accelera ut eruas me. Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij: ut saluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me, Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti B me domine deus ueritatis. Odisti obseruantes uanitates superuacue. Ego autem in domino speraui: Exultabo & lætabor in misericordia tua, quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos. Miserere mei domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira o- C culus meus, anima mea, & uenter meus: Quoniam defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus, Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis. Qui uidebant me, foras fugerunt à me: Obliuioni datus sum tanquàm mortuus à corde. Factus D sum tanquam uas perditum: Quoniam audiui uituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirẽt simul aduersum me, accipere animam meã consiliati sunt. Ego autem in te speraui domine: dixi, Deus meus es tu, In manibus tuis sortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra faciem tuam super ser- E uum tuum, saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Erubescant impij, & deducantur in infernum: Muta fiant labia dolosa quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione. Quàm magna multitudo dulcedinis tuę domine, quam abscondisti timentibus te, Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu F filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo, à contradictione linguarum. Benedictus dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti uocem orationis meæ, dum G clamarem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius: quoniam ueritatem requirit dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite, & confortetur cor uestrũ omnes qui speratis in domino.

Ipsi Dauid intellectus. XXXI

Qualis res sit agnoscere aut nõ agnoscere peccata, & quõ eorum uenia impetretur

BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui nõ A imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam B meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris: firma- C bo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. In chamo & freno maxillas eorũ constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit. Lætamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid. XXXII

Hymnus quo dei omnipotẽtia decãtatur

EXultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cithara: in A psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione. Quia rectum est uerbum domini, & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudicium: misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt:

& spiritu

& spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in
B thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inha
bitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Dominus
dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorũ, & reprobat consilia prin-
cipum. Consilium autem domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatio-
ne & generationem. Beata gens cuius est dominus, deus eius: populus quem elegit in hæ-
C reditatem sibi. De cœlo respexit dominus: uidit omnes filios hominum. De præparato ha-
bitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum: *Pro.16 21*
qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam uirtutem: & gigas non sal-
uabitur in multitudine uirtutis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem uirtutis
suæ non saluabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super mi-
D sericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra sustinet
dominum, quoniam adiutor & protector noster est. Quia in eo lætabitur cor nostrum: &
in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos queadmodum
sperauimus in te.

Dauidi cum immutauit uultum suum coram Abimélech, &
dimisit eum & abijt, ij. Reg. xxi. d XXXIII

A BEnedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In domino lauda
bitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. Magnificate dominum mecum, & ex-
altemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribu-
lationibus meis eripuit me. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestræ non confun-
dentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus e-
B ius saluauit eum. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Gusta-
te, & uidete quoniam suauis est dominus: beatus uir qui sperat in eo. Timete dominum o-
mnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt,
inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Venite filij, audite me: timorem
domini docebo uos. Quis est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe lin-
C guam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inqui-
re pacem, & persequere eam. Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Vul-
tus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. Clamaue-
runt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iu-
xta est dominus ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulatio-
D nes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa
eorum: unum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima, & qui oderunt iustum
delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui
sperant in eo.

In hac gratiarum actiõe testatur deũ nũquàm suis deesse

1.Pet.3 b

Huic Dauid XXXIIII

A IVdica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum,
& exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui perse-
quuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum. Confundantur & reuereantur quærentes
animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tan-
quam puluis ante faciem uenti, & angelus domini coartans eos. Fiant uiæ illorum tenebræ
& lubricum: & angelus domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interi-
tum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illi laqueus quem igno-
B rat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum. Anima au-
tem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent,
domine quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à
diripientibus eum. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Retribue-
bant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. Ego autem cum mihi molesti essent,
induebar cilicio, Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuer-

Oppressus ab his de quibus bene fuit meritus inuocat opem diuinam
Psal.82 a

tetur. Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic cõplacebam: quasi lugens & cõtristatus sic humiliabar. Et aduersum me læta ti sunt, & conuenerunt, congregata sunt super me flagella, & ignoraui. Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me sub sannatione: frenduerũt super me dentibus suis. Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracũdia terræ loquentes, dolos cogitabant. Et dilatauerũt super me os suum: dixerunt, Euge, euge, uiderunt oculi nostri. Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas à me. Exurge & intende iudicio meo: deus meus, & dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus: & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, Euge euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis. Induantur confusione & reuerentia qui magna loquũtur super me. Exultent & lætentur qui uolunt iustitiam meam: & dicant semper, magnificetur dominus, qui uolunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

Apoc. 15 d

C D

In finem, seruo domini Dauid — XXXV

Impios depingit, & orat pro pijs

DIxit iniustus ut delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni uiæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Domine in cœlo misericordia tua: & ueritas tua usq; ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines & iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons uitæ: & in lumine tuo uidebimus lumen. Prętende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Non ueniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

A B C

Ipsi Dauid — XXXVI

Impios non imitandos et si prosperrime agãt, Itẽ quis finis & pium & impiũ maneat

NOli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem, Quoniam tanquam fœnum uelociter arescent: & queãdmodum olera herbarum cito decidẽt. Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitijs eius. Delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela domino uiam tuam, & spera in eo: & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: Subditus esto domino, & ora eum. Noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine faciẽte iniustitias. Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hęreditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod ueniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, Vt deijciant pauperem & inopem, ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorũ multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus. Nouit dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. Inimici uerò domini mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & retribuet. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt. Apud dominum gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Cum ceciderit, nõ collidetur: quia dominus supponit

A B C D

E ponit manum suam. Iunior fui, etenim senui: & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit. Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi. Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur. Iniusti punientur: & semen im-F piorum peribit. Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cũ iudicabitur illi. Expecta dominum, & custodi uiam eius: & exaltabit te ut hæreditate capias G terram: cum perierint peccatores uidebis. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & uide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autẽ disperibunt simul, reliquiæ impiorum interibunt. Salus autẽ iustorum à domino: & protector eorum in tempore tribulatiõis. Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Isa. 51 e

Psalmus Dauid in rememoratione, die sabbathi. XXXVII

A DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Nõ est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt B illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorm meorum & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: Et uim faciebant qui C quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus nõ audiebã: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti D sunt. Quoniã ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo, Inimici autem mei uiuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, domine deus salutis meæ.

Explorat se ipsum & cõfitetur crimen, cedit malis ac in deum omnẽ fiduciã collocat

Iob 19 b
Psal. 54 b

In finem pro Idithun canticum Dauid XXXVIII

A DIxi, Custodiam uias meas: ut nõ delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te. Veruntamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Thesaurizat, & B ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea? nónne dominus, & substantia mea apud te est? Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipiẽti dedisti me. Obmutui, & non aperui os meum, quoniã tu fecisti: amoue à me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci: In increpationibus propter iniquitatem, corripuisti hominem.

Agnoscit se quotidie peccare & uerbera mereri, ob id implorat misericordiã domini

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: ueruntamen uanè conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine, & deprecationẽ meam auribus percipe: lachrymas meas Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.

In finem, Psalmus Dauid XXXIX

Hac cõfessiõe laudatur deus & docetur quõ colendus sit & inuocãdus

Hier. 17 b

EXpectans expectaui dominum & intendit mihi, & exaudiuit preces meas: Et eduxit me de lacu miseriç, & de luto fecis. Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in domino. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in uanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est quis similis sit tibi. Annuntiaui & locutus sum: multiplicatæ sunt super numerum. Sacrificium & oblationẽ noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustũ & pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptum est de me ut facerem uoluntatem tuam, deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei. Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & ueritatem tuam à concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & ueritas tua semper susceperunt me. Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut uiderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine ut eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam ut auferant eam. Conuertantur retrorsum & reuereantur qui uolunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge. Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

In finem, Psalmus Dauid XL

In ægretudine inuocat dominum ut sui misereatur, quoniã et ipse misertus sit pauperum

Mat. 26 b

BEatus uir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eũ dominus. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur: In idipsum Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerũt aduersum me, nunquid qui dormit non adijciet ut resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo sperauí, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo inęternum. Benedictus dominus deus Israel à seculo & usque in seculum: fiat, fiat.

In finem, intellectus filijs Core. XLI

Queritur se cõtumelijs inimicorum perturbatũ esse, spe tamẽ imota sustentari

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortem, uiuum: quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? Hæc recordatus sum: & effudi in me animam meam, quoniam trãsibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare uultus tui, & deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata

turbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim à monte modico. Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui C super me transierunt. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte cãticum eius apud me, oratio deo uitæ meæ. Dicam deo, Susceptor meus es, quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea, exprobraueunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dũ dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare uultus mei, & deus meus.

Psalmus Dauid, XLII

A IVdica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam: ipsa me deduxerunt & ad B duxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare uultus mei, & deus meus.

Eiusdem argumẽti cum præcedente

Sap. 41 d

In finem, filiis Core ad intellectum. XLIII

A DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerunt nobis Opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederũt terram, & brachium eorum non saluauit eos, Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui: quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus: qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in B nobis. Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti. In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula. Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris deus in uirtutibus nostris: Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum: & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos C opprobrium uicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die uerecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me A uoce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Hæc omnia uenerunt super nos, nec obliti sumus te, & iniquè non egimus in testamento tuo, Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à uia tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos umbra mor D tis. Si obliti sumus nomen dei nostri: & si expandimus manus nostras ad deum alienum, Nónne deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Exurge, quare obdormis domine? exurge: & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra uenter noster, Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

Pia expostulatione à deo petitur, ut iuxta fœdus cum patribus initum auxilietur afflictis

Psal. 8 a

In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core ad intellectum, canticum pro delicto. XLIIII

A ERuctauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sa B gittæ tuæ acutæ (populi sub te) cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum

Laus ueri regis Christi ac sponsæ eius ecclesiæ, sub persona regis & reginæ

culum seculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propter ea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha & gutta & casia à uestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te, filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circũdata uarietate. Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et cõcupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus & adorabũt eum. Et filia Tyri in muneribus: uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria filiæ regis abintus, in fimbrijs aureis circumamicta uarietatibus. Adducentur regi uirgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatiõe: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

C D

In finem, filijs Core pro arcanis Psalmus XLV

Ecclesiæ per allegoriã munitæ urbis, nocerì nõ posse, dominũ enim ei adesse

A DEus noster refugium & uirtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dũ turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit uocem suam, mota est terra. Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster deus Iacob. Venite, & uidete opera domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usq; ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni. Vacate, & uidete quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Dominus uirtutum nobiscum: susceptor noster deus Iacob. B

In finem, pro filijs Core Psalmus. XLVI

Gratulatio super aliqua uictoria, quæ tibi rerum Christi est

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in uoce exultationis. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quam dilexit. Ascendit deus in iubilo: dominus in uoce tubæ. Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ deus: psallite sapienter. Regnauit deus super gẽtes: deus sedet super sedem sanctã suam. Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham: quoniam dij fortes terræ, uehementer eleuati sunt. A B

Psalmus cantici filijs Core secunda sabbathi XLVII

Encomium Hierosolymæ, quæ figura est ecclesiæ & cuiuslibet fidelis animæ

MAgnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Fundatur exultatione uniuersæ terræ: mons Sion latera aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in unum. Ipsi uidẽtes sic admirati sunt, conturbati sunt, cõmoti sunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis, in spiritu uehementi conteres naues Tharsis. Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutũ, in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in æternum. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. Lætetur mons Sion, & exultent filij Iudæ: propter iudicia tua domine. Circundate Sion, & cõplectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda uestra in uirtute eius: & distribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus, deus noster in æternum & in seculum seculi: ipse reget nos in secula. A B C

In finem filijs Core Psalmus XLVIII

Rerum terrenarum contẽptus

AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem, Quicq; terrigenæ & filij hominum: simul in unum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me, Qui confidunt in uirtute sua: & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur. A

Frater

Frater non redimit, redimet homo? non dabit deo placationem suam, Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum: & uiuet adhuc in finem. Nõ uidebit interitum, cum uiderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt. Etr elinquent alienis di B uitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, uocauerunt nomina sua in terris. Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hæc uia illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxilium eorum ueterascet in inferno à gloria eorum. Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi cum accepe C rit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum mulriplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in uita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorũ: & usq; in æternũ non uidebit lumen. Homo cum in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph, XLIX

A DEus deorum dominus locutus est: & uocauit terram. A solis ortu usq; ad occasum: ex Sion species decoris eius, Deus manifestè ueniet deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabũt cœli iustitiã eius: quoniam deus iudex est. Au B di populus meus, & loquar: Israel, & testificabor tibi: deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarũ, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid man C ducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis: & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uerò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abũ D dauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare dei.

Comminatur deum uenturũ in ultionẽ nostræ iniustitiæ, quod eum præpostere colamus

Psal. 23 a

In finem, Psalmus Dauid cum uenit ad eum Nathan propheta, quãdo intrauit ad Beth sabee. ij. Reg. xij L

A MIserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatũ meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in pecca B tis concepit me mater mea. Ecce enim ueritatem dilexisti: incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabũt ossa humiliata. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, & spiritum C rectũ innoua in uisceribus meis. Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctũ tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas: & impij ad te cõuertẽtur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit

Adulterij & homicidij sibi cõscius anxie orat ueniã & animi trãquillitatem

1. Pet. 3 e

tiabit laudem tuam. Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem: utique holocaustis non de- D lectaberis. Sacrificium deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion: ut ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblatiões & holocausta: tunc imponent super altare tuum uitulos.

1. Reg. 22 b

In finem, intellectus Dauid, cum uenit Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Abimelech. LI

Obiurgat impiæ linguæ temeritatem, & nunciat ei imminere excidium

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatẽ: iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia uerba præcipitationis, lingua dolosa: Propterea deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt: & di- B cent, Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in uanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

In finem, pro Mahalath intelligentia Dauid LII

Peccatores nos oẽs esse, dei timorẽ simulare potius quàm habere, Et salutẽ piorum esse à domino

DIxit insipiens in corde suo, non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in A iniquitatibus: & non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominum: ut uideat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ut cibum panis? Deum nõ inuocauerunt: illic B trepidauerunt timore ubi nõ erat timor, Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: cõfusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

1. Reg. 23 d

In finem, in carminibus intellectus Dauid cum uenissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nõne Dauid absconditus est apud nos? LIII

Inuocatio in magna necessitate, & beneficiorũ agnitio

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in uirtute tua iudica me. Deus exaudi oratio- A nem meam: auribus percipe uerba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt deum ante conspectum suum. Ecce enim deus adiuuat me: & dominus susceptor est animæ meæ. Auerte mala inimicis meis: & in ueritate tua disperde illos. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini B tuo domine quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

In finem, in carminibus intellectus Dauid LIIII

Anxia oratio est dũ grauius urgent amici alienati quàm hostes

EXaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: Intende mihi, A & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbartus sum à uoce inimici, & à tribulatiõe peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me: & contexerunt me tenebræ: Et dixi, quis dabit mihi pennas B sicut columbæ: & uolabo & requiescam? Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine, Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Præcipita domine, diuide linguas eorum: quoniam uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius: iniquitas & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius usura & dolus. Quoniam si inimicus maledixisset mihi: sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan C ab eo. Tu uerò homo unanimis, dux meus & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos: & descendant in infernum uiuentes. quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum. Ego autem ad deum

ad deum clamaui:& dominus saluabit me. Vespere, & mane, & meridie narrabo & annuntiabo,& exaudiet uocem meam. Redimet in pace animam meam ab his qui appro-
D pinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet deus, & humiliabit illos qui est ante secula. Non enim est illis commutatio, & non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo. Contaminauerunt testamentum eius: diuisi sunt ab ira uultus eius:& appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum:& ipsi sunt iacula. Iacta super dominum curam tuam,& ipse te enutriet:non dabit in æternum fluctuationem iusto. Tu uerò deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos:ego autem sperabo in te domine.

In finem,pro populo qui à sanctis longè factus est,David in tituli inscriptione, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. LV

A MIserere mei deus,quoniam conculcauit me homo:tota die impugnãs tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die:quoniam multi bellantes aduersum me. Ab altitudine diei timebo:ego uerò in te sperabo. In deo laudabo sermones meos,in deo speraui:non timebo quid faciat mihi caro. Tota die uerba mea execrabãtur:aduersum me
B omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt & abscondent:ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sicut sustinuerunt animam meam,pro nihilo saluos facies illos:in ira populos confringes. Deus,uitam meam annuntiaui tibi:posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,Sicut & in promissione tua:tunc conuertentur inimici mei retrorsum,In quacunq; die
C inuocauero te:ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo uerbum,in domino laudabo sermonem:in deo speraui,non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deus uota tua,quæ reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte,& pedes meos de lapsu,ut placeam coram deo in lumine uiuentium.

Orat dominũ ut sibi adsit, cum innocens appetatur

In finem,ne disperdas,David in tituli inscriptione,cum fugeret à facie Saul in speluncam. LVI

A MIserere mei deus,miserere mei:quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo:donec trãseat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum:deum qui benefecit mihi. Misit de cœlo,& liberauit me:dedit in opprobrium conculcantes me. Misit deus misericordiam suam & ueritatem suam:& eripuit animam meam de medio catulorum leonum:dormiui conturbatus. Filij hominum,dentes eorum arma & sagittæ:& lingua eorum,gladius acutus. Exaltare super cœlos deus:& in omnem terram gloria tua.
B Laqueum parauerunt pedibus meis:& incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam:& inciderunt in eam. Paratum cor meum deus,paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam. Exurge gloria mea,exurge psalterium & cithara:exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine:psalmum dicam tibi in gentibus: Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua,& usq; ad nubes ueritas tua. Exaltare super cœlos deus:& super omnem terram gloria tua.

Ob liberationem à periculis agit gratias deo

In finem,ne disperdas,David in tituli inscriptione. LVII

A SI uerè utique iustitiam loquimini:recta iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini:in terra iniustitias manus uestræ concinnant. Alienati sunt peccatores à uulua:errauerunt ab utero,locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis:sicut aspidis surdæ,& obturantis aures suas, Quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:molas leo-
B num confringet dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens:intẽdit arcum suum donec infirmentur. Sicut cera quæ fluit,auferẽtur:supercecidit ignis,& non uiderunt solem. Prius quàm intelligerent spinæ uestræ rhamnum:sicut uiuentes,sic in ira absorbet eos. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam:manus suas lauabit in sanguine peccatoris, Et dicet homo,si utique est fructus iusto:utique est deus iudicans eos in terra.

Impiorum,eorumq; exitus descriptio

1 Reg. 19

In finem,ne disperdas,David in tituli inscriptione, quando misit Saul,& custodiuit domum eius ut interficeret eum. LVIII

Orat auxiliũ contra hostes suos quos cu- pit penitus sublatos, & agit gratias

ERipe me de inimicis meis deus meus:& ab insurgentibus in me,libera me. Eripe me A de operantibus iniquitatem:& de uiris sanguinum salua me. Quia ecce ceperunt animam meam,irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea,neq; peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meum,& uide:& tu domine deus uirtutum deus Israel,Intende ad uisitandas omnes gentes:non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Conuertentur ad uesperam:& famem patientur ut canes,& circuibunt B ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo,& gladius in labijs eorum:quoniam quis audiuit? Et tu domine deridebis eos:& ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam,quia deus susceptor meus es:deus meus misericordia eius præueniet me. Deus ostendit mihi super inimicos meos,ne occidas eos:nequando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in uirtute tua:& depone eos protector meus domine: Delictum oris eorum, C sermonem labiorum ipsorum,& comprehendantur in superbia sua. Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione:in ira consummationis,& non erunt. Et scient quia deus dominabitur Iacob,& finium terræ. Conuertentur ad uesperam,& famem patientur ut canes:& circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducãdum:si uerò non fuerint saturati,& murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam,& exaltabo ma D ne misericordiam tuam: Quia factus es susceptor meus,& refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam,quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.

In finem, pro ijs qui immutabuntur,in tituli inscriptione Dauid in doctrinam, cum succendit Syriam Mesopotamiæ, & Syriam Soba, & conuertit Ioab,& percussit Idumæam in ualle Salinarum duodecim millia. LIX

Precatur dominum ut regnũ suũ ab hostibus afflictũ sibi restituat

DEus repulisti nos,& destruxisti nos:iratus es,& misertus es nobis. Commouisti ter- A ram,& conturbasti eam:sana contritiones eius,quia commota est. Ostendisti populo tuo dura:potasti nos uino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem:ut fugiant à facie arcus. Vt liberentur dilecti tui:saluum fac dextera tua,& exaudi me. Deus B locutus est in sancto suo, lætabor, & partibor Sichimam & conuallem tabernaculorum metibor: Meus est Galaad,& meus est Manasses:& Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: Moab olla spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum:mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me usq; in Idu C mæam? Nónne tu deus qui repulisti nos:& non egredieris deus in uirtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione:quia uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem:& ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

In finem,in hymnis Dauid. LX

Ex fidei fontibus oratio est & gratiarum actio pro Messiæ promissione

EXaudi deus deprecationem meam:intende orationi meæ. A finibus terræ ad te cla- A maui:dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me, Deduxisti me:quia factus es spes mea:turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula:protegar in uelamento alarum tuarum. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam:dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcies:annos eius usq; B in diem generationis & generationis. Permanet in æternum in conspectu dei:misericordiam & ueritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddam uota mea de die in diem.

In finem,pro Idithun,psalmus Dauid. LXI

Spiritualis insultatio est, quæ ex fidei penetralibus proficiscitur

NOnne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse deus A meus,& salutaris meus:susceptor meus,non mouebor amplius. Quousque irruitis in hominem? interficitis uniuersi uos:tanquam parieti inclinato,& maceriæ depulsæ? Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere,cucurri in siti:ore suo benedicebant,& corde suo maledicebant. Veruntamen deo subiecta esto anima mea:quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus:adiutor meus,non emigrabo. In deo sa- B lutare meum,& gloria mea:deus auxilij mei,& spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congre-

congregatio populi,effundite corã illo corda uestra:deus adiutor noster in æternum. Veruntamen uani filij hominum,mendaces filij hominum in stateris:ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiscere:diuitiæ si affluant,nolite cor apponere.Semel locutus est deus,duo hæc audiui,quia potestas dei est, & tibi domine misericordia,quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

Psalmus Dauid,cum esset in deserto Idumææ. LXII

Gratias agit deo quod se nusquam deserat

DEus deus meus ad te de luce uigilo.Sitiuit in te anima mea,quàm multipliciter tibi caro mea,In terra deserta & inuia & inaquosa:sic in sancto apparui tibi,ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam.Quoniam melior est misericordia tua super uitas:labia mea laudabunt te.Sic benedicã te in uita mea:& in nomine tuo leuabo manus meas.Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& labijs exultationis laudabit os meum.Sic memor fui tui super stratum meum,in matutinis meditabor in te:quia fuisti adiutor meus.Et in uelamento alarum tuarum exultabo:adhæsit anima mea post te:me suscepit dextera tua. Ipsi uerò in uanum quæsierunt animam meam,introibunt in inferiora terræ:tradentur in manus gladij,partes uulpium erunt.Rex uerò lætabitur in deo,laudabuntur omnes qui iurant in eo,quia obstructum est os loquentium iniqua.

In finem,psalmus Dauid. LXIII

Orat ut se dominus ab inimicorum insidijs liberet,cõminaturetiam illis sua mala

EXaudi deus orationem meam cum deprecor:à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantium:à multitudine operãtium iniquitatem.Qui exacuerunt ut gladium linguas suas,intenderunt arcum rem amaram:ut sagittent in occultis immaculatum. Subitò sagittabunt eum,& non timebunt:firmauerunt sibi sermonem nequam:Narrauerunt ut absconderent laqueos:dixerunt,quis uidebit eos? Scrutati sunt iniquitates:defecerunt scrutantes scrutinio.Accedet homo ad cor altũ:& exaltabitur deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum:& infirmatæ sunt cõtra eos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes qui uidebant eos:& timuit omnis homo.Et annuntiauerunt opera dei:& facta eius intellexerunt.Lętabitur iustus in domino,& sperabit in eo:& laudabuntur omnes recti corde.

In finem,psalmus Dauid. LXIIII

Obtestatur misericordiã dei in qua est remissio peccatorum

TE decet hymnus deus in Sion:& tibi reddetur uotũ in Ierusalem.Exaudi orationem meam:ad te omnis caro ueniet.Verba iniquorum præualuerunt super nos:& impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti:inhabitabit in atrijs tuis.Replebimur in bonis domus tuæ:sanctum est templum tuum:mirabile in æquitate. Exaudi nos deus salutaris noster:spes omnium finium terræ,& in mari longe.Præparans montes in uirtute tua,accinctus potentia:qui conturbas profundum maris,sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes,& timebunt qui habitant terminos,à signis tuis:exitus matutini & uespere delectabis. Visitasti terram & inebriasti eam : multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletum est aquis:parasti cibum illorum:quoniam ita est præparatio eius.Riuos eius inebrians,multiplica genimina eius:in stillicidijs eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:& campi tui replebuntur ubertate. Pinguescent speciosa deserti:& exultatione colles accingentur.Induti sunt arietes ouium,& ualles abundabunt frumento:clamabunt,etenim hymnum dicent.

In finem,psalmus Dauid. LXV

Hac gratulatione uidetur usus in solennibus festis,quibus adhuc carnales uictimæ offerebantur

IVbilate deo omnis terra,psalmum dicite nomini eius:date gloriam laudi eius. Dicite deo,quàm terribilia sunt opera tua domine:in multitudine uirtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.Omnis terra adoret te,& psallat tibi:psalmum dicat nomini tuo. Venite & uidete opera dei:terribilis in consilijs super filios hominum.Qui conuertit mare in aridam,in flumine pertransibunt pede:ibi lætabimur in ipso.Qui dominatur in uirtute sua in æternum,oculi eius super gentes respiciunt:qui exasperant non exaltentur in semetipsis.Benedicite gentes deum nostrum,& auditam facite uocem laudis eius.Qui posuit animam meam ad uitam:& non dedit in commotionem pedes meos.Quoniam probasti nos deus:

igne nos examinasti,sicut examinatur argentum.Induxisti nos in laqueum,posuisti tribu- C
lationes in dorso nostro:imposuisti homines super capita nostra.Transiuimus per ignem
& aquam:& eduxisti nos in refrigerium.Introibo in domũ tuam in holocaustis:reddam
tibi uota mea,quæ distinxerunt labia mea.Et locutum est os meum in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum : offeram tibi boues cum hircis. D
Venite,audite:& narrabo omnes qui timetis deum,quanta fecit animæ meæ.Ad ipsum
ore meo clamaui,& exaltaui sub lingua mea.Iniquitatem si aspexi in corde meo:non exau
diet dominus. Propterea exaudiuit deus:& attendit uoci deprecationis meæ.Benedictus
deus qui non amouit orationem meam,& misericordiam suam à me.

In finem,in hymnis,psalmus cantici Dauid. LXVI

Orat ut se dominus cunctis gentibus manifestet

DEus misereatur nostri,& benedicat nobis:illuminet uultum suũ super nos,& miserea- A
tur nostri:Vt cognoscamus in terra uiam tuam:in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus:confiteantur tibi populi omnes.Lætentur & exultent gen-
tes,quoniam iudicas populos in æquitate,& gentes in terra dirigis.Confiteantur tibi po-
puli deus,confiteantur tibi populi omnes,terra dedit fructum suum.Benedicat nos deus
deus noster,benedicat nos deus:& metuant eum omnes fines terræ.

In finem,psalmus cantici Dauid. LXVII

Fidei sup deo suo & gestis eius iactatio est,qua gentibus deditionẽ sui prænũtiat

EXurgat deus & dissipentur inimici eius:& fugiant qui oderunt eum,à facie eius.Sicut A
deficit fumus deficiant:sicut fluit cera à facie ignis,sic pereant peccatores à facie dei.
Et iusti epulentur,& exultent in conspectu dei:& delectentur in lætitia.Cantate deo,psal-
mum dicite nomini eius:iter facite ei qui ascendit super occasum:dominus nomen illi.Exul
tate in conspectu eius,turbabuntur à facie eius,patris orphanorum & iudicis uiduarum.
Deus in loco sancto suo:deus inhabitare facit unius moris in domo:Qui educit uinctos in
fortitudine,similiter eos qui exasperant,qui habitant in sepulchris.Deus cum egredereris B
in conspectu populi tui,cum pertransires in deserto:Terra mota est,etenim cœli distillaue
runt à facie dei Sinai,à facie dei Israel. Pluuiam uoluntariam segregabis deus hæreditati
tuæ:& infirmata est,tu uerò perfecisti eam.Animalia tua habitabunt in ea:parasti in dul-
cedine tua pauperi deus.Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.Rex uir
tutũ dilecti dilecti:& speciei domus diuidere spolia.Si dormiatis inter medios cleros,pen-
næ columbæ deargentatæ,& posteriora dorsi eius in pallore auri.Dum discernit cœlestis C
reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon:mons dei,mons pinguis,Mons coagula-
tus,mons pinguis:ut quid suspicamini montes coagulatos?Mons in quo beneplacitum est
deo habitare in eo:etenim dominus habitabit in finem.Currus dei decem millibus multi-
plex,millia lætantium:dominus in eis in Sinai in sancto.Ascendisti in altum,cepisti capti-
uitatem:accepisti dona in hominibus:etenim non credentes inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die quotidie:prosperũ iter faciet nobis,deus salutarium nostrorum. D
Deus noster deus saluos faciendi:& domini domini exitus mortis.Veruntamen deus con
fringet capita inimicorum suorum:uerticem capilli perambulantium in delictis suis.Dixit
dominus,ex Basan conuertam,conuertam in profundum maris:Vt intingatur pes tuus in
sanguine:lingua canum tuorum ex inimicis,ab ipso.Viderunt ingressus tuos deus,ingres-
sus dei mei,regis mei qui est in sancto.Præuenerũt principes coniuncti psallentibus,in me-
dio iuuencularum tympanistriarum.In ecclesiis benedicite deo,domino de fontibus Isra- E
el.Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Principes Iuda,duces eorum:principes *Iud.20*
Zabulon,principes Nephthali.Manda deus uirtuti tuæ:confirma hoc deus quod opera-
tus es in nobis.A templo tuo in Ierusalem,tibi offerent reges munera.Increpa feras arun-
dinis,congregatio taurorum in uaccis populorum:ut excludant eos qui probati sunt ar-
gento.Dissipa gentes quæ bella uolunt:uenient legati ex Ægypto : Æthiopia præueniet
manus eius deo.Regna terræ cantate deo:psallite domino,Psallite deo,qui ascendit super F
cœlum cœli,ad orientem. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis:Date gloriam deo super Is-
rael magnificentia eius,& uirtus eius in nubibus. Mirabilis deus in sanctis suis,deus Israel
ipse

ipſe dabit uirtutem & fortitudinem plebi ſuæ:benedictus deus.

In finem,pro iјs qui commutabuntur,Dauid. LXVIII

A SAluum me fac deus,quoniam intrauerunt aquæ uſq; ad animam meam.Infixus ſum in limo profundi:& non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris:& tempeſtas demerſit me.Laboraui clamans,raucæ factæ ſunt fauces meæ:defecerunt oculi mei,dum ſpero in deum meum.Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis.Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè:quæ non rapui,tunc exoluebam. Deus B tu ſcis inſipientiam meam:& delicta mea à te non ſunt abſcondita. Non erubeſcant in me qui expectant te domine:domine uirtutum,Non confundantur ſuper me qui quærunt te, deus Iſrael: Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſum fratribus meis,& peregrinus filiјs matris meæ.Quoniam zelus domus tuæ comedit me:& opprobria exprobrantium tibi,ceciderunt ſuper me.Et operui in C ieiunio animam meam:& factum eſt in opprobrium mihi.Et poſui ueſtimentum meum cilicium:& factus ſum illis in parabolam.Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta:& in me pſallebant qui bibebant uinum.Ego uerò orationem meam ad te domine:tempus beneplaciti deus.In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me:in ueritate ſalutis tuæ: Eripe me de luto,ut non infigar:libera me ab his qui oderunt me,& de profundis aquarum.Non me demergat tempeſtas aquæ,neq; abſorbeat me profundum:neque urgeat D ſuper me puteus os ſuum.Exaudi me domine,quoniam benigna eſt miſericordia tua:ſecundum multitudinem miſerationū tuarum reſpice me.Et ne auertas faciem tuam à puero tuo:quoniam tribulor,uelociter exaudi me.Intende animæ meæ,& libera eam:propter inimicos meos eripe me. Tu ſcis improperium meum,& confuſionem meam,& reuerenE tiam meam:In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me,improperium expectauit cor meum & miſeriam.Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur,& non fuit:& qui conſolaretur,& non inueni.Et dederunt in eſcam meam fel:& in ſiti mea potauerunt me aceto.Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum,& in retributionem & in ſcandalum.Obſcurentur oculi eorum ne uideant:& dorſum eorum ſemper incurua.Effunde ſuper eos iram tuam:& furor F iræ tuæ comprehendat eos.Fiat habitatio eorum deſerta:& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Quoniam quem tu percuſſiſti,perſecuti ſunt:& ſuper dolorem uulnerum meorum addiderunt.Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum:& non intrent in iuſtitia tua.Deleantur de libro uiuentium:& cum iuſtis non ſcribantur.Ego ſum pauper & dolens:ſalus tua deus ſuſcepit me.Laudabo nomen dei cum cātico:& magnificabo eum in G laude:Et placebit deo ſuper uitulum nouellum cornua producentem & ungulas: Videant pauperes & lætentur:quærite deum,& uiuet anima ueſtra,Quoniam exaudiuit pauperes dominus,& uinctos ſuos non deſpexit.Laudent illum cœli & terra,mare,& omnia reptilia in eis.Quoniam deus ſaluam faciet Sion,& ædificabuntur ciuitates Iudæ.Et inhabitabunt ibi,& hæreditate acquirent eam.Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam,& qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Oratio eſt in ſumma diuturnaq; anguſtia quæ Chriſti paſſionū membrorumq; eius typus eſt

Rom.11 b

In finem,Dauid,in rememoratione,eo quòd ſaluum me fecit dominus. LXIX

A DEus in adiutorium meum intende:domine ad adiuuandum me feſtina.Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam. Auertantur retrorſum & erubeſcant qui uolunt mihi mala.Auertātur ſtatim erubeſcentes,qui dicunt mihi,euge euge.Exultent B & lætentur in te omnes qui quærunt te,& dicant ſemper, magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.Ego uerò egenus & pauper ſum,deus adiuua me.Adiutor meus & liberator meus es tu,domine ne moreris.

Eiuſdem argumenti cum ſuperiore pſalmo

Pſalmus Dauid,filiorum Ionadab,& priorum captiuorum. LXX

A IN te domine ſperaui,non confundar in æternum:in iuſtitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuam,& ſalua me. Eſto mihi in deum protectorem, & in locum

Orat deum ut ſibi perpetuò uelit adeſſe

munitum:ut saluum me facias.Quoniam firmamentum & refugium meum es tu. Deus
meus eripe me de manu peccatoris,& de manu contra legem agentis & iniqui:Quoniam
tu es patientia mea domine:domine spes mea à iuuentute mea.In te confirmatus sum ex B
utero:de uentre matris meæ tu es protector meus.In te cantatio mea semper:tanquã pro/
digium factus sum multis,& tu adiutor meus fortis.Repleatur os meum laude,ut cantem
gloriam tuam,tota die magnitudinem tuam. Ne proijcias me in tempore senectutis:cum
defecerit uirtus mea,ne derelinquas me:Quia dixerunt inimici mei mihi:& qui custodie/
bant animam meam,consilium fecerunt in unum,Dicentes,deus dereliquit eum:persequi
mini,& comprehendite eum:quia non est qui eripiat.Deus ne elongeris à me:deus meus
in auxilium meum respice.Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ:operian/ C
tur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.Ego autem semper sperabo:& adijciam
super omnem laudem tuam.Os meum annũtiabit iustitiam tuam:tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam,introibo in potentias domini:domine memorabor iu
stitiæ tuæ solius.Deus docuisti me à iuuentute mea:& usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua,Et usq; in senectam & senium:deus ne derelinquas me,Donec annuntiem brachium
tuum generationi omni quæ uentura est:potentiam tuam, Et iustitiam tuam deus usq; in
altissima quæ fecisti magnalia:deus quis similis tibi?Quantas ostendisti mihi tribulatio/ D
nes multas & malas:& conuersus uiuificasti me:& de abyssis terræ iterum reduxisti me:
Multiplicasti magnificentiam tuam:& conuersus consolatus es me. Nam & ego confite/
bor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam deus:psallam tibi in cithara sanctus Israel.Exulta/
bunt labia mea cum cantauero tibi:& anima mea quam redemisti.Sed & lingua mea tota
die meditabitur iustitiam tuam:cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Psalmus Salomoni. LXXI

Salomõis oratio est pro se ac populo,quibus Christus & ecclesia significantur

DEus iudicium tuum regi da:& iustitiam tuam filio regis,Iudicare populum tuum in iu A
stitia,& pauperes tuos in iudicio.Suscipiãt montes pacem populo,& colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi,& saluos faciet filios pauperum:& humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione & generationem . Descendet sicut
pluuia in uellus:& sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia & B
abundantia pacis:donec auferatur luna.Et dominabitur à mari usque ad mare:& à flumi/
ne usque ad terminos orbis terrarum.Coram illo procident Æthiopes:& inimici eius ter/
ram lingent.Reges Tharsis & insulæ munera offerent:reges Arabum & Saba dona addu
cent. Et adorabunt eum omnes reges terræ:omnes gentes seruient ei.Quia liberabit pau/ C
perem à potente,& pauperem cui non erat adiutor.Parcet pauperi & inopi:& animas pau
perum saluas faciet.Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum:& honorabile nomen
eorum coram illo.Et uiuet & dabitur ei de auro Arabiæ,& adorabunt de ipso semper:tota
die benedicent ei.Et erit firmamentum in terra in summis montium,superextolletur super D
Libanum fructus eius:& florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.Sit nomen eius benedi/
ctum in secula:ante solem permanet nomen eius.Et benedicentur in ipso omnes tribus ter
ræ:omnes gentes magnificabunt eum.Benedictus dominus deus Israel,qui fecit mirabilia
solus.Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum,& replebitur maiestate eius om/
nis terra,fiat fiat.

Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

Psalmus Asaph. LXXII

Fidei experimentũ est quã impiorum felicitas offendit nõnihil.at ubi ad se redit,piorũ impiorũq; exitu se solatur

QVàm bonus Israel deus his qui recto sunt corde.Mei autem penè moti sunt pedes: A
penè effusi sunt gressus mei,Quia zelaui super iniquos,pacem peccatorum uidens.
Quia non est respectus morti eorum:& firmamentum in plaga eorum.In labore homi/
num non sunt:& cum hominibus non flagellabũtur.Ideo tenuit eos superbia:operti sunt
iniquitate & impietate sua.Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum:transierunt in affectum
cordis.Cogitauerunt,& locuti sunt nequitiam:iniquitatem in excelso locuti sunt, Posue/ B
runt in cœlum os suum:& lingua eorum transiuit in terra.Ideo conuertetur populus meus
hic

hic:& dies pleni inuenientur in eis. Et dixerunt, quomodo scit deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas: Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Et dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam ut cognoscerem hoc: labor est ante me, Donec intrem in sanctuarium dei: & intelligam in nouissimis eorum. Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: Et ego ad nihilum redactus sum, & nesciui, Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam: & in uoluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid uolui super terram? Defecit caro mea & cor meum: deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere deo bonum est: ponere in domino deo spem meam. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Intellectus Asaph. LXXIII

Oratio est ex Babylõica captiuitate, ne deus perpetuò sinat suos affligi

VT quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti uirgam hæreditatis tuæ: mons Sion in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finẽ: quanta malignatus est inimicus in sancto, Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solennitatis tuæ. Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. *4 Reg. 25 c* Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos dei à terra. Signa nostra non uidimus, iam non est propheta: & nos nõ cognoscet amplius. Vsquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem? Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terræ. Tu confirmasti in uirtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum. Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & uer tu plasmasti ea. Memor esto huius, inimicus improperauit domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs animas confitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

In finem, ne corrumpas, psalmus Asaph cantici. LXXIIII

Orat dominũ ut se in pristinum statũ restituat

COnfitebimur tibi deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu, Nolite extollere in altum cornu uestrum: nolite loqui aduersus deum iniquitatem: Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus: quoniam deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu domini uini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc: ueruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Ego autem annuntiabo in seculum, cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

In finem

In finem, in laudibus, psalmus Asaph, canticum. LXXV

Epinicion insignis alicuius uictoriæ

NOtus in Iudæa deus: in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius: A & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potētias arcuum, scutum, gladium, & bellum. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob dormitauerūt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit Cum B exurgeret in iudicium deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terræ. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Vouete, & reddite domino deo uestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera Terribili & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

In finem, pro Idithun, psalmus Asaph. LXXVI

Fidei lucta, quæ tandē cōsideratiōe omnipotentiæ & prouidentiæ dei uincit

VOce mea ad dominum clamaui: uoce mea ad deum, & intendit mihi. In die tribula- A tionis meæ deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus: Renuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus. Anticipauerunt uigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde B meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum. Nūquid in æternum proijciet deus? aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem? Aut obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi, nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi. Memor fui operum domi- C ni: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in sancto uia tua: quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis uirtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioseph. Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: uocem dederūt nu- D bes. Etenim sagittæ tuæ transeunt: uox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra. In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & uestigia tua non cognoscētur. Deduxisti sicut oues populū tuū in manu Moysi & Aaron.

Intellectus Asaph. LXXVII

Oratio est ad populū, admonens ut exemplis maiorum docti in uiam redeant

ATtendite popule meus legem meam: inclinate aurem uestrā in uerba oris mei. Ape- A riam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Quāta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis, Non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera, Narrantes laudes domini, & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel, Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: ut cognoscat generatio altera, Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis, Vt ponant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans, Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum deo spiritus eius. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum dei: & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius: & mirabilium eius quæ ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos. Interrupit mare & perduxit eos: & statuit aquas quasi in utre. Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petram in eremo: & adaquit eos uelut in abysso multa. Et eduxit aquam de petra: & eduxit tanquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso. Et tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo, dixerunt, nun- C quid poterit deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideo audiuit dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit

in Israel

in Israel: Quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit: Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Transtulit Austrum de cœlo: & induxit in uirtute sua Africum. Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris uolatilia pennata, Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum at

D tulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira dei ascẽdit super eos, Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in uanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione. Cum occideret eos quęrebant eum: & reuerteban tur, & diluculo ueniebant ad deum. Et rememorati sunt, quia deus adiutor est eorum: & deus excelsus redemptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam. Et recordatus est, quia caro sunt: spiritus uadens & non rediens. Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in

Num. 11 g

E iram concitauerunt eum in inaquoso? Et conuersi sunt, & tentauerunt deum: & sanctum Israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Ægypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos. Et conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum ne biberẽt. Misit in eos cynomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos. Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum locustæ. Et occidit in grandine uineas eorum: & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in ta

Exo. 12 d

F bernaculis Cham. Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto. Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie eorum gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. Et tentauerunt, & exacerbauerunt deum excelsum: & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuersi sunt in arcum prauum. In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit: & ad nihilum redegit ualde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum: & pulchritudinem

G eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis: & uirgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & uiduæ eorum non plorabantur, Et excitatus est tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus à uino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit: Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Et ædificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra: quam fundauit in secula. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eum, Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Psalmus Asaph. LXXVIII

Querimonia ob destructam Ierusalem, & captiuitatis ærumnam

A DEus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas uolatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum

rum tanquam aquam in circuitu Ierusalem:& non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium uicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt. Vsquequo domine irasceris in finem, accendetur uelut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt:& in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Iacob:& locum eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: propter gloriam nominis tui domine libera nos,& propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: Ne forté dicant in gentibus, ubi est deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui possi de filios mortificatorum. Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum, In generatione & generationē annuntiabimus laudem tuam.

In finem, pro ijs qui commutabuntur, testimonium Asaph. LXXIX

Oratio ad deum ex captiuitate, liberationem exemplo Aegyptiacæ postulans

QVi regis Israel intende: qui deducis uelut ouem, Ioseph. Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin & Manasse. Excita potentiam tuam,& ueni ut saluos facias nos: Deus conuerte nos:& ostende faciem tuam,& salui erimus: Domine deus uirtutum, quousq; irasceris super orationem serui tui? Cibabis nos pane lachrymarū: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura? Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris:& inimici nostri subsannauerunt nos. Deus uirtutum conuerte nos:& ostende faciem tuam,& salui erimus. Vineam de Ægypto trāstulisti: eiecisti gentes,& plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius:& plantasti radices eius,& impleuit terram. Operuit montes umbra eius:& arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos usq; ad mare:& usq; ad flumen propagines eius. Vt quid destruxisti maceriam eius:& uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam? Exterminauit eam aper de sylua:& singularis ferus depastus est eam. Deus uirtutum conuertere: respice de cœlo,& uide,& uisita uineam istam: Et perfice eam quam plantauit dextera tua:& super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni & suffossa, ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ:& super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus à te: uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine deus uirtutum conuerte nos:& ostende faciem tuam,& salui erimus.

In finem, pro torcularibus psalmus Asaph, quinta sabbathi. LXXX

Torcularis gratulatio, qua monemur deū omnia abunde suppeditaturū, si nos ad eius uolūtatē cōponamus

EXultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob. Sumite psalmum,& date tympanum: psalterium iucundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ. Quia præceptum in Israel est,& iudicium deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguam quam non nouerat, audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione inuocasti me,& liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis. Audi populus meus,& contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te deus recens, neq; adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum,& implebo illud. Et non audiuit populus meus uocem meam: & Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Si populus meus audisset me: Israel si in uijs meis ambulasset: Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem:& super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei:& erit tempus eorum in secula. Et cibauit eos ex adipe frumenti:& de petra melle saturauit eos.

Psalmus Asaph. LXXXI

Increpatio est principiū ac iudicū, ultiōisq; diuinæ comminatio

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem:& facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem:& egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt

B runt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis. Surge deus, iudica terrã: quoniã tu hæreditabis in omnibus gentibus.

Canticum, psalmus Asaph. LXXXII

A DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neq; compescaris deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum malignauerũt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt, uenite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel ultra. Quoniam cogitauerunt unanimiter: simul aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ. Moab & B Agareni, Gebal & Ammon & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur uenit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs Lot. Fac illis sicut Madian & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson. Disperierunt in Endor: facti sunt ut stercus terræ. Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana: Omnes principes eorum, qui dixerunt, hæreditate possideamus sanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipu- C lam ante faciem uenti. Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ ignominia: & quærent nomen tuum domine. Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra.

Inuocatio est diuini auxilij, hostibus bello irruentibus

In finem, pro torcularibus filijs Core. LXXXIII

A QVàm dilecta tabernacula tua, domine uirtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Altaria tua, domine uirtutum: rex meus & deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum B laudabunt te. Beatus uir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in ualle lachrymarum in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de uirtute in uirtutem: uidebitur deus deorum in Sion. Domine deus uirtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciem C Christi tui: Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & ueritatem diligit deus: gratiam & gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulãt in innocentia: domine uirtutum, beatus homo qui sperat in te.

Tranquillitatis animorum deo uiuentium deliniatio

In finem, filijs Core. LXXXIIII

A BEnedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte irã tuam à nobis. Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conuersus uiuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus: B quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in uia gressus suos.

Anxia oratiõ pro liberatione captiuitatis

Oratio ipsi Dauid. LXXXV

A INclina domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruũ tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Auribus percipe domine orationẽ meã: & intende

Orat liberari ab insidijs hostium

uoci

uoci deprecationis meæ,In die tribulationis meæ clamaui ad te:quia exaudisti me.Non est similis tui in dijs,domine:& non est secundum opera tua.Omnes gentes quascunque fecisti,uenient,& adorabunt coram te domine:& glorificabunt nomen tuum:Quoniam magnus es tu,& faciens mirabilia:tu es deus solus.Deduc me domine in uia tua,& ingrediar B in ueritate tua:lætetur cor meum,ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo,& glorificabo nomen tuum in æternum,Quia misericordia tua magna est super me:& eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui surrexerũt super me,& synagoga potentium quæsierunt animam meam:& non proposuerunt te in conspectu suo.Et tu domine deus miserator & misericors,patiens,& multæ misericordiæ C & uerax, Respice in me,& miserere mei,da imperiũ tuum puero tuo:& saluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum signum in bonum,ut uideant qui oderunt me,& confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me,& consolatus es me.

Filijs Core psalmus cantici. LXXXVI

Encomiũ Hierusalem, quæ fuit ecclesiæ typus

FVndamenta eius in montibus sanctis:diligit dominus portas Sion super omnia taber A nacula Iacob.Gloriosa dicta sunt de te,ciuitas dei.Memor ero Raab,& Babylonis scientium me.Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopũ,hi fuerunt illic.Nunquid Sion dicet,homo & homo natus est in ea:& ipse fundauit eam altissimus?Dominus narrabit in scripturis populorum & principum,horum qui fuerunt in ea. Sicut lætantium omnium, habitatio est in te.

Canticum psalmi filijs Core,in finem pro Mahalath ad respondendum,intellectus Eman Ezrahitæ. LXXXVII

Lamentatio supra modum afflicti

DOmine deus salutis meæ,in die clamaui & nocte coram te:Intret in conspectu tuo A oratio mea:inclina aurem tuã ad precem meam.Quia repleta est malis anima mea: & uita mea inferno appropinquauit.Æstimatus sum cum descendentibus in lacum:factus sum sicut homo sine adiutorio:inter mortuos liber. Sicut uulnerati dormientes in sepulchris,quorum non es memor amplius:& ipsi de manu tua repulsi sunt.Posuerunt me in lacu inferiori:in tenebrosis,& in umbra mortis.Super me confirmatus est furor tuus:& om- B nes fluctus tuos induxisti super me.Longe fecisti notos meos à me:posuerunt me abominationem sibi.Traditus sum,& non egrediebar:Oculi mei languerunt præ inopia.Clamaui ad te domine tota die:expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt,& confitebuntur tibi?Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam:& ueritatem tuam in perditione?Nunquid cognoscentur in tenebris mi- C rabilia tua:& iustitia tua in terra obliuionis?Et ego ad te domine clamaui:& mane oratio mea præueniet te. Vt quid domine repellis orationem meam,auertis faciem tuam à me? Pauper sum ego,& in laboribus à iuuentute mea:exaltatus autem,humiliatus sum & conturbatus.In me transierunt iræ tuæ:& terrores tui conturbauerunt me.Circũdederunt me sicut aqua:tota die circundederunt me simul.Elongasti à me amicum & proximum:& notos meos à miseria.

Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII

Maiestatẽ dei canit,cuius requirit misericordiam

MIsericordias domini in æternum cantabo.In generatione & generationem annuntia A bo ueritatem tuam in ore meo.Quoniam dixisti,in æternum misericordia ædificabitur:in cœlis præparabitur ueritas tua in eis.Disposui testamentum electis meis,iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternum præparabo semen tuum,Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.Confitebũtur cœli mirabilia tua domine:etenim ueritatem B tuam in ecclesia sanctorum,Quoniam quis in nubibus æquabitur domino,similis erit deo in filijs dei?Deus qui glorificatur in concilio sanctorum:magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.Domine deus uirtutum,quis similis tibi?potens es domine,& ueritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris:motum autem fluctuum eius tu miti- C gas. Tu humiliasti sicut uulneratum,superbum:in brachio uirtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli & tua est terra,orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti:aquilonem &

nem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt:tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua,& exaltetur dextera tua:iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordia & ueritas præcedent faciem tuam:beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine uultus tui ambulabunt,& in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria uirtutis eorum tu es,& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra,& sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in uisione sanctis tuis,& dixisti,posui adiutorium in potente:& exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum:oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei:& brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo:& filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à facie ipsius inimicos eius:& odientes eum,in fugam conuertam. Et ueritas mea,& misericordia mea cum ipso:& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius:& in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me,pater meus es tu:deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum:excelsum præ regibus terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam:& testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam:& in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint,& mandata mea non custodierint: Visitabo in uirga iniquitates eorum,& in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo,neq; nocebo in ueritate mea, Neq; prophanabo testamentum meum,& quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo,si Dauid mentiar:semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo,& sicut luna perfecta in æternum:& testis in cœlo fidelis. Tu uerò repulisti & despexisti:distulisti Christum tuum. Auertisti testamentum serui tui:prophanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius:posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam:factus est opprobrium uicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum:lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius:& non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione:& sedem eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius:perfudisti eum confusione. Vsquequo domine auertis in finem:exardescet sicut ignis ira tua? Memorare quæ mea substantia:nunquid enim uanè constituisti omnes filios hominum? Quis est homo qui uiuet,& non uidebit mortem:eruet animam suam de manu inferi? Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine:sicut iurasti Dauid in ueritate tua? Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo,multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine,quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Benedictus dominus in æternum: fiat,fiat.

1 Reg.7 d

Oratio Moysi hominis dei. LXXXIX

DOmine,refugium factus es nobis à generatione in generationem. Prius quàm montes fierent,aut formaretur terra,& orbis:à seculo & usque in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem,& dixisti,conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos,tanquam dies hesterna quæ præterijt. Et custodia in nocte,quæ pro nihilo habentur,eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat,mane floreat & transeat:uespere decidat,induret,& arescat. Quia defecimus in ira tua,& in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo:seculum nostrum in illuminatione uultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt:& in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur:dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus,octoginta anni:& amplius eorum,labor & dolor. Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Quis nouit potestatem iræ tuæ:& præ timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam sic notam fac,& eruditos corde in sapientia. Conuertere domine, usquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua:& exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris. Lætati sumus pro diebus quibus nos humi

Dei magnificatio, hominis deiectio, atq; ad Deum recursus

humiliasti:annis quibus uidimus mala. Respice in seruos tuos,& in opera tua:& dirige filios eorum.Et sit splendor domini dei nostri super nos,& opera manuum nostrarum dirige super nos:& opus manuum nostrarum dirige.

Laus cantici Dauid. XC

Fideles ab omni metu liberos esse

A QVi habitat in adiutorio altissimi,in protectione dei cœli commorabitur.Dicet domino,susceptor meus es tu,& refugium meum,deus meus sperabo in eum.Quoniam ipse liberauit me de laqueo uenantium,& à uerbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi:& sub pennis eius sperabis.Scuto circundabit te ueritas eius:non timebis à timore nocturno:A sagitta uolante in die,à negotio perambulante in tenebris:ab incursu & dæmonio meridiano.Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis:ad te autem non appro B pinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum uidebis. Quoniam tu es domine spes mea:altissimum posuisti refugium tuum.Non accedet ad te malum,& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.Quoniam angelis suis mandauit de te:ut custodiant te in omnibus uijs tuis.In manibus portabunt te:ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.Super aspidem & basiliscum ambulabis,& conculcabis leonem C & draconem:Quoniam in me sperauit,liberabo eum:protegam eum,quoniam cognouit nomen meum.Clamauit ad me,& ego exaudiam eum:cum ipso sum in tribulatione:eripiam eum,& glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum:& ostendam illi salutare meum.

Psalmus cantici in die sabbathi. XCI

Generalis gratulatio populi & fidei confessio

A BOnum est confiteri domino:& psallere nomini tuo altissime:Ad annuntiandum mane misericordiam tuam,& ueritatem tuam per noctem In decachordo,psalterio,cum cantico,in cithara. Quia delectasti me domine in factura tua:& in operibus manuum tuarum exultabo.Quàm magnificata sunt opera tua domine:nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet:& stultus non intelliget hæc.Cum exorti fue B rint peccatores sicut fœnum,& apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in seculum seculi:(tu autem altissimus in æternum domine)Quoniam ecce inimici tui domine,quoniam ecce inimici tui peribunt:& dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum:& senectus mea in misericordia uberi.Et C despexit oculus meus inimicos meos:& insurgentibus in me malignantibus,audiet auris mea.Iustus ut palma florebit:sicut cedrus Libani multiplicabitur.Plantati in domo domini,in atrijs domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi & bene patientes erunt:Vt annuntient quoniam rectus dominus deus noster: & non est iniquitas in eo.

Laus cantici Dauid in die ante sabbathum,quando inhabitata est terra. XCII

Dei fidem nõ fallere, quantacunque licet pericula ingruant

A DOminus regnauit,decorem indutus est:indutus est dominus fortitudinem,& præcinxit se.Etenim firmauit orbem terræ,qui non commouebitur. Parata sedes tua deus ex tunc:à seculo tu es.Eleuauerunt flumina domine,eleuauerunt flumina uocem suam, Eleuauerunt flumina fluctus suos,à uocibus aquarum multarum.Mirabiles elationes maris:mirabilis in altis dominus.Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Psalmus Dauid quarta sabbathi. XCIII

Oppressus inuocat deum ut se iuuet

A DEus ultionum dominus:deus ultionum liberè egit.Exaltare qui iudicas terram:redde retributionem superbis. Vsquequo peccatores domine,usquequo peccatores gloriabuntur:Effabuntur,& loquentur iniquitatem:loquentur omnes qui operantur iniustitiam? Populum tuum domine humiliauerũt:& hæreditatem tuam uexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt:& pupillos occiderunt. Et dixerunt,non uidebit dominus:nec intelliget deus Iacob.Intelligite insipientes in populo:& stulti aliquando sapite. Qui plan B tauit aurem,non audiet:aut qui finxit oculum,non considerat? Qui corripit gentes,non arguet:qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum,quoniam uanæ sunt

næ sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine,& de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam,& hæreditatem suam non derelinquet: Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium:& C qui iuxta illam? omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me. Secũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo, D consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto? Captabunt in animam iusti:& sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium: deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum:& in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

Laus cantici ipsi Dauid. XCIIII

A VEnite, exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Pręoccupemus faciem eius in confessione:& in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus:& rex magnus super omnes deos: Quia in manu eius sunt fines terræ:& altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare,& ipse fecit illud:& siccam manus eius formauerunt. Venite, adoremus,& procidamus,& ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est B dominus deus noster, Et nos populus pascuæ eius:& oues manus eius. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto: Vbi tentauerunt me patres uestri: probauerunt & uiderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi:& dixi, semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt uias meas: ut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Excitatio est fidelis populũ ad uerè laudã dum deum

Canticum Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem. 1 Paral. 16 c XCV

A CAntate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Cantate domino,& benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia: domi-B nus autem cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem: afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias,& introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius. Commoueatur à facie eius uniuersa terra: dicite in gen-C tibus quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate. Lætentur cœli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi,& omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini, quia uenit, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate:& populos in ueritate sua.

Omnes nationes exhortantur ad laudandum deum qui uẽturus est iudex

Huic Dauid quando terra eius restituta est. XCVI

A DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ, Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet:& inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: uidit,& commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra. Annuntiauerunt cœli iustitiam eius,& uiderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia:& qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audi-B uit,& læta est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine: Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto:& rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino:& confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Israelis deum esse uerum & omnipotentẽ, eiusq; cultores iustitiã colere, reliquos non esse deos

Psalmus ipsi Dauid. XCVII

Omnia excitantur ad laudes dei, sicut supra psal. 95

CAntate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Recordatus est misericordiæ suæ, & ueritatis suæ domui Israel: Viderunt omnes termini terræ salutare dei nostri. Iubilate deo omnis terra: cantate & exultate & psallite. Psallite domino in cithara, in cithara & uoce psalmi: in tubis ductilibus, & uoce tubæ corneæ. Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu, simul montes exultabūt à conspectu domini: quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Psalmus Dauid. XCVIII

Laudatur à bonitate deus, quod suos semper exaudiat

DOminus regnauit, irascantur populi, qui sedet super cherubim, moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebāt testimonia eius, & præceptū quod dedit illis. Domine deus noster tu exaudiebas eos, deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus deus noster.

Psalmus in confessione. XCIX

Hymnus quē apparet in celebritatib. canī solitum fuisse

IVbilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, & nō ipsi nos. Populus eius & oues pascuę eius, Introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius, quoniam suauis est dominus, in æternum misericordia eius, & usque in generatione & generationem ueritas eius.

Psalmus ipsi Dauid. C

Principis & magistratus formula depingitur

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Psallam, & intelligam in uia immaculata, quando uenies ad me. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum, declinātem à me malignum non cognoscebam. Detrahētem secreto proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum: ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabit. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram domino effuderit precem suam. CI

Titulus ipse argumētū est

DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciem tuam à me: in quacunqꝫ die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te, uelociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. A uoce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, ad uersum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebā A facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Tu aūt domine in æternū permanes, & memoriale tuum in generatione & generationē. Tu exurgēs misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia uenit tēpus. Quoniā placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebūtur.

Et time

Et timebunt gentes nomen tuum domine,& omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit dominus Sion,& uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium,& non spreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera,& populus qui creabitur laudabit dominum, Quia prospexit de excelso sancto suo,dominus de cœlo in terram aspe- D xit: Vt audiret gemitus cumpeditorum,ut solueret filios interemptorum: Vt annūtient in Sion nomen domini,& laudem eius in Ierusalem, In conueniendo populos in unum,& reges ut seruiant domino. Respondit ei in uia uirtutis suæ,paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum:in generatione & generationem anni tui. Initio tu domine terram fundasti:& opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt,tu autem permanes:& omnes sicut uestimentū ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur:tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt:& semen eorum in seculum dirigetur.

Ipsi Dauid. CII

Laus dei est, qua eius beneficia in hominem commemorantur

A BEnedic anima mea domino,& omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino:& noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam,qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias dominus,& iudicium omnibus B iniuriam patientibus. Notas fecit uias suas Moysi:filijs Israel uoluntates suas. Miserator & misericors dominus,longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascetur,neq; in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis,neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra,corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente:longe fecit C à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus timentibus se:quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus,homo sicut fœnum dies eius,tanquam flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo,& non subsistet,& non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem domini ab æterno & usq; in æternum super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum:his qui seruant testamentum eius, Et memores sunt mandatorum ipsius ad D faciendum ea. Dominus in cœlo parauit sedem suam:& regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius:potētes uirtute,facientes uerbum illius,ad audiendam uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes eius:ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius,in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.

Ipsi Dauid. CIII

Encomiū dei, commendans cum multis dotibus

A BEnedic anima mea domino,domine deus meus magnificatus es uehemēter. Confessionem & decorem induisti,amictus lumine sicut uestimento. Extendens cœlum sicut pellem:qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascēsum tuum,qui ambulas super pennas uentorum. Qui facis angelos tuos spiritus,& ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam:non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut uestimentum amictus eius,super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient: à uoce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes & descendunt campi in locum quem fun- B dasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur,neq; conuertētur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus,inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri:expectabunt onagri in siti sua. Super ea uolucres cœli habitabūt:de medio petrarum dabunt uoces. Rigans montes de superioribus suis,de fructu operū tuorum satiabitur terra. Producens fœnum iumentis,& herbam seruituti hominum, Vt educas panem de terra,& uinum lætificet cor hominis, Vt exhilaret faciem in oleo,& panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi,& cedri Libani quas plantauit:illic passeres nidifi- C cabunt. Herodij domus dux est eorum,montes excelsi ceruis:petra refugiū herinacijs. Fe-

cit lunã in tempora:sol cognouit occasum suum.Posuisti tenebras,& facta est nox:in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ,Catuli leonum rugientes ut rapiant,& quærant à deo escam sibi.Ortus est sol,& congregati sunt,& in cubilibus suis collocabuntur.Exibit homo ad opus suum,& ad operationem suam usq; ad uesperam.Quàm magnificata sunt opera tua domine:omnia in sapientia fecisti:impleta est terra possessione tua.Hoc mare magnũ, & spatiosum manibus:illic reptilia,quorũ non est numerus.Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertrãsibunt.Draco iste quem formasti ad illudendum ei:omnia à te expectant ut des illis escam in tempore.Dante te illis,colligẽt:aperiente te manum tuam,omnia replebuntur bonitate.Auertente autem te faciem,turbabuntur:auferes spiritum eorum,& deficient,& in puluerem suum reuertentur.Emittes spiritum tuum,& creabuntur:& renouabis faciem terræ. Sit gloria domini in seculum:lætabitur dominus in operibus suis.Qui respicit terram,& facit eam tremere:qui tangit montes & fumigant.Cantabo domino in uita mea:psallam deo meo quandiu sum. Iucundum sit ei eloquium meum:ego uerò delectabor in domino.Deficiẽt peccatores à terra & iniqui,ita ut non sint:benedic anima mea domino. Halleluia. CIIII

Gratulatio super fœdere dei cum Abraham,qua commemorantur primitiua patrum suorum

Confitemini domino,& inuocate nomen eius:annũtiate inter gentes opera eius.Cantate ei,& psallite ei:narrate omnia mirabilia eius.Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium dominum.Quærite dominum,& confirmamini:quærite faciem eius semper.Mementote mirabiliũ eius quæ fecit,prodigia eius & iudicia oris eius.Semen Abraham,serui eius:filij Iacob electi eius.Ipse dominus deus noster:in uniuersa terra iudicia eius.Memor fuit in seculum testamenti sui,uerbi quod mandauit in mille generationes: Quod disposuit ad Abraham,& iuramenti sui ad Isaac:Et statuit illud Iacob in præceptũ, & Israeli in testamentum æternum, Dicens,tibi dabo terram Chanaan,funiculum hæreditatis uestræ.Cum essent numero breui,paucissimi,& incolæ eius:Et pertrãsierunt de gente in gentem,& de regno ad populum alterum.Non reliquit hominem nocere eis:& corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos,& in prophetis meis nolite malignari.Et uocauit famem super terram:& omne firmamẽtum panis contriuit.Misit ante eos uirum: in seruum uenundatus est Ioseph.Humiliauerunt in compedibus pedes eius,ferrum pertransiit animam eius,donec ueniret uerbum eius.Eloquium domini inflammauit eum:misit rex,& soluit eum:princeps populorum,& dimisit eum.Constituit eum dominũ domus suæ,& principem omnis possessionis suæ:Vt erudiret principes eius sicut semetipsum:& senes eius prudentiam doceret:Et intrauit Israel in Ægyptum,& Iacob accola fuit in terra Cham.Et auxit populum suum uehemẽter:& firmauit eum super inimicos eius.Conuertit cor eorum ut odirent populum eius,& dolum facerent in seruos eius.Misit Moysen seruum suum,Aaron quem elegit ipsum.Posuit in eis uerba signorum suorum,& prodigiorũ in terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit, & non exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem,& occidit pisces eorum.Ædidit terra eorum ranas in penetralibus regũ ipsorum.Dixit,& uenit cynomyia,& ciniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem,ignem comburentẽ in terra ipsorum.Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum,& contriuit lignum finium eorum.Dixit,& uenit locusta & brucus,cuius non erat numerus:Et comedit omne fœnum in terra eorum,& comedit omnem fructum terræ eorum.Et percussit omne primogenitum in terra eorum:primitias omnis laboris eorum.Et eduxit eos cum argento & auro,& non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est Ægyptus in profectione eorum,quia incubuit timor eorum super eos.Expandit nubem in protectionem eorum,& ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt,& uenit coturnix,& pane cœli saturauit eos.Dirupit petram,& fluxerũt aquæ,abierunt in sicco flumina.Quoniam memor fuit uerbi sancti sui,quod habuit ad Abraham puerum suum.Et eduxit populum suum in exultatione,& electos suos in lætitia.Et dedit illis regiones gentium,& labores populorum possederunt:Vt custodiant iustificationes eius,& legem eius exquirant. Halleluia,halleluia. CV

Num.20 c

Confite

A CONfitemini domino quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Memẽto nostri domine in beneplacito populi tui, uisita nos in salutari tuo: Ad uidendum in bonitate electorum tuorum, ad lætãdum in lætitia gẽtis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Ægypto non intellexerũt mirabilia tua, non B fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen suum, ut notam faceret potẽtiam suam. Et increpuit mare rubrum, & exiccatũ est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos: unus ex eis non remansit. Et crediderunt uerbis eius, & laudauerunt laudem eius. Citò fecerunt, obliti sunt operum eius, & non sustinuerũt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiã C in deserto, & tentauerunt deum in inaquoso: Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctũ domini. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super cõgregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores. Et fecerũt uitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinẽ uituli comedentis fœnum. Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terri D bilia in mari rubro. Et dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius, Vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Et pro nihilo habuerũt terram desiderabilem. Non crediderunt uerbo eius: & murmurauerũt in tabernaculis suis, non exaudierunt uocem domini. Et eleuauit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto, Et ut deijceret semen eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adin E uẽtionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem, usq; in sempiternũ, Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis, non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierũt sculptilibus eorum, & factũ est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmo F nijs. Et effuderunt sanguinem innocẽtem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuẽtionibus suis. Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorũ, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos, Ipsi autem exacerbauerunt eum in con G silio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui, & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos nos fac domine deus noster, & congrega nos de nationibus: Vt cõfiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israel à seculo & usq; in seculũ: & dicet omnis populus, fiat fiat. Halleluia. CVI

Gratiarum actio, qua & res maiorum prædicantur, & dei misericordia imploratur

Exo.17.a

Num.20.a

A CONfitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso, uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerũt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in uiam rectam, ut irent in ciuitatem habitationis. Confiteãtur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis, Sedentes in tenebris & in umbra mortis, uinctos in mendicitate

Deũ suos nunquã destituere

& ferro: Quia exacerbauerunt eloquia dei: & consiliũ altissimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis: & uincula eorum disrupit. Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. Quia contriuit portas æreas: & uectes ferreos confregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnẽ escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt usq; ad portas mortis. Et clamauerũt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit uerbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum: Et sacrificent sacrificium laudis: & annũtient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationẽ in aquis multis, Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius. Et læti sunt, quia siluerunt: & deduxit eos in portum uoluntatis eorum. Confiteãtur domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum: Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis. Et seminauerunt agros, & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum non minorauit. Et pauci facti sunt, & uexati sunt à tribulatione malorum & dolore. Effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in uia, Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias. Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias domini?

Mat. 8 c

Canticum, psalmus Dauid. CVII

Psalmus hic similis est LIX

PAratum cor meum deus, paratum cor meum: cantabo & psallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Quia magna est super cœlos misericordia tua: & usq; ad nubes ueritas tua. Exaltare super cœlos deus, & super omnẽ terram gloria tua: ut liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua, & exaudi me: deus locutus est in sancto suo. Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me usq; in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti nos? & non exibis in uirtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione: quia uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

In finem, psalmus Dauid. CVIII

Vocat deũ in ultionẽ eorũ, qui benefactores suos uiolẽter opprimũt, & agit Deo gratias pro liberatione

DEus laudem meã ne tacueris: Quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circũdederunt me: & expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: & ejciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnem substãtiam eius: & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in con

in conſpectu domini,& peccatum matris eius non deleatur. Fiant cōtra dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam, Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicum,& compunctū corde mortificare. Et dilexit maledictionem,& ueniet ei:& noluit benedictionem,& elongabitur ab eo. Et in-C duit maledictionem ſicut ueſtimētum,& intrauit ſicut aqua in interiora eius,& ſicut oleum in oſſibus eius. Fiat ei ſicut ueſtimentum quo operitur,& ſicut zona qua ſemper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum,& qui loquuntur mala aduerſus animam meam. Et tu domine domine fac mecum propter nomē tuum, quia ſuauis eſt miſericordia tua. Libera me, quia egenus & pauper ego ſum,& cor meum cōturbatum eſt intra me. Sicut umbra cum declinat, ablatus ſum:& excuſſus ſum ſicut locuſtæ. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio,& caro mea immutata eſt propter oleum. Et ego factus ſum op-D probrium illis: uiderunt me,& mouerūt capita ſua. Adiuua me domine deus meus, ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam, Et ſciant quia manus tua hæc:& tu domine feciſti eam. Maledicent illi,& tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur: ſeruus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi, pudore:& operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Confitebor domino nimis in ore meo:& in medio multorum laudabo eum. Quia aſtitit à dextris pauperis, ut ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.

Pſalmus Dauid. CIX

A DIxit dominus domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die uirtutis tuæ in ſplēdoribus ſanctorum: ex utero ante luciferum genui te. Iurauit dominus,& non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.

Vaticiniū de Chriſto naſcituro et regno eius

Halleluia. CX

A COnfitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorū & congregatione. Magna opera domini: exquiſita in omnes uoluntates eius. Confeſſio & magnificentia opus eius:& iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator dominus: eſcam dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculum teſtamen-B ti ſui: uirtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo: Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius, ueritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionem miſit dominus populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Sanctum & terribile nomen eius: initium ſapientiæ, timor domini. Intellectus bonus omnibus faciētibus eum: laudatio eius manet in ſeculū ſeculi.

Laus & gratiarum actio

Halleluia, reuerſionis Aggæi & Zachariæ. CXI

A BEatus uir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius,& iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Exortum eſt in tenebris lumē rectis, miſericors & miſerator & iuſtus. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in æ-B ternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala nō timebit. Paratum cor eius ſperare in domino: confirmatum eſt cor eius: non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria, Peccator uidebit,& iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.

Bono uiro neque animi conſtantiam, neq; iuſtam ſubſtantiam deeſſe

Halleluia. CXII

A LAudate pueri dominum: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc & uſq; in ſeculum. A ſolis ortu uſq; ad occaſum: laudabile nomen domini. Excelſus ſuper omnes gētes dominus:& ſuper cœlos gloria eius. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat:& humilia reſpicit in cœlo & in terra? Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigēs pauperem: Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui

Laudat dominum ab omnipotentia

ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Halleluia. CXIII

Laus & gratu latio qua fidelium ſpes fulcitur

A IN exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Mare uidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerunt ut arietes: & colles ſicut agni ouium. Quid eſt tibi mare quòd fugiſti: & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? Montes exultaſtis ut arietes: & colles ſicut agni ouium. A facie domini mota eſt terra: à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Hebræis hic incipit pſalmus centeſimusdecimusquintus. B

Non nobis domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam, Super miſericordia tua & ueritate tua: nequando dicant gentes, ubi eſt deus eorum? Deus autem noſter in cœlo: omnia quæcunque uoluit fecit. Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabũt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. C Domus Iſrael ſperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt. Domus Aaron ſperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt. Qui timent dominum ſperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum eſt. Dominus memor fuit noſtri: & benedixit nobis, Benedixit domui Iſrael: benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum, puſillis cum maioribus. Adijciat dominus ſuper uos: ſuper uos & ſuper filios ueſtros. Benedicti uos à domino qui fecit cœlum & terram. D Cœlum cœli domino: terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum. Sed nos qui uiuimus, benedicimus domino ex hoc nunc & uſque in ſeculum.

Halleluia. CXIIII

Gratiarum actio pro liberatione ex anguſtijs

A DIlexi, quoniã exaudiet dominus uocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me: tribulationem & dolorem inueni: Et nomen domini inuocaui, ò domine libera animam meam. Miſericors dominus & iuſtus, & deus noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum, & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu. Placebo domino in regione uiuorum.

Hunc pſalmum Hebræi annectunt præcedenti.

Halleluia. CXV

Hæc gratiarũ actio Chriſto maxime congruit

A CRedidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam: & nomẽ domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. O domine quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ, dirupiſti uincula mea: B Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomẽ domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Ieruſalem.

Halleluia. CXVI

Hymnus eſt quo gentiũ uocatio uaticinatur

A LAudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & ueritas domini manet in æternum.

Halleluia. CXVII

Publica gratiarũ actio pro liberatione aliqua

A COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc Iſrael quoniam bonus: quoniã in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nũc qui timent dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Domi-

nus mihi adiutor:& ego despiciam inimicos meos.Bonum est cōfidere in domino:quàm
B confidere in homine.Bonum est sperare in domino:quàm sperare in principibus.Omnes gentes circuierunt me:& in nomine domini,quia ultus sum in eos. Circundantes circundederunt me:& in nomine domini, quia ultus sum in eos. Circundederunt me sicut apes,& exarserunt sicut ignis in spinis:& in nomine domini,quia ultus sum in eos.Impulsus euersus sum ut caderem:& dominus suscepit me.Fortitudo mea & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Dex-
C tera domini fecit uirtutem,dextera domini exaltauit me,dextera domini fecit uirtutem. Non moriar,sed uiuam:& narrabo opera domini.Castigans castigauit me dominus:& morti non tradidit me.Apetite mihi portas iustitiæ,ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini,iusti intrabūt in eam. Confitebor tibi,quoniam exaudisti me:& factus es mihi in salutem.Lapidem quem reprobauerunt ædificantes:hic factus est in caput anguli.A domino factum est istud:& est mirabile in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit
D dominus:exultemus & lætemur in ea.O domine saluum me fac,ò domine bene prospera re:benedictus qui uenit in nomine domini.Benediximus uobis de domo domini:deus dominus,& illuxit nobis.Constituite diem solēnem in condensis:usq; ad cornu altaris.Deus meus es tu,& confitebor tibi:deus meus es tu,& exaltabo te.Confitebor tibi quoniam exaudisti me:& factus es mihi in salutem.Confitemini domino quoniam bonus:quoniam in seculum misericordia eius.

Halleluia. Aleph. א CXVIII

A BEati immaculati in uia:qui ambulant in lege domini.Beati qui scrutantur testimonia eius:in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem,in uijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.Tunc non confundar,cum perspexero in omnibus mandatis tuis.Confitebor tibi in directione cordis:in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ.Iustificationes tuas custodiam:non me derelinquas usquequaque.

Anxia cōfessio est, quàm nihil sint humana absque uerbo & doctrina dei,& quàm uehemēter ardeat fidelis mens illius desiderio.

Beth ב

B IN quo corrigit adolescentior uiam suam?in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te:ne repellas me à mandatis tuis.In corde meo abscondi eloquia tua:ut non peccem tibi. Benedictus es domine:doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.In uia testimoniorum tuorum delectatus sum,sicut in omnibus diuitijs.In mandatis tuis exercebor,& considero uias tuas. In iustificationibus tuis meditabor:non obliuiscar sermones tuos.

Gimel ג

C REtribue seruo tuo,uiuifica me:& custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos:& considerabo mirabilia de lege tua:Incola ego sum in terra:non abscondas à me mandata tua.Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.Increpasti superbos:maledicti qui declinant à mandatis tuis.Aufer à me opprobrium & contemptum:quia testimonia tua exquisiui.Etenim sederunt principes,& aduersum me loquebantur:seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.Nam & testimonia tua meditatio mea est:& consilium meum iustificationes tuæ.

Gen.47b

Daleth ד

D ADhæsit pauimento anima mea:uiuifica me secundum uerbum tuum.Vias meas enuntiaui,& exaudisti me:doce me iustificationes tuas.Viam iustificationum tuarum instrue me:& exercebor in mirabilibus tuis.Dormitauit anima mea præ tædio:confirma me in uerbis tuis.Viam iniquitatis amoue à me:& de lege tua miserere mei. Viam ueritatis elegi:iudicia tua non sum oblitus.Adhæsi testimonijs tuis domine:noli me confundere.Viam mandatorum tuorum cucurri:cum dilatasti cor meum.

He ה

E LEgem pone mihi domine uiam iustificationū tuarum:& exquiram eam semper.Da mihi

mihi intellectum,& scrutabor legem tuam:& custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorum:quia ipsam uolui. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem:in uia tua uiuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum:quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mandata tua:in æquitate tua uiuifica me.

Vau ו

1 Pet.3 b — ET ueniat super me misericordia tua domine,salutare tuum secũdum eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum,quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque:quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiam legem tuam semper:in seculum & in seculum seculi. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum:& non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis:quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi:& exercebor in iustificationibus tuis. F

Zain ז

MEmor esto uerbi tui seruo tuo,in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea:quia eloquium tuum uiuificauit me. Superbi iniquè agebant usquequaque:à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine:& consolatus sum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Memor fui nocte nominis tui domine:& custodiui legem tuam. Hæc facta est mihi,quia iustificationes tuas exquisiui. G

Heth ח

POrtio mea domine,dixi,custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo:miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitaui uias meas:& conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum,& non sum turbatus:ut custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me:& legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Particeps ego sum omnium timentium te:& custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra:iustificationes tuas doce me. H

Psal.62 a

Teth ט

BOnitatem fecisti cum seruo tuo domine,secundum uerbum tuum. Bonitatem,& disciplinam,& scientiam doce me:quia mandatis tuis credidi. Prius quàm humiliarer ego deliqui:propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu:& in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum:ego uerò legem tuam meditatus sum. Bonum mihi,quia humiliasti me:ut discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti. I

Iod י

Iob 10 a — MAnus tuæ fecerunt me,& plasmauerunt me:da mihi intellectum,ut discam mandata tua. Qui timent te uidebunt me,& lætabuntur:quia in uerba tua supersperaui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua,& in ueritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua ut consoletur me:secundũ eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuæ, & uiuam:quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerunt in me:ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te:& qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis,ut non confundar. K

Caph כ

DEfecit in salutare tuum anima mea:& in uerbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes,quando consolaberis me? Quia factus sum sicut uter in pruina:iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui,quando facies de persequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:sed non ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas:iniqui persecuti sunt me,adiuua me. Paulominus consum- L

mauerunt me in terra:ego aũt non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam uiuifica me:& custodiam testimonia oris tui.

Lamed ל

M IN æternũ domine uerbum tuum permanet in cœlo. In generatione & generationem ueritas tua:fundasti terram & permanet. Ordinatiõe tua perseuerat dies:quoniã omnia seruiunt tibi. Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè perijssem in humilitate mea. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis uiuificasti me. Tuus sum ego, saluum me fac:quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me:testimonia tua intellexi. Omnis consummationis uidi finem: latum mandatum tuum nimis. Psal.52 b

Mem מ

N QVomodo dilexi legẽ tuam domine: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudẽtẽ me fecisti mãdato tuo:quia inæternũ mihi est. Super omnes docẽtes me intellexi:quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi:quia mandata tua quæsiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos: ut custodiam uerba tua. A iudicijs tuis nõ declinaui:quia tu legẽ posuisti mihi. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

Nun נ

O LVcerna pedibus meis uerbum tuũ:& lumẽ semitis meis. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum usquequaq; domine:uiuifica me secũdum uerbũ tuũ. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper:& legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi:& de mãdatis tuis non erraui. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem. Psal.18 b

Samech ס

P INiquos odio habui: & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu:& in uerbum tuũ supersperaui. Declinate à me maligni:& scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secũdum eloquium tuum,& uiuam:& non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me,& saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

Ain ע

Q FEci iudicium & iustitiam:non tradas me calumniantibus me. Suscipe seruũ tuum in bonum:nõ calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum:& in eloquiũ iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua. Tempus faciẽdi domine:dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurũ & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar:omnem uiam iniquam odio habui.

Phe פ

R MIrabilia testimonia tua:ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat:& intellectũ dat paruulis. Os meũ aperui,& attraxi spiritũ:quia mãdata tua desiderabam. Aspice in me & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum:& non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me à calumnijs hominum: ut custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum,& doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Sade צ

S IVstus es domine:& rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiã testimonia tua: & ueritatẽ tuã nimis. Tabescere me fecit zelus meus:quia obliti sunt uerba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum uehementer: & seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego & con- Psal.68 b

temptus:iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua ueritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & uiuam.

Coph ק

CLamaui in toto corde, Exaudi me domine: iustificatiões tuas requirã. Clamaui ad te, Saluũ me fac: ut custodiã mandata tua. Præueni in maturitate, & clamaui: quia in uerba tua supersperaui. Prȩuenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium tuum uiuifica me. Appropinquauerũt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: & omnes uiæ tuæ ueritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æternum fundasti ea. T

Res ר

VIde humilitatem meam, & eripe me: quia legẽ tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meũ, & redime me: propter eloquiũ tuum uiuifica me. Lõge à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordiæ tuæ multæ domine: secundum iudiciũ tuum uiuifica me. Multi qui persequuntur me, tribulant me, à testimonijs tuis non declinaui. Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vidi quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua uiuifica me. Principium uerborum tuorũ ueritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. V

Sin ש

Esa.9 a PRincipes persecuti sunt me gratis: & à uerbis tuis formidauit cor meũ. Lætabor ego super eloquia tua: sicut q inuenit spolia multa. Iniquitatẽ odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudẽ dixi tibi super iudicia iusticiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea uehementer. Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo. X

Thau ת

APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquium tuum da mihi intellectũ. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundũ eloquiũ tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificatiões tuas. Pronũtiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua ut saluet me: quoniam mandata tua elegi. Cõcupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Y

Canticum graduum. CXIX

Inuocatio diuini auxilij

AD dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me, Domine libera animã meam à labijs iniquis & à lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacẽ, erã pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. A B

Canticum graduum, CXX

Vnde homini auxiliũ ueniat *2.Par.20 c*

LEuaui oculos meos in montes: unde ueniet auxilium mihi. Auxilium meum à domino: qui fecit cœlum & terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. Dominus custodit te, dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Per diem sol non uret te: neq; luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in seculum. A B

Canticum graduum. CXXI

Laus Hierosolimæ, id est ecclesiæ et cuiuslibet ciuitatis

LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas: cuius participatio A

patio eius in idipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini: teſtimonium Iſrael, ad B confitendũ nomini domini. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid Rogate quæ ad pacẽ ſunt Hieruſalem: & abundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua: & abũdantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei noſtri quæſiui bona tibi.

Canticum graduum CXXII

A AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrũ donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: quia multũ repleti ſumus deſpectiõe. Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Expectatio diuini auxilij

Canticum graduum, CXXIII

A NIſi quia dominus erat in nobis, dicat nũc Iſrael, niſi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos: fortè uiuos deglutiſſent nos, Cum iraſceretur feror eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentẽ pertranſiuit anima noſtra: forſitã pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

Gratiarum actio pro periculi declinatione

Canticum graduum, CXXIIII

A QVi confidunt in domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem, Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & uſq; in ſeculum. Quia non relinquet dominus uirgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: ut non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obliquationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatẽ: pax ſuper Iſrael.

Fidelibus bona retribuere dominũ, mala uero impijs

Canticum graduum, CXXV

A IN conuertendo dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum & lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiſcũ: facti ſumus lætantes. Conuerte domine captiuitatem noſtrã: ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent. Euntes ibant & flebant portantes ſemina ſua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Gratiarum actio pro liberatione ex tribulatione quacunq;

Gal. 6 a

Canticum graduum Salomoni. CXXVI

A NIſi dominus ædificauerit domum: in uanum laborauerunt qui ædificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt uobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce, hæreditas domini, filij merces, fructus uentris. Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum. Beatus uir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Omne auxiliũ & tutelã eſſe à deo

Canticum graduum, CXXVII

A BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in uijs eius. Labores manuum tuarũ quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua ſicut uitis abundãs in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Siõ: & uideas bona Hieruſalem omnibus diebus uitæ tuæ. Et uideas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael.

Quæ bona ſequãtur deum timentes

Num. 6 d

Canticum graduum, CXXVIII

A SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael, Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam. Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum:

Iſraelem ſæpe numero afflictum eſſe, ſed ſemper liberatum

confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnũ tecto-rum: quod priusquã euellatur exaruit: De quo nõ impleuit manũ suam qui metit, & sinum suũ qui manipulos colligit. Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio domini super uos: benediximus uobis in nomine domini.

Canticum graduum, CXXIX

Assidua imploratio pro peccatorũ remissione est

A DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi uocem meam, Fiant aures tuæ intendentes in uocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius: sperauit anima mea in domino, A custodia matutina usq; ad noctem, speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eũ redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum, CXXX

Fideliũ studiũ in humilitate exercetur

A DOmine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. Speret Israel in domino, ex hoc nunc & usq; in seculum.

Canticum graduum, CXXXI

Deliberatio super ædificatione templi, iuncta diuini seminis ac regni eius promissione

A MEmento domine Dauid & omnis mansuetudinis eius, Sicut iurauit domino, uotum uouit deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterũt pedes eius. B Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent. Prpoter Dauid seruum tuum: non auertas faciem Christi tui. Iurauit dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eam, de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. *1. Par. 6 g* Si custodierint filij tui testamentũ meum: & testimonia mea hæc quæ docebo eos: Et filij eorũ usq; in seculum sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus Sion, elegit eam in habitationem sibi. C Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo: quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Canticum graduum. CXXXII

Charitate nihil esse antiquius

A ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in unum: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron: Quod descendit in oram uestimẽti eius: Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniã illic mandauit dominus benedictionem, & uitam usq; in seculum.

Canticum graduum, CXXXIII

Exhortatio excubiarũ ad laudem dei

A ECce nunc benedicite dominum: omnes serui domini, Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite manus uestras in sancta: & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion qui fecit cœlum & terram.

Hallelu ia CXXXIIII

Laus publica unius ac ueri dei

LAudate nomen domini, laudate serui dominum, Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri, Laudate dominum, quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est dominus: & deus noster præ omnibus dijs. Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. *Hiere. 10 c* Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit uentos de thesauris suis: B Qui percussit primogenita Aegypti ab homine usq; ad pecus. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte: in Pharaonem, & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas: & occidit reges

fortes, Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaã. Et dedit terrã eorum hæreditatẽ, hęreditatem Israel populo suo. Dñe nomen tuum in æternum: domine memoriale tuũ in generatione & generationẽ. Quia iudicabit dominus populum D suum, & in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non uidebunt. Aures habent, & non audient: neq; enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum, benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

Psal. 113 b

Hallelu ia CXXXV

A CONfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius. Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. Qui firmauit terram super aquas, quoniam in æternum misericordia eius. Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius. Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius. Lunam & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius. Qui percussit Aegyptum cum primogeni- B tis eorum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æternum misericordia eius. In manu potenti & brachio excelso, quoniam in æternum misericordia eius. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, quoniam in ęternum misericordia eius. Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius. Et excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari rubro, quoniam in æternum misericordia eius. Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui percussit reges magnos, quoniam in æternum misericordia eius. Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius. Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in C æternum misericordia eius. Et Og regem Basan, quoniam in æternum misericordia eius. Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum misericordia eius. Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternũ misericordia eius. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in ęternum misericordia eius. Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius. Qui dat escam omni carni, quoniam in ęternum misericordia eius. Confitemini deo cœli, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.

Publica gratiarũ actio est

Exod. 12 d

Iosue 21 c

Ieremiæ. CXXXVI

A SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum: Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero B tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Memor esto domi- C ne filiorũ Edom, in die Hierusalem. Qui dicunt, Exinanite, exinanite usq; ad fundamentum in ea. Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

Planctus captiuorum in Hierusalẽ cum cõminatione uindictæ dei

Isa. 23 c

Ipsi Dauid CXXXVII

A COnfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti uerba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Super misericordia tua & ueritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen, sanctum tuum. In quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea uirtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia uerba oris tui. Et cantent in uijs domini: quoniam magna est gloria domini. Quoniam excelsus do-

Gratiarum actio pro quotidianis beneficijs

minus:& humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manũ tuam, & saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

In finem psalmus Dauid, CXXXVIII

Dei perspicacia et bonitas describitur, annexa precatiõe aduersus impium

A DOmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meã. Intellexisti cogitationes meas de lõge: semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes uias meas præuidisti: quia nõ est sermo in lingua mea. Ecce tu domine cognouisti omnia, nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manũ tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Quò ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. B Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, forsitã tenebræ conculcabũt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meę. C Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabũtur: exurrexi, & adhuc sum tecum. D Si occideris deus peccatores: uiri sanguinum declinate à me. Quia dicitis in cogitatione: accipient in uanitate ciuitates suas. Nónne qui oderũt te domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas. Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna.

In finem Psalmus Dauid, CXXXIX

Orat liberari à sycophãtis, tũ pios tũ impios quis finis maneat docens

A ERipe me domine ab homine malo: à uiro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: uenenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi. B Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine uocem deprecationis meæ. Domine deus uirtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli. Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. C Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Vir linguosus non dirigetur in terra: uirum iniustum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: & uindictam pauperum. Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo.

Psalmus Dauid CXL

Rogat dei auxilium ne lingua peccet, et ne in malos incidat

A DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende uoci meæ, cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. Audient uerba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram. B Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis

dalis operantium iniquitatem. Cadent in retiacula eius peccatores: singulariter sum ego do-nec transeam.

Intellectus Dauid cum esset in spelunca oratio. CXLI

A VOce mea ad dominum clamaui: uoce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas. In uia hac qua ambula-bam, absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & uidebam: & non erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me, & nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te B domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra uiuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt su-per me. Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Oratio in an-gustia constituti

Hier. 25 e

Psalmus Dauid quando eum filius suus persequebatur. CXLII

A DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua, exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cū seruo tuo, quia non iustifica-bitur in cōspectu tuo omnis uiuens. Quia persecutus est inimicus animā meā, humiliauit in terra uitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus B sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. Expādi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus me-us. Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mi-hi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi uiam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me C facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine uiuificabis me, in æquitate tua Educes de tribulatio-ne animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meā: quoniam ego seruus tuus sum.

Idē cum præ-cedente

Dauid aduersus Goliath. CXLIII

A BEnedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui, qui subdit populū meum sub me. Domine quid est ho-mo quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eū? Homo uanitati similis factus est: dies eius sicut umbra prætereunt. Domine inclina cœlos tuos, & descende: tange mōtes, & B fumigabunt. Fulgura corruscationem, & dissipabis eos, emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regi-bus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno eripe me, Et erue me de manu fi-C liorum alienorum, quorum os loquutum est uanitatem: & dextera eorum dextera iniquita-tis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: cir-cumornatæ ut similitudo templi, Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. O-ues eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis: boues eorum crassæ. Non est ruina mace riæ, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

Orat libera-tionē ab inimi-cis, & ne de-sint sibi uitæ necessaria

Deut. 28 a

Laudatio ipsi Dauid CXLIIII

A EXaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi. Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam glo-riæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem terribilium tuorum

Collaudatur deus ab omni-potentia, boni-tate, prouidē-tia, & iusticia

dicent & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructa- B
bunt: & iusticia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus, patiens & multum miseri
cors. Suauis dominus uniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Confiteantur
tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potē
tiam tuam loquentur, Vt notam faciant filijs hominum potētiam tuam, & gloriam magni-
ficentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni C
generatione & generationem. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis: & sanctus in omni-
bus operibus suis. Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Oculi om-
nium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno, Aperis tu ma-
num tuam: & imples omne animal benedictione. Iustus dominus in omnibus uijs suis, &
sanctus in omnibus operibus suis. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omni- D
bus inuocātibus eum in ueritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum
exaudiet: & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores
disperdet. Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini san
cto eius in seculum & in seculum seculi.

Exod. 34 c

Hallelu ia Aggæi & Zachariæ CXLV

Soli deo fidendum esse

LAuda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo quan- A
diu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eo-
rum. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius, Qui fecit cœlum
& terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Qui custodit ueritatem in seculum, facit iudicium B
iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illumi
nat cæcos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pu-
pillum & uiduam suscipiet, & uias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus
tuus Sion, in generatione & generationem.

Hallelu ia CXLVI

Idem cū centesimo quadragesimoquarto
Esa. 40 d

LAudate dominum quoniam bonus est psalmus deo nostro: sit iucunda decoraq́ lau- A
datio. Aedificans Hierusalem dominus: dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat
contritos corde: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum, & o-
mnibus eis nomina uocat. Magnus dominus noster, & magna uirtus eius: & sapientiæ eius
non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usq; ad ter-
ram. Præcinite domino in confessione, psallite deo nostro in cithara. Qui operit cœlum nu B
bibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum & herbam seruituti homi
num. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in forti
tudine equi uoluntatem habebit: nec in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est do
mino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Iob 38 d

Hallelu ia CXLVII

Idem cū præcedente

LAuda Hierusalem dominum: lauda deum tuum Sion. Quoniam cōfortauit seras por A
tarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumen
ti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ: uelociter currit sermo eius. Qui dat niuem si-
cut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas: ante faciē B
frigoris eius quis sustinebit? Emittet uerbum suum: & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, &
fluent aquæ. Qui annuntiat uerbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua israel. Non fecit ta-
liter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Deu. 4 a

Hallelu ia CXLVIII

Inuitatio uniuersarum rerum ad laudē dei

LAudate dominum de cœlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: A
laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ
& lumen. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domi
ni. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea inæternum & in se- B
culum seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Laudate dominum de terra: dracones
& omnes

B &omnes abyssi, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt uerbum eius. Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri. Bestiæ, & uniuersa pecora, serpentes, & uolucres pennatæ, Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ: Iuuenes, & uirgines, senes cum iunioribus, laudent nomen domini: quia exaltatum est nomē eius solius. Confessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi.

Hallelu ia CXLIX

Laus dei ab ecclesia et oratio ut detur eis esse uictoribus

A CAntate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit māsuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei B in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: Ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis: Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Heb. 4 c

Hallelu ia CL

Cohortatio ad laudem dei

A LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubæ: laudate eū in psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

EPISTOLA DIVI HIERONYMI AD CHROMATIVM ET HELIODORVM EPISCOPOS DE Libris Salomonis.

IVngat epistola quos iungit sacerdotium, immo charta non diuidat quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, & Zachariam, Malachiā quoq; poscitis. Scripsissem, si licuisset præ ualetudine. Mittitis solatia sumptuū, notarios nostros & librarios sustentatis, ut uobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium, quasi aut æquum sit me uobis esurientibus alijs laborare, aut in ratione dati & accepti cuiquam præter uos obnoxius sim. Itaq; longa ægrotatiōe fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud uos mutus essem, tridui opus nomini uestro consecraui, interpretationem uidelicet trium Salomonis uoluminum, Misle quod Hebręi parabolas, uulgata autem æditio Prouerbia uocat, Coeleth quē Gręce Ecclesiasten, Latine concionatorē possumus dicere, Sir Hassirim quod in lingua nostra uertitur Canticum canticorum. Fertur & panæretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non ecclesiasticum ut apud latinos, sed parabolas prænotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes & canticum canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coęquaret. Secundus apud Hebræos nusquàm est. quin & ipse stilus Græcam eloquētiam redolet, & nōnulli scriptorum ueterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo uolumina legat ad ædificationem plebis, non ad autoritatem ecclesiasticorum dogmatū confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis æditio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neq; enim noua sic cudimus, ut uetera destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ nō in tertium uas transfusa coacuerint, sed statim de pręlo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

Hic prologus ex cōmētarijs Hieronymi in Ecclesiasten huc relatus est

TRibus nominibus uocatum fuisse Salomonem scripturæ manifestissime docent: Pacificum. id est Idida, hoc est dilectum domini, & quod nunc dicitur Coeleth, id est Ecclesiasten. Ecclesiastes autem Græco sermone est appellatus, quia cœtum. id est ecclesiam cōgreget, quem nos nū-cupare possumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum, & sermo eius non specialiter ad unum, sed ad uniuersos dirigatur generaliter. Porrò pacificus & dilectus domini, ab eo quod regno eius pax fuerit, & eum dominus dilexerit, appellatus est: nam & Psalmus xliiij. & lxxi. dilecti & pacifici titulo prænotantur. Qui tamen etsi ad prophetiam Christi ecclesiæq; pertinentes felicitatem & uires Salomonis excedunt, tamē secundum historiam super Salomonem scripti sunt. Itaq; iuxta numerum uocabulorum, tria uolumina ædidit, Prouerbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum. In prouerbijs paruulum docens, & quasi de officijs per sententias erudiens. Vnde & ad filium sermo crebro repetitur. In Ecclesiaste uerò maturæ uirum ætatis instituens, ne quicquam in mūdi rebus putet esse perpetuum, sed caduca & breuia uniuersa quæ cernimus. Ad extremum iam consummatum uirum, & calcato seculo præparatum, in Canticis canticorum, sponsæ iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus uitia, & pompis seculi renunciantes, expeditos nos ad aduentum præparauerimus, nō possumus cantare Canticum canticorum. Sed & hoc diligentius attendendum, tres libros autore diuerso esse intitulatos. In prouerbijs enim notantur prouerbia Salomōis, filij Dauid regis Israel. In Ecclesiaste uerò Verba Ecclesiastis, filij Dauid regis Hierusalē, Superfluū quippe est Israel hic, quod male in Græcis & Latinis codicibus inuenitur. In Cātico aūt canticorū nec filius Dauid, nec rex Israel siue Hierusalem pręscribitur, sed tantum, Canticum cāticorum Salomonis. Sicut enim prouerbia & rudis institutio ad duodecim tribus, & ad totum pertinet Israel, & quomodo contemptus mundi non nisi metropolitis conuenit, hoc est habitatoribus Hierusalem, ita Canticum canticorum ad eos proprie pertinet, qui tantum superna desiderant. Ad incipientes & proficientes, & paterna dignitas & regni proprij merito uēdicatur autoritas. Ad perfectos uerò, ubi non timore eruditur, sed amore, proprium nomen sufficit, & æqualis magister est, & nescit se esse regem. Quæ omnia referuntur ad Christum.

ALIVS PROLOGVS.

TRes libros Solomonis, id est Prouerbia, Ecclesiasten, & Canticum canticorū ueteri Septuaginta interpretum autoritati reddidi, uel antepositis lineis superflua quæque designans, uel stellis titulo prænotatis ea quę minus habeantur interferens, ut plenius Paula & Eustochium cognoscatis quid in libris nostris minus sit, quidue redundet. Necnon etiam illa quæ imperiti translatores male in linguam nostram de Græco sermone uerterant, obliterans & antiquans curiosissima ueritate correxi. Et ubi præpostero ordine atq; peruerso sententiarum fuerat lumen ereptum, suis locis restituens feci intelligi quod latebat. Porrò in eo libro qui à plerisq; sapientia Salomōis inscribitur, & in Ecclesiastico, quem esse Iesu filij Sirach nullus ignorat, calamum temperaui, tantummodo canonicas scripturas uobis emendare desiderans, & studium meū certis magis q̄ dubijs commendare. Ideo in Græco & Hebræo præfatiuncula utroq; in libro præmissa est, quia nō-nulla de Græco hoc ad illuminationem sensus, & legentis ædificationē uel inserta Hebraicæ trāslationi, uel extrinsecus iuncta sunt. Et idcirco qui legis semper peregrina memento.

Nota hic, quęcunq; uersum hoc in libro offenderis his notulis [ ] inclusum, nec apud Hebræos, nec in ueteribus exemplaribus haberi.

LIBER PROVERBIORVM QVEM HEBRAEI APPELLANT

מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה

A PARABOLAE Salomonis filij Dauid regis Israel:ad sciendam sapientiam & disciplinam,ad intelligenda uerba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium,& æquitatem : ut detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. Audiens sapiens sapientior erit:& intelligens,gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem,uerba sapientum & ænigmata eorum. Timor domini, principium sapientiæ. Sapientiam atq; doctrinam stulti B despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ : ut addatur gratia capiti tuo,& torques collo tuo.Fili mi,si te lactauerint peccatores,ne acquiescas.Si dixerint, Veni nobiscum,insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra:Deglutiamus eum sicut infernus uiuentem,& integrum quasi descendentem in lacum. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Sortem mitte nobiscum,marsupium unum sit omnium nostrum.Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum.Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem.Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum.Ipsi quoq; contra C sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semitæ omnis auari,animas possidentium rapiunt.Sapientia foris prædicat, in plateis dat uocem suam,in capite turbarum clamitat,in foribus portarum urbis profert uerba sua,dicens, Vsquequo paruuli diligitis infantiam,& stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam:en proferam uobis spiritum meum,& ostendam uobis uerba mea. Quia uocaui & renuistis:extendi manum meam,& non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum,& increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo,& subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit, Cum D irruerit repentina calamitas,& interitus quasi tempestas ingruerit :quādo uenerit super uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me,& non exaudiam : mane consurgent,& non inuenient me: eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint uniuersæ correptioni meæ. Comedent igitur fructus uiæ suæ,suisq; cōsilijs saturabuntur.auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur,timore malorum sublato.

Docet quō ea nēda sint et fugienda sceleratorum cōmercia, quos hic depingit

Psal.113 a

Isa.59 b

CAP. II

A FIlli mi,si susceperis sermones meos,& mādata mea abscōderis penes te,ut audiat sapientiam auris tua:inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris,& inclinaueris cor tuum prudentiæ,si quæsieris eam quasi pecuniam,& sicut thesauros effoderis illam:Tunc intelliges timorem domini,& scientiam dei inuenies.quia domi B nus dat sapientiam,& ex ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum salutem,& proteget gradientes simpliciter,seruans semitas iustitiæ,& uias sanctorum custodiens. Tunc intelliges iusticiam & iudicium,& æquitatem,& omnem semitam bonam.Si intrauerit sapiētia cor tuum,& scientia animæ tuæ placuerit : consilium custodiet te, & prudentia seruabit C te. Vt eruaris à uia mala, ab homine qui peruersa loquitur. Qui relinquunt iter rectum & ambulant per uias tenebrosas.qui lætantur cum malefecerint,& exultant in rebus pessimis. quorum uiæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Vt eruaris à muliere aliena,& ab extranea

Sapientia quō paretur, & quis eius sit usus

Psal.118

tranea quæ mollit sermones suos,& relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita D est.inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur,nec apprehendent semitas uitæ. Vt ambules in uia bona, & calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt,habitabunt in terra,& simplices permanebunt in ea. Impij uerò de terra perdentur,& qui iniquè agunt auferentur ex ea. CAP. III

Inuitat ad legis dei obseruationẽ,ad patientiã & ad studium sapiẽtiæ

Fili mi,ne obliuiscaris legis meæ,& præcepta mea cor tuum custodiat. longitudinem e- A nim dierum,& annos uitæ,& pacem apponent tibi. Misericordia & ueritas te non deserant,circunda eas gutturi tuo:& describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram deo & hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus uijs tuis cogita illum,& ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum: Time dominum, & recede à malo. sanitas quippe erit umbilico tuo,& irrigatio ossium tuorum. Honora dominum de tua substantia,& de primitijs omniũ frugum tuarum [da pauperibus:] & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia B tua redundabunt. Disciplinam domini,fili mi,ne abijcias, nec deficias cum ab eo corriperis. quem enim diligit dominus,corripit:& quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam,& qui effluit prudentiam. melior est acquisitio eius negociatione argenti,& auro primo fructus eius. pretiosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderãtur,huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius uiæ pulchræ,& omnes semitæ illius pacificæ. Lignum uitæ est his qui apprehẽ C derint eam:& qui tenuerint eam,beati. Dominus sapiẽtia fundauit terram, stabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atq; consilium: & erit uita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. tunc ambulabis fiducialiter in uia tua, & pes tuus non impinget. si dormieris,non timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus, ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi ruinas impiorum: dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli D prohibere benefacere eũ qui potest. si uales,& ipse benefac. Nec dicas amico tuo, Vade,& reuertere,& cras dabo tibi,cum statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit. Ne æmuleris hominem iniustum,nec imiteris uias eius: quia abominatio domini est omnis illusor,& cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas à domino in domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur. Ipse deludet illusores,& mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia. CAP. IIII

Rom.12 d
Hebr.12.b
Apoc.3 d

Sapientiam eiusq; fructũ sectanda, & omnem peccati occasionẽ fugiendam

Audite filij disciplinam patris,& attendite: ut sciatis prudentiam. Donum bonum tri- A buam uobis,legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & unigenitus coram matre mea:& docebat me, atq; dicebat, Suscipiat uerba mea cor tuũ, custodi præcepta mea,& uiues. Posside sapientiam,posside prudentiam. ne obliuiscaris,neque declines à uerbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. Principium sapientiæ,posside sapientiam,& in omni possessione tua acquire prudẽtiam. B arripe illam,& exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eã fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratiarũ,& corona inclyta proteget te. Audi fili mi,& suscipe uerba mea, ut multiplicentur tibi anni uitæ, Viam sapientiæ monstraui tibi, & duxi te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris,non artabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculũ. Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam,quia ipsa est uita tua. Ne delecteris in se- C mitis impiorum,nec tibi placeat malorum uia. Fuge ab ea,nec transeas per illam, declina & desere eam. non enim dormiunt nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint. comedunt panem impietatis,& uinum iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splendens,procedit & crescit usq; ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Fili mi,ausculta sermones meos,& ad eloquia mea inclina aurem tuã. ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui, uita enim sunt inuenientibus ea,& uniuersæ carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso uita procedit. Remoue D

à te

à te os prauũ,& detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui recta uideant,& palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Dirige ſemitas pedibus tuis,& omnes uiæ tuæ ſtabilientur. Ne declines ad dexteram,neq; ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à malo. [Vias enim quæ à dextris ſunt,nouit dominus: peruerſæ uerò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt.] Ipſe enim rectos faciet curſus tuos,itinera autem tua in pace producet.

CAP. V

Scortationem uitãdam, coniugi adhærendum, & laboribus ſuis uitã ſuſtentandam

A Fili mi,attende ad ſapientiam meam,& prudentiæ meæ inclina autem tuam: ut cuſtodias cogitationes,& diſciplinam labia tua conſeruent. [Ne intẽderis fallaciæ mulieris: fauus enim diſtillans labia meretricis,& nitidius oleo guttur eius.] Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium,& lingua eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem,& ad inferos greſſus eius penetrant. Per ſemitam uitæ non ambulat,uagi ſunt B greſſus eius & inueſtigabiles. Nũc ergo fili mi audi me,& ne recedas à uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiam tuam,& ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum,& annos tuos crudeli. Ne fortè impleantur extranei uiribus tuis,& labores tui ſint in domo aliena,& gemas in nouiſſimis quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum,& dicas, Cur deteſtatus ſum diſciplinam,& increpationibus non acquieuit cor meum,nec au C diui uocem docentiũ me,& magiſtris non inclinaui aurem meam? Penè fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ. Bibe aquam de ciſterna tua,& fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus,nec ſint alieni participes tui. Sit uena tua benedicta,& lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ: ceruа chariſſima,& gratiſſimus hinnulus: ubera eius inebrient te in omni tempore,in amore eius delectare iugiter. D Quare ſeduceris fili mi ab aliena,& foueris in ſinu alterius? Reſpicit dominus uias hominis,& omnes greſſus eius conſiderat. Iniquitates ſuæ capiunt impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Ipſe morietur,quia non habuit diſciplinam,& in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

Eccli. 9 a.

CAP. VI

Sponſorẽ inſtituit, pigrũ ab ignauia deterret, delationem & adulterium fugere præcipit

A Fili fili,ſi ſpoponderis pro amico tuo,defixiſti apud extraneum manum tuam,illaqueatus es uerbis oris tui,& captus proprijs ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi,& temetipſum libera,quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre,feſtina,ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnum oculis tuis: nec dormitent palpebræ tuæ. Erue te quaſi damula de manu,& quaſi auis de manu aucupis. Vade ad formicam ò piger,& conſidera uias eius,& diſce ſapientiam: quæ cum non habeat ducem,nec præceptorem,nec principem,parat in æſtate cibum ſibi,& congregat in meſſe quod comedat. Vſquequo piger dormies? quan B do conſurges è ſomno tuo? Paululum dormies,paululum dormitabis,paululum conſeres manus tuas ut dormias: & ueniet tibi quaſi uiator egeſtas,& pauperies quaſi uir armatus. [Si uerò impiger fueris,ueniet ut fons meſſis tua,& egeſtas longe fugiet à te.] Homo apoſtata,uir inutilis,graditur ore peruerſo,annuit oculis,terit pede,digito loquitur,prauo corde machinatur malũ,& omni tempore iurgia ſeminat. huic extemplo ueniet perditio ſua, & ſubitò conteretur,nec habebit ultrà medicinam. Sex ſunt quæ odit dominus,& ſeptimũ deteſtatur anima eius: oculos ſublimes,linguam mẽdacem,manus effundentes innoxium C ſanguinem,cor machinans cogitationes peſſimas,pedes ueloces ad currendum in malum, proferentem mendacia,teſtem fallacem,& eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Conſerua fili mi præcepta patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo iugiter,& circunda gutturi tuo. Cum ambulaueris,gradiantur tecũ: cum dormieris,cuſtodiant te,& euigilans loquere cum eis: quia mandatum lucerna eſt,& lex lux,& uia uitę increpatio diſciplinæ: Vt cuſtodiant te à muliere mala,& à blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinẽ eius cor tuum,ne capiaris nutibus illius. pretium enim ſcorti uix eſt unius pa D nis: mulier autem uiri,pretioſam animam capit. Nũquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo,ut ueſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas,& non comburentur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui,non erit mundus cum tetigerit eam. Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim ut eſurientem impleat animam: deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum,& omnem ſubſtantiam domus ſuæ tra

Deut. 22 a

det. Qui autem adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam, turpitudinem & ignominiam cõgregat sibi, & opprobrium illius non delebitur: quia zelus & furor uiri non parcet in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

CAP. VII

Exhortatio ad sapientiam & dehortatio à scortatione

FIli mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. [Fili honora dominum, & ualebis: præter eum uerò ne timueris alienum.] Serua mandata mea, & uiues: & legem meam quasi pupillam oculi tui: liga ea in digitis tuis, scribe illa in tabulis cordis tui. Dic sapientiæ, Soror mea es, & prudentiam uoca amicam tuam, Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ uerba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meę per cancellos prospexi, Et uideo paruulos, cõsidero uecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum, & prope uiam domus illius graditur in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula & uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo cõsistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumq́ deosculatur iuuenem, & procaci uultu blanditur, dicens: Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi uota mea. idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te uidere, & reperi, Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto: aspersi cubile meum myrrha & aloe & cinnamomo: ueni inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. nõ est enim uir in domo sua, abijt uia longissima: sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorũ protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad uictimam, & quasi agnus lasciuiẽs: & ignorat quòd ad uincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: uelut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi, audi me, & attẽde uerbis oris mei. Ne abstrahatur in uijs illius mens tua, neq́ decipiaris semitis eius. multos enim uulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

Eccli. 7 d

CAP. VIII

Sapientia seipsam pulcherrimè commẽdat

NVnquid non sapientia clamitat, & prudentia dat uocem suam? In summis excelsisq́ uerticibus supra uiam, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O uiri ad uos clamito, & uox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, ut recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis quàm aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis: & omne desiderabile, ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor domini odit malum: arrogãtiam & superbiam & uiam prauam, & os bilingue detestor. Meum est cõsilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui mane uigilauerint ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes supernæ & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argẽto electo. In uijs iustitiæ ambulabo, in medio semitarum iudicij, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio uiarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi: & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarũ eruperant. Necdum montes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat & flumina & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos, aderam: quando certa lege & gyro uallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ, Cum eo eram cuncta componens: &

Sap. 9 b

delecta

delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt uias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, qui uigilat ad fores meas quotidie & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

CAP. IX

A SApientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit uictimas suas, miscuit uinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut uocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis: Si quis est paruulus, ueniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis. Relinquite infantiam, & uiui B te, & ambulate per uias prudentiæ. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Principium sapientiæ, timor domini: & scientia sanctorum prudentia. Per me C enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni uitæ. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso urbis loco, ut uocet transeuntes per uiam & pergentes in itinere suo, Quis est paruulus, declinet ad me. Et ue D cordi locuta est, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. [Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.]

Sapientia omnes ad se inuitat, & describitur stultitia

Psal. 110 d

CAPVT X

A FILIVS sapiens lætificat patrē: filius uerò stultus mœstitia est matris suæ. Nil proderunt thesauri impietatis: iustitia uerò liberabit à morte. Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium, diuitias parat. [Qui nititur mendacijs, hic pascit uentos, idem autem ipse sequitur aues uolantes.] Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. Benedictio super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. Sapiens corde præcepta susci B piet: stultus cæditur labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat uias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labijs, uerberabitur. Vena uitæ, os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: & uniuersa delicta operit charitas. In labijs sapientis inuenitur sapientia: & uirga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusioni proximum est. Substantia diuitis, urbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. Opus iusti, ad uitam: fructus autem impij ad peccatum. Via uitæ, custodienti disciplinam: qui au C tem increpationes relinquit, errat. Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti, cor autem impiorum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. Benedictio domini diuites facit, nec sociabitur ei afflictio. Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est uiro prudentia. Quod timet impius, ueniet super eum: desiderium suum iustis dabitur. Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi funda D mentum sempiternum. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum, lætitia: spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis, uia domini: & pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa.

Ab hoc capite usque ad 31 innumeræ feruntur sententiæ, quibus sapientiæ utilitas & insipiētiæ calamitas ob oculos ponuntur

1 Pet. 4 b
1 Cor. 13 b

CAP. XI

Statera

STatera dolosa abominatio est apud dominum,& pondus æquum uoluntas eius. Vbi fuerit superbia,ibi erit & contumelia:ubi autem est humilitas,ibi & sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos,& supplantatio peruersorum uastabit illos.Non proderunt diuitiæ in die ultionis:iustitia autem liberabit à morte.Iustitia simplicis diriget uiam eius:& in impietate sua corruet impius.Iustitia rectorum liberabit eos:& in insidijs suis capientur iniqui.Mortuo homine impio nulla erit ultrà spes,& expectatio solicitorum peribit. Iustus de angustia liberatus est:& tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.In bonis iustorum exultabit ciuitas:& in perditione impiorum erit laudatio.Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas:& ore impiorum subuertetur.Qui despicit amicum suum,indigens corde est:uir autem prudens tacebit.Qui ambulat fraudulenter,reuelat arcana:qui autem fidelis est,cælat amici commissum.Vbi non est gubernator,populus corruet,salus autem ubi multa consilia.Affligetur malo,qui fidem facit pro extraneo:qui autem cauet laqueos,securus erit.Mulier gratiosa inueniet gloriam,& robusti habebũt diuitias.Benefacit animæ suæ uir misericors:qui autem crudelis est,etiam propinquos abijcit.Impius facit opus instabile:seminanti autem iustitiam merces fidelis. Clementia præparat uitam:& sectatio malorum mortem.Abominabile domino cor prauum,& uoluntas eius in his qui simpliciter ambulant. Manus in manu non erit innocens malus:semẽ autem iustorum saluabitur.Circulus aureus in naribus suis,mulier pulchra & fatua.Desiderium iustorum omne bonum est:præstolatio impiorum furor.Alij diuidunt propria,& ditiores fiunt:alij rapiunt non sua,& semper in egestate sunt.Anima quæ benedicit,impinguabitur:& qui inebriat,ipse quoq; inebriabitur.Qui abscondit frumenta,maledicetur in populis:benedictio autem super caput uendentium . Bene consurgit diluculo qui quærit bona:qui autem inuestigator malorum est,opprimetur ab eis.Qui confidit in diuitijs suis,corruet:iusti autem quasi uirens folium germinabunt.Qui conturbat domum suam,possidebit uentos:& qui stultus est seruiet sapienti.Fructus iusti lignum uitæ,& qui suscipit animas sapiens est. Si iustus in terra recipit,quanto magis impius & peccator?

Sap.5.c — 1 Pet.4.d

CAP. XII

QVi diligit disciplinam,diligit scientiam:qui autem odit increpationes,insipiens est.Qui bonus est,hauriet gratiam à domino:qui autem confidit in cogitationibus suis,impiè agit.Non roborabitur homo ex impietate:& radix iustorum non cõmouebitur.Mulier diligens corona est uiro suo:& putredo in ossibus eius,quæ confusione res dignas gerit.Cogitationes iustorum,iudicia:& consilia impiorum,fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini:os iustorum liberabit eos.Verte impios,& non erunt:domus autem iustorum permanebit.Doctrina sua noscetur uir:qui autem uanus & excors est,patebit cõtemptui.Melior est pauper & sufficiens sibi,quàm gloriosus & indigens pane. Nouit iustus iumentorum suorum animas:uiscera autem impiorum crudelia.Qui operatur terram suam,satiabitur panibus:qui autem sectatur otium,stultissimus est.[Qui suauis est in uini demorationibus,in suis munitionibus relinquit cõtumeliam.]Desiderium impij monimentum est pessimorum:radix autem iustorum proficiet.Propter peccata labiorum ruina proximat malo:effugiet autem iustus de angustia.De fructu oris sui unusquisq; replebitur bonis,& iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est,audit consilia.Fatuus statim indicat iram suam:qui autem dissimulat iniuriam,callidus est.Qui quod nouit,loquitur,iudex iustitiæ est:qui autem mẽtitur,testis est fraudulentus.Est qui promittit,& quasi gladio pungitur conscientiæ:lingua aũt sapientium sanitas est.Labium ueritatis firmum erit in perpetuũ:qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.Dolus,in corde cogitantiũ mala:qui autem pacis ineunt consilia,sequitur eos gaudium.Non cõtristabit iustum quicquid ei acciderit:impij autem replebuntur malo.Abominatio est domino labia mendacia:qui autem fideliter agunt,placent ei.Homo uersutus cælat scientiam:& cor insipiẽtium prouocat stultitiam.Manus fortium dominabitur:quæ autem remissa est,tributis seruiet.Mœror in corde uiri humiliabit illum,& sermone bono lætificabitur.Qui negligit damnum propter amicum,iustus est:iter

Eccli.10.d

autem impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulentus lucrum:& ſubſtantia hominis
erit auri pretium. In ſemita iuſtitiæ,uita:iter autem deuium ducit ad mortem. CAP. XIII

FIlius ſapiens,doctrina patris:qui autem illuſor eſt,non audit cum arguitur. De fructu
oris homo ſatiabitur bonis:anima autem præuaricatorum iniqua. Qui cuſtodit os ſu/
um,cuſtodit animam ſuam:qui autem inconſideratus eſt ad loquendū,ſentiet mala. Vult
A & non uult piger:anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iuſtus dete
ſtabitur:impius autē confundit,& confundetur. Iuſtitia cuſtodit innocentis uiam:impietas
autem peccatorem ſupplantat. Eſt quaſi diues cum nihil habeat:& eſt quaſi pauper,cum
in multis diuitijs ſit. Redemptio animæ uiri,diuitiæ ſuæ:qui autem pauper eſt,increpatio/ Iob 24
nem non ſuſtinet. Lux iuſtorum lætificat:lucerna autem impiorum extinguetur. Inter ſu/
B perbos ſemper iurgia ſunt:qui autem agunt omnia cum conſilio,reguntur ſapientia. Sub/
ſtātia feſtinata minuetur:quæ autem paulatim colligitur manu,multiplicabitur. Spes quæ
differtur,affligit animam:lignum uitæ deſiderium ueniens. Qui detrahit alicui rei,ipſe ſe in
futurum obligat:qui autem timet præceptum,in pace uerſabitur. [Animæ doloſæ errant
in peccatis,iuſti autem miſericordes ſunt & miſerantur.] Lex ſapientis fons uitæ,ut decli/
C net à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam:in itinere contemptorum uorago. Aſtu/
tus omnia agit cum conſilio:qui autem fatuus eſt aperit ſtultitiam. Nuntius impij cadet in
malum:legatus autem fidelis,ſanitas. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam:qui
autem acquieſcit arguenti,glorificabitur. Deſiderium ſi compleatur,delectat animam:de/
teſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit:amicus
D ſtultorum ſimilis efficietur. Peccatores perſequetur malum:& iuſtis retribuentur bona. Bo
nus relinquet hæredes filios & nepotes:& cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. Multi ci/
bi in noualibus patrum:& alijs congregantur abſq; iudicio. Qui parcit uirgæ,odit filium
ſuum:qui autem diligit illum,inſtanter erudit. Iuſtus comedit & replet animam ſuam:uen/
ter autem impiorum inſaturabilis. CAP. XIIII

A SApiens mulier ædificauit domum ſuam:inſipiens extructam quoq; manibus deſtruet. Iob 12 a
Ambulans recto itinere,& timens dominum,deſpicitur ab eo qui infami graditur uia.
In ore ſtulti uirga ſuperbiæ:labia autem ſapientum cuſtodiunt eos. Vbi non ſunt boues,
præſepe uacuum eſt:ubi autem plurimæ ſegetes,ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. Teſtis
fidelis non mentietur:profert autem mendaciū doloſus teſtis. Quærit deriſor ſapientiam,
& non inuenit:doctrina prudentium facilis. Vade contra uirum ſtultum, & neſcito labia
prudentiæ. Sapientia callidi,eſt intelligere uiam ſuam:& imprudentia ſtultorum errans.
B Stultus illudet peccatum,& inter iuſtos morabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinem
animæ ſuæ,in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Domus impiorum delebitur,taberna
cula iuſtorum germinabunt. Eſt uia quæ uidetur homini iuſta:nouiſſima autem eius dedu
cunt ad mortem. Riſus dolore miſcebitur,& extrema gaudij luctus occupabit. Vijs ſuis re
plebitur ſtultus,& ſuper eum erit uir bonus. Innocens credit omni uerbo:aſtutus cōſiderat
greſſus ſuos. [Filio doloſo nihil erit boni:ſeruo autem ſapienti proſperi erunt actus,& diri/
getur uia eius.] Sapiens timet,& declinat à malo:ſtultus tranſilit & confidit. Impatiens ope
C rabitur ſtultitiam:& uir uerſutus odioſus eſt. Poſſidebunt paruuli ſtultitiā:& expectabunt
aſtuti ſcientiam. Iacebunt mali ante bonos:& impij ante portas iuſtorum. Etiam proximo Pſal.40 a
ſuo pauper odioſus erit:amici uerò diuitum multi. Qui deſpicit proximū ſuum,peccat:qui
autem miſeretur pauperis,beatus erit. [Qui credit in domino,miſericordiā diligit.] Errant
qui operantur malum:miſericordia & ueritas præparant bona. In omni opere erit abūdan
tia:ubi autem uerba ſunt plurima,ibi frequenter egeſtas. Corona ſapientū,diuitiæ eorum:
fatuitas ſtultorum,imprudentia. Liberat animas teſtis fidelis:& profert mendacia uerſipel/
D lis. In timore domini fiducia fortitudinis,& filijs eius erit ſpes. Timor domini fons uitæ,ut
declinet à ruina mortis. In multitudine populi dignitas regis:& in paucitate plebis ignomi/
nia principis. Qui patiens eſt,multa gubernatur ſapientia:qui autem impatiens eſt,exaltat
ſtultitiam ſuam. Vita carnium,ſanitas cordis:putredo oſſium,inuidia. Qui calumniatur

egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. In malitia sua repelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos quosque erudiet. Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum. Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit.

CAPVT XV

RESponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum uitæ: quæ autem immoderata est, conterit spiritum. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. [In abundanti iustitia uirtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur.] Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles domino: uota iustorum placabilia. Abominatio est domino uia impij: qui sequitur iustitiam diligitur ab eo. Doctrina mala deserentium uiam: qui increpationes odit, morietur. Infernus & perditio coram domino: quanto magis corda filiorum hominum? Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deijcitur spiritus. Cor sapiens quæret doctrinam: & os stultorum pascetur imperitia. Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium. Melius est parum cum timore domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. Melius est uocari ad olera cum charitate, quàm ad uitulum saginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum: uia iustorum absq; offendiculo. Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam. Stultitia gaudiũ stulto: & uir prudens dirigit gressus suos. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium: ubi uerò sunt plures consiliarij, confirmantur. Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. Semita uitæ super eruditum, ut declinet de inferno nouissimo. Domum superborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos uiduæ. Abominatio domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domũ suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, uiuet. [Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis à malo.] Mens iusti meditabitur sapientiam: os impiorum redundat malis. Longè est dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. Lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa. Auris quæ audit increpationes uitæ, in medio sapientum commorabitur. Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

Eccli. 34. c — *Infra 16 a* — margin letters A, B, C, D

CAP. XVI

HOminis est animam præparare, & domini gubernare linguam. Omnes uiæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est dominus. Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus: impium quoq; ad diem malum. Abominatio domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens. [Initium uiæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud deum magis, quàm immolare hostias.] Misericordia & ueritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur à malo. Cum placuerint domino uiæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit uiam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus & statera iudicia domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi. Abominabiles regi qui agunt impie: quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, diligetur. Indignatio regis, nuntij mortis: & uir sapiens placabit eam. In hilaritate uultus regis, uita: & clementia eius quasi imber serotinus. Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala, custos animę suæ seruat uiam suam. Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Melius est humiliari cum

Supra 15 d — margin letters A, B, C

mitibus

mitibus,quàm diuidere spolia cum superbis.Eruditus in uerbo reperiet bona:& qui sperat in domino,beatus est.Qui sapiens est corde,appellabitur prudens:& qui dulcis eloquio, maiora reperiet.Fons uitæ eruditio possidentis:doctrina stultorum,fatuitas.Cor sapientis erudiet os eius,& labijs eius addet gratiam.Fauus mellis composita uerba,dulcedo animæ & suauitas ossium.Est uia quæ uidetur homini recta,& nouissima eius ducunt ad mortem.Anima laborātis laborat sibi,quia compulit eum os suum.Vir insipiens fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit.Homo peruersus suscitat lites,& uerbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum,& ducit eum per uiam non bonam.Qui attonitis oculis cogitat praua,mordens labia sua perficiet malum.Corona dignitatis senectus quæ in uijs iustitiæ reperietur.Melior est patiens uiro forti:& qui dominatur animo suo,expugnatore urbium.Sortes mittuntur in sinum,sed à domino temperantur.

D — Supra 14 b

CAP. XVII

A Melior est buccella sicca cum gaudio,quàm domus plena uictimis cum iurgio.Seruus sapiens dominabitur filijs stultis,& inter fratres hæreditatē diuidet.Sicut igne probatur argentum,& aurum camino,ita corda probat dominus. Malus obedit linguæ iniquæ:& fallax obtemperat labijs mendacibus.Qui despicit pauperem,exprobrat factori eius:& qui in ruina lætatur alterius,non erit impunitus.Corona senum,filij filiorum:& gloria filiorum,patres eorum.Non decēt stultum uerba composita,nec principē labium mentiens.Gemma gratissima expectatio præstolantis:quocunq; se uertit,prudenter intelligit. Qui cælat delictum,quærit amicitias:qui altero sermone repetit,separat fœderatos.Plus proficit correctio apud prudentem,quàm centum plagæ apud stultum. Semper iurgia quærit malus:angelus autem crudelis mittetur contra eum.Expedit magis ursæ occurrere raptis fœtibus,quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.Qui reddit mala pro bonis,non recedet malum de domo eius.Qui dimittit aquam,caput est iurgiorum:& antequàm patiatur contumeliam,iudicium deserit.Qui iustificat impium,& qui condemnat iustum,abominabilis est uterq; apud deum.Quid prodest stulto habere diuitias,cum sapientiā emere non possit? [Qui altam facit domum suam,quærit ruinam:& qui euitat discere,incidet in mala.] Omni tempore diligit qui amicus est,& frater in angustijs comprobatur.Stultus homo plaudet manibus,cum spoponderit pro amico suo.Qui meditatur discordias,diligit rixas:& qui exaltat ostium,quærit ruinam.Qui peruersi cordis est,nō inueniet bonum: & qui uertit linguam,incidet in malum.Natus est stultus in ignominiam suam:sed nec pater in fatuo lætabitur.Animus gaudens ætatem floridam facit:spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impius accipit,ut peruertat semitas iudicij.In facie prudentis lucet sapientia:oculi stultorū in finibus terræ.Ira patris filius stultus,& dolor matris quæ genuit eum. Non est bonum,damnū inferre iusto,nec percutere principem qui recta iudicat.Qui moderatur sermones suos,doctus & prudēs est:& pretiosi spiritus,uir eruditus.Stultus quoq; si tacuerit,sapiens reputabitur:& si compresserit labia sua,intelligens.

Eccli. 10 d — B — C — Isa. 5 c — D — Iac. 1 c

CAP. XVIII

A Occasiones quęrit qui uult recedere ab amico,omni tempore erit exprobrabilis.Non recipit stultus uerba prudentiæ,nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius.Impius cum in profundum uenerit peccatorum,contemnit:sed sequitur eum ignominia & opprobrium.Aqua profunda uerba ex ore uiri:& torrens redundans fons sapientiæ. Accipere personam impij non est bonum,ut declines à ueritate iudicij.Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat.Os stulti contritio eius,& labia ipsius ruina animæ eius.Verba bilinguis,quasi simplicia,& ipsa perueniunt usque ad interiora uentris. [Pigrum deijcit timor:animæ autem effœminatorum esurient.] Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.Turris fortissima nomen domini:ad ipsam currit iustus,& exaltabitur. Substantia diuitis urbs roboris eius,& quasi murus ualidus circundans eum. Antequàm conteratur,exaltatur cor hominis:& antequàm glorificetur,humiliatur.Qui prius respondet quàm audiat,stultum se esse demonstrat,& confusione dignum. Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam: spiritum uerò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quærit doctrinam.

B — Eccli. 11 a — C

Donum hominis dilatat uiam eius,& ante principes spatium ei facit. Iustus prior est accusator sui: uenit amicus eius,& inuestigauit eum. Contradictiones comprimit sors,& inter potentes quoq; diiudicat. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi uectes urbium. De fructu oris uiri replebitur uenter eius,& genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors & uita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum,& hauriet iucunditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. Cum obsecrationibus loquetur pauper,& diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater.

CAP. XIX

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm torquens labia sua,& insipiens. Vbi non est scientia, animæ non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra dominum feruet animo suo. Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit, separantur. Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Multi colunt personam potentis,& amici sunt dona tribuentis. Fratres omnes pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum uerba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam,& custos prudentiæ inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit. Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. Doctrina uiri per patientiam noscitur,& gloria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autem propriè uxor prudens. Pigredo immittit soporem,& anima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit uiam suam, mortificabitur. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis,& uicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui enim impatiens est, sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet. Audi consilium,& suscipe disciplinam, ut sis sapiens in nouissimis tuis: Multæ cogitationes in corde uiri: uoluntas autem domini in æternum permanebit. Homo indigens, misericors est: & melior est pauper quàm uir mendax. Timor domini ad uitam: & in plenitudine commorabitur, absq; uisitatione pessimi. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. Qui affligit patrem,& fugit matrem, ignominiosus erit & infelix. Non cesses audire fili doctrinam, nec ignores sermones scientiæ. Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia,& mallei percutientes stultorum corporibus.

CAP. XX

Lvxuriosa res uinum,& tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, qui prouocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate,& non dabitur illi. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde uiri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes uocantur, uirum autem fidelem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquit. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Pondus & pondus, mensura & mensura, utrunq; abominabile est apud dominum. Ex studijs suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. Aurem audientem & oculum uidentem, dominus fecit utrunq;. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos,& saturare panibus. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, gloriabitur. Est aurum,& multitudo gemmarum: uas autem pretiosum labia scientiæ. Tolle uestimentum eius qui fideiussor extitit alieni,& pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis est homini panis mendacij,& postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consilijs roborantur,

& gu-

Margin: D; A; Dan. 13 B; B; C; D; A; B; 1 Ioan. 1 A; C

& gubernaculis tractanda sunt bella. Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumē eius in D medijs tenebris. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas, reddam malum: expecta dominū, & liberabit te. Abominatio est apud dominum pondus & pondus, statera dolosa non est bona. A domino diriguntur gressus uiri: quis autem hominū intelligere potest uiam suam? Ruina est homini deuorare sanctos: & post, uota retractare. Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculū hominis, quæ inuestigat omnia secreta uentris. Misericordia & ueritas custodiunt regem, & roboratur clemētia thronus eius. Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canities. Liuor uulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus uentris. *Rom. 12 d*

CAP. XXI

A SIcut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocunq; uoluerit, inclinabit illud. Omnis uia uiri, recta sibi uidetur: appēdit autem corda dominus. Facere iustitiam & iudicium magis placet domino, quàm uictimæ. Exaltatio oculorum & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abūdantia: omnis autem piger, in egestate est. Qui cōgregat thesauros lingua mendacij, uanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruersa uia uiri, aliena est: qui autem mūdus est, rectum opus eius. Melius B est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo cōmuni. Anima impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam. Excogitat iustus de domo impij, ut detrahat impios à malo. Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. Vir qui errauerit à uia doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. Qui diligit epulas in egestate erit: C qui amat uinum & pinguia, nō ditabitur. Pro iusto datur impius: & pro recto iniquus. Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda. Thesaurus desiderabilis, & oleū in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet uitam, iustitiam & gloriam. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, destruxitq; robur fiduciæ eius. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animā suam. Superbus & arrogans uocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die conD cupiscit & desiderat: qui autem iustus est tribuet, & non cessabit. Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offerūtur ex scelere. Testis mendax peribit: uir obediens loquetur uictoriam. Vir impius procaciter obfirmat uultum suum: qui autem rectus est, corrigit uiam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuit. *Eccli. 25 c* *Isa. 1 d*

CAP. XXII

A MElius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum enim & aurum, gratia bona. Diues & pauper obuiauerunt sibi: utriusq; operator est dominus. Callidus uidit malum, & abscondit se: innocens pertransiit, & afflictus est damno. Finis modestiæ timor domini, diuitiæ & gloria & uita. Arma & gladij in uia peruersi: custos autē animæ suæ longe recedet ab eis. Prouerbium est, adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerātis. Qui B seminat iniquitatem, metet mala, & uirga iræ suæ consummabitur. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. [Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium.] Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; causæ & contumeliæ. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Oculi domini custodiunt scientiam, & supplantantur uerba iniqui. Dicit piger, leo est foris, in medio platearum occidendus C sum. Fouea profunda os alienæ: cui iratus est dominus, incidet in eam. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Qui calumniatur pauperem, ut augeat diuitias *Eccli. 31 c*

diuitias

diuitias suas, dabit ipsi ditiori, & egebit. Inclina aurem tuam, & audi uerba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in uentre tuo, & redundabit in labijs tuis. Vt sit in domino fiducia tua, unde & ostendam tibi hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia, ut ostẽderem tibi firmitatem & eloquia ueritatis, respondere ex his illis qui miserunt te. Non facias uiolentiam pauperi, quia pauper est: neq; conteras egenũ in porta: quia iudicabit dominus causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso: ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalũ animæ tuæ. Noli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui uades se offerunt pro debitis. Si enim non habes unde restituas, quid causæ est ut tollat operimentum de cubili tuo? Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Vidisti uirum uelocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

D — Eccli. 8 c

CAP. XXIII

QVando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Noli laborare ut diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & uolabunt in cœlum. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecũ. Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad uerba scientiæ. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu uirga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum. Et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua. Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore domini esto tota die. Quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in uia animum tuum. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad uescẽdum conferunt: quia uacantes potibus, & dantes symbola consumẽtur, & uestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, & noli uendere: sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: & qui sapientem genuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui uias meas custodiant. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in uia quasi latro, & quos incautos inuenerit, interficiet. Cui uæ? cuius patri uæ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa uulnera? cui suffusio oculorum? nónne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis uinum quando flauescit, cum splenduerit in uitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena diffundet. Oculi tui uidebunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus uina reperiam?

A — B — Eccli. 30 a — C — D

CAP. XXIIII

NE æmuleris uiros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, uniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. Vir sapiẽs, fortis est: uir doctus, robustus & ualidus. Quia cum dispositione initur bellum, & erit salus ubi multa consilia sunt. Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Qui cogitat mala facere, stultus uocabitur. Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor. Si desperaueris lapsus in die angustiæ, imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. *Si*

A — Psal. 81 a — B

dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ne insidieris, & quæras impietatem in C domo iusti, neq; uastes requiem eius. septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem cor ruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè uideat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Time dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam utriusq; quis nouit?

Hæc quoq; sapientibus:

Cognoscere personam in iudicio, non est bonum. Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos ueniet benedictio. Labia deosculabitur, qui recta uerba respondet. Prępara foris opus tuum, D & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domū tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis. Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam unicuiq; secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti: & ecce totum repleuerant urticæ, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum uidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. [Vsquequo piger dormies, usquequo de somno consurges?] Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, ut quiescas: Et ueniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi uir armatus.

Supra 18 a

HAE QVOQVE PARABOLAE SALOMONIS
quas transtulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda.

CAPVT XXV

A GLORIA dei est cælare uerbum, & gloria regum inuestigare sermonem. Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argēto, & egreditur uas purissimum: auser impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi, ascende huc: quàm ut humilieris coram principe, quæ uiderunt oculi tui. Ne proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi B cum audierit, & exprobrare non cesset. [Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias.] Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur uerbum in tempore suo. Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui miserit eum, animam ipsius requiescere facit. Nubes & uentus, & pluuiæ non sequentes, uir gloriosus, & promissa non complens. Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne fortè satiatus euomas illud. Subtrahe pedē tuum de domo proximi tui, nequan C do satiatus oderit te. Iaculum & gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ. Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. [Sicut tinea uestimento, & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi.] Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa & in domo D communi. Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede, & uena corrupta, iustus cadens coram impio. Sicut qui mel multum comedit, nō est ei bonū: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Sicut urbs patens & absq; murorum ambitu, ita uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. CAP. XXVI

Isa. 1 e. *Rom. 12 d.*

Quo-

QVomodo nix in æſtate,& pluuiæ in meſſe,ſic indecens eſt ſtulto gloria. Sicut auis ad alia tranſuolans,& paſſer quò libet uadens: ſic maledictum fruſtra prolatũ in quempiam ſuperueniet. Flagellum equo,& camus aſino,& uirga dorſo imprudentiũ. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſibi ſapiens eſſe uideatur. Claudus pedibus,& iniquitatem bibẽs,qui mittit uerba per nuntium ſtultum. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum. Iudicium determinat cauſas:& qui imponit ſtulto ſilentium,iras mitigat. Sicut canis qui reuertitur ad uomitũ ſuum,ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. Vidiſti hominem ſapientem ſibi uideri? magis illo ſpem habebit inſipiens. Dicit piger, leo eſt in uia,& leæna in itineribus: ſicut oſtiũ uertitur in cardine ſuo,ita piger in lectulo ſuo. Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua,& laborat ſi ad os ſuum eas conuerterit. Sapientior ſibi piger uidetur ſeptem uiris loquentibus ſententias. Sicut qui apprehendit auribus canem,ſic qui tranſit impatiens & commiſcetur rixæ alterius. Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas,& lanceas in mortem: ita uir qui fraudulenter nocet amico ſuo,& cum fuerit deprehenſus dicit,ludens feci. Cum defecerint ligna,extinguetur ignis:& ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt. Sicut carbones ad prunas,& ligna ad ignem,ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia,& ipſa perueniunt ad intima cordis. Quomodo ſi argento ſordido ornare uelis uas fictile,ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata. Labijs ſuis intelligitur inimicus,cum in corde tractauerit dolos: quando ſubmiſerit uocem ſuam,ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter,reuelabitur malitia eius in concilio. Qui fodit foueam incidet in eam:& qui uoluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat ueritatem:& os lubricum operatur ruinas.

2 Pet. 2 d — Eccli. 38 b

CAP. XXVII

NE glorieris in craſtinum,ignorans quid ſuperuentura pariat dies. Laudet te alienus,& non os tuum: extraneus,& non labia tua. Graue eſt ſaxum,& oneroſa arena: ſed ira ſtulti utroq; grauior. Ira non habet miſericordiam,nec erumpens furor:& impetum concitati ferre quis poterit? Melior eſt manifeſta correptio,quàm amor abſconditus. Meliora ſunt uulnera diligentis,quàm fraudulenta oſcula odientis. Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo,ſic uir qui derelinquit locum ſuum. Vnguento & uarijs odoribus delectatur cor,& bonis amici conſilijs anima dulcoratur. Amicum tuum,& amicum patris tui ne dimiſeris,& domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior eſt uicinus iuxtà,quàm frater procul. Stude ſapientiæ fili mi,& lætifica cor meum,ut poſſim exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus uidens malum,abſconditus eſt,paruuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. Tolle ueſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo,& pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo ſuo uoce grandi,de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit. Tecta perſtillantia in die frigoris,& litigioſa mulier comparantur: qui retinet eam,quaſi qui uentum teneat,& oleum dexteræ ſuæ uocet. Ferrum ferro exacuitur,& homo exacuit faciem amici ſui. Qui ſeruat ficũ,comedet fructus eius:& qui cuſtos eſt domini ſui,glorificabitur. Quomodo in aquis reſplendent uultus proſpicientium,ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Infernus & perditio nunquam implẽtur,ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. Quomodo probatur in conflatorio argẽtum,& in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis. [Cor iniqui inquirit mala,cor autem rectum inquirit ſcientiam.] Si contuderis ſtultum in pila,quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo,non auferetur ab eo ſtultitia eius. Diligenter agnoſce uultum pecoris tui,tuoſq; greges conſidera: non enim habebis iugiter poteſtatem,ſed corona tribuetur in generatione & generationem. Aperta ſunt prata,& apparuerunt herbæ uirentes,& collecta ſunt fœna de montibus. Agni ad ueſtimẽtum tuum:& hœdi,ad agri pretiũ. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos,& in neceſſaria domus tuæ, & ad uictum ancillis tuis.

Iob 6 b — Eccli. 14 b

CAP. XXVIII

Fugit

A FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, uita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri uehementi in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium, qui autem inquirunt dominum animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum. Qui coaceruat diuitias usuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in uia mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona. Sapiens sibi uidetur uir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impijs ruinæ hominum. Qui abscondit scelera sua, nõ dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus: qui uero mentis est duræ corruet in malum. Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudẽtia, multos opprimet per calumniam, qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur animæ sanguinũ, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur uijs, concidet semel. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem, nõ benefacit, iste & pro buccella panis deserit ueritatem. Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. Qui corripit hominẽ, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid à patre suo, & matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui uerò sperat in domino, sanabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur. Qui dat pauperi, non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

Supra 19 a — Eccli. 20 d

CAP. XXIX

A VIro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum lætabitur uulgus: cum impij sumpserint principatum gemet populus. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrẽ suum: qui autem nutrit scorta, perdet substantiam. Rex iustus erigit terram, uir auarus destruit eam. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Peccãtem uirum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiã. Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes uerò auertunt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quęrunt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit uerba mẽdacij, omnes ministros habet impios. Pauper & creditor obuiauerunt sibi: utriusque illuminator est dominus. Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuit sapientiam. puer autem qui dimittitur uoluntati suæ confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum uidebunt. Erudi filium tuum, & refrigerabit te: & dabit delicias animę tuæ. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui uerò custodit legẽ beatus est. Seruus uerbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respõdere contemnit. Vidisti hominẽ uelocem ad loquendum? stultitia magis sperãda est, quàm illius correctio. Qui delicate à pueritia sua nutrit seruum suum, posteà sentiet eum contumacem. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccata procliuior. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure partitur, odit animam suam: adiurantem audit, & non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui spe-

Eccli. 10 a — Esa. 5 c

rat in domino, ſubleuabitur. Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egredi tur ſingulorum. Abominantur iuſti uirum impium: & abominantur impij eos qui in recta ſunt uia. [Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit.] CAP. XXX

VErba Congregantis filij Vomentis. Viſio quam locutus eſt uir Cum quo eſt deus, & Qui deo ſecum morante Confortatus, ait, Stultiſſimus ſum uirorum, & ſapientia hominum non eſt mecum. Non didici ſapientiam, & non noui ſcientiam ſanctorum. Quis aſcendit in cœlum, atq; deſcendit? quis continuit ſpiritum in manibus ſuis? quis colligauit aquas quaſi in ueſtiměto? quis ſuſcitauit omnes terminos terrę? quod nomě eſt eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti? Omnis ſermo dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe: Ne addas quicquam uerbis illius, & arguaris, inueniariſq; mědax. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, Vanitatem, & uerba mendacij longe fac à me. Mědicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo neceſſaria. ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen dei mei. Ne accuſes ſeruum ad dominum ſuum, ne forte maledicat tibi, & corruas. Generatio quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit. Generatio quæ ſibi munda uidetur, & tamě non eſt lota à ſordibus ſuis. Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrectæ. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicětes, Affer, affer. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit Sufficit, Infernus, & os uuluæ, & terra quæ non ſatiatur aqua: ignis uerò nunquam dicit Sufficit. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, Viă aquilæ in cœlo, uiam colubri ſuper petram, uiam nauis in medio mari, & uiam uiri in adoleſcětula. Talis eſt uia mulieris adulterę, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit, Non ſum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere, Per ſeruum cum regnauerit: per ſtultŭ cum ſaturatus fuerit cibo: & per odioſam mulierem cum in matrimonium fuerit aſſumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ ſuæ. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſuum: lepuſculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum: regem locuſta non habet, & egreditur uniuerſa per turmas ſuas: ſtellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Tria ſunt quæ bene gradiŭtur, & quartum quod incedit fœliciter: leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum: gallus ſuccinctus lŭbos ſuos: & aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. Et qui ſtultus apparuerit poſtquă eleuatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrŭ: & qui uehemĕter emungit, elicit ſanguinem: & qui prouocat iras, producit diſcordias.

Pſal.18.118 | Deu.4.a | Sap.5.b

VERBA LAMVELIS REGIS. VISIO QVA ERVDIVIT eum mater ſua. CAP. XXXI

QVID dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte uotorum meorum? Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & uias tuas ad delědos reges. Noli regibus ò Lamuel, noli regibus dare uinum: quia nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas. ne forte bibant & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. Date ſicheram mœrentibus, & uinum his qui amaro ſunt animo: bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuę, & doloris ſui non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt: aperi os tuum, decerne quod iuſtum eſt, & uindica inopem, & pauperem.

Dehortatur à cŏmercio meretricŭ & exprimit mores honeſtæ coniugis

א Mulierem fortem quis inueniet? procul, de ultimis finibus pretium eius.
ב Confidit in ea cor uiri ſui, & ſpolijs non indigebit:
ג Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus uitæ ſuæ.
ד Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.
ה Facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portans panem ſuum.
ו De nocte ſurrexit, deditq; prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.

Conſiderauit

c ו Considerauit agrum,& emit eum, de fructu manuum suarum plantauit uineam.
ח Accinxit fortitudine lumbos suos,& roborauit brachium suum.
ט Gustauit quoniam bona est negotiatio eius,non extinguetur in nocte lucerna eius.
י Manum suam misit ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fusum.
כ Manum suam aperuit inopi,& palmas suas extendit ad pauperem.
ל Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicibus.
מ Stragulatam uestem fecit sibi,byssus & purpura indumentum eius.
D נ Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
ס Sindonem fecit & uendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
ע Fortitudo & decor indumentum eius,& ridebit in die nouissimo.
פ Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
צ Considerat semitas domus suæ,& panem otiosa non comedit.
ק Surrexerunt filij eius,& beatissimam prædicauerunt:uir eius,& laudauit eam.
ר Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es uniuersas.
ש Fallax gratia, & uana est pulchritudo: mulier timens dominum ipsa laudabitur.
ת Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

DIVI HIERONYMI IN LIBRVM ECCLESIASTEN AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROLOGVS.

MEMINI me ante hoc fermè quinquennium,cum adhuc Romæ essem,& Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem,ut eam ad contemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo cerneret,putaret esse pro nihilo,rogatum ab ea ut in morem commentarioli obscura quæque dissererẽ,ut absq; me posset intelligere quę legebat. Itaq; quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est,& ubi nõ meruimus ò Paula & Eustochium, talem uitæ nostræ habere consortẽ, tãto uulnere tunc percussus obmutui,& nunc in Bethleem positus,angustiore uidelicet ciuitate,& illius memoriæ & uobis reddo quod debeo:Hoc breuiter admonens, quod nullius autoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maxime Septuaginta interpretum consuetudini me coaptaui,in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus sum, ut nec nouitate nimia, lectoris studium deterrerem: nec rursum contra conscientiam meam fonte ueritatis omisso, opinionum riuulos consectarer.

ECCLESIASTES

HEBRAICE

קֹהֶלֶת

Quocunque expedas, omnia uanitas, nihil autem uanius homine

VERBA ECCLESIASTAE filij Dauid regis Hierusalem. Vanitas uanitatum, dixit Ecclesiastes: uanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens, gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, ad locum unde exeunt flumina, reuertuntur ut iterum fluant. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus uisu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec ualet quisquam dicere, Ecce, hoc recens est. iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum, ut occuparentur in ea. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Dedique cor meũ ut scirem prudentiã atque doctrinã, erroresque & stultitiã: & agnoui quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorem.

Iob 14. b

CAP. II

Quicquid meditentur & agãt homines, esse uana

DIxi ergo in corde meo, Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. Et uidi quod hoc quoque esset uanitas. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à uino carnem meam, ut animum meum trãsferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec uiderem quid esset utile filijs hominum, quod facto opus est sub sole numero dierum uitæ suæ. Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos, & plantaui uineas. feci hortos & pomaria, & cõseui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem syluam lignorum germinantium. Possedi seruos & ancillas, multamque familiã habui: armenta quoque & magnos ouium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum scyphos, & urceos in ministerio ad uina fundenda. Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hierusalem. sapientia quoque perseuerauit mecum. Et omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni uoluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si uterer labore meo. Cumque me conuertissem ad uniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, uidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stultitiam (Quid est inquam, homo ut sequi possit regem factorem suum?) Et uidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quod unus utriusque esset interitus. Et dixi in corde meo, Si unus

& stulti

& stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operam? Locutusq; cum mente mea, animaduerti quod hoc quoque esset uanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter & indoctus. Et idcirco tæduit me uitæ meæ uidentem mala uniuersa esse sub sole, & cuncta uanitatem & afflictionem spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro utrum sapiens an stultus futurus sit. & dominabitur in D laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. & est quicquam tam uanum? Vnde cessaui, renuntiauitq; cor meum ultrà laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. & hoc quoque uanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de uniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nónne uanitas est? Nónne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu dei est. Quis ita uorabit & delicijs affluet ut ego? Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, ut addat & congreget & tradat ei qui placuit deo. sed & hoc uanitas est & cassa solicitudo mentis.

CAP. III

A OMnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub cœlo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi. Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, B & tempus abijciendi. Tempus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit deus filijs hominum, ut distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, ut non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio usq; ad finem. Et cognoui quod nõ esset melius nisi lætari, & facere bene in uita sua. Omnis enim ho C mo qui comedit & bibit, & uidet bonum de labore suo, hoc donum dei est. Didici quod omnia opera quæ fecit deus, perseuerent in perpetuum. non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit deus ut timeatur. Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt: & deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit deus, & tempus omni rei tunc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, ut probaret eos deus, & ostende D ret similes esse bestijs. Idcirco unus interitus est hominis & iumentorum, & æqua utriusque conditio. sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. cuncta subiacent uanitati. Et omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, ut post se futura cognoscat?

Omnia suo prouenire & interire tẽpore, ac deũ exercere homines laboribus

Supra 14

CAP. IIII

A VErti me ad alia, & uidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum uiolentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm uiuentes: & feliciorem utroque iudicaui qui necdum natus est, nec uidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. & in hoc ergo uanitas, & cura superflua est. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, di B cens, Melior est pugillus cum requie, quàm plena utraque manus cum labore, & afflictione

Optimum non nasci, & de solitarij molestia

animi. Conſiderans reperi & aliam uanitatem ſub ſole. unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui laboro & fraudo animam meam bonis? & in hoc quoq; uanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ: ſi unus ceciderit, ab altero fulcietur. uæ ſoli: quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuo: unus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam præualuerit contra unum, duo reſiſtent ei: funiculus triplex difficile rumpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum. Quòd & de carcere, catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia conſumatur. Vidi cunctos uiuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerũt ante eum: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo, ſed & hoc uanitas & afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum dei, & appropinqua ut audias. Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum uictimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

2. Par. 33 c

CAP. V

De uotis temerarijs, & multitudine ſceleratorum: deq; auaris ac diuitibus

NE temere quid loquaris, neq; cor tuum ſit uelox ad proferendum ſermonem coram deo. Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermões tui. Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. Si quid uouiſti deo, ne moreris reddere. diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunq; uoueris redde. multoq; melius eſt non uouere quàm poſt uotum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam. neq; dicas coram angelo, Non eſt prouidẽtia: ne fortè iratus deus cõtra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum. Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt uanitates, & ſermones innumeri: tu uerò deum time. Si uideris calumnias egenorum & uiolenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotio: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoq; eminẽtiores ſunt alij, & inſuper uniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo uanitas. Vbi multæ ſunt opes, multi qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam uidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima. generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit. Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas, Quomodo uenit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei quòd laborauit in uentum? Cunctis diebus uitę ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atq; triſtitia. Hoc itaq; uiſum eſt mihi bonum ut comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierum uitæ ſuæ, quos dedit ei deus; & hæc eſt pars illius. Et omni homini cui dedit deus diuitias, atq; ſubſtantiam, poteſtatémque ei tribuit ut comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo, hoc eſt donum dei. Non enim ſatis recordabitur dierum uitæ ſuæ, eo quòd deus occupet delicijs cor eius.

Iob 20 b

CAP. VI

Auari diuitis miſeria quãta

EST & aliud malum quod uidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines, Vir cui dedit deus diuitias & ſubſtãtiam & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem deus ut comedat ex eo, ſed homo extraneus uorabit illud. hoc uanitas, & miſeria magna eſt. Si genuerit quiſpiam centum liberos, & uixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaq; careat: de hoc ego pronuntio quod melior illo ſit abortiuus. Fruſtra enim uenit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non uidit ſolem, neq; cognouit diſtantiam boni & mali: etiam ſi duobus millibus annis uixerit, & non fuerit perfruitus bonis. nonne ad unum locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius non implebitur. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper niſi ut pergat illuc, ubi eſt uita? Melius eſt uidere quod cupias quàm deſiderare quod neſcias. ſed & hoc uanitas

nitas est,& præsumptio spiritus. Qui futurus est, iam uocatum est nomẽ eius:& scitur quod homo sit,& non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multaq́ in disputando habentia uanitatem.

CAP. VII

Viribus suis maiora non quærenda. Itẽ de præstantia uiri honesti, & periculo mulieris

A QVid necesse est homini maiora se quærere, cum ignorat quid conducat sibi in uita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod uelut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? Melius est nomen bonum, quàm unguenta pretiosa, & dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & uiuens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam uultus, corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est,& cor stultorum ubi lætitia. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. sed & hoc uanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cor-B dis illius. Melior est finis orationis quàm principium. Melior est patiens arrogante. Ne sis uelox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas, Quid putas causæ est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio. Vtilior est sapientia cum diuitijs,& magis prodest uidentibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd uitam tribuunt possessori suo. Considera opera dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. sicut enim hanc, sic & illam fecit deus, ut non inueniat homo contra eum iustas querimonias. Hæc quoq; uidi in diebus ua-C nitatis meæ. Iustus perit in iustitia sua,& impius multo uiuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multũ: neq; plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare istum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet deum, nihil negligit. Sapientia confortauit sapientem, super decem principes ciuitatis. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruum tuum maledicentem tibi. scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti alijs. Cuncta tentaui in sapientia. Dixi, Sapiens efficiar:& ipsa longius recessit à D me multo magis quàm erat:& alta profunditas, quis inueniet eam? Lustraui uniuersa animo meo, ut scirem & considerarem, & quærerem sapientiam & rationem, & ut cognoscerẽ impietatem stulti,& errorem imprudentium:& inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est,& sagena cor eius, uincula sunt manus illius. qui placet deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, unum & alterum, ut inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea,& non inueni. Virum de mille unum reperi: mulierem ex omnibus non inueni. Solũmodo hoc inueni, quòd fecerit deus hominem rectum,& ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis ut sapiẽs est? & quis cognouit solutionem uerbi.

3. Para. 6 g

CAP. VIII

De obedientia & iurisiurandi obseruatiõe, Longanimitatẽ dei religiose timẽdam, ac non inuestigãda dei opera

A SApientia hominis lucet in uultu eius,& potentissimus faciem illius commutabit. Ego os regis obseruo,& præcepta iuramenti dei. Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod uoluerit faciet,& sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis? Qui custodit præceptum, non experietur quicquàm mali. Tempus ad responsionem cor sapientis intelliget. Omni enim negotio tempus est,& opportunitas:& multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo scire B potest nuntio. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium. Omnia hæc consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc uiuerent, in loco sancto erant,& laudabãtur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc uanitas est. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore ullo filij hominum perpetrant mala. Attamẽ peccator ex eo quòd centies facit malum,& per patientiam

sustentatur,ego cognoui quod erit bonum timentibus deum qui uerētur faciem eius. Non C
sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timet faciem domini.Est & alia uanitas,quæ fit super terram.sunt iusti quibus mala proueniunt,quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc uanissimum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quod non esset homini bonum sub sole,nisi quod comederet, & biberet,atq; gauderet: & hoc solum secum auferret de labore D suo in diebus uitæ suæ quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meum ut scirem sapientiā & intelligerem distentionem quæ uersatur in terra.est homo qui diebus & noctibus somnū non capit oculis.Et intellexi quod omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole:& quantò plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet.etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

CAP. IX

Eandē esse sortem omniū: uiuēdū suauiter, sed cum ratione: sapientiam uincere omnia

OMnia hæc tractaui in corde meo,ut curiose intelligerem: Sunt iusti,atq; sapientes,& A opera eorum in manu dei:& tamē nescit homo utrum amore, an odio dignus sit:sed omnia in futurum seruantur incerta,eo quòd uniuersa æque eueniant iusto & impio, bono & malo,mundo & immundo,immolanti uictimas & sacrificia contemnenti. sicut bonus,sic & peccator: ut periurus, ita & ille qui uerum deierat. Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt,quia eadem cunctis eueniunt.unde & corda filiorum hominum implētur malitia,& contemptu in uita sua,& post hæc ad inferos deducuntur. Nemo est qui semper uiuat,& qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis uiuus leone mortuo. Viuentes enim B sciunt se esse morituros, mortui uerò nihil nouerunt amplius, nec habent ultrà mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum. Amor quoq;, & odium, & inuidiæ simul perierunt,nec habent partem in hoc seculo,& in opere quod sub sole geritur. Vade ergo,& comede in lætitia panē tuū, & bibe cum gaudio uinum tuum:quia deo placent opera tua. Omni tempore sint uestimenta tua candida,& oleum de capite tuo non deficiat.Perfruere uita cum uxore quam diligis cunctis diebus uitæ instabilitatis tuæ,qui dati sunt tibi sub sole omni tempore uanitatis tuæ: hæc est enim pars in uita,& in labore tuo quo laboras sub sole. C Quodcunq; facere potest manus tua,instanter operare:quia nec opus,nec ratio,nec sapientia,nec scientia erunt apud inferos,quò tu properas. Verti me ad aliud, & uidi sub sole, nec uelocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem,nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumque in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo superuenerit. Hanc quoq; sub sole uidi sapientiam,& probaui maximam: Ciuitas parua, & pauci in ea uiri.uenit cōtra eam rex magnus, D & uallauit eam,extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.Inuētusq; est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.Et dicebam ego,meliorem esse sapiētiam fortitudine:quo modo ergo sapientia pauperis contempta est,& uerba eius non sunt audita? Verba sapientium audiūtur in silentio,plus quàm clamor principis inter stultos. Melior est sapientia,q̃ arma bellica:& qui in uno peccauerit, multa bona perdet.

Sap.6 a

CAP. X

Hoc & sequēti capite uariæ ac diuersæ sententiæ sunt,quæ ad hominis uitā instituendam conducunt

MVscæ morientes perdunt suauitatem unguenti. Pretiosior est sapientia & gloria,par A ua & ad tempus stultitia. Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Sed in uia stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Est malum quod uidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis: positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in B equis: & principes ambulantes super terram quasi seruos. Qui fodit foueam, incidet in eam:& qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides,affligetur in eis: & qui scindit ligna, uulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum, & hoc non ut prius sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Verba oris sapientis gra C tia:&

tia:& labia insipientis præcipitabunt eum. Initium uerborũ eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus uerba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit quis ei poterit indicare? Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in ur

D bem pergere. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Beata ter ra, cuius rex nobilis est, & cuius principes uescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. In pigritijs humiliatur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit do mus. In risu faciunt panem, & uinum ut epulentur uiuentes: & pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & auis cœli portabit uocem & qui habet pennas annuntiabit sententiam. *Esa.3 a*

CAP. XI

A MItte panem tuum super transeuntes aquas quia post tempora multa inuenies illum. Da partem, septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Qui obseruat uentum, non se

B minat: & qui consyderat nubes, nunquam metet. Quomodo ignoras quæ sit uia spiritus, & qua ratione compingantur ossa in uentre prægnantis: sic nescis opera dei qui fabricator est omnium. Mane semina semẽtem tuam, & uespere ne cesset manus tua: quia nescis quid

C magis oriatur, hoc an illud: & si utrunque simul, melius erit. Dulce lumẽ, & delectabile est ocu lis uidere solem. Si annis multis uixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse de bet tenebrosi temporis, & dierum multorũ: qui cum uenerint, uanitatis arguẽtur præterita. *Eccli.11 d*

D Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuę, & ambula in uijs cordis tui, & in introitu oculorum tuorũ, & scito quòd pro omnibus his adducet te deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua: Adolescentia enim, & uoluptas uana sunt.

CAP. X

A MEmento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent. antequam tenebrescat sol, & lumen, & stellæ, & luna, & reuertantur nubes post pluuiã: quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt uiri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto nume

B ro, & tenebrescent uidentes per foramina. Et claudẽt ostia in platea, in humilitate uocis mo lentis, & consurgent ad uocem uolucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in uia, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipa bitur capparis (quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibunt in platea plan

C gentes.) Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat uitta aurea, & conteratur hy dria super fontem, & confringatur rota super cisternam. Et reuertatur puluis in terram suã unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes, & omnia uanitas. Cumque esset sapiẽtissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quæ

D fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. Quæsiuit uerba utilia, & conscripsit ser mones rectissimos, ac ueritate plenos. Verba sapiẽtium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum concilium data sunt à pastore uno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensque meditatio, carnis afflictio est. Finẽ loquendi, pariter audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. & cuncta quæ fiũt, adducet deus in iudicium pro omni abscondito, siue bonum siue malum sit.

Nihil usquàm firmum præter deum, eius mandata usque dum uiuimus semper obseruanda

FINIS.

CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS HEBRAICE

שִׁיר הַשִּׁירִים

Hoc cāticum totū est mysticū Christi, & sponsæ suæ ecclesiæ

OSCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua uino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuū: ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me: post te curremus. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores uberū tuorum super uinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol, filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in uineis: uineam meam non custodiui. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne uagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te ò pulchra inter mulieres, egredere & abi post uestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuū sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suū. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in uineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

(Margin: Gen. 25 b; Exod. 14 b)

CAP. II

EGo flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna syluarū, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desiderauerā, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam uinariā, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filiæ Hierusalē per capreas, ceruosq́ camporum, ne suscitetis, neq́ euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Vox dilecti mei, ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq́ ceruorum. en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Et dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra, tēpus putationis aduenit: uox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos, uineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & ueni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis uulpes paruulas quæ demoliūtur uineas. nam uinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq́ ceruorum super montes Bether.

(Margin: Infra 8 a)

CAP. III

IN lectulo meo per noctes quæsiuit quem diligit anima mea: quæsiui illum: & non inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per uicos & plateas quæram quem diligit anima mea. quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem, Num quem diligit anima mea, uidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quē diligit anima mea: tenui eum, nec dimittā, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, Adiuro uos filiæ Hierusalem per capreas, ceruosq́ camporum, ne suscitetis, neque

(Margin: Sup. 2 b)

neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, si/
C cut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? En le/
ctulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. omnes tenentes gladios,
& ad bella doctissimi. uniuscuiusq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Fer
culum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argẽteas, reclinatorium
D aureum, ascensum purpureum: media, charitate constrauit propter filias Hierusalem. Egre/
dimini, & uidete, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit illũ mater sua
in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII

A QVam pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbarum, absq; eo quod
intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de mõte Galaad. Cant.6 a
Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, &
sterilis non est inter eas. Sicut uitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut frag/
men mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Sicut turris Dauid collum
B tuum, quæ ædificata est cũ propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura for/
tium. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret Cant.7 a
dies, & inclinentur umbræ. Vadam ad montem myrrhę, & ad collem thuris. Tota pulchra
es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, ueni de Libano, ueni: co/
ronaberis de capite Amana, de uertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de monti/
C bus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculo
rum tuorum, & in uno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa:
pulchriora sunt ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Fa/
uus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor uestimentorum tuorum si/
cut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
D Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum
nardo nardus & crocus, fistula, & cinamomum cum uniuersis lignis Libani, myrrha &
aloe cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum: puteus aquarum uiuentium, quæ
fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, & ueni auster, perfla hortum meum, & fluent
aromata eius.

CAP. V

A VEniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni
in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis:
Comedi fauum meum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo: comedite amici,
& bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meum uigilat: uox dilecti mei pulsan
tis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meũ ple/
num est rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar il/
B la? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus misit manum suam per fo/
ramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus
meæ stillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. Pessulum ostij mei
aperui dilecto meo: at ille declinauerat atq; transierat. Anima mea liquefacta est ut dilectus
locutus est: quęsiui, & non inueni illum: uocaui, & non respondit mihi. Inuenerunt me custo
des qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & uulnerauerunt me, tulerunt pallium meũ
C mihi custodes murorum. Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut nũ
tietis ei quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum?
Qualis est dilectus tuus ex delicto, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus & rubi/
cundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Comæ eius sicut elatæ palma/
rum, nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt
lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pig/
D mentarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, ple/
næ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus saphiris. Crura illius columnæ marmo/ Eccle.26 c
reæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species eius ut Libani, electus ut cedri. Guttur
illius suauissimum, & totus desyderabilis. talis est dilectus meus, & iste est amicus meus
filiæ

filiæ Hierusalem. Quò abijt dilectus tuus ò pulcherrima mulierũ? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI

DIlectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatũ, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. Auer te oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges ouium quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, electa genetrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Descendi in hortum nucum, ut uiderem poma conuallis, & inspicerem si floruisset uinea, & germinassent mala punica. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere reuertere ut intueamur te.

A Supra 4 a B 3. Reg. 11 a C D

CAP. VII

QVid uidebis in Sulamite, nisi choros castrorum? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Iuncturæ feminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquã indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, uallatus lilijs. Duo ubera, sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuũ sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuum ut carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus. Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in delicijs. Statura tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt ubera tua sicut botri uineæ: & odor oris tui sicut odor malorum. Guttur tuum sicut uinum optimum, dignũ dilecto meo ad potandum, labijsq;, & dentibus illius ad ruminandum: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in uillis. Mane surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi ubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma, noua & uetera dilecte mi seruaui tibi.

A Sup. 4 a B C D

CAP. VIII

QVis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculer te, etiam ne nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domũ matris meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex uino condito, & mustum malorũ granatorum meorũ. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro uos filię Hierusalem, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam donec ipsa uelit. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Pone me ut signaculũ super cor tuũ, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors, dilectio: dura sicut infernus, æmulatio: lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eum. Soror nostra parua, & ubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eam propugnacula argẽtea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus: & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum corã eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit Pacifico, in ea quę habet populos: tradidit eam custodibus, uir affert pro fructu eius mille argẽteos. Vinea mea coram me est. Mille tui Pacifice, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.

A B C D

PROLOGVS IN LIBRVM SAPIENTIAE

Liber Sapientiæ apud Hebræos nusquã est:unde & ipse stylus Græcam magis eloquentiam redolet,Hunc Iudæi Philonis esse affirmant.Qui proinde Sapientiæ nominatur,quia in eo Christi aduentus qui est sapientia patris,& passio eius euidenter exprimitur.

LIBER SAPIENTIAE

Exhortatur iudices & magnates ad studiũ sapientiæ, quæ odit hypocritas et calumniatores

A Diligite iustitiam qui iudicatis terram.Sentite de domino in bonitate,& in simplicitate cordis quærite illum:quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum:apparet autem eis qui fidem habent in illum.peruersæ enim cogitationes separant à deo:probata autem uirtus corripit insipientes.quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia,nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,& auferet se à cogitationibus quæ sunt B sine intellectu,& corripietur à superueniente iniquitate.Benignus est enim spiritus sapientiæ,& non liberabit maledicum à labijs suis:quoniam renum illius testis est deus,& cordis illius scrutator est uerus,& linguæ eius auditor.Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum:& hoc quod continet omnia,scientiam habet uocis.Propter hoc qui loquitur iniqua,non potest latere,nec præteriet illum corripiens iudicium.In cogitationibus enim im- C pij interrogatio erit:sermonum autem illius auditio ad deum ueniet,ad correptionem iniquitatum illius.Quoniam auris zeli audit omnia,& tumultus murmurationũ non absconditur.Custodite ergo uos à murmuratione,quæ nihil prodest,& à detractione parcite linguæ,quoniam sermo obscurus in uacuum non ibit:os autem quod mentitur,occidit animam.Nolite zelare mortem in errore uitæ uestræ,neq; acquiratis perditionẽ in operibus manuum uestrarum.Quoniam deus mortem non fecit,nec lętatur in perditione uiuorum. D Creauit enim,ut essent,omnia:& sanabiles fecit nationes orbis terrarum:& non est in illis medicamẽtum exterminij,nec inferorum regnum in terra.Iustitia enim perpetua est,& immortalis:iniustitia autem,mortis est acquisitio,impij autem manibus & uerbis accersierũt illam:& æstimantes illam amicam,defluxerũt,& sponsiones posuerunt ad illam:quoniam morte digni sunt qui sunt ex parte illius.

Luc.12 a

CAP. II

Impiorum studium & uita describitur

A Dixerunt enim impij cogitantes apud se non rectè:Exiguum,& cum tædio est tempus uitæ nostræ,& non est refrigerium in fine hominis,& non est qui agnitus sit reuersus ab inferis:quia ex nihilo nati sumus,& post hoc erimus tãquam si non fuerimus:quoniam fumus afflatus est in naribus nostris:& sermo,scintillæ ad commouendum cor nostrum: quia extincta cinis erit corpus nostrum,& spiritus diffundetur tanquam mollis aer,& transibit uita nostra tanquam uestigium nubis,& sicut nebula dissoluetur,quæ fugata est à radijs solis & à calore illius aggrauata:& nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.Vmbræ enim transitus est tempus no- B strum,& non est reuersio finis nostri:quoniam consignata est,& nemo reuertitur.Venite ergo,& fruamur bonis quæ sunt,& utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.Vino pretioso,& unguentis nos impleamus,& non prætereat nos flos tẽporis.Coronemus nos rosis,antequàm marcescant:nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra.Nemo uestrum exors sit luxuriæ nostræ:ubiq; relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra,& hæc est sors nostra.Opprimamus pauperem iustum,& non parcamus uiduæ,nec ueterani uereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra,lex iniustitiæ.quod enim infirmum est,inutile inuenitur.Circunueniamus ergo iustum,quoniam C inutilis est nobis,& cõtrarius est operibus nostris,& improperat nobis peccata legis,& diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam dei habere,& filium dei se nominat.Factus est nobis in traductionẽ cogitationũ nostrarum.Grauis est nobis etiam

ad uidendnm,quoniam dissimilis est alijs uita illius,& immutatæ sunt uiæ eius. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo,& abstinet se à uijs nostris tanquam ab immunditijs,& præfert nouissima iustorum,& gloriatur patrem se habere deum. Videamus ergo si sermones illius ueri sint,& tentemus quæ uentura sunt illi,& sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est uerus filius dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manu contrariorum. D Contumelia,& tormento interrogemus eum,ut sciamus reuerentiam eius,& probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum:erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt,& errauerunt:excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta dei,neq; mercedem sperauerunt iustitiæ,nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem,& ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. imitantur autem illum,qui sunt ex parte illius.

CAP. III

Piorum felicitas,et quæ eos præmia maneant, quæ etiã impios

IVstorum autem animæ in manu dei sunt,& non tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt A oculis insipientium mori:& existimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium,& quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt,spes illorum immortalitate plena est. Et in paucis uexati,in multis bene disponentur: quoniam deus tentauit eos,& inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos,& quasi holocausti hostiam accepit illos,& in B tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti,& tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes,& dominabuntur populis, & regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo,intelligent ueritatem,& fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius. Impij autem secundum quæ cogitauerunt,correptionem habebunt:qui neglexerunt iustum,& à domino recesserunt. Sapientiam enim,& C disciplinam qui abijcit,infelix est:& uacua est spes illorum,& labores sine fructu,& inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatæ sunt,& nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorum:quoniam felix est sterilis & incoinquinata quæ nesciuit thorum in delicto,habebit fructum in respectione animarum sanctarum,& spado qui non operatus est per manus suas iniquitatẽ,nec cogitauit aduersus deum nequissima. dabitur enim illi fidei donum D electum,& sors in templo dei acceptissima. Bonorum enim laborũ gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Filij autem adulterorum in consummatione erunt,& ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ uitæ erunt,in nihilum computabuntur,& sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem,nec in die agnitionis allocutionem. Nationis enim iniquæ,diræ sunt consummationes.

Esa. 56 b

CAPVT IIII

Honestatis & uirtutũ studiũ commendat

O Quàm pulchra est casta generatio cum claritate,immortalis est enim memoria illi- A us:quoniam & apud deum nota est,& apud homines. Cum præsens est,imitantur illam:& desiderant eam cum se eduxerit,& in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium uincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis,& adulterinæ plantationes non dabunt radices altas,nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint:infirmiter posita,à uento commouebuntur,& à nimietate uentorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconsummati,& B fructus illorum inutiles,& acerbi ad manducandũ,& ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur,testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit,in refrigerio erit. Senectus enim uenerabilis est,non diuturna,neq; annorum numero computata. cani autem sunt sensus hominis:& ætas senectutis,uita immaculata. Placens deo factus dilectus,& uiuens inter peccatores translatus est. raptus est,ne malitia mutaret intellectum eius,aut ne fictio deciperet animam illius. Fa C scinatio enim nugacitatis obscurat bona. & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. placita enim erat deo anima illius:propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. populi autẽ uidentes &

non

non intelligentes,nec ponentes in præcordijs talia.Quoniam gratia dei & miſericordia in ſanctos eius,& reſpectus in electos illius.Cōdemnat autem iuſtus mortuus uiuos impios, D & iuuentus celerius conſummata longam uitam iniuſti.Videbunt enim finem ſapientis,& non intelligent quid cogitauerit de illo deus,& quare munierit illum dominus.Videbunt enim,& contemnent eum:illos autem dominus irridebit.& erunt poſt hæc decidentes ſine honore,& in contumeliam inter mortuos in perpetuum:quoniam diſrumpet illos inflatos ſine uoce,& commouebit illos à fundamentis,& uſq; ad ſupremum deſolabuntur:& erunt gementes,& memoria illorum periet.Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.

CAP. V

De constantia & beatitudine iustorum, deq; tremore & sera pœnitentia impiorum

A TVnc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt,& qui abſtulerunt labores eorum.Videntes turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis,gemētes præ anguſtia ſpiritus:dicētes intra ſe,pœnitentiā agentes,& præ anguſtia ſpiritus gementes,dicentes:Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum,& in ſimilitudinē improperij.Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam,& finem illorū ſine honore:ecce quomodo cōputati ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt.Ergo errauimus à uia ueritatis,& iuſtitiæ lumē non luxit nobis,& ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.Laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis,& ambulauimus uias B difficiles,uiam autem domini ignorauimus.Quid nobis profuit ſuperbia?aut diuitiarū iactantia quid contulit nobis?Tranſierunt omnia illa tanquam umbra,& tanquam nuntius percurrens:& tāquam nauis quæ pertranſit fluctuantē aquam:cuius,cum præterierit,non eſt ueſtigium inuenire,neq; ſemitam carinæ illius in fluctibus.aut tāquam auis quæ tranſuolat in aere,cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius,ſed tantum ſonitus alarum uerberans leuem uentum:& ſcindens per uim itineris aerem,commotis alis tranſuolauit,& poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius.aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum:diuiſus aer continuo in ſe recluſus eſt,ut ignoretur tranſitus illius:ſic & nos nati con C tinuò deſiuimus eſſe,& uirtutis quidem nullum ſignum ualuimus oſtendere,in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus.Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt:quoniā ſpes impij tanquam lanugo eſt,quæ à uento tollitur:& tanquam ſpuma gracilis,quæ à procella diſpergitur:& tanquam fumus qui à uento diffuſus eſt:& tanquā memoria hoſpitis unius diei prætereūtis.Iuſti autem in perpetuum uiuent,& apud dominum eſt merces eorum,& cogitatio illorum apud altiſſimū.Ideo accipient regnum decoris,& diadema ſpeciei de manu domini,quoniam dextera ſua teget eos,& brachio ſancto ſuo defendet illos.Accipiet armaturam zelus illius,& armabit creaturam ad ultionem inimicorum.Induet pro thora D ce iuſtitiam,& accipiet pro galea iudiciū certum.Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam,& pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum,& tanquā è bene curuato arcu nubium exterminabuntur,& ad certum locum inſilient.Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines,excandeſcet in illos aqua maris,& flumina concurrent duriter.Contra illos ſtabit ſpiritus uirtutis,& tanquam turbo uenti diuidet illos:& ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet ſedes potentium.

Prouer.11 a

CAP. VI

Magnates ad iustitiam & sapientiam hortatur

A MElior eſt ſapientia quàm uires,& uir prudens quàm fortis.Audite ergo reges,& intelligite,diſcite iudices finium terræ.Præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum:quoniam data eſt à domino poteſtas uobis,& uirtus ab altiſſimo,qui interrogabit opera ueſtra,& cogitationes ſcrutabitur:quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius,non rectè iudicaſtis,nec cuſtoditis legem iuſtitiæ,neq; ſecundum uoluntatem dei ambulaſtis.Horrēdè & citò apparebit uobis:quoniam iudicium duriſſimū in his qui præſunt,fiet.Exiguo enim conceditur miſericordia:potentes autē potenter tormen B ta patiētur.Non enim ſubſtrahet perſonam cuiuſquam deus,qui eſt omnium dominator, nec uerebitur magnitudinem cuiuſquam,quoniam puſillum & magnum ipſe fecit,& æqualiter cura eſt illi de omnibus.Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.Ad uos ergo reges

Deut.10 d

sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Clara est, & quæ nunquã marcescit sapientia, & facile uidetur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illã. C Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Qui de luce uigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est cõsummatus: & qui uigilauerit propter illam, cito securus erit. Quoniam dignos se, ipsa circuit quærens, & in uijs ostendet se illis hilariter, & in omni prouidẽtia occurret illis. Initium enim illius uerissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem, facit esse proximum deo. Concupiscentia itaq; sapientiæ deducit ad re- D gnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus & sceptris ò reges populi, diligite sapientiã, ut in perpetuum regnetis. diligite lumen sapiẽtiæ omnes qui præestis populis. Quid est autem sapientia, & quemadmodũ facta sit, referam: & non abscondam à uobis sacramenta dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiã illius, & non præteribo ueritatem: neq; quidem cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Multitudo autem sapiẽtium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit uobis.

CAP. VII A

Mortaliũ omnium eandem esse cõditionẽ, per sapiẽtiam tamen alios alijs præstare, & de sapiẽtiæ laudibus usq; ad cap. 11

SVm quidẽ & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in uentre matris figuratus sum caro, decem mensiũ tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamẽto somni conueniẽte. Et ego natus accepi communẽ aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam uocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus est omnibus ad uitam, & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ. & præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatiõe illius. nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniã omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & B speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autẽ mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, & lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapiẽtia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscõdo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ dei, propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse & sapientiæ dux est, & sapientium emendator. in manus enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum sciẽtiæ disciplina. Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt, C scientiam ueram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & uirtutes elementorum, initium & cõsummationem & medietatem temporum, uicissitudinum permutationes, & mutationem omnium, morum mutationes, & diuisiones temporũ, anni cursus, & stellarum dispositiones. naturas animalium, & iras bestiarum, uim uentorum, & cogitationes hominũ, differentias uirgultorum, & uirtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa & improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, multiplex, unicus, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subti- D lis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim uirtutis dei, & emanatio quædã est claritatis omnipotentis dei syncera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. candor est enim lucis æternę, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest: & in se perma

3 Reg. 3 b

permanens omnia innouat,& per nationes in animas sanctas se trāsfert,amicos dei & prophetas constituit.Neminē enim diligit deus,nisi eum qui cum sapiētia inhabitat.Est enim hæc speciosior sole,& super omnem dispositionē stellarū,luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox,sapientiam autem non uincit malitia. CAP. VIII

A Attingit ergo à fine usq; ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter.Hanc amaui,& exquisiui eam à iuuentute mea,& quæsiui in sponsam mihi eam assumere,& amator factus sum formæ illius.Generositatem illius glorificat,contubernium habens dei:sed & omnium dominus dilexit illam.doctrix enim est disciplinæ dei,& electrix operum illius.Et si diuitiæ appetuntur in uita:quid sapientia locupletius,quæ operatur omnia?Si autem sensus operatur:quis horum quæ sunt,magis quàm illa est artifex?Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent uirtutes:sobrietatem enim,& sapientiam docet,& iustitiam

Sapientiam sectādam, quod eius possessio & hominibus & deo hominem commendet

B & uirtutem,quibus utilius nihil est in uita hominibus. Et si multitudinem sciētiæ desiderat quis:scit præterita,& de futuris æstimat:scit uersutias sermonum,& dissolutiones argumētorum:signa & monstra scit antequàm fiant,& euētus temporum & seculorum.Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum:sciens quoniam mecum communicabit de bonis,& erit allocutio cogitationis & tædij mei.Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis:& acutus inueniar in iudicio,& in conspectu potentium admirabilis ero,& facies principū mirabuntur me.tacentem me sustinebunt,& loquentem

C me respicient,& sermocinante me plura,manus ori suo imponent. Præterea habebo per hanc,immortalitatem:& memoriam æternam his qui post me futuri sunt,relinquam.Disponam populos:& nationes mihi erunt subditæ.Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine uidebor bonus,& in bello fortis.Intrans in domum meam,conquiescā cum illa.non enim habet amaritudinem conuersatio illius,nec tædium conuictus illius,sed lætitiam & gaudium.Hæc cogitans apud me,& commemorans in corde meo quoniā immortalitas est in cognatione sapientiæ,& in amicitia illius delectatio bona,& in operibus ma-

D nuum illius honestas sine defectione,& in certamine loquelæ illius sapientia,& præclaritas in communicatione sermonum ipsius:circuibam quærens,ut mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus,& sortitus sum animam bonam.Et cum essem magis bonus,ueni ad corpus incoinquinatum.Et ut sciui quoniam aliter non possem esse continens,nisi deus det,& hoc ipsum erat summa sapientia,scire cuius esset hoc donum:adij dominum,& deprecatus sum illum,& dixi ex totis præcordijs meis: CAP. IX

A Deus patrum meorum,& domine,misericordiæ tuæ,qui fecisti omnia uerbo tuo,& sapientia tua constituisti hominem,ut dominaretur creaturæ quæ à te facta est,ut disponat orbem terrarum in æquitate & iustitia,& in directione cordis iudicium iudicet:da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam,& noli me reprobare à pueris tuis:quoniā seruus tuus sum ego,& filius ancillæ tuæ,homo infirmus,& exigui temporis,& minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum,si ab illo ab-

Oratio pro sapientia obtinenda

B fuerit sapientia tua,in nihilum computabitur.Tu elegisti me regem populo tuo,& iudicem filiorum tuorum,& filiarum.& dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo,& in ciuitate habitationis tuæ altare,similitudinem tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio:& tecum sapientia tua,quæ nouit opera tua,quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres,& sciebat quid esset placitum oculis tuis,& quid directū in præceptis tuis.Mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ,ut mecum sit & mecum laboret,ut sciam

C quid acceptum sit apud te.scit enim illa omnia,& intelligit,& deducet me in operibus meis sobriè,& custodiet me in sua potentia.Et erunt accepta opera mea,& disponam populum tuum iustè,& ero dignus sedium patris mei.Quis enim hominum poterit scire consilium dei?aut quis poterit cogitare quid uelit deus?Cogitationes enim mortalium timidæ,& incertæ prouidentiæ nostræ.Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam:& terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.Et difficile æstimamus quæ in terra sunt:

D & quæ in prospectu sunt,inuenimus cum labore.Quæ autem in cœlis sunt,quis inuestiga-

bit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis: & si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerint tibi domine à principio.

CAPVT X

Quæ cõmoda hominib. proueniant ex sapientia

Gen. 1. 2. 4. 7. 11. 19

A HÆc, illum qui primus formatus est à deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Et eduxit illum de limo terræ, & dedit illi uirtutem continendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraternitatis deperijt. Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela deo, & in filijs misericordiam fortem custodiuit. Hæc, iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in pentapolim: quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & incerto B tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona: sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in his quæ peccauerunt, nec latere potuissent. Sapientia autem hos qui se obseruant, à doloribus liberauit. Hæc autem, profugum iræ fratris iustum deduxit per uias rectas, & ostendit illi regnum dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & C à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi ut uinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc, uenditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam, & in uinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc, populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus quæ illum opprimebant. Intrauit in animam serui dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. Et reddidit iustis mercedem D laborum suorum, & deduxit illos in uia mirabili: & fuit illis in uelamento diei, & in luce stellarum per noctem. & transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt domine nomen sanctum tuum, & uictricem manum tuam laudauerunt pariter. quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAP. XI

Pijs dux est sapientia, impios punit deus, & de eius misericordia

Exo. 16. 17. 20

A DIrexit opera eorum in manibus prophetæ sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas. Steterunt contra hostes, & de inimicis se uindicauerunt. Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui: in eis, cum abundarent filij Israel, lætati sunt. Per hæc, cum illis deessent, bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperate: ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos B exaltares, & aduersarios illorum necares. Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans, condemnasti. Absentes enim, & præsentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt dominum admirantes in fine exitus. Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euentus mirati C sunt: non similiter iustis faciens, pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum. Quòd quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in uindictam: ut scirent quia per quæ peccat quis, per

Deut. 8 a

hæc &

hæc & torquetur. Non enim impoßibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias, aut uaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. Sed & sine his uno spiritu D poterant occidi persecutionem paßi ab ipsis factis suis, & dispergi per spiritum uirtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. Multum enim ualere tibi soli supererat semper: & uirtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dißimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

CAPVT XII

A O Quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus. Ideoq; eos qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris, ut relicta malitia, credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores uiscerum hominum, & deuoratores sanguinis, & authores parentes animarum inauxiliatarum perdere uoluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui uespas, ut illos paulatim exterminarent. B Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut uerbo duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem: ueniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? Aut quis in conspectum tuum ueniet uindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? Nec enim est alius deus, quàm tu, cui cura est de omnibus: ut ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de C his quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoq; qui non debet puniri, condemnas, & exterum æstimas à tua uirtute. Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in uirtute consummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. Tu autem dominator uirtutis, cum tranquillitate iudica, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim tibi cum uolueris posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam das locum in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ D possent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promißionum? Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Vnde & illis qui in uita sua insensate & iniuste uixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris uia diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more uiuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis, iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibrijs increpationis non sunt correcti: dignum

Quàm sit in omnib. longanimus & benignus dominus

Deut. 9. 12. 18

Rom. 1 c

dei iudiciũ experti ſunt.in his enim quæ patiebantur,moleſte ferebant,in quibus patientes indignabantur,per hæc quos putabant deos,in ipſis cum exterminarentur uidentes,illum quem olim negabant ſe noſſe,uerum deum agnouerunt:propter quod & finis condemnationis illorum ueniet ſuper illos. CAP. XIII

Vanos q deũ ignorant, & eius creaturas magnificiunt

VAni autem ſunt omnes homines,in quibus non eſt ſcientia dei,& de his quæ uidentur bona,non potuerunt intelligere eum qui eſt,neq; operibus attendentes agnouerunt quis eſſet artifex,ſed aut ignem aut ſpiritum aut citatum aerem aut gyrum ſtellarum aut nimiam aquam aut ſolem & lunam,rectores orbis terrarum deos putauerũt.Quorum & ſi ſpecie delectati deos putauerũt:ſciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt.ſpeciei enim generator hæc omnia cõſtituit.Aut ſi uirtutem & opera eorum mirati ſunt:intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit,fortior eſt illis.à magnitudine enim ſpeciei,& creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator horũ uideri,ſed tamen adhuc in his minor eſt querela.Et hi enim fortaſſe errant,deum quærentes & uolentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuerſentur:inquirunt,& perſuaſum habent quoniam bona ſunt quæ uidẽtur.Iterum autem nec hic debet ignoſci.Si enim tantum potuerunt ſcire,ut poſſent æſtimare ſeculũ:quomodo huius dominum non facilius inueneruũt? Infelices autem ſunt,& inter mortuos ſpes illorum eſt,qui appellauerunt deos opera manuum hominũ,aurum & argentum,artis inuentionem,& ſimilitudines animalium,aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.Aut ſi quis artifex faber de ſylua lignum rectũ ſecuerit,& huius docte eradat omnem corticem, & arte ſua uſus diligenter fabricet uas utile in conuerſationem uitæ,reliquijs aũt huius operis ad præparationẽ eſcę abutatur:& reliquum horum quod ad nullum uſum facit lignum curuum,& uerticibus plenum ſculpat diligenter per uacuitatem ſuam,& per ſcientiam ſuæ artis figuret illud,& aſſimilet illud imagini hominis,aut alicui ex animalibus illud cõparet, perliniens rubrica,& rubicundum faciens fuco colorem illius,& omnem maculam quæ in illo eſt perliniens:& faciat ei dignam habitationẽ,& in pariete ponens illud,& confirmans ferro,ne forte cadat proſpiciens illi,ſciens quoniam nõ poteſt adiuuare ſe.imago enim eſt, & opus eſt illi adiutorium.Et de ſubſtantia ſua,& de filijs ſuis,& de nuptijs uotum faciens inquirit.Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt:& pro ſanitate quidem infirmum deprecatur,& pro uita rogat mortuum,& in adiutoriũ inutilem inuocat:& pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt:& de acquirendo,& de operando,& de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis. CAP. XIIII

Iere.10 a

Idolorũ & fabris & cultoribus maledicitur,quæ eorum origo, quæq; ex eis mala, deſcribitur

ITerum alius nauigare cogitans,& per feros fluctus iter facere incipiens,ligno portante ſe fragilius lignum inuocat.Illud enim cupiditas acquirẽdi excogitauit,& artifex ſapientia fabricauit ſua.Tua autem pater prouidentia ab initio cũcta gubernat:quoniam dediſti & in mari uiam,& inter fluctus ſemitam firmiſſimam,oſtẽdens quoniam potens es ex omnibus ſanare,etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare. Sed ut non eſſent uacua ſapientiæ tuæ opera:propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas,& tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.Sed & ab initio cum perirẽt ſuperbi gigantes,ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens,remiſit ſeculo ſemen natiuitatis,quæ manu tua erat gubernata.Benedictum eſt enim lignum,per quod fit iuſtitia. Per manus autem quod fit idolum,maledictum eſt & ipſum,& qui fecit illud:quia ille quidem operatus eſt:illud autem cum eſſet fragile,deus cognominatus eſt. Similiter autẽ odio ſunt deo,impius & impietas eius. Etenim quod factum eſt,cum illo qui fecit,tormenta patietur. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus:quoniam creaturæ dei in odium factæ ſunt,& in tẽtationem animis hominum,& in muſcipulam pedibus inſipientium.Initium enim fornicationis,eſt exquiſitio idolorum:& adinuentio illorum,corruptio uitæ eſt.neq; enim erant ab initio,neq; erunt in perpetuum.Superuacuitas enim hominũ aduenit in orbem terrarũ:& ideò breuis illorum finis eſt inuẽtus.Acerbo enim luctu dolens pater,cito ſibi rapti filij fecit imaginẽ:& illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat,nunc tanquam deum colere cœpit,& conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.Deinde interueniente tẽpore,cõualeſcente iniqua conſuetudine, hic

hic error tanquam lex custoditus est,& tyrannorum imperio colebantur figmenta.Et hos
C quos in palàm homines honorare non poterant,propter hoc quòd longè essent,è longin
quo figura eorum allata,euidētem imaginem regis quem honorare uolebant,fecerunt:ut
illum qui aberat,tanquam præsentem colerent sua solicitudine.Prouexit autem ad horum
culturam & hos qui ignorabant,artificis eximia diligentia.Ille enim uolens plus placere illi
qui se assumpsit,elaborauit arte sua,ut similitudinem in melius figuraret.Multitudo autem
hominū adducta per speciem operis,eum qui ante tempus tanquā homo honoratus fue-
rat,nunc deum æstimauerūt.Et hæc fuit uitæ humanæ deceptio,quoniam aut affectui aut
regibus deseruientes homines,incōmunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.Et
non suffecerat errasse eos circa dei scientiā,sed & in magno uiuentes inscientiæ bello,tot &
tam magna mala pacem appellant.Aut enim filios suos sacrificantes,aut obscura sacrificia
D facientes,aut insaniæ plenas uigilias habentes:neq; uitam,neq; nuptias mundas iam custo
diunt,sed & alius alium per inuidiam occidit,aut adulterans contristat:& omnia commista
sunt,sanguis,homicidium,furtum & fictio,corruptio & infidelitas,turbatio & periuriū,tu-
multus bonorum,dei immemoratio,animarum inquinatio,natiuitatis immutatio,nuptia-
rum inconstantia,inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.Infandorū enim idolorum cultura,
omnis mali causa est & initium & finis.Aut enim dum lætantur,insaniunt:aut certè uatici-
nantur falsa,aut uiuunt iniustè,aut peierant cito.Dum enim confidūt in idolis quæ sine ani
ma sunt,male iurantes noceri se non sperant.Vtraq; ergo illis eueniunt dignè,quoniā male
senserunt de deo,attendentes idolis,& iurauerunt iniustè in dolo contēnentes iustitiā.Non
enim iurātium est uirtus,sed peccantiū pœna perambulat super iniustorū præuaricationē.

CAP. XV

Fideliū & infidelium siue idololatrarū descriptio

A TV autem deus noster,suauis & uerus es,patiens & in misericordia dispo-
nens omnia.Etenim si peccauerimus,tui sumus,scientes magnitudinē tuam:& si non
peccauerimus,scimus quoniam apud te sumus computati.Nosse enim te,consummata iu-
stitia est:& scire iustitiam & uirtutem tuam,radix est immortalitatis.Non enim in errorem
induxit nos hominum malæ artis excogitatio,nec umbra picturæ labor sine fructu,& effi-
gies sculpta per uarios colores,cuius aspectus insensato dat concupiscētiam,& diligit mor
tuæ imaginis effigiem sine anima.Malorum amatores digni sunt morte,qui spem habent
B in talibus,& qui faciunt illos,& qui diligūt,& qui colunt.Sed & figulus mollem terram pre-
mens,laboriose fingit ad usus nostros unūquodq; uas,& de eodem luto fingit quę munda
sunt in usum uasa,& similiter quæ his sunt contraria.horum aūt uasorū quis sit usus,iudex
est figulus.Et cum labore uano deum fingit de eodem luto:ille qui paulo ante de terra fa-
ctus fuerat,& post pusillum reducit unde acceptus est,repetitus animæ debitum quam ha
bebat.Sed cura est illi,non quia laboraturus est,nec quoniam breuis illi uita est,sed concer
tatur aurificibus & argentarijs:sed & ærarios imitatur,& gloriam præfert,quoniam res su-
C peruacuas fingit.Cinis est enim cor eius,& terra superuacua spes illius,& luto uilior uita e-
ius:quoniam ignorauit qui se finxit,& qui inspirauit illi animam quæ operatur,& qui insuf-
flauit ei spiritum uitalem.Sed & æstimauerunt lusum esse uitam nostram,& conuersatio-
nem uitæ compositam ad lucrum,& oportere undecunque etiam ex malo acquirere.Hic
enim scit se super omnes delinquere,qui ex terræ materia fragilia uasa,& sculptilia fingit.
Omnes enim insipientes & infelices supra modum animæ superbi sunt,inimici populi tui,
& imperantes illi:quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt,quibus neq; oculo-
D rum uisus est ad uidendum,neq; nares ad percipiendum spiritum,neque aures ad audien-
dum,neq; digiti manuum ad tractandum,sed & pedes eorum pigri ad ambulandum.ho-
mo enim fecit illos:& qui spiritum mutuatus est,is finxit illos.Nemo enim sibi similem ho
mo poterit deum fingere.Cum enim sit mortalis,immortuum fingit manibus iniquis.Me
lior enim est ipse his quos colit:quia ipse quidem uixit,cum esset mortalis,illi autem nun-
quam.Sed & animalia miserrima colunt:insensata enim comparata his,illis sunt deteriora.
Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere.Effugerunt autem dei
laudem,& benedictionem eius.

Psal.113 et 114

CAP. XVI

Propter

Quomō deus iniquos pœnis afficiat, & iustos seruet

PRopter hæc & his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinē bestiarum exterminati sunt. Pro quibus tormētis bene disposuisti populū tuum, quibus dedisti concupiscentiā delectamēti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometrā: ut illi quidem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti, nouam gustauerūt escam. Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem: his aūt tantum ostendere quemadmodū inimici eorum exterminabātur. Etenim cum illis superuenit sæua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorū exterminabātur. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionē in breui turbati sunt, signum habētes salutis ad cōmemorationē mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est, non per hoc quod uidebat sanabatur, sed per te omnium saluatorem. in hoc aūt ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum & muscarum occiderūt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erāt ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconum uenenatorū uicerunt dentes. misericordia enim tua adueniens sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum exterminabātur, & uelociter sanabantur, ne in altam incidentes obliuionē non possent uti tuo adiutorio. etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo, qui sanat omnia. Tu es enim domine, qui uitæ & mortis habes potestatē, & deducis ad portas mortis & reducis: homo autem occidit quidē per malitiam animam suam, & cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est. sed tuam manum effugere impossibile est. Negātes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, & grādinibus, & pluuijs persecutionē passi, & per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis ualebat. uindex est enim orbis iustorum. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi uidentes, scirent quoniā dei iudicio patiūtur persecutionem. Et quodam tempore in aqua supra uirtutem ignis exardescebat undiq;, ut iniquā terræ nationem exterminaret. Pro quibus angelorū esca nutriuisti populum tuum, & paratū panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentū in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substātia enim tua dulcedinē tuam quam in filios habes ostendebat: & deseruiens uniuscuiusq; uoluntati, ad quod quisq; uolebat conuertebatur. Nix autem & glacies sustinebant uim ignis, & non tabescebant: ut scirent quoniam fructus inimicorū exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruscans. Hoc autem iterum, ut nutrirentur iusti, ignis etiam suæ uirtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciēdum pro his qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omniū nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad uoluntatem eorum qui à te desiderati sunt: ut scirent filij tui, quos dilexisti domine, quoniā non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: ut notum omnibus esset quoniā oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te ibi adorare. Ingrati enim spes tanquā hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

Num.21 b · *Exo.9 e*

CAP. XVII

De dei iudicio & pœnis impios expectantibus

MAgna sunt enim iudicia tua domine, & inenarrabilia uerba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerūt. Dum enim persuasum habēt iniqui, posse dominari nationi sanctæ: uinculis tenebrarū, & longæ noctis cōpediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidētiæ iacuerunt. Et dum putāt se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis uelamento dispersi sunt, pauētes horrēde, & cū admiratione nimia perturbati. Neq; enim quæ continebat illos speluca, sine timore custodiebat: quoniā sonitus descēdens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparētes, pauorē illis præstabant. Et ignis quidem nulla uis poterat illis lumen præbere, nec syderū limpidæ flāmæ illuminare poterāt illam noctem horrendā. Apparebat aūt illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussi illius quæ nō uidebatur faciei, æstimabāt deteriora esse quæ uidebantur: & magicæ artis appositi erāt derisus

& sapi

& sapientiæ gloria correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebāt timores & pertur-
bationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore lāguebant. Nam etsi
nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium, & serpētium sibilatione commoti,
tremebundi peribant, & aerem quem nulla ratione quis effugere posset, negātes se uidere.
C Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. Cum enim sit timida ne-
quitia, dat testimonium condemnata. semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.
Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Et *Psal.45 a*
dum ab intro minor est expectatio, maiorem computat sententiam eius causæ de qua tor-
mentum præstat. Illi autem qui impotētem uerè noctem, & ab infimis & ab altissimis infe-
ris superuenientem eundem somnum dormientes, aliquando monstrorum exagitabātur
timore, aliquando animæ deficiebant traductione. subitaneus enim illis, & insperatus timor
superuenerat. Deinde si quisquā ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclu
D sus. Si enim rusticus quis erat aut pastor, aut agri laborū operarius præoccupatus esset: in-
effugibilem sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.
Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborū ramos auium sonus suauis, aut uis aquæ de-
currentis nimium, aut sonus ualidus præcipitatarū petrarum, aut ludentiū animaliū cursus
inuisus, aut mugientiū ualida bestiarū uox, aut resonans de altissimis montibus Echo: defi-
cientes faciebant illos præ timore. Omnis enim orbis terrarū limpido illuminabatur lumi-
ne, & non impeditis operibus continebatur. Solis aūt illis superposita erat grauis nox, ima-
go tenebrarū, quæ superuētura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris. CAP. XVIII

A SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem uocem inimici audiebant, sed fi-
guram non uidebant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te: & qui an
tè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant tibi: & ut esset differentia, te deum pete-
bant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ uiæ, & solem si-
ne læsura boni hospitij præstitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebra-
rum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen se
culo dari. Cum cogitarent iustorum occidere infantes: & uno exposito filio, sed liberato, in
traductionem illorum, multitudinem filiorū abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua ua-
lida. Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris: ut uerè scientes quibus iuramētis cre
B diderūt, animæquiores essent. Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum,
iniustorum autem exterminatio. Sicut enim læsisti aduersarios nostros: sic & nos prouo-
cans magnificasti. Absconse enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in
concordia disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, patrum iam decantan-
tes laudes. Resonabat autem inconueniēs inimicorum uox, & flebilis audiebatur planctus
ploratorum infantium. Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & popularis
homo regi similia passus. Similiter ergo omnes uno nomine mortuos habebant innumera
biles. Nec enim ad sepeliendum uiui sufficiebant: quoniam uno momento quæ erat præ- *Exo.12 e*
clarior natio illorum, exterminata est. De omnibus enim non credentes propter beneficia,
C tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum, spopōderunt populum dei se esse.
Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet,
omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in
mediam exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum imperium tuum portās,
& stans repleuit omnia morte, & usq; ad cœlum attingebat stans in terra. Tunc cōtinuò ui
sus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerūt insperati. Et alius alibi
proiectus semiuiuus, propter quā moriebatur causam demōstrabat mortis. Visiones enim
quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Teti-
git autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed
non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, pro-
D ferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incēsum deprecationem alligans, restitit iræ,
& finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Vicit autem turbas,

Quō deus & Aegyptiorū & Israelitarū scelera ultus sit, tū quō Israelitis p Mosen reconciliatus fuerit

non in

non in uirtute corporis, nec armatura potentiæ: sed uerbo illum qui se uexabat, subiecit: iuramenta parentum, & testamētum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quę ad uiuos ducebat uiam. In ueste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

CAPVT XIX

De fato impiorum & piorū

Exo. 14 d

Impijs autem usq; in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: quoniam cum ipsi permisissent ut se educerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentiæ actus. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem insciențiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebātur. ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormētis, repleret punitio, & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, ut pueri tui custodirētur illæsi. Nam nubes castra illorum obumbrabat, & ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro uia sine impedimēto, & campus germinans de profundo nimio. per quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, uidentes tua mirabilia & monstra. Tanquā enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te domine, qui liberasti illos. Memores enim adhuc eorum quę in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. Nouissimè autem uiderunt nouam creaturā auium, cum adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. In allocutione enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra, & uexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ antè facta erant argumentis per uim fulminum. iustè enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutē redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem usi erant institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti essent tenebris, unusquisq; transitum ostij sui quærebat. In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt. unde æstimari ex ipso uisu certo potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunq; erant natantia, in terram transibant. Ignis in aqua ualebat supra suam uirtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ econtrario, corruptibilium animalium non uexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam quæ facilè dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

Num. 11 g · *Gen. 19 c* · A · B · C · D

FINIS.

IN LIBRVM ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH PROLOGVS CVIUSDAM Iudæi, qui hunc librum de Hebræo in Græcum uertit sermonem.

MVLTORVM nobis & magnorum per legem & prophetas aliosq; qui secuti sunt illos, sapientia demõstrata est: in quibus oportet laudare Israel doctrinę & sapientiæ causa, quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesu, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parẽtibus nostris traditi sunt: uoluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: ut desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisq; attendant animo, & confirmentur ad legitimam uitam. Hortor itaque uenire uos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere: & ueniam habere in illis in quibus uidemur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in uerborum compositione. Nam deficiunt & uerba Hebraica quãdo fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteraq; aliorum librorum non paruam habent differẽtiam quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis: postquam perueni in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neq; contemnendæ doctrinæ. Itaq; bonum: & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librũ istum: & multa uigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare: & illis qui uolunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem domini proposuerint uitam agere.

ECCLESIASTICVS

A OMNIS SAPIENTIA à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Arenã maris & pluuię guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinẽ cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam dei præcedentem omnia quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons sapientiæ uerbum dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Radix sapientiæ, cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? B Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuẽdus nimis, sedens super thronum illius & dominans deus. Ipse creauit illam in spiritu sancto, & uidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium & longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio dei, honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit C in uisu, diligunt eam in uisione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ, timor domini, & cum fidelibus in uulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. Timor domini, sciẽtię religiositas. Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atq; gaudium dabit. Timenti dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. Corona sapientiæ, timor domini, replens pacem, & salutis fructum: & uidit, & dinumerauit

Sapiẽtia à deo solo, quę uere ri innumera præstat bona
Rom. 11 d
Pro. 1 & 9 e
Psal. 110

merauit eam. utraque autem sunt dona dei. Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientiæ est: timere dominum: & rami illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. Timor domini expellit peccatum. nam qui sine timore est, non poterit iustificari. iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus sensus usque in tempus abscondet uerba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori, cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina timor domini: & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Contumax non sis, & incredibilis timori dei: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: quoniam accessisti maligne ad dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. D

CAP. II

Quæ deceant eum qui uolet placere deo

FIli accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuam, & suscipe uerba intellectus, & ne festines in tempus obductionis. Sustine sustentationes dei, coniungere deo, & sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. Omne quod tibi applicitũ fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argẽtum, homines uerò receptibiles in camino humiliationis. Crede deo, & recuperabit te: & dirige uiam tuam & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo ueterasce. Metuentes dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominum, credite illi: & non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum, sperate in illũ: & in oblectationem ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum, diligite illum: & illuminabuntur corda uestra. Respicite filii nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniam pius & misericors est deus, & remittit in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in ueritate. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefaciẽtibus, & peccatori terram ingredienti duabus uiis. Væ dissolutis corde, qui non credũt deo: & ideo nõ protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui deliquerunt uias rectas, & diuerterũt in uias prauas. Et quid facietis, cum inspicere cœperit dominus? Qui timent dominum, non erunt incredibiles uerbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt uias illius. Qui timent dominum, inquirent quę beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominũ, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. A B C D

Psal. 36

Iob 14 b

CAP. III

De parẽtibus honorãdis, & mãsuetudine, tum eleemosyna

FIlii sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filii, et sic facite ut salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, et in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, uita uiuet lõgiore: et qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet honorat parentes, et quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere et sermone et omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à deo, et benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum. maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est A B

tibi gloria

tibi gloria, sed confusio. gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in uita illius: & si defecerit sensu, ueniam da, & ne spernas eum in uirtute tua. eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famæ est qui dereliquit patrem: & est maledictus à deo, qui exasperat matrem. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.
C Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in uanitate detinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas uias,
D non habebit successus, & prauum cor in illis scandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Synagogæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

Danie.4

CAPVT IIII

A Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem contribulati ne abijcias: & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi, retro maledicere. maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & respon-
B de illi pacificè in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi: & non acidè feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors ut pater, et pro uiro matri illorum: et eris tu uelut filius altissimi obediens, et miserebitur tui magis quàm mater. Sapientia filijs suis uitam inspirat, & suscipit exquirentes se, & præibit in uia iustitiæ. & qui illam diligit, diligit uitam: et qui uigilauerint ad illam, complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam, uitam hæreditabunt: et quò introibit, benedicet deus. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: et eos qui diligunt illam, diligit deus. Qui audit illam, iudicabit gētes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confir-
C matione creaturæ illorum: quoniam in tentatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum. Timorem et metum, et probationem inducet super illum, et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et lætificabit illum, & denudabit abscondita sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam et intellectum iustitiæ. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui. Fili, conserua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere uerum. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec
D aduersus animam tuam mendacium. Ne reuerearis proximum tuum in casu suo: nec retineas uerbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. In lingua enim sapientia dignoscitur: et sensus et scientia, & doctrina in uerbo sensati, & firmamen-

Non auertendum oculum à paupere, et in iustitiā uita etiā uindicandam

Leuit.19 d

Z 2 tum

tum in operibus iustitiæ. Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & usq; ad mortē certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAP. V

Opibus non fidendū, dei indulgentia nō abutendum, et humaniter agendum cum proximo

A NOli attendere ad possessiōes iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens uita. nihil enim proderit in tempore uindictæ & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea. Deus enim uindicans uindicabit. Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adijcias peccatum super peccatum. Et ne dicas, Miseratio domini magna est, multitudinis peccato- B rum meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. subitò enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis. non enim proderunt tibi in die obductionis & uindictæ. Non uentiles te in omnem uentū, & non eas in omnem uiam. sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus C in uia domini, & in ueritate sensus tui & scientia, & prosequatur te uerbum pacis & iustitiæ.

Iac. 1 b

Esto mansuetus ad audiendum uerbum dei, ut intelligas: & cum sapientia profer responsum uerum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuū, ne capiaris in uerbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua uerò imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in uita tua, & lingua tua D ne capiaris & confundaris. Super furem enim est confusio, & pœnitentia, & deuotatio pessima super bilinguem: susurratori autē odium, & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillum, & magnum similiter.

CAP. VI

De syncera et fucata amicitia. Itē exhortatio ad studium sapientiæ

A NOli fieri pro amico inimicus proximo. improperium enim, & contumeliā malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Nō te extollas in cogitatiōe animæ tuæ, uelut taurus: ne fortè elidatur uirtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in eremo. anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. Verbū dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua gratiosa in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi unus de mille. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, unanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fide- B lis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum uitæ, & immortalitatis: & qui metuunt dominum, inuenient illum. Qui timet deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. in opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis uirtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta. quibus autem cognita, permanet usque ad conspectum dei. Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum. inijce pedem C tuum

Eccli. 20 b

tuum in compedes illius,& in torques illius collum tuum. subijce humerum tuum,& porta illam,& ne acedieris uinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni uirtute tua conserua uias eius. Inuestiga illam, & manifestabitur tibi,& cōtinens factus ne derelinquas eam. in nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases uirtutis, & torques illius in stolam gloriæ. decor enim uitæ est in illa, & uincula illius alligatura salutaris. Stola gloriæ D indues eam,& coronam gratulationis superpones tibi. Fili, si attenderis mihi, disces:& si accommodaueris animum tuum, sapiēs eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium sta,& sapientiæ illorum ex corde coniungere, ut omnem narrationem dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si uideris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

Infra 8 b

CAPUT VII

Institutiones uariæ ad pie uiuendum

A NOli facere mala,& non te apprehendent. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante deum, quoniam agnitor cordis ipse est:& penes regem noli uelle uideri sapiens. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata: nec enim in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare,& facere eleemosynam ne despicias. Ne dicas, In multi- B tudine munerum meorum respiciet deus,& offerente me deo altissimo, munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circunspector deus. Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli uelle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Noli uerbosus esse in multitudine presbyterorum,& non iteres uerbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. Memento iræ, quoniam non tardabit. Humilia ualde spiritum tuum: quoniam uindicta carnis impij, ignis & uermis. Noli præuaricari in amicum pecuniam differen- C tem, neq; fratrem charissimum in auro spreueris. Noli discedere à muliere sensata et bona, quam sortitus es in timore domini, gratia enim uerecundiæ illius super aurū. Non lædes seruum in ueritate operantem, neq; mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illū. Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt utilia, perseuerent apud te. Filij tibi sunt crudi illos: et curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, et grande opus feceris, et homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proijcias illam: et odibili non credas te in toto D corde tuo. Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: et retribue illis, quomodo et illi tibi. In tota anima tua time dominum, et sacerdotes illius sanctifica. In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius non derelinquas. Honora deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachijs. Da illis partem, sicut mandatum est tibi primitiarum et purgationis: et de negligentia tua purga cum paucis. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres domino, et initia sanctorum: et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio, et benedictio tua. Gratia dati in conspectu omnis uiuentis, et mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. Non te pigeat uisitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, et in æternum non peccabis.

Leuit.19 c

Leuit.24

Matth.25 d

CAPUT VIII

Lites, calumnias ac sponsiones fugiendas: tum uitanda temerariorum, iracundorum ac stolidorum commercia

NOn litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. Non contendas **A** cum uiro locuplete, ne forte econtra constituat litem tibi. multos enim perdidit aurum & argentum, & usque ad cor regum extendit, & conuertit. Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. Non communices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neq; improperes ei. memento quoniam omnes in corruptione sumus. Ne spernas hominem in sua senectu- **B** te: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium uolumus uenire. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbijs eorum conuersare. ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare **C** responsum. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flāma ignis peccatorum illorum. Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. Non spondeas super uirtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem: quoniā secundum quod iustum est, iudicat. Cum audace non eas in uia, ne fortè gra- **D** uet mala sua in te: ipse enim secundum uoluntatem suam uadit, & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & ubi non est adiutorium, elidet te. Cum fatuis consilium non habeas. non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent. Coram extraneo non facies consilium: nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur.

Supra 6 d

CAP. IX

Mulieres aliaq; offendicula cauenda, ueteres amicos non prætereundos, et quibuscum nō cōuersandum sit

NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Non **A** des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in uirtute tua, & confundaris. Ne respicias mulierem multiuolam: ne forte incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animam tuam in ullo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunspicere in uicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam. propter speciem mulieris **B** multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in uia ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: & non alterceris cum illa in uino, ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, ami- **C** cus nouus: ueterascet, & cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriam, & opes peccatoris. non enim scis quæ futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius. Longe abesto à homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis. & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat uitam tuam. Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Secundum uirtutem tuam caue te à **D** proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapiētia sermonis sui, in sensu uerò seniorum uerbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in uerbo suo odibilis erit.

CAP. X

Iudicū & magistratuū officia describit, arrrogantiā & auaritiam detestatur

IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secundum **A** iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & utilem rectorem

rem suscitabit in tempus super illam. In manu dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Auaro autem nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis? Nihil est B iniquius, quàm amare pecuniam. hic enim & animam suam uenalem habet: quoniam in uita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus breuis uita. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcidit medicus, sic & rex hodie est, & cras morietur. Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, et uermes. Initium superbiæ hominis, apostatare à deo: quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhonorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gen- *Luc.1.d* C tium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit dominus, & perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit deus ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam superborum perdidit deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus superbia: neque iracundia natiõi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet deum: semen aũt hoc exhonorabitur, quòd præterit mandata domini. In medio fratrũ rector illorum in honore. & qui timẽt dominum, erunt in oculis illius. Gloria diuitũ, honoratorũ, & pauperum, timor dei est: non despicere hominẽ iustum pauperẽ, & non magnificare uirum peccatorẽ diuitem. Magnus D est iudex, & potens est in honore: & non est maior illo qui timet deum. Seruo sensato liberi *Pro.17.a* seruient: & uir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili mi, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam: Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substãtia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem uereatur.

CAP. XI

A SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet. Non laudes uirum in specie sua, neque spernas hominem in uisu suo. breuis in uolatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In uestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt ualidè, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquàm interroges, ne uituperes quenquam: & cum interrogaueris, corripe iuste. Priusquam audias ne respondeas uerbum, & in medio sermonum ne adijcias loqui. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas. Fili, ne in multis sint actus B tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies si præcurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens uirtute, & abundans paupertate, & oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt deum. Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas, à deo sunt. Sapientia & disciplina, & scientia legis apud deum. Dilectio & uiæ bonorum apud ipsum. Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Datio dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternũ. Est qui locupletatur parce agẽdo, & hæc *Luc.12.c* est pars mercedis illius in eo quòd dicit, Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus. & nescit quòd tempus prætereat illũ, & mors appropinquet, & relinquet omnia

Multiplices et diuersæ institutiones quæ homini studio se sunt obseruandæ

aliјs,& morietur.Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuo/rum ueteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in deo,& mane in lo/ C co tuo. Facile eſt enim in oculis dei ſubito honeſtare pauperem. Benedictio dei in merce/dem iuſti feſtinat,& in honore ueloci proceſſus illius fructificat. Ne dicas. Quid eſt mihi o/pus,& quæ erunt mihi ex hac bona? Ne dicas, Sufficiens mihi ſum: & quid ex hoc peſſima/bor? In die bonorum ne immemor ſis malorum,& in die malorum non immemor ſis bono rum: quoniam facile eſt coram deo in die obitus retribuere unicuique ſecundum uias ſuas. Malitia ore obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filiјs ſuis agnoſcitur uir. Non omnem hominem inducas in domum tuam. multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. Sicut e/ D nim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & ut caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum,& ſicut proſpector uidens caſum proximi ſui. Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. A ſcintilla enim una auge/tur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis: homo uerò peccator ſanguini inſidiatur. At/tende tibi à peſtifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriјs.

CAP. XII

In quos bene/ficia collocan da ſint

SI bene feceris, ſcito cui feceris,& erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto,& inuenies A retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certe à domino. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & altiſſimus odio habet pec/catores, & miſertus eſt pœnitentibus. Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem: & im/piјs, & peccatoribus redde uindictam, cuſtodiens eos in diem uindictæ. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi da/ B re, ne in ipſis potentior te ſit. nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: quoniam & altiſſimus odio habet peccatores, & impiјs reddet uindictam. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. In bonis uiri, inimici il/lius: in triſtitia, & in malitia illius, amicus agnitus eſt. Non credas inimico tuo in æter/num. ſicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. & ſi humiliatus uadat curuus, ad/ C iјce animum tuum, & cuſtodi te ab illo. Nõ ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexteram tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo: ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam,& in nouiſſimo cognoſcas uerba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris. Quis miſere/bitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropiant beſtiјs? ſic & qui comita/tur cum uiro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. Vna hora tecum permanebit: ſi autẽ D declinaueris, non ſupportabit. In labiјs ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, ut

Hiere.41b

ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus,& ſi inuenerit tempus, nõ ſatia/bitur ſanguine.& ſi incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem & quaſi adiuuans ſuffo/diet plantas tuas. Caput ſuum mouebit,& plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit uultum ſuum.

CAP. XIII

Diuitum ac potentum cõ/uerſationem fugiendam

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuper/ A biam. Pondus ſuper te tollet, qui honeſtiori ſe communicat. Et ditiori te ne ſocius fue ris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur. Diues iniuſtè egit,& fremet: pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non ha bueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum,& euacuabit te, & ipſe nõ dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit narrans tibi omnia bona, & dicet, Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouiſſimo deridebit te. poſtea uidens derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. Humi/liare deo, & expecta manus eius. Attende, ne ſeductus in ſtultitia humilieris. Noli eſ/ B ſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus à potentio/re diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impinguaris: & ne longe ſis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis uerbis

illius.ex multa enim loquela tentabit te,& subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conseruabit uerba tua:& non parcet de malitia,& de uinculis. Caue tibi, et attende diligẽter auditui tuo:quoniam cum subuersione tua ambulas. Audiens uerò uerba illa,quasi in somnis uide:& uigilabis. Omni uita tua dilige deum,& inuoca illum in salutẽ C tua. Omne animal diligit simile sibi: sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando:sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo:sic & pascua diuitum, sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas:sic & execratio diuitis pauper. Diues commotus confirmatur ab amicis suis:humilis autem cum ceciderit,expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores:locutus est superba,& iustificauerunt illum. humilis decep D tus est, insuper & arguitur:locutus est sensatè, & non est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & uerbum illius usque ad nubes perducent. pauper locutus est, & dicunt, Quis est hic? & si offenderit,subuertunt illum. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius,siue in bona,siue in mala. Vestigium cordis boni,& faciem bonam difficile inuenies,& cum labore.

2.Cor.6.e

CAP. XIIII

A BEatus uir qui non est lapsus uerbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniustè,alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non uolens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus liuidi,& auertens faciem suam, & despiciens B animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam. Fili, si habes,benefac tecum, & deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat,& testamentum inferorum quia demonstratum est tibi. testamentum enim huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat. Nónne alijs relinques dolores, & labores tuos? In di C uisione sortis da,& accipe,& iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut fœnum ueterascet, & sicut folium fructificans in arbore uiridi. Alia generantur, & alia deijciuntur:sic generatio carnis & sanguinis,alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet:& qui illud operatur,ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus uir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circunspectionem dei. Qui excogitat uias illius in corde suo, & D in absconsis suis intelligens, uadens post illam quasi inuestigator, & in uijs illlius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens: qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum, statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur, protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

Malitiam auarorũ diuitũ execratur, & inuitat ad honestas actiões, & sectandam sapientiam

CAPVT XV

A QVi timet deum,faciet bona:& qui continens est iustitiæ, apprehendet illam,& obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à uirginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane uitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ uestiet illum. Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super

Quãta sit utilitas timoris dei

ſuper illum,& nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, B & homines ſenſati obuiabunt illi.homines ſtulti non uidebunt eam, longe enim abeſt à ſu-perbia & dolo:uiri mendaces non erunt illius memores,& uiri ueraces inuenientur in illa, & ſucceſſum habebunt uſq; ad inſpectionem dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris,quo niam à deo profecta eſt ſapientia.ſapientiæ enim dei aſtabit laus,& in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Non dixeris,Per deum abeſt.quæ enim odit ne feceris.Non di C cas, Ille me implanauit:non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. Omne execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit homi-nem,& reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata,& præcepta ſua.ſi uolueris man data ſeruare,conſeruabunt te,& in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquã & ignem:ad quod uolueris,porrige manum tuam.Ante hominem uita & mors, bonum & D malum: quod placuerit ei dabitur illi:quoniam multa ſapientia dei, & fortis in potentia, ui-dens omnes ſine intermiſſione.Oculi domini ad timentes eũ,& ipſe agnoſcit omnẽ operam hominis. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpatium peccandi.non enim cõcu-piſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Gen.1.2

Hiere.21 c

CAP. XVI

NE iucunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur: nec oblecteris ſuper ipſos,ſi non eſt ti- A mor dei in illis. Non credas uitæ illorum,& ne reſpexeris in labores eorum,Melior eſt enim unus timens deum,quàm mille filij impij.Et utile eſt mori ſine filijs, quàm relinquere filios impios.Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deſeretur. Multa talia uidit oculus meus, & fortiora his audiuit auris mea. In ſynagoga peccantium exardebit i-gnis,& in gente incredibili exardeſcet ira.Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigan tes,qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ uirtuti:et non pepercit peregrinationi illorum,& exe cratus eſt eos præ ſuperbia uerbi illorum. Non miſertus eſt illis gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis. Et ſicut ſexcenta millia peditum qui congregati ſunt in duri- B tia cordis ſui:& ſi unus fuiſſet ceruicatus,mirum ſi fuiſſet immunis. miſericordia enim & ira eſt cum illo. Potens exoratio, & effundens iram ſecundum miſericordiam ſuam: ſic et cor-reptio illius,hominem ſecundum opera ſua iudicat.Non effugiet in rapina peccator & non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.Omnis miſericordia faciet locum unicuiq; ſe cundum meritum operum ſuorum,& ſecũdum intellectum peregrinationis ipſius. Non di cas,A deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? in populo magno non agno-ſcar:quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce, cœlum, & cœli cœlorum,a-byſſus & uniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur, montes ſi- C mul & colles & fundamenta terræ:& cum conſpexerit illa deus,tremore concutientur. Et in omnibus his inſenſatum eſt cor:& omne cor intelligitur ab illo:& uias illius quis intelligit,& procellam quam nec oculus uidebit hominis? Nam plurima illius opera ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit?aut quis ſuſtinebit?Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam,& interrogatio omnium in cõſummatione eſt. Qui minoratur corde,cogitat in ania: & uir imprudens & errans cogitat ſtulta. Audi me fili, & diſce diſciplinam ſenſus, & in uerbis meis attende in corde tuo, & dicam in æquitate diſciplinam, & ſcrutabor enar-rare ſapientiam. & in uerbis meis attende in corde tuo, et dico in æquitate ſpiritus uirtu- D tes quas poſuit deus in opera ſua ab initio, & in ueritate enuntio ſcientiam eius. In iudi-cio dei opera eius ab initio, & ab inſtitutione ipſorum diſtinxit partes illorum, & initia eo-rum in gentibus ſuis. Ornauit in æternum opera illorum, nec eſurierunt, nec laboraue-runt, & non deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſque proximum ſibi non anguſtiabit uſque in æternum. Non ſis incredibilis uerbo illius. Poſt hæc deus in terram reſpexit,& im-pleuit illam bonis ſuis. Anima autem omnis uitalis denũtiabit ante faciem ipſius,& ipſa ite-rum reuerſio illorum.

Præſtat habe-re unicũ bonũ filium,q̃ mul-tos malos. Itẽ de dei lõgani-mitate

1.Pet.5 a b

Deus cũ cõde-ret hominem, pluribus orna uit eũ donis, ſuamq; ei ape-ruit uolunta-tẽ:præ cũctis autẽ nationi-bus elegit Iſ-rael

CAP. XVII

DEus creauit de terra hominem, & ſecũdum imaginem ſuam fecit illum.Et iterum con A uertit illum in ipſam,& ſecundum ſe ueſtiuit illum uirtute.Numerum dierum & tem-pus dedit illi,& dedit poteſtatem eorum quę ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem

omnem carnem, & dominatus est bestiarum & uolatilium. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scientiam spiritus, & sensu impleuit cor illorum & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia B operum suorum, ut nomen sanctificatiōis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrent operum eius. Addidit illis disciplinam, & legem uitæ hæreditauit illos. Testamentum æternū cōstituit cum illis, & iustitiā & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius uidit oculus illorum, & honorem uocis audierunt aures illorum, & dixit illis, Attēdite ab omni iniquo. Et mādauit illis unicuiq; de proximo suo. Viæ illorum, coram illo sunt semper, & non sunt absconsæ ab oculis ipsius. In unamquāq; gentem præposuit rectorē: & pars dei Israel facta est manifesta. Et omnia opera illorum uelut sol in cōspectu dei: & oculi eius sine intermissione inspiciētes in uijs eorū. Non sunt absconsa testamenta, propter iniquitatē illorum, & omnes iniquitates eorū in conspectu dei. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiā hominis quasi pupillam conseruabit: & postea resurget, & retribuet illis retributionem, unicuiq; in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terræ. Pœnitentibus aūt dedit uiam iustitiæ, & cōfirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem ueritatis. Conuertere ad dominū & relinque peccata tua, precare ante faciē domini, & minue offendicula. Reuertere ad dominū, & auertere ab iniustitia, & nimis odito execrationem: & cognosce iustitias & iudicia dei, & sta in sorte propositionis, & orationis altissimi dei. In partes uade seculi sancti, cum uiuis & dantibus confessionē deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, perit confessio. Confiteberis uiuens, uiuus & sanus confiteberis, & laudabis deum, & gloriaberis in miserationibus illius. Quàm magna misericordia domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, & in uanitate malicię placuerunt. Quid lucidius sole? & hic deficit. Aut quid nequius, quàm quod excogitauit caro, & sanguis? & hoc arguitur. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit: & omnes homines terra & cinis.

Deu.4.10 c — *Infra 29 c*

CAP. XVIII

A QVi uiuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutem autē magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adijciet enarrare misericordiā eius? Nō est minuere, neq; adijcere, nec est inuenire magnalia dei. Cum cōsummauerit homo, tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur. Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonū, aut quid nequam illius? Numerus dierum hominū, ut multum cētum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Pro B pter hoc patiens est deus in illis, & effundit super eos misericordiā suam. Vidit præsumptionem cordis eorum quoniā mala est, & cognouit subuersionem illorū quoniam nequam est. ideò adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis uiam æquitatis. Miseratio hominis, circa proximum suum: misericordia aūt dei super omnem carnem. Qui misericordiā habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. Miseretur excipientis doctrinam miserationis, & qui festinat in iudicijs eius. Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato nō des tristitiam uerbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros? sic & uerbum melius, quàm datum. C Nónne ecce uerbum super datum bonum? & utraq; cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequam loquaris disce. Ante lauguorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. Non impediaris orare semper, & ne ueteris usque ad mortem iustificari: quoniam merces dei manet in æternum. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat deum. Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in conuersione faciei. Me D mento paupertatis in tempore abundantiæ, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum.

De sapientia & operibus dei imperscrutabilibus, deq; eius indulgentia et amore erga homines &c. — *Psal. 89*

A mane uſq; ad ueſperam mutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis dei. Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſapiẽtiam, & inuenienti eam dabit confeſſionẽ. Senſati in uerbis & ipſi ſapienter egerũt, & intellexerunt ueritatẽ, & iuſtitiam, & implorauerũt prouerbia & iudicia. Poſt cõcupiſcentias tuas nõ eas, & à uoluntate tua auertere. Si præſtes animę tuæ cõcupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec immodicis: aſſidua enim eſt cõmiſſio illorum. Ne fueris mediocris in cõtentione ex fœnore, & nõ eſt tibi nihil in ſeculo: eris enim inuidus animæ tuæ.

Rom.13 d

CAP. XIX

Multæ & uariæ ad ſapientiam parandã ſententiæ idoneæ

OPerarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos: & qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. putredo & uermes hęreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde minorabitur: & qui delinquit in animam ſuam, inſuper habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur uita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia denotabitur. Ne iteres uerbum nequam & durum, & non minoraberis. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi delictum, noli denudare. audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic aderit tibi ſemper. Audiſti uerbum aduerſus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. A facie uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori canis, ſic uerbum in corde ſtulti. Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat, Non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit: & ſi dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum: ſæpe enim fit commiſſio. & non omni uerbo credas. Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximum antequam commineris. Et da locum timori altiſſimi: quia omnis ſapientia timor dei, & in illa timere deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Et non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina: & non eſt cogitatus peccatorum prudentia. Eſt nequitia, & ipſa execratio: & eſt inſipiens qui minuitur ſapientia. Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore dei, quàm qui abundat ſenſu, & transgreditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua. Et eſt qui emittit uerbum certum enarrans ueritatem. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. & eſt iuſtus qui ſe nimiũ ſubmittit à multa humilitate: & eſt iuſtus qui inclinat faciem ſuam, & fingit ſe nõ uidere quod ignoratum eſt: & ſi ab imbecillitate uirium uetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi malefaciet. Ex uiſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo. Eſt correptio mendax in ira cõtumelioſi: & eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum: & eſt tacens, & ipſe eſt prudens.

Iac.3 a

CAP. XX

Arguere decet, ſed citra irã, & in tẽpore. Itẽ rationẽ loquendi eſſe habendã & ſilentij: indecẽs eſſe mentiri, & capere munera

QVàm bonum eſt arguere, quàm iraſci: & confitentem in oratione non prohibere. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam: ſic qui facit per uim iudicium iniquum. Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugies uoluntarium peccatum. Eſt tacens, qui inuenitur ſapiẽs: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendũ. Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Homo ſapiens tacebit uſq; ad tempus: laſciuus autem, & imprudens non ſeruabit tempus. Qui multis utitur uerbis, lædet animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi ſumit iniuſtè, odietur. Eſt proceſſio in malis uiro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt datum quod non eſt utile: & eſt datum, cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico pretio, & reſtituens ea in ſeptuplum. Sapiens in uerbis ſeipſum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. Datus inſipientis non erit utilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt. exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia

in bonis

in bonis illius. Qui enim edunt panem illius: falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebũt C eum? Neq; enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorũ festinanter uenient. Homo acharis quasi fabula uana: & in ore indisciplinatorũ assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Est qui uetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam præ cõfusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se. Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homi D ne mendacium, & in ore indisciplinatorũ assidue erit. Potior fur quàm assiduitas uiri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Sapiens in uerbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui uerò placet magnatis, effugiet iniquitatem. Xenia & dona excæcãt oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ utilitas in utrisq;? Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI

A FIli peccasti? non adijcias iterum: sed & de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò adueniet illi. Qui odit correptionem, uestigium est peccatoris, & qui timet deum conuertetur ad cor suum. Notus à B longe potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui ædificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ. Qui custodit iustitiam, cõtinebit sensum eius. Consummatio timoris dei sapientia & sensus. Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia, quæ abundat in malo: & non est sensus ubi abundat amaritudo. Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons uitæ permanet. Cor C fatui quasi uas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & ad se adijciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Narratio fatui quasi sarcina in uia. nam in labijs sensati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in ecclesia, & uerba illius cogitabunt in cordibus suis. Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: et sciẽtia insensati inenarrabilia uerba. Compedes in pedibus, stulto doctrina, et quasi uincula manuum super manum dextram. Fatuus in risu exaltat uocem suam: uir autem sapiens uix tacitè ridebit. Ornamentum aureum D prudenti doctrina: et quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum proximi: et homo peritus confundetur à persona potentis. Stultus à fenestra respiciet in domũ: uir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium: et prudens grauabitur contumelia. Labia imprudentum stulta narrabunt: uerba autem prudentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum: et in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animã suam, et in omnibus odietur: et qui permanserit, odiosus erit: tacitus et sensatus honorabitur.

Omnẽ peccati occasionem fugiendam, deq; discrimine sapientis & stulti

CAP. XXII

A IN lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquentur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger: et omnis qui tetigerit eum, excutiet manus suas. Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem fatua in deminoratione fiet. Filia prudens hæreditas uiro suo. nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris. Patrem et uirum confundit audax, et ab impijs non minorabitur, ab utrisque autem inhonorabitur. Musica in luctu importuna narratio: flagella et doctrina in omni tempore

Stolidos non ferre monitiones, cum proximo candide agendum

sapientia. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat uerbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit, Quis est hic? Super mortuum plora, defecit B enim lux eius: & super fatuum plora, deficit enim sensu. Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit. Nequissimi enim nequissima uita, super mortem fatui. Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impij omnes dies uitæ illorum. Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. Serua te ab illo, ut non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius. Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acediaberis in stultitia illius. Super plumbum grauabitur: & quod illi aliud nomen, quàm fatuus? Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudētem, & fatuum, & impium. Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur: sic & cor C confirmatum in cogitatione consilij. Cogitatus sensati in omni tempore uel metu non deprauabitur. Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut pali in excelsis, & cæmenta sine impensa posità contra faciem uenti non permanebunt: sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris nō resistet. Cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet: sic & qui in præceptis dei permanet semper. Pungens oculum, deducit lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum. Mittens lapidem in uolatilia, deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. Ad amicum si produxeris gladium, non desperes. est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, non timeas. est enim concordatio: excepto conuitio, & improperio & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. in ijs D omnibus effugiet amicus. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres sis. Ante ignem camini uapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. Amicum salutare non confundaris. A facie illius non me abscōdam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo. Omnis qui audiet, cauebit se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam in ipsis, & lingua mea perdat me?

Prouer. 17 a — *Psal. 140*

CAP. XXIII

Implorat deū ut sibi det linguā & cor cohibere à peccādo, inde docet q̄ scelesta res sit adulterium

Domine pater & dominator uitæ meæ ne derelinquas me in cogitatu, & consilio eorum: nec sinas me cadere in illa exprobratione. Quis superponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum, & ne adincrescant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conspectum aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus? Domine pater, & deus uitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium prauum auerte à me. Aufer à me uentris concupiscentias & concubitus concupiscētiæ ne apprehendant me, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. Doctrinam oris audite filij: & qui custodierit illam non periet labijs, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. In uanitate sua apprehendetur peccator, & superbus & maledicus scādalizabitur in illis. Iurationi non assuescat os tuum. multi enim casus in illa. Nominatio uerò dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim ser B uus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur: sic omnis iurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrem, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit, delinquet dupliciter. & si in uacuum iurauerit, non iustificabitur. replebitur enim retributione domus illius. Est & alia loquela contraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob. Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non uolutabuntur. Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa uerbum peccati. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis: ne fortè obliuiscatur te deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ maledicas. Homo assuetus in uerbis improperij, in omnibus diebus suis non

non erudietur. Duo genera abundant in peccatis,& tertium adducit iram,& perditionem: Anima calida quasi ignis ardens nõ extinguetur, donec aliquid glutiat: Et homo nequam
C in ore carnis suæ non desinet donec incendat ignem: Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem. Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens animam suam,& dicens: Quis me uidet? tenebræ circundant me,& parietes cooperiunt me,& nemo circunspicit me: quem uereor? delictorum meorum non me morabitur altissimus. Et non intellexit quoniam omnia uidet oculus illius, quoniam expellit à se timorem dei huiusmodi hominis timor,& oculi hominum timentes illum:& non cognouit quoniam oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, circunspicientes omnes uias hominum,& profundum abyssi,& hominum corda intuentes in abscondita partes. Domino enim deo antequàm crearentur omnia, sunt agnita: sic & post pefrectum re-
D spicit omnia. Hic in plateis ciuitatis uindicabitur,& quasi pullus equinus fugabitur:& ubi non sperauit, apprehendetur. Et erit dedecus omnibus, eo quòd non intellexerit timorem domini. Sic & mulier omnis relinquens uirum suum,& statuens hęreditatem ex alieno matrimonio. primò enim in lege altissimi incredibilis fuit:& secundò in uirum suum deliquit: tertiò in adulterio fornicata est,& ex alio uiro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur,& in filios eius respicietur. Non tradent filij eius radices,& rami eius non dabunt fructum. derelinquent in maledictum memoriam eius,& dedecus illius non delebitur. Et agnoscẽt qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor dei:& nihil dulcius, quàm respicere in mandatis domini. Gloria magna est sequi dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

CAP. XXIIII

A SApientia laudabit animam suam,& in deo honorabitur,& in medio populi sui gloriabitur,& in ecclesiis altissimi aperiet os suum,& in conspectu uirtutis illius gloriabitur,& in medio populi sui exaltabitur,& in plenitudine sancta admirabitur,& in multitudine electorum habebit laudem,& inter benedictos benedicetur, dicens: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens,& sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui,& thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuiui sola,& profundum abyssi penetraui,& in fluctibus maris ambulaui,& in omni terrá steti. Et in omni populo,& in omni gente primatum habui:& omnium excellentium,& humilium corda uirtute calcaui,& in his omnibus requiem quæsiui,& in hæreditate eius morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium:& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,& dixit mihi: In Iacob inhabita,& in Israel hæreditate,&
B in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum,& usque ad futurum seculum non desinam:& in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum,& in ciuitate sanctificata similiter requieui,& in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato,& in partes dei mei hæreditas illius,& in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano:& quasi cypressus in monte Sion. quasi palma exaltata sum in Cades,& quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa in campis,& quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris:& quasi storax & galbanus & ungula & gutta,& quasi Libanus nõ incisus uaporaui habitationem meam,& quasi balsamum non mistum odor meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos,& rami mei honoris & gratiæ, Ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris:& flo-
C res mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis,& timoris,& agnitionis,& sanctæ spei. In me gratia omnis uitæ & ueritatis, in me omnis spes uitæ & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me,& à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis,& hæreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient:& qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur:& qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, uitam æternam habebunt. hæc omnia liber uitæ,& testamentum altissimi,& agnitio ueritatis

Encomium sapientiæ

Prouer. 8 c

tis. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum,& hæreditatem domui Iacob,& Israel promissiones. Posuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso fortissimum,& in throno honoris sedentem in sempiternum. Qui implet quasi Phison sapientiam,& sicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem,& assistens quasi Gehon in die uindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam,& infirmior non inuestigabit eam. A mari enim abundabit cogitatio eius,& consilium illius in abysso magna. Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio, ego quasi fluuius Dorix,& sicut aquæductus exiui de paradiso. Dixi: Rigabo hortum meum plantationum,& inebriabo prati mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans,& fluuius meus appropinquauit ad mare. quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus,& enarrabo illam usque ad longinquum. Penetrabo omnes inferiores partes terræ,& inspiciam omnes dormientes,& illuminabo omnes sperantes in domino. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam,& relinquam illam quærentibus sapientiam,& non desinam in progenies illorum usque in æuum sanctum. Videte quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus ueritatem.

Iosue 3 c

D

CAP. XXV

Vt honesta cõiuge nihil præstãtius, ita iracunda & impudica nihil nocentius

IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus: Concordia fratrum:& amor proximorum:& uir & mulier bene sibi consentientes. Tres species odiuit anima mea,& aggrauor ualde animę illorum: Pauperem superbum:& diuitem mendacem:& senem fatuum & insensatum. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? Quàm speciosum caniciei iudicium,& presbyteris cognoscere consilium. Quàm speciosa ueteranis sapientia,& gloriosus intellectus,& consilium. Corona senum multa peritia:& gloria illorum timor dei. Nouem insuspicabilia cordis magnificaui,& decimum dicam in lingua hominibus: Homo qui iucundatur in filijs, uiuens & uidens subuersionem inimicorum suorum. Beatus qui habitat cum muliere sensata,& qui lingua sua non est lapsus,& qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit amicum uerum,& qui enarrat iustitiam auri audienti. Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem dominum. Timor dei super omnia se superposuit. Beatus homo, cui donatum est habere timorem dei. Qui tenet illum, cui assimilabitur? Timor dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei. Omnis plaga tristitia cordis est:& omnis malitia nequitia mulieris. Et omnem plagam,& non plagam uidebit cordis:& omnem nequitiam,& non nequitiam mulieris:& omnem obductum,& non obductum odientium:& omnem uindictam,& non uindictam inimicorum. Non est caput nequius super caput colubri:& non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius:& obcæcabit uultum suum tanquam ursus:& quasi saccum ostendet in medio proximorum. Ingemuit uir eius,& audiens suspirauit modicum. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus ueterani, sic mulier linguata homini quieto. Ne respicias in mulieris speciem,& non concupiscas mulierem in specie. Mulieris ira, irreuerentia & confusio magna. Mulier si primatum habeat, contraria est uiro suo. Cor humile & facies tristis,& plaga mortis, mulier nequam. Manus debiles,& genua dissoluta, mulier quæ non beatificat uirum suum. A muliere initium factum est peccati,& per illam omnes morimur. Non des aquę tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam ueniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, cõfundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

A

B

C

D

Gen. 3 b

CAP. XXVI

Idẽ ferè cum præcedenti capite

MVlieris bonæ beatus uir: numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat uirum suum,& annos uitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona, in parte bona timentium deum, dabitur uiro pro factis bonis: diuitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore uultus illorum hilaris. A tribus timuit cor meum,& in quarto facies mea metuit: Delaturam ciuitatis:& collectionem populi:& calumniam mendacem: su

A

per mortem omnia grauia. Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans. Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa, ira magna:
B & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. In filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione utatur se. Ab omni irreuerẽtia oculorum eius caue: & ne mireris si te neglexerit. sicut uiator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, donec deficiat. Gratia mulieris
C sedulæ delectabit uirum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum dei est. Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta
D æterna supra petram solidam, sic mandata dei in corde mulieris sanctæ. In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit: Vir bellator deficiens per inopiam: & uir sensatus contemptus: & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, deus parauit eum ad romphæam. Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt: Difficile exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. CAP. XXVII

A PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & inter medium uenditionis & emptionis angustiabitur peccatis. Contereтur cum delinquẽte delictum. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Sicut in percussura cribri remanebit stercus: sic aporia hominis in cogitatu illius. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic uerbum ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem non laudes uirum: hæc enim tentatio est hominum. Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi poderem honoris, & inhabitabis cum ea: & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum.

Multæ sententiæ obseruatu admodum dignæ

B Volatilia ad sibi similia conueniunt: et ueritas ad eos qui operantur illam, reuertetur. Leo uenationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorum serua uerbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto. Narratio peccantium odiosa, et risus illorum in delictis peccati. Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet, et irreuerentia ipsius obturatio aurium. Effusio sanguinis in rixa superborum: et maledictio illorum auditus grauis. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, et non inueniet amicum ad animum suum. Dilige proximum, et coniungere fide cum illo. Quòd si denudaueris absconsa illius, nõ persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum: sic et qui
C perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic dereliquisti proximum tuum, et non eum capies. non illum sequaris, quoniam longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam uulnerata est anima eius. ultra, cum non poteris colligare, et maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum abijciet: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, et in uerbis tuis dabit scãdalum. Multa audiui, et non coæquaui ei, et dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet: et plaga dolosa dolosi diuidet uulnera. Et qui foueam fodit, incidet in eam: et qui statuit lapidem proximo suo, offendet
D in eo: et qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, et non agnoscet unde adueniet illi. Illusio et improperium superborum, et uindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum, dolor autem consumet illos antequàm moriantur. Ira et furor utraque execrabilia sunt, et uir pec-

Prouer. 10 b

cator continens erit illorum. CAP. XXVIII

Ignoscendum proximo, non rixandũ, delator & lingua mẽdax quàm perniciosæ res

QVi uindicari uult, à domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit. A Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram: & à deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiã: & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à deo? quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. Memorare timorem dei, & non irascaris proximo. Memorare testamentum altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues peccata. homo enim iracundus incendit litem, & uir peccator turbabit B amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundum uirtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secũdum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. utraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magna C torum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres uiratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. qui respicit illam, non habebit requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorem fecit: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in uinculis eius non est ligatus. iugum enim illius, iugum ferreum est, & uinculum illius uinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius inferus, quàm D illa. Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit uias iniustorum: in flamma sua non comburet iustos. Qui derelinquunt dominum incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurũ tuum & argentum tuum confla, & uerbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX

De beneficijs, de creditorib. & debitorib. deq; fideiussionibus ac mendicitate

QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui præualet manu, mandata ser- A uat. Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. Confirma uerbũ, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant uocem suam. Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur uerba acediæ & murmurationum, & tempus causabitur. si autem potuerit reddere, aduersabitur solidè, uix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem: sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta reddet B illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Verũtamen super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna non trahas illum. Propter mandatũ assume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum uacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum in pręceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiã hominis quasi pupillam conseruabit: & postea resurget, & retribuet illis retributionem unicuique in ca- C put illorum. Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit pro proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Repromissorem fu

Tob.4.b

git peccator & immundus. Bona repromissoris sibi adscribit peccator:& ingratus sensu, derelinquet liberãtem se. Vir repromittit de proximo suo:& cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes,& commouit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit,& uagati sunt in gentibus alie D nis. Peccator transgrediens mandatum domini,incidet in promissionem nequam:& qui conatur multa agere,incidet in iudicium. Recupera proximum secundum uirtutem tuam,& attende tibi ne incidas. Initium uitæ hominis,aqua & panis,& uestimentum,& domus protegens turpitudinem. Melior est uictus pauperis sub tegmine asserum,quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. Super minimum & magnum placeat tibi,& improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hospitandi de domo in domum:& ubi hospitabitur,non fiducialiter aget,nec aperiet os. Hospitabitur,& pascet,& potabit ingratos,& ad hæc amara audiet, Transi hospes,& orna mensam,& quæ in manu habes ciba cæteros. Exi à facie honoris amicorũ meorum:necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater. Grauia hæc homini habenti sensum. Correptio domus,& improperiũ fœneratoris.

CAP. XXX

Qualẽ se præstet uerus amor erga liberos,& de præstãtia sanitatis
Prouer. 13 d & 23 b

A QVi diligit filium suum,assiduat illi flagella,ut lætetur in nouissimo suo,& non palpet proximorum ostia. Qui docet filium suum,laudabitur in illo,& in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum,in zelum mittit inimicum & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius,& quasi non est mortuus. similem enim reliquit sibi post se. In uita sua uidit,& lætatus est in illo,in obitu suo non est contristatus,nec confusus est coram inimicis. reliquit enim defensorem domus cõtra inimi B cos,& amicis reddentem gratiam. Pro animabus filiorũ colligabit uulnera sua,& super omnem uocem turbabũtur uiscera eius. Equus indomitus euadet durus,& filius remissus euadet præceps. Lacta filium tuum,& pauentem te faciet:lude cum eo,& contristabit te. Non corrideas illi:ne condoleas,& in nouissimo obstupescent dentes tui. Non des illi potestatẽ in iuuentute:& ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute,& tunde latera eius dum infans est:ne fortè induret,& non credat tibi,& erit tibi dolor animæ. Doce fi C lium tuum,& operare in illo,ne in turpitudinem illius offendas. Melior est pauper sanus & fortis uiribus,quàm diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iustitiæ,& melior est omni auro & argento:& corpus ualidum,quàm census immẽsus. Non est census super censum salutis corporis:& non est oblectamẽtum super cordis gaudium. Melior est mors,quàm uita amara:& requies æterna,quàm languor perseuerãs. Bona abscondita in ore clauso,quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Quid proderit li D batio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur,sic qui effugatur à domino,& portans mercedes iniquitatis. Videns oculis,& ingemiscens,sicut spado cõplectens uirginem & suspirans. Tristitiam non des animæ tuæ,& affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est uita hominis,& thesaurus sine defectiõe sanctitatis:& exultatio uiri est longæuitas. Miserere animæ tuæ placens deo,et contine,et congrega cor tuum in sanctitate eius,et tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia,et non est utilitas in illa. Zelus et iracundia minuunt dies,et ante tempus senectã adducet cogitatus. Splendidum cor,bonum in epulis est:epulæ enim illius diligenter fiunt.

CAP. XXXI

De miseria hominis auari, moribus mẽsæ & modo uictus,deq; oculo nequam ac liberalitate

A VIgilia honestatis tabefaciet carnes,et cogitatus illius auferet somnũ. Cogitatus præscientiæ auertit sensum,et infirmitas grauis sobriam facit animam. Laborauit diues in congregatione substantiæ,et in requie sua replebitur bonis suis. Laborauit pauper in diminutione uictus,et in fine inops fit. Qui aurum diligit,non iustificabitur:et qui insequitur consumptionem,replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri casus,et facta est in specie ipsius perditio illorum. Lignum offensionis est aurum sacrificãtium. uæ illis qui sectantur illud,et omnis imprudens deperiet in illo. Beatus diues,qui inuentus est sine macula:et qui post B aurum non abijt,nec sperauit in pecunia et thesauris. Quis est hic,et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita sua. Quis probatus est in illo,et perfectus inuentus est,et erit illi gloria æterna? qui potuit transgredi,et non est transgressus,et facere mala,et non fecit.

ideò stabilita sunt bona illius in domino,& eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.Supra mēsam magnam sedisti?non aperias super illam faucem tuam prior.Non dicas,si multa sunt quæ super illam sunt.Memento quoniam malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatum est?ideò ab omni facie sua lachrymabitur,cum uiderit.Ne extendas manum tuam prior,& inuidia contaminatus erubescas.Ne comprimaris in conuiuio,uino.Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso.Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur:ut non cum manducas multum,odio habearis.Cessa prior,causa disciplinæ: & noli nimius esse,ne fortè offendas.Et si in medio multorum sedisti,prior illis ne extēdas manum tuam:nec prior poscas bibere.Quàm sufficiēs est homini erudito uinum exiguū, & in dormiendo non laborabis ab illo,& non senties dolorem.Vigilia & cholera,& tortura uiro infrunito:somnus sanitatis in homine parco.dormiet usque in mane,& anima illius cum ipso delectabitur.Et si coactus fueris in edendo multum,surge è medio,& uome:& refrigerabit te,& non adduces corpori tuo infirmitatem.Audi me fili,& ne spernas me:& in nouissimo inuenies uerba mea.In omnibus operibus tuis esto uelox,& omnis infirmitas non occurret tibi.Splendidum in panibus benedicent labia multorum,& testimonium ueritatis illius fidele.In nequissimo pane murmurabit ciuitas,& testimonium nequitiæ illius uerum est.Diligentes in uino noli prouocare:multos enim exterminauit uinum.Ignis probat ferrum durum:sic uinum corda superborum arguet in ebrietate potatum.Æqua uita hominibus,uinum in sobrietate:si bibas illud moderate,eris sobrius.Quæ uita est ei, qui minuitur uino?Quid defraudat uitam?Mors.Vinum in iucunditatem creatum est,& non in ebrietatem,ab initio.Exultatio animæ & cordis,uinum moderatè potatum.Sanitas est animæ & corporis,sobrius potus.Vinum multum potatum,irritationem & iram & ruinas multas facit.Amaritudo animæ,uinum multum potatum.Ebrietatis animositas,imprudentis offensio,minorans uirtutem,& faciens uulnera.In conuiuio uini non arguas proximum:& non despicias eum in iucunditate illius:uerba improperij non dicas illi,& non premas illum in repetendo.

Psal.103 b
Prouer.31 a

CAP. XXXII

De officio magistratus & alijs compluribus

Rectorem te posuerunt?noli extolli:esto in illis quasi unus ex ipsis.Curam illorum habe,& sic considera,& omni cura tua explicita recumbe:ut læteris propter illos,& ornamentum gratiæ accipias coronam,& dignationem consequaris corrogationis. Loquere maiori natu:decet enim te.primum uerbum diligenti scientiam,& non impedias musicam. Vbi auditus non est,non effundas sermonem,& importune noli extolli in sapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri,& comparatio musicorum in conuiuio uini. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi:sic numerus musicorum in iucundo & moderato uino. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in tua causa uix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.In multis esto quasi inscius,& audi tacens simul & quærens.In medio magnatorum loqui non præsumas:& ubi sunt senes,non multum loquaris.Ante tonitruum præibit coruscatio:& ante uerecundiam præibit gratia,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et hora surgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, & illic auocare,& illic lude,& age conceptiones tuas,& non in delictis & uerbo superbo. Super his omnibus benedicito dominum qui fecit te,& inebriantem te ab omnibus bonis suis.Qui timet dominum,excipiet doctrinam eius: & qui uigilauerint ad illum, inuenient benedictionem illius.Qui quærit legem, replebitur ab ea:& qui insidiose agit,scandalizabitur ab ea.Qui timent dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitiam quasi lumen accendent. Peccator homo uitabit correptionem, & secundum uoluntatem suam inueniet comparationem. Vir consilij non disperdet intelligentiam,alienus & superbus non pertimescet timorem.etiam postquàm fecit cum eo sine consilio,& suis insectationibus arguetur. Fili,sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. In uia ruinæ non eas, & non offendes in lapides: nec credas te uiæ laboriosæ, nec ponas animæ tuæ scandalum. Et à filijs tuis caue,& à domesticis tuis attende.In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ.hoc est enim

Iob 32 a

enim conseruatio mandatorum. Qui credit deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

CAP. XXXIII

A TImenti dominum non occurrent mala, sed in tentatione deus illum conseruabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis. Homo sensatus credit legi dei, & lex illi fidelis. Qui interrogationem manifestat, parabit uerbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit. Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? A domini scientia separati sunt facto sole, & præceptum custodiente, per dei sapientiam diuiduntur. Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. Ex ipsis exaltauit & magnificauit deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum, & omnes homines de solo, & ex terra un B de creatus est Adam. In multitudine disciplinæ dominus separauit eos, & immutauit uias eorum. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Omnes uiæ eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. Contra malum bonum est, & contra uitam mors, sic & contra uirum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi. Duo contra duo, & unum contra unum: & ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post uindemiatores. In benedictione dei & ipse speraui: & quasi C qui uindemiat, repleui torcular. Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirentibus disciplinam. Audite me magnates & omnes populi, & rectores ecclesiæ auribus percipite. Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in uita tua: & non dederis alij possessionem tuam: ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. melius est enim ut filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloriam tuam. In die consummationis dierum uitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Cibaria, & uirga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit D libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. Seruo maleuolo tortura et compedes, mitte illum in operationem, ne uacet. multam enim malitiam docuit ociositas. in opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, et non amplifices super omnem carnem. Verum sine iudicio nihil facias graue. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti illum. Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur. et si extollens discesserit: quem quæras, et in qua uia quæras illum, nescis.

De timore dei & legibus & quō dei opera contemplāda, & quō curanda familia

Rom. 9 c

CAP. XXXIIII

A VAna spes, et mendacium uiro insensato: et somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, et persequitur uentum: sic et qui attendit ad uisa mendacia. hoc secundū hoc uisio somniorum. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. Ab immundo quid mundabitur? et à mendace quid uerum dicetur? Diuinatio erroris et auguria, mendacia et somnia malefacientium, uanitas est. Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio, ne dederis in illis cor tuum. multos enim errare fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabitur uer B bum legis, et sapientia in ore fidelis complanabitur, Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: et qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis fatuus est, multiplicat malitiam. Qui tentatus non est, qualia scit? Qui implanatus est, abundabit nequitia. Multa uidi errando, et plurimas uerborū consuetudines. Aliquoties usq; ad mortem periclitatus sum horum causa, et liberatus sum gratia dei. Spiritus timētium deū quæritur, et in conspectu illius benedicetur

Spem impiorum uanā, piorum autē certam: deum nō uictimis placari, sed uitæ innocentia

cetur

cetur: spes enim illorum in saluantem illos, & oculi dei in diligentes se. Qui timet dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. Timentis dominum beata est anima eius. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi domini super timētes eum, protector potentiæ, firmamentum uirtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem & uitam & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. Dominus solus sustinentibus se in uia ueritatis & iustitiæ. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificiū ex substantia pauperum, quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, uita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres sunt. Vnus ædificans, & unus destruens: quid prodest illis, nisi labor? Vnus orans, & unus maledicens: cuius uocem exaudiet deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

Prouer. 15 b C D

CAP. XXXV

Quales uictimas deus amet quos ꝓtegat, & quorū preces exaudiat

QVi conseruat legem: multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: & propitiationem litare sacrificijs super iniustitias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Retribuet gratiam, qui offert similaginem: & qui facit misericordiam, offert sacrificium. Beneplacitum est domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Non apparebis ante conspectū domini uacuus. Hæc enim omnia propter mandatum dei fiunt. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur dominus. Bono animo gloriam redde deo: & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac uultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum: quoniam dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam dominus iudex est, & nō est apud illum gloria personæ. Non accipiet dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli: nec uiduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ uiduæ ad maxillam descēdunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usq; ad cœlum, & dominus exauditor delectabitur in illis. Qui adorat deum in oblectatione, suscipietur: & deprecatio illius usq; ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat. Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium. & fortissimus non habebit in illis patiētiam, quousq; contribulet dorsum ipsorum, & gētibus reddet uindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius, donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia dei: in tempore tribulationis quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

A B C *Act. 10 a* D

CAP. XXXVI

Flagitat subsidium à deo ad supprimēdum hostes, & euehit laudib. honestā mulierē

MIserere nostri deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te: ut cognoscant quia non est deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas, ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: ut cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus præter te domine. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuam, inueniāt perditionem. Contere

A B

caput

caput principum, & inimicorum dicentium, Non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscant quia non est deus, nisi tu: ut enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum: & Israel, quem coæquasti primogenito tuo. Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus uerbis tuis, & gloria tua populum tuum. Da testimonium quia ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inueniantur, & exaudi orationes seruorum tuorum. Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in uiam iustitiæ: ut sciant omnes qui habitant terram, quia tu deus conspector sæculorum. Omnem escam manducabit uenter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, & cor insensatū uerba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem uiri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ, non est uir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundū illum est, & columna ut requies. Vbi non est sepes, diripietur possessio: & ubi non est mulier, ingemiscet egens. Cui credit, qui non habet nidum? Et deflectens ubicunq; obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

Num. 6 d

CAP. XXXVII

Quæ uera & quæ falsa amicitia, unde petendum consilium, deq; sapientia ac modestia

OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui, sed est amicus, solo nomine amicus. Nónne tristitia inest usq; ad mortem? Sodalis autem, & amicus, ad inimicitiam conuertentur. O præsumptio nequissima, unde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa uentris, & contra hostem accipiet scutum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. prius scito quæ sit illius necessitas: & ipse enim in animo suo cogitabit. ne fortè mittat sudem in terram, & dicat tibi, Bona est uia tua. & stet econtrario uidere quid tibi eueniat. Cum uiro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de ea quæ æmulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de uenditione, cum uiro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere, cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione. non attendas his in omni consilio. Sed cum uiro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam, qui cum titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Et cor boni consilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. Anima uiri sancti enuntiat aliquando uera, quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculādum. Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuam. Ante omnia opera uerbum uerax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, uita & mors, & dominatrix illorum est assidua lingua. Vir peritus multos erudit, & animæ suæ suauis est. Qui sophistice loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. non est enim illi data à domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictionibus, & uidētes illum laudabunt. Vita uiri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. Sapiens in populo hęreditabit honorem, & nomen illius erit uiuens in æternum. Fili mi in uita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, nō des illi potestatem: non enim omnibus omnia expediunt, & non omni animæ omne genus placet. Noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escam. in multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit usq; ad choleram. Propter crapulā multi obierunt:

Exo. 18 a

qui

qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam. CAP. XXXVIII

De medicinæ excellentia & luctu mortuorum, item in quem uſum artes exercendæ ſunt & ſapientiæ ſtudēdum

A HOnora medicum propter neceſſitatē. etenim illum creauit altiſſimus. A deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Altiſſimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam. Nónne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem hominum uirtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. In his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmēta ſuauitatis, & unctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera eius. Pax enim dei ſuper faciem terræ. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora dominum, & ipſe curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da ſuauitatē & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. etenim illum dominus creauit: & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. B Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras: ipſi uerò dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorū & ſanitatem, propter conuerſationem illorum. Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum eius uno die uel duobus propter detractionem. A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit uirtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem. In abductione permanet triſtitia: & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te: & memento nouiſſimorum, & noli obliuiſci. neq; enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. C Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum. mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui. Sapientiam ſcribe in tempore uacuitatis: & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum. Cor ſuum dabit ad uerſandos ſulcos, & uigilia eius in ſagina uaccarum. Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſſiduitas eius uariat picturam. cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturę, & uigilia ſua perficit opus. Sic faber ferrarius ſedens iuxta incudem, & conſiderans opus ferri. Vapor ignis uret carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & contra ſimilitudinem uaſis oculus eius. D Cor ſuum dabit in conſummationem operum, & uigilia ſua ornabit imperfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, conuertens pedibus ſuis rotam, qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum, & innumera eſt omnis operatio eius. In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit uirtutem ſuam. Cor ſuum dabit ut cōſummet linitionem, & uigilia ſua mundabit fornacem. Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & unuſquiſq; in arte ſua ſapiens eſt. ſine his omnibus non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non tranſilient. Super ſellam iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicij non intelligent, neq; palàm facient diſciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur: ſed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorū in operatione artis accommodantes animas ſuas, & conquirentes in lege altiſſimi. CAP. XXXIX

Prouer. 12 d 15 b & 17 d

Sapiēs quibus rebus uacet, et quō deus collaudandus qui cūcta in uſum piorum condiderit, quibus in ſuam perniciem abutūtur impij

A SApientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis uacabit. Narrationem uirorum nominatorum conſeruabit, & in uerſutias parabolarum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur. In medio magnatorum miniſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit. In terram alienarum gētium pertranſiet. bona enim, & mala in omnibus tentabit. Cor ſuum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim dominus magnus uoluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum: & ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur domino. Et ipſe diriget conſilium eius, & diſciplinam, & in abſconditis ſuis conſiliabitur

filiabitur. Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ,& in lege testamenti domini gloria/
B bitur. Collaudabunt multi sapientiam eius,& usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius,& nomen eius requiretur à generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes,& laudem eius enuntiabit ecclesia. Si permanserit nomen eius, derelinquet plus quàm mille:& si requieuerit, proderit illi. Adhuc consiliabor, ut enarrem: ut furore enim repletus sum. In uoce dicit, Obaudite me diuini fructus,& quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem suauitatis habete. Florete flores, quasi lilium,& date odorem,& frondete in gratiam,& collaudate canticum,& benedicite dominum in operibus suis. Date nomini eius magnificentiam,& confitemini illi in uoce labiorum uestrorum,& in canticis labiorum,& citharis,& sic dicetis in cõfessione, Opera domini uniuersa, bona ualde, In uerbo enim eius stetit aqua, sicut cõgeries:& in sermone oris
C illius, sicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipsius placor fit,& non est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo,& non est quicquam absconditũ ab oculis eius. A seculo usque in seculum respicit,& nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere: Quid est hoc, aut quid istud? omnia enim in tempore suo quærẽtur. Benedictio illius quasi fluuius inundabit:& quo modo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eum, hæreditabit. Quo modo conuertit aquas in siccitatem,& siccata est terra,& uiæ illius uijs illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Initium necessariæ rei uitæ hominum, aqua, ignis & ferrum, sal, lac,& panis similagineus,& mel,& botrus uuæ,& oleum,& uestimentum. Hæc omnia sanctis in bona: sic & impijs,& peccatoribus in mala conuer/
D tentur. Sunt spiritus qui ad uindictam creati sunt,& in furore suo confirmauerũt tormenta sua.& in tempore consummationis effundent uirtutẽ:& furorem eius qui fecit illos, confundent. Ignis, grando, fames,& mors, omnia hæc ad uindictam creata sunt. bestiarũ dentes,& scorpij,& serpentes & romphæa uindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur,& super terram in necessitate præparabuntur,& in temporibus suis non præterient uerbum. Propterea ab initio confirmatus sum,& consiliatus sum,& cogitaui,& scripta dimisi. Omnia opera domini bona,& omne opus hora sua subministrauit. Non est dicere: Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate,& benedicite nomen domini.

Mar. 7 d

Gen. 7 d

CAP. XL

A OCcupatio magna creata est omnibus hominibus,& iugum graue super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum,& timores cordis adinuentiones expectationis,& dies finitionis: à præsidente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terram,& cinerem: ab eo qui utitur hyacintho,& portat coronam, usque ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio,& timor mortis, iracundia perseuerans,& contentio,& in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie,& ab eo in somnis, quasi in die respectus. Conturbatus est in uisu cordis sui, tanquam
B qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit,& admirans ad nullum timorem cum omni carne, ab homine usque ad pecus,& super peccatores septuplum. Ad hæc mors, sanguis, contentio,& romphæa, oppressiones, fames,& contritio,& flagella: super iniquos creata sunt hæc omnia,& propter illos factus est cataclysmus. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur,& omnes aquæ in mare conuertentur. Omne munus,& iniquitas delebitur,& fides in seculum stabit. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur,& sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. In aperiendo manus suas, lætabitur, sic præuaricatores in consummatione tabescent. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos,&
C radices immundæ super cacumẽ petræ sonant. Super omnem aquam uiriditas,& ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. Gratia sicut paradisus in benedictionibus,& misericordia in seculo permanet. Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur,& in ea inuenies thesaurum. Filij, ædificatio ciuitatis cõfirmabit nomen,& super hanc mulier immaculata com

putabitur. Vinum & musica lætificant cor, & super utraq; dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super utraq; lingua suauis. Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc uirides sationes. Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super utrosq; mulier cum uiro. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. Aurum & argentum est constitutio pedum: & super utrunq; consilium beneplacitum. Facultates & uirtutes exaltant cor, & super hæc timor domini. Non est in timore domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. Timor domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. Fili, in tempore uitæ tuæ ne indigeas. melius est enim mori, quàm indigere. Vir respiciens in mensam alienam, non est uita eius in cogitatione uictus. alit enim animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in uentre eius ignis ardebit. CAP. XLI

De morte & uita hominis, de piorũ liberalitate & impiorũ auaritia

O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis: uiro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnibus, & adhuc ualenti accipere cibũ. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur uiribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit sapientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à domino omni carni. & qui superuenient tibi in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est enim in inferno accusatio uitæ. Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui cõuersantur secus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. De patre impio querũtur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio. Væ uobis uiri impij, qui dereliquistis legem domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars uestra. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ uitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. Disciplinam in pace conseruate filij. sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisq;? Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam. Verumtamen reuertimini in his quæ procedunt de ore meo. Non est enim bonum omnem irreuerentiam obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide. Erubescite à patre, & à matre de fornicatione: & à præsidente & à potente de mendacio, à principe & à iudice de delicto: à synagoga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas, de furto, de ueritate dei, & testamento, de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: à salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione uultus cognati. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, et ab auferendo partem, et non restituendo. Ne respicias mulierem alieni uiri, et ne scruteris ancillam eius, neq; steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improperij: et cum dederis, ne improperes.

CAP. XLII

De cura rei familiaris et difficili educatione puellæ saluis, de potẽtia ac sapiẽtia dei multisq; alijs

NOn duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, et eris uerè sine confusione, et inuenies gratiam in cõspectu omnium hominum: ne pro his omnibus confundaris. et ne accipias personam, ut delinquas. De lege altissimi, et testamento, et de iudicio iustificare impium, et de uerbo sociorum et uiatorum, et de datione hæreditatis amicorum, de æqualitate stateræ et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum, de correptione emptionis et negotiatorum, et de multa disciplina filiorum, et seruo pessimo latus sanguinare. Super mulierem nequam bonum est signum. Vbi manus multæ sunt, claude: et quodcunq; trades, numera et appende: datum uerò, et acceptum omne describe. De disciplina insensati et fatui, et de senioribus qui iudicantur ab adolescentibus: et eris eruditus in omnibus, et probabilis in conspectu omnium uirorum. Filia patris abscondita est. uigilia et solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adultera efficiatur, et cum uiro commorata odibilis fiat: nequando polluatur in uirginitate

sua

sua,& in paternis suis grauida inueniatur,ne fortè cum uiro commorata trãsgrediatur,aut certe sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam:nequando faciat te in
B opprobrium uenire inimicis,à detractione in ciuitate,& obiectione plebis,& confundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in speciem:& in medio mulierum noli
C commorari.de uestimentis enim procedit tinea,& à muliere iniquitas uiri. Melior est enim iniquitas uiri,quàm mulier benefaciens,& mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum domini,& quæ uidi annunciabo in sermonibus domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit,& gloria domini plenum est opus eius. Nónne dominus facit sanctos enarrare omnia mirabilia sua,quæ confirmauit dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? Abyssum,& cor hominum inuestigauit:& in astutia eorum excogitauit. Cognouit enim dominus omnem scientiam,& inspexit in sinum æui,annũtians quæ præterie
D runt & quæ superuentura sunt,reuelans uestigia oculorum. Non præterit illum omnis cogitatus,& non abscondit se ab eo ullus sermo. Magnalia sapientiæ suæ decorauit:qui est ante seculum & usq; in seculum,neq; adiectum est neq; minuitur,& non eget alicuius consilio. Quàm desiderabilia omnia opera eius,& tanquam scintilla quæ est considerare. Omnia hæc uiuunt,& manent in seculũ,& in omni necessitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia,unum contra unum,& non fecit quicquam deesse. Vniuscuiusq; confirmauit bona. Et quis satiabitur uidens gloriam eius? *Esa.29 c*

CAP. XLIII

A ALtitudinis firmamentum pulchritudo eius est,species cœli in uisione gloriæ. Sol in aspectu annuntians in exitu,uas admirabile opus excelsi. In meridiano exuret terrã,& in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter sol exurens montes,radios igneos exufflans & refulgẽs,radijs suis obcæcat oculos. Magnus dominus qui fecit illum,& in sermonibus eius festinauit iter. Et luna in omnibus tempore suo,ostensio temporis,& signum æui. A luna signum diei festi,luminare quod minuitur in consummatione. Mensis secundum nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione. Vas castrorum in excelsis,in firmamento cœli resplendens. Species cœli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis dominus. In uerbis sanctis stabũt ad
B iudicium,& non exardescent in uigilijs suis. Vide arcum,& benedic eum qui fecit illum: ualde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum. Imperio suo accelerauit niuem,& accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri,& euolauerunt nebulæ sicut aues. In magnitudine sua posuit nubes,& confracti sunt lapides grandinis. In conspectu eius commouebuntur montes,& in uolũtate eius aspirauit Notus. Vox tonitrui eius uerberauit terrã,tempestas aquilonis,& congregatio spiritus,& sicut auis deponens ad sedendum,aspergit niuem,& sicut locusta demergens descensus eius. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus,& super imbrem eius expauescit cor. Gelu sicut salem effundet super terram:& dum gelauerit,
C fiet tanquam acumina tribuli. Frigidus uentus aquilo flauit,& gelauit crystallus ab aqua.super omnem congregationem aquarum requiescet,& sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes,& exuret desertum,& extinguet uiride sicut ignem. Medicina omnium in festinatione nebulæ:& ros obuians ab ardore uenienti humilem efficiet eum. In sermone eius siluit uentus,& cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum dominus Iesus. Qui nauigant mare,enarrant pericula eius:& audientes auribus nostris admirabimur. Illic præclara opera,& mirabilia:uaria bestiarũ genera,& omnium pecorum,& creatura beluarum. Propter ipsum confirmatus est itineris finis,& in sermone eius cõposita sunt omnia. Multa dicemus,& deficiemus in uerbis,consummatio autem sermonum ipse est in omnibus. Glo
D riantes ad quid ualebimus? ipse enim omnipotens super omnia opera sua. Terribilis dominus,& magnus uehementer,& mirabilis potentia ipsius. Glorificantes dominum quantũcunq; potueritis,superualebit adhuc,& admirabilis magnificentia eius. Benedicẽtes dominum,exaltate illum quantum potestis.maior enim est omni laude. Exaltantes eum replemini uirtute. Ne laboretis,non enim comprehendetis. Quis uidebit eum,& enarrabit?&

De cœli astrorumq; & reliquorũ dei operũ ornatu,unde dei agnoscitur & extollitur magnificentia

Gen.9 b

quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio ? Multa abſcondita ſunt maiora his : pauca enim uidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapientiam.

Veterum patrum uirorum fortium et magnificorũ mentio breuis

CAP. XLIIII

A LAudemus uiros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit dominus magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis homines magni uirtute, & prudentia ſua præditi nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & in uirtute prudentiæ populis ſanctiſſima uerba. In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina in ſcriptura. Homines diuites in uirtute pulchritudinis ſtudium habentes : pacificantes in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. B & ſunt quorum non eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint, & nati ſunt quaſi non nati, & filij eorum cum ipſis. Sed illi uiri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt, & cum ſemine eorum permanet bona hæreditas, & nepotũ ipſorum ſemen in teſtamento ſtetit: & filiorum ipſorum ſemen propter illos uſque in æternum manet: ſemen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum uiuet in generationem & generationem. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet eccleſia. Enoch placuit deo, & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam. C Noe inuentus eſt perfectus, iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Ideò dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluuium. Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum, ne deleri poſſit diluuio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit legem excelſi, & fuit in teſtamẽto cum illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis. Ideò iureiurando dedit illi gloriam in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumulum, & ut ſtellas exaltare ſemen eius, & hæreditare illos à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos or- D bis terræ. Et Iſaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus, & teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit illi partem in tribubus duodecim. Et conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

Gen. 17 a

CAP. XLV

Commemoratio Moſis ac Aaronis, deq; inſtitutione ſacerdotij & ſeditioſorũ pœna

Exo. 6. 7. 8. 11. 16 & 19

A DIlectus deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictiõe eſt. Similem illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in uerbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit illum in conſpectu regum, & iuſſit illi coram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuam. In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, & uocem ipſius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem uitæ, & diſciplinæ docere Iacob teſtamentum ſuum, & iudicia ſua Iſrael. Excelſum fecit Aaron fratrem ſuum, & ſimilẽ ſibi de tribu Leui. Statuit ei teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria, & circuncinxit eum zona iuſtitiæ, & induit ei ſtolam gloriæ, & coronauit eum in uaſis uirtutis. B Circumpedes & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare ſonitum in incenſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo in memoriam filijs gentis ſuæ. Stolam ſanctam auro & hyacintho, & purpura opus textile, uiri ſapiẽtis iudicio & ueritate præditi. Torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij ſculptis in memoriam ſecundum numerum tribuum Iſrael. Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis: & gloria honoris, & opus uirtutis, deſideria oculorum ornata. Sic pulchra ante ipſum non fuerũt talia uſq; ad originem. Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantum filij ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus. C Sacrificia ipſius conſummata ſunt igne quotidie. Compleuit Moyſes manus eius, & unxit illum oleo ſancto. Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini eius ſicut dies cœli fungi ſacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum ſuum in nomine ſuo. Ipſum elegit ab omni uiuente, offerre ſacrificium deo, incenſum, & bonum odorem in memoriam placare

pro

pro populo suo:& dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis iudiciorum, doce/re Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel. Quia contra illum steterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Coræ in iracundia. Vidit dominus deus, & non placuit illi, & consum/pti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis. Et ad/ D didit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuisit illi. Panem ipsius in primis parauit in satietatem. nam & sacrificia domini edent, quæ dedit illi & semini eius. Cæterum inter gentes non hæreditabit, & pars non est illi in gente. ipse est enim pars eius, & hæreditas. Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore do/mini:& stare in reuerētia gentis: in bonitate & alacritate animæ suæ placuit deo Israel. Ideo statuit illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ, ut sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. Et testamentum Dauid regi filio Iessæ de tribu Iuda, hære/ditas ipsi & semini eius, ut daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iusti/tia: ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI

Iosue et Caleb iudicúq; Israelis usq; ad Samuelem gesta perstringūtur

A FOrtis in bello Iesus Naue successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundū nomen suum, maximus in salutem electorum dei, expugnare insurgen/tes hostes, ut consequeretur hæreditatē Israel. Quam gloriam adeptus est extollendo ma/nus suas, & iactando contra ciuitates romphæas? Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse dominus perduxit. Aut non in iracundia eius impeditus est sol, & unus dies factus est quasi duo? Inuocauit altissimū potentem in oppugnando inimicos undiq;, & audiuit illum magnus & sanctus deus in saxis grandinis uirtutis ualde fortis. Impetum fecit contra gen B tem hostilem, & in descensu perdidit contrarios, ut cognoscant gentes potentiam eius, quia contra deum pugnare non est facile:& secutus est à tergo potentes. Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt, à numero sexcentorum millium peditum inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel. Et dedit dominus ipsi Caleb fortitudinem, & usque in senectutem permansit illi uirtus, ut ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem: ut uide C rent omnes filij Israel, quia bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à domino, ut sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulēt de loco suo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanēte ad filios illorum sanctorū uirorum gloria. Dilectus à domino deo suo Samuel propheta domini, renouauit imperium, & unxit principes in gente sua. In lege domini con/gregationem iudicauit, & uidit dominus Iacob, & in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in uerbis suis fidelis, quia uidit deum lucis, & inuocauit dominum omnipotētem D in oppugnando hostes circūstantes undiq;, in oblatione uiri inuiolati. Et intonuit de cœlo dominus, & in sonitu magno auditam fecit uocem suam, & contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philisthijm. Et ante tempus finis uitæ suæ & seculi testimonium præbuit in conspectu domini, & Christi. pecunias & usq; ad calceamenta ab omni carne non acce/pit, & non accusauit illum homo. Et post hæc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem uitæ suæ, & exaltauit uocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

1 Reg. 10. 16

CAP. XLVII

De propheta Nathā, ac Dauide eiusq; filio Salomone

A POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filijs Israel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis:& in ursis similiter fecit sicut in agnis ouium in iuuentute sua. Nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ, ubi inuocauit dominum omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis suæ. Sic in decem millibus glorificauit eum, & lau/dauit eum in benedictionibus domini, in offerendo illi coronam gloriæ. contriuit enim ini/ B micos undiq;, & extirpauit Philisthijm cōtrarios usq; in hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum usque in æternum. In omni opere dedit confessionem sancto & excelso in uerbo

1 Reg. 17 d f
2 Reg. 12 a

gloriæ. De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam: & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora usq; in cõsummationem uitæ, ut laudarent nomen sanctum domini, & amplificarent mane dei sanctitatem. Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israel. Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit deus omnes hostes, ut conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua. Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima sua. Et replesti in comparationibus ænigmata, ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis, & prouerbijs, & comparationibus, & interpretationibus miratæ sunt terræ, & in nomine domini dei: cui est cognomen, Deus Israel. Collegisti quasi aurichalcum aurum, & ut plumbum complesti argentum, & inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris stultitiam tuam, ut faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit opera sua, neq; perdet à stirpe nepotes electi sui: & semen eius qui diligit dominum, non corrumpet. Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe. Et finem habuit Salomon cum patribus suis. Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutum prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo, & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit uiam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valde enim auerterunt illos à terra sua. Et quæsiuit omnes nequitias, usquedum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

3 Reg. 4 c — C — D

CAP. XLVIII

De prophetis Helia & Isaia deq; pio rege Ezechia

3 Reg. 17 a — A

ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & uerbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, & imitãtes illum inuidia sua, pauci facti sunt. non enim poterant sustinere præcepta domini. Verbo domini exaltauit cœlum, & deiecit à se ignem terræ. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et plus quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sorte mortis, in uerbo domini dei. Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis. Qui ungis reges ad pœnitentiã, & prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati sunt qui te uiderunt, & in amicitia tua decorati sunt. nam nos uita uiuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias qui in turbine tectus, & in Elisæo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo uicit illum. Nec superauit illum uerbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In uita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis usquedum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram, & relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret deo: alij autem multa commiserunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. In diebus ipsis ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam cõtra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres. Et inuocauerunt dominum misericordem, & expãdentes manus suas, extulerunt ad cœlum: & sanctus dominus deus audiuit citò uocem ipsorum. Non est commemoratus peccatorum illorum, neq; dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Isaiæ sancti prophetæ. Deiecit castra Assyriorũ, & contriuit illos angelus domini. nam fecit Ezechias quod placuit deo, & fortiter iuit in uia Dauid patris sui, quam mãdauit illi Isaias pro-

B — 4 Reg. 18 a — C — D — 4 Reg. 19 g

pheta

pheta magnus & fidelis in conspectu dei. In diebus ipsius retro rediit sol, & addidit regi uitam. Spiritu magno uidit ultima, & consolatus est lugentes in Sion, usq; in sempiternum. Ostendit futura, & abscondita antequàm euenirent. CAP. XLIX

A Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmētarii. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & ut musica in conuiuio uini. Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad dominum cor ipsius, & in diebus peccatorū corroborauit pietatem. Præter Dauid & Ezechiam & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, & contempse B runt timorem dei. Dederūt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti. Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt uias ipsius in manu Ieremiæ. Nam male tractauerunt illum, qui à uentre matris consecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. Ezechiel qui uidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. Nam comemoratus est inimicorum in imbre, bene C facere illis qui ostenderunt rectas uias. Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo. nam corroborauerūt Iacob, & redemerūt se in fide uirtutis suæ. Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel. Et Iesum filiū Iosedec? qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam. Et Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis D muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis Enoch. nam & ipse receptus est à terra. Et Ioseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi, & ossa ipsius uisitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam. CAP. L

De Iosia aliisque uiris illustrib. deq; Ierusalē destructa & restaurata

4 Reg. 22. 23

Ezech. 1

Nehem. 7. 4

A Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in uita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius remanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus uernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & quasi thus B ardens in igne. Quasi uas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & uestiri eum consummatione uirtutis. In ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. Circa illum corona fratrum: & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria sua. Oblatio autem domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga Israel, & consummationem fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine uuæ. Effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi. Tunc exclamauerunt filii Aaron, in tu C bis ductilibus sonuerunt, & auditam fecerunt uocem magnam in memoriam coram domino. Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare dominum deum suum, & dare preces omnipotenti deo excelso. Et amplificauerunt psallentes in uocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. Et rogauit populus dominum excelsum in prece usq; dum perfectus est honor domini, & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas extulit in omnem cōgregationem filiorum Israel dare gloriam deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari. & iterauit orationem suam uolens ostēdere uirtutē dei. Et plus orauit deum omniū, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à uentre matris nostræ, & fecit nobiscum secundū suam misericordiam.

De Simone Oniæ filio

2 Macab. 3. 4

det nobis iucunditatem cordis,& fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos:credere Israel nobiscum esse dei misericordiam,ut liberet nos in diebus suis.Duas gentes odit anima mea:tertia autem non est gens,quam oderim.qui sedent in monte Seir:& Philisthijm:& stultus populus qui habitat in Sichimis.Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis uersatur bonis. qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit:ad omnia ualebit.quia lux dei,uestigium eius est. D

Oratio Iesu filij Sirach. CAP. LI

Sapientia inuitat ad se imperitos

CONfitebor tibi domine rex,& collaudabo te deum saluatorē meum. Confitebor nomini tuo:quoniam adiutor & protector factus es mihi,& liberasti corpus meum à perditione,à laqueo linguæ iniquæ,& à labijs operantiū mendacium,& in cōspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam de manibus quærentium animam meam,& de portis tribulationum quæ circundederunt me:à pressura flammæ,quæ circundedit me,& in medio ignis non sum æstuatus. De altitudine uentris inferi,& à lingua coinquinata,& à uerbo mendacij,à rege iniquo,& à lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum,& uita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circundederunt me undique,& non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum,& non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine,& operationis tuæ quæ à seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te domine,& liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terram habitationem meam,& pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui dominū patrem domini mei ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assiduè,& collaudabo illud in confessione,& exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione,& eruisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor,& laudem dicam tibi,& benedicam nomini domini. Cum adhuc iunior sum, prius quàm oberrarem,quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. Ante tempus postulabam pro illa,& usque in nouissimis inquiram eam,& florebit tanquam præcox uua. Lætatum est cor meum in ea,ambulauit pes meus iter rectum,à iuuentute mea inuestigabam eam. Inclinaui modicè aurem meam,& excepi illam. Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam,dabo gloriam. Consiliatus sum enim ut facerem illam:zelatus sum bonum,& non confundar. Collucta est anima mea in illa,& in faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum,& in sapientia eius luxit anima mea,& ignorantias meas illuminauit. Animam meam direxi ad illam,& in agnitione inueni eam. Possedi cum ipsa cor ab initio:propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est quærendo illam:propterea bonā possidebo possessionē. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam,& in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & congregate uos in domum disciplinæ. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ uestræ sitiunt uehementer. Aperui os meum,& locutus sum, Comparate uobis sine argento,& collum uestrum subijcite iugo,& suscipiat anima uestra disciplinam,in proximo est enim inuenire eam. Videte oculis uestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima uestra in misericordia eius,& non confundemini in laude ipsius. Operamini opus uestrum ante tempus, & dabit uobis mercedem uestram in tempore suo. A B C D

FINIS

DIVI HIERONYMI AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN TRANSLATIONEM ISAIAE EX Hebraica ueritate, præfatio.

NEMO cum prophetas uersibus uiderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis uel operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, ut per cola scribantur & cõmata, qui utique prosa & non uersibus conscripserunt. Nos quoque utilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaia sciendum, quod in sermone suo disertus sit: quippe ut uir nobilis & urbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit, ut præ cæteris, florem sermonis eius, translatio nõ potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adijciendum: quod non tam propheta dicendus sit, quàm euangelista. Ita enim uniuersa Christi ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est: ut non putes eum de futuro uaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tũc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicue Ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non ualent despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, ut quomodo Græci post septuaginta translatores Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt uel ob studium doctrinæ suæ, uel ut Septuaginta magis ex collatione eorum, intelligant: sic & isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant, ne uideantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, & in Iudæa, necdum decem tribus in captiuitatem ductis: ac de utroque regno, nunc commistim nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de uocatione gentium, & aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis o Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, ut pro obtrectatione præsenti, qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

ARGVMENTVM IN ISAIAM.

ISAIAS in Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel, iuxta trãsitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere.

PROPHETIA
ISAIAE

Arguit populum Israel, & uaticiatur eis futuras calamitates eorum

VISIO ISAIAE FILII AMOS, quam uidit super Iudam & Ierusalem, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam uos ultrà, addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra uestra deserta: ciuitates uestræ succensæ sunt igni. Regionem uestram coram uobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in uastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ uastatur. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite uerbum domini principes Sodomorum: percipite auribus legem dei nostri populus Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit dominus? Plenus sum holocausto arietum, & adipe pinguium, & sanguinem uitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum ueneritis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus uestris: ut ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis ultrà sacrificium frustra. incensum, abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram. iniqui sunt cœtus uestri. Calendas uestras, & solennitates uestras odiuit anima mea. facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus uestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et uenite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata uestra ut coccinum: quasi nix dealbabuntur. & si fuerint rubra sicut uermiculus: uelut lana, alba erunt. Si uolueritis, & audieritis, bona terræ comedetis. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit uos, quia os domini locutum est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij: iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum uersum est in scoriam: uinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socij furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa uiduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis Israel: Heu consolabor super hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis. & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam iudices tuos ut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc uocaberis Ciuitas iusti, urbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt dominum, consumentur. Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis uelut quercus defluentibus folijs, & uelut hortus absque aqua. Et erit fortitudo uestra ut fauilla stupæ, & opus uestrum quasi scintilla: & succendetur utrunque simul, & non erit qui extinguat.

Gen. 19 c — *Ierem. 5 g*

CAPVT II

Verbum

A VErbum quod uidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & uerbum domini de Ierusalem. Et iudicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebũtur ultrà ad prælium. Domus Ia-
B cob uenite, & ambulemus in lumine domini. Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthijm, & pueris alienis adhæserunt. Et repleta est terra eius argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est uir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram & abscondere in fossa humo à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, &
C incuruabitur altitudo uirorum: exaltabitur autem dominus solus in die illa. Quia dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogãtem, & humiliabitur: Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod uisu pulchrum est. Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo uirorum: Et eleuabitur dominus solus in die illa. Et idola penitus conterentur. Et in-
D troibunt in speluncas petrarum, & in uoragines terræ à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi ut adoraret, talpas & uespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum & in cauernas saxorum à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

Vocãtur gentes ad ecclesiã ac reijciuntur et grauiter plectuntur Iudæi ob idololatriã ac arrogantiã

Deut. 8. 17

CAP. III

A ECce enim dominator dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda ualidum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: Fortem, & uirum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: Principem super quinquaginta, & honorabilem uultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus, uir ad uirum, & unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim uir fratrem suum domesticum patris sui, Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebit in die illa,
B dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis neq; uestimentum: nolite me constituere principem populi. Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra dominum, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio uultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. uæ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eius. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissi-
C pant. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium ueniet cum senibus populi sui, & principibus eius: uos enim depasti estis uineam, rapina pauperis in domo uestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum? Et dixit dominus, Pro eo quod elatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis cõposito gradu incedebant: Decaluabit dñs uerticem filiarum Sion, & dñs crinem eorum nudabit. In die illa auferet dñs ornamẽtum calceamentorũ, & lunulas, & torques, &

Quõ deus sit ulturus populi delicta, & maximè mulierum fastum et luxum

monilia

monilia,& armillas:& mitras,& discriminalia,& periscelides,& murenulas,& olfactoriola, D & inaures:& annulos,& gemmas in fronte pendentes,& mutatoria,& palliola,& linteamina,& acus:& specula,& sindones,& uittas,& theristra. Et erit,pro suaui odore fœtor,& pro zona funiculus,& pro crispāti crine caluitium,& pro fascia pectorali cilicium.Pulcherrimi quoq; uiri tui gladio cadent,& fortes tui in prælio.Et mœrebunt atq; lugebunt portæ eius,& desolata in terra sedebit. CAP. IIII

Plures inde calamitates secuturas uaticinatur, & de gratia p Christum

ET apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa,dicentes:Panem nostrum A comedemus,& uestimentis nostris operiemur:tantummodo inuocetur nomen tuum super nos,aufer opprobrium nostrum.In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria,& fructus terræ sublimis,& exultatio his qui saluati fuerint de Israel.Et erit:omnis qui relictus fuerit in Sion,& residuus in Ierusalem,sanctus uocabitur,omnis qui scriptus est in uita in Ierusalem:Si abluerit dominus sordem filiarum Sion,& sanguinē Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris.Et creabit dominus super omnem locum montis Sion,& ubi inuocatus est,nubem per diem,& fumum & splendorem ignis flammantis in nocte.Super omnem enim gloriam protectio.Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu,& in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia. CAP.V

Quàm benefi cum habuerit deum,quamq; ipsi fuerint ingrati,& quæ dei contēptores erūnt manent,docet

Ier.2 d

Mat.21 d

CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei uineæ suæ: Vinea facta est dilecto meo A in cornu filio olei.Et sepiuit eam,& lapides elegit ex ea,& plantauit uineam electam: & ædificauit turrim in medio eius,& torcular extruxit in ea,& expectauit ut faceret uuas, & fecit labruscas.Nunc ergo habitatores Ierusalē,& uiri Iuda,iudicate inter me & uineam meam.Quid est quod debui ultrà facere uineæ meæ,& non feci ei?An quòd expectaui ut faceret uuas,& fecit labruscas?Et nunc ostendam uobis quid ego faciam uineæ meæ,Auferam sepem eius,& erit in direptionem:diruam maceriam eius,& erit in conculcationem. B Et ponam eam desertam:non putabitur,& non fodietur:& ascendent super eam uepres & spinæ:& nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vinea enim domini exercituum,domus Israel est:& uir Iuda,germen eius delectabile. Et expectaui ut faceret iudicium,& ecce iniquitas:& iustitiam,& ecce clamor. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usq; ad terminum loci.Nunquid habitabitis uos soli in medio terræ?In auribus meis sunt hæc domini exercituum:Nisi domus multæ desertæ fuerint gran C des & pulchræ,absq; habitatore.Decem enim iugera uinearum facient lagūculam unam, et triginta modij sementis facient modios tres. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam,et potandum usq; ad uesperam,ut uino æstuetis. Cithara,et lyra,et tympanum, et tibia,et uinum in conuiuijs uestris:et opus domini nō respicitis,nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus,quia non habuit scientiam,et nobiles eius interierūt fame,et multitudo eius siti exaruit.Propterea dilatauit infernus ani D mam suam,et aperuit os suum absque ullo termino. Et descendent fortes eius,et populus eius,et sublimes gloriosiq; eius ad eum.Et incuruabitur homo,et humiliabitur uir,et oculi sublimium deprimētur.Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio,et deus sanctus sanctificabitur in iustitia.Et pascentur agni iuxta ordinem suum,et deserta in ubertatem uersa aduenæ comedent. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis,et quasi uinculum plaustri peccatum. Qui dicitis,Festinet,et citò ueniat opus eius,ut uideamus:et appropiet, E et ueniat consilium sancti Israel,et sciemus illud. Væ qui dicitis malum bonum,et bonum malum:ponentes tenebras lucem,et lucem tenebras:ponentes amarum in dulce,et dulce in amarum. Væ qui sapientes estis in oculis uestris,et coram uobismetipsis prudentes. Væ qui potentes estis ad bibendum uinum,et uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus,et iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis,et calor flammæ exurit:sic radix eorum quasi fauilla erit,et germen eo F rum ut puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum,et eloquium sancti Israel blasphemauerunt.Ideò iratus est furor domini in populum suum,et extendit manum suam super eum,et percussit eum:et cōturbati sunt montes,et facta sunt morticinia eorum

Amos 6 a

quasi

quasi stercus in medio platearum. In his omnibus nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terrae: & ecce festinus uelociter ueniet. Non est deficiens neq; laborans in eo: non dormitabit neq; dormiet, neq; soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittae eius acutae, & omnes arcus eius extẽti. Vngulae equorum eius ut silex, & rotae eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius ut leonis, rugiet ut catuli leonum: & frendet, & tenebit praedam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebrae tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAPVT VI

Suam missionem indicat, & populi duritiam & inobedientiam

IN anno quo mortuus est rex Ozias, uidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & ea quae sub ipso erant, replebãt templum. Seraphim stabant super illud: sex alae uni, & sex alae alteri, duabus uelabant faciem eius, & duabus uelabant pedes eius, & duabus uolabant. Et clamabat alter ad alterum, & dicebat: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt superliminaria cardinum à uoce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixi: Vae mihi, quia tacui, quia uir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito, & regem dominum exercituũ uidi oculis meis. Et uolauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meũ, & dixit: Ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audiui uocem domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Et dixi, Vsquequo domine? Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine: & terra relinquetur deserta. Et longe faciet dominus homines, & multiplicabitur quae derelicta fuerat in medio terrae. Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quae expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

Mat. 13 b

CAPVT VII

Regis Ierusalem timorẽ arguit, et proponit ei signũ liberationis, uirginis partum, id cõtemnenti praedicit regni excidium

ET factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziae regis Iuda, ascendit Rasin rex Syriae, & Phacee filius Romeliae rex Israel in Ierusalem, ad praeliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, & cor populi eius: sicut mouentur ligna syluarum à facie uenti. Et dixit dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquaeductus piscinae superioris in uia agri fullonis. Et dices ad eum: Vide ut sileas: noli timere. & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin regis Syriae, & filij Romeliae: eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliae, dicentes: Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel. Haec dicit dominus deus: Non stabit, & non erit istud: sed caput Syriae Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta & quinq; anni, & desinet Ephraim esse populus. & caput Ephraim Samaria, & caput Samariae filius Romeliae. Si non credideritis, non permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tẽtabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunquid parum uobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequàm sciat puer reprobare malum & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie duorum regum suorum. Adducet dominus super te, & super populũ tuum, & super domum patris tui, dies qui non uenerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cũ rege Assyriorum

4 Reg. 16 a

Mat. 1 c

riorum. Et erit in die illa: sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti: & api, quæ est in terra Assur, & uenient, & requiescent omnes in torrentibus uallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in uniuersis foraminibus. In die illa radet dominus in nouacula conducta in his quæ trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam uniuersam. Et erit in die illa: nutriet homo uaccam boum, & duas oues, & præ ubertate lactis comedet butyrum. butyrũ enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus ubi fuerint mille uites, mille argenteis, in spinas & in uepres erunt. Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: uepres enim, & spinæ erunt in uniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non ueniet illuc terror spinarum & uepriũ. & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris. CAP. VIII

Arguit populum quod relicto deo ab impijs auxilium quæsierit: & unde sit petendum subsidiũ

ET dixit dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: uelociter spolia detrahere, citò prædari. Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotẽ, & Zachariam filium Barachiæ: & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomen eius. Accelera spolia detrahere, festina prædari. Quia antequàm sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens: Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloe, quæ uadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ, propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorũ, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super uniuersas ripas eius, & ibit per Iudam, inundãs & transiens usque ad collum ueniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ò Emmanuel. Congregamini populi, & uincimini, & audite uniuersæ procul terræ: confortamini & uincimini, accingite uos & uincimini: inite consilium, & dissipabitur: loquimini uerbum, & non fiet: quia nobiscũ deus. Hæc enim ait dominus ad me, sicut in manu forti, erudiuit me, ne irem in uia populi huius, dicens: Ne dicatis, coniuratio. omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor uester, & ipse terror uester: & erit uobis in sanctificationem. In lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Et expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum. Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum, & in portentum Israel à domino exercituum, qui habitat in monte Sion. Et cum dixerint ad uos: Quærite à pythonibus, & à diuinis qui strident in incãtationibus suis: Nunquid non populus à deo suo requiret uisionem? pro uiuis à mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium. Quòd si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis matutina lux. Et transibit per eam, & corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & deo suo, & suspiciet sursum. Et ad terram intuebitur: & ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. CAP. IX

Luc. 2 e

Enumeratiõe præteritorum malorũ monet eos ut caueant futura, prænũciat regnum Christi

PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthali, & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, quãdo diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & uirgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis uiolenta prædatio cum tumultu, & uestimentum mistum sanguine, erit in combustionẽ & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerũ eius: & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia

ſtitia amodo & uſq; in ſempiternum.zelus domini exercituum facit hoc. Verbum miſit do minus in Iacob,& cecidit in Iſrael.Et ſciet omnis populus Ephraim,& habitantes Samariā in ſuperbia & magnitudine cordis,dicentes:Lateres ceciderunt,ſed quadris lapidibus ædi ficabimus:ſycomoros ſucciderunt,ſed cedros immutabimus.Et eleuabit dominus hoſtes C Raſin ſuper eum,& inimicos eius in tumulum uertet,Syriam ab oriente,& Philiſthijm ab occidente,& deuorabunt Iſrael toto ore.In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed ad huc manus eius extenta:& populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe,& dominum exer cituum non exquiſierunt.Et diſperdet dominus ab Iſrael caput & caudam incuruantem & deprauātem die una.Longæuus & honorabilis,ipſe eſt caput:& propheta docens menda cium,ipſe eſt cauda.Et erunt qui beatificant populū iſtum,ſeducentes:& qui beatificantur, præcipitati. Propter hoc ſuper adoleſcentulis eius non lætabitur dominus:& pupillorum D eius,& uiduarum non miſerebitur:quia omnis hypocrita eſt & nequam,& uniuerſum os locutum eſt ſtultitiam.In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius ex tenta.Succenſa eſt enim quaſi ignis impietas,uepres & ſpinam uorabit:& ſuccendetur in denſitate ſaltus,& conuoluetur in ſuperbia fumi.In ira domini exercituum conturbata eſt terra,& erit populus quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo non parcet,& declinabit ad dexteram, & eſuriet:& comedet ad ſiniſtram,& non ſaturabitur. Vnuſquiſq; carnem brachij ſui uora bit:Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen, ſimul ipſi contra Iudam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta.

CAP. X

Queritur de iniquitate ma gnatum,ac mi natur eis ul tionem: regis Aſſyrij inſolē tiam fore frā gendam præ dicit, & libe randum Iſrael

A VÆ qui condunt leges iniquas:& ſcribentes,iniuſtitiam ſcripſerunt:ut opprimerent in iudicio pauperes,& uim facerent cauſæ humilium populi mei:ut eſſent uiduę præda eorum,& pupillos diriperent.Quid facietis in die uiſitationis,& calamitatis de lōge uenien tis?Ad cuius confugietis auxilium?& ubi derelinquetis gloriā ueſtram,ne incuruemini ſub uinculo,& cū interfectis cadatis?Super omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta. Vę Aſſur,uirga furoris mei & baculus ipſe,in manu eorum indignatio B mea.Ad gentem fallacem mittam eum,& contra populum furoris mei mādabo illi,ut au ferat ſpolia,& diripiat prædam,& ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum. Ipſe autem non ſic arbitrabitur,& cor eius non ita exiſtimabit:ſed ad conterēdum erit cor eius,& ad internecionem gentium non paucarum.Dicet enim:Nūquid non principes mei ſimul reges ſunt?Nunquid non ut Charcamis,ſic Calano:& ut Arphad,ſic Emath?Nun quid nō ut Damaſcus,ſic Samaria?Quo modo inuenit manus mea regna idoli,ſic & ſimu C lachra eorum de Ieruſalem & de Samaria. Nunquid non ſicut feci Samariæ & idolis eius, ſic faciam Ieruſalem & ſimulachris eius?Et erit:cum impleuerit dominus cūcta opera ſua in mōte Sion & in Ieruſalem,uiſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur,& ſuper gloriam altitudinis oculorum eius.Dixit enim:In fortitudine manus meæ feci,& in ſapien tia mea intellexi:& abſtuli terminos populorū,& principes eorum deprædatus ſum,& de traxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.Et inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinē po D pulorum:& ſicut colligūtur oua,quæ derelicta ſunt.ſic uniuerſam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennā,& aperiret os & ganniret.Nunquid gloriabitur ſecuris con tra eum qui ſecat in ea?aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur?quomodo ſi eleue tur uirga contra eleuantem ſe,& exaltetur baculus qui utiq; lignum eſt.Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem:& ſubtus gloriam eius ſuc cenſa ardebit quaſi cōbuſtio ignis.Et erit lumen Iſrael in ignem,& ſanctus eius in flāmam. E Et ſuccēdetur & deuorabitur ſpina eius,& uepres in die una.Et gloria ſaltus eius,& carmeli eius ab anima uſq; ad carnem conſumetur,& erit terrore profugus.Et reliquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate numerabuntur,& puer ſcribet eas.Et erit in die illa:non adijciet reſiduū Iſrael,& hi qui fugerint de domo Iacob,inniti ſuper eo qui percutit eos:ſed innitetur ſuper dominū ſanctum Iſrael in ueritate.Reliquiæ conuertētur,reliquiæ inquam Iacob ad deum fortem.Si enim fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris,reliquiæ conuertentur ex eo. F conſummatio abbreuiata inūdabit iuſtitiam.Conſummationem enim & abbreuiationem

Ezech.29 b

Rom.9 c

dominus deus exercituũ faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit dñs deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur, in uirga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te in uia Ægypti. Adhuc enim paululũ modicumq́;, & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum. Et suscitabit super eũ dominus exercituum flagellum, iuxta plagam Madian in petra Oreb, & uirgam suam super mare, & leuabit eã in uia Ægypti. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, transibit in Magron: apud Machmas commẽdabit uasa sua. Transierunt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni uoce tua filia Gallim, attende Laisa paupercula Anathoth. Migrauit Medemena: habitatores Gabim cõfortamini. Adhuc dies est ut in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Ierusalem. Ecce, dominator dominus exercituũ confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidẽtur, & sublimes humiliabũtur. Et subuertentur condensa saltus eius ferro: & Libanus cũ excelsis cadet. G

Vaticiniũ de aduentu Christi & eius administratione

CAP. XI

ET egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum uisionem oculorum iudicabit, neq; secũdum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborũ eius: & fides cinctoriũ renum eius. Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: uitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebũt, & non occident in uniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aqua maris operientis. In die illa radix Iesse, qui stat in signũ populorum, ipsum gentes deprecabũtur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa: adijciet dominus secũdò manum suam ad possidendũ residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Ægypto, & à Phethros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et leuabit signũ in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim: & uolabunt in humeros Philisthijm per mare, simul prædabuntur filios orientis. Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. Et desolabit dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita ut transeant per eum calceati. Et erit uia residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs: sicut fuit Israeli in die illa qua ascendit de terra Ægypti. A B C D

Rom. 15 c

Laudãt dominũ & gratias agunt fideles

CAP. XII

ET dices in die illa: Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam, & nõ timebo: quia fortitudo mea & laus mea dominus deus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et dicetis in die illa: Cõfitemini domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniã excelsum est nomen eius. Cantate domino, quoniã magnifice fecit: annuntiate hoc in uniuersa terra. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel. A B

Babylon destruenda prædicitur

CA. XIII

ONus Babylonis, quod uidit Isaias filius Amos. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate uocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, & uocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium, uox sonitus regum gentium congregatarum: dominus exercituum præcepit militiæ belli. Veniẽtibus de terra procul, à summitate cœli dominus, & uasa furoris eius, ut disperdat omnem terram. Vlulate, quia propè est dies domini: quasi uastitas à domino ueniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & A B

omne

omne cor hominis contabescet & conteretur: torsiones & dolores tenebunt eos, quasi parturiens dolebunt. Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ uultus eorum. Ecce dies domini uenit, crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisq; ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea: quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expãdent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et uisitabo super orbis mala, & cõtra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Pretiosior erit uir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc, cœlum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & non erit qui congreget. Vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidẽtur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum uiolabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum uelint: sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus uteri non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorũ, sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham, Nõ habitabitur usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi ululæ in ædibus eius, & sirenes in delubris uoluptatis.

Ezech. 32 b

CAPVT XIIII

Pollicetur Iudæis dei misericordiã ac internecionẽ hostium eorũ & minitatur Palæstinæ

PRopè est ut ueniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subijcient exactores suos. Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi dominus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua antè seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit dominus baculum impiorum, uirgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: abietes quoq; lætatæ sunt super te, & cedri Libani. ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis, omnes principes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu uulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui uulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscẽdam, super astra dei exaltabo solium meum, & sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, teq; prospicient: Nunquid iste est uir qui conturbauit terram, qui concussit regna: qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit, uinctis eius non aperuit carcerem? Omnes reges gentium uniuersi dormierunt in gloria, uir in domo sua: tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. Non habebis consortium neq; cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non uocabitur in æternum semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neq; implebũt faciem orbis ciuitatum. Et consurgam super eos, dicit dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & proge-

Luc. 10 b

niem:dicit dominus.Et ponam eam in possessionem erinacij,& in paludes aquarum,& scopabo eam in scopa terens,dicit dominus exercituum.Iurauit dominus exercituum,dicens: Si non ut putaui,ita erit:& quomodo mente tractaui,sic eueniet: Vt conteram Assyrium in terra mea,& in montibus meis conculcem eum,& auferetur ab eis iugum eius,& onus illius ab humero eorum tolletur.Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram,& hęc F est manus extenta super uniuersas gentes.Dominus enim exercituum decreuit,& quis poterit infirmare?& manus eius extenta:& quis auertet eam?In anno quo mortuus est rex

Ier.47 a Achaz,factum est onus istud:Ne læteris Philisthæa omnis tu,quoniam comminuta est uirga percussoris tui:de radice enim colubri egredietur regulus,& semen eius absorbens uolucrem.Et pascentur primogeniti pauperum,& pauperes fiducialiter requiescent:& in G terire faciam in fame radicem tuam,& reliquias tuas interficiam.Vlula porta,clama ciuitas:prostrata est Philisthæa omnis:ab aquilone enim fumus ueniet,& non est qui effugiet agmen eius.Et quid respondebitur nuntijs gentis?Quia dominus fundauit Sion,& in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

CAP. XV

Moabitarum ruina prædicitur

ONus Moab.Quia nocte uastata est Armoab,conticuit:quia nocte uastatus est mu A rus Moab,conticuit.Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum:super Nabo,& super Medaba,Moab ululabit:in cunctis capitibus eius caluitium,& omnis barba radetur.In triuijs eius accincti sunt sacco:super tecta eius,& in plateis eius omnis ululat,descendit in fletum.Clamabit Hesebon & Eleale,usq; Iasa audita est uox eorum.Super hoc expediti Moab ululabunt,anima eius ululabit sibi.Cor meum ad Moab clamabit,uectes eius usq; ad Segor uitulam conternantem. Per ascensum enim Luith flens ascendet,& in B uia Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt,quia aruit herba,defecit germen,uiror omnis interijt.Secundum magnitudinem operis & uisitatio eorum:ad torrentem salicum ducent eos.Quia circuibit clamor terminum Moab:usque ad Gallim ululatus eius,& usque ad puteum Elim clamor eius.Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine:ponam enim super Dibon additamenta:his qui fugerint de Moab leonem,& reliquijs terræ.

CAP. XVI

Moabitarũ timor & excidium

EMitte agnum dominatorem terræ,de petra deserti ad montem filiæ Sion.Et erit:si A cut auis fugiens,& pulli de nido auolantes:sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Ini consilium,coge consilium:pone quasi noctem umbram tuam in meridie:absconde fugientes,& uagos ne prodas.Habitabunt apud te profugi mei:Moab esto latibulũ eorum à facie uastatoris:finitus est enim puluis,consummatus est miser,defecit qui conculcabat terram.Et præparabitur in misericordia solium,& sedebit super eum in ueritate in taberna B culo Dauid iudicans & quærens iudicium,& ueKlociter reddens quod iustũ est.Audiuimus

Ezec.25 b superbiam Moab.superbus est ualde:superbia eius & arrogantia eius,& indignatio,plus quàm fortitudo eius.Idcirco ululabit Moab ad Moab,uniuersus ululabit:his qui lætantur super muros cocti lateris,loquimini plagas suas.Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt,& uineam Sabama domini gentium exciderunt,flagella eius:usq; ad Iazer peruene C runt,errauerunt in deserto,propagines eius relictæ sunt,transierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer,uineam Sabama:inebriabo te lachryma mea Hesebon & Eleale,quoniam super uindemiam tuam,& super messem tuam uox calcantium irruit.Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo,& in uineis non exultabit neque iubilabit,uinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat:uocem calcãtium abstuli.Super hoc uenter meus ad D Moab quasi cithara sonabit,& uiscera mea ad murum cocti lateris.Et erit:cum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis,ingredietur ad sancta sua ut obsecret,& non ualebit.Hoc uerbum quod locutus est dominus ad Moab extunc.Et nũc locutus est dominus, dicens:In tribus annis quasi anni mercennarij auferetur gloria Moab super omni populo multo,& relinquetur paruus & modicus,nequaquam multus.

CAP. XVII

Damasci et Syriæ deuastatio nuntiatur

ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas,& erit sicut aceruus lapidum in A ruina.Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt,& requiescent ibi,& non erit qui exterreat

terreat, Et cessabit adiutorium ab Ephraim,& regnum à Damasco:& reliquiæ Syriæ;sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum. Et erit in die illa:attenuabitur B gloria Iacob,& pinguedo carnis eius emarcescet. Et erit sicut congregans in messe,quod restiterit,& brachium eius spicas leget:& erit sicut quærens spicas in ualle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus,& sicut excussio oleæ duarum uel trium oliuarum in summitate rami,siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius,dicit dominus deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum,& oculi eius ad sanctum Israel respicient: C & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius,& quæ operati sunt digiti eius:non respiciet lucos & delubra. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra,& segetes quæ derelictæ sunt à facie filiorum Israel,& erit deserta. Quia oblita es dei saluatoris tui,& fortis adiutoris tui non es recordata:propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis. In die plantationis tuæ labrusca,& mane semen tuum florebit:ablata est messis in die hæreditatis,& dolebit grauiter. Væ multitudini populorũ multorum, D ut multitudo maris sonantis:& tumultus turbarum,sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium,& increpabit eum,& fugiet procul:& rapietur sicut puluis montium à facie uenti,& sicut turbo coram tempestate. In tempore uesperæ,& ecce turbatio:in matutino,& non subsistent,hæc est pars eorum qui uastauerunt nos,& sors diripientium nos.

4 Reg. 7 b

CAP. XVIII

A VÆ terræ cymbalo alarum quæ est trans flumina Æthiopiæ,qui mittit in mare legatos,& in uasis papyri super aquas. Ite angeli ueloces ad gentem conuulsam,& dilaceratam:ad populum terribilem,post quem non est alius:ad gentem expectãtem & conculcatam,cuius diripuerunt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra,cum eleuatum fuerit signum in montibus,uidebitis,& clangorem tubæ audietis:quia hæc dicit dominus ad me:Ego quiescam,& considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est,& sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit,& immatura B profectio germinabit,& procidentur ramusculi eius falcibus:& quæ derelicta fuerint,abscindentur,& excutientur. Et relinquentur simul auibus montium,& bestijs terræ:& æstate perpetua erunt super eum uolucres,& omnes bestiæ terræ super illã hyemabunt. In tempore illo deferetur munus domino exercituũ à populo diuulso & dilacerato:à populo terribili,post quem non fuit alius à gente expectante,expectante & conculcata,cuius diripuerunt flumina terram eius,ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

Aegypto uastitas prædicitur. & uocantur gentes

CAP. XIX

A ONus Ægypti. Ecce dominus ascẽdet super nubem leuem,& ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulachra Ægypti à facie eius,& cor Ægypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios:& pugnabit uir contra fratrem suum, & uir contra amicum suum,ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. Et dirumpetur spiritus Ægypti in uisceribus eius,& consilium eius præcipitabo:& interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos,& pythones & ariolos. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium,& rex fortis dominabitur eorum,ait dominus deus exerci- B tuum. Et arescet aqua de mari,& fluuius desolabitur atque siccabitur. Et deficient flumina:& attenuabuntur,& siccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marcescet,nudabitur alueus riui à fonte suo:& omnis sementis irrigua siccabitur,arescet,& non erit. Et mœrebunt piscatores,& lugebunt omnes mittentes in flumen hamum,& expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur qui operantur linum, plectentes & texentes subtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia:omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. C quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui:annuntient & indicent tibi quid cogitauerit dominus exercituum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos,emarcuerũt principes Mempheos,deceperũt Ægyptũ,angulum populorũ eius. Dominus miscuit in medio eius spiritũ uertiginis:& errare fecerũt Ægyptũ in omni opere suo,sicut errat ebrius & uomens. Et nõ erit Ægypto

Idẽ cum præcedente

Ierem. 46 a

Ezech. 29 a

3 Reg. 22 d

opus quod faciat caput & caudam incuruantem & refrenantem. In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt & timebunt à facie commotionis manus domini exercituum: quam ipse mouebit super eam, & erit terra Iuda Ægypto in pauorem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam. In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per dominum exercituum: ciuitas solis uocabitur una. In die illa erit altare domini in medio terræ Ægypti, & titulus domini iuxta terminum eius: & erit in signum & in testimoniū domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad dominū à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij dominum die illa, & colent eum in hostijs & in muneribus: & uota uouebunt domino, & soluent. Et percutiet dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad dominū, & placabitur eis, & sanabit eos. In die illa erit uia de Ægypto in Assyrios, & intrabit Assyrius in Ægyptum, & Ægyptius in Assyrios, & seruient Ægyptij Assur. In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituū, dicens: Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrius, hæreditas autem mea Israel. D

CAP. XX

Aegyptiorū & Aethiopū expugnatio prædicitur

IN anno quo ingressus est Thartan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam: in tempore illo locutus est dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic uadens nudus, & discalceatus. Et dixit dominus: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Ægyptum & super Æthiopiam, sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenem & senem, nudum & discalceatū discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce, hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Assyriorum. & quomodo effugere poterimus nos? A B

CAP. XXI

Babylōis, Idumeæ & Arabiæ deuastatio uaticinatur

ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico ueniunt, de deserto uenit, de terra horribili. Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, uastat. Ascēde Ælam, obside Mede: omnem gemitum eius cessare fecit. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me sicut angustia parturientis. Corrui cum audirem, conturbatus sum cum uiderem. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplare in specula: comedētes & bibentes surgite principes, arripite clypeum. Hæc enim dixit mihi dominus: Vade, & pone speculatorem: & quodcunque uiderit, annuntiet. Et uidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu. Et clamauit leo: Super speculā domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Ecce, iste uenit ascensor uir bigæ equitum, & respondit, & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terra. Tritura mea, & filius areæ meæ, quæ audiui à domino exercituū deo Israel, annūtiaui uobis. Onus Duma. Ad me clamat rex Seir: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos: Venit mane & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, & uenite. Onus in Arabia. In saltu ad uesperam dormietis, in semitis Dedanim. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij: quoniam hæc dicit dominus ad me: Adhuc in uno anno, quasi in anno mercennarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur: dominus enim deus Israel locutus est. A B C D

Ierem. 49 b

CAP. XXII

Obsidetur Ierusalem à Sennacherib, Sobna officio priuatur & substituitur Eliacim

ONus uallis uisionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta? clamoris plena, urbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio A

dio: nec mortui tui, in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul, dureq́ ligati sunt: om-
B nes qui inuenti sunt, uincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi: Recedite à me:
amarè flebo: nolite incũbere, ut consolemini me super uastitate filiæ populi mei. Dies enim
interfectionis & conculcationis, & fletuum domino deo exercituũ in ualle uisionis, scrutans
murum, & magnificus super montem. Et Ælam sumpsit pharetram, currum hominis equi
tis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ ualles tuæ plenæ quadrigarum, & equites
C ponent sedes suas in porta. Et reuelabitur operimentũ Iudæ, & uidebis in die illa armamen
tarium domus saltus: & scissuras ciuitatis Dauid uidebitis, quia multiplicatæ sunt. Et cõgre-
gastis aquas piscinæ inferioris, & domos Ierusalem numerastis, & destruxistis domos ad
muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros, ad aquam piscinæ ueteris: & non
suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius de longe nõ uidistis. Et uocabit do
D minus deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum
sacci: & ecce, gaudium & lætitia occidere uitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bi-
bere uinũ. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata est in auribus meis
uox domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc uobis, donec moriamini: dicit domi-
nus exercituum. Hęc dicit dominus Dominus exercituum: Vade, ingredere ad eum qui ha
E bitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositũ templi, & dices ad eum, Quid tu hic? aut quasi
quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrũ, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra
tabernaculum tibi. Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, &
quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te
in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus
F domini tui. Et expellam te de statione tua: & de ministerio tuo deponã te. Et erit in die illa:
uocabo seruũ meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo con-
fortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus eius: & erit quasi pater habitantibus Ie-
rusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, &
non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fide
G li, & erit in solium gloriæ domui patris sui. Et suspendent super eum omnem gloriam do-
mus patris eius, uasorum diuersa genera, omne uas paruulum à uasis craterarum usque ad
omne uas musicorum. In die illa dicit dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus
fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia dominus
locutus est.

2 Reg. 5 b

Iob 12 b

CAPUT XXIII

A ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia uastata est domus unde uenire consueuerant:
de terra Cethim reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Sido-
nis transfretantes mare, repleuerunt te. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges
eius: & facta es negotiatio gentium. Erubesce Sion, ait enim mare, fortitudo maris, dicens,
Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi uirgi-
nes. Cum auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cum audierint de Tyro. Transite maria,
B ululate qui habitatis in insula: nunquid non uestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristi
nis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc
super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti ter
ræ? Dominus exercituum cogitauit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad igno
miniam deduceret uniuersos inclytos terræ. Transi terrã tuam quasi flumẽ, filia maris, non
est cingulum ultrà tibi. Manum suam extendit super mare, & conturbauit regna: dominus
mandauit aduersus Chanaan, ut contereret fortes eius, & dixit: Non adijcies ultrà ut glo-
C rieris, calumniam sustinens uirgo filia Sidonis: in Cethim consurgens transfreta, ibi quoq́
non erit requies tibi. Ecce, terra Chaldæorum talis populus nõ fuit, Assur fundauit eam: in
captiuitatẽ traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam.
Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo uestra. Et erit in die illa: in obliuione eris
ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis unius: post septuaginta autem annos erit Tyro
quasi cãticum meretricis. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene
cane

Tyri excidiũ & reparatio, deq́; alijs mariti̇mis ciuitatibus & insulis
Ier. 47 b
Ezech. 27, 28 & 29

cane, frequenta canticum,ut memoria tui sit.Et erit post septuaginta annos,uisitabit do/ D
minus Tyrum,& reducet eam ad merces suas:& rursum fornicabitur cum uniuersis regnis
super faciem terræ.Et erunt negotiatio eius,& merces eius sanctificatæ domino.non con/
dentur,neq; reponentur:quia his qui habitauerint coram domino,erit negotiatio eius,ut
manducent in saturitatem,& uestiantur usq; ad uetustatem. CAP.XXIIII

Desolationem totius orbis describit

ECce dominus dissipabit terrã,& nudabit eam,& affliget faciem eius,& disperget ha/ A
bitatores eius.Et erit sicut populus,sic sacerdos:& sicut seruus,sic dominus eius:& si/
cut ancilla,sic domina eius:sicut emens,sic ille qui uendit:sicut fœnerator,sic is qui mutuum
accipit:sicut qui repetit,sic qui debet.Dissipatione dissipabitur terra,& direptione prædabi
tur.dominus enim locutus est uerbum hoc.Luxit,& defluxit terra,& infirmata est:deflu/
xit orbis,infirmata est altitudo populi terræ.Et terra infecta est ab habitatoribus suis:quia
transgressi sunt leges,mutauerunt ius,dissipauerunt fœdus sempiternum.Propter hoc ma
ledictio uorabit terram,& peccabunt habitatores eius.ideoq; insanient cultores eius,& re/ B
linquentur homines pauci.Luxit uindemia,infirmata est uitis,ingemuerunt omnes qui læ
tabantur corde.Cessauit gaudium tympanorum,quieuit sonitus lætantium,conticuit dul/
cedo citharæ. Cum cantico non bibent uinum,amara erit potio bibentibus illam.Attrita
est ciuitas uanitatis,clausa est omnis domus nullo introeũte.Clamor erit super uino in pla/
teis:deserta est omnis lætitia,translatum est gaudium terrę.Relicta est in urbe solitudo,&
calamitas opprimet portas.Quia hæc erunt in medio terræ,in medio populorum,quo mo
do si paucæ oliuæ quæ remanserunt,excutiantur ex olea,& racemi cum fuerit finita uinde/ C
mia.Hi leuabunt uocem suam,atq; laudabunt:cum glorificatus fuerit dominus,hinnient
de mari.Propter hoc in doctrinis glorificate dominum:in insulis maris nomen domini dei
Israel.A finibus terræ laudes audiuimus,gloriam iusti.Et dixi:Secretum meum mihi,secre
tum meum mihi,uæ mihi:præuaricantes præuaricati sunt,& præuaricatione transgressorũ
præuaricati sunt.Formido & fouea,& laqueus super te qui habitator es terræ.Et erit:qui

Ierem.48 g

fugerit à facie formidinis,cadet in foueã:& qui se explicauerit de fouea,tenebitur laqueo:
quia cataractæ de excelsis apertæ sunt,& concutientur fundamenta terræ.Confractione D
confringetur terra,contritione cõteretur terra,cõmotione commouebitur terra:agitatione
agitabitur terra sicut ebrius,& auferetur quasi tabernaculũ unius noctis:& grauabit eam
iniquitas sua,& corruet,& non adijciet ut resurgat.Et erit:in die illa uisitabit dominus super
militiam cœli in excelso:& super reges terræ qui sunt super terram.Et congregabuntur in
congregatione unius fascis in lacum,& claudentur ibi in carcere:& post multos dies uisita/
buntur.Et erubescet luna,& confundetur sol,cum regnauerit dominus exercituum in mon
te Sion,& in Ierusalem,& in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. CAP.XXV

Gratulatur et uaticiatur uocationẽ gẽtiũ ac extirpationem Moabitarum

DOmine deus meus es tu,exaltabo te,& confitebor nomini tuo:quoniã fecisti mirabi/ A
lia,cogitationes antiquas fideles,amen.Quia posuisti ciuitatem in tumulũ,urbem for
tem in ruinam,domũ alienorũ:ut nõ sit ciuitas,& in sempiternũ non ædificetur.Super hoc
laudabit te populus fortis,ciuitas gentium robustarũ timebit te.Quia factus es fortitudo
pauperi,fortitudo egeno in tribulatione sua,spes à turbine,umbraculum ab æstu. Spiritus B
enim robustorũ quasi turbo impellens parietem.Sicut æstus in siti,tumultũ alienorũ humi
liabis:& quasi calore sub nube torrente propaginem fortiũ marcescere facies.Et faciet dñs
exercituũ omnibus populis in monte hoc,cõuiuium pinguiũ,conuiuiũ uindemiæ,pinguiũ
medullatorũ,uindemiæ defecatæ.Et præcipitabit in monte isto faciem uinculi colligati su/ C
per omnes populos,& telam quã orditus est super omnes nationes.Præcipitabit mortem

Osee 13 c
1 Cor.15

in sempiternũ:& auferet dominus deus lachrymam ab omni facie,& opprobriũ populi sui
auferet de uniuersa terra:quia dominus locutus est.Et dicet in die illa:Ecce deus noster iste,
expectauimus eum,& saluabit nos:iste dominus,sustinuimus eum,& exultabimus,& læta D
bimur in salutari eius.Quia requiescet manus dñi in monte isto:& triturabitur Moab sub
eo,sicut terũtur paleę in plaustro.Et extẽdet manus suas sub eo,sicut extẽdit natãs ad natã
dũ:& humiliabit gloriã eius cum allisione manuũ eius.Et munimẽta sublimiũ murorũ tuo
rum

rum concident,& humiliabuntur,& detrahentur in terram usq; ad puluerem. CAP. XXVI

A IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis nostræ saluator,ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas,& ingrediatur gens iusta,custodiēs ueritatem. Vetus error abijt: seruabis pacem pacem,quia in te sperauimus. Sperastis in domino in seculis æternis,in domino deo forti in perpetuum. Quia incuruabit habitantes in excelso,ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam usq; ad terram,detrahet eam usque ad puluerem. Conculcabit eam pes,pedes pauperis,gressus egenorum. Semita iusti recta est,rectus callis iusti ad ambulandum. Et in semita iudiciorū tuorum domine sustinuimus B te:nomen tuum,& memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte:sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane uigilabo ad te:cum feceris iudicia tua in terra,iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio,& non discet iustitiam facere, in terra sanctorum iniqua gessit:& non uidebit gloriam domini. Domine exaltetur manus tua ut non uideant:uideant,& confundantur zelantes populi,& ignis hostes tuos deuoret. Domine,dabis pacem nobis:omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine deus noster possederunt nos domini absq; te,tantum in te recordemur nominis tui. Morientes C non uiuant,gigantes non resurgant:propterea uisitasti & contriuisti eos,& perdidisti omnem memoriam eorum. Indulsisti genti domine,indulsisti genti:nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. Domine,in angustia requisierunt te,in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sicut quæ concipit,cum appropinquauerit ad partum,dolens clamat in doloribus suis:sic facti sumus à facie tua domine. Concepimus,& quasi parturiuimus,& peperimus spiritum:salutes non fecimus in terra,ideò non ceciderunt habitatores D terræ. Viuent mortui tui,interfecti mei resurgent:expergiscimini,& laudate qui habitatis in puluere:quia ros lucis ros tuus,& terram gigantum detrahes in ruinam. Vade populus meus,intra in cubicula tua,claude ostia tua super te,abscondere modicum ad momētum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim dominus egredietur de loco suo,ut uisitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum:& reuelabit terra sanguinem suum,& non operiet ultrà interfectos suos. CAP. XXVII

Deo fidēdum, qui suos in angustia constitutos sustinet

Ioan. 16 c

Mich. 1 a

A IN die illa uisitabit dominus in gladio suo duro,& grandi & forti,super leuiathan serpentem uectem,& super leuiathan serpentem tortuosum,& occidet cetum qui in mari est. In die illa uinea meri cantabit ei:Ego dominus qui seruo eam,repente propinabo ei:ne forte uisitetur contra eam,nocte & die seruo eam. Indignatio non est mihi:quis dabit me spinam & ueprem in prælio:gradiar super eam,succendā eam pariter? An potius tenebit for- B titudinem meam,faceit pacem mihi,pacem faciet mihi? Qui egrediuntur impetu à Iacob, florebit & germinabit Israel,& implebunt faciem orbis semine. Nunquid iuxta plagā percutientis se,percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius,sic occisus est? In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit,iudicabit eam:meditatus est in spiritu suo per duro diem æstus. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob:& iste omnis fructus ut aufera- C tur peccatum eius,cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos,non stabunt luci & delubra. Ciuitas enim munita desolata erit,speciosa,relinquetur & dimittetur quasi desertum:ibi pascetur uitulus,& ibi accubabit,& consumet summitates eius. In siccitate messes illius conterentur:mulieres uenientes,& docentes eam:non est enim populus sapiens,propterea non miserebitur eius qui fecit eum:& qui formauit eum,non parcet ei. Et D erit:in die illa percutiet dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentem Ægypti,& uos congregabimini unus & unus filij Israel. Et erit:in die illa clangetur in tuba magna,& uenient qui perditi fuerant de terra Assyriorum,& qui eiecti erant de terra Ægypti,& adorabunt dominum in monte sancto Ierusalem. CAP. XXVIII

De perdendo Leuiathan seruādo Israel et uocandis gentibus

Iob 40 b

A VÆ coronæ superbiæ,ebrijs Ephraim,& flori decidenti,gloriæ exultationis eius,qui erant in uertice uallis pinguissimæ errantes à uino. Ecce ualidus & fortis dominus sicut impetus grandinis:turbo confringens,sicut impetus aquarum multarum inundātium & emissarum super terram spatiosam, Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephra-

Quæ pœna Ephraimitas, quæ sacerdotes suo munere abutentes, itē dei & eius ministrorū cōtemptores maneat

Ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super uerticem uallis pingui/um, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit uidens, statim ut B manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit dominus exercituū corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui: & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuer/tentibus de bello ad portam. Verum hi quoq; præ uino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à uino, errauerunt in e/brietate, nescierunt uidentem, ignorauerūt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt uomitu sordiumq;, ita ut non esset ultrà locus. Quem docebit scientiam? & quem intelligere C faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus. Quia manda remanda, manda re/māda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum: cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire. Et erit eis uerbum domini: Man/da remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut uadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Pro/ D pter hoc audite uerbum domini uiri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Ierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pa/ctum. Flagellum inundans cum transierit, non ueniet super nos: quia posuimus mēdacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Idcirco hæc dicit dominus deus: Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in funda/mento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam E in mensura: & subuertet grando spem mendacij: & protectionem, aquæ inūdabunt. Et de/lebitur fœdus uestrum cum morte, & pactum uestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quandocūq; pertransierit, tollet uos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrunq; operire non potest. Sicut enim in monte Diuisionum, stabit dominus: sicut in F ualle quæ est in Gabaon irascetur: ut faciat opus suum, alienū opus eius: ut operetur opus suum, peregrinum opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur uincula uestra. cōsummationem enim & abbreuiationem audiui à domino deo exercituum super uniuersam terram. Auribus percipite, & audite uocem meam. Attēdite & audite eloquium meum: Nunquid tota die arabit arans ut serat, proscindet & sarriet humum suam? Non/ne cum adæquauerit faciem eius, & seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per G ordinem, & hordeum, & milium, & uitiam in finibus suis? Et erudiet illum in iudicio, deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminū cir/cuibit: sed in uirga excutietur gith, & cyminum in baculo. Panis autem cōminuetur: uerum non in perpetuum triturans triturabit illum, neq; uexabit eum rota plaustri, neque ungulis suis comminuet eum. Et hoc à domino deo exercituū exiuit, ut mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

1 Cor. 14 d — *2 Reg. 5 d*

CAPVT XXIX

Indicat Ierusalem suum excidiū ob relicta dei iussa & sectatas hominū traditiones

VÆ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solen/ A nitates euolutæ sunt. Et circūuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Et circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & muni/menta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi Pythonis de terra uox tua, & de humo eloquium tuum mus/sitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo uentilantium te: & sicut fauilla pertrāsiens mul/ B titudo eorum qui contra te præualuerunt: eritq; repente confestim. A domino exercituum uisitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & uoce magna turbinis & tēpestatis, & flam/ma ignis deuorātis. Et erit sicut somnium uisionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus, ua/ C cua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit: & postquàm fuerit expergefactus, las/

Psal. 72 c

sus

ſus adhuc ſitit,& anima eius uacua eſt:ſic erit multitudo omnium gentium quæ dimicaue-runt contra montem Sion. Obſtupeſcite,& admiramini:fluctuate,& uacillate:inebriamini & non à uino:mouemini,& non ab ebrietate:quoniam miſcuit uobis dominus ſpiritum ſo-D poris. Claudet oculos ueſtros:prophetas & principes ueſtros qui uident uiſiones,operiet. Et erit uobis uiſio omnium ſicut uerba libri ſignati:quem cum dederint ſcienti literas,di-cent:Lege iſtum.& reſpondebit:Non poſſum,ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas,diceturque ei:Lege.& reſpondebit,Neſcio literas. Et dixit dominus:Eo quòd appro-pinquat populus iſte ore ſuo,& labijs ſuis glorificat me,cor autem eius longe eſt à me,& ti-E muerunt me mandato hominum & doctrinis:ideò ecce ego addam ut admirationem fa-ciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo.peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Væ qui profundi eſtis corde,ut à domino ab-ſcondatis conſilium,quorum ſunt in tenebris opera,& dicunt:Quis uidet nos?& quis no-uit nos? Peruerſa eſt hæc ueſtra cogitatio:quaſi ſi lutum contra figulum cogitet,& dicat F opus factori ſuo:Non feciſti me.& figmentum dicat factori ſuo:Non intelligis. Nónne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in Charmel,& Charmel in ſaltum repu-tabitur? Et audient in die illa ſurdi uerba libri,& de tenebris & caligine oculi cæcorum uide-bunt. Et addet mites in domino lætitiam,& pauperes homines in ſancto Iſrael exultabũt: quoniam defecit qui præualebat,conſummatus eſt illuſor,& ſucciſi ſunt omnes qui uigila-G bant ſuper iniquitatem,qui peccare faciebant homines in uerbo,& arguẽtem in porta ſup-plantabant,& declinauerunt fruſtra à iuſto. Propter hoc,hæc dicit dominus ad domum Iacob,qui redemit Abraham:Non modò confundetur Iacob,nec modò uultus eius eru-beſcet:ſed cum uiderit filios ſuos,opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes no-men meum,& ſanctificabunt ſanctum Iacob,& deum Iſrael prædicabunt,& ſcient erran-tes ſpiritu intellectum,& muſſitatores diſcent legem.

Abdiæ 1c

CAP. XXX

A VÆ filij deſertores,dicit dominus,ut faceretis conſilium,& non ex me:& ordiremini telam,& non per ſpiritum meum,ut adderetis peccatum ſuper peccatum.qui ambu-latis ut deſcendatis in Ægyptum,& os meum non interrogaſtis,ſperantes auxilium in for-titudine Pharaonis,& habentes fiduciam in umbra Ægypti. Et erit uobis fortitudo Pha-raonis in cõfuſionem,& fiducia umbræ Aegypti in ignominiam. Erant enim in Tani prin-cipes tui,& nuntij tui uſque ad Hanes peruenerunt. Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non poterat:non fuerunt in auxilium,& in aliquam utilitatem,ſed in confuſio-B nem & in opprobrium. Onus iumentorum auſtri. In terra tribulationis & anguſtiæ,leæ-na & leo ex eis,uipera & regulus uolans,portantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas,& ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populum qui eis prodeſſe non pote-rit. Aegyptus enim fruſtra & uanè auxiliabitur: ideò clamaui ſuper hoc: Superbia tan-tum eſt, quieſce. Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exa-ra illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium uſque in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt,& filij mendaces, filij nolentes audire legem dei. Qui dicunt C uidentibus: Nolite uidere. & aſpicientibus: Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt:lo-quimini nobis placentia,uidete nobis errores. Auferte à me uiam,declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Propterea hæc dicit ſanctus Iſrael: Pro eo quod re-probaſtis uerbum hoc,& ſperaſtis in calumnia & in tumultu,& innixi eſtis ſuper eo:pro-pterea erit uobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens,& requiſita in muro excelſo:quo-niam ſubito dum non ſperatur,ueniet contritio eius:& comminuetur ſicut conteritur lage-na figuli contritione perualida:& non inuenietur de fragmentis eius teſta,in qua portetur D igniculus de incendio,aut hauriatur parum aquæ de fouea:quia hæc dicit dominus deus ſanctus Iſrael:Si reuertamini & quieſcatis,ſalui eritis:in ſilentio,& in ſpe erit fortitudo ue-ſtra. Et noluiſtis:& dixiſtis:Nequaquam,ſed ad equos fugiemus.ideò fugietis. Et ſuper ue-loces aſcendemus,ideò ueloces erunt,qui perſequentur uos. Mille homines à facie ter-roris unius:& à facie terroris quinque,fugietis,donec relinquamini quaſi malus nauis in uer-

Increpat populum quod post habito deo apud gentes auxilium quæsierit, & exhortatur ad resipiscentiam, describitque iræ diuinæ seueritatem

Psal. 2 b

tice montis,& quaſi ſignum ſuper collem.Propterea expectat dominus ut miſereatur ue/
ſtri:& ideò exaltabitur parcens uobis:quia deus iudicij dominus:Beati omnes qui expe/
ctant eum. Populus enim Sion habitabit in Ieruſalem,plorans nequaquam plorabis,miſe
rans miſerebitur tui:ad uocem clamoris tui ſtatim ut audierit,reſpondebit tibi.Et dabit uo
bis dominus panem arctum,& aquam breuem.Et non faciet auolare à te ultrà doctorem E
tuum:& erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum,& aures tuæ audiēt uerbum poſt ter
Deut.4 a gum monentis.Hæc eſt uia,ambulate in ea:& non declinetis neq; ad dexteram,neque ad
ſiniſtram.Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui,& ueſtimentum conflatilis auri
tui,& diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ.Egredere,dices ei.Et dabitur pluuia ſe/
mini tuo ubicunq; ſeminaueris in terra,& panis frugum terræ erit uberrimus & pinguis.pa
ſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpatioſe:& tauri tui,& pulli aſinorum qui operan
tur terram,commiſtum migma comedent ſicut in area uentilatum eſt.Et erunt ſuper om/
nem montem excelſum,& ſuper omnem collem eleuatum riui currētium aquarum in die F
interfectionis multorum cum ceciderint turres.Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis,& lux ſolis
erit ſeptempliciter,ſicut lux ſeptem dierū in die qua alligauerit dominus uulnus populi ſui,
& percuſſuram plagæ eius ſanauerit.Ecce nomen domini uenit de longinquo,ardens fu/
ror eius,& grauis ad portandum:labia eius repleta ſunt indignatione,& lingua eius quaſi
ignis deuorans.Spiritus eius uelut torrens inundans uſq; ad medium colli,ad perdendas
gentes in nihilum,& frenum erroris quod erat in maxillis populorum.Canticum erit uo/
bis ſicut nox ſanctificatæ ſolennitatis,& lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia ut intret in
montem domini ad fortem Iſrael.Et auditam faciet dominus gloriam uocis ſuæ,& terro/ G
rem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris,& flamma ignis deuorantis:allidet in
turbine & in lapide grandinis.A uoce enim domini pauebit Aſſur uirga percuſſus.Et erit
tranſitus uirgæ fundatus,quam requieſcere faciet dominus ſuper eum in tympanis & ci/
tharis:& in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophet, à rege
præparata,profunda & dilatata.Nutrimenta eius ignis & ligna multa,flatus domini ſicut
torrens ſulphuris ſuccendens eam. CAP. XXXI

Idē agit quod in præcedenti & monet ut ad deū confu/giant fideliſſi/mū ptectorē

VÆ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxiliū,in equis ſperantes,& habentes fiduciam A
ſuper quadrigis,quia multæ ſunt:& ſuper equitibus quia præualidi nimis:& non ſunt
confiſi ſuper ſanctum Iſrael,& dominum non requiſierunt. Ipſe autem ſapiēs adduxit ma
lum,& uerba non abſtulit.Et conſurget contra domum peſſimorum,& contra auxilium
operantium iniquitatem.Ægyptus,homo,& non deus:& equi eorum,caro,& nō ſpiritus. B
Et dominus inclinabit manum ſuam,& corruet auxiliator,& cadet cui præſtatur auxilium,
Gen.49 b ſimulq; omnes conſumentur.Quia hæc dicit dominus ad me:Quomodo ſi rugiat leo,&
catulus leonis ſuper prædam ſuam,cum occurrerit ei multitudo paſtorum,à uoce eorum
non formidabit,& à multitudine eorum non pauebit:ſic deſcendet dominus exercituum C
ut prælietur ſuper montem Sion,& ſuper collem eius.Sicut aues uolantes,ſic proteget do/
minus exercituum Ieruſalem,protegens & liberans,tranſiens & ſaluans.Conuertimini ſi/
cut in profundum receſſeratis filij Iſrael.In die enim illa abijciet uir idola argenti ſui,& ido
la auri ſui,quæ fecerunt uobis manus ueſtræ in peccatum.Et cadet Aſſur in gladio non ui/ D
ri,& gladius non hominis uorabit eum:& fugiet non à facie gladij,& iuuenes eius uectiga/
les erunt:& fortitudo eius à terrore tranſibit,& pauebunt fugientes principes eius:dixit do
minus,cuius ignis eſt in Sion,& caminus eius in Ieruſalem. CAP. XXXII

De imperio regis iuſtitiæ

ECce in iuſtitia regnabit rex,& principes in iudicio præerunt.Et erit uir ſicut qui abſcon A
ditur à uento,& celat ſe à tempeſtate,ſicut riui aquarum in ſiti,& umbra petræ promi
nentis in terra deſerta.Non caligabunt oculi uidentium,& aures audientium diligenter au/
ſcultabunt.Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam,& lingua balborum uelociter loquetur&
plane.Non uocabitur ultrà is qui inſipiens eſt,princeps:neque fraudulentus appellabitur
maior.Stultus enim fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatem,ut perficiat ſimulationē, B
& loquatur ad dominum fraudulenter,& uacuam faciat animam eſurientis, & potum ſi/
tienti

tienti auferat. Fraudulenti uasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Princeps uerò, ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit. Mulieres opulentæ surgite, & audite uocem meam: filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies & annum uos conturbabimini confidentes: consummata est enim uindemia, collectio ultrà non ueniet. Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes: exuite uos, & confundimini, accingite lumbos uestros. Super ubera plangite, super regione desiderabili, super uinea fertili. Super humum populi mei spinæ & uepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelso: & erit desertum in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini.

CAP. XXXIII

Etiã eos fore puniẽdos qui alios puniuerint, ostendit, & opem diuinam implorat

VÆ qui prædaris, nónne & ipse prædaberis? & qui spernis, nónne & ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis. cum fatigatus desieris cõtemnere, contẽneris. Domine, miserere nostri: te enim expectauimus. esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. A uoce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes: Et congregabuntur spolia uestra sicut colligitur bruchus, uelut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est dominus, quoniam habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia & scientia: timor domini ipse est thesaurus eius. Ecce, uidẽtes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt. Dissipatæ sunt uiæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obsurduit: & factus est Saron sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus. Nunc consurgam dicit dominus, nunc exaltabor, nunc subleuabor. Concipietis ardorem, & parietis stipulam: spiritus uester ut ignis uorabit uos. Et erunt populi quasi de incẽdio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. Audite qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite uicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? quis habitauit ex uobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitijs & loquitur ueritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum. Iste in excelsis habitabit, munimẽta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore suo uidebunt oculi eius, cernẽt terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem: ubi est literatus? ubi est legis uerba ponderans? ubi est doctor paruulorum? Populum imprudẽtem non uidebis, populum alti sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia. Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ. Oculi tui uidebunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia solummodo ibi magnificus est dominus noster: locus fluuiorũ riui latissimi, & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster: ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebũt: sic erit malus tuus, ut dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam: nec dicet uicinus, Elangui. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

1 Cor. 1

CAP. XXXIIII

Gẽtibus suam calamitatẽ futuram uaticinatur

ACcedite gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. Quia indignatio domini super omnes gentes, & furor super uniuersam

uersam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor. Tabescent montes à sanguine eorum, & tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit foliũ de uinea & de ficu: quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. Ecce super Idumæam descendet, & super populũ interfectionis meæ ad iudicium. Gladius B domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, de sanguine medullatorũ arietum: uictima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent unicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: quia dies ultionis domini, annus retributionum iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem, nocte & die non extinguetur. In sempiternum ascendet C fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam. Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius: & ibis, & coruus habitabũt in ea. Et extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur in domibus eius spinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum & pascua struthionum. Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilo D sus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in umbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini, & legite: unum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: usq; in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea. CAP. XXXV

Deut. 28

Obscure adũbratur uocatio gentiũ & Christi aduentus

LÆtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans A germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi uidebunt gloriam domini, & decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, nolite timere. ecce B deus uester ultionem adducet retributionis: deus ipse ueniet, & saluabit uos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus. & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ C erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur uiror calami & iunci. Et erit ibi semita & uia, & uia sancta uocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambula D bunt qui liberati fuerint. Et redempti à domino, conuertentur & uenient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. CAPVT XXXVI

Dũ oppugnaret Hierusalẽ Sennacherib, Rabsaces Iudæis deditionẽ blasphemis uerbis persuadere conatur

ET factum est: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assy- A riorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in uia agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs. Et dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, Quæ est ista fiducia qua confidis? aut quo consilio uel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum super B Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Quòd si responderis mihi, In domino deo nostro confidimus: nónne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum: & quo-

modo

modo sustinebis faciem iudicis unius loci ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Ægypto, in quadriga & in equitibus: & nunc nũquid sine domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam. Et dixit Eliacim & Sobna & Ioahe ad Rabsacen: Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rabsaces: Nunquid ad dominum tuum & ad te, misit me dominus meus, ut loquerer omnia uerba ista: & non potius ad uiros qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, & bibant urinam pedum suorum uobiscum? Et stetit Rabsaces, & clamauit uoce magna Iudaicè, & dixit: Audite uerba regis magni, regis Assyriorum: Hæc dixit rex, Non seducat uos Ezechias, quia non poterit eruere uos: & non uobis tribuat fiduciam Ezechias super domino, dicens: Eruens liberabit nos dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite unusquisque uineam suam, & unusquisq; ficum suam: & bibite unusquisq; aquam cisternæ suæ, donec ueniam & tollam uos ad terram, quæ est ut terra uestra, terram frumẽti & uini, terram panum & uinearum. Nec conturbet uos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium unusquisq; terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est deus Emath & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus dijs terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, ut eruat dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei uerbum. Mandauerat enim eis rex, dicens: Ne respondeatis ei. Et ingressus est Eliacim filius Helciæ qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis uestibus, & nuntiauerunt ei uerba Rabsacis.

CAP. XXXVII

Ezechias obsessa Ierusalẽ consultat Isaiã & orat à domino ultionẽ blasphemiæ: sternitur exercitus eius ab angelo, et ipse interficitur à filijs

ET factum est, cum audisset rex Ezechias, scidit uestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum domini. Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam filium Amos prophetam, & dixerunt ad eum: Hæc dixit Ezechias, Dies tribulationis & correptionis & blasphemiæ, dies hæc: quia uenerunt filij usque ad partum, & uirtus non est pariendi. Si quo modo audiat dominus deus tuus uerba Rabsacis, quem misit rex Assyriorũ dominus suus ad blasphemandum dominum deum uiuentem, & exprobrandum sermonibus quos audiuit dominus deus tuus: leua ergo orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. Et uenerunt serui regis Ezechiæ ad Isaiam, & dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis domino uestro, Hæc dicit dominus, Ne timeas à facie uerborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce, ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum præliãtem aduersus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Egressus est ut pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, dicentes: Non te decipiat deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Ierusalem in manu regis Assyriorum. Ecce, tu audisti omnia quæ fecerũt reges Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid eruerunt eos dij gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam & Haran & Reseph, & filios Eden qui erant in Thalassar? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sepharuaim, Ana & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum domini, & expandit eos Ezechias coram domino. Et orauit ad dominum, dicens: Domine exercituum deus Israel, qui sedes super cherubim: tu es deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cœlum & terram. Inclina domine aurem tuam, & audi: aperi domine oculos tuos, & uide, & audi omnia uerba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum deum uiuentem. uerè enim domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum. Et dederunt deos earum igni: non enim erant dij, sed opera manuum hominum, lignum & lapis, & comminuerunt eos. Et

4 Reg. 19 a

4 Reg. 17 a

nunc domine deus noster salua nos de manu eius:& cognoscant omnia regna terræ,quia tu es dominus solus. Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam,dicens:Hæc dicit dominus deus Israel,Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum,hoc est uerbũ quod locutus est dominus super eum:Despexit te,& subsannauit te,uirgo filia Sion:post te caput mouit filia Ierusalem.Cui exprobrasti,& quem blasphemasti,& super quem exaltasti E uocem tuam,& leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad sanctum Israel:in manu seruorum tuorum exprobrasti domino. Et dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi in altitudinem montium iuga Libani:& succidam excelsa cedrorum eius,& electas abietes illius,& introibo altitudinem summitatis eius,saltum carmeli eius.Ego fodi,& bibi aquam,& exiccaui uestigio pedis mei omnes riuos aggerum.Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei?ex diebus antiquis ego plasmaui illud:& nunc adduxi,& factum est in era dicationem collium compugnantium,& ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt & confusi sunt:facti sunt sicut fœnum agri,& gramen pascuę, & herba tectorum quæ exaruit antequàm maturesceret.Habitationem tuam,& egressum F tuum,& introitum tuum ego cognoui,& insaniam tuam contra me.Cum fureres aduersum me,superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis,& frenum in labijs tuis,& reducam te in uiam per quam uenisti.Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur,& in anno secundo pomis uescere:in anno autem tertio seminate & metite,& plantate uineas,& comedite fructum earum.Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda,& quod reliquum est,mittet radicem deorsum,& faciet fructum sursum:quia de Ierusalem exibunt reliquiæ,& saluatio de monte Sion:zelus domini exercituum faciet istud. Propterea hæc dicit dominus de rege Assyriorum.Non intrabit ciuitatem hanc,& non iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus,& non G mittet in circuitu eius aggerem.In uia qua uenit,per eam reuertetur,& ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dominus. Et protegam ciuitatem istam,ut saluem eam propter me,& propter Dauid seruum meum. Egressus est autem angelus domini,& percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinq; millia.Et surrexerunt mane,& ecce omnes cadauera mortuorum.Et egressus est,& abijt:& reuersus est Sennacherib rex Assyriorum,& habitauit in Niniue. Et factum est,cum adoraret in templo Nesroch deum suum,Adramelech,& Sarasar filij eius percusserunt eum gladio,fugeruntq; in terram Ararat,& regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII

Ezechiæ ægrotanti nuntiat Isaias mortẽ instare,addit ei quindecim annos dominus, & restituit eum sanitati,cui gratulatoriũ carmen canit

4 Reg.20 a
2 Par.32 f

IN diebus illis ægrotauit Ezechias usque ad mortem:& introiuit ad eum Isaias filius A Amos propheta,& dixit ei:Hæc dicit dominus,Dispone domui tuæ,quia morieris tu, & non uiues.Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem,& orauit ad dominum,& dixit:Obsecro domine,memento quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate,& in corde perfecto,& quod bonum est in oculis tuis fecerim.Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est uerbum domini ad Isaiam,dicens: Vade,& dic Ezechię,Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui,Audiui orationem tuam,& uidi lachrymas tuas.ecce,ego adijciam super dies tuos quindecim annos,& de manu regis Assyriorũ eruam te & ciuitatem istam, & protegam eam.Hoc autem tibi erit signum à domino,quia faciet dominus uerbum hoc B quod locutus est:Ecce ego reuerti faciam umbram linearum,per quas descenderat in horologio Achaz in sole,retrorsum decem lineis.Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

Scriptura Ezechiæ regis Iuda cum ægrotasset,& conualuisset de infirmitate sua:

Ego dixi, In dimidio dierum meorum uadam ad portas inferi:quæsiui residuum annorum meorum.

Dixi,Non uidebo dominum deum in terra uiuentium,non aspiciam hominem ultrà & habitatorem quietis. C

Generatio mea ablata est:& conuoluta est à me,quasi tabernaculũ pastorũ:præcisa est elut à texente,uita mea:dũ adhuc ordiret,succidit me:de mane usq; ad uesperã finies me.

Spera

Sperabam uſque ad mane,quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea: de mane uſque ad ueſperam finies me.

Sicut pullus hirundinis ſic clamabo,meditabor ut columba:attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum:domine uim patior,ſponde pro me.

Quid dicam,aut quid reſpondebit mihi,cum ipſe fecerit?recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

D Domine ſi ſic uiuitur,& in talibus uita ſpiritus mei,corripies me,& uiuificabis me.

Ecce,in pace,amaritudo mea amariſſima:tu autem eruiſti animam meam ut non periret,proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi,neque mors laudabit te:non expectabunt qui deſcendunt in lacum,ueritatem tuam. *Pſal. 6.87.113*

Viuens,uiuens ipſe confitebitur tibi,ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet ueritatem tuam.

Domine ſaluum me fac,& pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus uitæ noſtræ in domo domini.

Et iuſſit Iſaias ut tolleret maſſam de ficis,& cataplaſmaret ſuper uulnus eius,& ſanaretur. Et dixit Ezechias:Quod erit ſignum,quia aſcendam in domum domini. CAP. XXXIX

Ezechias commonſtrās Merodach legatis ſuos theſauros oſtendit deum,& prædicitur ei captiuitas Ieroſolymæ

4 Reg. 20 c

A IN tempore illo miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis,libros & munera ad Ezechiam:audierat enim quòd ægrotaſſet,& conualuiſſet. Lætatus eſt autem ſuper eis Ezechias,& oſtendit eis cellam aromatum & argenti & auri & odoramentorum & unguenti optimi,& omnes apothecas ſupellectilis ſuæ,& uniuerſa quæ inuenta ſunt in theB ſauris eius. Non fuit uerbum quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua,& in omni poteſtate ſua.Introiuit autem Iſaias propheta ad Ezechiam regem,& dixit ei:Quid dixerunt uiri iſti,& unde uenerunt ad te?Et dixit Ezechias:De terra longinqua uenerūt ad me de Babylone.Et dixit:Quid uiderunt in domo tua?Et dixit Ezechias:Omnia quæ in doC mo mea ſunt,uiderunt:non fuit res quam non oſtenderim eis in theſauris meis. Et dixit Iſaias ad Ezechiam,Audi uerbum domini exercituum: Ecce dies uenient,& auferentur omnia quæ in domo tua ſunt,& quæ theſaurizauerunt patres tui uſque ad diem hanc,in Babylonem:non relinquetur quicquam,dicit dominus.Et de filijs tuis qui exibunt de te, D quos genueris,tollent,& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Iſaiam:Bonum uerbum domini quod locutus eſt.Et dixit:Fiat tantum pax & ueritas in diebus meis. CAPUT XL

Prophetat aduentum liberationis & ſalutis,ac inuitat ad pœnitētiā, minaturq; diram niſi reſipuerint

A CONſolamini,conſolamini popule meus,dicit deus ueſter.Loquimini ad cor Ieruſalem,& aduocate eam:quoniam completa eſt militia eius,dimiſſa eſt iniquitas illius: Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Parate uiam domini,rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Omnis uallis exaltabitur,& omnis mons & collis humiliabitur,& erunt praua in directa,& aſpera in uias planas. B Et reuelabitur gloria domini,& uidebit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt. Vox dicentis:Clama. Et dixi:Quid clamabo?Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius quaſi flos agri.Exiccatum eſt fœnum,& cecidit flos,quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus:exiccatum eſt fœnum,& cecidit flos:uerbum autem dei noſtri manet in æternum. Super montem excelſum aſcende tu quæ euangelizas Sion:exalta in C fortitudine uocem tuam,quæ euangelizas Ieruſalem:exalta,noli timere.Dic ciuitatibus Iudæ:Ecce deus ueſter:ecce dominus deus in fortitudine ueniet,& brachium eius dominabitur.Ecce,merces eius cum eo,& opus illius coram illo.Sicut paſtor,gregem ſuum paſcet:in brachio ſuo congregabit agnos,& in ſinu ſuo leuabit:fœtas ipſe portabit.Quis menſus eſt pugillo aquas,& cœlos palmo ponderauit?Quis appendit tribus digitis molem terræ,& li D brauit in pondere montes,& colles in ſtatera?Quis adiuuit ſpiritum domini?aut quis conſiliarius eius fuit,& oſtendit illi?Cum quo inijt conſilium,& inſtruxit eum,& docuit eum ſemitam iuſtitiæ,& erudiuit eum ſcientia,& uiam prudentię oſtendit illi?Ecce,gentes quaſi

stilla situlæ,& quasi momentum stateræ reputatæ sunt:ecce insulæ quasi puluis exiguus. Et Libanus non sufficiet ad succendēdum,& animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint,sic sunt coram eo,& quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Cui ergo similem fecistis deum? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile con flabit faber? aut artifex auro figurabit illud,& laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit:artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. Nunquid non scietis? nunquid non audietis? nunquid non annuntiatum est uobis ab initio? nunquid non intellexistis fundamenta terræ? Qui sedet super gyrum terræ,& habitatores eius sunt quasi locustæ:qui extendit uelut nihilum cœlos,& expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint,iudices terræ uelut inane fecit:equidem neq; plantatos,neque satos,neq; radicato in terra trunco eorum:repente flauit in eos,& aruerunt,& turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me,& adæquastis,dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos uestros,& uidete quis creauit hæc:qui educit in numero militiam eorum,& omnes ex nomine uocat:præ multitudine fortitudinis & roboris,uirtutisq; eius,neq; unum reliquum fuit. Quare dicis Iacob,& loqueris Israel: Abscondita est uia mea à domino,& à deo meo iudicium meum transiuit? Nunquid nescis,aut non audisti,deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet,neq; laborabit,neq; est inuestigatio sapientiæ eius? Qui dat lasso uirtutem: & his qui non sunt,fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri,& laborabunt,& iuuenes in infirmitate cadent, Qui autem sperant in domino,mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ,current & non laborabunt,ambulabunt & non deficient.

CAPVT XLI.

Disceptatio tanquā coram iudice, qua & Iudæis & gentibus suam ingratitudinem erga deum exprobrat

TAceant ad me insulæ,& gentes mutent fortitudinem:accedant,& tunc loquantur,simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum,uocauit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu eius gentes,& reges obtinebit:dabit quasi puluerem gladio eius,sicut stipulam uento raptam arcui eius. Persequetur eos,transibit in pace,semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est & fecit,uocans generationes ab exordio? Ego dominus,primus & nouissimus ego sum. Viderunt insulæ,& timuerunt:extrema terræ obstupuerunt,& appropinquauerunt, & accesserunt. Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur,& fratri suo dicet:Confortare. Confortauit faber ærarius percutiens malleo,eum qui cudebat tunc temporis,dicens glutino: Bonum est:& confortauit eum clauis,ut non moueatur. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi,semen Abraham amici mei,in quo apprehendi te ab extremis terræ,& à longinquis eius uocaui te,& dixi tibi:Seruus meus es tu,elegi te,& non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum : ne declines,quia ego deus tuus:confortaui te,& auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera iusti mei. Ecce,confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te:erunt quasi non sint,& peribunt uiri qui contradicunt tibi. Quæres eos,& non inuenies:uiros rebelles tuos,& erunt quasi non sint:& ueluti consumptio, homines bellantes aduersum te:Quia ego dominus deus tuus apprehendens manum tuam,dicensq; tibi:Ne timeas,ego adiuui te. Noli timere uermis Iacob,qui mortui estis ex Israel:ego auxiliatus sum tibi,dicit dominus & redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum,habens rostra serrantia:triturabis montes & comminues:& colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos,& uentus tollet eos,& turbo disperget eos:& tu exultabis in domino, & in sancto Israel lætaberis. Egeni & pauperes quærunt aquas,& non sunt:lingua eorum siti aruit. Ego dominus exaudiam eos,deus Israel nō derelinquam eos. Aperiam in supremis collibus flumina,& in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum , & terram inuiam in riuos aquarum . Dabo in solitudinem cedrum & spinam & myrtum & lignum oliuæ:ponam in deserto abietem,ulmum & buxum simul: Vt uideant,& sciant,& recogitent,& intelligant pariter, quia manus domini fecit hæc,& sanctus Israel creauit illud. Prope facite iudicium uestrum,dicit dominus:afferte,si quid fortè habetis,dixit rex Iacob. Accedant,& nuntient nobis quæcunque uentura sunt:

Isa.35 & 43

priora

priora quæ fuerunt,nũtiate:& ponemus cor nostrum,& sciemus nouissima eorum,& quæ uentura sunt,indicate nobis. Annuntiate quæ uentura in futurum,& sciemus quia dij estis uos.Bene quoq; aut male,si potestis,facite:& loquamur,& uideamus simul.Ecce,uos estis ex nihilo,& opus uestrum ex eo quod non est:abominatio est qui elegit uos. Suscitaui ab G aquilone,& ueniet,ab ortu solis uocabit nomen meũ,& adducet magistratus quasi lutum, & uelut plastes conculcans humum. Quis annuntiauit ab exordio,ut sciamus:& à principio,ut dicamus,Iustus es? Non est annuntians,neq; prædicens,neq; audiens sermones uestros. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum,& Ierusalem euangelistam dabo. Et uidi,& non erat ex istis quisquam qui iniret consilium,& interrogatus responderet uerbum. Ecce omnes iniusti,& uana opera eorum,uentus & inane simulachra eorum. CAP. XLII

Christi aduentus et maiestas exprimitur, ac incredulis Iudæis minæ graues occinuntur

A ECce seruus meus,suscipiam eum:electus meus,complacuit sibi in illo anima mea:dedi spiritum meum super eum,iudicium gẽtibus proferet. Non clamabit,neq; accipiet personam,nec audietur uox eius foris. Calamum quassatum non conteret,& linum fumigans non extinguet:in ueritate educet iudicium. Non erit tristis,neque turbulentus,donec ponat in terra iudicium:& legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit dominus deus creans cœlos,& extendens eos:firmans terram,& quæ germinant ex ea:dans flatum populo qui est super eam,& spiritum calcantibus eam. Ego dominus uocaui te in iustitia,& apprehendi manum tuam,& seruaui te. Et dedi te in fœdus populi,in lucem gentium:ut aperires oculos cæcorum,& educeres de conclusione uinctum,de domo carceris sedentes in tenebris. B Ego dominus,hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo,& laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt,ecce uenerunt:noua quoq; ego annuntio:antequàm oriantur audita uobis faciam. Cantate domino canticum nouum,laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare,& plenitudo eius:insulæ,& habitatores earum. Lætetur desertum, & ciuitates:in domibus habitabit Cedar:laudate habitatores Petræ,de uertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam & laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur,sicut uir præliator suscitabit zelum:uociferabitur,& clamabit:super inimicos C suos confortabitur. Tacui semper,silui,patiens fui,sicut parturiens loquar:dissipabo,& absorbebo simul. Desertos faciam montes & colles,& omne gramen eorum exiccabo:& ponam flumina in insulas,& stagna arefaciam. Et educam cæcos in uiam quam nesciunt:& in semitis quas ignorauerunt,ambulare eos faciam:ponam tenebras coram eis in lucem,& praua in recta. hæc uerba feci eis,& non dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum:cõfundantur confusione,qui confidunt in sculptili,qui dicunt conflatili: Vos dij nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad uidendum. Quis cæcus,nisi seruus meus? & surdus,nisi ad quem nuntios meos misi? quis cæcus,nisi qui uænundatus est? & quis cæcus,nisi seruus domini? Qui D uides multa,nónne custodies? qui apertas habes aures,nónne audies? Et dominus uoluit ut sanctificaret eum,& magnificaret legem,& extolleret. Ipse autem populus direptus,& uastatus:laqueus iuuenum omnes,& in domibus carcerum absconditi sunt:facti sunt in rapinam,nec est qui eruat:in direptionẽ,nec est qui dicat, redde. Quis est in uobis qui audiat hoc,attendat,& auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob,& Israel uastantibus? nónne dominus ipse,cui peccauimus? Et noluerunt in uijs eius ambulare & non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignationem furoris sui,& forte bellum:& combussit eum in circuitu,& non cognouit:& succendit eum,& non intellexit. CAP. XLIII

Nuntiatur salus futura & uocatio gẽtiũ, ac cõfirmatur eum qui uẽturus est uerum esse deũ,inuitatq; ut ei credant

A ET nunc hæc dicit dominus creans te Iacob,& formans te Israel: Noli timere,quia redemi te,& uocaui nomine tuo:meus es tu. Cum transieris per aquas,tecum ero,& flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne non combureris,& flamma nõ ardebit in te:quia ego dominus deus tuus sanctus Israel saluator tuus,dedi propitiationẽ tuam Ægyptum,Æthiopiam & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis,& gloriosus:ego dilexi te,& dabo homines pro te,& populos pro anima tua. Noli timere,quia ego tecum sum:ab oriente adducam semen tuum,& ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni,Da.& austro,Noli prohibere,affer filios meos de lõginquo,& filias meas ab extremis

terræ

terræ. Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, B & feci eum. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in uobis annũtiet istud, & quæ prima sunt, audire nos faciet? Dent testes eorum, & iustificentur, & audiant, & dicant: Verè. Vos testes mei, dicit dominus, & seruus meus quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formator deus, & post me non erit. Ego sum, ego sum dominus, & non est absq; me saluator. Ego annuntiaui, & saluaui: auditum feci, & nõ fuit in uobis alienus. Vos testes mei, dicit dominus, & ego deus. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? Hæc dicit dominus redemptor uester sanctus Israel: Propter uos emisi in Babylonẽ, & detraxi uectes uniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. Ego dominus sanctus uester, creans Israel rex uester. Hæc dicit dominus, qui dedit in mari uiam, & in aquis torrentibus semitam. Qui eduxit quadrigam & equum: agmen robustumq; simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, utiq; cognoscetis ea: ponam in deserto uiam, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo. Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel: Non D obtulisti mihi arietem holocausti tui, & uictimis tuis non glorificasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. Non emisti mihi argento calamum, & adipe uictimarum tuarum non inebriasti me. Verũtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. Et contaminaui principes sanctos, & dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

Osee 13 b

CAP. XLIIII

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi: Hæc dicit dominus faciens & for- A mans te, ab utero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritũ meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabũt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet: Domini ego sum, & ille uocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua, domino, & in nomine Israel assimilabitur. Hæc dicit dominus rex Israel, & redemptor eius dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est deus. Quis similis mei? uocet & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: uentura & quæ futura sunt, annuntient eis. Nolite timere, neq; conturbemini: extunc audire te feci, & annuntiaui: uos estis testes mei. nun B quid est deus absq; me, & formator quẽ ego non nouerim? Plastæ idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorũ non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum quia non uident neq; intelligunt, ut confundantur. Quis formauit deũ, & sculptile conflauit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquã, & lassescet. Artifex lignarius extendit normã, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud: & fecit imaginẽ uiri quasi speciosum hominẽ habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus. C Plantauit pinum, quã pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum. sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit: Vah, calefactus sum, uidi focum. Reliquum autem eius deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat

Indicat Iudæis cur in eorũ possessionẽ admissæ sint gentes, & describit idolorũ uanitatem

Sap. 13 e

adorat illud,& obsecrat,dicens:Libera me,quia deus meus es tu. Nescierunt,neq; intelle/xerunt:obliti enim sunt,ne uideant oculi eorum,& ne intelligāt corde suo.Non recogitant in mente sua,neq; cognoscunt,neq; sentiunt,ut dicant,Medietatem eius combussi igni,& coxi super carbones eius panes:coxi carnes & comedi,& de reliquo eius idolum faciam,an te truncum ligni procidam:Pars eius cinis est:cor insipiens adorabit illud,& non liberabit animam suam:neq; dicet,Fortè mendacium est in dextera mea. Memento horum Iacob D & Israel,quoniam seruus meus es tu.formaui te,seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei.Deleui ut nubem iniquitates tuas,& quasi nebulam peccata tua:reuertere ad me,quo/niam redemi te.Laudate cœli,quoniā fecit dominus:iubilate extrema terræ:resonate mon tes laudationem,saltus & omne lignum eius:quoniam redemit dominus Iacob,& Israel gloriabitur.Hæc dicit dominus redemptor tuus,& formator tuus ex utero:Ego sum domi nus faciens omnia,extendens cœlos solus,stabiliens terram,& nullus mecum.Irrita faciens signa diuinorum,& ariolos in furorem uertens.Conuertens sapientes retrorsum:& scien/tiam eorum stultam faciens. Suscitans uerbum serui sui,& consilium nuntiorum suorum complens.Qui dico Ierusalem,Habitaberis:& ciuitatibus Iudæ:ædificabimini,& deserta eius suscitabo.Qui dico profundo:Desolare,& flumina tua arefaciam.Qui dico Cyro:Pa stor meus es:& omnem uoluntatem meam complebis.Qui dico Ierusalem:Ædificaberis. & templo,Fundaberis.

Rom.11 d

CAPVT XLV

De restituendo Israel, & uero deo certo futurorum uate

A HÆc dicit dominus christo meo Cyro,cuius apprehendi dexteram,ut subijciam ante faciem eius gētes,& dorsa regum uertam,& aperiam coram eo ianuas,& portæ non claudentur.Ego ante te ibo:& gloriosos terræ humiliabo:portas æreas conteram,& uectes ferreos confringam.Et dabo tibi thesauros abscōditos,& arcana secretorum:ut scias quia ego dominus qui uoco nomen tuum deus Israel.propter seruum meum Iacob,& Israel ele ctum meum,& uocaui te nomine tuo:assimilaui te,& non cognouisti me.Ego dominus,& non est amplius:extra me non est deus:accinxi te,& non cognouisti me:ut sciant hi qui ab ortu solis,& qui ab occidente,quoniam absque me non est.Ego dominus,& non est alter: B formans lucem,& creans tenebras:faciens pacem,& creans malum:ego dominus faciens omnia hæc.Rorate cœli desuper,& nubes pluant iustum:aperiatur terra,& germinet salua torem:& iustitia oriatur simul.ego dominus creaui eum.Væ qui contradicit factori suo,te sta de samijs terræ.nunquid dicet lutum figulo suo:Quid facis,& opus tuum absque mani bus est?Væ qui dicit patri:Quid generas?& mulieri,Quid parturis?Hæc dicit dominus sanctus Israel plastes eius:Ventura interrogate me:super filios meos,& super opus ma/nuum mearum mandate mihi.Ego feci terram:& hominem super eam creaui:ego,manus meæ tetenderunt cœlos,& omni militiæ eorum mandaui.Ego suscitaui eum ad iustitiam, C & omnes uias eius dirigam.Ipse ædificabit ciuitatem meam,& captiuitatem meam dimit/tet,non in pretio,neq; in muneribus,dicit dominus deus exercituū.Hæc dicit dominus:La bor Ægypti & negotiatio Æthiopię,& Sabaim uiri sublimes ad te transibunt,& tui erunt. Post te ambulabunt,uincti manicis pergent,& te adorabunt,teq; deprecabuntur:Tan/tum in te est deus,& non est absque te,deus Israel. Verè tu es deus absconditus,deus Isra/el saluator.Confusi sunt,& erubuerunt omnes:simul abierunt in confusionem fabricato/res errorum.Israel saluatus est in domino salute æterna:non confundemini & non erube/scetis usque in seculum seculi:quia hæc dicit dominus creans cœlos,ipse deus formans ter/D ram,& faciens eam,ipse plastes eius:non in uanum creauit eam:ut habitetur formauit eam.ego dominus,& non est alius.Non in abscondito locutus sum,in loco terræ tenebro/so. Non dixi semini Iacob:Frustra quærite me.ego dominus loquens iustitiam, annun/tians recta.Congregamini,& uenite,& accedite simul qui saluati estis ex gentibus:nescie/runt qui leuant lignum sculpturæ suæ,& rogant deum non saluantem.Annuntiate & ue/nite,& consiliamini simul:quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud?nunquid non ego dominus,& non est ultra deus absque me?Deus iustus & saluans non est,præter me.Conuertimini ad me,& salui eritis omnes fines terræ:quia ego deus,& non est alius.

Ierem.18 a

In me/

In memetipso iuraui,egredietur de ore meo iustitiæ uerbum,& non reuertetur:quia mihi curuabitur omne genu,& iurabit omnis lingua.Ergo in domino,dicet,meæ sunt iustitiæ & imperium:ad eum uenient,& confundentur omnes qui repugnant ei.In domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

CAP. XLVI

Idolorum uanitas,& ueri dei magnificẽtia

Confractus est Bel,cõtritus est Nabo:facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis,onera uestra,graui pondere usq; ad lassitudinem.Contabuerunt,& contrita sunt simul:non potuerunt saluare portantem,& anima eorum in captiuitatem ibit.Audite me domus Iacob,& omne residuum domus Israel,qui portamini à meo utero,qui gestamini à mea uulua. Vsq; ad senectam ego ipse,& usq; ad canos ego portabo:ego feci,& ego feram:ego portabo,& saluabo.Cui assimilastis me,& adæquastis & comparastis me,& fecistis similem?Qui confertis aurum de sacculo,& argentum in statera ponderatis:conducentes aurificem,ut faciat deum:& procidunt & adorant.Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo,& stabit,ac de loco suo non mouebitur.Sed & cum clamauerint ad eum,non audiet:de tribulatione non saluabit eos,Mementote istud,& confundamini: redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi,quoniam ego sum deus,& non est ultrà deus,nec est similis mei:annuntians ab exordio nouissimum,& ab initio quæ necdum facta sunt,dicens:Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet: Vocans ab oriente auem,& de terra longinqua uirum uoluntatis meæ.Et locutus sum,& adducam illud:creaui,& faciam illud.Audite me duri corde,qui longe estis à iustitia.Prope feci iustitiam meam,non elongabitur:& salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem,& in Israel gloriam meam.

CAP. XLVII

Babylonis excidium uaticinatur,nec posse eis auxiliari sua idola

Descende,sede in puluere uirgo filia Babylon,sede in terra:non est solium filiæ Chaldæorum,quia ultrà non uocaberis mollis & tenera.Tolle molam,& mole farinam: denuda turpitudinem tuam,discooperi humerum,reuela crura,transi flumina.Reuelabitur ignominia tua,& uidebitur opprobrium tuum,ultionem capiam,& non resistet mihi homo.Redemptor noster,dominus exercituum nomen illius,sanctus Israel.Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum:quia non uocaberis ultrà domina regnorum. Iratus sum super populum meum,contaminaui hæreditatem meam,& dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias:super senem aggrauasti iugum tuum ualde,& dixisti:In sempiternum ero domina. Non posuisti hæc super cor tuum,neq; recordata es nouissimi tui.Et nunc audi hæc delicata,& habitans confidenter,quæ dicis in corde tuo:Ego sum,& non est præter me amplius:non sedebo uidua & ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hæc subitò in die una,sterilitas,& uiduitas. Vniuersa uenerunt super te,propter multitudinem maleficiorum tuorum,& propter duritiam incantatorum tuorum uehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua,& dixisti:Non est qui uideat me.Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te.Et dixisti in corde tuo:Ego sum,& præter me non est altera. Veniet super te malum,& nescies ortum eius:& irruet super te calamitas,quam non poteris expiare. ueniet super te repente miseria quam nescies.Sta cum incantatoribus tuis,& cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua,si fortè quid prosit tibi, & si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: Stent & saluent te augures cœli,qui contemplabantur sydera,& supputabant menses,ut ex eis annuntiarent uentura tibi.Ecce facti sunt quasi stipula,ignis combussit eos:non liberabunt animã suam de manu flammæ:non sunt prunæ quibus calefiant,nec focus,ut sedeant ad eum.Sic facta sunt tibi in quibuscunq; laborâueras:negotiatores tui ab adolescentia tua,unusquisq; in uia sua errauerunt,non est qui saluet te.

CAP. XLVIII

Quòd monitis suis non paruerint, nuntiat imminere pœnam

Audite hæc domus Iacob,qui uocamini nomine Israel,& de aquis Iuda existis:qui iuratis in nomine domini & dei Israel,recordamini non in ueritate neq; in iustitia.De ciuitate enim sancta uocati sunt,& super deum Israel cõstabiliti sunt:dominus exercituum nomen eius.Priora extunc annũtiaui,& ex ore meo exierunt,& audita feci ea:repente operatus sum,& uenerunt.Sciui enim quia durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua,& frons

tua

tua ærea. Prædixi tibi extunc: antequàm uenirent indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola meá fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. Quæ audisti, uide omnia: B uos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua extunc, & conseruata sunt quæ nescis: nunc creata sunt, & non extunc: & ante diem, & non audisti ea, ne fortè dicas: Ecce, ego cognoui ea. Neque audisti, neq; cognouisti, neq; extunc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex utero uocaui te. Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce, excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer: & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego C uoco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego uocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes uos, & audite: quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet uoluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis. Ego, ego locutus sum, & uocaui eum: adduxi eum, & directa est uia eius. Accedite ad me, & audite hæc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequàm fieret, ibi eram, & nunc dominus deus misit me, & spiritus eius. Hæc dicit dominus, redemptor tuus sanctus Israel: Ego dominus deus tuus do- D cens te utilia, gubernans te in uia qua ambulas. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui ut lapilli eius: non interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in uoce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud usque ad extrema terræ. Dicite, Redemit dominus seruum suum Iacob. Non sitierunt in deserto cum educeret eos: aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. Non est pax impijs, dicit dominus.

CAP. XLIX

Aduentus & munus Christi describitur, ac salus tam gentibus quàm Iudæis promittitur

A AVdite insulæ, & attendite populi de longe. Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi: In uacuum laboraui, sine causa, & uanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum deo meo. Et nunc hæc dicit dominus, formans me ex B utero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis domini, & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. *Ioan. 8 b* Hæc dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges uidebunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis C est, & sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit dominus: In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. *2 Cor. 6 a* Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: ut diceres his qui uincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super uias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neq; sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos in uiam, & semitæ meæ exaltabun- D tur. Ecce isti de longe uenient, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cœli & exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion: Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui: destruentes te & E dissipantes à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos, & uide, omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus, quia omnibus his uelut ornamento uestieris, & cir-

cundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus,& longè fugabuntur qui absorbebant te.Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ:Angustus est mihi locus,fac spatium mihi ut habitem. Et dices in corde tuo:Quis genuit mihi istos?Ego sterilis,& non pariens,transmigrata & captiua:& istos quis enutriuit?Ego destituta & sola:& isti ubi hic erant?Hæc dicit dominus deus:Ecce,leuabo ad gentes manum meam,& ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui,& reginæ nutrices tuæ. uultu in terra demisso adorabunt te,& puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus,super quo non confundentur qui expectant eum. Nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur:& quod ablatum fuerit à robusto saluabitur. Eos uerò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis:& quasi musto,sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro,quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

F

G

CAPVT L

Synagoga quare à deo reiecta

HÆc dicit dominus:Quis est hic liber repudij matris uestræ,quo dimisi eam?aut quis est creditor meus,cui uendidi uos?Ecce enim in iniquitatibus uestris uenditi estis,& in sceleribus uestris dimisi matrem uestram: quia ueni,& non erat uir: uocaui,& non erat qui audiret.Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea,ut non possim redimere?aut non est in me uirtus ad liberandum?Ecce,in increpatione mea desertum faciam mare,ponam flumina in siccum:computrescent pisces sine aqua,& morientur in siti.Induam cœlos tenebris,& saccum ponam operimentum eorum.Dominus dedit mihi linguam eruditam,ut sciam sustentare eum qui lassus est,uerbo.Erigit mane,mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem,ego autem non contradico, retrorsum non abij.Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus,& conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus,ideò non sum confusus:ideo posui faciem meam ut petram durissimam,& scio quoniam non confundar.Iuxta est qui iustificat me,quis contradicet mihi?stemus simul. quis est aduersarius meus?accedat ad me.Ecce dominus deus,auxiliator meus:quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi uestimentum conterentur,tinea comedet eos.Quis ex uobis timens dominum,audiens uocem serui sui qui ambulauit in tenebris,& non est lumen ei? speret in nomine domini,& innitatur super deum suum. Ecce uos omnes accendentes ignem accincti flammis,ambulate in lumine ignis uestri,& in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc uobis,in doloribus dormietis.

A

B

C

D

CAP. LI

Comprobat, nunquam derelictũ Israel, & animat eos ad cõstantiã, se nunquã defuturũ sibi innitentibus pollicens

AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Attendite ad petram unde excisi estis,& ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem uestrum,& ad Saram quæ peperit uos:quia unum uocaui eum, & benedixi ei,& multiplicaui eum.Consolabitur ergo dominus Sion,& consolabitur omnes ruinas eius:& ponet desertum eius quasi delicias,& solitudinem eius quasi hortum domini.Gaudium & lætitia inuenietur in ea,gratiarum actio,& uox laudis. Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet,& iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus,& brachia mea populos iudicabunt:Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Leuate in cœlum oculos uestros,& uidete sub terra deorsum:quia cœli sicut fumus liquescent,& terra sicut uestimentum atteretur,& habitatores eius sicut hæc interibunt: Salus autem mea in sempiternum erit,& iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum,populus meus lex mea in corde eorum:nolite timere opprobrium hominum,& blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim uestimentum, sic comedet eos uermis: & sicut lanam,sic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit,& iustitia mea in generationes generationum

Psal.36 c

A

B

C

num.Consurge,consurge,induere fortitudinem brachium domini:consurge sicut in diebus antiquis,in generationibus seculorum.Nunquid non tu percussisti superbum,uulne- D rasti draconem?Nunquid non tu siccasti mare aquam abyssi uehementis:qui posuisti pro fundum maris uiam,ut transirent liberati?Et nunc qui redempti sunt à domino,reuertentur,& uenient in Sion laudantes,& lætitia sempiterna super capita eorum,gaudium & lætitiam tenebunt,fugiet dolor & gemitus.Ego,ego ipse consolabor uos.quis tu ut timeres ab homine mortali,& à filio hominis,qui quasi fœnum ita arescet?Et oblitus es domini facto- E ris tui,qui tetendit cœlos,& fundauit terram:& formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat,& parauerat ad perdendum.ubi nunc est furor tribulantis?Citò ueniet gradiens ad aperiendum,& non interficiet usque ad internecionem,nec deficiet panis eius.Ego autem sum dominus deus tuus,qui conturbo mare,& intumescunt fluctus eius. Dominus exercituum nomē meum.Posui uerba mea in ore tuo,& in umbra manus meæ F protexi te,ut plantes cœlos,& fundes terram:& dicas ad Sion,Populus meus es tu.Eleuare,eleuare,consurge Ierusalem,quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius:usque ad fundum calicis soporis bibisti,& potasti usq; ad feces.Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit:& non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit.Duo sunt quæ occurrerunt tibi:quis contristabitur super te?uastitas & contritio,& fa- G mes,& gladius:quis consolabitur te?Filij tui proiecti sunt,dormierunt in capite omnium uiarum,sicut oryx illaqueatus:pleni indignatione domini,increpatione dei tui.Idcirco audi hoc paupercula & ebria non à uino.Hæc dicit dominator tuus dominus,& deus tuus, qui pugnauit pro populo suo:Ecce,tuli de manu tua calicem soporis,fundum calicis indignationis meæ,non adijcies ut bibas illum ultrà.Et ponam illum in manu eorum,qui te humiliauerunt,& dixerunt animæ tuæ:Incuruare,ut transeamus:& posuisti ut terram corpus tuum,& quasi uiam transeuntibus.

CAP. LII

A Consurge,consurge, induere fortitudine tua Sion : induere uestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti,quia non adijciet ultrà ut pertranseat per te incircuncisus & immundus. Excutere de puluere,consurge,sede Ierusalem:solue uincula colli tui captiua filia Sion:quia hæc dicit dominus : Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit dominus deus:In Ægyptum descendit populus meus in principio,ut colo- B nus esset ibi:& Assur absque ulla causa calumniatus est eum.Et nunc quid mihi est hic,dicit dominus:quoniam ablatus est populus meus gratis?Dominatores eius iniquè agunt, dicit dominus:& iugiter tota die nomen meum blasphematur.Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa:quia ego ipse qui loquebar,ecce adsum.Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem:annuntiantis bonum,prædicantis salutem,dicentis Sion:Regnabit deus tuus.Vox speculatorum tuorum, leuauerunt uo- C cem,simul laudabunt:quia oculo ad oculum uidebunt,cum conuerterit dominus Sion. Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem:quia consolatus est dominus populum suum, redemit Ierusalem.Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: & uidebunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Recedite,recedite,exite inde,pollutum nolite tangere:exite de medio eius,mundamini,qui fertis uasa domini.Quoniam non in tumultu exibitis,nec in fuga properabitis : præcedet enim uos dominus, & congregabit D uos deus Israel.Ecce,intelliget seruus meus, exaltabitur,& eleuabitur,& sublimis erit ualde.Sicut obstupuerunt super te multi,sic inglorius erit inter uiros aspectus eius,& forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum:quia quibus non est narratum de eo,uiderunt:& qui non audierunt,contemplati sunt.

Excitat Iudæos ut attentè expectent aduetum Messiæ

Ezech.36 e

Arguit incredulitatem Iudæorū,descri- bitq; Christi tum humilitatem tum sublimitatem

CAPVT LIII

A Qvis credidit auditui nostro?& brachium domini cui reuelatum est?Et ascendet sicut uirgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti.non est species ei,neq; decor:& uidimus eum,& non erat aspectus,& desiderauimus eum. Despectum & nouissimum uirorum,uirum dolorum & scientem infirmitatem:& quasi absconditus uultus eius & despe-

Rom.10 d

ctus, unde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros
ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humilia- B
tum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera no-
stra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues
errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem om-
nium nostrum. Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisio-
nem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum. De C
angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de
terra uiuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, &
diuitem pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius. Et do
minus uoluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit
semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit ani- D
ma eius, uidebit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, &
iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispartiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia,
pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse pec-
cata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

CAP. LIIII

Christi spōsa ecclesia ex Iudæis & gentibus coacta quibus præmijs donetur à suo sponso

LAuda sterilis quæ non paris: decanta laudem & hinni quæ non pariebas: quoniam A
multi filij desertæ magis quàm eius quæ habebat uirum, dicit dominus: Dilata locum
tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tu-
os, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad læuam penetrabis: & semen tuum
gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere, quia non confunderis, ne
que erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & op-
probrij uiduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, Domi- B
nus exercituum nomen eius: & redemptor tuus, sanctus Israel, Deus omnis terræ uocabi-
tur, Quia ut mulierem derelictam, & mœrentem spiritu uocauit te dominus, & uxorem ab
adolescentia abiectam, dixit deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in misera-
tionibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parū-
per à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus dominus. Si-
cut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noe ultrà super terram: C
sic iuraui ut non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles
contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebi
tur: dixit miserator tuus dominus. Paupercula tempestate conuulsa, absque ulla consola-
tione, Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam ia
spidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in la
pides desiderabiles: uniuersos filios tuos doctos à domino: & multitudinem pacis filijs tu- D
is. Et in iustitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia
non appropinquauit tibi. Ecce, accola ueniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus
adiungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem uas in
opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne uas quod fictum est
contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc est
hæreditas seruorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

Gal. 4 c — *Gen. 9 d*

CAP. LV

Inuitat ad cōuiuiū à Christo instructū, & uerbi eius fructū describit

OMnes sitientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & A
comedite: uenite, emite absq; argento, & absque ulla commutatione, uinum & lac.
Quare appēditis argentum non in panibus, & laborem uestrum non in saturitate? Audite
audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima uestra. Inclinate
aurem uestram, & uenite ad me: audite, & uiuet anima uestra, & feriam uobiscum pactum
sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præce
ptorem gentibus. Ecce, gentem quā nesciebas, uocabis: & gentes quæ te non cognouerunt, B
ad te current propter dominum deum tuum, & sanctum Israel: quia glorificauit te. Quæri
te dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius uiam
suam

suam & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad
C deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ: neq; uiæ uestræ, uiæ meæ, dicit dominus. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ à uijs uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultrà non reuertitur, sed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: Sic erit
D uerbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quęcunq; uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliuncula ascendet abies, & pro urtica crescet myrtus: & erit dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

CAP. LVI

Christi aduentum expectantibus quæ facienda, & de impia uita eorum qui præsunt alijs

A HÆc dicit dominus: Custodite iudicium & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea ut ueniat, & iustitia mea ut reueletur. Beatus uir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ: Qui adhæret domino? dicens: Separatione diuidet me dominus à populo suo. Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia
B hæc dicit dominus eunuchis: Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenæ qui adhærent domino ut colant eum, & diligant nomen eius, ut sint ei in seruos: omnem custodientem sabbathum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum: Adducam eos in
C montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & uictimæ eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis uocabitur cunctis populis. Ait dominus deus qui congregat dispersos Israel: Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestiæ agri uenite ad deuorandum, uniuersæ bestiæ saltus. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi: canes muti non ualentes la-
D trare, uidentes uana, dormientes & amantes somnia. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam, à summo usque ad nouissimum. Venite, sumamus uinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

Mat. 21 b

CAPVT LVII

Arguit impietatis & pmittit dei ueniam reuertētibus à peccatis

A IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & uiri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri & fornicariæ. Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non uos filij scelesti, semen mendax? qui consolamini in dijs subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter
B eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. nunquid super his non indignabor? Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, ut immolares hostias. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta. Et ornasti te regio unguento, & multiplicasti pigmenta tua: Misisti legatos tuos procul, & humi
C liata es usque ad inferos. In multitudine uiæ tuæ laborasti: nec dixisti, Quiescam. Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi non uidens, & mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet uentus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. Et dicam, Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de uia populi mei. Quia
D hæc dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso &

in sancto habitans,& cum contrito & humili spiritu,ut uiuificet spiritum humilium,ut uiuificet cor contritorum.Non enim in sempiternum litigabo,neq; usque ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur,& flatus ego faciam.Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum,& percussi eum, abscondi,& indignatus sum: & abijt uagus in uia cordis sui. Vias eius uidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est & qui prope, dixit dominus, & sanaui eum. Impij autem quasi mare feruens,quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax impijs, dicit dominus deus.

CAPVT LVIII

Concionatorē instigat ut strennue munus suũ obeat, & describit quod sit uerũ & deo gratũ ieiunium

A CLama,ne cesses,quasi tuba exalta uocem tuam,& annuntia populo meo scelera eorum,& domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & scire uias meas uolunt:quasi gens quæ iustitiam fecerit,& iudicium dei sui non dereliquerit.Rogant me iudicia iustitiæ,& appropinquare deo uolunt.Quare ieiunauimus,& non aspexisti:humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce,in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra,& omnes debitores uestros repetitis. Ecce,ad lites,& ad contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum,& saccum & cinerem sternere? nunquid istud uocabis ieiunium,& diem acceptabilem domino? Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis,solue fasciculos deprimentes,dimitte eos qui confracti sunt liberos,& omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum,& egenos uagosq; induc in domum tuam. Cum uideris nudum,operi eum,& carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum,& sanitas tua citius orietur,& anteibit faciem tuam iustitia tua,& gloria domini colliget te. Tunc inuocabis,& dominus exaudiet te:clamabis,& dicet: Ecce adsum.si abstuleris de medio tui catenam,& desieris extendere digitum,& loqui quod non prodest, Cum effuderis esurienti animam tuam,& animam afflictam repleueris:orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.Et requiem tibi dabit dominus semper,& implebit splendoribus animam tuam,& ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum,cuius non deficient aquæ. Et ædificabuntur in te deserta seculorum:fundamenta generationis & generationis suscitabis:& uocaberis Ædificator sepium,auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbatho pedem tuum,facere uoluntatem tuam in die sancto meo,& uocaueris sabbathum delicatum,& sanctum domini gloriosum,& glorificaueris eum dum non facis uias tuas,& non inuenietur uoluntas tua ut loquaris sermonem:tunc delectaberis super domino,& sustollam te super altitudines terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum est.

Mat.25 c (B, C, D)

CAPVT LIX

Cur deus preces hominum non exaudiat

Num.11 e

A ECce,non est abbreuiata manus domini ut saluare nequeat,neq; aggrauata est auris eius ut non exaudiat:sed iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & deum uestrum,& peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis,ne exaudiret.Manus enim uestræ pollutæ sunt sanguine,& digiti uestri iniquitate:labia uestra locuta sunt mendacium,& lingua uestra iniquitatem fatur.Non est qui inuocet iustitiam,neque est qui iudicet uerè:sed confidunt in nihili,& loquuntur uanitates:conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt:qui comederit de ouis eorum, morietur:& quod confotum est,erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in uestimentum, neque operientur operibus suis:opera eorum opera inutilia,& opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt,& festinant ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles:uastitas & contritio in uijs eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitæ eorum incuruatæ sunt eis:omnis qui calcat in eis,ignorat pacem: Propter hoc elongatum est iudicium à nobis,& non apprehendet nos iustitia:expectauimus lucem,& ecce tenebræ:splendorem,& in tenebris

Rom.3 c (B)

nebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci, parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi ursi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & C peccata nostra responderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra dominum: & auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri, ut loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde uerba mendacij. Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est ueritas in obliuionem: & qui recessit à malo, prædæ patuit. Et uidit dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Et uidit quia non est uir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. Indutus est iustitia D ut lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est uestimentis ultionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad uindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & uicissitudinem inimicis suis: insulis uicem reddet. Et timebunt qui ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius: cum uenerit quasi fluuius uiolentus, quem spiritus domini cogit, & uenerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit dominus: Spiritus meus qui est in te, & uerba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit dominus, amodo & usque in sempiternum.

Eph. 6.

CAPUT LX

Excitat ad occursum dei gratiæ, & indicat quæ bona à Christo credentibus sint obuentura

A SVrge, illuminare Ierusalem: quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur dominus, & gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Filij tui de longe uenient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc uidebis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba uenient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes. Om B ne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expectabunt, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longe: argentum eorum & aurum eorum cum eis nomini domini dei tui & sancto Israel, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducan- C tur. Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit: & gentes solitudine uastabuntur. Gloria Libani ad te ueniet, abies & buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Et uenient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & uocabunt te Ciuitatem domini, Sion sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & generationem. Et suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis: & scies quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & D pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Et ponam uisitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Non audietur ultrà iniquitas in terra tua, uastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Non occi

det ultrà sol tuus,& luna tua non minuetur:quia erit tibi dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti,in perpetuum hæreditabunt terram,germen plantationis meæ,opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille,& paruulus in gentem fortissimam:Ego dominus,in tempore eius subitò faciam istud.

CAPVT LXI

Describitur prophetæ munus, quod in Christo absolutè est expressum

Luc.4 & 7

SPiritus domini super me,eo quòd unxerit dominus me:ad annuntiandum mansuetis misit me,ut mederer contritis corde,& prædicarem captiuis indulgentiam,& clausis apertionem:Vt prædicarem annum placabilem domino,& diem ultionis deo nostro:ut consolarer omnes lugentes:Vt ponerem lugentibus Sion,& darem eis coronam pro cinere,oleum gaudij pro luctu,pallium laudis pro spiritu mœroris:& uocabuntur in ea fortes iustitiæ,plantatio domini ad glorificandum.Et ædificabunt deserta à seculo,& ruinas antiquas erigent,& instaurabunt ciuitates desertas,dissipatas in generationem & generationem.Et stabunt alieni,& pascent pecora uestra:& filij peregrinorum,agricolæ & uinitores uestri erunt. Vos autem sacerdotes domini uocabimini:Ministri dei nostri,dicetur uobis: fortitudinem gentium comedetis,& in gloria earum superbietis.Pro confusione uestra duplici & rubore laudabunt partem eorum:propter hoc in terra sua duplicia possidebunt,lætitia sempiterna erit eis.Quia ego dominus diligens iudicium,odio habens rapinam in holocaustum:& dabo opus eorum in ueritate,& fœdus perpetuum feriam eis.Et scietur in gentibus semen eorum,& germen eorum in medio populorum:omnes qui uiderint eos, cognoscent illos,quia isti sunt semen,cui benedixit dominus.Gaudens gaudebo in domino,& exultabit anima mea in deo meo:quia induit me uestimentis salutis:& indumento iustitiæ circundedit me,quasi sponsum decoratum corona,& quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat:sic dominus deus germinabit iustitiam, & laudem coram uniuersis gentibus.

A B *Ier.33 d* C D

CAPVT LXII

Propheta nõ cesset docere donec aliquid effecerit,et de aduentu Christi

PRopter Sion non tacebo,& propter Ierusalem non quiescam,donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iustum tuum,& cuncti reges inclytum tuum: & uocabitur tibi nomen nouum,quod os domini nominabit.Et eris corona gloriæ in manu domini,& diadema regni in manu dei tui.Non uocaberis ultrà Derelicta:& terra tua non uocabitur amplius Desolata:sed uocaberis Voluntas mea in ea,& terra tua inhabitata. quia complacuit domino in te:& terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cum uirgine, & habitabunt in te filij tui.Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te deus tuus. Super muros tuos,Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte perpetuo non tacebunt:Qui reminiscimini domini,ne taceatis,& ne detis silentium ei,donec stabiliat,& donec ponat Ierusalem laudem in terra. Iurauit dominus in dextera sua,& in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis:& si biberint filij alieni uinum tuum in quo laborasti.Quia qui congregabunt illud,comedent,& laudabunt dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis.Transite, transite per portas, præparate uiam populo, planum facite iter,& eligite lapides,& eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus uenit,ecce merces eius cum eo,& opus eius coram illo.Et uocabunt eos populus sanctus, redempti à domino. Tu autem uocaberis Quæsita ciuitas, & non Derelicta.

A B C *Mat.21 a* D

CAPVT LXIII

Exhortatur ad suscipiendũ saluatorẽ,commemorãs eius beneficia

QVis est iste qui uenit de Edom,tinctis uestibus de Bosra,iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ?Ego qui loquor iustitiam,& propugnator sum ad saluandum.Quare ergo rubrum est indumentum tuum,& uestimenta tua sicut calcantium in torculari?Torcular calcaui solus,& de gentibus non est uir mecum:calcaui eos in furore meo,& conculcaui eos in ira mea:& aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim ultionis in corde meo,annus redemptionis meæ uenit. Circunspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui

A

adiuua

adiuuaret,& saluauit mihi brachium meum,& indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et
B conculcaui populos in furore meo,& inebriaui eos in indignatione mea,& detraxi in terram uirtutem eorum. Miserationum domini recordabor,laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus,& super multitudinem bonorum domui Israel,quæ largitus est secundum indulgentiam suam & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit, Verumtamen populus meus est filij non negantes:& factus est eis saluator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus,& angelus faciei eius saluauit eos:in dilectione sua,& in indulgentia sua ipse redemit eos,& portauit eos,& eleuauit eos cunctis diebus se
C culi.Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt,& afflixerunt spiritum sanctum eius:& conuersus est eis in inimicum,& ipse debellauit eos. Et recordatus est dierum seculi Moysi populi sui: Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? ubi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? Qui duxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ:qui scidit aquas ante eos,ut faceret sibi nomen sempiternum:qui eduxit eos per abyssos,quasi equum in deserto non impingentem. Quasi animal in campo descendens,spiritus domini ductor eius fuit:sic adduxisti populum tuum,ut faceres tibi nomen gloriæ. Attende de cœlo,& uide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ:ubi est zelus tuus & fortitudo tua,multi
D tudo uiscerum tuorum,& miserationum tuarum? super me continuerunt se. Tu enim pater noster,& Abraham nesciuit nos,& Israel ignorauit nos:tu domine pater noster,& redemptor noster,à seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti domine de uijs tuis:indurasti cor nostrum,ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum:hostes nostri conculcauerũt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio,cum non dominareris nostri,neq; inuocaretur nomen tuum super nos.

Psal.118 b

CAP. LXIIII

A VTinam dirumperes cœlos,& descenderes:à facie tua montes defluerent, Sicut exustio ignis tabescerent,aquæ arderent igni,ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia,non sustinebimus:descendisti,& à facie tua montes defluxerunt. A seculo non audierunt,neq; auribus perceperunt,oculus non
B uidit,deus absq; te,quæ præparasti expectantibus te. Occurristi lætanti,& facienti iustitiam:in uijs tuis recordabuntur tui:ecce,tu iratus es,& peccauimus:in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos,& quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ:& cecidimus quasi folium uniuersi,& iniquitates nostræ quasi uen
C tus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum,qui consurgat & teneat te:abscondisti faciem tuam à nobis,& allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc domine,pater noster es tu,nos uerò lutum,& fictor noster tu,& opera manuum tuarum omnes nos: Ne irascaris domine satis,& ne ultrà memineris iniquitatis. ecce,respice,populus tuus omnes
D nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est. Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ,ubi laudauerunt te patres nostri,facta est in exustionem ignis,& omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Nũquid super his continebis te domine,tacebis & affliges nos uehementer?

Ingẽti ardore optat aduentũ seruatoris, & extollit eius potentiam, deinde orat pro populo

Psal.78 a

CAP. LXV

A QVæsierunt me qui antè non interrogabant,inuenerunt qui non quæsierunt me. Dixi, Ecce ego,ecce ego,ad gentem quæ non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum,qui graditur in uia non bona post cogitationes suas: Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper. qui immolant in hortis,& sacrificant super lateres. qui habitant in sepulchris,& in delubris idolorum dormiunt. qui comedunt carnem suillam,& ius prophanum in uasis eorum. Qui dicunt, Recede à me,non appropinques mihi,quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce,scriptum est coram me, Non tacebo,sed reddam & retribuam
B in sinu eorum iniquitates uestras,& iniquitates patrum uestrorũ simul,dicit dominus,qui sacrificauerũt super montes,& super colles exprobrauerũt mihi,& remetiar opus eorũ primum in sinu eorũ. Hæc dicit dñs, Quõ si inueniatur granũ in botro,& dicatur, Ne dissipes illud

Deus respondet precibus prophetæ, ubi aperte docetur Iudæorũ reiectio & gẽtium uocatio

Rom.10 c

illud,quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos,ut non disperdam totum. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos:& hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Et erunt campestria in caulas gregum, & uallis Achor in cubile armentorum populo meo,qui requisierunt me. Et uos qui dereliquistis dominum,qui obliti estis montem sanctum meum,qui ponitis Fortunæ mensam,& libatis super eam:numerabo uos in gladio,& omnes in cæde corruetis:pro eo quòd uocaui, & non respondistis:locutus sum,& non audistis,& faciebatis malum in oculis meis:& quæ nolui,elegistis. Propter hoc,hæc dicit dominus deus:Ecce,serui mei comedent,& uos esurietis:Ecce,serui mei bibent:& uos sitietis:Ecce,serui mei lætabuntur,& uos confundemini:Ecce,serui mei laudabunt præ exultatione cordis:& uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.Et dimittetis nomen uestrum in iuramentum electis meis:& interficiet te dominus deus, & seruos suos uocabit nomine alio.In quo qui benedictus est super terram,benedicetur in deo,amen:& qui iurat in terra,iurabit in deo,amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo cœlos nouos,& terram nouam: & non erunt in memoria priora,& non ascendent super cor. Sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum in his quæ ego creo:quia ecce ego creo Ierusalem exultationem,& populum eius gaudium:& exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea ultrà uox fletus & uox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur,& peccator centum annorum maledictus erit. Et ædificabunt domos,& inhabitabunt:& plantabunt uineas, & comedent fructum earum. Non ædificabunt,& alius habitabit:non plantabunt,& alius comedet: secundum enim dies ligni,erunt dies populi mei,& opera manuum eorum inueterabunt electis meis. Non laborabunt frustra,neque generabunt in conturbatione:quia semen benedictorum domini est,& nepotes eorum cum eis. Eritq; antequàm clament,ego exaudiam:adhuc illis loquentibus,ego audiam. Lupus & agnus pascentur simul,& leo & bos comedent paleas,& serpenti puluis panis eius: non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo,dicit dominus.

Ierem.17 b

CAPVT LXVI

Ceremonias externas damnat, & instituit uerum dei cultum

Act.7 & 17

HÆc dicit dominus: Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit,& facta sunt uniuersa ista,dicit dominus. Ad quem respiciam,nisi ad pauperculum,& contritum spiritu,& trementem sermones meos? Qui immolat bouem,quasi qui interficiat uirum,qui mactat pecus,quasi qui excerebret canem. qui offert oblationem,quasi qui sanguinem suillum offerat:qui recordatur thuris,quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in uijs suis,& in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum:& quæ timebant, adducam eis:quia uocaui,& non erat qui responderet: locutus sum,& non audierunt:feceruntq; malum in oculis meis:& quæ nolui,elegerunt. Audite uerbum domini,qui tremitis ad uerbum eius: dixerunt fratres uestri odientes uos, & abijcientes propter nomen meum: glorificetur dominus,& uidebimus in lætitia uestra: ipsi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, uox de templo, uox domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequàm parturiret,peperit: antequàm ueniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit unquam tale? & quis uidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nunquid ego,qui alios parere facio,ipse non pariam,dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo,sterilis ero,ait dominus deus tuus? Lætamini cum Ierusalem,& exultate in ea,omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio uniuersi,qui lugetis super eam,ut sugatis,& repleamini ab uberibus consolationis eius: ut mulgeatis,& delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hæc dicit dominus:Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis,& quasi torrentem inundantem gloriam gentium,quam sugetis: ad ubera portabimini,& super genua blandientur

tur

tur uobis. Quo modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor uos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor uestrum, & ossa uestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia in igne dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post unam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem & murem: simul consumentur, dicit dominus. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: uenio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & uenient, & uidebunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphricam & Lydiam tenentes sagittam: in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non uiderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres uestros de cunctis gentibus donum domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit dominus, quo modo si inferant filij Israel munus in uase mundo in domum domini. Et assumam ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit dominus: quia sicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit dominus deus: sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum, Et erit mensis ex mense, & sabbathum ex sabbatho: ueniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & uidebunt cadauera uirorum qui præuaricati sunt in me: uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt usque ad satietatem uisionis omni carni.

Ezech. 37 a

E

F

G

Apoc. 21 a

Mar. 9 g

PROPHETIAE
ISAIAE
FINIS

DIVI HIERONYMI IN IERE- MIAM PROPHETAM PRAEFATIO

IEREMIAS propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos, Isaiæ & Osee & quibusdam alijs prophetis uidetur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathotites, qui est usque hodie uiculus, tribus ab Hierosolymis distans milibus: Sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus, uirginitate sua euangelicum uirum Christi ecclesiæ dedicans. Hic uaticinari exorsus est puer, & captiuitatem urbis atque Iudææ non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant, iam terras earum coloniæ gentium possidebant. Vnde in Iuda tantum & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri uersibusq; reddidimus. Præterea ordinem uisionum qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermisimus. Pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia uos me cogitis. Cæterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

ALIVS DIVI HIERONYMI PROLOGVS IN EVNDEM

Et hic prologus ex Commentarijs Hieronymi in Danielem huc relatus est

IOAKIM filius Iosiæ, cuius tertiodecimo anno prophetare orsus est Ieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit, ipse est qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit super tribum Iuda & Hierusalem, annis undecim. Cui successit in regnum filius Ioachin, cognomento Iechonias, qui tertio mense regni eius die decima, captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem, & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius, cuius anno undecimo Hierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachin, qui in Ezechielis exordio Ioakim scribitur. Iste extremam syllabam kim habet, ille chin: & ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum, una uidetur deesse generatio: quia secunda tessaradecas, in Ioakim desinit filium Iosiæ; & tertia incipit à Ioachin filio Ioakim. Quod ignorans Porphyrius calumniam struit ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum euangelistam Matthæum arguere nititur falsitatis. Quodq; traditum scribitur Ioakim, monstrat nō aduersariorum fortitudinis fuisse uictoriam, sed domini uoluntatis.

ARGVMENTVM IN IEREMIAM

IEREMIAS Anathotites, qui est uiculus tribus à Hierosolymis distans milibus, apud Thamnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet uerò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua, defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit securos, magna eum ibi religione Aegyptij uenerantur.

PROPHETIA
IEREMIAE

A ERBA IEREMIAE filij Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin. Quod factum est uerbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, usque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, usque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Prius quàm te formarem in utero, noui te: B & antequàm exires de uulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi: A,a,a, domine deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me: Noli dicere, Puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & uniuersa quæcunque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum ut eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit dominus ad me: Ecce, dedi uerba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: C Quid tu uides, Ieremia? Et dixi: Virgam uigilantem ego uideo. Et dixit dominus ad me: Benè uidisti: quia uigilabo ego super uerbo meo, ut faciam illud. Et factum est uerbum domini secundò ad me, dicens: Quid tu uides? Et dixi: Ollam succensam ego uideo, & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait dominus: & uenient, & ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super uniuersas urbes Iuda. Et loquar iudicia mea D cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam uultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait dominus, ut liberem te.

Ieremias docet quomodo à Deo fuerit missus ad prophetandũ, indeuaticinatur excidium Ierusalem

Ezech. 3 a

CAP. II

A ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Ierusalem, dicens: Hæc dicit dominus, Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quãdo secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. Sanctus Israel domino primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala uenient super eos, dicit dominus. Audite uerbum domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel: hæc dicit dominus, Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt? Et non dixerũt: Vbi est dominus qui ascendere nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, B per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit uir, neque habitauit homo? Et induxi uos in terram Carmeli, ut comederetis fructum eius & bona illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationẽ. Sacerdotes non dixerunt: Vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt. Propterea adhuc iudicio contendam uobiscum, ait dominus: & cum filijs uestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim, & uidete: & in Cedar mittite, & considerate uehemẽter: & uidete si factum est huiuscemodi: Si mutauit gens deos suos, & certè ipsi C non sunt dij: Populus uerò meus mutauit gloriã suam in idolum. Obstupescite cœli super

Commemoratis suis beneficijs Deus exprobrat Iudæis ingratitudinem

Isa. 32 f

hoc, & portæ eius desolamini uehementer, dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Nunquid seruus est Israel, aut uernaculus? quare ergo factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt uocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quoque Mempheos & Taphnes constuprauerũt te usque ad uerticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum deum tuum eo tempore quo ducebat te per uiam? Et nunc quid tibi uis in uia Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum uia Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & uide quia malum & amarum est, reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem mei apud te: dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupisti uincula mea: & dixisti, Non seruiam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. Ego autem plantaui te uineam electam, omne semen uerum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauum uinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus deus. Quomodo dicis: Non sum polluta: post Baalim non ambulaui? Vide uias tuas in conualle, scito quid feceris: cursor leuis explicans uias suas. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit uentum amoris sui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eam, non deficient: in menstruis eius non inuenient eam. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti: Desperaui, nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes, & prophetæ eorum: dicentes ligno: Pater meus es tu. & lapidi, Tu me genuisti. Verterunt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos. Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: secũdum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. Quid uultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit dominus. Frustra percussi filios uestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius uester prophetas uestros, quasi leo uastator. Generatio uestra, uidete uerbum domini. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non ueniemus ultrà ad te? Nunquid obliuiscetur uirgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus uerò meus oblitus est mei diebus innumeris. Quid niteris bonam ostendere uiam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti uias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum? Non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ supra memoraui. Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccaui. Quàm uilis facta es nimis, iterans uias tuas: & ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtriuit dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

Isa. 5 a — *Zach. 7 c*

CAPVT III

Reuocat ad pœnitentiam, qui à deo desciuerãt & seruierant peccatis

VVlgo dicitur, Si dimiserit uir uxorem suam, & recedẽs ab eo, duxerit uirum alterum: nunquid reuertetur ad eam ultrà? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dominus. Leua oculos tuos in directum, & uide ubi non prostrata sis: in uijs sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. Ergo saltem amodo uoca me: Pater meus, dux uirginitatis meæ tu es. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et dixit dominus ad me in diebus Iosiæ regis: Nunquid uidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abijt sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia: Ad me reuertere: & non

& non est reuersa. Et uidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata esset
C auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuarica-
trix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ con-
taminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno. Et in omnibus his non est reuersa ad
me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait dominus. Et dixit
dominus ad me: Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis
Iuda. Vade, & clama sermones istos contra aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Is-
D rael, ait dominus: & non auertam faciem meam à uobis: quia sanctus ego sum, dicit domi-
nus, & non irascar in perpetuum. Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in dominum
deum tuum præuaricata es: & dispersisti uias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & uo-
cem meam non audisti, ait dominus. Conuertimini filij reuertẽtes, dicit dominus: quia ego
uir uester: & assumam uos unum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam uos in
Sion. Et dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina. Cumq́
E multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait dominus: non dicent ultrà, Arca
testamenti domini: neq́ ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec uisitabitur, nec
fiet ultrà. In tempore illo uocabunt Ierusalem Solium domini: & congregabuntur ad eam *Gal. 4. c*
omnes gentes in nomine domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis
sui pessimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & uenient simul de terra aqui-
lonis ad terram quam dedi patribus uestris. Ego autẽ dixi: Quomodo ponam te in filios,
F & tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et di
xi: Patrem uocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sed quo modo si contemnat mu-
lier amatorem suum, sic contẽpsit me domus Israel, dicit dominus. Vox in uijs audita est,
ploratus & ululatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt uiam suam, obliti sunt do-
mini dei sui. Conuertimini filij reuertẽtes, & sanabo auersiones uestras. Ecce, nos uenimus
ad te: tu enim es dominus deus noster. Verè mẽdaces erant colles, & multitudo montium:
G uerè in domino deo nostro salus Israel. Cõfusio comedit laborem patrum nostrorum ab
adolescentia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. Dormie
mus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam domino deo nostro
peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra usq́ ad diem hanc: & non audiui-
mus uocem domini dei nostri.

CAPVT IIII

A SI reuerteris Israel, ait dominus, ad me conuertere. Si abstuleris offendicula tua à facie
mea, non commoueberis. Et iurabis Viuit dominus, in ueritate, & in iudicio, & in iusti-
tia: & benedicent eum gentes, ipsumq́ laudabunt. Hæc enim dicit dominus uiro Iuda & Ie
rusalem: Nouate uobis nouale, & nolite serere super spinas: circuncidimini domino, & au-
ferte præputia cordium uestrorum uiri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne fortè egrediatur
ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat: propter malitiam cogita-
B tionum uestrarum. Annuntiate in Iuda & in Ierusalem auditum facite: loquimini, & canite
tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, le
uate signum in Sion. Confortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab aquilone, &
contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gẽtium se leuauit: egressus est
de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ uastabuntur, remanentes
absque habitatore. Super hoc accingite uos cilicijs, plangite & ululate: quia non est auersa
C ira furoris domini à nobis. Et erit in die illa, dicit dominus: Peribit cor regis, & cor princi-
pum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. Et dixi: Heu, heu, heu do
mine deus, ergó ne decepisti populum istum, & Ierusalem, dicens: Pax erit uobis: & ecce
peruenit gladius usque ad animam? In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusalem:
Ventus urens in uijs quæ sunt in deserto uiæ filiæ populi mei, non ad uentilandum, & ad
purgandum. Spiritus plenus ex his ueniet mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis.
D Ecce, quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: uelociores aquilis equi illius: uæ
nobis, quoniam uastati sumus. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, ut salua fias: usquequo

Deũ offensum quomõ rursus placare queat docet

morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. Dicite gentibus: Ecce auditum est in Ierusalem custodes uenire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda uocem suam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit dominus. Viæ E tuæ & cogitationes tuæ fecerũt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. Ventrem meum, uentrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam uocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. Contritio super contritionem uocata est, & uastata est omnis terra: repente uastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Vsquequo uidebo fugientem, audiam uocem buccinæ? Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & uecordes: sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Aspexi terram, & ecce uacua erat, & nihili: & cœlos, & non erat F lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo: & omne uolatile cœli recessit. Aspexi, & ecce Carmelus desertus: & omnes urbes eius destructæ sunt à facie domini, & à facie iræ furoris eius. Hæc enim dicit dominus: Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. Lugebit terra & mœrebunt cœli desuper, eo quòd locutus sum. Cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. A uoce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: uniuersæ urbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo. Tu au- G tem uastata quid facies? cum uestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos: frustra componeris, contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent. Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias ut puerperæ. Vox filiæ Sion inter morientes, expandentisq; manus suas: Væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos.

CAPVT V

Cũ omnes ex æquo mali sint tam magnates quàm plebs, uniuersorũ imminere cladẽ significat

CIrcuite uias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem iudicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei. Quòd si etiam A Viuit dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Ego autẽ dixi: Forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorãtes uiam domini, iudicium dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt uiam domini, iudicium dei sui. & ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ru B perunt uincula. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad uesperam uastauit eos, pardus uigilans super ciuitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur, quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores, & emissarij facti sunt: unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non uisitabo, dicit domi- C nus? & in gente tali non ulciscetur anima mea? Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt domini. Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait dominus. Negauerunt dominum, & dixerũt: Non est ipse: neq; ueniet super nos malum: gladium & famem non uidebimus. Prophetæ fuerunt in uentum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. Hæc dicit dominus deus exercituum: Quia locuti estis uerbum istud: ecce D ego do uerba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & uorabit eos. Ecce ego adducam super uos gentem de longinquo domus Israel, ait dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens: uniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet uineam tuam, & ficum tuam: & conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gla- E dio. Verumtamen in diebus illis, ait dominus, non faciam uos in cõsummationem. Quòd si dixeritis: Quare fecit nobis dominus deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereli-

Ezech. 22 c

quistis

quistis me,& seruistis deo alieno in terra uestra,sic seruietis dijs alienis in terra non uestra. Annuntiate hæc domui Iacob,& auditum facite in Iuda,dicentes:Audi popule stulte,qui non habes cor:qui habentes oculos non uidetis:& aures,& non auditis.Me ergo non time
F bitis,ait dominus:& à facie mea non dolebitis?Qui posui arenam terminum mari,præceptum sempiternum quod non præteribit:& commouebuntur,& non poterunt:& intumescent fluctus eius,& non transibunt illud:populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans,recesserunt & abierunt.Et non dixerunt in corde suo:Metuamus dominum deum nostrum,qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo:plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Iniquitates uestræ declinauerunt hæc:& peccata uestra prohibuerunt bonum à uobis,quia inuenti sunt in populo meo impij,insidian-
G tes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos uiros. Sicut decipula plena auibus,sic domus eorum plenæ dolo:ideo magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati:& præterierunt sermones meos pessime.Causam non iudicauerunt,causam pupilli non direxerunt,& iudicium pauperum non iudicauerunt.Nunquid super his non uisitabo,dicit dominus?aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea?Stupor & mirabilia facta sunt in terra : prophetæ prophetabant mendacium,& sacerdotes applaudebant manibus suis : & populus meus dilexit talia:quid igitur fiet in nouissimo eius? *Isa.1 c*

CAPVT VI

Deliniat propheta Iudæis calamitatē uenturam,& quā obrem id fiat indicat

A CONfortamini filij Beniamin in medio Ierusalem,& in Thecua clangite buccina.& super Bethacarem leuate uexillum:quia malum uisum est ab aquilone,& contritio magna.Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion. Ad eam uenient pastores,& greges eorum:fixerunt in ea tentoria in circuitu:pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt.Sanctificate super eam bellum:consurgite,& ascendamus in meridie:uæ nobis,quia declinauit dies,quia longiores factæ sunt umbræ uesperi.
B Surgite,& ascendamus in nocte,& dissipemus domos eius.Quia hæc dicit dominus exercituum:Cædite lignum eius,& fundite circa Ierusalem aggerem:hæc est ciuitas uisitationis,omnis calumnia in medio eius.Sicut frigidam facit cisterna aquam suam,sic frigidam fecit malitiam suam:iniquitas & uastitas audietur in ea,coram me semper infirmitas & plaga. Erudire Ierusalem,ne fortè recedat anima mea à te,ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem.Hæc dicit dominus exercituum: Vsque ad racemum colligent quasi in
C uinea reliquias Israel:cõuerte manum tuam,quasi uindemiator ad cartallum.Cui loquar? & quem contestabor,ut audiat?ecce,incircuncisæ aures eorum,& audire non possunt.Ecce uerbum domini factum est eis in opprobrium:& non suscipient illud.Idcirco furore domini plenus sum,& laboraui sustinens:effunde super paruulum foris,& super concilium iuuenum simul:uir enim cum muliere capietur,senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros:agri & uxores pariter:quia extendam manum meam super habitantes
D terram,dicit dominus. A minore quippe usque ad maiorem omnes auaritiæ student:& à propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia,dicentes:Pax,pax:& non erat pax.Confusi sunt,quia abominationem fecerunt:quin potius confusione non sunt confusi,& erubescere nescierunt.Quam ob rem cadent inter ruentes:in tempore uisitationis suæ corruent,dicit dominus.Hæc dicit dominus:State super uias,& uidete,& interrogate de semitis antiquis,quæ sit uia bona,& am
E bulate in ea:& inuenietis refrigerium animabus uestris.Et dixerũt:Non ambulabimus. Et constitui super uos speculatores:Audite uocem tubæ.Et dixerũt:Non audiemus.Ideò audite gentes,& cognoscite congregatio,quanta ego faciam eis.Audi terra:Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius:quia uerba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis,& calamum suaue olentem de terra longinqua?Holocaustomata uestra non sunt accepta,& uictimæ uestræ
F non placuerunt mihi.Propterea hæc dicit dominus:Ecce ego dabo in populum istum ruinas,& ruent in eis patres & filij simul,uicinus & proximus, & peribunt. Hæc dicit dominus:Ecce populus ueniet de terra aquilonis,& gens magna consurget à finibus terræ. Sa-

Isa.56 d

Mat.11 d

gittam & scutum arripiet: crudelis est, & non miserebitur. uox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi uir ad prælium, aduersum te filia Sion. Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores ut parturientem. Nolite exire ad agros, & in uia ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum unigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente ueniet uastator super nos. Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies & probabis uias eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: uniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum uocate eos, quia dominus proiecit illos. CAP. VII

Zach. 12 c

Dei iussu exhortatur populum ad uitæ cõmutationẽ, & declarat quo cultu deus delectetur, & quem fastidiat

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, dicens: Sta in porta domus domini, & prædica ibi uerbum istud, & dic: Audite uerbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has ut adoretis dominum. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Bonas facite uias uestras, & studia uestra: & habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini est. Quoniam si bene direxeritis uias uestras & studia uestra: si feceritis iudicium inter uirum & proximum eius, aduenæ & pupillo & uiduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum uobismetipsis: habitabo uobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus uestris à seculo usque in seculum. Ecce, uos confiditis uobis in sermonibus mendacij: qui non proderunt uobis: Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baal, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et uenistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Ego, ego sum: ego uidi, dicit dominus. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitauit nomen meum à principio: & uidete quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit dominus: & locutus sum ad uos mane consurgens, & loquens, & non audistis: & uocaui uos, & non respondistis: faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua uos habetis fiduciam: & loco quem dedi uobis, & patribus uestris, sicut feci Silo: & proijciam uos à facie mea, sicut proieci omnes fratres uestros uniuersum semen Ephraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. Nónne uides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis, ut me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit dominus? nónne semetipsos, in confusionem uultus sui? Ideo hæc dicit dominus deus: Ecce, furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super uiros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de uerbo holocaustomatum & uictimarum. sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus: & ambulate in omni uia quam mandaui uobis, ut bene sit uobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in uoluntatibus & in prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum & non in antè, à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, usque ad diem hanc. Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam: & peius operati sunt quàm patres eorum. Et loqueris ad eos omnia uerba hæc, & non audient te: & uocabis eos, & non respondebunt tibi. Et dices ad eos: Hæc est gens quæ non audiuit uocem domini dei sui, nec recepit disciplinam: perijt fides,

Isa. 56 c

& abla-

& ablata est de ore eorum. Tonde capillum tuum,& proijce,& sume in directum planctum: quia proiecit dominus,& reliquit generationem furoris sui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit dominus. Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam: & ædificauerunt excelsa Topheth, quæ est in G ualle filij Ennom: ut incenderent filios suos,& filias suas igni: quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. Ideò ecce dies uenient, dicit dominus,& non dicetur amplius, Topheth & uallis filij Ennom, sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eo quòd non sit locus. Et erit morticinum populi huius in cibum uolucribus cœli & bestijs terræ,& non erit qui abigat. Et quiescere faciam de urbibus Iuda, & de plateis Ierusalem uocem gaudij, & uocem lætitiæ, uocem sponsi, & uocem sponsæ: in desolatione enim erit terra.

CAPVT VIII

Minis inuitat ad resipiscentiã scelera eorũ enumerans & pœnam nũtians

A IN illo tempore, ait dominus, Eijcient ossa regis Iuda,& ossa principum eius,& ossa sacerdotum,& ossa prophetarum,& ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis: Et expandent ea ad solem,& lunam,& omnem militiam cœli quæ dilexerunt,& quibus seruierunt,& post quæ ambulauerunt,& quæ quæsierunt & adorauerunt: non colligentur,& non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt. Et eligent magis mortem quàm uitam, omnes qui residui fuerint de cognatione B hac pessima in uniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci eos, dicit dominus exercituum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus, Nunquid qui cadet, non resurget? & qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium,& noluerunt reuerti. Attendi,& auscultaui: nemo quod bonum est, loquitur: nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu uadens ad C prælium. Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur,& hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est stilus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: uerbum enim domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eorum exD teris, agros eorum hæredibus: quia à minimo usque ad maximum, omnes auaritiam sequuntur: à propheta usque ad sacerdotem, cuncti faciunt mendacium. Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cum non esset pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confusione non sunt confusi,& erubescere nescierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore uisitationis suæ corruent, dicit E dominus. Congregans congregabo eos, ait dominus: non est uua in uitibus,& non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergressa sunt. Quare sedemus? conuenite,& ingrediamur ciuitatem munitam,& sileamus ibi: quia dominus deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim domino. Expectauimus pacem,& non erat bonum: tempus medelæ,& ecce formido. A Dan auditus est freF mitus equorum eius, à uoce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. Et uenerunt,& deuorauerunt terram,& plenitudinem eius: urbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam uobis serpentes regulos, quibus non est incantatio,& mordebunt uos, ait dominus: dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. Ecce, uox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: Nunquid dominus non est in Sion: aut rex eius non est in G ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis,& in uanitatibus alienis? Transijt messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus. Super contritione filiæ populi mei contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me. Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

Isa. 56 d

CAPVT IX

Querela grauis prophetæ super malitia et perfidia populi

A QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in solitudine diuersorium uiatorum: & derelinquam populum meum,& recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt,&

cœtus præuaricatorum. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non ueritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit dominus. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et uir fratrem suum deridebit, & ueritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut iniquè agerent, laborauerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerūt scire me, dicit dominus. Propterea hæc dicit dominus exercituum: Ego, ego conflabo & probabo eos: quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? Sagitta uulnerans lingua eorum, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Nunquid super his non uisitabo, dicit dominus? aut in gente huiuscemodi non ulciscetur anima mea? Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incēsa sunt, eo quòd non sit uir pertransiens: & non audierunt uocem possidentis: à uolucre cœli usque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator. Quis est uir sapiēs qui intelligat hoc, & ad quem uerbum oris domini fiat ut annuntiet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertū, eo quòd non sit qui pertranseat? Et dixit dominus: Quia dereliquerūt legem meam quam dedi eis, & non audierunt uocem meam, & non ambulauerunt in ea: & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis. Idcirco hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Et dispergam eos in gentibus, quas nō nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium donec consumantur. Hæc dicit dominus exercituum: Contemplamini, & uocate lamentatrices, ut ueniant: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent: festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis: Quia uox lamentationis audita est de Sion, Quomodo uastati sumus & confusi uehementer: quia dereliquimus terram, quoniam deiecta sunt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres uerbum domini, & assumant aures uestræ sermonem oris eius: & docete filias uestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum: quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere: Hæc dicit dominus, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Hæc dicit dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. hæc enim placent mihi, ait dominus. Ecce dies uenient, dicit dominus: & uisitabo super omnem qui circuncisum habent præputium, super Ægyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde.

Psal. 17 (margin) · B, C, D, E, F, G (margin letters)

CAPVT X

Gentium ceremonias & idololatriam detestans, ad ueri dei cultū hortatur

AVdite uerbum quod locutus est dominus super uos domus Israel. Hæc dicit dominus: Iuxta uias gentium nolite discere: & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum uanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia. Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, ut non dissoluatur. In similitudinem palmę fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non ualent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. Non est similis tui, domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ò rex gentium? Tuum est enim decus. Inter cunctos sapientes gentium, & in uniuersis regnis eorum nullus est similis tui. Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina uanitatis eorum, lignum est. Argentum inuolutum, de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum, opus artificum uniuersa

A, B (margin letters)

uersa hæc. Dominus autem deus uerus est: ipse deus uiuens, & rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis: Dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ sub

C cœlo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. Ad uocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit uentum de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore uisitationis suæ peribunt. Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel uirga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi. Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit dominus: Ecce, ego longè proijciam habitatores terræ in hac uice: & tribulabo eos, ita ut inueniantur. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea est, &

Psal. 134

D portabo illam. Tabernaculum meum uastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendat ultrà tentorium meum, & erigat pelles meas. Quia stultè egerunt pastores, & dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. Vox auditionis ecce uenit, & commotio magna de terra aquiloni: ut ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculum draconum. Scio domine, quia non est hominis uia eius: nec uiri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Corripe me domine, uerumtamen in iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam super gentes quæ non cognouerunt te, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt.

CAP. XI

A VErbum quod factum est à domino ad Ieremiam, dicens: Audite uerba pacti huius, & loquimini ad uiros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus Israel: Maledictus uir qui non audierit uerba pacti huius, quod præcepi patribus uestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite uocem meam, & facite omnia quæ præcepi uobis: & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deum: ut suscitem iuramentum quod iuraui patribus uestris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen, domine. Et dixit dominus ad me: Vociferare omnia uerba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens: Audite uerba pacti huius, & facite illa: quia contestans contestatus sum patres uestros in die qua eduxi eos de terra Ægypti usque ad diem hanc. Mane consurgens contestatus sum,

Refricat populo fœdus et beneficia dei, et queritur de insidijs sibi à suis structis propter ueritatem

B & dixi: Audite uocem meam. & non audierunt, nec inclinauerũt aurem suam: sed abierunt unusquisque in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia uerba pacti huius, quod præcepi ut facerent, & non fecerunt. Et dixit dominus ad me: Inuenta est coniuratio in uiris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire uerba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, ut seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. Quam ob rem hæc dicit dominus: Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad deos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui

C Iuda: & secundum numerum uiarum Ierusalem posuisti aras confusionis ad libandum Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictiõis eorum. Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? nũquid carnes sanctæ auferent à te militias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam uocauit dominus nomen tuum. Ad uocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Et dominus exercituum qui plantauit te, locutus est super te malum: pro

malis

malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. Tu autem domine demonstrasti mihi & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam: & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicētes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabbaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda, uideam ultionē tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. Propterea hæc dicit dominus ad uiros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine domini, & non morieris in manibus nostris. Propterea hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego uisitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorum moriētur in fame, & reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super uiros Anathoth, annum uisitationis eorum. D

CAP. XII

Disceptatio cū deo cur secundæ sint res impiorum, & piorū aduersæ: deq; reiectione Iudæorum, & gentiū acceptione
Iob 21 a
Abac. 1 a
Isa. 19 e

IVstus quidem tu es domine, si disputem tecum: uerumtamen iusta loquar ad te: Quare uia impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum. Et tu domine nosti me, uidisti me, & probasti cor meum tecum. Congrega eos quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die occisionis. Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? Consumptum est animal, & uolucre: quoniam dixerunt, Non uidebit nouissima nostra. Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? Cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena uoce: ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me uocem, ideò odiui eam. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? uenite, congregamini omnes bestię terræ, properate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerūt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Posuerunt eam in dissipationem, luxitq; super me. desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde. Super omnes uias deserti uenerunt omnes uastatores terræ, quia gladius domini deuorabit ab extremo terræ usq; ad extremum eius: non est pax uniuersæ carni. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus uestris, propter iram furoris domini. Hæc dicit dominus aduersum omnes uicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce, ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et cum euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, uirum ad hæreditatem suam, & uirum in terram suam. Et erit: si eruditi didicerint uias populi mei, ut iurent in nomine meo Viuit dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei. Quòd si non audierint: euellam gentem illam euulsione & perditione, ait dominus. A B C D

CAPVT XIII

Deus aperit prophetæ quō à summo ad infimum de omnibus sit pœnas sumpturus

HÆc dicit dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud. Et possedi lumbare iuxta uerbum domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundò, dicens: Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens uade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge, & uade ad Euphraten: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi ut absconderes illud ibi. Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco ubi absconderam illud: & ecce, computruerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus, Sic computrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt audire uerba mea, A B

& am-

& ambulant in prauitate cordis sui: abieruntq; post deos alienos, ut seruirent eis & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos uiri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit dominus: ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & nō audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit dominus deus Israel, Omnis laguncula implebitur uino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur uino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate: & dispergam eos in uirum à fratre suo & patres, & filios pariter, ait dominus: non parcam, & non concedam: neque miserebor ut non disperdam eos. Audite, & auribus percipite: Nolite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino deo uestro gloriam, antequàm contenebrescat, & antequàm offendant pedes uestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem: & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem. Quòd si hoc nō audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ: plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex domini. Dic regi & dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendet de capite uestro corona gloriæ uestræ. Ciuitates austri clausæ sunt, & non est qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Leuate oculos uestros, & uidete qui uenitis ab aquilone: ubi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices cum uisitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? Quòd si dixeris in corde tuo: Quare uenerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt uerecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus uarietates suas: & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Et disseminabo eos, quasi stipulam quæ uento raptatur in deserto. Hæc sors tua pársque mensuræ tuæ à me, dicit dominus: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. unde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro uidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem: non mundaberis post me: usquequo adhuc?

Thren. 1

CAPVT XIIII

Penuriam annonæ annuntiat deus prophetæ, & prohibet ne interueniat pro populo

QVod factum est uerbum domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam: uenerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt uasa sua uacua: confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua. Propter terræ uastitatem, quia non uenit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt uentum quasi dracones, defecerūt oculi eorum, quia non erat herba. Si iniquitates nostræ responderint nobis: domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. Expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Quare futurus es uelut uir uagus, ut fortis qui non potest saluare? Tu autem in nobis es, domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & uisitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & uictimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos. Et dixi: A, a, a, domine deus: Prophetæ dicunt eis, Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, sed pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falsò prophetæ uaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos: uisionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetāt uobis. Idcirco hæc dicit dominus de prophetis qui pro

qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac: In gladio & fame consumentur prophetæ illi. Et populi quibus prophetãt, erunt proiecti in uijs Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos, ipsi & uxores eorum, filij & filię eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices ad eos uerbum istud: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est uirgo filia populi mei, plaga pessima uehementer. Si egressus fuero ad agros: ecce, occisi gladio. & si introiero in ciuitatẽ: ecce, attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. Nunquid proijciẽs abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas? Expectamus pacem, & nõ est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus dñe impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? Nónne tu es dominus deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc. D

CAP. XV

Renuit deus audire ullum perfido populo patrocinantem, & minatur ei graues ærumnas

ET dixit dominus ad me: Si steterint Moyses & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum. Eijce illos à facie mea, & egrediãtur. Quòd si dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit dominus, Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et uisitabo super eos quatuor species, dicit dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & uolatilia cœli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum: & dabo eos in feruorem uniuersis regnis terræ propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem. Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit dominus: retrorsum abijsti: & extendam manum meam super te: & interficiam te: laboraui rogans. Et dispergam eos uentilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à uijs suis non sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi uiduæ eius super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis uastatorem meridie: misi super ciuitates repente terrorem. Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, & erubuit. Et residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait dominus. Væ mihi mater mea: quare genuisti me uirum rixæ, uirum discordiæ in uniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquã: omnes maledicunt mihi. Dicit dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, & æs? Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Et adducam inimicos tuos de terra quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, & super uos ardebit. Tu scis domine, recordare mei, & uisita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. Noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi uerbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me domine deus exercituum. Non sedi in consilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum à uili, quasi os meum eris. conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduersum te, & non præualebunt: quia ego tecum sum ut saluem te, & eruam te, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium. A B C D

Amos 8 c

Ezech. 3 a

CAPVT XVI

Et fa-

A ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Non accipies uxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. Quia hæc dicit dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto: & super matres eorum quæ genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac: Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Et gladio & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neq; uadas ad plangendum, neq; consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus, misericordiam & miserationes. Et morientur grandes, & parui in terra ista: non sepelientur, neq; plangentur, & non se incident, neq; cal-B uitium fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabũt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, ut sedeas cum eis, & comedas, & bibas. quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis uestris, & in diebus uestris uocem gaudij, & uocem lætitiæ, uocem sponsi & uocem sponsæ. Et cum annuntiaueris populo huic omnia uerba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus est dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra? aut quod peccatum nostrum quod peccauimus domino deo nostro? Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres uestri, ait dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & C legem meam non custodierunt. Sed & uos peius operati estis, quàm patres uestri. ecce enim ambulat unusquisq; post prauitatem cordis sui mali, ut me nõ audiat. Et eijciam uos de terra hac, in terram quam ignoratis uos & patres uestri: & seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt uobis requiem. Propterea ecce dies ueniunt, dicit dominus, & non dicetur ultrà, Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: sed Viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra aquilonis, & de uniuersis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. Ecce, ego mittam piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos uenatores, & uenabuntur eos de omni colle, & de cauernis petrarum. Quia oculi mei sunt super omnes uias eorum: non D sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes uenient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, uanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? Idcirco ecce ego ostendam eis per uicem hanc, ostendam eis manum meam, & uirtutem meam: & scient quia nomen mihi dominus.

Prohibetur prophetæ connubiũ & omne cõmercium cũ populo, qđ dominus eum perditurus esset, inq; eius locum substituturus gentes

1 Cor. 5 b

CAP. XVII

A PEccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum suorum, lignorumq; frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro: fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in uniuersis finibus tuis. Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo: usque in æternũ ardebit. Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Erit enim quasi mirycæ in deserto, & non uidebit cum uenerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus uir qui confidit in domino, & erit domi-B nus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit cum uenerit æstus. Et erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor omnium & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes: qui do unicuiq; iuxta uiam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. Perdix fouit quæ

Quæ mala deo diffidẽtes maneãt, & opes iniquè cõgerentes, deq; obseruãdo sabbatho

Psal. 1 a

non peperit:fecit diuitias, & non in iudicio:in dimidio dierum suorum derelinquet eas,& in nouissimo suo erit insipiens. Solium gloriæ altitudinis à principio,locus sanctificationis nostræ.Expectatio Israel domine,omnes qui te derelinquunt,confundentur:recedentes à te,in terra describentur:quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentiũ dominum.Sana me domine,& sanabor:saluum me fac,& saluus ero:quoniam laus mea es tu.Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est uerbum domini?ueniat.Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens:& diem hominis non desideraui.tu scis.Quod egressum est de labijs meis,rectum in cõspectu tuo fuit.Non sis tu mihi formidini,spes mea tu in die afflictionis.Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego:paueant illi,& non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis,& duplici contritione contere eos. Hæc dicit dominus ad me: Vade,& sta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur reges Iuda,& egrediuntur,& in cunctis portis Ierusalem:& dices ad eos. Audite uerbum domini reges Iuda,& omnis Iuda,cunctiq; habitatores Ierusalem qui ingredimini per portas istas.Hęc dicit dominus: Custodite animas uestras,& nolite portare pondera in die sabbathi:nec inferatis per portas Ierusalem,& nolite eijcere onera de domibus uestris in die sabbathi,& omne opus non facietis.Sanctificate diem sabbathi,sicut præcepi patribus uestris.Et non audierunt,nec inclinauerunt aurem suam:sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me,& ne acciperent disciplinam.Et erit:Si audieritis me,dicit dominus,ut non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi:& si sanctificaueritis diem sabbathi,ne faciatis in eo omne opus: ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super solium Dauid,& ascendentes in curribus & equis,ipsi & principes eorum,uiri Iuda,& habitatores Ierusalẽ: & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.Et uenient de ciuitatibus Iuda,& de circuitu Ierusalem & de terra Beniamin & de campestribus & de montuosis & ab austro,portantes holocaustum & uictimam & sacrificium & thus & inferent oblationem in domum domini.Si autem non audieritis me,ut sanctificetis diem sabbathi,& ne portetis onus,& ne inferatis per portas Ierusalem die sabbathi:succendam ignem in portis eius,& deuorabit domos Ierusalem,& non extinguetur.

Exo.20 b

CAP. XVIII

Ita nos esse in manu Dei, ut lutum inter digitos figuli

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino,dicens:Surge,& descende in domum figuli,& ibi audies uerba mea.Et descendi in domum figuli, & ecce,ipse faciebat opus super rotam.Et dissipatũ est uas quod ipse faciebat è luto,manibus suis:conuersusq;,fecit illud,uas alterum,sicut placuerat in oculis eius ut faceret.Et factum est uerbum domini ad me,dicens:Nunquid sicut figulus iste,non potero uobis facere domus Israel, ait dominus?Ecce,sicut lutum in manu figuli,sic uos in manu mea,domus Israel. Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum,ut eradicem & destruam & disperdam illud.Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam:agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui ut facerem ei:& subitò loquar de gente & de regno,ut ædificem & plantem illud.Si fecerit malum in oculis meis,ut non audiat uocem meam:pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.Nunc ergo dic uiro Iuda,& habitatoribus Ierusalem,dicens:Hæc dicit dominus,Ecce ego fingo contra uos malum,& cogito contra uos cogitationem.Reuertatur unusquisq; à uia sua mala,& dirigite uias uestras & studia uestra. Qui dixerunt:Desperauimus:post cogitationes enim nostras ibimus,& unusquisq; prauitatem cordis sui faciemus.Ideò hæc dicit dominus:Interrogate gentes,Quis audiuit talia horribilia,quæ fecit nimis uirgo Israel?Nunquid deficiet de petra agri nix Libani?aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes?Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in uijs suis & in semitis seculi, ut ambularent per eas in itinere non trito: Vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum. Omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & mouebit caput suum. Sicut uentus urens dispergam eos coram inimico: dorsum,& non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes:non enim peribit lex à sacerdote,neque consilium à sapiente,nec sermo

à pro-

à propheta.uenite,& percutiamus eum lingua,& non attendamus ad uniuersos sermones eius.Attende domine ad me,& audi uocem aduersariorum meorum. Nunquid reddetur pro bono malum,quia foderunt foueam animæ meæ?Recordare quòd steterim in con- D spectu tuo ut loquerer pro eis bonum,& auerterem indignationem tuam ab eis. Propter- ea da filios eorum in famem,& deduc eos in manus gladij:fiant uxores eorum absque libe- ris,& uiduæ:& uiri earum interficiantur morte:iuuenes eorum confodiantur gladio in præ lio.Audiatur clamor de domibus eorum:adduces enim super eos latronem repente:quia foderunt foueam,ut caperent me,& laqueos absconderunt pedibus meis.Tu autem do- mine scis omne cõsilium eorum aduersum me in mortem:ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur:fiant corruentes in conspectu tuo,in tempore furoris tui abutere eis.

CAPVT XIX

Cognoscit propheta Ierosolymæ & Topheth excidiū

A HÆc dicit dominus:Vade,& accipe laguncukam figuli testaceam à senioribus populi, & senioribus sacerdotum:& egredere ad uallem filij Ennom,quæ est iuxta introitum portæ fictilis:& prædicabis ibi uerba quæ ego loquar ad te,& dices:Audite uerbum domi ni reges Iuda,& habitatores Ierusalem:hæc dicit dominus exercituum deus Israel:Ecce, ego inducam afflictionem super locum istum:ita ut omnis qui audierit illam,tinnient au- res eius:eo quòd dereliquerunt me,& alienum fecerunt locum istum:& libauerunt in eo dijs alienis,quos nescierunt ipsi,& patres eorum,& reges Iuda:& repleuerunt locum istum B sanguine innocentum:& ædificauerunt excelsa Baal ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baal:quæ non præcepi,nec locutus sum,nec ascenderunt in cor meum.Pro- pterea ecce dies ueniunt,dicit dominus:& non uocabitur amplius locus iste,Topheth,& Vallis filij Ennom,sed Vallis occisionis.Et dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto:& subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum,& in manu quærentiũ ani- mas eorum:& dabo cadauera eorum escam uolatilibus cœli,& bestijs terræ.Et ponam ciui tatem hanc in stuporẽ,& in sibilum:omnis qui præterierit per eam,obstupescet,& sibilabit C super uniuersa plaga eius.Et cibabo eos carnibus filiorum suorum,& carnibus filiarum sua rum:& unusquisque carnes amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum,& qui quærunt animas eorum.Et conteres lagunculã in oculis uirorum qui ibunt tecum.Et dices ad eos:Hæc dicit dominus exercituum, Sic conteram populum istum,& ciuitatem istam,sicut conteritur uas figuli quod non potest ultrà instaurari:& in Topheth sepelientur,eo quòd non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic,ait dominus,& habitatoribus eius:& ponam ciuitatem istam sicut Topheth.Et erunt domus D Ierusalem,& domus regum Iuda sicut locus Topheth immundæ:omnes domus,in qua- rum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cœli,& libauerunt libamina dijs alienis.Ve- nit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus domini,& dixit ad omnem populum:Hæc dicit dominus exercituum deus Israel,Ecce,ego inducam super ciuitatem hanc,& super omnes urbes eius uniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam:quoniam indurauerunt ceruicem suam,ut non audirent sermones meos.

Ier. 18.49.50

CAPVT XX

Phassur sacerdos Ieremiam cædit & conijcit in carcerẽ, isthic uaticinatur ingruẽtes calamitates

A ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos,qui constitutus erat princeps in domo do- mini,Ieremiam prophetãtem sermones istos.Et percussit Phassur Ieremiam prophe tam,& misit eum in neruum, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo domini. Cumque illuxisset in crastinum,eduxit Phassur Ieremiam de neruo.& dixit ad eum Ieremi as:Non Phassur uocauit dominus nomen tuum,sed Pauorem undique:quia hæc dicit do- minus:Ecce,ego dabo te in pauorem,te & omnes amicos tuos:& corruent gladio inimico rum suorum,& oculi tui uidebunt. & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis:& B traducet eos in Babylonem,& percutiet eos gladio.Et dabo uniuersam substantiam ciuita tis huius,& omnem laborem eius,omneque pretium,& cunctos thesauros regum Iuda da- bo in manu inimicorum eorum:& diripient eos,& tollent & ducent in Babylonem.Tu au tem Phassur,& omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem,& in Babylonem ue

nies,& ibi morieris:ibiq; sepelieris tu,& omnes amici tui quibus prophetasti mendacium. Seduxisti me domine,& seductus sum:fortior me fuisti,& inualuisti,factus sum in derisum tota die,omnes subsannant me:Quia iam olim loquor,uociferans iniquitatem,& uastitatem clamito.Et factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum tota die. Et dixi:Non recordabor eius,neq; loquar ultrà in nomine illius.& factus est in corde meo quasi ignis exæstuans,claususq; in ossibus meis:& defeci,ferre non sustinens.Audiui enim contumelias multorum,& terrorem in circuitu.Persequimini,& persequamur eum:ab omnibus uiris qui erant pacifici mei,& custodientes latus meum:si quo modo decipiatur,& præualeamus aduersus eum,& consequamur ultionem ex eo.Dominus autem mecum est tanquam bellator fortis:idcirco qui persequuntur me,cadent,& infirmi erunt:confundentur uehementer,quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur.Et tu domine exercituũ probator iusti,quia uides renes & cor:uideam quæso ultionem tuam ex eis:tibi enim reuelaui causam meam.Cantate domino,laudate dominum:quia liberauit animã pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus sum:dies in qua peperit me mater mea,non sit benedicta.Maledictus uir qui annũtiauit patri meo,dicens: Natus est tibi puer masculus:& quasi gaudio lætificauit eum.Sit homo ille ut sunt ciuitates quas subuertit dominus,& non pœnituit eum,audiat clamorem mane,& ululatum in tempore meridiano:qui nõ me interfecit à uulua,ut fieret mihi mater mea sepulchrum,& uulua eius conceptus æternus.Quare de uulua egressus sum,ut uiderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

Iob 3 a

CAP. XXI

Vrbe obsessa quærit rex Sedecias à propheta euẽtum belli,eum ipsi indicat

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino,quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ,& Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem,dicens:Interroga pro nobis dominum,quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si forte faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua,& recedat à nobis.Et dixit Ieremias ad eos:Sic dicetis Sedeciæ,Hæc dicit dominus deus Israel,Ecce,ego conuertam uasa belli,quæ in manibus uestris sunt,& quibus uos pugnatis aduersum regẽ Babylonis & Chaldæos,qui obsident uos in circuitu murorum:& congregabo ea in medio ciuitatis huius.Et debellabo ego uos in manu extenta & in brachio forti & in furore & in indignatione,& in ira grandi.Et percutiam habitatores ciuitatis huius:homines & bestiæ pestilentia magna morientur. Et post hoc ait dominus,dabo Sedeciam regem Iuda,& seruos eius,& populum eius,& qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste & gladio & fame,in manu Nabuchodonosor regis Babylonis,& in manu inimicorũ eorum,& in manu quærentium animam eorum:& percutiet eos in ore gladij,& non flectetur,neq; parcet,nec miserebitur. Et ad populũ hunc dices:Hæc dicit dominus,Ecce ego do coram uobis uiam uitæ,& uiam mortis.qui habitauerit in urbe hac,morietur gladio & fame & peste:qui autẽ egressus fuerit,& transfugerit ad Chaldæos qui obsident uos,uiuet,& erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum,& non in bonum,ait dominus: in manu regis Babylonis dabitur,& exuret eam igni.Et domui regis Iuda:Audite uerbum domini.Domus Dauid,hæc dicit dominus,Iudicate mane iudiciũ,& eruite ui oppressum de manu calumniantis:ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea,& succendatur,& non sit qui extinguat propter malitiam studiorũ uestrorum.Ecce,ego ad te habitatricem uallis solidæ atq; campestris,ait dominus:qui dicitis,Quis percutiet nos?& quis ingredietur domos nostras?Et uisitabo super uos iuxta fructum studiorum uestrorum,dicit dominus:& succendam ignem in saltu eius:& deuorabit omnia in circuitu eius.

CAP. XXII

Regem cũ populo exhortatur ad iustitiã & pietatem, enuntiatq; fata Sellum & Ioacim

HÆc dicit dominus:Descende in domum regis Iuda,& loqueris ibi uerbum hoc,& dices:Audi uerbũ domini rex Iuda,qui sedes super solium Dauid:tu & serui tui,& populus tuus,qui ingredimini per portas istas.Hæc dicit dominus:Facite iudiciũ & iustitiam: & liberate ui oppressum de manu calumniatoris:& aduenam,& pupillũ,& uiduam nolite contristare,neq; opprimatis inique:& sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.Si enim facientes feceritis uerbum istud:ingredietur per portas domus huius reges sedentes de gene

de genere Dauid super thronum eius,& ascendentes currus & equos,ipsi & serui & populus eorum. Quòd si non audieritis uerba hæc:in memetipso iuraui,dicit dominus,quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit dominus super domum regis Iuda, Galaad C tu mihi caput Libani:si non posuero te solitudinem,urbes inhabitabiles:& sanctificabo super te interficientem uirum & arma eius:& succident electas cedros tuas,& præcipitabunt in ignem. Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc:& dicet unusquisque proximo suo:Quare fecit dominus sic ciuitati huic grandi? Et respondebunt:Eo quòd dereliquerint pactum domini dei sui,& adorauerint deos alienos,& seruierint eis. Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu:plangite eum qui egreditur,quia non reuertetur ultrà,nec uidebit terram natiuitatis suę:quia hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ regis Iuda,qui D regnauit pro Iosia patre suo,qui egressus est de loco isto:Non reuertetur huc amplius:sed in loco ad quem transtuli eum,ibi morietur,& terram istam non uidebit amplius. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia,& cœnacula sua non in iudicio:amicum suum opprimet frustra,& mercedem eius non reddet ei. Qui dicit:Ædificabo mihi domum latam & cœnacula spatiosa:qui aperit sibi fenestras,& facit laquearia cedrina,pingitque sinopide. Nunquid regnabis,quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comedit & bibit,& fecit iudicium & iustitiam tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni in bo E num suum. Nunquid non ideò quia cognouit me,dicit dominus? Tui uerò oculi & cor ad auaritiam,& ad sanguinem innocentem fundendum & ad calumniam & ad cursum mali operis. Propterea hæc dicit dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda:Non plangent eum,Væ frater & uæ soror:non concrepabunt ei,Væ domine,& uæ inclyte. Sepultura asini sepelietur,putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. Ascēde Libanum,& clama: & in Basan da uocē tuam,& clama ad transeuntes,quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in abundantia tua:dixisti,Non audiam. Hæc est uia tua ab adolescen F tia tua,quia non audisti uocem meam. Omnes pastores tuos pascet uentus & amatores tui in captiuitatem ibunt:& tunc confunderis,& erubesces ab omni malitia tua. Quæ sedes in Libano,& nidificas in cedris,quomodo congemuisti cum uenissent tibi dolores,quasi dolores parturientis. Viuo ego,dicit dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda,annulus in manu dextera mea:inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam,& in manu quorum tu formidas faciem,& in manu Nabuchodonosor regis Babylonis,& in manu Chaldæorum. Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te,in ter G ram alienam,in qua nati non estis,ibique moriemini:& in terram ad quam ipsi leuant animam suam,ut reuertantur illuc,& non reuertentur. Nunquid uas fictile atque contritum uir iste Iechonias? Nunquid uas absque omni uoluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? Terra,terra,terra,audi sermonem domini. Hæc dicit dominus: Scribe uirum istum sterilem, uirum qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius uir qui sedeat super solium Dauid,& potestatem habeat ultrà in Iuda.

4 Reg. 24 a

CAPVT XXIII

A VÆ pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ,dicit dominus. Ideò hæc dicit dominus deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum,& eiecistis eos,& non uisitastis eos:ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorum uestrorum,ait dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris,ad quas eiecero eos illuc:& conuertam eos ad rura sua,& crescent & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores,& pascent eos:& non formidabūt ultrà,& non pauebunt:& nullus quæretur ex numero,dicit dominus. Ecce dies ueniūt,dicit dominus:& suscitabo Dauid germen iustum:& regnabit rex,& sapiens erit:& faciet iudicium & iustitiam B in terra. In diebus illis saluabitur Iuda,& Israel habitabit confidēter:& hoc est nomē quod uocabunt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies ueniunt,dicit dominus:& non dicent ultrà, Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti:sed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis,& de cunctis terris, ad

Deus obiurgat eos qui populo præsunt, & pseudoprophetas

Ezech. 34 a

quas eieceram eos illuc:& habitabunt in terra sua. Ad prophetas: Contritum est cor me/um in medio mei,contremuerunt omnia ossa mea:factus sum quasi uir ebrius,& quasi ho/mo madidus à uino,à facie domini,& à facie uerborum sanctorum eius.Quia adulteris repleta est terra,quia à facie maledictionis luxit terra,arefacta sunt arua deserti:factus est cursus eorum malus,& fortitudo eorum dissimilis. Propheta namque & sacerdos polluti sunt:& in domo mea inueni malum eorum,ait dominus.Idcirco uia eorum erit quasi lubricum in tenebris:impellentur enim,& corruent in ea:afferam enim super eos mala,annum C uisitationis eorum,ait dominus. Et in prophetis Samariæ uidi fatuitatem:prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel. Et in prophetis Ierusalem uidi similitudi/nem,adulterium,& iter mendacij:& confortauerunt manus pessimorum,ut non conuerteretur unusquisque à malitia sua:facti sunt mihi omnes ut Sodoma,& habitatores eius quasi Gomorrha.Propterea hæc dicit dominus exercituum ad prophetas:Ecce ego cibabo eos absynthio,& potabo eos felle:à prophetis enim Ierusalem egressa est pollutio super om/nem terram. Hæc dicit dominus exercituum,Nolite audire uerba prophetarum,qui pro/phetant uobis,& decipiunt uos:uisionem cordis sui loquũtur,non de ore domini.Dicunt his qui blasphemant me:Locutus est dominus,Pax erit uobis.& omnibus qui ambulant D in prauitate cordis sui,dixerunt,Non ueniet super uos malum. Quis enim affuit in consilio domini,& uidit & audiuit sermonem eius? quis considerauit uerbum illius,& audiuit? Ec/ce,turbo dominicæ indignationis egredietur,& tempestas erumpens:super caput impio/rum ueniet.Non reuertetur furor domini usque dum faciat & usque dum compleat cogita/tionem cordis sui.in nouissimis diebus intelligetis consilium eius.Non mittebam prophe/tas,& ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo,& nota fecissent uerba mea populo meo:auertissem utique eos à uia sua mala,& à cogitationibus suis pessimis. Putás ne deus è uicino ego sum,dicit dominus,& non deus de longe? Si occultabitur uir in absconditis:& ego non uidebo eum,dicit dominus? Nunquid E non cœlum & terram ego impleo,dicit dominus? Audiui quæ dixerunt prophetæ,pro/phetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde prophetarum uaticinantium mendacium, & prophetantium seductio/nes cordis sui? Qui uolunt facere ut obliuiscatur populus meus nominis mei,propter somnia eorum quæ narrat unusquisque ad proximum suum:sicut obliti sunt patres eorum no/minis mei propter Baal. Propheta qui habet somnium,narret somnium:& qui habet ser/monem meum,loquatur sermonem meum uerè. quid paleis ad triticum,dicit dominus? Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis,dicit dominus:& quasi malleus conterens pe/tram? Propterea ecce ego ad prophetas,ait dominus:qui furantur uerba mea unusquisque F à proximo suo.Ecce ego ad prophetas,ait dominus:qui assumunt linguas suas,& aiunt: Dicit dominus. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium,ait dominus:qui narrauerunt ea,& seduxerunt populum meum in mendacio suo & in miraculis suis:cum ego non misissem eos,nec mandassem eis:qui nihil profuerunt populo huic,dicit dominus.Si igitur interrogauerit te populus iste,uel propheta,aut sacerdos,dicens:Quod est onus domini? dices ad eos: Vt quid onus? proijciam quippe uos,dicit dominus.Et propheta & sacerdos & populus,qui dicit:Onus domini:uisitabo super uirum illum,& super domum eius. Hæc dicetis unusquisque ad proximum & ad fratrem suum:Quid respondebit dominus? & quid locutus est dominus? Et onus domini ultrà non memorabitur:quia onus erit unicuique ser/ G mo suus:& peruertistis uerba dei uiuentis,domini exercituum dei nostri.Hæc dices ad prophetam:Quid respondit tibi dominus? & quid locutus est dominus? Si autem Onus do/mini dixeritis:propter hoc hæc dicit dominus,Quia dixistis sermonem istum,Onus do/mini:& misi ad uos,dicens,Nolite dicere Onus domini:propterea ecce ego tollam uos portans,& derelinquam uos,& ciuitatem quam dedi uobis,& patribus uestris à facie mea:& dabo uos in opprobrium sempiternum,& in ignominiam æternam,quæ nunquam obli/uione delebitur.

Deut.32 c

Ierem.14.27 & 29

CAPVT XXIIII

Osten/

A Ostendit mihi dominus:& ecce duo calathi pleni ficis,positi ante templum domini: postquàm transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda,& principes eius,& fabrum,& inclusorem de Ierusalem,& adduxit eos in Babylonem.Calathus unus,ficus bonas habebat nimis:ut solent ficus esse primi temporis.& ca B lathus unus,ficus habebat malas nimis,quæ comedi non poterant,eo quòd essent malæ. Et dixit dominus ad me:Quid tu uides Ieremia?Et dixi:Ficus.ficus bonas,bonas ualde:& malas,malas ualde,quæ comedi non possunt,eo quòd sint malæ. Et factum est uerbum domini ad me,dicens:Hæc dicit dominus deus Israel:Sicut ficus hæ bonæ:sic cognoscam C transmigrationem Iuda,quem emisi de loco isto in terram Chaldæorum,in bonum.Et ponam oculos meos super eos ad placandum:& reducam eos in terram hanc:& ædificabo eos,& non destruam,& plantabo eos,& non euellam. Et dabo eis cor,ut sciant me,quia ego sum dominus:& erunt mihi in populum,& ego ero eis in deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo.Et sicut ficus pessimæ,quæ comedi non possunt,eo quòd sint malæ: D hæc dicit dominus,sic dabo Sedeciam regem Iuda,& principes eius,& reliquos de Ierusalem,qui remanserunt in urbe hac,& qui habitant in terra Ægypti.Et dabo eos in uexationem afflictionemq; omnibus regnis terræ,in opprobrium & in parabolam & in prouerbium & in maledictionem in uniuersis locis ad quæ eieci eos.Et mittam in eis gladium & famem & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

Visionem refert & populi & principis subuersionē significantem

4 Reg.24 d

CAPVT XXV

A Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ: in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda,ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.Quod locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda,& ad uniuersos habitatores Ierusalem, dicens: A tertiodecimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda usque ad diem hanc:iste tertius & uicesimus annus,factum est uerbum domini ad me,& locutus sum ad uos de nocte consurgens & loquens:& non audistis.Et misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas,consurgens diluculo,mittensq;: & non audistis, neque inclinastis aures uestras ut audiretis,cum diceret: Reuertimini unusquisque à uia sua mala,& à pessimis cogitationibus uestris: & habitabitis in terra quam B dedit dominus uobis & patribus uestris,à seculo & usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos,ut seruiatis eis,adoretisq; eos,neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum uestrarum,& non affligam uos.Et non audistis me,dicit dominus:ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum uestrarum,in malum uestrum. Propterea hæc dicit dominus exercituum:Pro eo quòd non audistis uerba mea,ecce ego mittam,& assumam uniuersas cognationes aquilonis,ait dominus,& Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum:& adducam eos super terram istam,& super habitatores eius,& super omnes nationes quę in circuitu illius sunt:& interficiam eos,& ponam eos in stuporem & in sibilum,& in solitudines sempiternas. Perdamq; ex eis uocem gaudij & uocem læti C tiæ,uocem sponsi & uocem sponsæ,uocem molæ & lumen lucernæ. Et erit uniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporem:& seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.Cumq; impleti fuerint septuaginta anni,uisitabo super regem Babylonis,& super gentem illam,dicit dominus,iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum:& ponam illam in solitudines sempiternas.Et adducam super terram illam omnia uerba mea quæ locutus sum contra eam,omne quod scriptum est in libro isto,quæcunq; prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes:quia seruierunt eis, cum essent gentes multæ & reges magni:& reddam eis secundum opera eorum,& secundum facta manuum suarum.Quia sic dicit dominus exercituum deus Israel:Sume calicem uini furoris huius de manu mea:& D propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.Et bibent,& turbabuntur,& insanient à facie gladij quem ego mittam inter eos.Et accepi calicem de manu domini,& propinaui cunctis gentibus ad quas misit me dominus:Ierusalem,& ciuitatibus Iuda,& regibus eius & principibus eius:ut darem eos in solitudinē & in stuporem & in sibilū & in maledictionē,sicut est dies ista.Pharaoni regi Ægypti & seruis eius & principibus eius & omni

Arguitur rex cū populo & prædicitur eis captiuitas,simulq; Babyloni suum enunciatur excidiū

2 Par.36 d

populo eius,& uniuersis generaliter:cunctis regibus terræ Ausitidis,& cunctis regibus terræ Philisthijm & Ascalonis & Gazæ & Accaron & reliquijs Azoti,& Idumææ & Moab & filijs Ammon,& cunctis regibus Tyri,& uniuersis regibus Sidonis,& regibus terræ insularum qui sunt trans mare,& Dedan & Thema & Buz & uniuersis qui attonsi sunt in comam, & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus occidentis qui habitant in deserto,& cunctis regibus Zambri,& cunctis regibus Elam,& cunctis regibus Medorum:cunctis quoque regibus aquilonis de prope & de longe,unicuique contra fratrem suum,& omnibus regnis terræ,quæ super faciem eius sunt:& rex Sesach bibet post eos. Et dices ad eos:Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Bibite & inebriamini,& uomite:& cadite,neque surgatis,à facie gladij quem ego mittam inter uos. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant,dices ad eos,Hæc dicit dominus exercituum,Bibentes bibetis,quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum,ego incipio affligere:& uos quasi innocentes,& immunes eritis? non eritis immunes.gladium enim ego uoco super omnes habitatores terræ,dicit dominus exercituum.Et tu prophetabis ad eos omnia uerba hæc,& dices ad illos,Dominus de excelso rugiet,& de habitaculo sancto suo dabit uocem suam:rugiens rugiet super decorem suum:celeusma quasi calcantium,concinetur aduersus omnes habitatores terræ.Peruenit sonitus usque ad extrema terræ:quia iudicium domino cum gẽtibus: iudicatur ipse cum omni carne,impios tradidi gladio,dicit dominus.Hæc dicit dominus exercituum:Ecce afflictio egredietur de gente in gentem:& turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.Et erũt interfecti domini in die illa à summo terræ usque ad summum eius: non plangentur,& non colligentur,neque sepelientur:in sterquilinium super faciem terræ iacebunt. Vlulate pastores,& clamate:& aspergite uos cinere optimates gregis:quia completi sunt dies uestri, ut interficiamini : & dissipationes uestræ, & cadetis quasi uasa pretiosa . Et peribit fuga à pastoribus,& saluatio ab optimatibus gregis . Vox clamoris pastorum, & ululatus optimatum gregis : quia uastauit dominus pascua eorum , & conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris domini . Dereliquit quasi leo umbraculum suum: quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris domini.

1 Pet.4 d — *Amos 1 a*

CAPUT XXVI

Quòd minaretur propheta templũ Ierosolymitanum uelut Silo perdẽdũ si persisterent in peccatis,capitur, et tandẽ rursum liberatur

IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda,factum est uerbum istud à domino,dicens:Hæc dicit dominus,Sta in atrio domus domini,& loqueris ad omnes ciuitates Iuda,de quibus ueniunt ut adorent in domo domini, uniuersos sermones quos ego mandaui tibi ut loquaris ad eos:noli subtrahere uerbum:si fortè audiant & conuertantur unusquisque à uia sua mala:& pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. Et dices ad eos:Hæc dicit dominus,Si non audieritis me ut ambuletis in lege mea quam dedi uobis:ut audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad uos de nocte consurgens,& dirigens,& non audistis:dabo domum istam sicut Silo,& urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ . Et audierunt sacerdotes , & prophetæ , & omnis populus Ieremiam loquentem uerba hæc in domo domini. Cumque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei dominus,ut loqueretur ad uniuersum populum : apprehenderunt eum sacerdotes,& prophetæ,& omnis populus,dicens:Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini? dicens:Sicut Silo erit domus hæc:& urbs ista desolabitur,eo quòd non sit habitator. Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo domini.Et audierunt principes Iuda uerba hæc:& ascenderũt de domo regis in domum domini,& sederunt in introitu portæ domus domini nouæ.Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes & ad omnem populum,dicẽtes: Iudiciũ mortis est uiro huic:quia prophetauit aduersus ciuitatẽ istam,sicut audistis auribus uestris.Et ait Ieremias ad omnes principes & ad uniuersum populũ,dicens:Dominus misit me ut prophetarem ad domũ istam & ad ciuitatem hanc omnia uerba quæ audistis. Nunc ergo bonas facite uias uestras & studia uestra,& audite uocem domini dei uestri:& pœnitebit dñm mali quod locutus est aduersum uos.Ego aũt ecce in manibus uestris sum,facite

mihi

mihi quod bonum & rectum est in oculis uestris. Verũtamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra uosmetipsos, & contra ciuitatem

E istam, & habitatores eius. in ueritate enim misit me dominus ad uos, ut loquerer in auribus uestris omnia uerba hæc. Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes & prophetas: Non est uiro huic iudiciũ mortis: quia in nomine domini dei nostri locutus est ad nos. Surrexerunt ergo uiri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: Micheas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnẽ populum Iudæ, dicẽs: Hæc dicit dominus exercituum, Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem *Mich.3 d*

F in aceruum lapidum erit: & mons domus domini in excelsa syluarum. Nũquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid non timuerunt dominũ, & deprecati sunt faciem domini: & pœnituit dominũ mali, quod locutus fuerat aduersum eos? Itaq; nos facimus malum grande contra animas nostras. Fuit quoq; uir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatẽ istam, & aduersus terram hanc iuxta omnia uerba Ieremiæ. Et audiuit rex Ioacim, & omnes po-

G tentes & principes eius uerba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitq;, & ingressus est Ægyptum. Et misit rex Ioacim uiros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, & uiros cum eo in Ægyptum. Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & adduxerũt eum ad regem Ioacim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris uulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, ut non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

CAP. XXVII

Exprimit clarius Iudæorũ captiuitatem, & dehortatur ab audiendis pseudoprophetis

A IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est uerbum istud ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus ad me, Fac tibi uincula & catenas: & pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom & ad regem Moab & ad regem filiorũ Ammon & ad regem Tyri & ad regem Sidonis: in manu nuntiorum qui uenerunt Ierusalem ad Sedeciam regẽ Iuda. & præcipies eis ut ad dominos suos loquantur: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Hæc dicetis ad dominos uestros, Ego feci terram & homines & iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi.

B Et seruient ei omnes gentes & filio eius & filio filij eius: donec ueniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni. Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicũq; non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio & in fame & in peste uisitabo super gentem illam, ait dominus: donec consumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas uestros & diuinos & somniatores & augures & maleficos qui dicunt uobis: Non seruietis regi Babylonis. quia mendacium prophetant uobis: ut longe uos faciant de terra uestra, & eijciant uos, & pereatis. Porrò gens quæ subiecerit ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittam eam in terra sua, dicit dominus: & colet eam, & habitabit in ea. Et ad Sedeciam *Ier.23 & 29*

C regem Iuda locutus sum secundum omnia uerba hæc, dicens: Subijcite colla uestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & uiuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio & fame & peste, sicut locutus est dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire uerba prophetarum dicentium uobis: Non seruietis regi Babylonis. quia mendacium ipsi loquuntur uobis. Quia non misi eos, ait dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: ut eijciant uos, & pereatis tam uos quàm prophetæ qui uaticinãtur uobis. Et ad sacerdotes, & ad omnem populum istum locutus sum, dicens: Hæc dicit dominus, Nolite audire uerba prophetarum uestrorum, qui prophetant uobis, dicentes: Ecce uasa domus domini reuertentur de Babylone nunc citò. mendacium *Iere.14.23.29*

D enim prophetant uobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, ut uiuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinem? Et si prophetæ sunt, & est uerbum domini in eis: occurrant domino exercituum, ut non ueniant uasa quæ derelicta fuerant in domo domini,

& in do

& in domo regis Iuda & in Ierusalem, in Babylonem. Quia hęc dicit dominus exercituum ad columnas & ad mare & ad bases & ad reliqua uasorum quæ remanserũt in ciuitate hac, quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum trãsferret Iechoniam filium Ioacim regem Iuda de Ierusalem in Babylonẽ, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel ad uasa quæ derelicta sunt in domo domini & in domo regis Iuda & Ierusalem: in Babylonem transferentur, & ibi erunt usq; ad diem uisitationis suæ, dicit dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto. CAP. XXVIII

Quõ Hananias pseudopropheta uaticinium Ieremiæ conatur irritũ facere, sed frustra

A ET factũ est in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Contriui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia uasa domus domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem. Et Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & omnem transmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait dominus. conteram enim iugum regis Babylonis. B Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo domini: & ait Ieremias propheta: Amen, sic faciat dominus: suscitet dominus uerba tua quæ prophetasti, ut referantur uasa in domum domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. Verumtamen audi uerbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus uniuersi populi: Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerũt super terras multas, & super regna magna, de prælio & de afflictione & de fame. Propheta qui uaticinatus est pacem: cum uenerit uerbum eius, scietur propheta quem misit dominus in ueritate. C Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit dominus, Sic cõfringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium, Et abijt Ieremias propheta in uiam suam. Et factum est uerbũ domini ad Ieremiam, postquàm confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicens: Vade, & dices Hananiæ: Hæc dicit dominus, Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi ei. D Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris, aduersum enim dominum locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

Mich. 3 c

CAPVT XXIX

Per literas instruit captiuos quõ se gerere debeãt, & minatur pseudoprophetis

A ET hæc sunt uerba libri quæ misit Ieremias propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum trãsmigrationis & ad sacerdotes & ad prophetas & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem: postquàm egressus est Iechonias rex & domina & eunuchi & principes Iuda & Ierusalem & faber & inclusor de Ierusalem: in manu Elasa filij Saphan & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens: Hæc dicit dominus exercituũ deus Israel, omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonẽ: B Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Accipite uxores, & generate filios & filias: & date filijs uestris uxores, & filias uestras date uiris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. Et quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare uos feci: & orate pro ea ad dominum: quia in pace illius erit pax uobis. Hæc enim dicit dominus deus exercituũ deus Israel: Non uos seducãt prophetæ uestri qui sunt in medio uestrũ, & diuini uestri: & ne attendatis ad somnia uestra quæ uos somniatis: quia falsò ipsi prophetant uobis in nomine meo: non misi eos, dicit dominus. C Quia hæc dicit dominus: Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, uisitabo uos: & suscitabo super uos

per uos uerbum meum bonum,ut reducam uos ad locum istum.Ego enim scio cogitatio-nes,quas ego cogito super uos,ait dominus, cogitationes pacis & non afflictionis,ut dem uobis finem & patientiam.Et inuocabitis me,& ibitis:& orabitis me,& ego exaudiam uos. Quæretis me,& inuenietis:cum quæsieritis me in toto corde uestro.Et inueniar à uobis,ait dominus:& reducam captiuitatem uestram:& cõgregabo uos de uniuersis gentibus,& de D cunctis locis ad quæ expuli uos,dicit dominus:& reuerti uos faciam de loco ad quem trãs-migrare uos feci.Quia dixistis:Suscitauit nobis dominus prophetas in Babylone. Quia hęc dicit dominus ad regem qui sedet super solium Dauid,& ad omnem populum habita torem urbis huius,ad fratres uestros,qui non sunt egressi uobiscum in transmigrationem. Hæc dicit dominus exercituum:Ecce,ego mittam in eos gladiũ & famem & pestem:& po nam eos quasi ficus malas quæ comedi nõ possunt,eo quòd pessimæ sint.Et persequar eos in gladio & in fame & in pestilentia:& dabo eos in uexationẽ uniuersis regnis terræ,in ma E ledictionem & in stuporem & in sibilum & in opprobriũ cunctis gentibus ad quas ego eie ci eos,eo quòd non audierint uerba mea,dicit dominus:quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens & mittens:& non audistis,dicit dominus. Vos ergo audi-te uerbum domini omnis transmigratio,quam emisi de Ierusalem in Babylonẽ. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel ad Achab filium Coliæ,& ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant uobis in nomine meo mendaciter:Ecce,ego tradam eos in manus Nabu-chodonosor regis Babylonis:& percutiet eos in oculis uestris.Et assumetur ex eis maledi-ctio omni transmigrationi Iudæ quæ est in Babylone dicentium:Ponat te dominus sicut F Sedeciã & sicut Achab:quos frixit rex Babylonis in igne,pro eo quòd fecerint stultitiam in Israel,& mœchati sunt in uxores amicorũ suorum,& locuti sunt uerbũ in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis.ego sum iudex & testis,dicit dominus.Et ad Semeiam Nehelamitẽ dices:Hæc dicit dominus exercituum deus Israel:Pro eo quòd misisti in no-mine tuo libros ad omnem populũ qui est in Ierusalem & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem,& ad uniuersos sacerdotes,dicẽs:Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sa cerdote:ut sis dux in domo domini super omnem uirum arreptitium & prophetantem,ut mittas eum in neruum & in carcerem.Et nunc quare nõ increpasti Ieremiam Anathothitẽ, G qui prophetat uobis?Quia super hoc misit in Babylonem ad nos,dicẽs:Longum est:ædi-ficate domos,& habitate:& plãtate hortos,& comedite fructus eorum.Legit ergo Sopho nias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetæ. Et factum est uerbũ domini ad Ieremiã,dicens:Mitte ad omnem transmigrationẽ,dicẽs:Hæc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitẽ:Pro eo ꝙ prophetauit uobis Semeias,& ego non misi eum:& fecit uos confi dere in mendacio:idcirco hæc dicit dominus:Ecce ego uisitabo super Semeiã Nehelamitẽ, & super semen eius:non erit ei uir sedens in medio populi huius,& non uidebit bonũ quod ego faciam populo meo,ait dominus:quia præuaricationẽ locutus est aduersus dominũ.

4 Reg. 11 a
2 Par. 23 a

CAP. XXX

Perscribit populo liberationem & ultionem hostium

A HOc uerbum quod factum est ad Ieremiã à domino,dicens:Hæc dicit dominus deus Israel,dicens: Scribe tibi omnia uerba quæ locutus sum ad te,in li-bro.Ecce enim dies ueniunt,dicit dominus:& conuertam conuersionẽ populi mei Israel & Iuda,ait dominus:& conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum,& possidebunt eam.Et hæc uerba quæ locutus est dominus ad Israel & Iudam:Quoniam hæc dicit domi nus, Vocẽ terroris audiuimus:formido,& non est pax.Interrogate & uidete si generat ma sculus:quare ergo uidi omnis uiri manum super lumbũ suum quasi parturientis,& conuer sæ sunt uniuersæ facies in auruginem?Væ,quia magna dies illa,nec est similis eius:tẽpusꝗ B tribulationis est Iacob,& ex ipsa saluabitur.Et erit in die illa,ait dominus exercituũ:conte-ram iugum eius de collo tuo,& uincula eius dirumpam:& nõ dominabũtur ei amplius alie ni:sed seruient domino deo suo,& Dauid regi suo quem suscitabo eis.Tu ergo non timeas seruc meus Iacob,ait dominus,neꝗ paueas Israel:quia ecce ego saluabo te de terra longin qua,& semen tuum de terra captiuitatis eorum:& reuertetur Iacob,& requiescet,& cunctis affluet bonis,& non erit quem formidet:quoniã tecum ego sum,ait dñs,ut saluẽ te.faciam enim

Isa. 44 a

enim consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te:te autem non faciam in consummationem:sed castigabo te in iudicio,ut non uidearis tibi innoxius.Quia hæc dicit dominus:Insanabilis fractura tua,pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum:curationũ utilitas non est tibi.Omnes amatores tui obliti sunt tui,teq; non quærent.plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli:propter multitudinem iniquitatis tuę dura facta sunt peccata tua.Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus:propter multitudinem iniquitatis tuæ,& dura peccata tua feci hæc tibi.Propterea omnes qui comedunt te,deuorabuntur:& uniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur:& omnes qui te uastant,uastabuntur,cunctosq; prædatores tuos dabo in prædam. Obducam enim cicatricem tibi,& à uulneribus tuis sanabo te,dicit dominus.Quia eiectam uocauerunt te Sion,Hæc est quæ non habebat requirentem.Hæc dicit dominus:Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob,& tectis eius miserebor:& ædificabitur ciuitas in excelso suo,& templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, uoxq; ludentium:& multiplicabo eos,& non minuetur:& glorificabo eos,& non attenuabuntur.Et erunt filij eius sicut à principio,& cœtus eius coram me permanebit. Et uisitabo aduersum omnes qui tribulant eum. Et erit dux eius ex eo:& princeps de medio eius producetur:& applicabo eum,& accedet ad me.Quis enim iste est,qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi,ait dominus? Et eritis mihi in populum:& ego ero uobis in deum. Ecce turbo domini furor egrediens,procella ruens:in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis dominus:donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. In nouissimo dierum intelligetis ea.

Iere.23.24.35

CAP. XXXI

Populũ Israelẽ pristinæ felicitati restituendũ,& Christum nascẽdũ prædicit

IN tempore illo,dicit dominus:Ero deus uniuersis cognationibus Israel,& ipsi erunt mihi in populum.Hæc dicit dominus:Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio:uadet ad requiem suam Israel.Longe dominus apparuit mihi, Et in charitate perpetua dilexi te,ideò attraxi te miserans.Rursumq; ædificabo te,& ædificaberis uirgo Israel:adhuc ornaberis tympanis tuis,& egredieris in choro ludentium.Adhuc plantabis uineas in montibus Samariæ:plantabunt plantãtes,& donec tempus ueniat,non uindemiabunt.quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim:Surgite,& ascendamus in Sion ad dominum deum nostrum.Quia hæc dicit dominus:Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentium:personate,& canite,& dicite:Salua domine populũ tuum reliquias Israel.Ecce ego adducam eos de terra aquilonis,& congregabo eos ab extremis terræ:inter quos erunt cæcus & claudus,& prægnãs & pariens simul,cœtus magnus reuertentium huc.In fletu uenient:& in misericordia reducam eos.Et adducam eos per torrentes aquarum in uia recta,& non impingent in ea:quia factus sum Israeli pater,& Ephraim primogenitus meus est. Audite uerbum domini gentes,& annuntiate in insulis quæ procul sunt,& dicite:Qui dispersit Israel,congregabit eum:& custodiet eum sicut pastor gregem suum.Redemit enim dominus Iacob,& liberabit eum de manu potentioris. Et uenient,& laudabunt in monte Sion:& confluent ad bona domini super frumento & uino & oleo,& fœtu pecorum & armentorum:eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & ultrà non esurient. Tunc lætabitur uirgo in choro, iuuenes & senes simul:& conuertam luctum eorum in gaudium,& consolabor eos,& lætificabo à dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine:& populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus. Hæc dicit dominus: Vox in excelso audita est lamentationis,luctus & fletus Rachel plorantis filios suos:& nolentis consolari super eis,quia non sunt.Hæc dicit dominus:Quiescat uox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis:quia est merces operi tuo,ait dominus, & reuertentur de terra inimici.Et est spes nouissimis tuis,ait dominus:& reuertẽtur filij tui ad terminos suos. Audiens audiui Ephraim transmigrantem: Castigasti me domine,& eruditus sum,quasi iuuenculus indomitus.Conuerte me,& conuertar:quia tu dominus deus meus.Postquàm enim conuertisti me,egi pœnitentiam:& postquàm ostendisti mihi,percussi femur meum. Confusus sum,& erubui,quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si filius honorabilis

Isa.2 a

Mat.2 d

Tren.5 c

rabilis

rabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait dominus, Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in uiam rectam, in qua ambulasti: reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delicijs dissoluetis

E filia uaga? quia creauit dominus nouum super terram: fœmina circundabit uirum. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Adhuc dicent uerbum istud in terra Iuda, & in urbibus eius, cum couertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus: & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & minantes greges. Quia inebriaui animam lassam: & omnem animam esurientem saturaui. Ideò quasi de somno suscitatus sum: & uidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies ueniunt, dicit dominus: & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum & semine iumentorum. Et sicut uigilaui super eos ut euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic uigilabo super eos ut ędificem & plantem, ait dominus. In diebus illis non dicent ultrà: Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorũ obstupuerunt. Sed unusquisq; in iniquitate sua morietur. omnis homo qui comederit uuã acerbã, obstupescẽt dentes eius. Ecce dies uenient, dicit dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. non secũdum pactum quod pepigi cum patribus uestris, in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit dominus: Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorũ scribam eam: & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultrà uir proximum suum, & uir fratrem suum, dicens: Cognoscite dominũ. omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum, ait dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit dominus qui dat solem in lumine diei,

Ezech. 18 a

G ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare & sonant fluctus eius. Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me, dicit dominus: tunc & semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit dominus: Si mensurari potuerint cœli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abijciam uniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit dominus. Ecce, dies ueniunt, dicit dominus: & ædificabitur ciuitas domino à turre Hananeel, usque ad portam anguli. Et exibit ultra normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha, & omnem uallem cadauerum, & cineres, & uniuersam regionem mortis, usq; ad torrentem Cedron & usq; ad angulum portę equorum orientalis: sanctum domini, non euelletur, & non destruetur ultrà in perpetuum.

CAP. XXXII

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimusoctauus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens: Quare uaticinaris, dicens, Hæc dicit dominus, Ecce ego dabo ciuitatẽ istam in manu regis Babylonis, & capiet eam? Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius uidebunt. Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec uisitem eum, ait dominus. si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. Et dixit Ieremias: Factum est uerbum domini ad me, dicens: Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus ueniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate ut emas. Et uenit ad me Hanameel filius patrui mei secundum uerbum domini ad uestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem quòd uerbum domini esset. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos. Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appẽdi

Ieremias captus agrum emendo prænũtiat liberãdos Iudæos

Num. 27. 36

argentum in statera. Et accepi librum possessionis signatum,& stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei,& in oculis testiũ qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium C Iudæorum qui sedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis,dicẽs, Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Sume libros istos, librum emptiõis hunc signatũ, & librum hunc qui apertus est:& pones illos in uase fictili,ut permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus exercituum deus Israel, Adhuc possidebũtur domus,& agri, & uineæ in terra ista. Et oraui ad dominum postquã tradidi librum possessionis Baruch filio Neri,dicens,Heu,heu,heu,domine deus:ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna,& in brachio tuo extento:nõ erit tibi difficile omne uerbum. Qui facis misericordiam in milibus,& reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos fortissime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus cõsilio,& incomprehensibilis cogitatu,cuius oculi aperti sunt super omnes uias filiorum Adam : ut reddas unicuiq; secundum uias suas,& secundum fructum adinuentionum eius. Qui posuisti signa & portenta D in terra Ægypti usq; ad diem hanc,& in Israel,& in hominibus:& fecisti tibi nomẽ sicut est dies hæc. Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti, in signis,& in portentis, & in manu robusta,& in brachio extento,& in terrore magno. Et dedisti eis terram hanc,quam iurasti patribus eorum ut dares eis,terram fluentem lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt eam:& nõ obedierunt uoci tuæ,& in lege tua nõ ambulauerunt:omnia quæ mandasti eis ut facerent,non fecerunt,& euenerũt eis omnia mala hæc. Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatẽ,ut capiatur:& urbs data est in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis,qui præliantur aduersus eam à facie gladij,& famis, & pestilentiæ : & quæcunq; locutus es,acciderũt,ut tuipse cernis. Et tu dicis mihi domine deus, Eme agrum argento,& adhibe testes:cum urbs data sit in manus Chaldæorum? Et factum est uerbum domini ad Ieremiam,dicens, Ecce ego dominus uniuersæ carnis:nunquid mihi difficile erit omne uerbum? Propterea hæc dicit dominus, Ecce ego tradam ciuitatem istam in E manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam : & uenient Chaldæi præliantes aduersum urbem hanc,& succendent eam igni,& comburent eam,& domos,in quarum domatibus sacrificabant Baal,& libabant dijs alienis libamina ad irritandum me. Erant enim filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescẽtia sua: filij Israel qui usq; nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit dominus. Quia in furore,& in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam, usq; ad diem istam,qua auferetur de conspectu meo propter malitiam filiorũ Israel & filiorum Iuda,quam fecerunt ad iracũdiam me prouocãtes,ipsi & reges eorum,& principes eorum & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum,uiri Iuda & habitatores Ierusalem. Et uerterunt ad me terga & non facies:cum docerem eos diluculo,& erudirem,& nollent audire ut acciperent disciplinam. Et posuerunt idola sua in domo,in qua inuocatum est nomen meum, F ut pollurent eam. Et ædificauerunt excelsa Baal,quæ sunt in ualle filij Ennom:ut initiarẽt filios suos & filias suas Moloch:quod non mandaui eis,nec ascendit in cor meum, ut facerent abominationem hanc,& in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter ista, hæc dicit dominus deus Israel ad ciuitatem hanc de qua uos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio,& in fame,& in peste. Ecce,ego congregabo eos de uniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo & in ira mea & in indignatione grãdi:& reducam eos ad locum istum,& habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum,& ego ero eis in deum. Et dabo eis cor unum & uitam unã,ut timeant me uniuersis diebus:& bene sit eis & filijs eorum post eos. Et feriam eis pactum sempiternum:& nõ desinam eis benefacere : & timorem meum dabo in corde eorum,ut non recedant à me. Et lætabor super eis, cum bene eis fecero : & plantabo eos in terra ista in ueritate in toto corde meo & in tota anima G mea. Quia hęc dicit dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande:sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et possidebũtur agri in

Exo.34 a

4 Reg.21 a

terra iſta: de quã uos dicitis quòd deſerta ſit, eo quòd non remanſerit homo & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtes adhibebuntur: in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quę ad auſtrum ſunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait dominus.

CAP. XXXIII

Iubetur propheta orare pro populo, & promittitur Christus regnumq́ eius perpetuũ

ET factum eſt uerbum domini ad Ieremiam ſecundò, cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris, dicens: Hæc dicit dominus qui facturus eſt: dominus formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius. Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ neſcis. Quia hæc dicit dominus deus Iſrael ad domos urbis huius, & ad domos regis Iuda quæ deſtructæ ſunt, ad munitiones & ad gladium uenientium, ut dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſſi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum. Ecce, ego obducam eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & ueritatis. Et conuertam conuerſionem Iuda & conuerſionem Iſrael: & ædificabo eos ſicut à principio. Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerunt me. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ quæ audierint omnia bona quæ ego facturus ſum eis: & pauebunt, & turbabuntur in uniuerſis bonis, & in omni pace quam ego faciam eis. Hæc dicit dominus: Adhuc audietur in loco iſto (quem uos dicitis eſſe deſertum, eo quòd non ſit homo nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſq; homine & abſq; habitatore & abſque pecore) uox gaudii & uox lætitiæ, uox ſponſi & uox ſponſæ, uox dicentium: Confitemini domino exercituum, quoniam bonus dominus, quoniam in æternum miſericordia eius: & portantium uota in domum domini. reducam enim conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit dominus. Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc erit in loco iſto deſerto abſq; homine & abſq; iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum paſtorum accubantium greges. Et in ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad auſtrum ſunt: & in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tranſibunt greges ad manum numerãtis, ait dominus. Ecce, dies uenient, dicit dominus: & ſuſcitabo uerbum bonum quod locutus ſum ad domum Iſrael & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Ieruſalem habitabit confidenter: & hoc eſt nomen quod uocabunt eam, Dominus iuſtus noſter. Quia hæc dicit dominus: Non interibit de Dauid uir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael. Et de ſacerdotibus & Leuitis non interibit uir à facie mea: qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat uictimas omnibus diebus. Et factum eſt uerbum domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit dominus, Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non ſit dies & nox in tempore ſuo: & pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, ut non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei. Sicut enumerari non poſſunt ſtellæ cœli, & metiri arenæ maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & leuitas miniſtros meos. Et factum eſt uerbum domini ad Ieremiam, dicens: Nunquid non uidiſti quid populus hic locutus ſit? dicens: Duæ cognationes quas elegerat dominus, abiectæ ſunt: & populũ meum deſpexerunt, eo quòd non ſit ultrà gens coram eis. Hæc dicit dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœli & terræ non poſui: equidem & ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei proiiciam, ut non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac & Iacob. reducã enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

Iſa. 43 d

1 Pet. 2 a

CAP. XXXIIII

Quæ mala & regi & populo imineãt ob uiolatũ fœdus domini

VErbum quod factum eſt ad Ieremiã à domino, quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, uniuerſaq; regna terræ quæ erant ſub poteſtate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ieruſalem, & contra omnes urbes eius, dicens:

Hæc dicit dominus deus Israel: Vade,& loquere ad Sedeciã regem Iuda:& dices ad eum: Hæc dicit dominus, Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manu regis Babylonis,& succēdet eam igni. Et tu non effugies de manu eius: sed comprehēsione capieris,& in manu eius tra-deris:& oculi tui oculos regis Babylonis uidebunt,& os eius cum ore tuo loquetur,& Ba-bylonem introibis. Attamen audi uerbum domini Sedecia rex Iuda: Hæc dicit dominus ad te, Non morieris in gladio, sed in pace morieris,& secundū combustiones patrum tuo-rum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te:& uæ domine, plangent te: quia uerbum ego locutus sum, dicit dominus. Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda uniuersa uerba hæc in Ierusalem. Et exercitus regis Babylonis pugnabat con-tra Ierusalem,& contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, contra Lachis,& contra Azecha: hæ enim supererāt de ciuitatibus Iuda, urbes munitæ. Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, postquàm percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ie-rusalem, prædicans eis libertatem: Vt dimitteret unusquisq; seruum suum,& unusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos:& nequaquam dominarentur eis, id est in Iudæo & fratre suo. Audierūt ergo omnes principes & uniuersus populus, qui inierant pa-ctum, ut dimitteret unusquisq; seruum suum & unusquisq; ancillam suam liberos,& ultrà non dominarentur eis. audierunt igitur,& dimiserunt. Et conuersi sunt deinceps:& retraxe runt seruos suos & ancillas suas, quos dimiserunt liberos,& subiugauerūt in famulos & fa mulas. Et factum est uerbum domini ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel, Ego percussi fœdus cum patribus uestris, in die qua eduxi eos de terra Ægy-pti de domo seruitutis, dicens: Cum completi fuerint septem anni, dimittat unusquisq; fra-trem suum Hebræum, qui uenditus est ei,& seruiet tibi sex annis:& dimittes eum à te libe-rum.& non audierunt patres uestri me, nec inclinauerūt aurem suam. Et conuersi estis uos hodie,& fecistis quod rectum est in oculis meis, ut prædicaretis libertatem unusquisq; ad amicum suum:& inistis pactum in conspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomen meum super eam.& reuersi estis,& commaculastis nomē meum:& reduxistis unusquisq; seruum suum,& unusquisq; ancillam suam quos dimiseratis, ut essent liberi & suæ potesta-tis:& subiugastis eos, ut sint uobis serui & ancillæ. Propterea hæc dicit dominus: Vos non audistis me, ut prædicaretis libertatem unusquisq; fratri suo,& unusquisq; amico suo: ecce ego prædico uobis libertatem, ait dominus, ad gladium, ad pestem & ad famem:& dabo uos in commotionem cunctis regnis terræ. Et dabo uiros qui præuaricantur fœdus meum,& non obseruauerunt uerba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, uitulum quem conciderunt in duas partes,& transierunt inter diuisiones eius, principes Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes,& omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones uituli:& dabo eos in manus inimicorum suorum,& in manus quærentium animam eo-rum:& erit morticinum eorum in escam uolatilibus cœli & bestijs terræ. Et Sedeciam re-gem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorum,& in manus quærentium animas eorum,& in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à uobis. Ecce, ego præcipio, dicit dominus:& reducam eos in ciuitatem hanc,& præliabuntur aduersus eam:& capient eam,& incendent igni:& ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator.

[Margin: B; C; Exo. 21 a; Deut. 15 c; D; Gen. 15 b]

CAPVT XXXV

Rechabitarū exemplo hortatur Ieremias populū ad obseruationē dei

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: Vade ad domum Rechabitarum:& loquere eis,& introduces eos in domum domini in unam exedram thesaurorum,& dabis eis bibere uinum. Et assumpsi Ie zoniam filium Ieremiæ filij Habsaniæ,& fratres eius,& omnes filios eius,& uniuersam do mum Rechabitarum:& introduxi eos in domum domini, ad gazophylacium filiorum Hanan filij Iegedeliæ hominis dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, super the-saurum Maasiæ filij Sellum, qui erat custos uestibuli. Et posui coram filijs domus Recha-bitarum scyphos plenos uino,& calices:& dixi ad eos: Bibite uinum. Qui responderunt: Non bibemus uinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens:

[Margin: A]

Non bi

B Non bibetis uinum uos & filij uestri usque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & uineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus uestris, ut uiuatis diebus multis super faciem terræ in qua uos peregrinamini. Obediuimus ergo uoci Ionadab filij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita ut non biberemus uinum cunctis diebus nostris, nos, & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ: & non ædificaremus domos ad habitandum: & uineam & agrum & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fecimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus: Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus C Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem. Et factum est uerbum domini ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Vade, & dic uiris Iuda & habitatoribus Ierusalem: Nunquid non recipietis disciplinam, ut obediatis uerbis meis, dicit dominus? Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis ut non biberent uinum: & non biberunt usque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autem locutus sum ad uos, de mane consurgens & loquens: & non obedistis mihi. Misique ad uos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque, & dicens: Conuertimini unusquisque à uia sua pessima, & bona facite studia uestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi uobis & patribus uestris: & non inclinastis aurem uestram, neque audistis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab D filij Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, deus Israel: Ecce, ego adduco super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem uniuersam afflictionem quam locutus sum aduersum illos: eo quòd locutus sum ad illos, & non audierunt: uocaui illos, & non responderunt mihi. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris uestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis uniuersa quæ præcepit uobis: propterea hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

CAPVT XXXVI

Ieremiæ sermones legēdi offeruntur regi & principibus eum audire renuētibus qui librū exurunt, scribitur inde alius, & nuntiatur regi ultio

A ET factum est in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda: factum est uerbum hoc ad Ieremiam à domino, dicens: Tolle uolumen libri, & scribes in eo omnia uerba quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gētes: à die qua locutus sum ad te ex diebus Iosiæ usque ad diem hanc. si fortè audiente domo Iuda uniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur unusquisque à uia sua pessima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum. Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones domini, quos locutus est ad eum, in uolumine libri. Et præcepit Ieremias Baruch, dicens: Ego clausus sum, nec ualeo ingredi domum domini. Ingredere er- B go tu, & lege de uolumine in quo scripsisti ex ore meo uerba domini, audiente populo in domo domini in die ieiunij: insuper & audiente uniuerso Iuda, qui ueniunt de ciuitatibus suis. Leges eis, si fortè cadat oratio eorum in conspectu domini, & reuertatur unusquisque à uia sua pessima: quoniam magnus furor & indignatio est, quam locutus est dominus aduersus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex uolumine sermones domini in domo domini. Factum est autem in anno quinto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, in mense nono: prædicauerūt ieiunium in conspectu domini omni populo in Ierusalem, & uniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciui- C tatibus Iuda in Ierusalem. Legitque Baruch ex uolumine sermones Ieremiæ in domo domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan scribæ, in uestibulo superiori, in introitu portæ nouæ domus domini, audiente omni populo. Cumque audisset Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnes sermones domini ex libro: descendit in domum regis ad gazophylacium scribæ: & ecce, ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeię, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & uni

uersi principes. Et nuntiauit eis Michæas omnia uerba quæ audiuit, legente Baruch ex uolumine in auribus populi. Miserunt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chusi, dicentes: Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & ueni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ uolumen in manu sua, & uenit ad eos. Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audissent omnia uerba, obstupuerunt unusquisq; ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch: Nuntiare debemus regi omnes sermones istos. Et interrogauerunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos: & ego scribebam in uolumine, atramento. Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porrò uolumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ: & nuntiauerunt audiente rege omnes sermones. Misitq; rex Iudi, ut sumeret uolumen. Qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente rege, & uniuersis principibus qui stabant circa regem. Rex autem sedebat in domo hyemali in mẽse nono: & posita erat arula coram eo plena prunis. Cumq; legisset Iudi tres pagellas uel quatuor, scidit illud scalpello scribæ: & proiecit in ignem qui erat super arulam: donec consumeretur omne uolumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt, neq; sciderunt uestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audierunt uniuersos sermones istos. Verumtamen Elnathan & Dalaias & Gamarias contradixerunt regi, ne combureret librum: & non audiuit eos. Et præcepit rex Ieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, ut comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam prophetam. abscõdit autem eos dominus. Et factum est uerbum domini ad Ieremiam postquàm combusserat rex uolumẽ, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: Rursum tolle uolumen aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo uolumine, quod combussit Ioacim rex Iuda. Et ad Ioacim regem Iuda, dices: Hæc dicit dominus, Tu combussisti uolumen istud, dicens: Quare scripsisti in eo annuntians, Festinus ueniet rex Babylonis, & uastabit terram hanc: & cessare faciet ex illa hominem & iumẽtum? Propterea hæc dicit dominus contra Ioacim regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. Et uisitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas: & adducam super eos & super habitatores Ierusalem, & super uiros Iuda omne malum quod locutus sum ad eos: & non audierunt. Ieremias autẽ tulit uolumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri, quem cõbusserat Ioacim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multò plures q̃ antea fuerãt.

4 Reg. 24 b

CA. XXXVII

Sedecias mittit ad Ieremiã ut pro se oret, prædicit propheta uastationem urbis & detinetur in carcere

ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem cõstituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda. Et nõ obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ uerbis domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiã prophetam, dicens: Ora pro nobis dominum deum nostrum. Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi. non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audientes Chaldæi qui obsidebant Ierusalẽ, huiuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem. Et factum est uerbum domini ad Ieremiam prophetam, dicens: Hæc dicit dominus deus Israel, Sic dicetis regi Iuda, qui misit uos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est uobis in auxilium, reuertetur in terrã suam in Ægyptum. & redient Chaldæi, & bellabũt contra ciuitatem hanc: & capient eam, & succendent eam igni. Hæc dicit dominus, Nolite decipere animas uestras, dicẽtes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi: quia non abibunt: Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum qui præliantur aduersum uos, & derelicti fuerint ex eis aliqui uulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendent ciuitatẽ hanc igni. Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorũ ab Ierusalem propter exercitũ Pharaonis: Egressus est Ieremias de Ierusalem

C rusalem ut iret in terram Beniamin,& diuideret ibi possessionē in cōspectu ciuium. Cumq; peruenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ per uices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ:& apprehendit Ieremiam prophetam, dicens: Ad Chaldęos profugis. Et respondit Ieremias: Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: sed cōprehendit Ierias Ieremiam,& adduxit eum ad principes. Quam ob rem irati principes contra Ieremiā, cæsum eum miserunt in carcerem qui erat in domo Ionathā scribæ. ipse enim præpositus erat super carcerem. Itaq; ingressus est Ieremias in domū laci & in ergastulū:& sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens aūt Sedecias rex tulit eum:& interrogauit eū in do-
D mo sua abscondite,& dixit: Putas ne est sermo à domino? Et dixit Ieremias: Est. Et ait: In manu regis Babylonis traderis. Et dixit Ieremias ad regem Sedeciā: Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt prophetę uestri qui prophetabāt uobis,& dicebant: Non ueniet rex Babylonis super uos,& super terrā hanc? Nunc ergo audi obsecro, domine mi rex, Valeat deprecatio mea in cōspectu tuo:& ne me remittas in domū Ionathā scribæ, ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedecias, ut traderetur Ieremias in uestibulo carceris:& daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec cōsumerētur omnes panes de ciuitate:& mā sit Ieremias in uestibulo carceris. CA. XXXVIII

Cœnoso carceri inditus Ieremias redimitur per Abdemelech,& indicat regi rationem mortis effugiendæ

A AVdiuit autem Saphatias filius Mathan,& Gedelias filius Phassur,& Iuchal filius Selemiæ,& Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad omnē populum, dicens: Hæc dicit dominus, Quicūq; manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos, uiuet,& erit anima eius sospes & uiuēs. Hæc dicit dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis,& capiet eam. Et dixerūt principes regi: Rogamus ut occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus uirorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac,& manus uniuersi populi, loquens ad eos uniuersa uerba hæc. siquidem homo iste non quærit pacem populo
B huic, sed malum. Et dixit rex Sedecias: Ecce ipse in manibus uestris est: nec enim fas est regem uobis quicquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam,& proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amelech qui erat in uestibulo carceris:& submiserunt Ieremiam in funibus:& in lacu nō erat aqua, sed lutum. descendit itaq; Ieremias in cœnum. Audiuit aūt Abdemelech Æthiops uir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiā in lacum: porrò rex sedebat in porta Beniamin. Et egressus est Abdemelech de domo regis,& locutus est ad regem, dicens: Domine mi rex, male fecerunt uiri isti omnia quæcūq; perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittētes eum in lacum, ut moriatur ibi fame. non sunt enim panes ul-
C trà in ciuitate. Præcepit itaq; rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta uiros,& leua Ieremiam prophetam de lacu, antequàm moriatur. Assumptis ergo Abdemelech secum uiris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario:& tulit inde ueteres pannos,& antiqua uestimenta quæ computruerant:& submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitq; Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: Pone ueteres pannos,& hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum,& subter funes. fecit ergo Ieremias sic. Et extraxerunt Ieremiam funibus,& eduxerunt eum de lacu. mansit autem Ieremias in uestibulo carceris. Et misit rex Sedecias,& tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium,
D quod erat in domo domini:& dixit rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: Si annuntiauero tibi, nunquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens: Viuit dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te,& si tradidero te in manus uirorum istorum qui quærunt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc dicit dominus exercituū, deus Israel: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, uiuet anima tua,& ciuitas hæc non succendetur igni:& saluus eris tu & domus
E tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum,& succendent eam igni:& tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiā: Solicitus sum propter Iudæos qui transfugerūt ad Chaldæos, ne fortè

tradar in manus eorum,& illudant mihi. Respondit autem Ieremias,& dixit ad eum: Non te tradent. audi quæso uocem domini, quam ego loquor ad te,& bene tibi erit,& uiuet anima tua. Quòd si nolueris egredi: iste est sermo quem ostendit mihi dominus: Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis:& ipsæ dicent: Seduxerunt te,& præualuerunt aduersum te uiri pacifici tui: demerserunt in cœno & in lubrico pedes tuos,& recesserũt à te. Et omnes uxores tuæ,& filij tui educentur ad Chaldæos:& non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris:& ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: Nullus sciat uerba hæc,& non morieris. Si autem audierint principes, quia locutus sum tecum:& uenerint ad te,& dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne cæles nos,& non te interficiemus:& quid locutus est tecum rex: dices ad eos, Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan,& ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam,& interrogauerunt eum:& locutus est eis iuxta omnia uerba quæ præceperat ei rex,& cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum. Mansit uerò Ieremias in uestibulo carceris, usque ad diem quo capta est Ierusalem:& factum est ut caperetur Ierusalem.

Quō capta et deuastata fuerit Ierusalem, deq; fato Sedeciæ regis, itē Ieremiæ & Abdemelech

4 Reg. 25 a

CAP. XXXIX

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mense decimo, uenit Nabuchodonosor rex Babylonis,& omnis exercitus eius ad Ierusalem,& obsidebant eam. Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, nona mensis aperta est ciuitas. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis,& sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegar, Nabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag,& omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumq; uidisset eos Sedecias rex Iuda,& omnes uiri bellatores, fugerunt:& egressi sunt nocte de ciuitate per uiam horti regis,& per portam quę erat inter duos muros,& egressi sunt ad uiam deserti. Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorũ:& comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinæ,& captum adduxerũt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath:& locutus est ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis eius:& omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoq; Sedeciæ eruit,& uinxit eum compedibus, ut duceretur in Babylonem. Domum quoq; regis,& domũ uulgi succenderunt Chaldæi igni:& murum Ierusalem subuerterunt. Et reliquias populi, quæ remanserant in ciuitate,& perfugas qui transfugerant ad eum,& superfluos uulgi qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terra Iuda:& dedit eis uineas & cisternas in die illa. Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magistro militiæ, dicens: Tolle illum,& pone super eum oculos tuos, nihilq; ei mali facias: sed ut uoluerit, sic facias ei. Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ,& Nabusezbaz,& Rabsares,& Neregel,& Sereser,& Rebmag,& omnes optimates regis Babylonis, miserunt,& tulerũt Ieremiam de uestibulo carceris,& tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphan, ut intraret in domum,& habitaret in populo. Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo domini, cum clausus esset in uestibulo carceris, dicens: Vade,& dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Ecce, ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum,& non in bonum:& erunt in cõspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait dominus:& non traderis in manus uirorum quos tu formidas: sed eruens liberabo te,& gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus.

Quid cum Ieremia egerit rex Babylōis, & quomodo præfectus sit urbis Godolias, cui mortē nuntiat Iohanan

CAP. XL

SErmo qui factus est ad Ieremiam à domino, postquàm dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum uinctũ catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalem & Iuda,& ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum,& adduxit:& fecit dominus sicut locutus est: quia peccastis domino,& non audistis uocem eius,& factus est uobis sermo hic. Nunc ergo ecce, solui te hodie de catenis quæ

sunt in

sunt in manibus tuis:si placet tibi ut uenias mecum in Babylonem,ueni:& ponam oculos meos super te.si autem displicet tibi uenire mecum in Babylonem,reside:ecce,omnis terra in cōspectu tuo est,quod elegeris,& quò placuerit tibi ut uadas,illuc perge.Et mecum noli
B uenire:sed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan,quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ:habita ergo cum eo in medio populi:uel quocunq; placuerit tibi ut uadas,uade.Dedit quoq; ei magister militiæ cibaria & munuscula,& dimisit eum.Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphath:& habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.Cumq; audissent omnes principes exercitus qui dispersi fuerāt per regiones,ipsi & socij eorum,quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ:& quòd commendasset ei uiros,& mulieres,& paruulos,& de pauperibus terræ qui non fuerant translati in Babylonem:uenerunt ad Godoliam in Masphath:& Ismahel filius Nathaniæ,& Iohanan & Ionathā filij Caree,& Sareas filius Thanehumeth,
C & filij Ophi qui erant de Netophati,& Iezonias filius Maachathi,ipsi & uiri eorum.Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan,& comitibus eorum,dicens:Nolite timere seruire Chaldæis:habitate in terra,& seruite regi Babylonis, & bene erit uobis. Ecce,ego habito in Masphath,ut respondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos:uos autem colligite uindemiam,& messem & oleum,& condite in uasis uestris:& manete in urbibus uestris quas tenetis.Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab,& in filijs Ammon,& in Idumæa,& in uniuersis regionibus , audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa,& quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan:reuersi sunt inquam omnes Iudæi de uniuersis locis ad quæ fugerant:& uenerunt in terram Iuda ad
D Godoliam in Masphath,& collegerunt uinum,& messem multam nimis.Iohanan autem filius Caree,& omnes principes exercitus,qui dispersi fuerant in regionibus,uenerunt ad Godoliam in Masphath,& dixerunt ei: Scito quòd Baalim rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.Iohanā autem filius Caree,dixit ad Godoliam seorsum in Masphath,loquens: Ibo,& percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente:ne interficiat animam tuam,& dissipentur omnes Iudæi qui congregati sunt ad te,& peribunt reliquiæ Iuda.Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree:Noli facere uerbum hoc:falsum enim tu loqueris de Ismahel.

4 Reg.25 f

CAPVT XLI

A ET factum est in mense septimo,uenit Ismahel filius Nathaniæ,filij Elisama de semine regali,& optimates regis,& decem uiri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath:& comederūt ibi panes simul in Masphath.Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ,& decem uiri qui cum eo erant,& percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio,& interfecerūt eum quem præfecerat rex Babylonis terræ.Omnes quoq; Iudæos qui erant cum Godolia in Masphath,& Chaldæos qui reperti sunt ibi,& uiros bellatores percussit Ismahel. Secundo autem die postquàm occiderat Godoliam nullo adhuc sciente,uenerūt uiri de Sichem & de Silo & de Samaria octoginta uiri:rasi barba,& scissis
B uestibus,& squalentes:& munera & thus habebant in manu,ut offerrēt in domo domini. Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath,incedens & plorans ibat:cum autem occurrisset eis,dixit ad eos:Venite ad Godoliā filium Ahicam.Qui cum uenissent ad medium ciuitatis,interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci,ipsi & uiri qui erant cum eo.Decem autem uiri reperti sunt inter eos,qui dixerūt ad Ismahel:Noli occidere nos:quia habemus thesauros in agro,frumenti & hordei & olei & mellis.Et cessauit:& non interfecit eos cum fratribus suis.Lacus autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera uirorum quos percussit propter Godoliā,ipse est quem fecit rex
C Asa,propter Baasa regem Israel:ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis.Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi,qui erāt in Masphath:filias regis,& uniuersum populum qui remanserat in Masphath:quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ,Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ:& abijt ut transiret ad filios

Ismahel occisis Godolia et cōplurib. alijs conatur populum ducere captum ad regē, eius conatum impedit Iohanan

4 Reg.25 a

filios Ammon. Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ. Et assumptis uniuersis uiris, profecti sunt ut bellarent aduersum Ismahelem filium Nathaniæ: & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon. Cumque uidisset omnis populus qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & uniuersos principes bellatorum qui erant cum eo, læatati sunt. D Et reuersus est omnis populus quem ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusque abijt ad Iohanan filium Caree. Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo uiris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, uniuersas reliquias uulgi, quas reduxerant ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquàm percussit Godoliam filium Ahicam: fortes uiros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon. & abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est iuxta Bethlehem: ut pergerent, & introirent Ægyptum à facie Chaldæorum. timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathanię Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in terra Iuda.

CAP. XLII

Cõsulũt principes Ieremiã quid faciẽdũ, eius tamẽ consilio nõ parẽt

ET accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius A Osaiæ, & reliquum uulgus à paruo usque ad magnum: dixeruntque ad Ieremiam prophetam: Cadat oratio nostra in cõspectu tuo: & ora pro nobis ad dominum deum tuum pro uniuersis reliquijs istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: & annuntiet nobis dominus deus tuus uiam per quam pergamus, & uerbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui: ecce, ego oro ad dominũ deum uestrum secundum uerba uestra. omne uerbum quodcunque responderit mihi, indicabo uobis: nec celabo uos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiam: Sit dominus inter nos testis ueritatis & fidei, si non iuxta omne uerbum in quo miserit te dominus deus tuus ad nos, sic faciemus: siue bonum est, siue malum, uoci domini dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: ut bene sit nobis, cum audierimus uocem domini dei nostri. Cum autem completi essent decem dies, factum est uerbum domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, & uniuersum populum à minimo usque ad maximum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, ut prosternerem preces uestras in conspectu eius: Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo uos, & non destruam: plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malo quod feci uobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem uos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit dominus: quia uobiscum sum ego, ut saluos uos faciam, & eruam de manu eius, & dabo uobis misericordias, & miserebor uestri, & habitare uos faciam in terra uestra. Si autem dixeritis uos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus uocem domini dei nostri, dicẽtes: Nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus: ubi non uidebimus bel- C lum, & clangorem tubæ non audiemus, & famem non sustinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nunc audite uerbum domini reliquiæ Iuda: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Si posueritis faciem uestram, ut ingrediamini Ægyptũ, & intraueritis ut ibi habitetis: gladius quem uos formidatis, ibi comprehendet uos in terra Ægypti: & fames pro qua estis soliciti, adhærebit uobis in Ægypto, & ibi moriemini. Omnesque uiri qui posuerũt faciem suam ut ingrediantur Ægyptum, ut habitent ibi, morietur gladio & fame & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam super eos. Quia hæc dicit dominus exercituum, deus Israel: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super uos, cum ingressi fueritis Ægyptum: & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & D nequaquam ultrà uidebitis locum istum. Verbum domini super uos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis quia obtestatus sum uobis hodie, quia decepistis animas uestras. uos enim misistis me ad dominum deum uestrum, dicentes: Ora pro nobis ad dominum deum nostrũ: & iuxta omnia quæcunque dixerit tibi dominus deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui uobis hodie, & non audistis uocem domini dei uestri

super uniuersis pro quibus misit me ad uos. Nunc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem uoluistis intrare ut habitaretis ibi. CAP. XLIII

A FActum est autem, cum complesset Ieremias loquẽs ad populum uniuersos sermones domini dei eorum, pro quibus miserat eum dominus deus eorum ad illos, omnia uerba hæc: dixit Azarias filius Osaiæ, & Iohanan filius Caree, & omnes uiri superbi, dicentes ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non misit te dominus deus noster, dicens: Ne ingrediamini Ægyptũ, ut habitetis illic. Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, ut tradat nos in manus Chaldæorũ ut interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. Et non au- B diuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & uniuersus populus, uocem domini ut manerent in terra Iuda: sed tollens Iohanan filius Caree, & uniuersi principes bellatorum uniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant antè dispersi, ut habitarent in terra Iuda: uiros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam, filij Saphan: & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ: & ingressi sunt in C terram Ægypti, quia non obedierunt uoci domini. Et uenerunt usq; ad Taphnis. Et factus est sermo domini ad Ieremiã in Taphnis, dicens: Sume tibi lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quę est sub muro lateritio, in porta domus Pharaonis in Taphnis: cernentibus uiris Iudæis. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscõdi, & statuet solium suum super eos. Ve- D niensq; percutiet terram Ægypti: quos in morte, in mortem, & quos in captiuitate, in captiuitatem, & quos in gladio, in gladium. Et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. Et conteret statuas domus Solis quæ sunt in terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni. CAP. XLIIII

Reclamãte Ieremia, Iohanã abducit reliquias populi in Aegyptum

A VErbum quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo & in Taphnis & in Memphis & in terra Phatures, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Vos uidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem, & super omnes urbes Iuda: & ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: propter malitiam quam fecerunt, ut me ad iracundiam prouocarent, & irent, & sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebant illi & uos & patres uestri. Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensq;, & dicens: Nolite oro facere uerbum abominationis huiuscemodi quam odiui. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam ut conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent dijs alienis. Et B conflata est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem: & uersæ sunt in solitudinem & uastitatem secundum diem hanc. Et nunc hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Quare uos facitis malum grande hoc contra animas uestras: ut intereat ex uobis uir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur uobis quicquam residuum: prouocãtes me in operibus manuum uestrarum, sacrificando dijs alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis ut habitetis ibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem & in opprobriũ cunctis gentibus terræ? Nunquid obliti estis mala patrum uestrorum, & mala regum Iuda, & mala uxorum eius, & mala uestra, & mala uxorũ uestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda & in regionibus Ierusalẽ? Non sunt mundati usq; ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerũt in lege domini, & in præceptis meis, quæ dedi C coram uobis & coram patribus uestris. Ideò hæc dicit dominus exercituũ deus Israel: Ecce ego ponam faciem meam in uobis in malũ: & disperdam omnem Iudam. Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas ut ingrederẽtur terram Ægypti, & habitarent ibi: & consumẽtur omnes in terra Ægypti: cadent in gladio & in fame: & consumẽtur à minimo usq; ad maximum, in fame & in gladio morietur: & erunt in iusiurandũ & in miraculũ & in maledictionẽ & in opprobriũ. Et uisitabo sup habitatores terræ Ægypti, sicut uisitaui Ierusalem

Indicat Iudæis quæ mala ipsis obuentura sint in Aegypto, & obiurgat eos, sed frustra

Amos 9 b

salem,in gladio & fame & peste.Et non erit qui effugiat,& sit residuus de reliquijs Iudæorum qui uadunt ut peregrinentur in terra Ægypti:& reuertantur in terram Iuda ad quam ipsi eleuant animas suas,ut reuertantur & habitent ibi.non reuertentur, nisi qui fugerint. Responderunt autem Ieremiæ omnes uiri,scientes quòd sacrificarent uxores eorum dijs alienis:& uniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis:& omnis populus habitantium in terra Ægypti in Phatures,dicentes:Sermonem quem locutus es ad nos in nomine domini,non audiemus ex te:sed facientes faciemus omne uerbum quod egredietur de ore nostro,ut sacrificemus reginæ cœli,& libemus ei libamina,sicut fecimus nos & patres nostri,reges nostri,& principes nostri in urbibus Iuda & in plateis Ierusalē:& saturati sumus panibus,& bene nobis erat,malumq; non uidimus.Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cœli,& libare ei libamina,indiguimus omnibus,& gladio & fame cōsumpti sumus.Quòd si nos sacrificamus reginæ cœli,& libamus ei libamina:nunquid sine uiris nostris facimus ei placentas ad colendum eam,& libandum ei libamina?Et dixit Ieremias ad omnem populum,aduersum uiros,& aduersum mulieres,& aduersum uniuersam plebem,qui responderant ei uerbum,dicens:Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem uos & patres uestri,reges uestri & principes uestri & populus terræ,horum recordatus est dominus,& ascendit super cor eius?Et non poterat dominus ultrà portare propter malitiam studiorum uestrorū, & propter abominationes quas fecistis:& facta est terra uestra in desolationem & in stuporem & in maledictum,eo quòd non sit habitator,sicut est dies hæc.Propterea quòd sacrificaueritis idolis,& peccaueritis domino:& non audieritis uocem domini.& in lege & in præceptis & in testimonijs eius non ambulaueritis:idcirco euenerunt uobis mala hæc,sicut est dies hæc.Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad uniuersas mulieres:Audite uerbum domini omnis Iuda, qui estis in terra Ægypti,Hæc dicit dominus exercituum deus Israel,dicens:Vos,& uxores uestræ locuti estis ore uestro,& manibus uestris implestis,dicentes:Faciamus uota nostra quæ uouimus,ut sacrificemus reginæ cœli,& libemus ei libamina.Implestis uota uestra,& opere perpetrastis ea.Ideò audite uerbum domini omnis Iuda,qui habitatis in terra Ægypti:Ecce ego iuraui in nomine meo magno,ait dominus:quia nequaquam ultrà uocabitur nomen meum ex ore omnis uiri Iudæi,dicentis:Viuit dominus deus,in omni terra Ægypti.Ecce,ego uigilabo super eos in malum,& non in bonum:& consumentur omnes uiri Iuda,qui sunt in terra Ægypti,gladio & fame,donec penitus consumantur. Et qui fugerint gladium,reuertentur de terra Ægypti in terram Iuda uiri pauci:& scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Ægypti,ut habitent ibi,cuius sermo compleatur,meus, an illorum.Et hoc uobis signum,ait dominus,quòd uisitem ego super uos in loco isto:ut sciatis quia uerè complebuntur sermones mei contra uos in malum. Hæc dicit dominus: Ecce,ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manus inimicorum eius,& in manus quærentium animam illius:sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui,& quærentis animam eius.

4 Reg.25 a

CAP. XLV

Arguitur Baruch pusillanimitatis, & cōsolatur

Verbum quod locutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ,cum scripsisset uerba hæc in libro ex ore Ieremiæ,anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda,dicens: Hæc dicit dominus deus Israel ad te Baruch, Dixisti,Væ misero mihi,quoniam addidit dominus dolorem dolori meo:laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Hæc dicit dominus:Sic dices ad eum:Ecce quos ædificaui,ego destruo:& quos plantaui,ego euello, & uniuersam terram hanc.Et tu quæris tibi grandia?noli quærere.quia ecce ego adducam malum super omnem carnem,ait dominus:& dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunq; perrexeris.

CAP. XLVI

Vaticinia Ieremiæ aduersus gētes & in spem Iudæis

Qvod factum est uerbum domini ad Ieremiam prophetam contra gentes ad Ægyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti,qui erat iuxta fluuium Euphraten in Charcamis,quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis,in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda,Præparate scutum & clypeum,& procedite ad bellum.iungite

gite equos,& ascendite equites:state in galeis,polite lanceas,induite uos loricis.Quid igitur?uidi ipsos pauidos & terga uertentes,fortes eorum cæsos:fugerunt conciti,nec respexerunt:terror undiq;,ait dominus.Non fugiat uelox,nec saluari se putet fortis:ad aquilo-
B nem iuxta flumen Euphraten uicti sunt,& ruerunt.Quis est iste,qui quasi flumen ascēdit:& ueluti fluuiorum intumescunt gurgites eius?Ægyptus,fluminis instar ascendet,& uelut flumina mouebuntur fluctus eius:& dicet,Ascendens operiam terram:perdam ciuitatem & habitatores eius.Ascendite equos,& exultate in curribus,& procedant fortes.Æthiopia & Libyes tenentes scutum,& Lydij arripientes,& iacientes sagittas.Dies autem ille domini dei exercituum dies ultionis,ut sumat uindictam de inimicis suis:deuorabit gladius & sa-
C turabitur,& inebriabitur sanguine eorum:uictima enim domini dei exercituum in terra aquilonis iuxta flumen Euphraten.Ascende in Galaad,& tolle resinam uirgo filia Ægypti:frustra multiplicas medicamina,sanitas non erit tibi.Audierunt gentes ignominiam tuam,& ululatus tuus repleuit terram:quia fortis impegit in fortem,ambo pariter conciderunt.
Verbum quod locutus est dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd uenturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis,& percussurus terram Ægypti:Annuntiate Ægy-
D pto,& auditum facite in Magdalo,& resonet in Memphis,& in Taphnis: dicite: Sta,& præpara te:quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. Quare computruit fortis tuus?non stetit:quoniam dominus subuertit eum. Multiplicauit ruentes,ceciditq; uir ad proximum suum:& dicent: Surge,& reuertamur ad populum nostrum,& ad terram natiuitatis nostræ à facie gladij columbæ.Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti tumultum,adduxit tempus.Viuo ego(inquit rex,Dominus exercituum nomen eius)quo- *Isa.48 & 51*
E niam sicut Thabor in montibus,& sicut Carmelus in mari,ueniet.Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti:quia Memphis in solitudine erit,& deseretur,& inhabitabilis erit.Vitula elegans atq; formosa Ægyptus:stimulator ab aquilone ueniet ei.Mercenarij quoq; eius qui uersabantur in medio eius,quasi uituli saginati uersi sunt,& fugerunt simul,nec stare potuerunt:quia dies interfectionis eorum uenit super eos,tempus uisitationis eorum.Vox eius quasi æris sonabit,quoniam cum exercitu properabunt,& cum secu-
F ribus uenient ei,quasi cædentes ligna.Succiderunt saltum eius,ait dominus,qui supputari non potest:multiplicati sunt super locustas,& non est eis numerus.Confusa est filia Ægypti,& tradita in manus populi aquilonis.Dixit dominus exercituum deus Israel:Ecce,ego uisitabo super tumultum Alexandriæ,& super Pharaonem,& super Ægyptum,& super deos eius,& super reges eius:& super Pharaonem,& super eos qui confidunt in eo.Et da-
G bo eos in manus quærentium animam eorum,& in manus Nabuchodonosor regis Babylonis,& in manus seruorum eius:& post hæc habitabitur sicut diebus pristinis,ait dominus.Et tu ne timeas serue meus Iacob,& ne paueas Israel:quia ecce ego saluum te faciam de longinquo,& semen tuum de terra captiuitatis suæ,& reuertetur Iacob,& requiescet & prosperabitur,& non erit qui exterreat eum.Et tu noli timere serue meus Iacob,ait dominus:quia tecum ego sum,quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te:te uerò non consumam,sed castigabo te in iudicio,nec quasi innocenti parcam tibi. CAP. XLVII

A QVod factum est uerbum domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos,antequàm percuteret Pharao Gazan: Hæc dicit dominus,Ecce aquæ ascendunt ab aquilone,& erunt quasi torrens inundans:& operient terram & plenitudinem eius,urbem & habitatores eius.Clamabunt homines,& ululabunt omnes habitatores terræ à strepi- *Sermo domini contra Palæsthinos* *Isa.14 e*
B tu pompæ armorum,& bellatorum eius,à commotione quadrigarum eius,& multitudine rotarum illius.Non respexerunt patres filios manibus dissolutis,pro aduentu diei in quo uastabuntur omnes Philisthijm,& dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis.depopulatus est enim dominus Palæsthinos,reliquias insulæ Cappadociæ.Ve-
C nit caluitium super Gazan:conticuit Ascalon,& reliquiæ uallis earum.usq;quo conciderisʔ O mucro domini,usquequo non quiesces?ingredere in uaginam tuam:refrigerare,& sile. Quomodo quiescet,cum dominus præceperit ei aduersus Ascalonem,& aduersum mari-

timas eius regiones, ibiq; condixerit illi?

Sermo domini contra Moabitas

AD Moab. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Væ super Nabo, quoniam uastata est, & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit. Non est ultrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerũt malum, Venite, & disperdamus eam de gente. Ergo silens conticesces, sequeturq; te gladius. Vox clamoris de Oronaim: uastitas, & contritio magna. Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius. Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descẽsu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt: Fugite, saluate animas uestras: & eritis quasi myricæ in deserto. Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis & in thesauris tuis, tu quoq; capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. Et ueniet prædo ad omnem urbem, & urbs nulla saluabitur: & peribunt ualles, & dissipabuntur campestria, quoniam dixit dominus: Date florem Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fecibus suis: nec transfusus est de uase in uas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies ueniunt, dicit dominus, & mittam ei ordinatores, & stratores laguncularum, & sternent eum: & uasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel, in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis: Fortes sumus, & uiri robusti ad præliandum? Vastata est Moab, & ciuitates illius succenderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus Moab, ut ueniat: & malum eius uelociter accurret nimis. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & uniuersi qui scitis nomen eius: dicite. Quomodo confracta est uirga fortis, baculus gloriosus? Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon. quoniam uastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas. In uia sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem, & ei qui euasit, dic: Quid accidit? Confusus est Moab, quoniam uictus est: ululate & clamate, annũtiate in Arnon quoniam uastata est Moab. Et iudicium uenit ad terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath, & super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim, & super Cariathaim, & super Bethgamul, & super Bethmaon, & super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longe & prope sunt. Abscissum est cornu Moab: & brachium eius contritum est, ait dominus. Inebriate eum, quoniam contra dominũ erectus est: & allidet manum Moab in uomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. fuit enim in derisum tibi Israel: quasi inter fures reperisses eum. propter uerba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus duceris. Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi columba nidificãs in summo ore foraminis. Audiuimus superbiam Moab: superbus est ualde: sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. Ego scio, ait dominus, iactãtiam eius: & quòd non sit iuxta eam uirtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab uniuersam clamabo, ad uiros muri fictilis lamentantes. De planctu Iazer plorabo tibi uinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, usque ad mare Iazer peruenerunt: super messem tuam & uindemiam tuam prædo irruit. Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab: & uinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator uuæ solitum celeusma cantabit. De clamore Hesebon usq; Eleale & Iasa, dederunt uocem suam: à Segor usq; ad Oronaim uitulam conternantem: aquæ quoq; Nemrim pessimæ erunt. Et auferam de Moab, ait dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantem dijs eius. Propterea cor meum ad Moab, quasi tibia æris resonabit: & cor meum ad uiros muri fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt. Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniam contriui Moab sicut uas inutile, ait do-

Margin: A (Sermo domini contra Moabitas); B; 3 Reg. 12 g; C; D; Isa. 16 b; E; F

ait dominus. Quomodo uicta est,& ululauerũt? quomodo deiecit ceruicem Moab,& confusus est? eritq́ Moab in derisum,& in exemplum omnibus in circuitu suo. Hæc dicit dominus: Ecce, quasi aquila uolabit,& extendet alas suas ad Moab. Capta est Carioth,& munitiones comprehensæ sunt:& erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. Et cessabit Moab esse populus: quoniam contra dominum gloriatus est. Pauor & fouea & laqueus super te, ò habitator Moab, ait dominus. Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam:& qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. adducam enim super Moab annum uisitationis eorũ, ait dominus. In umbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon,& flamma de medio Sion:& deuorauit partem Moab,& uerticem filiorum tumultus. Væ tibi Moab, peristi popule Chamos: quia cõprehensi sunt filij tui,& filiæ tuæ in captiuitatem. Et cõuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait dominus. Hucusq́ iudicia Moab.

CAP. XLIX

Vaticinia contra Ammonitas, Idumæos, Syros, Cedarenos & Elamitas

AD filios Ammon. Hæc dicit dominus: Nunquid non filij sunt Israel? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad:& populus eius in urbibus eius habitauit? Ideo ecce dies ueniunt, dicit dominus:& auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij:& erit in tumulum dissipata, filiæq́ eius igne succendentur,& possidebit Israel possessores suos, ait dominus. Vlula Hesebon, quoniam uastata est Hai. clamate filię Rabbath, accingite uos cilicijs: plangite,& circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius,& principes eius simul. Quid gloriaris in uallibus? Defluxit uallis tua filia delicata: quæ confidebas in thesauris tuis,& dicebas: Quis ueniet ad me? Ecce, ego inducam super te terrorem, ait dominus deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo:& dispergemini singuli à conspectu uestro, nec erit qui congreget fugientes. Et post hæc reuerti faciam captiuos filiorum Ammon, ait dominus. Ad Idumæam. Hæc dicit dominus exercituum: Nunquid non ultrà est sapientia in Theman? Perijt consilium à filijs: inutilis facta est sapientia eorum. Fugite,& terga uertite, descendite in uoraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus uisitationis eius. Si uindemiatores uenissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. Ego uerò discooperui Esau, reuelaui abscondita eius,& celari non poterit: uastatum est semen eius,& fratres eius,& uicini eius,& non erit. Relinque pupillos tuos, ego faciam eos uiuere:& uiduæ tuæ in me sperabunt. Quia hæc dicit dominus: Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent:& tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuraui, dicit dominus, quòd in solitudinem & in opprobrium & in desertum & in maledictionem erit Bosra:& omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. Auditum audiui à domino,& legatus ad gentes missus est: Congregamini,& uenite contra eam,& consurgamus in prælium. Ecce enim paruulum dedi te in gentibus, cõtemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te,& superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ,& apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit,& sibilabit super omnes plagas eius. Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha,& uicinæ eius, ait dominus: non habitabit ibi uir,& non incolet eam filius hominis. Ecce, quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam:& quis erit electus quem præponam ei? quis enim similis mei?& quis sustinebit me?& quis est iste pastor, qui resistat uultui meo? Propterea audite consilium domini, quod init de Edom:& cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman: Si non deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum. A uoce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est uocis eius. Ecce, quasi aquila ascendet & euolabit:& expãdet alas suas super Bosram:& erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis. Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere non potuit.

Gen.19 e

Dissoluta est Damascus, uersa est in fugam, tremor apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Quomodo dereliquerūt ciuitatem laudabilem, urbem lætitiæ? Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius, & omnes uiri prælij conticescent in die illa, ait dominus exercituum. Et succēdam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadad. Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, hæc dicit dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & uastate filios orientis. Tabernacula eorū, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia uasa eorum, & camelos eorum tollēt sibi: & uocabunt super eos formidinem in circuitu. Fugite, abite uehementer, in uoraginibus sedete qui habitatis Asor, ait dominus: inijt enim contra uos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersum uos cogitationes: Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait dominus. non ostia, nec uectes eis: soli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem uentum, qui sunt attonsi in comam, & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait dominus. Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta usque in æternum: non manebit ibi uir, nec incolet eam filius hominis. Quod factum est uerbum domini ad Ieremiam prophetam aduersus Ælam, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Ecce ego confringam arcum Ælam, & sumam fortitudinem eorum. Et inducam super Ælam quatuor uentos à quatuor plagis cœli: & uentilabo eos in omnes uentos istos: & non erit gens ad quam non perueniant profugi Ælam. Et pauere faciam Ælam coram inimicis suis & in conspectu quærentium animam eorum: & adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit dominus: & mittam post eos gladium donec consumā eos. Et ponam solium meum in Ælam: & perdam inde reges & principes, ait dominus. In nouissimis aūt diebus reuerti faciam captiuos Ælam, dicit dominus. CAP. L

Præsagia Babylonicæ uastationis & liberationis Iudæorum

VErbum quod locutus est dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ prophetæ. Annuntiate in gentibus, & auditum facite, leuate signum: prædicate, & nolite celare: dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, uictus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum. Quoniam ascendit contra eam gens ab aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea, ab homine usq; ad pecus, & moti sunt, & abierunt. In diebus illis, & in tempore illo, ait dominus, uenient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul: ambulantes & flentes properabunt, & dominū deum suum quærent. In Sion interrogabunt uiam, huc facies eorum: uenient, & apponentur ad dominū fœdere sempiterno quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntq; uagari in montibus: de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes qui inuenerūt, comederunt eos: & hostes eorum dixerunt, Non peccauimus: pro eo quòd peccauerunt domino decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum domino. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorū egredimini: & estote quasi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego suscito, & adducam in Babylonem, congregationem gentium magnarum de terra aquilonis: & præparabuntur aduersus eam, & inde capietur: sagitta eius quasi uiri fortis interfectoris, non reuertetur uacua. Et erit Chaldæa in prædā: omnes uastantes eam replebuntur, ait dominus. Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam: quoniam effusi estis sicut uituli super herbam, & mugistis sicut tauri. Confusa est mater uestra nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit uos: ecce nouissima erit in gentibus, & deserta, inuia & arens. Ab ira domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem: omnis qui transibit per Babylonem, stupebit, & sibilabit super uniuersis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum, debellate eam, non parcatis iaculis, quia domino peccauit. Clamate aduersus eam, ubiq; dedit manum, ciciderunt fundamēta eius, destructi sunt muri eius, quoniam ultio domini est. ultionem accipite de ea: sicut fecit, facite ei. Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij columbæ unusquisq; ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Grex dispersus Israel

Ezech. 36 f

Israel,leones eiecerunt eum:primus comedit eum rex Assur:iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego uisitabo regem Babylonis,& terram eius:sicut uisitaui regem Assur:& reducam Israel ad habitaculum suum:& pascetur Carmelum & Basan,& in monte Ephraim & Ga laad saturabitur anima eius.In diebus illis & in tempore illo,ait dominus,quæretur iniqui tas Israel,& non erit:& peccatum Iuda,& non inuenietur:quoniam propitius ero eis quos reliquero.Super terram dominantium ascende,& super habitatores eius uisita,dissipa,& interfice quæ post eos sunt,ait dominus:& fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra,& contritio magna.Quomodo confractus est,& contritus malleus uniuersæ terræ? quomodo uersa est in desertum Babylon in gentibus? Illaqueaui te,& capta es Babylon, & nesciebas:inuenta es & apprehensa:quoniam dominum prouocasti. Aperuit dominus thesaurum suum,& protulit uasa iræ suæ:quoniam opus est domino deo exercituũ in ter ra Chaldæorũ.Venite ad eam ab extremis finibus:aperite ut exeant qui conculcent eam: tollite de uia lapides,& redigite in aceruos,& interficite eam:nec sit quicquam reliquum. Dissipate uniuersos fortes eius,descendant in occisionem:uæ eis,quia uenit dies eorũ,tem pus uisitationis eorum. Vox fugientium,& eorum qui euaserunt de terra Babylonis:ut an nuntient in Sion ultionem domini dei nostri,ultionem templi eius.Annuntiate in Babylo nem plurimis omnibus qui tendunt arcũ:consistite aduersus eam per gyrum,& nullus eua dat:reddite ei secundum opus suum:iuxta omnia quæ fecit,facite illi:quia cõtra dominum erecta est,aduersum sanctum Israel. Idcirco cadent iuuenes eius in plateis eius:& omnes uiri bellatores eius conticescent in die illa,ait dominus. Ecce,ego ad te superbe,dicit domi nus deus exercituum:quia ueniet dies tuus,tempus uisitationis tuæ. Et cadet superbus,& corruet,& non erit qui suscitet eum:& succendam ignem in urbibus eius,& deuorabit om nia in circuitu eius.Hæc dicit dominus exercituum : Calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda simul:omnes qui ceperunt eos,tenent,nolunt dimittere eos. Redemptor eorum for tis:Dominus exercituum nomẽ eius,iudicio defendet causam eorum ut exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.Gladius ad Chaldæos,ait dominus:& ad habitato res Babylonis,& ad principes,& ad sapientes eius.Gladius ad diuinos eius,qui stulti erunt: gladius ad fortes illius,qui timebunt.Gladius ad equos eius,& ad currus eius,& ad omne uulgus quod est in medio eius,& erunt quasi mulieres:gladius ad thesauros eius,qui diri pientur. Siccitas super aquas eius erit,& arescent:quia terra sculptilium est,& in portentis gloriantur.Propterea habitabunt dracones cum fatuis sicarijs:& habitabũt in ea struthio nes:& non inhabitabitur ultrà usq; in sempiternum,nec extruetur usque ad generationem & generationem. Sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham,& uicinas eius,ait dominus:non habitabit ibi uir,& non incolet eam filius hominis. Ecce,populus ueniet ab aquilone:& gens magna,& reges multi consurgẽt à finibus terræ.Arcum & scutum appre hendent:crudeles sunt & immisericordes:uox eorum quasi mare sonabit,& super equos ascendent:sicut uir paratus ad prælium contra te filia Babylon.Audiuit rex Babylonis fa mam eorum,& dissolutæ sunt manus eius:angustia apprehendit eum,dolor quasi partu rientem.Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam:quia subitò currere faciam eum ad illam:& quis erit electus quem præponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor,qui resistat uultui meo? Propterea audite consilium domini quod mente concepit aduersum Babylonem:& cogitationes eius quas cogitauit super terram Chaldæorum:Nisi detraxerint eos paruuli gregum,nisi dissi patum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. A uoce captiuitatis Babylonis commota est terra,& clamor inter gentes auditus est.

Gen.19 c

CAPVT LI

Idem cũ pre cedenti argu mento

HÆc dicit dominus:Ecce ego suscitabo super Babylonẽ & super habitatores eius,qui cor suum leuauerunt contra me:quasi uentum pestilẽtem. Et mittam in Babylonem uentilatores,& uentilabunt eam,& demolientur terram eius:quoniam uenerunt super eam undiq; in die afflictionis eius.Non tendat qui tendit arcũ suum:& non ascendat loricatus.

nolite parcere iuuenibus eius,interficite omnem militiam eius.Et cadent interfecti in terra Chaldæorum:& uulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit uiduatus Israel & Iuda à deo suo domino exercituum:terra autem eorum repleta est delicto à sancto Israel.Fugite de medio Babylonis,& saluet unusquisq; animam suam.nolite tacere super iniquitatẽ eius: quoniam tempus ultionis eius est à domino,uicissitudinem ipse retribuet ei.Calix aureus Babylon in manu domini,inebrians omnem terram:de uino eius biberunt gentes,& ideo commotæ sunt.Subitò cecidit Babylon,& cõtrita est:ululate super eam,tollite resinam ad dolorem eius,si fortè sanetur.Curauimus Babylonem,& non est sanata:derelinquamus eam,& eamus unusquisq; in terram suam:quoniam peruenit usq; ad cœlos iudicium eius, & eleuatũ est usq; ad nubes.Protulit dominus iustitias nostras:uenite & narremus in Sion opus domini dei nostri.Acuite sagittas,& implete pharetras:suscitauit dominus spiritũ regum Medorum:& cõtra Babylonem mens eius est,ut perdat eam:quoniam ultio domini est,ultio templi sui.Super muros Babylonis leuate signum,augete custodiam.leuate custodes,præparate insidias:quia cogitauit dominus,& fecit quæcunq; locutus est contra habitatores Babylonis. Quæ habitas super aquas multas,locuples in thesauris:uenit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.Iurauit dominus exercituum per animam suam.Quoniam replebo te hominibus quasi brucho,& super te celeusma cantabitur. Qui fecit terram in fortitudine sua,& præparauit orbem in sapientia sua,& prudentia sua extendit cœlos.Dante eo uocem multiplicantur aquæ in cœlo:qui leuat nubes ab extremo terræ,fulgura in pluuiam fecit:& producit uentos de thesauris suis.Stultus factus est omnis homo à scientia:confusus est omnis conflator in sculptili:quia mendax est conflatio eius,nec est spiritus in eis. Vana sunt opera,& risu digna:in tẽpore uisitationis suæ peribunt.Non sicut hæc,pars Iacob: quia qui fecit omnia,ipse est,& Israel sceptrum hæreditatis eius:Dominus exercituum nomen eius.Collidis tu mihi uasa belli,& ego collidam in te gentes,& disperdam in te regna: & collidam in te equum,& equitem eius:& collidam in te currum,& ascẽsorem eius:& collidam in te uirum & mulierem,& collidam in te senem & puerum,& collidam in te iuuenem & uirginem,& collidam in te pastorem & gregem eius,& collidam in te agricolam & iugales eius,& collidam in te duces & magistratus.Et reddam Babyloni,& cunctis habitatoribus Chaldææ, omne malum suum quod fecerunt in Sion,in oculis uestris,ait dominus. Ecce,ego ad te mons pestifer,ait dominus,qui corrumpis uniuersam terram:& extendam manum meam super te,& euoluam te de petris,& dabo te in mõtem combustionis:& non tollent de te lapidem in angulum,& lapidem in fundamento,sed perditus in æternum eris, ait dominus.Leuate signũ in terra,clangite buccina in gentibus,sanctificate super eam gentes:annuntiate contra illã regibus Ararat,Menni & Ascenez:numerate contra eam Taphsar,adducite equum quasi bruchum aculeatum.sanctificate contra eam gentes,reges Mediæ,duces eius,& uniuersos magistratus eius,cunctamq; terram potestatis eius.Et commouebitur terra,& conturbabitur:quia euigilabit contra Babylonem cogitatio domini,ut ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem.Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidiis:deuoratum est robur eorum,& facti sunt quasi mulieres:incẽsa sunt tabernacula eius,contriti sunt uectes eius.Currens obuiam currenti ueniet:& nuntius obuius nuntianti:ut annuntiet regi Babylonis,quia capta est ciuitas eius à summo usq; ad summum:& uada præoccupata sunt,& paludes incensæ sunt igni,& uiri bellatores conturbati sunt.Quia hæc dicit dominus exercituum,deus Israel:Filia Babylonis quasi area,tempus trituræ eius:adhuc modicum,& ueniet tempus messionis eius.Comedit me,deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis:reddidit me quasi uas inane:absorbuit me quasi draco,repleuit uentrem suum teneritudine mea,& eiecit me.Iniquitas aduersum me,& caro mea super Babylonem,dicit habitatio Sion:& sanguis meus super habitatores Chaldææ dicit Ierusalem.Propterea hæc dicit dominus:Ecce,ego iudicabo causam tuam,& ulciscar ultionem tuam:& desertum faciam mare eius,& siccabo uenam eius.Et erit Babylon in tumulos,habitatio draconum:stupor,& sibilus,eo quòd non sit habitator.Simul ut leones

Amos 6 c

B C D

rugient:excutient comas ueluti catuli leonum.In calore eorum ponam potus eorum:& inebriabo eos,ut sopiantur,& dormiant somnum sempiternum,& non consurgant:dicit dominus.Deducam eos quasi agnos ad uictimã,quasi arietes cum hœdis.Quomodo capta E est Sesach,& comprehensa est inclyta uniuersæ terræ.quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes.Ascendit super Babylonẽ mare:multitudinẽ fluctuum eius operta est. Factæ sunt ciuitates eius in stuporem:terra inhabitabilis & deserta,terra in qua nullus habitet,nec trãseat per eam filius hominis.Et uisitabo super Bel in Babylone,& eijciam quod absorbuerat de ore eius:& non confluent ad eum ultrà gentes,siquidem & murus Babylonis corruet.Egredimini de medio eius populus meus:ut saluet unusquisq; animam suam ab ira furoris domini.Et ne fortè mollescat cor uestrum,& timeatis auditũ qui audietur in terra:& ueniet in anno auditio,& post hũc annum auditio:& iniquitas in terra,& dominator super dominatorem.Propterea ecce dies ueniũt,& uisitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius confundetur,& uniuersi interfecti eius cadẽt in medio eius.Et laudabũt super Babylonem cœli & terra,& omnia quæ in eis sunt:quia ab aquilone uenient ei prædones,ait dominus.Et quomodo fecit Babylon,ut caderent occisi in Israel:sic de Babylo- F ne cadẽt occisi in uniuersa terra.Qui fugistis gladium,uenite,nolite stare:recordamini procul domini,& Ierusalem ascendat super cor uestrum.Confusi sumus,quoniam audiuimus opprobrium:operuit ignominia facies nostras:quia uenerũt alieni super sanctificationem domus domini.Propterea ecce dies ueniunt,ait dominus:& uisitabo super sculptilia eius,& in omni terra eius mugiet uulneratus.Si ascenderit Babylon in cœlum,& firmauerit in excelso robur suum:à me uenient uastatores eius,ait dominus.Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum:quoniam uastauit dominus Babylonem,& perdidit ex ea uocem magnam:& sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ:dedit sonitum uox eorum:quia uenit super eam,id est,super Babylonem prædo,& apprehẽsi sunt fortes eius,& emarcuit arcus eorũ:quia fortis ultor dominus reddens retribuet.Et inebriabo principes eius,& sapientes eius,duces eius,& magistratus eius,& fortes eius:& dormient somnum sempiternum,& non expergiscentur,ait rex:Dominus exercituum nomen eius. Hæc G dicit dominus exercituum:Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur,& portæ eius excelsæ igne comburentur,& labores populorum ad nihilum,& gentium in ignem erunt & disperibunt.Verbum quod præcepit Ieremias propheta:Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ,cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonẽ,in anno quarto regni eius:Saraias aũt erat princeps prophetiæ.Et scripsit Ieremias omne malum quod uenturum erat super Babylonẽ,in libro uno:omnia uerba hæc quæ scripta sunt contra Babylonẽ.Et dixit Ieremias ad Saraiã:Cũ ueneris in Babylonẽ,& uideris,& legeris omnia uerba hæc,dices:Dñe tu locutus es cõtra locũ istũ ut disperderes eũ:ne sit qui in eo habitet ab homine usq; ad pecus,& ut sit perpetua solitudo.Cumq; cõpleueris legere librũ istũ,ligabis ad eum lapidẽ & proijcies illũ in medium Euphraten,& dices:Sic submergetur Babylon,& non cõsurget à facie afflictionis quã ego adduco super eã,& dissoluetur.Hucusq; uerba Ieremiæ. CAP.LII

Recapitulatiõ obsidionis & expugnatiõis Ierusalem, ac catalogus abductorum Babylonem

4 Reg.25

A Filius uiginti & unius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset:& undecim annis regnauit in Ierusalem:& nomen matris eius Amital,filia Ieremiæ de Lobna.Et fecit malum in oculis domini,iuxta omnia quæ fecerat Ioacim.Quoniã furor domini erat in Ierusalem & in Iuda,usq; quo proijceret eos à facie sua:& recessit Sedecias à rege Babylonis. Factum est autem in anno nono regni eius,in mense decimo,decima die mensis:uenit Nabuchodonosor rex Babylonis,ipse & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem,& obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu.Et fuit ciuitas obsessa,usq; ad undeci- B mum annum regis Sedeciæ. Mense autem quarto,nona die mensis obtinuit fames ciuitatem:& non erant alimenta populo terræ . Et dirupta est ciuitas, & omnes uiri bellatores eius fugerunt,exieruntq; de ciuitate nocte per uiam portæ quæ est inter duos muros & ducit ad hortum regis(Chaldæis obsidẽtibus urbem in gyro)& abierunt per uiam quæ ducit in eremum.Persecutus est autẽ Chaldæorũ exercitus regem:& apprehẽderunt Sedeciam

 in de-

in deserto,quod est iuxta Iericho:& omnis comitatus eius diffugit ab eo.Cumq; compre hendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath:& locutus est ad eum iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius:sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedeciæ eruit,& uinxit eum compedibus,& adduxit eum rex Babylonis in Babylonem:& posuit eum in domo carceris usq; ad diem mortis eius.In mense autem quinto,decima mensis,ipse est annus no nusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis:uenit Nabuzardan princeps militiæ,qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem. Et incendit domum domini,& domum regis, & omnes domos Ierusalem,& omnem domū magnam igne combussit.Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ.De pauperibus autem populi,& de reliquo uulgo quod remāserat in ciuitate,& de profugis qui transfugerant ad regem Babylonis,& cæteros de multitudine:transtulit Na- buzardan princeps militiæ.De pauperibus uerò terræ reliquit Nabuzardan princeps mili tiæ in uinitores & agricolas. Columnas quoq; æreas,quæ erant in domo domini,& bases, & mare æneum quod erat in domo domini,confregerunt Chaldæi:& tulerunt omne æs eorum in Babylonem.Et lebetes & creagras & psalteria & phialas & mortariola,& omnia uasa ærea quæ in ministerio fuerant,tulerunt. Et hydrias & thymiamateria & urceos & pelues & candelabra & mortaria & cyathos:quotquot aurea,aurea:& quotquot argen- tea,argentea:tulit magister militiæ columnas duas,& mare unum,& uitulos duodecim æ- reos,qui erant sub basibus quas fecerat rex Salomon in domo domini, non erat pondus æris omnium horum uasorum.De columnis autem,decem & octo cubiti altitudinis erant in columna una:& funiculus duodecim cubitorum circuibat eam : porrò grossitudo eius, quatuor digitorum:& intrinsecus caua erat.Et capitella super utranq; ærea:& altitudo ca- pitelli unius,quinq; cubitorum:& retiacula,& malogranata supra coronam in circuitu,om nia ærea:similiter columnæ secundæ & malogranata. Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia:& omnia malogranata centum,retiaculis circūdabantur.Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum,& Sophoniam sacerdotem secundum:& tres custo des uestibuli.Et de ciuitate tulit eunuchum unum,qui erat præpositus super uiros bellato- res:& septem uiros de his qui uidebant faciem regis,qui inuenti sunt in ciuitate:& scribam principem militum,qui probabat tyrones: & sexaginta uiros de populo terræ,qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ:& duxit eos ad re- gem Babylonis in Reblatha:& percussit eos rex Babylonis. Et interfecit eos in Reblatha in terra Emath:& translatus est Iuda de terra sua.Iste est populus quem transtulit Nabu- chodonosor,in anno septimo:Iudæos tria millia,& uigintitres.In anno octauodecimo Na buchodonosor,transtulit de Ierusalem animas octingētas trigintaduas.In anno uicesimo tertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum se- ptingentas quadragintaquinq;.omnes ergo animæ,quatuor millia sexcentæ. Et factum est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioachin regis Iuda,duodecimo mense,uice simaquinta mensis, leuauit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui,caput Ioa- chin regis Iudæ:& eduxit eum de domo carceris.Et locutus est cū eo bona:& posuit thro- num eius super thronos regum qui erant post se in Babylone.Et mutauit uestimenta car- ceris eius,& comedebat panem coram eo semper cunctis diebus uitæ suæ.Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies,usq; ad diem mor tis suæ cunctis diebus uitæ eius.

3 Reg.7

C D E F G

IEREMIAE THRENI

ID EST LAMENTATIONES

QVAE HEBRAICE INSCRIBVNTVR

קִינוֹת

ET factum eſt,poſtquàm in captiuitatem redactus eſt Iſrael,& Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens,& planxit lamentatione hac ſuper Ieruſalem,& amaro animo ſuſpirans & eiulans dixit:

Hæc uerba apud LXX. leguntur

CAPVT I

A א QVOMODO ſedet ſola ciuitas plena populo:facta eſt quaſi uidua domina gentium:Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

ב Plorans plorauit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius:non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:omnes amici eius ſpreuerunt eam,& facti ſunt ei inimici.

ג Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem:omnes perſecutores eius B apprehenderunt eum inter anguſtias.

ד Viæ Sion lugent,eo quòd non ſint qui ueniant ad ſolennitatem:omnes portæ eius deſtructæ,ſacerdotes eius gementes:uirgines eius ſqualidæ,& ipſa oppreſſa amaritudine.

ה Facti ſunt hoſtes eius in capite,inimici eius locupletati ſunt:quia dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius : paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

ו Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius.Facti ſunt principes eius uelut arietes non C inuenientes paſcua:& abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

ז Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ,& præuaricationis:omnium deſiderabilium ſuorum quæ habuerat à diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator:uiderunt eam hoſtes,& deriſerunt ſabbatha eius.

ח Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt : omnes qui glorificabant eam,ſpreuerunt illam,quia uiderunt ignominiam eius:ipſa autem gemens,& conuerſa eſt retrorſum.

D ט Sordes eius in pedibus eius,nec recordata eſt finis ſui:depoſita eſt uehementer,non habens conſolatorem. Vide domine afflictionem meam,quoniam erectus eſt inimicus.

י Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius:quia uidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum,de quibus præceperas ne intrarent in eccleſiam tuam.

כ Omnis populus eius gemens,& quærens panem:dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandum animam. Vide domine,& conſidera,quoniam facta ſum uilis.

ל O uos omnes qui tranſitis per uiam,attendite,& uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus: E quoniam uindemiauit me,ut locutus eſt dominus in die iræ furoris ſui.

מ De excelſo miſit ignem in oſſibus meis,& erudiuit me:expandit rete pedibus meis,conuertit me retrorſum:poſuit me deſolatam,tota die mœrore confectam.

נ Vigilauit iugum iniquitatum mearum:in manu eius conuolutæ ſunt,& impoſitæ collo meo:infirmata eſt uirtus mea:dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere.

ס Abſtulit omnes magnificos meos dominus de medio mei:uocauit aduerſum me tempus,ut contereret electos meos:torcular calcauit dominus uirgini filiæ Iuda.

F ע Idcirco ego plorans,& oculus meus deducens aquas:quia longe factus eſt à me conſolator conuertens animam meam:facti ſunt filij mei perditi,quoniam inualuit inimicus.

פ Expandit Sion manus ſuas,non eſt qui conſoletur eam:mandauit dominus aduerſum

Iacob,in circuitu eius hostes eius:facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.
צ Iustus est dominus,quia os eius ad iracundiam prouocaui.Audite obsecro uniuersi populi,& uidete dolorem meum:uirgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.
ק Vocaui amicos meos,ipsi deceperunt me:sacerdotes mei,& senes mei in urbe consumpti sunt:quia quæsierunt cibum sibi,ut refocillarent animam suam. G
ר Vide domine quoniã contribulor,cõturbatus est uenter meus:subuersum est cor meũ in memetipsa,quoniã amaritudine plena sum:foris interficit gladius,& domi mors similis est.
ש Audierũt quia ingemisco ego,& non est qui consoletur me:omnes inimici mei audierũt malũ meũ,lætati sunt,quoniam tu fecisti:adduxisti diem consolationis,& fient similes mei.
ת Ingrediatur omne malum eorũ coram te:& uindemia eos sicut uindemiasti me,propter omnes iniquitates meas:multi enim gemitus mei,& cor meum mœrens.

CAP. II A

א QVomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiã Sion:proiecit de cœlo in terram inclytam Israel,& non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.
ב Præcipitauit dominus nec pepercit,omnia speciosa Iacob:destruxit in furore suo munitiones uirginis Iuda,& deiecit in terram:polluit regnum,& principes eius.
ג Confregit in ira furoris omne cornu Israel:auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici:& succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.
ד Tetendit arcũ suũ quasi inimicus,firmauit dexteram suam quasi hostis:& occidit omne quod pulchrũ erat uisu in tabernaculo filiæ Sion,effudit quasi ignem indignationẽ suam. B
ה Factus est dominus uelut inimicus:præcipitauit Israel,præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius,& repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.
ו Et dissipauit quasi ortum tentorium suum,demolitus est tabernaculum suum:obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbathum:& in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem.
ז Repulit dominus altare suum,maledixit sanctificationi suę:tradidit in manus inimici muros turrium eius:uocem dederunt in domo domini,sicut in die solenni. C
ח Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Sion:tetendit funiculum suum,& non auertit manum suam à perditione:luxitq; antemurale,& murus pariter dissipatus est.
ט Defixæ sunt in terram portæ eius:perdidit & contriuit uectes eius,regem eius & principes eius in gentibus:non est lex,& prophetæ eius non inuenerunt uisionem à domino.
י Sederunt in terra,conticuerunt senes filiæ Sion:consperserunt cinere capita sua,accincti sunt cilicijs,abiecerunt in terram capita sua uirgines Ierusalem. D
כ Defecerunt præ lachrymis oculi mei,conturbata sunt uiscera mea:effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei,cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.
ל Matribus suis dixerunt,Vbi est triticum & uinum?cum deficerent quasi uulnerati in plateis ciuitatis:cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.
מ Cui comparabo te?uel cui assimilabo te filia Ierusalem?cui adæquabo te,& consolabor te uirgo filia Sion?Magna est enim uelut mare,contritio tua:quis medebitur tui? E
נ Prophetæ tui uiderunt tibi falsa & stulta:nec aperiebant iniquitatem tuam,ut te ad pœnitentiam prouocarent:uiderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones.
ס Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per uiam:sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Ierusalem:Hæccine est urbs,dicentes, perfecti decoris,gaudium uniuersæ terræ?
פ Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui:sibilauerunt & fremuerunt dentibus,& dixerunt,Deuorabimus:en ista est dies quam expectabamus,inuenimus,uidimus. F
ע Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis:Destruxit,& non pepercit,& lætificauit super te inimicum,& exaltauit cornu hostium tuorum.
צ Clamauit cor eorum ad dominũ super muros filiæ Sion:Deduc quasi torrẽtem lachrymas per

mas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.
ק Consurge, lauda in nocte in principio uigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defece-
G runt in fame in capite omnium compitorum.
ר Vide domine, & considera quem uindemiaueris ita. Ergó ne comedēt mulieres fructum suũ, paruulos ad mensurā palmæ? si occiditur in sanctuario domini sacerdos & propheta?
ש Iacuerunt in terra foris puer & senex: uirgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.
ת Vocasti quasi ad diem solennē, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus cōsumpsit eos.

A א EGo uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis eius. CAP. III
א Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.
א Tantum in me uertit, & conuertit manum suam tota die.
ב Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea.
ב Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore.
ב In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.
ג Circumædificauit aduersum me, ut non egrediar: aggrauauit compedem meum.
ג Sed & cum clamauero & rogauero, exclusit orationem meam.
ג Conclusit uias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.
B ד Vrsus insidians factus est mihi: leo in absconditis.
ד Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatam.
ד Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.
ה Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.
ה Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.
ה Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.
ו Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.
ו Et repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum.
ו Et dixi, Perijt finis meus, & spes mea à domino.
C ז Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.
ז Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.
ז Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.
ח Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerūt miserationes eius.
ח Noui diluculo, multa est fides tua.
ח Pars mea dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.
ט Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.
ט Bonum est præstolari cum silentio salutare dei.
D ט Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.
י Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit super se.
י Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.
י Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.
כ Quia non repellet in sempiternum dominus:
כ Quia si abiecit, & miserebitur, secundum multitudinem misericordiarum suarum.
כ Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum,
ל Vt contereret sub pedibus suis omnes uinctos terræ,
ל Vt declinaret iudicium uiri in conspectu uultus altissimi,
E ל Vt peruerteret hominem in iudicio suo, dominus ignorauit.
מ Quis est iste qui dixit ut fieret, domino non iubente?
מ Ex ore altissimi non egredientur nec mala nec bona?
מ Quid murmurauit homo uiuens, uir pro peccatis suis?
נ Scrutemur uias nostras, & quæramus, & reuertamur ad dominum.

ב Leuemus corda nostra,cum manibus ad dominum in cœlos.
נ Nos iniquè egimus,& ad iracundiam prouocauimus:idcirco tu inexorabilis es.
ס Operuisti in furore,& percussisti nos:occidisti,nec pepercisti.
ס Opposuisti nubem tibi,ne transeat oratio.
ס Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum. F
פ Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri.
פ Formido & laqueus facta est nobis uaticinatio & contritio.
פ Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.
ע Oculus meus afflictus est,nec tacuit,eo quòd non esset requies,
ע Donec respiceret & uideret dominus de cœlis.
ע Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.
צ Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.
צ Lapsa est in lacum uita mea,& posuerunt lapidem super me.
צ Inundauerunt aquæ super caput meum:dixi,Perij.
ק Inuocaui nomen tuum domine,de lacis nouissimis.
ק Vocem meam audisti:ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus. G
ק Appropinquasti in die quando inuocaui te:dixisti,Ne timeas.
ר Iudicasti domine causam animæ meæ,redemptor uitæ meæ.
ר Vidisti domine iniquitatem illorum aduersum me:iudica iudicium meum.
ר Vidisti omnem furorem,uniuersas cogitationes eorum aduersum me.
ש Audisti opprobria eorum domine,omnes cogitationes eorum aduersum me.
ש Labia insurgentium mihi,& meditationes eorum aduersum me tota die.
ש Sessionem eorum,& resurrectionem eorum uide,ego sum psalmus eorum.
ת Reddes eis uicem domine,iuxta opera manuum suarum.
ת Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
ת Persequeris in furore tuo,& conteres eos sub cœlis domine.

CAP. IIII

א QVomodo obscuratum est aurum,mutatus est color optimus,dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. A

ב Filij Sion inclyti,& amicti auro primo:quomodo reputati sunt in uasa testea,opus manuum figuli.

ג Sed & lamiæ nudauerunt mammam,lactauerunt catulos suos:filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

ד Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

ה Qui uescebantur uoluptuose,interierunt in uijs:qui nutriebantur in croceis,amplexati sunt stercora.

ו Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum:quæ subuersa est in momento,& non ceperunt in ea manus.

ז Candidiores Nazarei eius niue,nitidiores lacte,rubicundiores ebore antiquo,sapphiro pulchriores: B

ח Denigrata est super carbones facies eorum,& non sunt cogniti in plateis:adhæsit cutis eorum ossibus:aruit,& facta est quasi lignum.

ט Melius fuit occisis gladio,quàm interfectis fame:quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

י Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos:facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

כ Compleuit dominus furorem suum,effudit iram indignationis suæ:& succendit ignem in Sion,& deuorauit fundamenta eius.

ל Non crediderunt reges terræ,& uniuersi habitatores orbis,quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem.

Propter

מ Propter peccata prophetarum eius,& iniquitates sacerdotum eius,qui effuderunt in me C dio eius sanguinem iustorum.
נ Errauerunt cæci in plateis,polluti sunt sanguine:cumque non possent intrare,tenuerunt lacinias suas.
ס Recedite polluti,clamauerunt eis,recedite,abite,nolite tangere:iurgati quippe sunt & commoti:dixerunt inter gentes,Non addet ultrà ut habitet in eis.
פ Facies domini diuisit eos,non addet ut respiciat eos:facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.
ע Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum uanum,cum re spiceremus attenti ad gentem quæ saluare nos non poterat.
צ Lubricauerunt uestigia nostra in itinere platearum nostrarum,appropinquauit finis no D ster,completi sunt dies nostri,quia uenit finis noster.
ק Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli:super montes persecuti sunt nos,in deserto insidiati sunt nobis.
ר Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris:cui diximus,In umbra tua uiuemus in gentibus.
ש Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus:ad te quoque perueniet calix,inebriaberis,atque nudaberis.
ת Completa est iniquitas tua filia Sion,non addet ultrà ut transmigret te:uisitauit iniquitatem tuam filia Edom,discooperuit peccata tua.

Oratio Ieremiæ. CAP. V

A Recordare domine quid acciderit nobis:intuere & respice opprobrium nostrum.Hæreditas nostra uersa est ad alienos:domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre:matres nostræ quasi uiduæ.Aquam nostram pecunia bibimus:ligna nostra pretio comparauimus.Ceruicibus nostris minabamur,lassis non dabatur requies. Ægy- B pto dedimus manum,& Assyrijs:ut saturaremur pane.Patres nostri peccauerunt,& non sunt:& nos iniquitates eorum portauimus.Serui dominati sunt nostri:non fuit qui redimeret de manu eorum.In animabus nostris afferebamus panem nobis,à facie gladij in deserto.Pellis nostra quasi clibanus,exusta est à facie tempestatum famis.Mulieres in Sion hu C miliauerunt,& uirgines in ciuitatibus Iuda.Principes manu suspensi sunt:facies senum non erubuerunt.Adolescentibus impudicè abusi sunt:& pueri in ligno corruerunt.Senes defecerunt de portis:iuuenes de choro psallentium.Defecit gaudium cordis nostri:uersus est in luctum chorus noster.Cecidit corona capitis nostri:uæ nobis,quia peccauimus, Pro- D pterea mœstum factum est cor nostrum,ideo contenebrati sunt oculi nostri.Propter montem Sion quia disperijt:uulpes ambulauerunt in eo, Tu autem domine in æternum permanebis,solium tuum in generatione & generationem.Quare in perpetuum obliuisceris nostri?derelinques nos in longitudine dierum?Conuerte nos domine ad te,& conuertemur: innoua dies nostros,sicut à principio.Sed projciens repulisti nos,iratus es contra nos uehementer.

Ezech.18.a

LAMENTATIONVM
IEREMIAE
FINIS

PRAEFATIO IN LIBRUM BARUCH PROPHETAE

Liber iste qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur, sed tantum in uulgata æditione: similiter & epistola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium hic scripta sunt, quia multa de Christo, nouissimisque temporibus indicant.

PROPHETIA BARUCH

Libru Baruch quem in deuastatione Ierusalem scripserat, ubi legi audissent Iudæi capti, miserũt pecuniã Ierusalẽ ut & pro se & rege Babylõio supplicarent

A

Et haec verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni. Et legit Baruch uerba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures uniuersi populi uenientis ad librum: & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam, secundum quod potuit uniuscuiusque manus: & miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helciæ filij Salom sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem, cum acciperet uasa templi domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decima die mensis Siban, uasa argentea quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda, postea quàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam & principes, & uinctos, & potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos in Babylonem. Et dixerunt: Ecce misimus ad uos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram domini dei nostri: & orate pro uita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro uita Balthasar filij eius, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram: & ut det dominus uirtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. Et pro nobis ipsis orate ad dominum deum nostrum: quia peccauimus domino deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis usque in hunc diem. Et legite librum istum, quem misimus ad uos recitari in templo domini, in die solenni & in die opportuno, & dicetis: Domino deo nostro iustitia: nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ierusalem, regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris. Peccauimus ante dominum deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum: & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus uocem domini dei nostri, ut ambularemus in mãdatis eius quæ dedit nobis. A die qua eduxit patres nostros de terra Ægypti, usque ad diem hanc eramus incredibiles ad dominum deum nostrum: & dissipati recessimus, ne audiremus uocem ipsius. Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ constituit dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. Et non audiuimus uocem domini dei nostri secundum omnia uerba prophetarum quos misit ad nos: & abiuimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari dijs alienis, facientes mala ante oculos domini dei nostri.

Dan. 9 a

B C D

CAP. II

Capti agnoscunt se meritas luere pœnas, & rogãt à deo ueniam

A

Propter quod statuit dominus deus noster uerbum suum quod locutus est ad nos & ad iudices nostros qui iudicauerunt in Ierusalem, & ad reges nostros, & ad principes nostros

nostros,& ad omnem Israel & Iuda:ut adduceret dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cœlo,quemadmodum facta sunt in Ierusalem,secundum quæ scripta sunt in lege Moysi, ut manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. Et dedit eos sub manu regum omnium qui sunt in circuitu nostro in improperium & in desolationem, & in omnibus populis in quibus nos dispersit dominus. Et facti sumus subtus,& non su-
B pra:quia peccauimus domino deo nostro,non obaudiendo uoci ipsius. Domino deo nostro iustitia:nobis autem & patribus nostris confusio faciei,sicut est dies hæc.Quia locutus est dominus super nos omnia mala hæc quæ uenerunt super nos:& non sumus deprecati faciem domini dei nostri,ut reuerteremur unusquisque nostrum à uijs nostris pessimis. Et uigilauit dominus in malis,& adduxit ea super nos:quia iustus est dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis:& non audiuimus uocem ipsius,ut iremus in præceptis domini quæ dedit ante faciem nostram. Et nunc domine deus Israel,qui eduxisti popu-
C lum tuum de terra Ægypti in manu ualida,& in signis,& in prodigijs,& in uirtute tua magna,& in brachio excelso,& fecisti tibi nomen sicut est dies iste:peccauimus, impiè egimus,iniquè gessimus domine deus noster,in omnibus iustitijs tuis. Auertatur ira tua à nobis:quia derelicti sumus pauci inter gentes,ubi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras & orationes nostras,& educ nos propter te:& da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt:ut sciat omnis terra,quia tu es dominus deus noster,& quia nomen tuum inuocatum est super Israel,& super genus ipsius. Respice domine de domo
D sancta tua in nos,& inclina aurem tuam,& exaudi nos.Aperi oculos tuos & uide:quia non mortui qui sunt in inferno,quorum spiritus acceptus est à uisceribus suis,dabunt honorem & iustificationem domino:sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali,& incedit curua & infirma,& oculi deficientes,& anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam domino.Quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces,& petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster:sed quia misisti iram tuam,& furorem tuum super nos,sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum,dicēs:
E Sic dicit dominus:Inclinate humerum uestrum,& ceruicem uestram,& opera facite regi Babylonis:& sedebitis in terra quam dedi patribus uestris.Quòd si non feceritis,nec audieritis uocem domini dei uestri operari regi Babyloniæ:defectionem uestram faciam de ciuitatibus Iuda,& à foris Ierusalem,& auferam à uobis uocem iucunditatis, & uocem gaudij & uocem sponsi & uocem sponsæ,& erit omnis terra sine uestigio ab inhabitantibus eam.Et non audierunt uocem tuam,ut operarentur regi Babylonis:& statuisti uerba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum,ut transferrentur ossa regum nostrorum,& ossa patrum nostrorum de loco suo,& ecce proiecta sunt in calore so-
F lis,& in gelu noctis:& mortui sunt in doloribus pessimis,in fame & in gladio & in emissione.Et posuisti templum,in quo inuocatum est nomen tuum in ipso,sicut hæc dies,propter iniquitatem domus Israel & domus Iuda.Et fecisti in nobis domine deus noster secūdum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:sicut locutus es in manu pueri tui Moysi,in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filijs Israel,dicens:Si non audieritis uocem meam,multitudo hæc magna conuertetur in minimam inter gentes,quò ego eos disperdam:quia scio quòd me non audiet populus. populus est enim dura ceruice:& conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ:& scient
G quia ego sum dominus deus eorum:& dabo eis cor,& intelligent:& aures & audiēt.Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ,& memores erunt nominis mei. Et auertent se à dorso suo duro,& à malignitatibus suis:quia reminiscentur uiam patrum suorum quia peccauerunt in me.Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum Abraham,Isaac & Iacob,& dominabuntur eius:& multiplicabo eos,& non minorabuntur. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum,ut sim illis in deum,& ipsi erunt mihi in populum:& non mouebo amplius populum meum filios Israel à terra quam dedi illis. CAP. III

Ierem.29 b

Deut.28 b

Anxia oratio ad dominū ꝑ liberatione,et exhortatio ad populū ut uitam cōmutent

ET nunc domine omnipotēs deus Iſrael,anima in anguſtijs,& ſpiritus anxius clamat ad te:audi domine & miſerere,quia deus es miſericors,& miſerere noſtri:quia peccauimus ante te.Quia tu ſedes in ſempiternum,& nos peribimus in æuum? Domine omnipotens deus Iſrael,audi nunc orationem mortuorum Iſrael,& filiorum ipſorum,qui peccauerunt ante te,& non audierunt uocem domini dei ſui,& agglutinata ſunt nobis mala.Noli meminiſſe iniquitatum patrum noſtrorum, ſed memento manus tuæ & nominis tui in tempore iſto:quia tu es dominus deus noſter,& laudabimus te domine,quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris,& ut inuocemus nomē tuum,& laudemus te in captiuitate noſtra,quia conuertimur ab iniquitate patrum noſtrorum qui peccauerunt ante te.Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie,qua nos diſperſiſti in improperium,& in maledictum, & in peccatum, ſecundum omnes iniquitates patrum noſtrorum qui diſceſſerunt à te domine deus noſter.Audi Iſrael mandata uitæ:auribus percipe,ut ſciatis prudentiam.Quid eſt Iſrael,quòd in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena,coinquinatus es cum mortuis:deputatus es cum deſcendentibus in infernum.Dereliquiſti fontem ſapientiæ.Nam ſi in uia dei ambulaſſes,habitaſſes utique in pace ſuper terram.Diſce ubi ſit prudentia,ubi ſit uirtus,ubi ſit intellectus:ut ſcias ſimul ubi ſit longiturnitas uitæ & uictus, ubi ſit lumen oculorum & pax.Quis inuenit locum eius?& quis intrauit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium,& qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? qui in auibus cœli ludunt,qui argentum theſaurizant & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant & ſoliciti ſunt,nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt,& ad inferos deſcenderunt,& alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes uiderunt lumen, & habitauerunt ſuper terram, uiam autem diſciplinæ ignorauerunt,neque intellexerunt ſemitas eius,neque filij eorum ſuſceperunt eam,à facie ipſorum longe facta eſt:non eſt audita in terra Chanaan,neque uiſa eſt in Theman. Filij quoq; Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores terræ & Theman, & fabulatores,& exquiſitores intelligentiæ,uiam autem ſapientiæ neſcierunt,neq; commemorati ſunt ſemitas eius.O Iſrael quàm magna eſt domus dei,& ingens locus poſſeſſionis eius.Magnus eſt,& non habet finem:excelſus & immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt,ſtatura magna,ſcientes bellum.Non hos elegit dominus,neque uiam diſciplinæ dedit illis:propterea perierunt.Et quoniam non habuerunt ſapientiam,interierunt propter ſuam inſipientiam.Quis aſcendit in cœlum,& accepit eam,& deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare:& inuenit illam,& attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire uias eius,neq; qui exquirat ſemitas eius:ſed qui ſcit uniuerſa,nouit eam,& adinuenit eam prudentia ſua:qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus,& quadrupedibus:qui emittit lumen,& uadit:& uocauit illud, & obedit illi in tremore.Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis,& lætatæ ſunt:uocatæ ſunt,& dixerunt:Adſumus.& luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas.Hic eſt deus noſter,& non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem uiam diſciplinæ,& tradidit illam Iacob puero ſuo,& Iſrael dilecto ſuo.Poſt hæc in terris uiſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.

Pſal.144.d

A B C D

CAP. IIII

Solatur populum captū,& hortatur ad patientiam

HIc liber mandatorum dei,& lex quæ eſt in æternum:omnes qui tenent eam,peruenient ad uitam:qui autem dereliquerunt eam,in mortem.Conuertere Iacob,& apprehende eam,ambula per uiam ad ſplendorem eius contra lumen eius.Ne tradas alteri gloriam tuam,& dignitatem tuam genti alienæ.Beati ſumus Iſrael:quia quæ deo placent,manifeſta ſunt nobis.Animæquior eſto populus dei,memorabilis Iſrael. Vænūdati eſtis gentibus,non in perditionem:ſed propter quod in ira dei ad iracundiam prouocaſtis dominū, traditi eſtis aduerſarijs.Exacerbaſtis enim eum qui fecit uos,deum æternum,immolantes dæmonijs & non deo.Obliti enim eſtis eum qui nutriuit uos,& contriſtaſtis nutricem ueſtram Ieruſalem. Vidit enim iracundiam à deo uenientem uobis,& dixit:Audite confines Sion:adduxit enim mihi deus luctum magnū:uidi enim captiuitatem populi mei,filiorum

A B

meorum & filiarum, quam superduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat super me uiduam & desolatam: à mul-
C tis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege dei. Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per uias mandatorum dei, neq; per semitas ueritatis eius cum iustitia ingressi sunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam superduxit illis æternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ: qui non sunt reueriti senem, neq; puerorum miserti sunt: & adduxerunt dilectos uiduæ, & à filijs unicam desolauerunt. Ego
D autem quid possum adiuuare uos? Qui enim adduxit super uos mala, ipse uos eripiet de manibus inimicorum uestrorum. Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad altissimum in diebus meis. Animæquiores estote filij, clamate ad dominum, & eripiet uos de manu principum inimicorum. Ego enim speraui in æternum salutem uestram: & uenit mihi gaudium à sancto super misericordia quę ueniet uobis ab æterno salutari nostro. Emisi enim uos cum
E luctu & ploratu: reducet autem uos mihi dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum. Sicut enim uiderunt uicinæ Sion captiuitatem uestram à deo, sic uidebunt & in celeritate salutem uestram à deo, quæ superueniet uobis cum honore magno, & splendore æterno. Filij patienter sustinete iram, quæ superuenit uobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò uidebitis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascẽdes. Delicati mei ambulauerunt uias asperas: ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis. Animæquiores esto-
F te filij, & proclamate ad dominum: erit enim memoria uestra ab eo qui duxit uos. Sicut enim fuit sensus uester ut erraretis à deo: decies tantũ iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit uobis mala, ipse rursum adducet uobis sempiternam iucunditatem cum salute uestra. Animæquior esto Ierusalem: exhortatur enim te qui te nominauit. Nocentes peribunt, qui te uexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. Sicut enim gauisa est in tua ruina, &
G læta est in casu tuo: sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimoniũ eius erit in luctum. Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmonijs in multitudine temporis. Circũspice Ierusalem ad orientem, & uide iucunditatem à deo tibi uenientem. Ecce enim ueniunt filij tui quos dimisisti dispersos: ueniunt collecti ab oriente usque ad occidentem, in uerbo sancti gaudentes in honorem dei.

CAPVT V

2 Reg. 16 c

A EXue te Ierusalem stola luctus & uexationis tuæ: & indue te decore & honore, quæ à deo tibi est sempiterna gloria. Circundato te diploide à deo iustitiæ, & impone mitrã capiti tuo honoris æterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cœlo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum à deo in sempiternum, Pax iustitiæ & honor pietatis. Exurge Ierusalem, & sta in excelso: & circunspice ad orientẽ, & uide collectos filios tuos ab oriente sole usq; ad occidentem, in uerbo sancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim
B abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ: ut ambulet Israel diligenter in honorem dei. Obumbrauerunt autem & syluæ, & omne lignum suauitatis Israel mandato dei. Adducet enim deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ cum misericordia & iustitia quæ est ex ipso.

Facit eis spem liberatiõis, & indicat uocatione gentium

Exemplum epistolæ quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam a rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi a deo.

CAP. VI

A PRopter peccata quæ peccastis ante deum, abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaq; in Babylonem, eritis ibi annis pluri mis & temporibus longis, usq; ad generationes septem: post hoc autem educam uos inde cum pace. Nunc autẽ uidetis in Babylonia deos aureos & argenteos & lapideos & ligneos

Idolorum uanitas describitur hac epistola

in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & uos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus uos capiat in ipsis. Visa itaq; turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus uestris: Te oportet adorari, domine. Angelus autem meus uobiscum est: ipse autem exquiram animas uestras. Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt: & non possunt loqui. Et sicut uirgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt. Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum, unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea. Opertis autem illis ueste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos. Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde uobis notum sit, quia non sunt dij. Non ergo timueritis eos. Sicut enim uas hominis confractum inutile efficitur: tales sunt & dij illorum. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit, circunseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accēdunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam uidere possunt. sunt autem sicut trabes in domo. Corda uerò dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos & uestimentum ipsorum, & non sentiunt. Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum & supra caput eorum uolant noctuæ & hirundines, & aues etiam, similiter & cattæ. Vnde sciatis quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod habent, ad speciem est. nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt: neq; enim dum conflarentur, sentiebant. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri illis apponentur. Hostias illorum uendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neq; mendicanti aliquid impertiunt, de sacrificijs eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Scientes itaq; ex his, quia non sunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim uocantur dij? Quia mulieres apponunt dijs argenteis & aureis & ligneis: & in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & uestiunt uxores suas & filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, potuerunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis uotum uouerit, & non reddiderit: neque hoc requirunt. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. Hominem cæcum, ad uisum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos? Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea: qui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: quasi possint sentire qui non habent motum. & ipsi cum intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum. Mulieres autem circundatæ funibus, in uijs sedent, succendentes ossa oliuarum. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. Omnia autem quæ illius fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod uolunt esse sacerdotes. Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fa-

Deuter. 6 c — B — C — Isa. 46 b — D — E

quæ fabricata sunt ab ipsis,esse dij?Reliquerunt autem falsa & opprobrium postea futu-
ris.Nam cum superuenerit illis prælium,& mala:cogitant sacerdotes post se,ubi se abscon
dant cum illis.Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt,qui nec de bello se libe-
rant,neq; de malis se eripiunt?Nam cum sint lignea & inaurata & inargentata,scietur post
ea quia falsa sunt,ab uniuersis gentibus & regibus:quæ manifesta sunt quia non sunt dij,
sed opera manuum hominum, & nullum dei opus cum illis. Vnde ergo notum est,quia
non sunt dij,sed opera manuum hominum,& nullum dei opus in ipsis est.Regem regioni
non suscitant,neque pluuiam hominibus dabunt. Iudicium quoq; non discernent,neque
regiones liberabunt ab iniuria:quia nihil possunt,sicut corniculæ inter medium cœli & ter-
ræ. Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum,& argenteorum, & aureo-
rum,sacerdotes quidem ipsorum fugient,& liberabuntur:ipsi uerò sicut trabes in medio
comburentur.Regi autem & bello non resistent.Quomodo ergo existimandum est,aut
recipiendum,quia dij sunt?Non à furibus,neque à latronibus se liberabunt dij lignei & la-
pidei & inaurati & inargentati,quibus iniqui fortiores sunt.Aurum & argentum & uesti-
mentum quo operti sunt,auferent illis,& abibunt,nec sibi auxilium ferent.Itaque melius
est esse regem ostentantem uirtutem suam:aut uas in domo utile, in quo gloriabitur qui
possidet illud:uel ostium in domo,quod custodit quæ in pace sunt,quàm falsi dij.Sol qui-
dem & luna ac sydera,cum sint splendida & emissa ad utilitates,obaudiunt. Similiter &
fulgur cum apparuerit,perspicuum est:idipsum autem & spiritus in omni regione spirat.
Et nubes quibus cum imperatum fuerit à deo perambulare in uniuersum orbem, perfi-
ciunt quod imperatum est eis.Ignis etiam missus desuper ut consumat montes & syluas,
facit quod præceptum est ei.Hæc autem,neque speciebus,neque uirtutibus uni eorum si-
milia sunt. Vnde neque existimandum est,neque dicendum illos esse deos,quando non
possunt neque iudicium iudicare,neque quicquam facere hominibus.Scientes itaque quia
non sunt dij,ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.
Signa etiam in cœlo gentibus non ostendunt,neque ut sol lucebunt,neque illuminabunt
ut luna. Bestiæ meliores sunt illis,quæ possunt fugere sub tectum,ac prodesse sibi.Nullo
itaq; modo nobis est manifestum,quia sunt dij:propter quod ne timeatis eos.Nam sicut
in cucumerario formido nihil custodit:ita sunt dij illorum lignei & argentei & inaurati.Eo-
dem modo & in horto spina alba,supra quam omnis auis sedet.Similiter & mortuo proie-
cto in tenebris,similiter sunt dij illorum lignei & inaurati & inargentati.A purpura quoq;
& marmore,quæ supra illos teneant,scietis itaque quia non sunt dij.Ipsi etiam postremo
comeduntur,& erit opprobrium in regione.Melior est homo iustus,qui non habet simu-
lachra:nam erit longè ab opprobrijs.

PROPHETIAE
BARVCH
FINIS

DIVI HIERONYMI IN EZECHIELEM PRAEFATIO

EZechiel propheta cum Ioacim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonẽ: ibiq; his qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quod ad Ieremiæ uaticinium se ultro aduersarijs tradidissent, & uiderent adhuc urbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex utroq; medie temperatus, Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia uoluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & uulgata eius editio non multum distat ab Hebraico, Vnde satis miror quid causæ extiterit, ut si eosdem in uniuersis libris habemus interpretes: in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autẽ amici mei & hunc subsannauerint: dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed uereor ne illud eis eueniat quod Græce significantius dicitur, ut uocentur φιλολοίδοροι.

PROPHETIA EZECHIELIS

Quomodo & quando Deus suam maiestatem cõspiciendam Ezechieli exposuerit

A ET FACTVM EST in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & uidi uisiones dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus trãsmigrationis regis Ioachin, factum est uerbum domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumẽ Chobar: & facta est super eum ibi manus domini. Et uidi, & ecce uentus turbinis ueniebat ab aquilone: nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies uni: & quatuor pennæ uni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis uituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alterum. non reuertebantur cum incederent: sed unumquodq; ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem uultus eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. hæc erat uisio discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cumq; aspicerem animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi uisio maris: & una similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant: & non reuertebantur cum ambularent. Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat

ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. spiritus enim ui-
E tæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cum eleuatis à terra, pa-
riter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia spiritus uitæ erat in rotis. Et similitudo super
capita animalium, firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita
eorum desuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: unum-
quodque duabus alis uelabat corpus suum, & alterum similiter uelabatur. Et audiebam so-
F num alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei cum ambula-
rent, quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum. cumque starent, demittebantur pen-
næ eorum. Nam cum fieret uox super firmamentum quod erat super caput eorum, sta-
bant, & submittebant alas suas. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eo-
rum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, simi-
G litudo quasi aspectus hominis desuper. Et uidi quasi speciem electri, uelut aspectum ignis
intrinsecus eius per circuitum: à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius usque deorsum,
uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Velut aspectum arcus cum fuerit in nube
in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hæc uisio similitudinis gloriæ do-
mini.

CAPVT II

Propheta indicat quomodo & ad quos missus sit

A ET uidi, & cecidi in faciem meam: & audiui uocem loquentis. Et dixit ad me: Fili homi-
nis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquàm lo-
cutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me, & dicentem:
Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me: ipsi
B & patres eorum præuaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. Et filij dura facie &
indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, Si
fortè uel ipsi audiant, & si fortè quiescant, quoniam domus exasperans est: & scient quia
propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eo-
C rum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.
uerba eorum ne timeas, & uultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Loque-
ris ergo uerba mea ad eos, si fortè audiant & quiescant: quoniam irritatores sunt. Tu au-
tem fili hominis, audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus ex-
D asperatrix est: aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et uidi, & ecce manus
missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus in-
tus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & uæ.

CAP. III

Quod sit prophetæ officiũ describitur

A ET dixit ad me: Fili hominis, quodcunque inueneris comede: comede uolumen istud,
& uadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, & cibauit me uolumine illo:
& dixit ad me: Fili hominis, uenter tuus comedet, & uiscera tua complebuntur uolu-
mine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce.
Et dixit ad me: Fili hominis, uade ad domum Israel, & loqueris uerba mea ad eos. Non
B enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israel: ne-
que ad populos multos profundi sermonis & ignotæ linguæ, quorum non possis audi-
re sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire
te: quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde.
Ecce, dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem fron-
C tibus eorum. Vt adamantem & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metu-
as à facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermo-
nes meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: & uade, ingre-
dere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit
dominus deus, Si fortè audiant & quiescant. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me
D uocem commotionis magnæ: Benedicta gloria domini de loco suo. & uocem alarum
animalium percutientium alteram ad alteram, & uocem rotarum sequentium animalia,
& uocem commotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij
amarus in indignatione spiritus mei: manus enim domini erat mecum, confortans me.

Et ueni

Et ueni ad transmigrationem ad aceruum nouarum frugum,ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar:& sedi ubi illi sedebant:& mansi ibi septem diebus,mœrens in medio eorum. Cum autem pertransissent septem dies,factum est uerbum domini ad me,dicens: Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel:& audies de ore meo uerbum,& annuntia E bis eis ex me. Si dicente me ad impium:Morte morieris:non annuntiaueris ei,neque locutus fueris ut auertatur à uia sua impia,& uiuat:ipse impius in iniquitate sua morietur,sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio,& ille non fuerit conuersus ab impietate sua,& à uia sua impia:ipse quidem in impietate sua morietur,tu autem animam tuam liberasti. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem:ponam offendiculum coram eo,ipse morietur:quia non annuntiasti ei,in pecca F to suo morietur,& non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit:sanguinem uerò eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto,ut non peccet iustus,& ille non peccauerit:uiuens uiuet,quia annuntiasti ei,& tu animam tuam liberasti. Et facta est super me manus domini,& dixit ad me:Surgens egredere in campũ,& ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum:& ecce ibi gloria domini stabat,quasi gloria quam uidi iuxta fluuium Chobar:& cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus,& statuit me super G pedes meos:& locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis,ecce data sunt super te uincula,& ligabunt te in eis:& non egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo,& eris mutus,nec quasi uir obiurgans:quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi,aperiam os tuum, & dices ad eos:Hæc dicit dominus deus: Qui audit,audiat:& qui quiescit,quiescat:quia domus exasperans est.

CAPVT IIII

Apparet prophetæ quæ ærumne immineãt Ierusalẽ

ET tu fili hominis sume tibi laterem,& pones eum coram te:& describes in eo ciuita A tem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem,& ædificabis munitiones,& comportabis aggerem,& dabis contra eam castra,& pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream,& pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem:& obfirmabis faciem tuam ad eam,& erit in obsidionem, & circundabis eam:signum est domui Israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrum,& pones iniquitates domus Israel super eo:numero dierum quibus dormies super illud,& assumes iniquitates eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum,numero dierum trecentos & nonaginta dies:& portabis B iniquitatem domus Israel. Et cum compleueris hæc,dormies super latus tuum dextrum secundò:& assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno,diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit exertum:& prophetabis aduersus eam. Ecce,circũdedi te uinculis:& non te conuertes à latere tuo in latus aliud,donec compleas dies obsidionis tuæ. Et tu sume tibi frumentum & hordeum & fabam & lentem & milium & uiciam:& mittes ea in uas unum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum:trecentis & nonagin C ta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo uesceris,erit in pondere uiginti stateres in die:à tempore usque ad tempus comedes illud. Et aquam in mensura bibes,sextam partem hin:à tempore usque ad tempus bibes illud. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud:& stercore quod egreditur de homine,operies illud in oculis eorum. Hæc dicit dominus:Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eijciam eos. Et dixi: A,a,a,domine deus,ecce anima mea non est polluta,& morticinum & laceratum à bestijs non comedi ab infantia mea usque nunc,& non est ingressa in os meum om D nis caro immunda. Et dixit ad me:Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo. Et dixit ad me:Fili hominis,ecce conteram baculum panis in Ierusalem:& comedent panem suum in pondere,& in solicitudine:& aquam in mensura, & in angustia bibent:ut deficientibus pane & aqua,corruat unusquisq; ad fratrem suum, & contabescat in iniquitatibus suis.

Num.14 f

CAPVT V

Et tu fili

A ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram põderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam uerò aliam disperges in uentum, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate pallij tui. Et ex eis rursum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc dicit dominus deus: Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras. Et contempsit iudicia mea, ut plus esset impia quàm gentes: & præcepta mea ultrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia superastis gentes quæ in circuitu uestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, & iuxta iudicia gentium quæ in circuitu uestro sunt non estis operati: ideò hæc dicit dominus deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium: & faciam in te quæ non feci, & quibus similia ultrà non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos: & faciam in te iudicia, & uentilabo uniuersas reliquias tuas in omnem uentum. Idcirco uiuo ego dicit dominus deus: Nisi pro eo quòd sanctum meum uiolasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam uerò partem tuam in omnem uentum dispergam, & gladium euaginabo post eos. Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego dominus locutus sum in zelo meo, cum impleuero omnem indignationem meam in eis. Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis. Et eris opprobrium & blasphemia, exemplum & stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia, in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ: ego dominus locutus sum. quando misero sagittas famis pessimas in eos, quæ erũt mortiferæ, ad quas mittam ut disperdam uos: & famem congregabo super uos, & conteram in uobis baculum panis. Et immittam in uos famem & bestias pessimas usq; ad internecionem: & pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. ego dominus locutus sum.

Manifestatur etiam hic Ezechieli excidiũ Iudæorum, & iræ dei causa

Iere. 15 a.

CAP. VI

A ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices: Montes Israel audite uerbum domini dei: hæc dicit dominus deus de montibus & collibus, rupibus & uallibus, Ecce, ego inducam super uos gladium, & disperdam excelsa uestra, & demoliar aras uestras, & confringentur simulachra uestra: & deijciam interfectos uestros ante idola uestra. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum uestrorum: & dispergam ossa uestra circa aras uestras in omnibus habitationibus uestris. Vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur & dissipabuntur: & interibunt aræ uestræ, & confringentur: & cessabunt idola uestra, & conterentur delubra uestra, & delebuntur opera uestra. Et cadet interfectus in medio uestri: & scietis quia ego sum dominus. Et relinquam in uobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum dispersero uos in terras. Et recordabũtur mei liberati uestri in gentibus ad quas captiui ducti sunt: quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes post idola sua: & displicebunt sibimet super malis quæ fecerant in uniuersis abominationibus suis, & scient quia ego dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malũ hoc. Hæc dicit dominus deus: Percute manu tua, & allide pedem tuum, & dic heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio, fame & peste ruituri sunt. Qui lõge est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. Et scietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti uestri in medio idolorum uestrorum in circuitu ararum uestrarũ, in omni colle excelso,

Minatur ut supra deuastationem Israel

& in cunctis summitatibus montium,& subtus omne lignum nemorosum,& subtus uniuersam quercum frondosam,locum ubi accenderũt thura redolentia uniuersis idolis suis. Et extendam manum meam super eos:& faciam terram desolatam & destitutam à deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum:& scient quia ego dominus. CAP. VII

Idem cum præcedenti

ET factus est sermo domini ad me,dicens: Et tu fili hominis hæc dicit dominus deus A terræ Israel,Finis uenit,uenit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te,& immittam furorem meum in te:& iudicabo te iuxta uias tuas:& ponam contra te omnes abominationes tuas.Et non parcet oculus meus super te,& nõ miserebor:sed uias tuas ponam super te,& abominationes tuæ in medio tui erũt:& scietis quia ego dñs.Hæc dicit dominus deus:Afflictio una,afflictio ecce uenit:finis uenit,uenit finis,euigilabit aduersum te: B ecce uenit. Venit contritio super te,qui habitas in terra:uenit tempus,prope est dies occisionis,& non gloriæ montium.Nunc de propinquo effundam iram meam super te,& complebo furorem meum in te:& iudicabo te iuxta uias tuas,& imponã tibi omnia scelera tua, Et non parcet oculus meus,nec miserebor:sed uias tuas imponam tibi,& abominationes tuæ in medio tui erunt:& scietis quia ego sum dominus percutiens.Ecce dies,ecce uenit:e- C gressa est contritio,floruit uirga,germinauit superbia.Iniquitas surrexit in uirga impietatis:non ex eis,& non ex populo,neq; ex sonitu eorum:& non erit requies in eis. Venit tempus,appropinquauit dies:qui emit,non lætetur:& qui uendit,non lugeat:quia ira super omnem populum eius. Quia qui uendit,ad id quod uendidit non reuertetur:& adhuc in uiuentibus uita eorum.uisio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur:& uir in in D iquitate uitæ suæ non confortabitur.Canite tuba,præparẽtur omnes,& non est qui uadat ad prælium:ira enim mea super uniuersum populum eius. Gladius foris,& pestis & fames intrinsecus.Qui in agro est,gladio morietur:& qui in ciuitate,pestilentia & fame deuorabuntur.Et saluabuntur qui fugerint ex eis,& erunt in montibus quasi columbæ cõuallium omnes trepidi,unusquisq; in iniquitate sua.Omnes manus dissoluentur,& omnia genua E fluent aquis.Et accingent se cilicijs,& operiet eos formido,& in omni facie confusio,& in uniuersis capitibus eorum caluitium.Argentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit.Argentum eorum & aurum eorum non ualebit liberare eos in die furoris domini.Animam suam non saturabunt,& uentres eorum non implebũtur,quia scandalum iniquitatis eorum factum est.Et ornamentum monilium suorum in superbiam po- F suerunt,& imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerunt ex eo:propter hoc dedi eis illud in immunditiam,& dabo illud in manus alienorum ad diripiendum ,& impijs terræ in prædam,& contaminabunt illud.Et auertam faciem meam ab eis,& uiolabunt arcanum meum:& introibunt in illud emissarij,& contaminabunt illud.Fac conclusionem,quoniam terra plena est iudicio sanguinum,& ciuitas plena iniquitate.Et adducã pes- G simos de gentibus,& possidebunt domos eorum,& quiescere faciam superbiam potentium,& possidebunt sanctuaria eorum . Angustia superueniente requirent pacem,& non erit.Conturbatio super conturbationem ueniet,& auditus super auditum, & quærent uisionem de propheta,& lex peribit à sacerdote,& consilium à senioribus. Rex lugebit , & princeps induetur mœrore,& manus populi terræ conturbabuntur. Secundum uiam eorum faciam eis,& secundum iudicia eorum iudicabo eos:& scient quia ego dominus.

Isa.15 a

CAP. VIII

Dominus reuelat prophetæ malitiã populi tam publicam quàm priuatam

ET factum est in anno sexto,in sexto mense,in quinta mensis:ego sedebam in domo mea,& senes Iuda sedebant coram me , & cecidit ibi super A me manus domini dei.Et uidi,& ecce similitudo quasi aspectus ignis:ab aspectu lumborũ eius & deorsum,ignis:& à lumbis eius & sursum,quasi aspectus splendoris,ut uisio electri. Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei:& eleuauit me spiritus inter terram & cœlum:& adduxit me in Ierusalem in uisiõe dei,iuxta ostium interius quod respiciebat ad aquilonem,ubi erat statutum idolum zeli ad prouocandum æmulationem. B Et ecce ibi gloria dei Israel secundum uisionem quam uideram in campo. Et dixit ad me: Fili hominis leua oculos tuos ad uiam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad uiam Aquilonis,&

nis:& ecce ab aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me: Fili homi-
nis, putás ne uides tu quid isti faciant abominationes magnas, quas domus Israel facit hic,
C ut procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus uidebis abominationes maio-
res. Et introduxit me ad ostium atrij: & uidi, & ecce foramen unum in pariete. Et dixit ad
me: Fili hominis, fode parietem. Et cum perfodissem parietem, apparuit ostium unum. Et
dixit ad me: Ingredere, & uide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus
D uidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animaliũ abominatio, & uniuersa idola domus
Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta uiri de senioribus do-
mus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: &
unusquisq; habebat thuribulum in manu sua: & uapor nebulæ de thure consurgebat. Et di
E xit ad me: Certè uidisti fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unus-
quisq; in abscondito cubilis sui: dicunt enim, Non uidet dominus nos, dereliquit dominus
terram. Et dixit ad me: Adhuc conuersus uidebis abominationes maiores quas isti faciunt.
Et introduxit me per ostium portę domus domini, quod respiciebat ad aquilonem: & ecce
F ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Et dixit ad me: Certè uidisti fili hominis: ad-
huc conuersus uidebis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus do-
mini interius: & ecce in ostio templi domini inter uestibulum & altare, quasi uigintiquinq;
uiri dorsa habentes contra templum domini, & facies ad orientem: & adorabãt ad ortum
G solis. Et dixit ad me: Certè uidisti fili hominis: nũquid leue est hoc domui Iuda, ut facerent
abominationes istas quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad
irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non
parcet oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas uoce magna, non
exaudiam eos.

Num. 11 d

CAP. IX

Ostenditur propheta clades populi futura

A ET clamauit in auribus meis uoce magna, dicens: Appropinquauerunt uisitationes ur
bis, & unusquisq; uas interfectionis habet in manu sua. Et ecce, sex uiri ueniebant de
uia portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem: & uniuscuiusq; uas interitus in manu eius:
uir quoq; unus in medio eorum uestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes
eius: & ingressi sunt, & steterũt iuxta altare æreum. Et gloria domini Israel assumpta est de
B cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & uocauit uirum qui indutus erat lineis, &
atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dominus ad eum: Transi per me
diam ciuitatem in medio Ierusalem: & signa thau super frontes uirorum gemẽtium & do-
lentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me:
Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus uester, neq; miserea-
C mini. Senem, adolescentulum & uirginem, paruulum & mulieres interficite usq; ad interne
cionem: omnem autem super quem uideritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipi-
te. Cœperunt ergo à uiris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Conta
minate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos
qui erant in ciuitate. Et cæde completa remansi ego: ruiq; super faciem meam, & clamans
D aio: Heu, heu, heu domine deus, ergó ne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furo-
rem tuum super Ierusalẽ? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis
ualde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim: Dere-
liquit dominus terram, & dominus non uidet. Igitur & meus non parcet oculus, neq; mise-
rebor: uiam eorum super caput eorum reddam. Et ecce uir qui erat indutus lineis, qui ha-
bebat atramentarium in dorso suo, respondit uerbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X

Visio de uiro è medio rotarum & cherubim prunas accipiente

A ET uidi, & ecce in firmamento quod erat super caput cheru-
bim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solij, apparuit super ea. Et di-
xit ad uirum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus
cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter cherubim, & effunde super
ciuitatem, ingressusq; est in conspectu meo: cherubim autem stabãt à dextris domus cum
ingrederetur uir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper

cherub ad limen domus:& repleta est domus nube,& atrium repletum est splendore glo/riæ domini.Et sonitus alarum cherubim audiebatur usq; ad atrium exterius,quasi uox dei omnipotentis loquentis.Cũq; pręcepisset uiro qui indutus erat lineis,dicens:Sume ignem de medio rotarũ quæ sunt inter cherubim:ingressus ille stetit iuxta rotam.Et extendit che/rub manum de medio cherubim,ad ignem qui erat inter cherubim.& sumpsit,& dedit in manus eius qui indutus erat lineis:qui accipiens egressus est.Et apparuit in cherubim simi/litudo manus hominis subtus pennas eorum.& uidi,& ecce quatuor rotę iuxta cherubim: rota una iuxta cherub unum,& rota alia iuxta cherub unum:species autem rotarum erat quasi uisio lapidis chrysolithi.& aspectus earum similitudo una quatuor: quasi sit rota in medio rotæ.Cumq; ambularent, in quatuor partes gradiebantur:& non reuertebantur ambulantes:sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat,sequebantur & cæteræ, nec reuertebantur.Et omne corpus earum,& colla,& manus,& pennæ,& circuli plena erãt oculis,in circuitu quatuor rotarum.Et rotas istas uocauit uolubiles,audiente me.Quatuor autem facies habebat unum:facies una,facies cherub:& facies secunda,facies hominis:& in tertio facies leonis:& in quarto facies aquilæ.Et eleuata sunt cherubim:ipsum est animal quod uideram iuxta fluuium Chobar.Cumq; ambularent cherubim,ibant pariter & ro/tæ iuxta ea:& cum eleuarent cherubim alas suas,ut exaltarentur de terra,non residebant rotæ,sed & ipsæ iuxta erant. Stantibus illis,stabant:& cum eleuatis eleuabantur. spiritus enim uitæ erat in eis.Et egressa est gloria domini à limine templi:& stetit super cherubim. Et eleuantia cherubim alas suas,exaltata sunt à terra coram me:& illis egredientibus, rotæ quoq; subsecutæ sunt:& stetit in introitu portæ domus domini orientalis,& gloria dei Is/rael erat super ea.Ipsum est animal quod uidi subter deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim essent.Quatuor,quatuor uultus uni,& quatuor alæ uni:& simi/litudo manus hominis sub alis eorum.Et similitudo uultuum eorum,ipsi uultus quos uide ram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum,& impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

1 Par.7 a

B C D

CAPVT XI

Iterum reuelatur pphetæ, excidiũ populi & impiorũ principum

ET eleuauit me spiritus,& introduxit me ad portam domus domini orientalem,quæ respicit ad solis ortum:& ecce in introitu portæ uigintiquinq; uiri:& uidi in medio eo/rum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi. Dixitq; ad me: Fili hominis,hi sunt uiri qui cogitant iniquitatem,& tractant consilium pessimum in urbe ista:dicentes,Nónne dudum ædificatæ sunt domus?hæc est lebes,nos autem carnes. Id/circo uaticinare de eis,uaticinare fili hominis.Et irruit in me spiritus domini,& dixit ad me: Loquere,Hęc dicit dominus,Sic locuti estis domus Israel,& cogitationes cordis uestri ego noui.Plurimos occidistis in urbę hac,& implestis uias eius interfectis.Propterea hæc dicit dominus deus:Interfecti uestri,quos posuistis in medio eius,hi sunt carnes,& hæc est le/bes:& educam uos de medio eius.Gladium metuistis,& gladiũ inducam super uos,ait do/minus deus.Et eijciam uos de medio eius,daboq; uos in manu hostiũ,& faciam in uobis iudicia.Gladio cadetis:in finibus Israel iudicabo uos,& scietis quia ego dominus.Hæc non erit uobis in lebetem,& uos nõ eritis in medio eius in carnes:in finibus Israel iudicabo uos. Et scietis quia ego dominus:quia in præceptis meis non ambulastis,& iudicia mea non fe/cistis,sed iuxta iudicia gentium quæ in circuitu uestro sunt,estis operati.Et factum est cum prophetarem,Pheltias filius Banaiæ mortuus est:& cecidi in faciem meam clamans uoce magna,& dixi:Heu,heu,heu domine deus:consummationem tu facis reliquiarum Israel. Et factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis,fratres tui,fratres tui uiri propin qui tui,& omnis domus Israel uniuersi,quibus dixerunt habitatores Ierusalem:Longè re/cedite à domino:nobis data est terra in possessionem. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia longe feci eos in gentibus,& quia dispersi eos in terris:ero eis in sanctificationem mo dicam in terris ad quas uenerunt.Propterea loquere:Hæc dicit dominus deus,Congrega bo uos de populis,& adunabo de terris in quibus dispersi estis:daboq; uobis humũ Israel. Et ingredientur illuc,& auferent omnes offensiones cunctasq; abominationes eius de illa.

A B C

Deut.12 d

Et da/

Et dabo eis cor unum,& ſpiritum nouum tribuam in uiſceribus eorum:& auferam cor lapideum de carne eorum,& dabo eis cor carneum:ut in pręceptis meis ambulent,& iudicia D mea cuſtodiant,faciantq́ ea:& ſint mihi in populum,& ego ſim eis in deum. Quorum autem cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat,horum uiam in capite ſuo ponam,dicit dominus deus.Et eleuauerunt cherubim alas ſuas,& rotæ cum eis:& gloria dei Iſrael erat ſuper ea.Et aſcendit gloria domini de medio ciuitatis,ſtetitq́ ſuper montem qui eſt ad orientem urbis.Et ſpiritus leuauit me:adduxitq́ in Chaldæam ad tranſmigrationē, in uiſione in ſpiritu dei:& ſublata eſt à me uiſio quam uideram.Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia uerba domini,quæ oſtenderat mihi.

CAP. XII

Fugā, inediā, & alias ærumnas Sedeciæ, eorūq́; qui ſub eo ſunt depingit propheta

A ET factus eſt ſermo domini ad me,dicens:Fili hominis,in medio domus exaſperantis tu habitas:qui oculos habent ad uidendum,& non uident:& aures ad audiendum,& non audiunt:quia domus exaſperans eſt.Tu ergo fili hominis,fac tibi uaſa tranſmigrationis,& tranſmigrabis per diem coram eis:tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum,ſi fortè aſpiciant:quia domus exaſperās eſt.Et efferes foras uaſa tua,quaſi uaſa tranſmigrantis per diem in cōſpectu eorum:tu autem egredieris ueſpere co B ram eis,ſicut egreditur migrans.Ante oculos eorū perfode tibi parietem,& egredieris per eum.In conſpectu eorum in humeris portaberis,in caligine effereris:faciem tuam uelabis, & non uidebis terram:quia portentū dedi te domui Iſrael.Feci ergo ſicut præceperat mihi dominus:uaſa mea protuli,quaſi uaſa tranſmigrantis per diem:& ueſpere perfodi mihi parietem manu:in caligine egreſſus ſum, & in humeris portatus in conſpectu eorum.Et factus eſt ſermo domini mane ad me,dicens:Fili hominis,nunquid non dixerunt ad te do C mus Iſrael,domus exaſperans:Quid tu facis? Dic ad eos:Hæc dicit dominus deus, Super ducem onus iſtud,qui eſt in Ieruſalem: & ſuper omnem domum Iſrael,quæ eſt in medio eorum.Dic,ego portentum ueſtrum:quomodo feci,ſic fiet illis:in tranſmigrationem & in captiuitatem ibunt.& dux qui eſt in medio eorum,in humeris portabitur,in caligine egredietur:parietem perfodient,ut educant eum:facies eius operietur,ut non uideat oculis terram.Et extendam rete meum ſuper eum,& capietur in ſagena mea:& adducam eum in Ba D bylonem in terram Chaldæorum:& ipſam non uidebit,ibiq́ morietur.Et omnes qui circa eum ſunt,præſidium eius,& agmina eius diſpergam in omnem uentum:& gladium euaginabo poſt eos.Et ſcient quia ego dominus,quando diſperſero illos in gentibus,& diſſeminauero eos in terris.Et relinquam ex eis uiros paucos à gladio & fame & peſtilentia:ut narrent omnia ſcelera eorum in gentibus ad quas ingredientur:& ſcient quia ego dominus.Et factus eſt ſermo domini ad me,dicens:Fili hominis,panem tuum in conturbatione come E de:ſed & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe.Et dices ad populum terræ:Hæc dicit dominus deus,ad eos qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael, Panem ſuum in ſolicitudine comedent,& aquam ſuam in deſolatione bibent:ut deſoletur terra à multitudine ſua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.Et ciuitates quæ nunc habitantur,deſolatæ erunt,terraq́ deſerta:& ſcietis quia ego dominus.Et factus eſt ſermo domini ad me,dicens:Fili hominis,quod eſt prouerbium iſtud uobis in terra Iſrael? dicētium:In longū dif F ferentur dies,& peribit omnis uiſio.Ideo dic ad eos:Hæc dicit dominus deus,Quieſcere faciam prouerbium iſtud,neq́ uulgo dicetur ultrà in Iſrael. Et loquere ad eos,quòd appropinquauerint dies & ſermo omnis uiſionis.Non enim erit ultrà omnis uiſio caſſa,neq́ diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael.Quia ego dominus loquar:quodcunq́ locutus fuero uerbum,& fiet:non prolongabitur amplius:ſed in diebus ueſtris domus exaſperans loquar uerbum,& faciam illud,dicit dominus deus.Et factus eſt ſermo domini ad me,dicēs: G Fili hominis,ecce domus Iſrael dicentium: Viſio quam hic uidet,in dies multos:& in tempora longa iſte prophetat. Propterea dic ad eos:Hæc dicit dominus deus, Non prolongabitur ultrà omnis ſermo meus: uerbum quod locutus fuero, complebitur, dicit dominus deus.

Ierem.21.24. 32 & 34

2 Pet.3 a

CAPVT XIII

Et factus

Sermo domini contra pſeudoprophetas

ET factus eſt ſermo domini ad me,dicens:Fili hominis,uaticinare ad prophetas Iſrael A
qui prophetant:& dices prophetantibus de corde ſuo:Audite uerbum domini,Hæc
dicit dominus deus,Væ prophetis inſipientibus:qui ſequuntur ſpiritum ſuum,& nihil ui/
dent.Quaſi uulpes in deſertis,prophetæ tui Iſrael erant.Non aſcendiſtis ex aduerſo,neq;
oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael:ut ſtaretis in prælio in die domini.Vident uana,& di
uinant mendacium,dicentes:Ait dominus:cum dominus non miſerit eos:& perſeuerauer/
runt confirmare ſermonem.Nunquid non uiſionem caſſam uidiſtis,& diuinationem men
dacem locuti eſtis?& dicitis:Ait dominus:cum ego non ſim locutus. Propterea hæc dicit
dominus deus:Quia locuti eſtis uana,& uidiſtis mendacium:ideo ecce ego ad uos,dicit do
minus deus:Et erit manus mea ſuper prophetas qui uident uana,& diuinant mendacium: B
in concilio populi mei non erunt,& in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur,nec in terram
Iſrael ingredietur:& ſcietis quia ego dominus deus:eo quòd deceperint populum meum,
dicentes:Pax,& non eſt pax:& ipſe ædificabat parietem,illi autem liniebant eum luto abſ/
que paleis.Dic ad eos qui liniunt abſq; temperatura quòd caſurus ſit:erit enim imber inun
dans,& dabo lapides prægrandes deſuper irruentes,& uentum procellæ diſſipantem:Si/
quidem ecce cecidit paries.Nunquid non dicetur uobis:Vbi eſt litura quam liniſtis?Pro/
pterea hæc dicit dominus deus:Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum in indignatio/
ne mea,& imber inundans in furore meo erit:& lapides grandes in ira in conſumptionem.
Et deſtruam parietem quem liniſtis abſq; temperamento:& adæquabo eum terræ,& reue C
labitur fundamentum eius:& cadet,& conſumetur in medio eius:& ſcietis quia ego ſum
dominus.Et complebo indignationem meam in pariete,& in his qui liniunt eum abſque
temperamento,dicamq; uobis:Non eſt paries,& non ſunt qui liniunt eum. Prophetæ Iſ/
rael qui prophetant ad Ieruſalem,& uident ei uiſionem pacis:& non eſt pax,ait dominus
deus.Et tu fili hominis,pone faciem tuam contra filias populi tui,quæ prophetant de cor/
de ſuo:& uaticinare ſuper eas,& dic:Hæc dicit dominus deus,Væ quæ conſuunt puluillos
ſub omni cubito manus:& faciunt ceruicalia ſub capite uniuerſæ ætatis ad capiendas ani/
Iſa.5 c
mas:& cum caperent animas populi mei,uiuificabant animas eorum.Et uiolabant me ad
populum meum,propter pugillum hordei & fragmen panis,ut interficerent animas quæ D
moriuntur,& uiuificarent animas quæ non uiuunt,mentientes populo meo credenti men/
dacijs.Propter hoc hæc dicit dominus deus:Ecce,ego ad puluillos ueſtros quibus uos capi
tis animas uolantes:dirumpam eos de brachijs ueſtris:& dimittam animas quas uos capi/
tis,animas ad uolandum.Et dirumpam ceruicalia ueſtra,& liberabo populũ meum de ma
nu ueſtra,neq; erunt ultrà in manibus ueſtris ad prædandum:& ſcietis quia ego dominus.
Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter,quem ego non contriſtaui:& conforta/
ſtis manus impij,ut non reuerteretur à uia ſua mala,& uiueret:propterea uana non uidebi
tis,& diuinationes non diuinabitis amplius,& eruam populum meum de manu ueſtra:&
ſcietis quia ego dominus.

CAPVT XIIII

Cõtemptores uerbi ſui dominum non audire, patiq; eos à pſeudoprophetis ſeductũ iri prophetat

ET uenerunt ad me uiri ſeniorum Iſrael,& ſederunt coram me.Et factus eſt ſermo do/ A
mini ad me,dicens:Fili hominis,uiri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis,
& ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam:nunquid interrogatus reſpon
debo eis?Propter hoc loquere eis,& dices ad eos:Hæc dicit dominus deus,Homo,homo
de domo Iſrael,qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo,& ſcandalum iniquitatis ſuæ
ſtatuerit contra faciem ſuam,& uenerit ad prophetam interrogans per eum me:ego domi B
nus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum:Vt capiatur domus Iſrael in
corde ſuo quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis.Propterea dic ad domum Iſrael,Hæc
dicit dominus deus,Conuertimini,& recedite ab idolis ueſtris,& ab uniuerſis contamina/
tionibus ueſtris auertite facies ueſtras.Quis homo,homo de domo Iſrael,& de proſelytis
quicunq; aduena fuerit in Iſrael,ſi alienatus fuerit à me,& poſuerit idola ſua in corde ſuo, C
& ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam,& uenerit ad prophetam ut in/
terroget per eum me:ego dominus reſpondebo ei per me.Et ponam faciem meam ſuper
homi/

hominem illum,& faciam eum in exemplū & in prouerbiū,& disperdā eum de medio po puli mei:& scietis quia ego dominus.Et propheta cum errauerit,& locutus fuerit uerbum, D ego dominus decepi prophetam illum:& extendam manum meam super illum,& delebo eum de medio populi mei Israel.Et portabunt iniquitatem suam:iuxta iniquitatem interro gantis,sic iniquitas prophetæ erit.ut non erret ultrà domus Israel à me,neque polluatur in uniuersis præuaricationibus suis:sed sint mihi in populum,& ego sim eis in deum,ait domi nus exercituū.Et factus est sermo dñi ad me,dicens:Fili hominis,terra cū peccauerit mihi, E ut præuaricaretur præuaricans,extendam manum meam super eam,& conteram uirgam panis eius:& immittam in eam famem,& interficiam de ea hominē & iumentum.Et si fue rint tres uiri isti in medio eius,Noe,Daniel,& Iob:ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait dominus exercituum.Quòd si & bestias pessimas induxero super terrā,ut uastem eam: & fuerit inuia,eo quòd non sit pertransiens propter bestias:Tres uiri isti si fuerint in ea,ui uo ego dicit dominus deus,quia nec filios nec filias liberabunt:sed ipsi soli liberabuntur,ter F ra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam,& dixero gladio,Transi per terram:& interfecero de ea hominem & iumentū:Et tres uiri isti fuerint in medio eius: uiuo ego dicit dominus deus,non liberabunt filios neq; filias:sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiam immisero super terram illam,& effudero indignationem meam su per eam in sanguine,ut auferam ex ea hominē & iumentum:Et Noe,& Daniel,& Iob fue rint in medio eius:uiuo ego,dicit dominus deus,quia filiū & filiam non liberabunt:sed ipsi G iustitia sua liberabunt animas suas.Quoniam hæc dicit dominus deus:Quòd & si quatuor iudicia mea pessima,gladium,& famem,ac bestias malas,& pestilentiam immisero in Ieru salem,ut interficiam de ea hominē & pecus:Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias:ecce,ipsi egredientur ad uos,& uidebitis uiam eorū,& adinuentiones eorum: & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem,in omnibus quæ importaui super eam.Et consolabuntur uos,cum uideritis uiam eorum & adinuentiones eorum:& cogno scetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea,ait dominus deus.

Ierem.17 b

CAP. XV

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,quid fiet de ligno uitis ex omnibus lignis nemorum,quæ sunt inter ligna syluarum?Nunquid tolletur de ea lignum ut fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillus,ut dependeat in eo quodcunq; uas?Ecce,igni datum est in escam,utranq; partem eius consumpsit ignis,& medietas eius redacta est in fauillam:nunquid utile erit ad opus?Etiam cum esset integrum,non erat aptum ad opus: B quanto magis cum illud ignis deuorauerit,& combusserit,nihil ex eo fiet operis?Propter ea hæc dicit dominus deus:Quomodo lignum uitis inter ligna syluarum,quod dedi igni ad deuorandum,sic tradidi habitatores Ierusalem.Et ponam faciem meam in eos:de igne egredientur,& ignis consumet eos.Et scietis quia ego dominus cum posuero faciem meam in eos,& dedero terram inuiam & desolatam:eo quòd præuaricatores extiterint,dicit dominus deus.

Comparatiōe ostendit Ierusalem depopulandam

CAPVT XVI

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,notas fac Ierusalem abominationes suas,& dices:Hęc dicit dominus deus Ierusalem,Radix tua & generatio tua de terra Chanaan:pater tuus Amorrhæus,& mater tua Chetæa.Et quando nata es,in die or tus tui non est præcisus umbilicus tuus,& in aqua non es lota in salutem,nec sale salita,nec inuoluta pannis.Non pepercit super te oculus,ut faceret tibi unum de his,misertus tui:sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es.Trāsiens autem per te,uidi te conculcari in sanguine tuo:& dixi tibi cum esses in sanguine tuo. Viue,dixi in quam tibi,In sanguine tuo uiue.Multiplicatam quasi germen agri dedi te:& multiplicata es,& grandis effecta,& ingressa es,& peruenisti ad mundum muliebrem:ubera tua intu muerunt,& pilus tuus germinauit:& eras nuda,& confusione plena.Et transiui per te,& ui di te:& ecce tempus tuum,tempus amantium:& expandi amictum meum super te,& ope B rui ignominiam tuam.Et iuraui tibi,& ingressus sum pactum tecum,ait dominus deus:& facta es mihi.Et laui te aqua,& emundaui sanguinem tuum ex te:& unxi te oleo.Et uestiui

Indicat dominus prophetæ quantis bonis affecerit Iudæos,quibus cū ingrati & sceleratissimi omnium gentium sint,grauē minatur pœnam

te discoloribus,& calceaui te hyacintho:& cinxi te bysso,& indui te subtilibus. Et ornaui te ornamento,& dedi armillas in manibus tuis,& torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem super os tuum,& circulos auribus tuis,& coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento,& uestita es bysso,& polymito,& multis coloribus:similam,& mel,& oleum comedisti,& decora facta es uehementer nimis:& profecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam:quia perfecta eras in decore meo quem posueram super te,dicit dominus deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo:& exposuisti fornicationem tuam omni transeunti,ut eius fieres. Et sumens de uestimentis tuis,fecisti tibi excelsa hinc inde consuta:& fornicata es super eis, sicut non est factum,neque futurum est. Et tulisti uasa decoris tui,de auro meo atque argento meo,quæ dedi tibi:& fecisti tibi imagines masculinas,& fornicata es in eis. Et sumpsisti uestimenta tua multicoloria,& operuisti illas:& oleum meum & thymiama meum posuisti coram eis. Et panem meum quem dedi tibi,similam & oleum & mel quibus enutriui te,posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est,ait dominus deus. Et tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti mihi:& immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos,& dedisti illos consecrans eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes tuas non es recordata dierum adolescentiæ tuæ,quando eras nuda & confusione plena,conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam (uæ uæ tibi:ait dominus deus) & ædificasti tibi lupanar,& fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput uiæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum:& diuisisti pedes tuos omni transeunti,& multiplicasti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cum filijs Ægypti uicinis tuis magnarum carnium:& multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. Ecce,ego extendam manum meam super te,& auferam ius tuum:& dabo te in animas odientium te filiarum Palæsthinarum, quæ erubescunt in uia tua scelerata. Et fornicata es in filijs Assyriorum, eo quòd necdum fueris expleta:& postquàm fornicata es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis:& nec sic satiata es. In quo mundabo cor tuum,ait dominus deus:cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis uiæ,& excelsum tuum fecisti in omni platea:nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium,sed quasi mulier adultera quæ super uirum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes:tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis,& dona donabas eis,ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis,& post te non erit fornicatio:in eo enim quòd dedisti mercedes,& mercedes non accepisti,factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi uerbum domini: Hæc dicit dominus deus, Quia effusum est æs tuum,& reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super omnia idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis:ecce,ego congregabo omnes amatores tuos quibus commista es, & omnes quos dilexisti cum uniuersis quos oderas:& congregabo eos super te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & uidebunt omnem turpitudinem tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentium sanguinem:& dabo te in sanguinem furoris & zeli. Et dabo te in manus eorum,& destruent lupanar tuum,& demolientur prostibulum tuum:& denudabunt te uestimentis tuis, & auferent uasa decoris tui:& derelinquent te nudam plenamque ignominia. Et adducent super te multitudinem,& lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis. Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes ultrà non dabis. Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te,& quiescam, nec irascar amplius. Eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ,& prouocasti me in omnibus his:quapropter & ego uias tuas in capite tuo dedi,ait dominus deus,& non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. Ecce,omnis qui dicit uulgò prouer-

Margin notes: C (at "enutriui"); Infra 23 b (at "multiplicasti omnes fornicationes"); D (at "procacis"); E (at "demolientur"); 4 Reg. 25 b (at "lapidabunt").

prouerbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit uirum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt uiros suos & filios suos: mater uestra Chetæa, & pater uester Amorrhæus. Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. Sed nec in uijs earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: penè sceleratiora fecisti in omnibus uijs tuis. Viuo ego, dicit dominus deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: Superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas sicut uidi. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed uicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ uicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertã reuersionem tuam in medio earum, ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem uestram. Non fuit autẽ Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, antequàm reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæsthinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiã tuam tu portasti, ait dominus deus. Quia hæc dicit dominus deus: Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, ut irritum faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis uiarum tuarum, & confunderis: cum receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego dominus, ut recorderis & confundaris, & non sit tibi ultrà aperire os præ cõfusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait dominus deus.

Gen. 18 & 19

CAP. XVII

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel, & dices: Hæc dicit dominus deus, Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & uarietate, uenit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius auulsit: & trãsportauit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: ut firmaret radicẽ super aquas multas, in superficie posuit illud. Cumque germinasset, creuit in uineam latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. Facta est ergo uinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis: & ecce uinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui. In terra bona super aquas multas plantata est: ut faciat frondes & portet fructũ, ut sit in uineam grandem. Dic: Hæc dicit dominus deus, Ergó ne prosperabitur? nónne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, ut euelleret eam radicitus? Ecce, plantata est: ergó ne prosperabitur? nónne cum tetigerit eam uentus urens siccabitur, & in areis germinis sui arescet? Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Dic ad domum exasperantem: Nescitis quid ista significent? Dic: Ecce, uenit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, feriétque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum, sed & fortes terræ tollet: ut sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Ægyptum, ut daret sibi equos, & populum

Perfidia Sedeciæ ob fœdus cũ Aegyptijs initũ notatur, et uaticinatur de nouo populo per Christum plantato

multum:Nunquid prosperabitur,uel consequetur salutem,qui fecit hæc?& qui dissoluit pactum,nunquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus,quoniam in loco regis qui consti B tuit eum regem,cuius fecit irritum iuramentum,& solui pactum quod habebat cum eo,in medio Babylonis morietur.Et non in exercitu grandi,neq; in populo multo faciet contra eum Pharao prælium:in iactu aggeris,& in extructione uallorũ,ut interficiat animas mul/tas.Spreuerat enim iuramẽtum,ut solueret fœdus,& ecce dedit manum suam,& cum om/nia hæc fecerit,non effugiet.Propterea hæc dicit dominus deus: Viuo ego,quoniam iura/mentum quod spreuit,& fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Et expan/ F dam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea : & adducam eum in Ba/bylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua despexit me.Et omnes profugi eius cum uniuerso agmine suo,gladio cadent:residui autem in omnem uentum dispergentur: & scietis quia ego dominus locutus sum.Hæc dicit dominus deus:Et sumam ego de me/dulla cedri sublimis,& ponam:de uertice ramorum eius tenerum distringam,& plantabo super montem excelsum & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud,& erum/ G pet in germen,& faciet fructum,& erit in cedrum magnam:& habitabunt sub eo omnes uolucres, & uniuersum uolatile sub umbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia li/gna regionis,quia ego dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile:& siccaui lignum uiride,& frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum,& feci.

Ezech.12.32

CAPVT XVIII

Prouidẽtiam dei docet,qui malos sed resipiscentes seruat,& bonos à se deficientes perdit

ET factus est sermo domini ad me,di/cens:Quid est quod inter uos parabolam uertitis in prouerbium istud in terra Isra/ A el? dicentes: Patres comederunt uuam acerbam,& dentes filiorum obstupuerunt.Viuo ego dicit dominus deus,si erit ultrà uobis parabola hæc in prouerbium in Israel.Ecce,om/nes animæ,meæ sunt:ut anima patris ita & anima filij,mea est:anima quæ peccauerit,ipsa morietur.Et uir si fuerit iustus,& fecerit iudicium & iustitiam,in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel:& uxorem proximi sui non uiolaue/rit,& ad mulierem menstruatam non accesserit,& hominem non contristauerit,pignus de/bitori reddiderit,per uim nihil rapuerit,panem suum esurienti dederit,& nudum operue/ B rit uestimento, ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate a/uerterit manum suam,& iudicium uerum fecerit inter uirum & uirum:& in præceptis meis ambulauerit,& iudicia mea custodierit,ut faciat ueritatem: hic iustus est,uita uiuet,dicit dominus deus. Quòd si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & fecerit unum de istis:& hæc quidem omnia non facientem,sed in montibus comedentem,& uxorem proximi sui polluentem:egenum & pauperem contristantem,rapientem rapinas,pi/gnus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem : ad C usuram dantem & amplius accipientem:nunquid uiuet? Non uiuet:cum uniuersa hæc de/testanda fecerit,morte morietur,sanguis eius in ipso erit. Quòd si genuerit filium, qui ui/dens omnia peccata patris sui quæ fecit,& timuerit,& non fecerit simile eis:super montes non comederit,& oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel,& uxorem proximi sui non uiolauerit,& uirum non contristauerit,pignus non retinuerit,& rapinam non rapue/rit,panem suum esurienti dederit,& nudum operuerit uestimento:à pauperis iniuria auer/terit manum suam,usuram & superabundantiam non acceperit,iudicia mea fecerit,& in D præceptis meis ambulauerit:hic non morietur in iniquitate patris sui,sed uita uiuet. Pater eius qui calumniatus est,& uim fecit fratri,& malum operatus est in medio populi sui:ec/ce,mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis:Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit & fecit illa,uiuet uita. Anima quæ peccauerit,ipsa morietur:filius non portabit iniquita/tem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit,& impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ E operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam:uita ui/uet,& non morietur.Omnium iniquitatum eius quas operatus est,non recordabor:in iusti tia sua

Ierem.31 c

Deut.14 c

tia sua quam operatus est, uiuet. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, & non ut cōuertatur à uijs suis, & uiuat? Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid ui-
F uet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: Nō est æqua uia domini. Audite ergo domus Israel: Nunquid uia mea non est æqua: & non magis uiæ uestræ prauæ sunt? Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē, morietur in eis: in iniustitia quam operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam uiuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, uita uiuet & non mo-
G rietur. Et dicunt filij Israel: Non est æqua uia domini. Nunquid uiæ meæ non sunt æquæ, domus Israel: & non magis uiæ uestræ prauæ? Idcirco unumquenq; iuxta uias suas iudicabo, domus Israel, ait dominus deus. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris: & non erit uobis in ruinam iniquitas. Proijcite à uobis omnes præuaricationes uestras, in quibus præuaricati estis, & facite uobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus deus: reuertimini, & uiuite.

CAPVT XIX

Quæ clades Ioachaz et Ioacim, malosq; principes expectent

A ET tu assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit? in medio leunculorum enutriuit catulos suos. Et eduxit unum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominemq; comedere. Et audierunt de eo gentes, & non absq; uulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti. Quæ cum uidisset quoniā infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit unum
B de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare: didicit uiduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à uoce rugitus illius. Et conuenerunt aduersus eum gentes undiq; de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in uulneribus earum captus est. Et miserunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem
C Babylonis: miseruntq; eum in carcerem, ne audiretur uox eius ultrà super montes Israel. Mater tua quasi uinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ sunt ei uirgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes: & uidit altitudinem suam in multitudine palmitū suorum. Et euulsa est in ira, in terramq; proiecta: & uentus urens siccauit fructum eius: mar- *Osee 13 d*
D cuerunt, & arefactæ sunt uirgæ roboris eius, ignis comedit eam. Et nunc transplātata est in desertum, in terra inuia, & sitienti. Et egressus est ignis de uirga ramorum eius, qui fructum eius comedit: & non fuit in ea uirga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

CAPVT XX

Increpat propheta malitiā & ingratitudinem Iudæorū, extollitq; bonitatem & longanimitatem dei, ac Ierusalem igne uastandam significat

A ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: uenerunt uiri de senioribus Israel, ut interrogarent dominum, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, Nunquid ad interrogandum me uos uenistis? Viuo ego quia non respondebo uobis, ait dominus deus. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrū eorum ostende eis. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, In die qua elegi Israel, & leuaui manū meam pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manū meam pro eis, dicens: Ego dominus deus uester: in die illa leuaui manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egre-
B gia inter omnes terras. Et dixi ad eos: Vnusquisq; offensiones oculorum suorum abijciat, & in idolis Ægypti nolite pollui: ego dominus deus uester. Et irritauerunt me, nolueruntq; me audire: unusquisq; abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerūt: & dixi ut effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti. Et feci propter nomen meū, ut non uiolaretur corā gentibus, in qua-

in quarum medio erant,& inter quas apparui eis,ut educerem eos de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra Ægypti,& eduxi eos in desertũ.Et dedi eis præcepta mea,& iudicia mea ostendi eis,quæ faciens homo,uiuet in eis.Insuper & sabbatha mea dedi eis,ut esset signũ inter me & eos:& scirent quia ego dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto,in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt,quæ faciens homo,uiuet in eis:& sabbatha mea uiolauerunt uehemẽter.dixi ergo ut effunderem C furorem meum super eos in deserto,& consumerem eos.Et feci propter nomen meum,ne uiolaretur coram gentibus,de quibus eieci eos in conspectu earum. Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto,ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle,præcipuam terrarum omnium:quia iudicia mea proiecerunt,& in præceptis meis non ambulauerunt,& sabbatha mea uiolauerunt:post idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos,ut non interficerem eos:nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine:In præceptis patrum uestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis,nec in idolis eorum polluamini.Ego dominus deus uester, in præceptis meis ambulate,& iudicia mea custodite,& facite ea.Et sabbatha mea sanctificate,ut sit signum inter me & uos:& sciatis quia ego sum dominus deus uester.Et exacerbauerunt me filij,& in præceptis meis non ambulauerunt:& iudicia mea non custodierunt,ut

Num.14 b facerent ea:quæ cum fecerit homo,uiuet in eis:& sabbatha mea uiolauerunt.& comminatus sum ut effunderem furorem meum super eos,& implerem iram meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum ut non uiolaretur coram gentibus,de quibus eieci eos in oculis earum.Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine,ut dispergerem illos in nationes,& uentilarem in terras:eo quòd iudicia mea non fecissent,& præcepta mea reprobassent,& sabbatha mea uiolassent,& post idola patrũ suorum fuissent oculi eorum.Ergo & ego dedi eis pręcepta non bona,& iudicia in quibus non uiuent:& pollui eos in muneribus suis,cum offerrent omne quod aperit uuluam,propter delicta sua:& scient quia ego dominus.Quam ob rem loquere ad domum Israel fili hominis:& dices ad eos:Hæc dicit dominus deus,Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri,cum spreuissent me contemnentes:& induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam ut darem illam eis:uiderunt omnem collem excelsum,& omne lignum nemorosum,& immolauerunt ibi uictimas suas:& dederunt ibi irritationem oblationis suæ, E & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ,& libauerunt libationes suas.Et dixi ad eos:Quid est excelsum ad quod uos ingredimini?Et uocatum est nomẽ eius Excelsum,usque ad hanc diem.Propterea hæc dic ad domum Israel:Hæc dicit dominus deus,Certè in uia patrum

4 Reg.17.21 uestrorum uos polluimini,& post offendicula eorum uos fornicamini.Et in oblatione donorum uestrorũ cum traducitis filios uestros per ignem,uos polluimini in omnibus idolis uestris usque hodie:& ego respondebo uobis domus Israel?Viuo ego dicit dominus deus, quia non respondebo uobis.Neque cogitatio mentis uestræ fiet,dicẽtium:Erimus sicut gentes,& sicut cognationes terræ, ut colamus ligna & lapides.Viuo ego dicit dominus deus, quoniam in manu forti,& in brachio extento,& in furore effuso regnabo super uos.Et educam uos de populis:& congregabo uos de terris,in quibus dispersi estis:in manu ualida & in brachio extento,& in furore effuso regnabo super uos.Et adducam uos in desertum populorum,& iudicabor uobiscum ibi facie ad faciem.Sicut iudicio cõtendi aduersum patres F uestros in deserto terræ Ægypti:sic iudicabo uos,dicit dominus deus.Et subijciam uos sceptro meo,& inducam uos in uinculis fœderis.Et eligam de uobis transgressores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos,& in terram Israel non ingredientur:& scietis quia ego dominus.Et uos domus Israel,hæc dicit dominus deus:Singuli post idola uestra ambulate,& seruite eis.Quòd si & in hoc non audieritis me,& nomen meum sanctum pollueritis ultrà in muneribus uestris & in idolis uestris:in monte sancto meo,in monte excelso Israel,ait dominus deus,ubi seruiet mihi omnis domus Israel,omnes inquã in terra in qua placebũt mihi:& ibi quæram primitias uestras,& initium decimarũ uestrarum in omnibus

sanctifi-

sanctificationibus uestris.In odorem suauitatis suscipiam uos,cum eduxero uos de populis,& cógregauero uos de terris in quas dispersi estis:& sanctificabor in uobis in oculis nationum.Et scietis quia ego dominus,cum induxero uos ad terram Israel,in terrā pro qua leuaui manum meam ut darem eam patribus uestris.Et recordabimini ibi uiarū uestrarū, G & omnium scelerum uestrorum,quibus polluti estis in eis:& displicebitis uobis in conspectu uestro in omnibus malitijs uestris quas fecistis.Et scietis quia ego dominus,cum benefecero uobis propter nomen meum,& non secundum uias uestras malas,neq; secundum scelera uestra pessima domus Israel,ait dominus deus.Et factus est sermo domini ad me, dicens:Fili hominis,pone faciem tuam contra uiam Austri,& stilla ad Aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani.Et dices saltui meridiano:Audi uerbum domini:hæc dicit dominus deus,Ecce ego succendam in te ignem,& comburam in te omne lignum uiride,& omne lignum aridum:non extinguetur flamma succensionis:& comburetur in ea omnis facies ab Austro usq; ad Aquilonem.Et uidebit uniuersa caro,quia ego dominus succendi eam,nec extinguetur. Et dixi:A,a,a,domine deus:ipsi dicunt de me:Nunquid non per parabolas loquitur iste?

CAP. XXI

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam ad Ierusalem,& stilla ad sanctuaria,& propheta contra humū Israel.Et dices terræ Israel:Hæc dicit dominus deus:Ecce,ego ad te,& eijciam gladium meum de uagina sua,& occidam in te iustum & impium.Pro eo autem quòd occidi in te iustum & impium,idcirco egredietur gladius meus de uagina sua ad omnem carnem ab austro usq; ad aquilonem:ut sciat omnis caro,quia ego dominus eduxi gladiū meum de uagina sua irreuocabilem.Et tu fili ho B minis ingemisce in contritione lumborū,& in amaritudinibus ingemisce coram eis.Cumq; dixerint ad te:Quare tu gemis?dices:Pro auditu:quia uenit,& tabescet omne cor,& dissoluentur uniuersæ manus,& infirmabitur omnis spiritus,& per cuncta genua fluent aquæ: ecce uenit,& fiet,ait dominus deus.Et factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis, propheta,& dices:Hæc dicit dominus deus, Loquere, Gladius,gladius exacutus est,& limatus,Vt cædat uictimas exacutus est,ut splendeat limatus est:qui moues sceptrum filij C mei,succidisti omne lignum.Et dedi eum ad leuigandum,ut teneatur manu:iste exacutus est gladius,& iste limatus est,ut sit in manu interficientis.Clama & ulula fili hominis,quia hic factus est in populo meo,hic in cunctis ducibus Israel qui fugerant:gladio traditi sunt cum populo meo,idcirco plaude super femur.quia probatus est,& hoc cum sceptrum subuerterit,& non erit:dicit dominus deus.Tu ergo fili hominis,propheta,& percute manu ad manum,& duplicetur gladius,ac triplicetur gladius interfectorum:hic est gladius occi D sionis magnæ,qui obstupescere eos facit,& corde tabescere,& multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum,amicti ad cædem.Exacuere,uade ad dexteram siue ad sinistram,quocunque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum,& implebo indignationem meam:ego dominus locutus sum.Et factus est sermo domini ad me,dicens:Et tu fili hominis,pone tibi duas uias,ut ueniat gladius regis Babylonis:de terra una egredietur ambæ.Et manu capiet con E iecturam,in capite uiæ ciuitatis conijciet.Viam pones,ut ueniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon,& ad Iudam in Ierusalem munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio,in capite duarum uiarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas:interrogauit idola,exta consuluit.Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalē,ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde,ut eleuet uocem in ululatu,ut ponat arietes contra portas,ut comportet aggerē,ut ædificet munitiones. Eritq; quasi consulens frustra oraculū in oculis eorum, F & sabbathorum otium imitans:ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiēdum.Idcirco hæc dicit dominus deus:Pro eo q recordati estis iniquitatis uestræ,& reuelastis præuaricationes uestras,& apparuerunt peccata uestra in omnibus cogitationibus uestris:pro eo inquam q recordati estis,manu capiemini.Tu autem prophane impie dux Israel,cuius uenit dies in tempore iniquitatis præfinita:hæc dicit dñs deus:Aufer cidarim,tolle coronam:

Indicatur populo qualem cladem tertio illaturus sit et ipsis & Ammonitis rex Babylonis

Isa.10 d

nónne

nóne hæc est quæ humilem subleuauit,& sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam:& hoc nõ factum est, donec ueniret cuius est iudicium,& tradam ei. Et tu fili hominis, propheta,& dic: Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon,& ad opprobrium eorum:& dices, Mucro, mucro euagina te ad occidendum, lima te ut interficias, G & fulgeas. Cum tibi uiderentur uana,& diuinarentur mendacia, ut dareris super colla uulneratorum impiorum, quorum ueniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad uaginam tuam in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te,& effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, daboq; te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego dominus locutus sum.

CAP. XXII

Prophetas, sacerdotes, principes & populũ Ierosolymæ increpat propter sceleratã quam agebant uitam

A ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, nónne iudicas, nónne iudicas ciuitatem sanguinum,& ostẽdes ei omnes abominationes suas? Et dices: Hæc dicit dominus deus. Ciuitas effundens sanguinẽ in medio sui, ut ueniat tempus eius:& quæ fecit idola contra semetipsam, ut pollueretur. In sanguine tuo qui à te effusus est, deliquisti:& in idolis tuis quæ fecisti, polluta es:& appropinquare fecisti dies tuos,& adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus,& irrisionem uniuersis terris. Quæ iuxta sunt & quæ procul à te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interi- B tu. Ecce, principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & uiduam contristauerunt apud te: Sanctuaria mea spreuistis,& sabbatha mea polluistis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem,& super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. Verecundiora patris discooperuerũt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et unusquisq; in uxorem proximi sui ope- C ratus est abominationem,& socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: usuram & superabundantiam accepisti,& auarè proximos tuos calumniabaris: meiq; oblita es, ait dominus deus. Ecce, complosi manus meas super auaritiã tuam quam fecisti,& super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebũt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego dominus locutus sum,& faciam. Et dispergam te D in nationes,& uentilabo te in terras,& deficere faciam immunditiam tuam à te. Et possidebo te in conspectu gentium:& scies quia ego dominus. Et factum est uerbũ domini ad me, dicens: Fili hominis, uersa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs,& stannum,& ferrum,& plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus: Eo quòd uersi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego cõgregabo uos in medio Ierusalem congregatione argenti & æris & stanni & ferri & plumbi in medio fornacis: ut E succendam in ea ignem ad conflandum. sic congregabo in furore meo & in ira mea,& requiescam:& conflabo uos. Et congregabo uos,& succendã uos in igne furoris mei,& conflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego dominus, cum effuderim indignationem meam super uos. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda,& non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut leo rugiens capiensq; prædam, F animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam,& polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam:& inter pollutum & mundum non intellexerunt:& à sabbathis meis auerterũt oculos suos,& coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem,& ad perdendas animas,& auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absq; tem- G peramento uidentes uana,& diuinantes eis mendacium, dicentes, Hęc dicit dominus deus: cum dominus non sit locutus. Populi terræ calumniabantur calumniam,& rapiebant uiolenter: egenum & pauperem affligebant,& aduenam opprimebant calumnia absq; iudicio. Et

Mich. 3 c

cio. Et quæsiui de eis uirum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos: uiam eorum in caput eorum reddidi, ait dominus deus. CAP. XXIII

A ET factus est sermo domini ad me, dicēs: Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt. Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Nomina autem earum, Oolla maior, & Ooliba soror eius: & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina, Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, uestitos hyacintho principes, & magistratus, iuuenes cupidinis uniuersos, equites, ascensores equorum. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum uniuersos: & in omnibus in quos insaniuit, in immunditijs eorum polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia eius, & illi confregerunt ubera pubertatis eius, &

Obscœnū populum Iudaicum obscœna comparatione arguit

B effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorū Assur, super quorum insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea. Quod cum uidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se uenientibus indutis ueste uaria, equitibus qui uectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et uidi quòd polluta esset: uia una ambarum. Et auxit fornicationes suas: cumq; uidisset uiros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis

Supra 16 e

C terræq; Chaldæorum in qua orti sunt: insaniuit super eos concupiscentia oculorū suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam. Cumq; uenissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoq; fornicationes suas: & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti. Et insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum: & sicut fluxus equorum fluxus eorum. Et uisitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto ubera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Propterea Ooliba, hæc dicit dominus deus: Ecce, ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est ani-

D ma tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis, & uniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannosq; & principes omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus uniuersos, principes principum, & nominatos ascensores equorum. Et uenient super te instructi curru & rota multitudo populorum: lorica & clypeo & galea armabuntur contra te undiq;: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio concident: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te uestimentis tuis, & tollent uasa gloriæ tuæ. Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit dominus de-

E us: Ecce, ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, & agent tecum in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum & fornicationes tuæ. Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earum. In uia sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit dominus deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum: eris in derisum & in subsannationem quæ est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ

Samariæ. Et bibes illum,& potabis usque ad feces,& fragmenta eius deuorabis,& ubera tua lacerabis:quia ego locutus sum,ait dominus deus. Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei,& proiecisti me post corpus tuum,tu quoq; porta scelus tuum & fornicationes tuas.Et ait dominus ad me,dicens:Fili hominis,nunquid iudicas Oollam & Oolibam,& annuntias eis scelera earum?quia adulteratæ sunt,& sanguis in manibus earum,& cum idolis suis fornicatę sunt:insuper & filios suos quos genuerunt mihi,obtulerunt eis ad deuorandum.Sed & hoc fecerunt mihi:Polluerunt sanctuarium meum in die illa,& sabbatha mea prophanauerunt.Cumq; immolarent filios suos idolis suis,& ingrederētur sanctuarium meum in die illa,ut polluerent illud:etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad uiros uenientes de longe,ad quos nuntios miserant,itaq; ecce uenerunt:quibus te lauisti,& circumlinisti stibio oculos tuos,& ornata es mundo muliebri.Sedisti in lecto pulcherrimo,& mensa ornata est ante te:thymiama meum,& unguentum meum posuisti super eam.Et uox multitudinis exultantis erat in ea:& in uiris qui de multitudine hominum adducebantur & ueniebant de deserto,posuerunt armillas in manibus eorum,& coronas speciosas in capitibus eorum.Et dixi ei quæ attrita est in adulterijs:Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc.Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebātur ad Oollam & ad Oolibam mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt:hi iudicabunt eas iudicio adulterarum,& iudicio effundentiū sanguinem:quia adulteratæ sunt,& sanguis in manibus earum.Hæc enim dicit dominus deus:Adduc ad eas multitudinem,& trade eas in tumultum & in rapinam:& lapidentur lapidibus populorum,& confodiantur gladijs eorum:filios & filias earum interficient,& domus earum igne succendent. Et auferam scelus de terra:& discent omnes mulieres,ne faciant secūdum scelus earum.Et dabunt scelus uestrum super uos,& peccata idolorum uestrorum portabitis:& scietis quia ego dominus deus.

F G

Leuit. 20 b

CAPVT XXIIII

Per ollam liquefactam incendium Ierusalem probat

ET factum est uerbum domini ad me in anno nono,in mense decimo,decima mensis, dicens:Fili hominis,scribe tibi nomen diei huius,in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie.Et dices per prouerbiū ad domum irritatricem parabolam, & loqueris ad eos:Hæc dicit dominus deus,Pone ollam:pone,inquam,& mitte in eam aquam.Congere frusta eius in eam,omnem partem bonam,femur & armum,electa & ossibus plena.Pinguissimum pecus assume,compone quoq; strues ossium sub ea:efferbuit coctio eius,& discocta sunt ossa illius in medio eius.Propterea hęc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum,ollæ cuius rubigo in ea est,& rubigo eius non exiuit de ea:per partes & per partes suas eijce eā,non cecidit super eā sors.Sanguis enim eius in medio eius est,super limpidissimam petram effudit illum:non effudit illum super terram,ut possit operiri puluere. Vt superinducerem indignationem meam,& uindicta ulciscerer:dedi sanguinem eius super petram limpidissimam,ne operiretur.Propterea hæc dicit dominus deus: Væ ciuitati sanguinum,cuius ego grandem faciam pyram. Congere ossa quæ igne succendam:consumentur carnes,& concoquetur uniuersa compositio,& ossa tabescent.Pone quoq; eam super prunas uacuam,ut incalescat & liquefiat æs eius:& confletur in medio eius inquinamentum eius,& consumatur rubigo eius.Multo labore sudatum est,& non exiuit de ea nimia rubigo eius,neq; per ignem.Immunditia tua execrabilis:quia mundare te uolui,& non es mundata à sordibus tuis:sed nec mūdaberis prius,donec quiescere faciam indignationem meam in te.Ego dominus locutus sum: Venit,& faciam:nō transeam,nec parcam,nec placabor:iuxta uias tuas,& iuxta adinuentiones tuas iudicabo te,dicit dominus.Et factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis,ecce,ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga:& non planges,neq; plorabis,neq; fluent lachrymæ tuæ.Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies:corona tua circumligata sit tibi,& calceamenta tua erunt in pedibus tuis,nec amictu ora uelabis,nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum mane,& mortua est uxor mea uespere:feciq; mane sicut præceperat mihi.Et dixit ad me populus:Quare non indicas nobis quid ista significent quæ tu facis?Et dixi ad

A B C D E

Nahum 3 a

eos:Sermo domini factus est ad me,dicens:Loquere domui Israel,Hæc dicit dominus de us,Ecce,ego polluam sanctuarium meum,superbiam imperij uestri,& desiderabile oculo- F rum uestrorũ,& super quo pauet anima uestra:& filij uestri & filiæ uestræ quas reliquistis, gladio cadent.Et facietis sicut feci,Ora amictu non uelabitis,& cibos lugentium non come detis.coronas habebitis in capitibus uestris,& calceamenta in pedibus:non plangetis,neq; flebitis,sed tabescetis in iniquitatibus uestris,& unusquisq; gemet ad fratrem suum. Eritq; Ezechiel uobis in portentũ:iuxta omnia quæ fecit,facietis cum uenerit istud:& scietis quia G ego dominus deus.Et tu fili hominis,ecce,in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum,& gaudium dignitatis,& desiderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum:in die illa cum uenerit fugiens ad te,ut annuntiet tibi:in die inquam il- la aperietur os tuum cum eo qui fugit,& loqueris,& non silebis ultrà:erisq; eis in porten- tum:& scietis quia ego dominus.

CAPVT XXV

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam contra filios Ammõ:& prophetabis de eis.Et dices filijs Ammon:Audite uerbũ domini dei:Hæc dicit dominus deus,Pro eo quòd dixisti,euge,euge,super sanctuarium meum,quia pollu- tum est:& super terram Israel,quoniam desolata est:& super domum Iuda,quoniam du- cti sunt in captiuitatem:idcirco ecce egò tradam te filijs orientalibus in hæreditatem,& col- locabunt caulas suas in te,& ponent in te tentoria sua:ipsi comedent fruges tuas,& ipsi bi- B bent lac tuum.Daboq; Rabbath in habitaculum camelorũ,& filios Ammon in cubile pe- corũ:& scietis quia ego dominus.Quia hæc dicit dominus deus,Pro eo quòd plausisti ma nu,& percussisti pede,& gauisa es ex toto affectu super terrã Israel:idcirco ecce ego exten- dam manum meam super te,& tradam te in direptionem gentium,& interficiam te de po- pulis,& perdam de terris,& conteram:& scies quia ego dominus.Hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd dixerũt Moab & Seir:Ecce sicut omnes gentes,domus Iuda:idcirco ecce ego C aperiam humerũ Moab de ciuitatibus,de ciuitatibus inquam eius,& de finibus eius incly- tas terræ Bethiesimoth & Beelmeon & Cariathaim,filijs orientis cum filijs Ammon,& da bo eam in hæreditatem:ut non sit ultrà memoria filiorũ Ammon in gentibus.Et in Moab faciam iudicia:& scient quia ego dominus. Hæc dicit dominus deus:Pro eo quòd fecit Idu mæa ultionem,ut se uindicaret de filijs Iuda,peccauitq; delinquens,& uindictam expetiuit de eis:idcirco hæc dicit dominus deus,Extendam manum meam super Idumæam,& aufe D ram de ea hominem & iumẽtum,& faciam eam desertam ab austro:& qui sunt in Dedan, gladio cadent.Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel:& facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum:& scient uindictam meam,dicit do- minus deus.Hæc dicit dominus deus:Pro eo quòd fecerunt Palæsthini uindictam,& ulti se sunt toto animo,interficientes & implentes inimicitias ueteres:propterea hęc dicit domi nus deus,Ecce,ego extendam manum meam super Palæsthinos,& interficiam interfecto res,& perdam reliquias maritimæ regionis:faciamq; in eis ultiones magnas arguens in fu- tore:& scient quia ego dominus,cum dedero uindictam meam super eos.

Exemplis docet,deum cum castigat,uelle uitæ emendationem,& ne delectetur qsipiã dum alicui res male cedit

Isa.15 & 16

CAP. XXVI

A ET factum est in undecimo anno,prima mensis,factus est sermo domini ad me,dicẽs: Fili hominis,pro eo quòd dixit Tyrus de Ierusalem,Euge,confractæ sunt portæ po- pulorum,conuersa est ad me:implebor,deserta est.propterea hæc dicit dominus deus,Ec- ce, ego super te Tyre,& ascendere faciam ad te gentes multas,sicut ascendit mare fluctu- ans.Et dissipabunt muros Tyri,& destruẽt turres eius:& radam puluerem eius de ea,& da bo eam in limpidissimam petram.Siccatio sagenarũ erit in medio maris,quia ego locutus sum,ait dominus deus:& erit in direptionem gentibus.Filiæ quoq; eius quæ sunt in agro, gladio interficientur:& scient quia ego dominus.Quia hæc dicit dominus deus:Ecce,ego B adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone regem regũ,cum equis & curribus & equitibus & cœtu,populoq; magno.Filias tuas quæ sunt in agro,gla- dio interficiet,& circundabit te munitionibus,& comportabit aggerem in gyro:& eleuabit contra te clypeum.Et uineas & arietes temperabit in muros tuos,& turres tuas destruet in

Queritur urbis Tyri casum imminẽtẽ

Isa.23 a Ier.47 b

armatura sua. Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum & rotarum & curruum mouebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum urbis dissipatæ. Vngulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terrã corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas. Et destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertẽt: & lapides tuos, & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum nõ audietur amplius. Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis ultrà: quia ego dominus locutus sum, ait dominus deus. Hæc dicit dominus deus Tyro: Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulæ, & descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & uestimenta sua uaria abijcient, & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur? Et assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo peristi quæ habitas in mari, urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant uniuersi? Nunc stupebunt naues in die pauoris tui: & turbabuntur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit dominus deus: Cum dedero te urbem desolatam sicut ciuitates quę non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ: & detraxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternũ, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines ueteres cum his qui deducuntur in lacum, ut non habiteris, porrò cum dedero gloriam in terra uiuentium: in nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris ultrà in sempiternum, dicit dominus deus.

Ierem. 7 g

CAP. XXVII

Hoc capite & sequẽti deflet propheta fastum & ruinã Tyri regisq; ipsius

ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum lamẽtum: & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas, Hęc dicit dominus deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuũ: abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrũ de Libano tulerũt, ut facerent tibi malum: quercus de Basan dolauerũt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ. Byssus uaria de Ægypto texta est tibi in uelum, ut poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, facta sunt operimentum tuum. Habitatores Sidonis & Aradij fuerũt remiges tui: sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui. Senes Giblij & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium uariæ supellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ. Persæ, & Lydi & Libyes erant in exercitu tuo uiri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthaginenses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarũ: argento, ferro, stanno, plumboq; repleuerũt nundinas tuas. Græcia & Thubal & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & uasa ærea adduxerũt populo tuo. De domo Thogormæ, equos & equites & mulos adduxerunt ad forũ tuum. Filij Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, guttam & purpuram & scutulata & byssum & sericum & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo: balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitudine operũ tuorum, in multitudine diuersarũ opum, in uino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacten, & calamus in negotiatione tua. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia & uniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis & arietibus & hœdis uenerunt ad te negotiatores tui. Vẽditores Saba & Reema ipsi negotiatores tui: cum uniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso & auro, quod proposuerũt in mercatu tuo. Haran &

Chen

Chenne,& Eden negotiatores tui Saba:Assur & Chelmad uenditores tui.Ipsi negotiatores tui multifariam,inuolucribus hyacinthi & polymitorum,gazarumque pretiosarum,quę obuolutæ & astrictæ erant funibus:cedros quoque habebāt in negotiationibus tuis.Naues F maris,principes tui in negotiatione tua:& repleta es,& glorificata nimis in corde maris.In aquis multis adduxerunt te remiges tui:uentus auster contriuit te in corde maris. Diuitiæ tuæ,& thesauri tui,& multiplex instrumentum tuum,nautæ tui & gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam,& populo tuo præerant:uiri quoque bellatores tui qui erant in te,cum uniuersa multitudine tua quæ est in medio tui:cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabūtur classes,& descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum:nautæ & uniuersi gubernatores maris in terra stabunt,& eiulabunt super te uoce magna,& clamabunt amare:& superiacient puluerem capi G tibus suis,& cinere conspergentur.Et radent super te caluitium,& accingētur cilicijs,& plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.Et assument super te carmē lugubre, & plangent te:Quæ est ut Tyrus,quæ obmutuit in medio maris?Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari,implesti populos multos:in multitudine diuitiarum tuarum,& populorum tuorum ditasti reges terræ:Nunc contrita es à mari,in profundis aquarū opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui,ceciderunt. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te:& reges earum omnes tempestate percussi mutauerunt uultus.Negotiatores populorum sibilauerunt super te:ad nihilum deducta es,& non eris usque in perpetuum.

CAPVT. XXVIII

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,dic principi Tyri,Hæc dicit dominus deus,Eo quòd eleuatum est cor tuum,& dixisti:Deus ego sum,& in cathedra dei sedi in corde maris:cum sis homo & non deus:& dedisti cor tuum quasi cor dei.Ecce, sapientior es tu Daniele:omne secretum non est absconditum à te.In sapientia tua & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem:& acquisisti aurum & argentū in thesauris tuis.In multi B tudine sapientiæ tuæ,& in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem:& eleuatum est cor tuum in robore tuo.Propterea hæc dicit dominus deus:Eo quòd eleuatū est cor tuum quasi cor dei:idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentiū:& nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapiētiæ tuæ,& polluent decorem tuum.Interficient & detrahent te : & morieris in interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicens loqueris: C Deus ego sum,coram interficientibus te,cum sis homo & non deus,in manu occidentium te?Morte incircuncisorum morieris in manu alienorum:quia ego locutus sum,ait dominus deus.Et factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis, leua planctum super regem Tyri:& dices ei,Hæc dicit dominus deus,Tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore.In delicijs paradisi dei fuisti:omnis lapis pretiosus operimentum tuum: D sardius,topazius,& iaspis,chrysolitus,& onyx,& berillus,sapphirus,& carbūculus,& smaragdus:aurum opus decoris tui,& foramina tua,in die qua conditus es præparata sunt.Tu cherub extentus & protegens,& posui te in monte sancto dei,in medio lapidū ignitorum ambulasti. Perfectus in uijs tuis à die conditionis tuæ:donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate,& peccasti:& eieci te de E monte dei, & perdidi te ò cherub, protegens de medio lapidum ignitorum.Et eleuatum est cor tuum in decore tuo:perdidisti sapientiam tuam in decore tuo,in terram proieci te: ante faciem regum dedi te,ut cernerent te.In multitudine iniquitatum tuarum,& in iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam:producam ergo ignem de medio tui qui comedat te,& dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium uidentium te. F Omnes qui nouerint te in gentibus,obstupescent super te:nihil factus es,& non eris in perpetuum. Et factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam contra Sidonem:& prophetabis de ea,& dices:Hæc dicit dominus deus:Ecce ego ad te Sidō, & glorificabor in medio tui:& scient quia ego dominus cum fecero in ea iudicia,& sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in plateis eius:& corruent in-

Dan.2.

Isa.2 b

terfecti in medio eius gladio per circuitum:& scient quia ego dominus.Et non erit ultrà domui Israel offendiculum amaritudinis,& spina dolorem inferens,undiq; per circuitum eorum qui aduersantur eis:& scient quia ego dominus deus.Hæc dicit dominus deus:Quando congregauero domum Israel de populis in quibus dispersi sunt,sanctificabor in eis coram gentibus:& habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob.Et habitabunt in ea securi:& ædificabunt domos,& plantabunt uineas,& habitabunt confidenter,cum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum : & scient quia ego dominus deus eorum.

G

CAPVT XXIX

Vaticiniũ hoc minatur Aegyptijs deuastationẽ, promittitq; præmia uastatæ Tyri Nabuchodonosori

IN anno decimo,decimo mense,duodecima die mensis,factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti:& prophetabis de eo,& de Ægypto uniuersa. Loquere,& dices:Hæc dicit dominus deus, Ecce, ego ad te Pharao rex Ægypti,draco magne,qui cubas in medio fluminum tuorum:& dicis,Meus est fluuius,& ego feci memetipsum.Et ponam frenum in maxillis tuis:& agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis:& extraham te de medio fluminum tuorum, & uniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt.Et proijciam te in desertum,& omnes pisces fluminis tui:super faciem terræ cades,non colligeris,neq; congregaberis : bestijs terræ,& uolatilibus cœli dedi te ad deuorandum.Et scient omnes habitatores Ægypti quia ego dominus:pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel.Quando apprehenderunt te manu,& confractus es,& lacerasti omnem humerum eorum:& innitentibus eis super te, comminutus es,& dissoluisti omnes renes eorum.Propterea hæc dicit dominus deus:Ecce, ego adducam super te gladium:& interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Ægypti in desertum & in solitudinẽ:& scient quia ego dominus:pro eo quòd dixerit, Fluuius meus est,& ego feci eum.Idcirco ecce,ego ad te,& ad flumina tua:daboq; terrã Ægypti in solitudinem gladio dissipatam,à turre Syenes,usq; ad terminos Æthiopiæ.Non pertransibit eam pes hominis,neq; pes iumenti gradietur in ea:& non habitabitur quadraginta annis.Daboq; terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum,& ciuitates eius in medio urbium subuersarum,& erunt desolatæ quadraginta annis:& dispergam Ægyptios in nationes,& uentilabo eos in terras.Quia hæc dicit dominus deus:Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis in quibus dispersi fuerant.Et reducam captiuitatem Ægypti,& collocabo eos in terra Phathures,in terra natiuitatis suæ:& erunt ibi in regnum humile,inter cætera regna erit humillima,& non eleuabitur ultrà super nationes,& imminuam eos ne imperent gentibus.Neq; erũt ultrà domui Israel in confidentia,docentes iniquitatem,ut fugiant & sequantur eos:& scient quia ego dominus deus.Et factum est in uicesimo & septimo anno,in primo,in una mensis:factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum:omne caput decaluatum,& omnis humerus depilatus est:& merces non est reddita ei,neq; exercitui eius de Tyro,pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam.Propterea hæc dicit dominus deus:Ecce,ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti:& accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius,& diripiet spolia eius:& erit merces exercitui illius.Et operi quo seruiuit aduersus eam,dedi ei terram Ægypti:pro eo quod laborauerunt mihi,ait dominus deus.In die illo pullulabit cornu domui Israel,& tibi dabo apertum os in medio eorum : & scient quia ego dominus.

A

Isa.30.31 et 36

B

C

D

CAPVT XXX

Tã hoc quàm sequenti capite mala nuntiantur Aegypto & regi eius

ET factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis,propheta,& dic,Hæc dicit dominus deus: Vlulate, Væ,uæ diei:quia iuxta est dies,& appropinquabit dies domini:dies nubis,tempus gentium erit.Et ueniet gladius in Ægyptum:& erit pauor in Æthiopia,cum ceciderint uulnerati in Ægypto,& ablata fuerit multitudo illius,& destructa fundamenta eius.Æthiopia,& Libya,& Lydi,& omne reliquum uulgus,& Chub,& filij terræ fœderis:cum eis gladio cadent.Hæc dicit dominus deus:Et corruent fulcientes Ægyptum,& destruetur superbia imperij eius:à turre Syenes gladio cadent in ea,ait dominus

A

B

deus

deus exercituum.& dissipabuntur in medio terrarum desolatarum,& urbes eius in medio ciuitatum desertarum erunt.Et scient quia ego dominus,cum dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius.In die illa egredientur nuntij à facie mea in trieri-
C bus ad conterendam Æthiopiæ confidentiam,& erit pauor in eis in die Ægypti:quia absque dubio ueniet.Hæc dicit dominus deus:Et cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.Ipse & populus eius cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram:& euaginabūt gladios suos super Ægyptum,& implebunt terram interfectis.Et faciam alueos fluminū aridos,& tradam terram in manus pessi-
D morum:& dissipabo terram,& plenitudinem eius in manu alienorum.ego dominus locutus sum.Hæc dicit dominus deus:Et disperdā simulachra,& cessare faciam idola de Memphis:& dux de terra Ægypti nō erit amplius:& dabo terrorem in terra Ægypti.Et disperdam terram Phathures,& dabo ignem in Taphnis,& faciam iudicia in Alexandria.Et effundam indignationē meam super Pelusium robur Ægypti,& interficiam multitudinem
E Alexandriæ.Et dabo ignem in Ægypto:quasi parturiens dolebit Pelusium & Alexandria erit dissipata,& in Memphis angustię quotidianæ.Iuuenes Heliopoleos,& Pubasti gladio cadent,& ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies,cum contriuero ibi sceptra Ægypti,& defecerit in ea superbia potentiæ eius:ipsam nubes operiet,filiæ autem eius in captiuitatem ducētur.Et iudicia faciam in Ægypto:& scient quia ego dominus.Et factum
F est in undecimo anno,in primo mense,in septima mensis,factum est uerbū domini ad me, dicens:Fili hominis,brachium Pharaonis regis Ægypti confregi,& ecce non est obuolutū, ut restitueretur ei sanitas,ut ligaretur pannis,& fasciretur linteolis,& recepto robore possit tenere gladium.Propterea hæc dicit dominus deus:Ecce,ego ad Pharaonem regem Ægypti:& comminuam brachium eius forte,sed confractum:& deijciam gladiū de manu eius.
G Et dispergam Ægyptum in gentibus,& uentilabo eos in terris.Et cōfortabo brachia regis Babylonis,daboque gladium meum in manu eius:& confringam brachia Pharaonis,& gement gemitibus interfecti coram facie eius.Et confortabo brachia regis Babylonis,& brachia Pharaonis concident:& scient quia ego dominus,cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis,& extenderit eum super terram Ægypti.Et disperdam Ægyptū in nationes,& uentilabo eas in terras:& scient quia ego dominus.

Zach.13.a

CAP. XXXI

A ET factum est in anno undecimo,tertio mense,una mensis,factum est uerbum domini ad me,dicens:Fili hominis,dic Pharaoni regi Ægypti & populo eius:Cui similis factus es in magnitudine tua?Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis,& frondibus nemorosus,excelsusque altitudine,& inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.Aquæ nutrierunt illum,abyssus exaltauit illum:flumina eius manabant in circuitu ra-
B dicum eius,& riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis:& multiplicata sunt arbusta eius,& eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cumque extendisset umbram suam,in ramis eius fecerunt nidos omnia uolatilia cœli,& sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum,& sub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.Eratque pulcherrimus in magnitudine sua,&
C in dilatatione arbustorum suorum:erat enim radix illius iuxta aquas multas.Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei,abietes non adæquauerunt summitatem eius,& platani non fuerunt æquæ frondibus illius:omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi,& pulchritudini eius,quoniam speciosum feci eum,& multis condensisque frondibus:& æmulata sunt eum omnia ligna uoluptatis,quæ erant in paradiso dei.Propterea hæc dicit domi
D nus deus:Pro eo quòd sublimatus est in altitudine,& dedit summitatem suam uirentem atque condensam,& eleuatum est cor eius in altitudine sua:tradidi eum in manus fortissimi gentium,faciens faciet ei iuxta impietatem eius.Eieci eum,& succident eum alieni & crudelissimi nationum,& proijcient eum super montes,& in cunctis conuallibus corruent rami eius,& confringentur arbusta eius in uniuersis rupibus terræ,& recedent de umbraculo
E eius omnes populi terræ,& relinquent eum.In ruina eius habitauerūt omnia uolatilia cœli,

& in ramis eius fuerunt uniuersæ bestiæ regionis. Quam ob rem non eleuabuntur in altitu dine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atq; frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam in medio filiorum hominum ad eos qui descendunt in lacum. Hæc dicit dominus deus: In die quando descendit ad inferos induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas: contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius cõmoui gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna uoluptatis egregia atq; præclara in Libano, uniuersa quæ irrigantur aquis. Nam & ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gladio: & brachium uniuscuiusq; sedebit sub umbraculo eius in medio nationum eius. Cui assimilatus es, ô inclyte atq; sublimis inter ligna uoluptatis? Ecce, deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam: in medio incircuncisorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. ipse est Pharao, & omnis multitudo eius: dicit dominus deus. F G

CAP. XXXII

Luctus pphetæ super Pharaone rege & populo Aegypti

ET factum est: duodecimo anno, in mẽse duodecimo, in una mensis, factũ est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, assume lamẽtum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentiũ assimilatus es, & draconi qui est in mari: & uentilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum. Propterea hæc dicit dominus deus: Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. Et proijciam te in terram, super faciem agri abijciam te: & habitare faciã super te omnia uolatilia cœli, & saturabo de te bestias uniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super mõtes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & ualles implebuntur ex te. Et operiam cum extinctus fueris, cœlos: & nigrescere faciam stellas eius: solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciã super te: & dabo tenebras super terrã tuã, dicit dominus deus. Et irritabo cor populorum multorũ, cum induxero cõtritionem tuam in gentibus super terras quas nescis. Et stupescete faciam super te populos multos, & reges eorum horrore nimio formidabũt super te cum uolare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ. Quia hæc dicit dominus deus: Gladius regis Babylonis ueniet tibi, in gladijs fortium deijciam multitudinem tuam, inexpugnabiles omnes gentes hæ: & uastabunt superbiam Ægypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumẽta eius quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultrà, neq; ungula iumentorũ turbabit eas. Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorũ quasi oleum adducam, ait dominus deus, cum dedero terram Ægypti desolatam. Deseretur aũt terra à plenitudine sua, quãdo percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego dñs. Planctus est, & plãgent eum: filiæ gentiũ plangent eum, super Ægyptũ, & super multitudinẽ eius plangent eum, ait dñs deus. Et factum est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factũ est uerbum dñi ad me, dicens: Fili hominis, cane carmen lugubre super multitudinẽ Ægypti: & detrahe eam ipsam, & filias gentiũ robustarũ ad terram ultimã cum his qui descendũt in lacum. Quo pulchrior es? descende, & dormi cum incircũcisis. In medio interfectorũ gladio cadẽt: gladius datus est, attraxerũt eam & omnes populus eius. Loquentur ei potẽtissimi robustorũ de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderũt, & dormierunt incircuncisi, interfectiq; gladio. Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderũt gladio. Quorũ data sunt sepulchra in nouissimis laci: & facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius uniuersi interfecti, cadentesq; gladio, qui dederant quondam formidinẽ suam in terra uiuentium. Ibi Ælam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri illius. omnes hi interfecti, ruentesq; gladio, qui descẽderunt incircũcisi ad terrã ultimã: qui posuerunt terrorem suum in terra uiuentiũ, & portauerunt ignominiã suam cum his qui descenderũt in lacum. In medio interfectorum posuerũt cubile eius in uniuersis populis eius: in circuitu eius sepul-

Mat. 24 c *Dan. 8 4* A B C D E

sepulchrum illius: omnes hi incircuncisi interfectiq; gladio: dederunt enim terrorem suum in terra uiuentium,& portauerunt ignominiā suam cum his qui descendunt in lacum, in medio interfectorum positi sunt. Ibi Mosoch & Thubal,& omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius. omnes hi incircūcisi interfectiq;,& cadentes gladio: quia dederunt for F midinem suam in terra uiuentium. Et non dormient cum fortibus, cadentibusq;,& incircūcisis qui descenderunt ad infernum cum armis suis: & posuerunt gladios suos sub capitibus suis,& fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortiū facti sunt in terra uiuentium. Et tu ergo in medio incircūcisorum contereris,& dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa, reges eius & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio,& qui cum incircuncisis dormierunt,& cum his qui descendunt in lacum. Ibi princi G pes aquilonis omnes,& uniuersi uenatores: qui deducti sunt cum interfectis, pauentes,& in sua fortitudine confusi: quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio,& portauerūt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum. Vidit eos Pharao,& cōsolatus est su per uniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus: quia dedi terrorem suum in terra uiuentium,& dormiuit in medio incircūcisorum cum interfectis gladio Pharao & omnis multitudo eius: ait dn̄s deus. CAP. XXXIII

A ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui,& dices ad eos: Terra cum induxero super eam gladiū,& tulerit populus terræ uirum unum de nouissimis suis,& constituerit eum super se speculatorem: & ille uiderit gladium uenientem super terram,& cecinerit buccina,& annuntiauerit populo: audiens autem quisquis ille est, sonitū buccinæ,& non se obseruauerit, ueneritq; gladius,& tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonū buccinæ audiuit,& non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam saluabit. Quòd si speculator uiderit gladium uenientem,& non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, ueneritq; gladius,& tule B rit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinē autem eius de manu speculatoris requirā. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: nō fueris locutus ut se custodiat impius à uia sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autē annuntiante te ad impium ut à uijs suis conuertatur, non fuerit cōuersus à uia sua: ipse in iniquitate sua morietur. porrò tu animam tuam liberasti. Tu ergo fili hominis, dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicentes, Iniquitates nostræ,& peccata nostra super nos sunt,& in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo ui C uere poterimus? Dic ad eos: Viuo ego, dicit dominus deus, nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à uia sua,& uiuat. Conuertimini, conuertimini à uijs uestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili hominis, dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit uiuere in iustitia sua in quacunque die peccauerit. Etiam si dixero iusto quòd uita uiuat,& confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur,& in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam à pec D cato suo, feceritq; iudicium & iustitiam,& pignus restituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in mandatis uitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: uita uiuet,& non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, uita uiuet. Et dixerunt filij populi tui: Non est æqui ponderis uia domini: & ipsorum uia iniusta est. Cum enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritq; iniquitates: morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritq; iudicium & iustitiam: uiuet in eis. Et dicitis: Non est recta uia domini. Vnumquenque iuxta uias suas iudicabo de uobis, domus Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta men E sis transmigrationis nostræ, uenit ad me qui fugerat de Ierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me uespere, antequàm ueniret qui fugeret: aperuit

Salutē nostrā non in operibus nostris, sed in sola dei misericordia sitā: itē quod sit ueri pastoris officium

Supra 18 g

aperuitq́ os meum, donec ueniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum Israel loquentes aiunt: Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terrã: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, Qui in sanguine comeditis, & oculos uestros leuatis ad immunditias uestras, & sanguinem funditis: nũquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs uestris, fecistis abominationes, & unusquisq; uxorem proximi sui polluit: & terram hæreditate possidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus, Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorandum: qui autem in præsidijs & speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius, & desolabuntur montes Israel, eo quòd nullus sit qui per eos transeat. Et scient quia ego dominus, cum dedero terram eorũ desolatam & desertam, propter uniuersas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquũtur de te iuxta muros, & in ostijs domorum: & dicunt unus ad alterum, uir ad proximum suum loquentes: Venite, & audiamus quis sit sermo egrediẽs à domino. Et ueniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audierunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui uertunt illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod suaui dulciq́ sono canitur: & audient uerba tua, & non facient ea. Et cum uenerit quod prædictum est (ecce enim uenit) tunc scient quòd propheta fuerit inter eos.

F

G

CAPVT XXXIIII

Arguit sacerdotes & reliquos populi præpositos, describitq́; ueri & falsi pastoris mores

Ier.14 & 23

ET factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta de pastoribus Israel. propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit dominus deus, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nónne greges à pastoribus pascũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in uniuerso colle excelso: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret: nõ erat, inquam, qui requireret. Propterea pastores audite uerbum domini: Viuo ego, dicit dominus deus, quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omniũ bestiarum agri, eo quòd non esset pastor (neq; enim quæsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) propterea pastores audite uerbum domini: Hæc dicit dominus deus, Ecce, ego ipse super pastores, requiram gregem meũ de manu eorum, & cessare eos faciã, ut ultrà non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & nõ erit ultrà eis in escam. Quia hæc dicit dominus deus: Ecce, ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suum in die quãdo fuerit in medio ouium suarum dissipatarũ: sic uisitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cũctis sedibus terræ. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciam, dicit dñs deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectũ erat, reducã: & quod confractũ fuerat, alligabo: & quod infirmũ fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio. Vos autem greges mei, hæc dicit dñs deus: Ecce, ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorũ, Nónne satis uobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum uestrarũ conculcastis pedibus uestris: & cum purissimã aquam biberetis, reliquam pedibus uestris turbabatis. Et oues meæ his quæ conculcata pedibus

A

B

1 Pet.2 & 5

C

D

E

uestris

uestris fuerant,pascebantur:& quæ pedes uestri turbauerāt,hæc bibebant.Propterea hæc dicit dominus deus ad uos:Ecce,ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum.Pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis,& cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pe F cora,donec dispergerentur foras:saluabo gregem meum,& non erit ultrà in rapinam,& iu dicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super ea pastorem unum,qui pascat ea,seruum meum Dauid:ipse pascet ea,& ipse erit eis in pastorem.Ego aūt dominus ero eis in deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum:ego dominus locutus sum.Et faciam cum eis pactum pacis,& cessare faciam bestias pessimas de terra:& qui habitant in deserto,se curi dormient in saltibus.Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionē:& deducam im brem in tempore suo,pluuiæ benedictionis erunt.Et dabit lignum agri fructum suum,& G terra dabit germen suū,& erunt in terra sua absq; timore:& scient quia ego dominus,cum contriuero catenas iugi eorum,& eruero eos de manu imperātium sibi.Et non erunt ultrà in rapinam gentibus,neq; bestiæ terræ deuorabunt eos:sed habitabunt confidenter absq; ullo terrore.Et suscitabo eis germen nominatum:& non erūt ultrà imminuti fame in terra, neq; portabūt amplius opprobria gentium.Et scient quia ego dominus deus eorum cum eis,& ipsi populus meus domus Israel:ait dominus deus.Vos autem greges mei,greges pascuæ meæ homines estis:& ego dominus deus uester,dicit dominus deus. CAP.XXXV

Isa.40 & 45

Idumæos reprehendit, q Iudæos affligant & molestent

A ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam aduersum montem Seir,& prophetabis de eo,& dices illi, Hæc dicit dominus deus, Ecce, ego ad te mons Seir,& extendam manum meam super te,& dabo te desolatum atque desertum.Vrbes tuas demoliar,& tu desertus eris:& scies quia ego dominus. Eo quòd fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictio B nis eorum,in tempore iniquitatis extremæ: propterea uiuo ego,dicit dominus deus,quoniam sanguini tradam te,& sanguis te persequetur:& cum sanguinem oderis,sanguis persequetur te.Et dabo montem Seir desolatum atq; desertum:& auferam de eo euntem & redeuntem. Et implebo montes eius occisorum suorum:in collibus tuis,& in uallibus tuis, atq; in torrentibus interfecti gladio cadent.In solitudines sempiternas tradam te,& ciuita C tes tuæ non habitabuntur:& scietis quia ego dominus deus.Eo quòd dixeris:Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt,& hæreditate possidebo eas:cum dominus esset ibi:propterea uiuo ego dicit dominus deus,quia faciam iuxta iram tuam,& secundum zelum tuum quem fecisti,odio habens eos:& notus efficiar per eos cum te iudicauero.Et scies quia ego dominus,audiui uniuersa opprobria tua quæ locutus es de mōtibus Israel,dicens:Deserti,nobis D ad deuorandum dati sunt.Et insurrexistis super me ore uestro,& derogastis aduersum me uerba uestra:ego audiui.Hæc dicit dominus deus:Lætante uniuersa terra,in solitudinem te redigam.Sicuti gauisus es super hęreditatem domus Israel,eo q̧ fuerit dissipata,sic faciam tibi:dissipatus eris mons Seir,& Idumæa omnis:& scient quia ego dn̄s deus. CAP.XXXVI

Promittit Israeli liberationem non ipsorum sed sui nominis gratia

A TV autē fili hominis propheta super montes Israel,& dices:Montes Israel audite uerbum domini,Hæc dicit dominus deus,Eo quòd dixerit inimicus de uobis,Euge,altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis.propterea uaticinare,& dic:Hæc dicit dominus deus,Pro eo quòd desolati estis,& cōculcati per circuitū,& facti in hæreditatem reliquis gentibus,& ascendistis super labium linguæ,& opprobriū populi:propterea montes Israel audite uerbum domini dei:Hæc dicit dominus deus montibus & collibus,torrentibus,uallibusq; & desertis,parietinis & urbibus derelictis,quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum.Propterea hæc dicit dominus deus:Quoniā in igne B zeli mei locutus sum de reliquis gentibus,& de Idumæa uniuersa:quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio,& toto corde,& ex animo:& eiecerunt eam,ut uastarent:idcirco uaticinare super humum Israel,& dices montibus & collibus,iugis & uallibus:Hæc dicit dominus deus,Ecce ego in zelo meo & in furore meo locutus sum,eo quòd confusionem gentium sustinueritis.Idcirco hæc dicit dn̄s deus,Ego leuaui manū meam ut gentes quæ in circuitu uestro sunt,ipsæ confusionem suam portent.Vos aūt montes Israel

ramos ueſtros germinetis, & fructum ueſtrum afferatis populo meo Iſrael:prope enim eſt ut ueniat. Quia ecce ego ad uos, & conuertar ad uos, & arabimini, & accipietis ſementem. Et multiplicabo in uobis homines, omnemq́ domũ Iſrael: & habitabuntur ciuitates, C & ruinoſa inſtaurabuntur. Et replebo uos hominibus & iumentis: & multiplicabuntur, & creſcent: & habitare uos faciam ſicut à principio, bonisq́ donabo maioribus quàm habuiſtis ab initio: & ſcietis quia ego dominus. Et adducam ſuper uos homines populum meum Iſrael, & hæreditate poſſidebunt te: & eris eis in hæreditatem, & non addes ultrà ut abſq; eis ſis. Hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd dicunt de uobis, Deuoratrix hominum es, & ſuffocans gentem tuam: propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis ultrà, ait dominus deus: nec auditam faciam in te amplius confuſionem gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait dominus deus. Et factum eſt uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Iſrael D habitauerunt in humo ſua, & polluerunt eam in uijs ſuis, & in ſtudijs ſuis: iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt uia eorum coram me. Et effudi indignationem meam ſuper eos pro ſanguine quem fuderunt ſuper terram, & in idolis ſuis polluerunt eam. & diſperſi eos in gentes, & uentilati ſunt in terras: iuxta uias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos.

Iſa.52 c Et ingreſſi ſunt ad gentes quas introierunt, & polluerunt nomen ſanctum meum cum diceretur de eis: Populus domini iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Et peperci nomini ſancto meo, quod polluerat domus Iſrael in gentibus ad quas ingreſſi ſunt. Idcirco dices domui Iſrael: Hæc dicit dominus deus, Non propter uos ego faciam domus Iſrael: ſed propter nomen ſanctum meum quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis. Et ſanctificabo no- E men meum magnum, quod pollutum eſt inter gentes, quod polluiſtis in medio earum: ut ſciant gentes quia ego dominus, ait dominus exercituum, cum ſanctificatus fuero in uobis coram eis. Tollam quippe uos de gentibus, & congregabo uos de uniuerſis terris, & adducam uos in terram ueſtram. Et effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris, & ab uniuerſis idolis ueſtris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouũ, & ſpiritũ nouũ ponam in medio ueſtri: & auferam cor lapideũ de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio ueſtri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini. Et habitabitis in terra quã dedi patribus ueſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in deum. Et ſaluabo uos F ex uniuerſis inquinamentis ueſtris: & uocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam uobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: ut non portetis ultrà opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini uiarum ueſtrarum peſſimarum, ſtudiorumq́ non bonorum: & diſplicebunt uobis iniquitates ueſtræ & ſcelera ueſtra. Non propter uos ego faciam, ait dominus deus, notum ſit uobis: confundimini, & erubeſcite ſuper uijs ueſtris domus Iſrael. Hæc dicit dominus deus: In die qua mundauero uos ex omnibus iniquitatibus ueſtris, & inhabitari fecero urbes, & inſtaurauero ruinoſa: & terra deſer- G ta, fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis uiatoris: dicent, Terra illa inculta, facta eſt ut hortus uoluptatis: & ciuitates deſertæ & deſtructæ atq; ſubfoſſæ, munitæ ſederunt. Et ſcient gentes quæcunq; derelictæ fuerint in circuitu ueſtro, quia ego dominus ædificaui diſſipata, plantauiq́ inculta, ego dominus locutus ſim & fecerim. Hæc dicit dominus deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael, ut faciam eis: Multiplicabo eos ſicut gregem hominum, ut gregem ſanctum, ut gregem Ieruſalem in ſolennitatibus eius: Sic erunt ciuitates deſertæ, plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego dominus.

CAPVT XXXVII A

Reſtaurationẽ Iſraelis oſtendit per reſurrectionem mortuorum

FActa eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini: & dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus, & circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa ualde ſuper faciem campi, ſiccaq́ uehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, putás ne uiuent oſſa iſta? Et dixi: Domine deus, tu noſti. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis: Oſſa arida audite uerbum domini, Hæc dicit dominus deus oſſibus his, Ecce ego intromittam in uos ſpiritum, & uiuetis: & dabo ſuper uos

neruos,& succrescere faciam super uos carnes,& superextendam in uobis cutem:& dabo
B uobis spiritum,& uiuetis:& scietis quia ego dominus. Et prophetaui sicut pręceperat mihi:
factus est autem sonitus prophetante me,& ecce commotio:& accesserunt ossa ad ossa,
unumquodq; ad iuncturam suam. Et uidi,& ecce super ea nerui,& carnes ascenderunt:&
extenta est in eis cutis desuper,& spiritum non habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spi
ritum,uaticinare fili hominis,& dices ad spiritum: Hæc dicit dominus deus, A quatuor uen
tis ueni spiritus:& insuffla super interfectos istos,& reuiuiscant. Et prophetaui,sicut præce
C perat mihi:& ingressus est in ea spiritus,& reuixerunt:steteruntq; super pedes suos exerci-
tus grandis nimis ualde. Et dixit ad me: Fili hominis,ossa hæc uniuersa,domus Israel est:
ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra,& periit spes nostra,& abscisi sumus. Propterea uaticina
re,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, Ecce,ego aperiam tumulos uestros,& educam
uos de sepulchris uestris populus meus:& inducam uos in terram Israel. Et scietis quia ego
dominus,cum aperuero sepulchra uestra,& eduxero uos de tumulis uestris popule meus:
D & dedero spiritum meum in uobis,& uixeritis,& requiescere uos faciam super humum ue
stram:& scietis quia ego dominus locutus sum,& feci,ait dominus deus. Et factus est ser-
mo domini ad me,dicens: Et tu fili hominis,sume tibi lignum unum:& scribe super illud, Iu-
dæ & filiorum Israel sociorum eius.& tolle lignum alterum,& scribe super illud, Ioseph li-
gnum Ephraim,& cunctæ domus Israel,sociorumq; eius. Et adiũge illa,unum ad alterum
tibi in lignum unum:& erunt in unionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii po-
E puli tui loquentes: Nónne indicas nobis quid in his tibi uelis? loqueris ad eos: Hæc dicit do
minus deus, Ecce,ego assumam lignum Ioseph,quod est in manu Ephraim,& tribus Isra- *Osee 1 b*
el quæ sunt ei adiunctę:& dabo eas pariter cum ligno Iuda,& faciam eas in lignum unum,
& erunt unum in manu eius. Erunt autem ligna super quæ scripseris in manu tua,in oculis
eorum. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus deus, Ecce,ego assumam filios Israel de medio
nationum ad quas abierunt:& congregabo eos undiq;,& adducam eos ad humum suam.
F Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel,& rex unus erit omnibus impe- *Ioan. 10 b*
rans:& non erunt ultrà duæ gentes,nec diuidentur amplius in duo regna. Neq; polluen-
tur ultrà in idolis suis & abominationibus suis,& cunctis iniquitatibus suis:& saluos eos fa-
ciam de uniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt,& emundabo eos:& erunt mihi po-
pulus,& ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid rex super eos,& pastor unus erit omnium
eorum: in iudiciis meis ambulabunt,& mandata mea custodient,& facient ea. Et habita-
G bunt super terram quam dedi seruo meo Iacob,in qua habitauerunt patres uestri:& habi
tabunt super eam ipsi & filii eorum,& filii filiorum eorum,usq; in sempiternum:& Dauid
seruus meus princeps eorum in perpetuum. Et percutiam illis fœdus pacis,pactum sempi-
ternum erit eis:& fundabo eos,& multiplicabo,& dabo sanctificationem meam in medio
eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis:& ero eis deus,& ipsi erunt mihi
populus. Et scient gentes quia ego dominus sanctificator Israel cum fuerit sanctificatio
mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII

A ET factus est sermo domini ad me,dicẽs: Fili hominis,pone faciem tuam contra Gog
terram Magog, principem capitis Mosoch & Thubal:& uaticinare de eo,& dices:
Hæc dicit dominus deus, Ecce,ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal,& cir
cumagam te,& ponam frenum in maxillis tuis:& educam te & omnem exercitum tuum,
equos & equites uestitos loricis uniuersos,multitudinem magnam hastam & clypeum arri
pientium & gladium. Persæ, Æthiopes,& Libyes cum eis: omnes scutati & galeati. Gomer,
& uniuersa agmina eius,domus Thogorma latera Aquilonis,& totum robur eius: popu-
liq; multi tecum. Præpara & instrue te & omnem multitudinem tuam quæ coaceruata est
ad te:& esto eis in præceptum. Post dies multos uisitaberis: in nouissimo annorum uenies
B ad terram quæ reuersa est à gladio & congregata est de populis multis,ad montes Israel,
qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta est,& habitabunt in ea confidenter uni-
uersi. Ascendens aũt quasi tempestas uenies & quasi nubes,ut operias terram tu & omnia

Prædicit mala gentibus Iudæos molestãtibus postquã è captiuitate Babylonis fuissent liberati

agmina tua,& populi multi tecum.Hæc dicit dominus deus:In die illa aſcendent ſermones ſuper cor tuum.& cogitabis cogitationem peſsimam,& dices:Aſcendam ad terram abſq; muro:ueniam ad quieſcentes habitanteſq; ſecurè:hi omnes habitant ſine muro,uectes & portæ non ſunt eis. Vt diripias ſpolia,& inuadas prædam,ut inferas manũ tuam ſuper eos qui deſerti fuerant & poſtea reſtituti,& ſuper populũ qui eſt congregatus ex gentibus,qui poſsidere cœpit & eſſe habitator umbilici terræ. Saba & Dedan & negotiatores Tharſis & omnes leones eius dicent tibi:Nunquid ad ſumenda ſpolia tu uenis?ecce ad diripiẽdam prædam congregaſti multitudinem tuam,ut tollas argentum & aurum,& auferas ſupellectilem atq; ſubſtantiam,& diripias manubias infinitas. Propterea uaticinare fili hominis, & dices ad Gog:Hæc dicit dominus deus,Nunquid non in die illo,cum habitauerit populus meus Iſrael confidenter,ſcies?Et uenies de loco tuo à lateribus aquilonis tu & populi multi tecum,aſcenſores equorum uniuerſi,cœtus magnus,& exercitus uehemens.Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael quaſi nubes,ut operias terram.In nouiſsimis diebus eris, & adducam te ſuper terram meam:ut ſciant gentes me,cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum,ò Gog.Hæc dicit dominus deus:Tu ergo ille es de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael,qui prophetauerunt in diebus illorum temporum,ut adducerem te ſuper eos.Et erit in die illa:in die aduentus Gog ſuper terram Iſrael,ait dominus deus,aſcẽdet indignatio mea in furore meo.Et in zelo meo,in igne iræ meæ locutus ſum,quia in die illa erit commotio magna ſuper terram Iſrael:& commouebuntur à facie mea piſces maris & uolucres cœli & beſtiæ agri & omne reptile quod mouetur ſuper humum,cunctiq; homines qui ſunt ſuper faciem terræ:& ſubuertentur montes,& cadent ſepes,& omnis murus corruet in terram.Et conuocabo aduerſus eum in cunctis montibus meis gladium,ait dominus deus:gladius uniuſcuiuſq; in fratrem ſuum dirigetur.Et iudicabo eum peſte & ſanguine & imbre uehementi & lapidibus immẽſis:ignem & ſulphur pluam ſuper eum & ſuper exercitũ eius & ſuper populos multos qui ſunt cum eo. Et magnificabor & ſanctificabor,& notus ero in oculis multarum gentium: & ſcient quia ego dominus.

CAPVT XXXIX

Qualis ſit futura prædictarum gentium pœna recẽſet

TV autem fili hominis uaticinare aduerſum Gog,& dices:Hæc dicit dominus deus,Ecce,ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal:& circumagam te,& educam te,& aſcendere te faciam de lateribus aquilonis:& adducam te ſuper montes Iſrael.Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua:& ſagittas tuas de manu dextera tua deijciam.Super montes Iſrael cades tu,& omnia agmina tua,& populi tui qui ſunt tecum:feris, auibus,omniq; uolatili,& beſtijs terræ dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades: quia ego locutus ſum,ait dominus deus.Et immittam ignem in Magog,& in his qui habitant in inſulis confidenter:& ſcient quia ego dominus. Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſrael, & non polluam nomen ſanctum meum amplius:& ſcient gentes quia ego dominus ſanctus Iſrael.Ecce,uenit,& factum eſt,ait dominus deus: hæc eſt dies de qua locutus ſum.Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael,& ſuccendent & comburent arma,clypeum & haſtas,arcum & ſagittas & baculos manuum & contos:& ſuccendent ea igni ſeptem annis.Et non portabunt ligna de regionibus,neque ſuccident de ſaltibus:quoniam arma ſuccendent igne,& deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant,& diripient uaſtatores ſuos,ait dominus deus. Et erit in die illa:dabo Gog locum nominatum ſepulchrum in Iſrael:uallem uiatorum ad Orientem maris,quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes:& ſepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius,& uocabitur Vallis multitudinis Gog.Et ſepelient eos domus Iſrael, ut mundent terram ſeptem menſibus.Sepeliet autem eum omnis populus terræ,& erit eis nominata dies in qua glorificatus ſum,ait dominus deus.Et uiros iugiter conſtituent luſtrantes terram qui ſepeliant,& requirant eos qui remanſerant ſuper faciem terræ,ut emundent eam:poſt menſes autem ſeptem quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terram:cumq; uiderint os hominis, ſtatuent iuxta illud titulum,donec ſepeliant illud pollinctores in ualle multitudinis Gog.

Nomen

Nomen autem ciuitatis Amona,& mundabunt terram. Tu ergo fili hominis,hæc dicit dominus deus,Dic omni uolucri & uniuersis auibus cunctisq; bestijs agri,Conuenite,properate,concurrite undiq; ad uictimam meam quam ego immolo uobis,uictimam grandem super montes Israel:ut comedatis carnem,& bibatis sanguinem. Carnes fortium comede-
E tis,& sanguinem principum terræ bibetis:arietum,agnorum & hircorum taurorumq; & altilium & pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem,& bibetis sanguinē in ebrietatem,de uictima quam ego immolaui uobis:& saturabimini super mensam meam de equo & equite forti & de uniuersis uiris bellatoribus,ait dominus deus. Et ponam gloriam meam in gentibus:& uidebunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim,& manum meam quam posuerim super eos. Et scient domus Israel, quia ego dominus deus eo-
F rum,à die illa & deinceps. Et scient gentes,quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel:eo quòd dereliquerint me,& absconderim faciem meam ab eis,& tradiderim eos in manus hostium,& ceciderint in gladio uniuersi. Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. Propterea hæc dicit dominus deus:Nunc reducam captiuitatem Iacob,& miserebor omnis domus Israel:& assumam zelum pro nomine sancto meo. Et portabunt confusionem suam,& omnem præuaricationem qua præuaricati
G sunt in me,cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes,& reduxero eos de populis,& congregauero de terris inimicorum suorum,& sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et scient quia ego dominus deus eorum,eo quòd transtulerim eos in nationes,& congregauerim eos super terram suam,& non dereliquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondam ultrà faciem meam ab eis,eo quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel,ait dominus deus.

CAP. XL

Ab hoc XL capite usq; ad finem,reuelatur prophetæ Ierusalem ciuitatis & tépli eius restauratio,& quomodo Israel rursum possidebit suam terram

A IN uicesimoquinto anno transmigrationis nostræ,in exordio anni,decima mensis,quartodecimo anno,postquàm percussa est ciuitas:in ipsa hac die facta est super me manus domini,& adduxit me illuc. In uisionibus dei adduxit me in terram Israel,& dimisit me super montem excelsum nimis:super quem erat quasi ædificium ciuitatis uergentis ad Austrum. Et introduxit me illuc:& ecce uir,cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius,& calamus mensuræ in manu eius:stabat autem in porta. Et locutus est ad me idem uir:Fili hominis,uide oculis tuis,& auribus tuis audi,& pone cor tuum in omnia quę ego ostendam tibi:quia ut ostendantur tibi,adductus es huc:annuntia omnia quæ tu uides,domui Israel. Et ecce,murus forinsecus in circuitu domus undique,& in manu uiri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo:& mensus est latitudinem ædificij calamo uno, altitudinem quoq; calamo uno. Et uenit ad portam quæ respiciebat uiam orientalem,&
B ascendit per gradus eius:& mensus est limen portæ calamo uno latitudinem,id est limen unum calamo uno in latitudine:& thalamum uno calamo in longum,& uno calamo in latum:& inter thalamos,quinq; cubitos:& limen portæ iuxta uestibulum portæ intrinsecus, calamo uno. Et mensus est uestibulum portæ octo cubitorum,& frontem eius duobus cubitis:uestibulum autem portæ erat intrinsecus. Porrò thalami portæ ad uiam orientalem, tres hinc & tres inde:mensura una trium,& mensura una frontium ex utraq; parte. Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum:& longitudinem portæ tredecim cubitorum.& marginem ante thalamos cubiti unius:& cubitus unus finis utrinq;.thalami autem,sex cubitorū erant hinc & inde. Et mensus est portam à tecto thalami,usq; ad tectum eius,latitudinem uigintiquinq; cubitorum:ostium contra ostium. Et fecit frontes per sexaginta cubitos:& ad frontem atrium portæ undiq; per circuitum. Et ante faciem portæ quæ
C pertingebat usq; ad faciem uestibuli portæ interioris,quinquaginta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis & in frontibus eorum quæ erant intra portam undiq; per circuitum: similiter autem erant & in uestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus,& ante frontes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atrium exterius,& ecce gazophylacia,& pauimentū stratum lapide in atrio per circuitum:triginta gazophylacia in circuitu pauimenti. Et pauimentum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus

est latitudinem à facie portæ inferioris usq; ad frontem atrij interioris extrinsecus,centum cubitos ad orientem & ad aquilonem.Portam quoq; quæ respiciebat uiam aquilonis atrij exterioris,mensus est tam in longitudine quàm in latitudine.Et thalamos eius tres hinc & tres inde:& frontem eius & uestibulum eius secundum mensuram portæ prioris:quinquaginta cubitorum longitudinem eius,& latitudinem uigintiquinq; cubitorum.Fenestræ autem eius,& uestibulum,& sculpturæ secundum mensuram portæ quæ respiciebat ad orientem:& septem graduum erat ascensus eius,& uestibulum ante eam.Et porta atrij interioris contra portam aquilonis,& orientalem:& mensus est à porta usq; ad portam centum cubitos.Et eduxit me ad uiam australem,& ecce porta quæ respiciebat ad austrum:& mensus est frontem eius,& uestibulum eius iuxta mensuras superiores.Et fenestras eius & uestibula in circuitu,sicut fenestras cæteras:quinquaginta cubitorum longitudine,& latitudine uigintiquinq; cubitorum.Et in gradibus septem ascendebatur ad eam:& uestibulum ante fores eius:& cælatæ palmæ erant,una hinc,& altera inde in fronte eius.Et porta atrij interioris in uia australi:& mensus est à porta usq; ad portam in uia australi,centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem:& mensus est portam iuxta mensuras superiores.Thalamum eius,& frontem eius,& uestibulum eius hisdem mensuris:& fenestras eius,& uestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis,& latitudinis uigintiquinq; cubitos.Et uestibulum per gyrum longitudine uigintiquinq; cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum.Et uestibulũ eius ad atrium exterius,& palmas eius in fronte:& octo gradus erant,quibus ascendebatur per eam.Et introduxit me in atrium interius per uiam orientalem:& mensus est portam secundum mensuras superiores.Thalamum eius,& frontem eius,& uestibulum eius,sicut suprà:& fenestras eius,& uestibula in circuitu,longitudine quinquaginta cubitorum,& latitudine uigintiquinq; cubitorum.Et uestibulum eius,id est atrij exterioris:& palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde:& in octo gradibus ascensus eius.Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad aquilonem:& mensus est secundum mensuras superiores.Thalamum eius,& frontem eius,& uestibulum eius, & fenestras eius per circuitum,longitudine quinquaginta cubitorum,& latitudine uigintiquinq; cubitorum.Et uestibulũ eius respiciebat ad atrium exterius:& cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde:& in octo gradibus ascensus eius.Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum:ibi lauabunt holocaustum.Et in uestibulo portæ duæ mensæ hinc,& duæ mensæ inde:ut immoletur super eas holocaustum,& pro peccato & pro delicto.Et ad latus exterius quod ascẽdit ad ostium portæ quæ pergit ad aquilonem,duæ mensæ:& ad latus alterum ante uestibulum portæ,duæ mensæ.Quatuor mensæ hinc,& quatuor mensæ inde:per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabũt.Quatuor autem mensæ ad holocaustum,de lapidibus quadris extructæ:longitudine cubiti unius & dimidij,& latitudine cubiti unius & dimidij,& altitudine cubiti unius:super quas ponent uasa in quibus immolatur holocaustum & uictima. Et labia earum palmæ unius,reflexa intrinsecus per circuitum:super mensas autem,carnes oblationis. Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori,quod erat in latere portæ respiciẽtis ad aquilonem:& facies eorum contra uiam australem,una ex latere portæ orientalis quæ respiciebat ad uiam aquilonis.Et dixit ad me:Hoc gazophylaciũ quod respicit uiam meridianam, est sacerdotum qui excubant in custodijs templi. Porrò gazophylacium quod respicit ad uiam aquilonis,sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris.isti sunt filij Sadoc, qui accedunt de filijs Leui ad dominum,ut ministrent ei.Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum,& latitudine cẽtum cubitorum per quadrum:& altare ante faciem templi.Et introduxit me in uestibulum templi:& mensus est uestibulum quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde:& latitudinem portæ trium cubitorum hinc,& trium cubitorum inde.Longitudinem autem uestibuli,uiginti cubitorum:& latitudinem undecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eum. Et columnæ erant in frontibus: una hinc,& altera inde.

D E F G 3 Reg.2 f

CAPVT XLI

Et intro

A ET introduxit me in templum,& mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc,& sex cubitos latitudinis inde,latitudinem tabernaculi,Et latitudo portæ,decem cubitorum erat:& latera portæ quinq; cubitis hinc,& quinq; cubitis inde:& mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum,& latitudinem uiginti cubitorum.Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos:& portam,sex cubitorum:& latitudinem portæ, septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius uiginti cubitorum,& latitudinem uiginti cubitorum,ante faciem templi:& dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum.Et mensus est parietem domus sex cubitorum:& latitudinem lateris,quatuor cubitorum undique per circuitum domus.Latera autem,latus ad latus,bis trigintatria:& erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus,in lateribus per circuitum,ut continerent,& non attin-B gerent parietem templi.Et platea erat in rotundum,ascendens sursum per cochleam,& in cœnaculum templi deferebat per gyrum:idcirco latius erat templum in superioribus:& sic de inferioribus ascendebatur ad superiora,in medium.Et uidi in domo altitudinem per circuitum,fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio:& latitudinem per parietem lateris láteris forinsecus quinq; cubitorum:& erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazophylacia latitudinem uiginti cubitorum in circuitu domus undiq;.Et ostium láteris ad orationem:ostium unum ad uiam Aquilonis,& ostium unum ad uiam Australem:& latitudinem loci ad orationem,quinq; cubitorum in circuitu.Et ædificium quod erat separatum uersumq; ad uiam respicientem ad mare,latitudinis septuaginta cubitorum.paries autem ædificij,quinq; cubitorum latitudinis per circuitum:& longitudo eius,nonagin-C ta cubitorum.Et mensus est domus longitudinem,centum cubitorum:& quod separatum erat ædificium,& parietes eius,longitudinis centum cubitorum.Latitudo autem ante faciem domus:& eius quod erat separatum contra orientem,centum cubitorum.Et mensus est longitudinem ædificij contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum,ethecas ex utraq; parte centum cubitorum:& templum interius,& uestibula atrij.Limina & fenestras obliquas,& ethecas in circuitu per tres partes,contra uniuscuiusq; limen,stratumq; ligno per gyrum in circuitu:terra autem usq; ad fenestras,& fenestræ clausæ super ostia.Et usq; ad domum interiorem,& forinsecus:& omnem parietem in circuitu intrinsecus,& forinsecus,ad mensuram.Et fabrefacta cherubim & palmæ:& palma inter cherub & cherub,duasq; facies habebat cherub.Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte,& faciem leonis D iuxta palmam ex alia parte:expressam per omnem domum in circuitu.De terra usq; ad superiora portæ,cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi.Limen,quadrangulum: & facies sanctuarij,aspectus contra aspectum.Altaris lignei trium cubitorum altitudo:& longitudo eius,duorum cubitorum:& anguli eius,& longitudo eius,& parietes eius lignei. Et locutus est ad me:Hæc est mensa coram domino.Et duo ostia erant in templo & in sanctuario.Et in duobus ostijs ex utraq; parte bina erant ostiola,quæ in seinuicem plicabantur:bina enim ostia erant ex utraque parte ostiorum. Et cælata erant in ipsis ostijs templi cherubim,& sculptura palmarum,sicut in parietibus quoq; expressa erant:quam ob rem & grossiora erant ligna in uestibuli fronte forinsecus.Super quæ fenestræ obliquæ,& similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis uestibuli:secundum latera domus,latitudinemq; parietum.

Exo.25 c

CAPVT XLII

A ET eduxit me in atrium exterius per uiam ducentem ad aquilonem,& introduxit me in gazophylacium,quod erat contra separatum ædificium & contra ædem uergentem ad Aquilonem. In facie longitudinis,centum cubitos ostij Aquilonis : & latitudinis quinquaginta cubitos:contra uiginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris,ubi erat porticus iuncta porticui triplici.Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis,ad interiora respiciens uiæ cubiti unius.Et ostia B eorum ad Aquilonem:ubi erant gazophylacia in superioribus humiliora:quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus,& de medijs ædificij.Tristega enim erant,& non habebant columnas,sicut erant columnæ atriorum:propterea eminebant de

 inferio

inferioribus,& de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior, secundum gazophylacia, quæ erant in uia atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij, quod erat contra uiam Orientalem, in faciem ædificij separati. Et erant ante ædificium gazophylacia: & uia ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, C quæ erant in uia Aquilonis: secundum longitudinem eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundum ostia gazophylaciorum, quæ erant in uia respiciente ad Notum: ostium in capite uiæ, quæ uia erat ante uestibulum separatum per uiam Orientalem ingredientibus. Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus uescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent uestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt: uestientúrque uestimentis alijs, & sic procedent ad populum. Cumque complesset D mensuras domus interioris, eduxit me per uiam portæ quæ respiciebat ad uiam Orientalem: & mensus est eam undique per circuitum. Mensus est autem contra uentum Orientalem calamo mensuræ: quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est contra uentum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensuræ per gyrum. Et ad uentum Australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ per circuitum. Et ad uentum Occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ. Per quatuor uentos mensus est murum eius undique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum diuidentem inter sanctuarium & uulgi locum.

CAPVT XLIII

ET duxit me ad portam, quæ respiciebat ad uiam Orientalem. Et ecce, gloria dei Israel ingrediebatur per uiam Orientalem: & uox erat ei quasi uox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. Et uidi uisionem secundum speciem quam uideram, quando uenit ut disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum quem uideram iuxta fluuium Chobar: & cecidi super faciem meam. Et maiestas domini ingressa est templum per uiam portæ quæ respiciebat ad Orientem. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius, & ecce repleta erat gloria domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo, & uir stabat iuxta me. Et dixit ad me: Fili hominis, locus solij mei, B & locus uestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in æternum: & non polluent ultrà domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis, ostende domui Israel C templum, & confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Figuram domus, & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & uniuersa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorum: ut custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Ista est lex domus: In summitate montis, omnis finis eius, in circuitu sanctum sanctorum est. Hæc est ergo lex domus. Istæ autem mensuræ altaris in cubito uerissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus D in latitudine: & definitio eius usque ad labium eius, in circuitu palmus unus. Hæc quoque erat fossa altaris. Et de sinu terræ usque ad crepidinem nouissimam, duo cubiti: & latitu-

Isa. 6 & 66

do cubi

do cubiti unius: & à crepidine minore usque ad crepidinem maiorem, quatuor cubiti, & latitudo cubiti unius. Ipse autem ariel, quatuor cubitorum: & ab ariel usque sursum, cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudi-
E nis: quadrangulatum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius unius cubiti per circuitum: gradus autem eius uersi ad Orientem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus deus: Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fabricatum: ut offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait dominus
F deus, ut offerant mihi uitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mundabis illud & expiabis. Et tolles uitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & combures eum separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in uitulo. Cumque compleueris expians illud, offeres uitulum de armento immaculatum, & arie-
G tem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & uitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus, in die octaua & ultrà, facient sacerdotes super altare holocausta uestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero uobis, ait dominus deus.

CAPVT XLIIII

A ET conuertit me ad uiam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat clausa. Et dixit dominus ad me: Porta hæc, clausa erit: non aperietur, & uir non transiet per eam: quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram domino: per uiam portæ uestibuli ingredietur: & per uiam eius egredietur. Et adduxit me per uiam portæ Aquilonis in conspectu domus: & uidi, & ecce, impleuit gloria domini domum domini: & cecidi in faciem
B meam. Et dixit ad me dominus: Fili hominis, pone cor tuum, & uide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de uniuersis ceremonijs domus domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuum in uijs templi, per omnes exitus sanctuarij. Et dices ad exasperantem me domum Israel: Hæc dicit dominus deus, Sufficiant uobis omnia scelera uestra domus Israel: eo quòd inducitis filios alienos incircuncisos corde & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem &
C sanguinem, & dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus uestris. Et non seruastis præcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo uobismetipsis. Hæc dicit dominus deus: Omnis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israel. Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerunt iniquitatem suam: erunt in sanctuario meo æditui, & ia-
D nitores portarum domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocausta, & uictimas populi: & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis. Pro eo quòd ministrauerunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait dominus deus, & portauerunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua
E quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & in uniuersis quæ fient in ea. Sacerdotes autem Leuitæ filij Sadoc, qui custodierunt ceremonias sanctuarij mei, cum errarent filij Israel à me: ipsi accedent ad me, ut ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, ut offerant mihi adipem & sanguinem, ait dominus deus. Ipsi ingredien-

tur sanctuarium meum,& ipsi accedent ad mensam meam,ut ministrent mihi, & custo/ diant ceremonias meas. Cumq; ingredientur portas atrij interioris,uestibus lineis induen/ tur:nec ascendet super eos quicquam laneum,quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum,& fœminalia linea erunt in lumbis eo/ F rum,& non accingentur in sudore. Cumq; egredientur atrium exterius ad populum,exu/ ent se uestimentis suis in quibus ministrauerant,& reponent ea in gazophylacio sanctua/ *Leui.19 & 21* rij,& uestient se uestimentis alijs:& non sanctificabunt populum in uestibus suis. Caput autem suum non radent,neq; comam nutrient:sed tondentes attondent capita sua. Et ui/ num non bibet omnis sacerdos,quando ingressurus est atrium interius. Et uiduam,& repu diatam non accipient uxores,sed uirgines de semine domus Israel:sed & uiduam,quæ fue rit uidua à sacerdote,accipient. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pol/ lutum:& inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia,stabunt in iudicijs meis,& iudicabunt:leges meas,& præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient,& sabbatha mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur, G ne polluantur:nisi ad patrem & matrem,& filium & filiam,& fratrem & sororem quæ alte rum uirum non habuit:in quibus contaminabuntur. Et postquàm fuerit emundatus,se/ ptem dies numerabuntur ei. Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius ut mi/ *Num.18 c* nistret mihi in sanctuario,offeret pro peccato suo,ait dominus deus. Erit autem eis hæredi tas,ego hæreditas eorum:& possessionem non dabitis eis in Israel,ego enim possessio eo/ rum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent:& omne uotum in Israel,ipso rum erit. Et primitiua omnium primogenitorum,& omnia libamenta ex omnibus quæ of/ feruntur,sacerdotum erunt:& primitiua ciborum uestrorum dabitis sacerdoti,ut reponat *Exo.22 d* benedictionem domui tuæ. Omne morticinum & captum à bestia de auibus & de pecori/ bus,non comedent sacerdotes.

CAPVT XLV

CVmq; cœperitis terram diuidere sortito,separate primitias domino sanctificatum A de terra longitudine uigintiquinq; millia,& latitudine decem millia:sanctificatũ erit in omni termino eius per circuitum. Et erit ex omni parte sanctificatũ quingentos per quin gentos,quadrifariam per circuitum:& quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem uigintiquinq; millium,& latitudinem decem millium,& in ipso erit templum,sanctumq; sanctorum. Sãctificatum de terra erit sacerdo/ tibus ministris sanctuarij,qui accedunt ad ministerium domini:& erit eis locus in domos, B & in sanctuarium sanctitatis. Vigintiquinq; autem millia longitudinis & decem millia lati/ tudinis erunt Leuitis qui ministrant domui:ipsi possidebunt uiginti gazophylacia. Et pos/ sessionem ciuitatis dabitis quinq; millia latitudinis,& longitudinis uigintiquinq; millia,se/ cundum separationem sanctuarij,omni domui Israel. Principi quoq; hinc & inde,in sepa/ rationem sanctuarij,& in possessionem ciuitatis,contra faciem separationis sanctuarij,& contra faciem possessionis urbis:à latere maris usq; ad mare,& à latere orientis usque ad C orientem:longitudinem autem iuxta unamquanq; partem à termino occidentali usque ad terminum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel:& non depopulabuntur ultrà prin cipes populum meum:sed terram dabunt domui Israel,secundum tribus eorum. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat uobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermitti/ te, & iudicium & iustitiam facite, separate confinia uestra à populo meo, ait dominus deus. Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit uobis: ephi & batus æqualia, & D unius mensuræ erunt, ut capiat decimam partem cori batus, & decimam partem co/ *Leuit.27 c* ri ephi: iuxta mensuram cori, erit æqua libratio eorum. Siclus autem, uiginti obolos habet. Porrò uiginti sicli, & uigintiquinque sicli,& quindecim sicli: mnam faciunt. Et hæ sunt primitiæ quas tolletis:sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei: Batus olei, decima pars cori est: & decem E bati, corum faciunt: quia decem bati implent corum. Et arietem unum de grege du/ centorum, de his quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica,

ad expi

ad expiandũ pro eis,ait dominus deus.Omnis populus terræ tenebitur primitijs his prin/
cipi in Ifrael.Et fuper principem erunt holocaufta & facrificium,& libamina in folennitati/
F bus,& in calendis,& in fabbathis,& in uniuerfis folennitatibus domus Ifrael.ipfe faciet pro
peccato facrificium,& holocauftum,& pacifica:ad expiandum pro domo Ifrael.Hæc di/
cit dominus deus:In primo menfe,una menfis fumes uitulum de armento immaculatum:
& expiabis fanctuarium.Et tollet facerdos de fanguine quod erit pro peccato:& ponet in
poftibus domus,& in quatuor angulis crepidinis altaris,& in poftibus portæ atrij interio/
ris.Et fic facies in feptima menfis pro unoquoq; qui ignorauit,& errore deceptus eft,& ex/
piabitis pro domo.In primo menfe,quartadecima die menfis erit uobis pafchæ folẽnitas:
G feptem diebus azyma comedentur.Et faciet princeps in die illa pro fe & pro uniuerfo po/
pulo terræ,uitulum pro peccato. Et in feptem dierum folennitate faciet holocauftum do/
mino feptem uitulos,& feptem arietes immaculatos quotidie feptem diebus:& pro pecca
to hircum caprarum quotidie.Et facrificium ephi per uitulum,& ephi per arietem faciet:&
olei hin per fingula ephi.Septimo menfe,quintadecima die menfis in folennitate faciet fi/
cut fuprà dicta funt per feptem dies:tam pro peccato quàm pro holocaufto,& in facrifi/
cio,& in oleo.

CAPVT XLVI

A HÆc dicit dominus deus:Porta atrij interioris,quæ refpicit ad orientem erit claufa fex
diebus in quibus opus fit:die autem fabbathi aperietur,fed & in die calendarum ape
rietur.Et intrabit princeps per uiam ueftibuli portæ deforis,& ftabit in limine portæ:& fa/
cient facerdotes holocauftum eius,& pacifica eius:& adorabit fuper limen portæ,& egre/
dietur:porta autem nõ claudetur ufq; ad uefperam.Et adorabit populus terræ ad oftium
portæ illius in fabbathis & in calendis coram domino. Holocauftum autem hoc offeret
B princeps domino:in die fabbathi fex agnos immaculatos,& arietem immaculatum & fa/
crificium ephi per arietem:in agnis autem facrificium quod dederit manus eius:& olei hin,
per fingula ephi. In die autem calendarum, uitulum de armento immaculatum:& fex a/
gni,& arietes immaculati erunt.Et ephi per uitulum,ephi quoq; per arietem faciet facrifi/
cium:de agnis autem,ficut inuenerit manus eius:& olei hin,per fingula ephi. Cumq; in/
greffurus eft princeps,per uiam ueftibuli portæ ingrediatur,& per eandem uiam exeat.Et
C cum intrabit populus terræ in confpectu domini in folennitatibus:qui ingredietur per por
tam aquilonis,ut adoret,egrediatur per uiam portæ meridianæ:porrò qui ingredietur per
uiam portæ meridianæ, egrediatur per uiam portæ aquilonis: non reuertetur per uiam
portæ per quam ingreffus eft, fed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio
eorum cum ingredientibus ingredietur: & cum egredientibus egredietur.Et in nundinis,
& in folennitatibus erit facrificium ephi per uitulum, & ephi per arietem:in agnis autem
D erit facrificium ficut inuenerit manus eius:& olei hin, per fingula ephi. Cum autem fe/
cerit princeps fpontaneum holocauftum, aut pacifica uoluntaria domino: aperietur ei
porta quæ refpicit ad orientem, & faciet holocauftum fuum, & pacifica fua, ficut fieri
folet in die fabbathi: & egredietur, claudeturq; porta poftquàm exierit. Et agnum eiuf/
dem anni, immaculatum, faciet holocauftum quotidie domino: femper mane faciet il/
lud. Et faciet facrificium fuper eo cata mane mane fextam partem ephi: & de oleo ter/
E tiam partem hin, ut mifceatur fimilæ: facrificium domino legitimum, iuge atque perpe/
tuum. Faciet agnum & facrificium, & oleum cata mane mane: holocauftum fempiter/
num. Hæc dicit dominus deus: Si dederit princeps donum alicui de filijs fuis: hæredi/
tas eius,filiorum fuorum erit,poffidebunt eam hæreditarie. Si autem dederit legatum de
hæreditate fua uni feruorum fuorum:erit illius ufque ad annum remiffionis, & reuertetur
ad principem:hæreditas autem eius,filijs eius erit. Et non accipiet princeps de hæredita/ 2 Reg. 9 b
F te populi per uiolentiam,& de poffeffione eorum:fed de poffeffione fua hæreditatem da/
bit filijs fuis: ut non difpergatur populus meus unufquifque à poffeffione fua. Et intro/
duxit me per ingreffum, qui erat ex latere portæ in gazophylacia fanctuarij ad facer/
dotes, quæ refpiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus uergens ad Occidentem. Et

dixit ad me: Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: ubi coquent sacrificium, ut non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita: quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: mēsuræ unius quatuor erant. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me: Hæc est domus culinarum, in qua coquēt ministri domus domini uictimas populi. G

CAPVT XLVII

ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem: facies enim domus respiciebat ad orientem: aquæ autem descēdebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per uiam portæ aquilonis, & conuertit me ad uiam foras portam exteriorē, uiam quæ respiciebat ad orientem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro. Cum egrederetur uir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & traduxit me per aquam usq; ad talos. Rursumq; mensus est mille, & traduxit me per aquam usq; ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam usq; ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerāt aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari. Et dixit ad me: Certè uidisti, fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumq; me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraq; parte. Et ait ad me: Aquæ istę quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. Et omnis anima uiuens quæ serpit, quocunq; uenerit torrens, uiuet: & erunt pisces multi satis postquàm uenerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & uiuent omnia ad quæ uenerit torrens. Et stabunt super illa piscatores, ab Engaddi usq; ad Enagallim siccatio sagenarum erit: plurimæ species erūt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ: in litoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraq; parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos mēses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibū, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit dominus deus, Hic est terminus in quo possidebitis terrā in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidebitis autem eam singuli æquè ut frater suus: super quam leuaui manum meam ut darem patribus uestris: & cadet terra hæc uobis in possessionem. Hic est autem terminus terræ: ad plagam septentrionalem, à mari magno uia Hethalon, uenientibus Sedada, Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter terminum Damasci & confinium Emath, domus Thichon quæ est iuxta terminum Auran. Et erit terminus à mari usq; ad atrium Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem, & terminus Emath: plaga autem septentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale, metiemini etiam plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana, à Thamar usq; ad aquas contradictionis Cades: & torrens usque ad mare magnum: & hæc est plaga ad meridiem australis. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum, donec uenias Emath: hęc est plaga maris. Et diuidetis terram istam uobis per tribus Israel: & mittetis eam in hæreditatem uobis, & aduenis qui accesserint ad uos, qui genuerint filios in medio uestrum: & erunt uobis sicut indigenæ inter filios Israel: uobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunq; fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

Zach.13 et 14 — A — B — Gen.48 d — C — D

CAP. XLVIII

ET hæc nomina tribuum à finibus aquilonis iuxta uiam Hethalon pergētibus Emath atrium Enan terminus Damasci ad aquilonem iuxta uiam Emath. Et erit ei plaga orientalis mare, Dan una. Et à termino Dan, à plaga orietali usq; ad plagam maris, Aser una: & super terminum Aser, à plaga orientali usq; ad plagam maris, Nephthali una. Et super terminum Nephthali, à plaga orietali usq; ad plagam maris, Manasse una. Et super terminum A

num

num Manasse, à plaga orientali usq; ad plagam maris, Ephraim una. Et super terminum Ephraim, à plaga orientali usq; ad plagam maris, Ruben una. Et super terminum Ruben à plaga orientali usq; ad plagam maris, Iuda una. Et super terminum Iuda, à plaga orientali usq; ad plagam maris, erũt primitiæ quas separabitis uigintiquinq; millibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali usq; ad plagam maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis domino, longitudo uigintiquinq; millibus, & latitudo decem millibus. Hæ autem erũt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad aquilonem, longitudinis uigintiquinq; millia, & ad mare latitudinis decem millia, sed & ad orientem latitudinis decem millia, & ad meridiem lõgitudinis uigintiquinq; millia: & erit sanctuarium domini in medio eius. Sacerdotibus sanctuarium erit de filijs Sadoc, qui custodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt eis primitiæ de primitijs terræ sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum uigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo uiginti & quinque millium, & latitudo decem millium. Et non uænundabunt ex eo, neq; mutabunt, neq; transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt domino. Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per uigintiquinque millia, prophana erunt urbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius: Ad plagam septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam meridianam, quingenta & quatuor milia: & ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Occidentalem, quingenta & quatuor millia. Erunt autem suburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta millia, & ad mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt fruges eius panes his qui seruierunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ uigintiquinque millium, per uigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarij, & possessionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis è regione uigintiquinq; millium primitiarum usq; ad terminum orientalem: sed & à mari è regione uigintiquinq; millium usq; ad terminum maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autem Leuitarum & de possessiõe ciuitatis in medio partium principis erit: inter terminum Iuda, & inter terminum Beniamin, & ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus: à plaga orientali, usq; ad plagam occidentalem, Beniamin una. Et contra terminum Beniamin, à plaga orientali usq; ad plagam occidentalem, Simeon una. Et super terminum Simeonis à plaga orientali usq; ad plagam occidentalem, Issachar una. Et super terminum Issachar, à plaga orientali usq; ad plagam occidentalem, Zabulon una. Et super terminum Zabulon à plaga orientali usq; ad plagam maris, Gad una. Et super terminum Gad, ad plagam austri in meridiem: & erit finis de Thamar usq; ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait dominus deus. Et hi egressus ciuitatis: à plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mensurabis. Et portæ ciuitatis in nominibus tribuum Israel: portæ tres à septentrione, porta Ruben una, porta Iuda una, porta Leui una. Et ad plagam orientalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph una, porta Beniamin una, porta Dan una. Et ad plagam meridianam, quingentos & quatuor millia metieris: & portæ tres, porta Simeonis una, porta Issachar una, porta Zabulon una. Et ad plagam occidentalem quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad una, porta Aser una, porta Nephthali una. Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

FINIS

Supra 45 a
Num. 34

PROLOGVS D. HIERONYMI
AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN DANIELEM PROPHETAM

DANIELEM prophetam iuxta Septuaginta interpretes, domini ſaluatoris eccleſiæ non legunt, utentes Theodotionis æditione: & hoc cur acciderit, neſcio. Siue quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, noluerunt Septuaginta interpretes eaſdem linguæ lineas in translatione ſeruare: ſiue ſub nomine eorum, ab alio neſcio quo, non ſatis Chaldæam linguam ſciente æditus eſt liber: ſiue aliud quid cauſæ extiterit, ignorans: hoc unum affirmare poſſum, quòd multum à ueritate diſcordet, & recto iudicio repudiatus ſit. Sciendum quippe Danielem maximè & Ezram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos, & unam Ieremiæ pericopen, Iob quoq; cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem. Deniq; & ego adoleſcentulus poſt Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius piſtrinum recluſiſſem, & multo ſudore, multoq; tempore uix cœpiſſem anhelantia ſtridentiaq; uerba reſonare, & quaſi per cryptam ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerem, impegi nouiſsimè in Danielem, & tanto tædio affectus ſum, ut deſperatione ſubita omnem laborem ueterem uoluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, labor omnia improbus uincit: qui mihi uidebar ſciolus inter Hebræos, cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus. Et ut uerum fatear, uſque ad præſentem diem magis poſſum ſermonem Chaldaicum legere & intelligere quàm ſonare. Hæc idcirco refero, ut difficultatem uobis Danielis oſtenderem, qui apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas: quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, ueru antepoſito eaſq; iugulante ſubiecimus, ne uideremur apud imperitos magnam partem uoluminis detruncaſſe. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Suſannæ derideret hiſtoriam, & à Græco neſcio quo, eam diceret eſſe confictam, illud opponere quod Origeni quoq; Aphricanus oppoſuit, etymologias has, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco ſermone deſcendere. Cuius rei nos intelligentiam noſtris hanc poſſumus dare, ut uerbi gratia: dicamus de arbore ilice dixiſſe eum, Ilicò pereas: & à lentiſco, In lentem te comminuat angelus, uel non lente pereas, aut lentus, id eſt flexibilis ducaris ad mortem: ſiue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuiſſe otij tribus pueris cauillabatur, ut in camino æſtuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem dei omnia elementa prouocarent. Aut quod miraculum diuinæq; aſpirationis indicium, uel draconem interfectum offa picis, uel ſacerdotum Belis machinas deprehenſas: quæ magis prudentia ſolertis uiri, quàm prophetali eſſent ſpiritu perpetrata? Cum uerò ad Habacuc ueniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum diſcophorum lectitaret, quærebat exemplum, ubi legiſſemus in toto Veteri teſtamento quenquam ſanctorum graui uolaſſe corpore, & in puncto horæ tanta terrarum ſpatia tranſiſſe. cui cum quidam è noſtris ſatis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxiſſet in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuiſſe translatum, riſit hominem, & ex ipſo uolumine demõſtrauit Ezechielem in ſpiritu ſe uidiſſe tranſpoſitum. Deniq; & Apoſtolum noſtrum uidelicet ut eruditũ uirum, & qui legem ab Hebræis didiciſſet, non fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore, ſed dixiſſe: Siue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit. His & talibus argumẽtis apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua re, lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidem partes omnis ab eis ſcriptura diuiditur: In legem, in prophetas, & in hagiographa: id eſt, in quinq;, & octo, & in undecim libros, de quo non eſt huius temporis diſſerere. Quæ autem ex hoc propheta, imò contra hunc librum Porphyrius obijciat, teſtes ſunt Methodius, Euſebius & Apollinarius, qui multis uerſuum milibus eius ueſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint. Vnde obſecro uos, ò Paula & Euſtochium, fundatis pro me ad dominum preces, ut quamdiu in hoc corpuſculo ſum, ſcribam aliquid gratum uobis, utile eccleſiæ, dignum poſteris. Præſentium quippe iudicijs oblatrantium non ſatis moueor, qui in utranq; partem aut amore labuntur aut odio.

PROPHETIA
DANIELIS

A ANNO TERTIO REGNI Ioacim regis Iuda, uenit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam. Et tradidit dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem uasorum domus dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in domum dei sui, & uasa intulit in domum thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorũ, ut introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrannorum pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: ut doceret eos literas, & linguam Chaldæorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de uino unde bibebat ipse: ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iudę: Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis præpositus eunuchorum, nomina: Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neq; de uino potus eius: & rogauit eunuchorum præpositum, ne contaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dominum meum regem, qui constituit uobis cibum & potum: qui si uiderit uultus uestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coæuis uestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem, & Azariam: Tenta nos obsecro, seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad uescendum, & aqua ad bibendum: & cõtemplare uultus nostros, & uultus puerorum qui uescuntur cibo regio: & sicut uideris, facies cum seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerũt uultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui uescebantur cibo regio. Porrò Malasar tollebat cibaria, & uinum potus eorum: dabatq; eis legumina. Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium uisionum & somniorum. Completis itaq; diebus, post quos dixerat rex ut introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumq; eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de uniuersis, ut Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu regis. Et omne uerbum sapientiæ & intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos, qui erant in uniuerso regno eius. Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis.

Quõ Nabuchodonosor Ierusalẽ ceperit & ex captis pueros aliquot literis erudiendos curauerit, ac de religione Danielis

CAP. II

A IN anno secundo regni Nabuchodonosor uidit Nabuchodonosor somnium: & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Præcepit autem rex ut conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: ut indicarent regi somnia sua. Qui cum uenissent steterunt coram rege: & dixit ad eos rex: Vidi somnium: & mente confusus ignoro quid uiderim. Responderuntq; Chaldæi regi Syriacè: Rex in sempiternum uiue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldæis: Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis uos, & domus uestræ publicabuntur. Si autem somnium & coniecturam eius narraueritis: præmia & dona, & honorem multum accipietis à me. somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Responderunt secundò, atq; dixerunt: Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. Responditq; rex: & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, scientes quòd recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, una est de uobis sententia, quòd interpretationem quoq; fallacem, & deceptione plenam composueri-

Regis somniũ quod nequeũt explicare oẽs eius magi, interpretatur Daniel, quapropter præficitur prouincijs regni eius

tis,ut loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi,ut sciam quòd interpretationem quoque eius ueram loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege,dixerunt:Non est homo super terram,qui sermonem tuum,rex,posit implere: sed neque regum quisquam magnus & potens,uerbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo & mago & Chaldæo. Sermo enim quem tu quæris,rex,grauis est:nec reperietur quisquam,qui indicet illum in conspectu regis:exceptis dijs,quorum non est cum hominibus conuersatio. Quo audito,rex in furore & in ira magna præcepit,ut perirent omnes sapientes Babylonis. Et egressa sententia,sapientes interficiebantur: quærebaturque Daniel & socij eius,ut perirent. Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis,qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat,quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli,Daniel ingressus rogauit regem,ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam: Ananiæque & Misaeli & Azariæ socijs suis,indicauit negotium:ut quærerent misericordiam à facie dei cœli super sacramento isto,& non perirent Daniel & socij eius,cum cæteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli mysterium per uisionem nocte reuelatum est:& benedixit Daniel deum cœli,& locutus ait:Sit nomen domini benedictum à seculo & usque in seculum: *Infra 7 d* quia sapientia & fortitudo,eius sunt. Et ipse mutat tempora & ætates:transfert regna atque constituit:dat sapientiam sapientibus,& scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita:& nouit in tenebris constituta:& lux cum eo est. Tibi deus patrum meorum confiteor,teque laudo:quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi:& nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te,quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hæc,Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex ut perderet sapientes Babylonis,sic ei locutus est:Sapientes Babylonis ne perdas:introduc me in conspectu regis,& solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei:Inueni hominem de filijs transmigrationis Iudæ,qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex,& dixit Danieli cuius nomen erat Baltassar:Putás ne uerè potes mihi indicare somnium quod uidi,& interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege,ait:Mysterium quod rex interrogat,sapientes,magi & arioli & aruspices nequeunt indicare regi:sed est deus in cœlo reuelans mysteria,qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor,quæ uentura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum, & uisiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt: Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria,ostendit tibi quæ uentura sunt. Mihi quoque,non in sapientia quæ est in me plus quàm in cunctis uiuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret,& cogitationes mentis tuæ scires. Tu rex uidebas,& ecce quasi statua una grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput,ex auro optimo erat:pectus autem & brachia,de argento:porrò uenter & femora ex ære. Tibiæ autem,ferreæ. Pedum quædam pars erat ferrea,quædam autem fictilis. Videbas ita,donec abscissus est lapis de monte sine manibus:& percusit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus,& comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum,testa, æs,argentum & aurum,& redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt uento:nullusque locus inuentus est eis:lapis autem qui percusserat statuam,factus est mons magnus,& impleuit uniuersam terram. Hoc est somnium. Interpretationem quoque *Infra 5 d* eius dicemus coram te,rex. Tu rex regum es:& deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi:& omnia in quibus habitant filij hominum & bestiæ agri,uolucres quoque cœli dedit in manu tua,& sub ditione tua uniuersa constituit. Tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliud minus te:& regnum tertium aliud æreum, quod imperabit uniuersæ terræ: & regnum quartum erit uelut ferreum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia:sic comminuet & conteret omnia hæc. Porrò quia uidisti pedum & digitorum partem testeam figuli,& partem ferream:regnum diuisum erit,

quod

quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod uidisti ferrum mistum testæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Quòd autem uidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ.
G In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet uniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. Secundum quod uidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, deus magnus ostendit regi quæ uentura sunt postea. & uerum est somnium, & fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit: & hostias, & incensum præcepit, ut sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè deus uester, deus deorum est, & dominus regum, reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum & magistrum super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

CAP. III

Statuam regis adorare nolẽtes tres iuuenes Iudæi, conijciũtur in æstuantem fornacem, neque ab igne læduntur: quod rex admiratus edicit ne quisquã Deum eorum blasphemet, aut ipsos molestet

A NAbuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus & iudices, duces & tyrannos & præfectos, omnesq; principes regionum, ut conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & uniuersi principes regionum, ut conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex, & præco clamabat ualenter: Vobis dicitur populis, tribubus & linguis: In hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ & uniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij, symphoniæ & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimq; & in ipso tempore accedentes uiri Chaldæi accusauerunt Iudæos: dixeruntq; Nabuchodonosor regi: Rex in æternum uiue. tu rex posuisti decretum, ut omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ & psalterij, & symphoniæ, & uniuersi generis
B musicorum prosternat se, & adoret statuam auream: si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo uiri Iudæi, quos constituisti super opera regis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abdenago: uiri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor rex in furore & in ira præcepit, ut adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntiansq; Nabuchodonosor rex, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago, deos meos non colitis: & statuam auream quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunq; hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, omnisq; generis musicorum, prosternite uos, & adorate statuam quam feci: quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. & quis est deus, qui eripiet uos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ò rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi rex, quia deos tuos non colimus: & statuam auream quam erexisti, non adoramus. Tunc

Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago. Et præcepit ut succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat. Et uiris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis pedibus Sidrach, Misach & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim uiri illi uincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis & uestibus, missi sunt in medium fornacis ignis C ardentis. nam iussio regis urgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò uiros illos qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur, in Hebræis uoluminibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes deum, & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensq; os suum in medio ignis ait: Benedictus es domine deus pattum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & uniuersa opera tua uera, & uiæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua uera. Iudicia enim uera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in ueritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus. & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. omnia ergo quæ induxisti super nos, & uniuersa quæ fecisti nobis, in uero iudicio fecisti: & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum, præuaricatorumq;, & regi iniusto & pessimo ultrà omnem terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes te D stamentum tuum, neq; auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctũ tuum: quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris: quia domine imminuti sumus plus quàm omnes gentes, sumusq; humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps & dux & propheta, neq; holocaustum neq; sacrificium neq; oblatio neq; incensum neq; locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire misericordiam tuam: sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine: & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum conteratur: & sciant quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha & stuppa & pice & malleolis, & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de E Chaldæis. Angelus autem domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deũ in fornace, dicentes:
Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & superexaltatus in secula:
& benedictũ nomen gloriæ tuæ sanctum & laudabile & superexaltatũ in omnibus seculis.
Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & supergloriosus in secula.
Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis & superexaltatus in secula.
Bñdictus es q intueris abyssos, & sedes sup cherubĩ, & laudabilis & supexaltatus in secula.
Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis & gloriosus in secula.
Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite cœli domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt dño,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnes uirtutes domini domino.laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſol & luna domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſtellæ cœli domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnis imber & ros domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnis ſpiritus dei domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ignis & æſtus domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite frigus & æſtas domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite rores & pruina domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
F Benedicite gelu & frigus domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite glacies & niues domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite noctes & dies domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite lux & tenebræ domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite fulgura & nubes domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicat terra dominum,laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes & colles domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite uniuerſa germinantia in terra domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite fontes domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite maria & flumina domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite cete & omnia quæ mouētur in aquis dño,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.
Benedicite omnes uolucres cœli domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnes beſtiæ & pecora domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite filij hominum domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicat Iſrael dominum,laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes domini domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſerui domini domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſancti & humiles corde domino,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite Anania, Azaria, Miſael domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula:quia eruit nos de inferno,& ſaluos fecit de manu mortis,& liberauit nos de medio ardentis G flammæ,& de medio ignis eruit nos.
Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Benedicite omnes religioſi domino deo deorum, laudate & confitemini ei,quia in omnia ſecula miſericordia eius.

Hucuſque in Hebræo non habetur: & quæ poſuimus, de Theodotionis æditione translata ſunt.

Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit,& ſurrexit properè,& ait optimatibus ſuis: Nónne tres uiros miſimus in medium ignis compeditos? Qui reſpondentes regi dixerunt: Verè,rex. Reſpondit rex,& ait:Ecce ego uideo quatuor uiros ſolutos,& ambulantes in medio ignis,& nihil corruptionis in eis eſt,& ſpecies quarti ſimilis filio dei. Tunc acceſsit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis,& ait:Sidrach,Miſach & Abdenago ſerui dei excelſi,egredimini,& uenite. Statimq́ egreſsi ſunt Sidrach,Miſach & Abdenago de medio ignis. Et congregati ſatrapæ,& magiſtratus,& iudices,& potentes regis,contemplabantur uiros illos,quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum,& capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, etiam ſarabala eorum non fuiſſent immutata,& odor ignis non transiſſet per eos. Et erumpens Nabuchodonoſor,ait:Benedictus deus eorum,Sidrach uidelicet,Miſach & Abdenago,qui miſit angelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum:& uerbum regis immutauerunt,& tradiderunt corpora ſua ne ſer-

uirent & ne adorarent omnem deum,excepto deo suo.A me ergo positum est hoc decre/tum,ut omnis populus,tribus,& lingua quæcunq; locuta fuerit blasphemiam contra de/um Sidrach,Misach & Abdenago,dispereat,& domus eius uastetur. necq; enim est alius deus,qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach,Misach & Abdenago in prouin cia Babylonis. Nabuchodonosor rex,omnibus populis,gentibus & linguis qui habitant in uniuersa terra,pax uobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, quia regnum sempiternum, & potestas eius in generatione & genera/tionem.

CAPVT IIII

Aliud somniũ explicat regi Daniel

EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo: som/nium uidi quod perterruit me:& cogitationes meæ in stratu meo,& uisiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, ut introducerentur in con/spectu meo cuncti sapientes Babylonis,& ut solutionem somnij indicarent mihi.Tunc in/grediebantur arioli,magi,Chaldæi & aruspices,& somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi.donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel,cui nomen Baltassar,secundum nomen dei mei qui habet spiritum deorum sancto rum in semetipso:& somnium coram ipso locutus sum.Baltassar,princeps ariolorum,quo niam ego scio quòd spiritum sanctorum deorum habeas in te,& omne sacramentum non est impossibile tibi:uisiones somniorum meorum quas uidi,& solutionem eorum narra. Visio capitis mei in cubili meo: Videbam,& ecce arbor in medio terræ,& altitudo eius ni/mia.Magna arbor & fortis:& proceritas eius contingens cœlum:aspectus illius erat usq; ad terminos uniuersæ terræ.Folia eius pulcherrima,& fructus eius nimius:& esca uniuerso rum in ea.subter eam habitabant animalia & bestiæ,& in ramis eius conuersabantur uolu/cres cœli:& ex ea uescebatur omnis caro. Videbam in uisione capitis mei super stratum meum,& ecce uigil & sanctus de cœlo descendit:clamauit fortiter,& sic ait:Succidite arbo/rem,& præcidite ramos eius:excutite folia eius, & dispergite fructus eius:fugiant bestiæ quæ subter eam sunt,& uolucres de ramis eius. Verumtamen germen radicum eius in ter/ra sinite,& alligetur uinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt,& rore cœli tingatur,& cum feris pars eius in herba terræ.Cor eius ab humano commutetur,& cor feræ detur ei: & septem tempora mutentur super eum. In sententia uigilum decretum est,& sermo san/ctorum,& petitio:donec cognoscant uiuentes quoniam dominatur excelsus in regno ho/minum,& cuicunq; uoluerit,dabit illud,& humillimum hominem constituerit super eum. Hoc somnium uidi ego Nabuchodonosor rex:tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus:quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes,quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel,cuius nomen Baltassar,cœ pit intra semetipsum tacitus cogitare quasi una hora:& cogitationes eius conturbabant eum.Respondens autem rex,ait:Baltassar,somnium & interpretatio eius non conturbent te.Respondit Baltassar,& dixit:Domine mi,somnium his qui te oderunt:& interpretatio eius hostibus tuis sit.Arborem quam uidisti sublimem atq; robustam,cuius altitudo per/tingit ad cœlum,& aspectus illius in omnem terram,& rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius,& esca omnium in ea,subter eam habitantes bestiæ agri,& in ramis eius com/morantes aues cœli:tu es rex,qui magnificatus es,& inualuisti:& magnitudo tua creuit,& peruenit usque ad cœlum,& potestas tua in terminos uniuersæ terræ. Quòd autem uidit rex uigilem, & sanctum descendere de cœlo,& dicere: Succidite arborem,& dissipate il/lam,attamen germen radicum eius in terra dimittite,& uinciatur ferro & ære in herbis fo/ris,& rore cœli conspergatur,& cum feris sit pabulum eius,donec septem tempora muten/tur super eum. hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ peruenit super dominum meum regem: Ejcient te ab hominibus, & cum bestijs ferisq; erit habitatio tua, & fœ/num ut bos comedes,& rore cœli infunderis:septem quoq; tempora mutabuntur super te,donec scias quòd dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunque uoluerit

Ierem.27.a

det

det illud. Quòd autem præcepit ut relinqueretur germen radicum eius, id est, arboris: regnum tuum tibi manebit, postquàm cognoueris potestatem esse cœlestem. Quam ob rem, rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet deus delictis tuis. Omnia hæc uenerunt
F super Nabuchodonosor regem. Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Respondit rex, & ait: Nónne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cúmque sermo adhuc esset in ore regis, uox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque uoluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi auium. Igitur post finem dierum ego
G Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & altissimo benedixi, & uiuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem: & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. Iuxta uoluntatem enim suam facit tam in uirtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei: Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decorémque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cœli: quia omnia opera eius uera, & uiæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

Iob 42 b

CAP. V

Daniel explicat regi scripturam in pariete pictam

A BAlsasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & unusquisque secundum suam bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulentus ut afferrentur uasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius, de templo quod fuit in Ierusalem: ut biberent in eis rex & optimates eius, uxorésque eius & concubinæ. Tunc allata sunt uasa aurea quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis, rex & optimates eius, uxores & concubinæ illius. Bibebant uinum, & laudabant deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneósque & lapideos. In eadem hora ap-
B paruerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad seinuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, ut introducerent magos, Chaldæos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis: Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura uestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi
C omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem eius indicare regi. Vnde rex Balsasar satis conturbatus est, & uultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domum conuiuij ingressa est: & proloquens ait: Rex, in æternum uiue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Est uir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui, scientia & sapientia inuentæ sunt in eo. nam & rex Nabuchodonosor pater tuus, principem magorum, incantatorum,
D Chaldæorum & aruspicum, constituit eum pater inquam tuus, ò rex: quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentiáque, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. Nunc itaque Daniel uocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel, de filijs captiuitatis Iudæ, quem

adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniam ſpiritum deorum habeas:& ſcientia,intelligentiaq; ac ſapientia ampliores inuentæ ſunt in te. Et nunc introgreſsi ſunt in conſpectu meo ſapientes Magi,ut ſcripturam hanc legerent,& interpretationem eius indicarent mihi:& nequiuerunt ſenſum huius ſermonis edicere. Porrò ego audiui de te quòd poſsis obſcura interpretari,& ligata diſſoluere:ſi ergo uales ſcripturam legere,& interpretationẽ eius indicare mihi,purpura ueſtieris,& torquem auream circa collum tuum **E** habebis,& tertius in regno meo princeps eris. Ad quæ reſpondens Daniel,ait coram rege:

4 Reg. 5 d

Munera tua ſint tibi,& dona domus tuæ alteri da:ſcripturam autem legam tibi,rex,& interpretationem eius oſtendam tibi. O rex,deus altiſsimus regnum & munificentiam,gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo:& propter magnificentiam quam dederat ei,uniuerſi populi,tribus & linguæ tremebant,& metuebant eum. Quos uolebat,interficiebat:& quos uolebat,percutiebat:& quos uolebat,exaltabat:& quos uolebat,humiliabat. Quando autem eleuatum eſt cor eius,& ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui,& gloria eius ablata eſt:& à filijs hominum eiectus eſt,ſed & cor eius cum beſtijs poſitum eſt,& cum onagris erat habitatio eius, fœnum quoq; ut **F** bos comedebat,& rore cœli corpus eius infectum eſt:donec cognoſceret quòd poteſtatem haberet altiſsimus in regno hominum, & quemcunq; uoluerit, ſuſcitabit ſuper illud. Tu quoq; filius eius Balſaſar,non humiliaſti cor tuum,cum ſcires hæc omnia:ſed aduerſum dominatorem cœli eleuatus es:& uaſa domus eius allata ſunt coram te:& tu,& optimates tui,& uxores tuæ,& concubinæ tuæ uinum bibiſtis in eis:deos quoq; argenteos,& aureos,& æreos,& ferreos,ligneosq; & lapideos,qui non uident,neque audiunt,neq; ſentiunt,laudaſti: porrò deum qui habet flatum tuum in manu ſua & omnes uias tuas,non glorificaſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, qui ſcripſit hoc quod exaratum eſt. **G** Hæc eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt:Mane,thecel,phares. Et hæc eſt interpretatio ſermonis:Mane:numerauit deus regnum tuum,& compleuit illud. Thecel:appenſus es in ſtatera,& inuentus es minus habens. Phares:diuiſum eſt regnum tuum,& datum eſt Medis & Perſis. Tunc iubente rege,indutus eſt Daniel purpura,& circundata eſt torques aurea collo eius:& prædicatum eſt de eo quòd haberet poteſtatem tertius in regno ſuo. Eadem nocte interfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſsit in regnum,annos natus ſexagintaduos.

CAPVT VI

Daniel præficitur uniuerſo imperio, æmuli eũ accuſant regi, propter quod leonibus obijcitur,à quibus nulla afficitur iniuria: inde eius accuſatores ijſdem oblati ilicò dilaniantur

Placuit Dario,& conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum uiginti,ut eſſent in toto re- **A** gno ſuo. Et ſuper eos,principes tres,ex quibus Daniel unus erat:ut ſatrapæ illis redderent rationem,& rex non ſuſtineret moleſtiam. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas:quia ſpiritus dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum:unde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem ut inuenirent Danieli ex latere regni:nullamq; cauſam, & ſuſpicionem reperire potuerunt,eo quòd fidelis eſſet,& omnis culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo uiri illi: Non inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem,niſi fortè in lege dei ſui. Tunc principes & ſatrapæ **B** ſurripuerunt regi,& ſic locuti ſunt ei:Dari rex,in æternum uiue:conſilium inierunt omnes principes regni tui,magiſtratus & ſatrapæ,ſenatores & iudices,ut decretum imperatorium exeat,& edictum:Vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque deo & homine,uſque ad triginta dies,niſi à te,rex,mittatur in lacum leonum. Nunc itaq; rex,confirma ſententiam,& ſcribe decretum: ut non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præuaricari cuiquam liceat. Porrò rex Darius propoſuit edictum,& ſtatuit. Quod cum Daniel comperiſſet,id eſt conſtitutam legem,ingreſſus eſt domum ſuam:& feneſtris **C** apertis in cœnaculo ſuo,contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua,& adorabat,confitebaturq; coram deo ſuo ſicut & antè facere conſueuerat. Viri ergo illi curioſius inquirentes,inuenerunt Danielem orantem,& obſecrantẽ deum ſuum. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto:Rex,nunquid non conſtituiſti ut omnis homo qui rogaret quenquã de dijs & hominibus uſq; ad dies triginta,niſi te,rex,mitteretur in lacũ leonũ? Ad

D quos respõdens rex ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum atq; Persarum, quod præuaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod uerbum cum audisset rex satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, & usque ad occasum solis laborabat ut erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum atque Persarum est, ut omne decretum quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, E & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis unus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Et abijt rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibiq; non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit: appropinquansq; lacui, Danielem uoce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum, Daniel serue dei uiuentis, deus tuus cui tu seruis semper, putás ne ualuit F te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens ait: Rex in æternum uiue: deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictum non feci. Tunc uehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusq; est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit deo suo. Iubente autem rege adducti sunt uiri illi qui accusauerunt Danielem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filij, & uxores eorum: & non peruenerunt usq; ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum com-G minuerunt. Tunc Darius rex scripsit uniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in uniuersa terra: Pax uobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, ut in uniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant deum Danielis. Ipse est enim deus uiuens & æternus in secula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius usque in æternum. Ipse liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porrò Daniel perseuerauit usque ad regnum Darij, regnumq; Cyri Persæ.

CAPUT VII

Visio quatuor bestiarum Danieli ostenditur

A ANno primo Balsasar regis Babylonis, Daniel somnium uidit: uisio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit, summatimq; perstringens, ait: Videbam in uisione mea nocte, & ecce quatuor uenti cœli pugnabant in mari magno. Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia simi-B lis urso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat cæteris bestijs quas uideram ante eam, & habe-C bat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: uestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accensus. Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur à facie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia D assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter uocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & uidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni. aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas: & tẽpora uitæ cõstituta essent eis usq; ad tempus & tempus. Aspiciebam ergo in

uisione

uisione noctis,& ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat,& usq; ad antiquum dierum peruenit:& in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum:& omnes populi,tribus & linguæ,ipsi seruient:potestas eius,potestas æterna quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus,ego Daniel territus sum in his,& uisiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad unum de assistentibus,& ueritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum,& docuit me:Hæ quatuor bestiæ magnæ:quatuor sunt regna quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti dei altissimi:& obtinebunt regnum usq; in seculum & in seculum seculorum. Post hoc uolui libenter discere de bestia quarta,quæ erat dissimilis ualde ab omnibus,& terribilis nimis:dẽtes & ungues eius ferrei:comedebat & comminuebat,& reliqua pedibus suis conculcabat.& de cornibus decem quæ habebat in capite:& de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua:& de cornu illo quod habebat oculos,& os loquens grandia,& maius erat cæteris. Aspiciebam:& ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos,& præualebat eis:donec uenit antiquus dierum,& iudicium dedit sanctis excelsi,& tempus aduenit,& regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait:Bestia quarta, regnum quartum erit in terra,quod maius erit omnibus regnis,& deuorabit uniuersam terram,& conculcabit,& comminuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni,decem reges erunt:& alius consurget post eos,& ipse potentior erit prioribus,& tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur,& sanctos altissimi conteret: & putabit quòd possit mutare tempora & leges,& tradentur in manu eius usq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et iudicium sedebit,ut auferatur potentia,& conteratur,& dispereat usque in finem. Regnum autem & potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum,detur populo sanctorum altissimi:cuius regnum,regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei,& obedient. Hucusque finis uerbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar,& facies mea mutata est in me,uerbum autem in corde meo conseruaui.

Zach.1c

CAPUT VIII

Alia Danielis uisio, pugnæ inter arietem & hircum

ANno tertio regni Balsasar regis,uisio apparuit mihi,ego Daniel,post id quod uideram in principio. Vidi in uisione mea,cum essem in Susan castro quod est in Ælam regione:uidi autem in uisione esse me super portam Vlai. Et leuaui oculos meos,& uidi:& ecce aries unus stabat ante paludem,habens cornua excelsa,& unum excelsius altero atq; succrescens. Postea uidi arietem cornibus uentilantem contra Occidentem & contra Aquilonem & contra meridiem:& omnes bestiæ non poterant resistere ei,neq; liberari de manu eius:fecitq; secundum uoluntatem suam,& magnificatus est. Et ego intelligebam:ecce autem hircus caprarum ueniebat ab Occidente super faciem totius terræ,& non tangebat terram:porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et uenit usque ad arietem illum cornutum,quem uideram stantem ante portam,& cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumq; appropinquasset prope arietem,efferatus est in eum, & percussit arietem:& comminuit duo cornua eius,& non poterat aries resistere ei:cumq; eum misisset in terram,conculcauit,& nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis:cumq; creuisset,fractum est cornu magnũ,& orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor uentos cœli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum:& factum est grande contra meridiem,& contra orientem,& contra fortitudinem. Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli:& deiecit de fortitudine & de stellis,& conculcauit eas. Et usq; ad principem fortitudinis magnificatum est:& ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata:& prosternetur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui unum de sanctis loquentem:& dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti: Vsquequo uisio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est:& sanctuarium,& fortitudo conculcabitur? Et dixit ei: Vsque ad uesperam & mane,dies duo millia trecenti:& mundabitur sanctuarium. Factum est autem cum uiderem ego Daniel uisionem,&

E nem,& quærerem intelligentiam:ecce,stetit in conspectu meo quasi species uiri.Et audiui uocem uiri inter Vlai:& clamauit,& ait:Gabriel,fac intelligere istam uisionem.Et uenit,& stetit iuxta ubi ego stabam:cumq; uenisset,pauens corrui in faciem meam,& ait ad me:Intellige fili hominis,quoniã in tempore finis complebitur uisio.Cumq; loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram:& tetigit me,& statuit me in gradu meo,dixitq; mihi:Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis:quoniam habet tempus finem F suum. Aries quem uidisti habere cornua,rex Medorum est atq; Persarum.Porrò hircus caprarum:rex Græcorum est.& cornu grande quod erat inter oculos eius:ipse est rex primus.Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo:quatuor reges de gente eius consurgent,sed non in fortitudine eius.Et post regnum eorum cum creuerint iniquitates,consurget rex impudens facie,& intelligens propositiones.& roborabitur fortitudo eius,sed non in uiribus suis:& supra quàm credi potest,uniuersa uastabit,& prosperabitur,& fa-G ciet.Et interficiet robustos,& populum sanctorum secundum uoluntatem suam,& dirigetur dolus in manu eius:& cor suum magnificabit,& in copia rerum omnium occidet plurimos:& contra principem principum consurget,& sine manu conteretur.Et uisio uespere & mane,quæ dicta est,uera est:tu ergo uisionem signa,quia post multos dies erit.Et ego Daniel langui,& ægrotaui per dies:cumq; surrexissem,faciebam opera regis,& stupebam ad uisionem,& non erat qui interpretaretur.

CAP. IX

A IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum,qui imperauit super regnum Chaldæorum:Anno uno regni eius,ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam,ut complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni.Et posui faciem meam ad dominũ deum meum,rogare & deprecari in ieiunijs,sacco & cinere.Et oraui dominum deum meum,& confessus sum,& dixi: Obsecro domine deus magne & terribilis,custodiens pactum & misericordiã diligentibus te & custodientibus mandata tua.Peccauimus,iniquitatẽ fecimus,impiè egimus,& recessimus:& declinauimus à mãdatis tuis ac iudicijs.Non obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris,principibus nostris,patribus nostris,omniq; po-B pulo terræ.Tibi domine iustitia:nobis autem confusio faciei,sicut est hodie uiro Iuda,& habitatoribus Ierusalem & omni Israel,his qui prope sunt,& his qui procul in uniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum,in quibus peccauerunt in te domine.Nobis confusio faciei,regibus nostris,principibus nostris,& patribus nostris qui peccauerunt:tibi aũt domino deo nostro misericordia & propitiatio,quia recessimus à te,& non audiuimus uocem domini dei nostri,ut ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas.Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam,& declinauerũt ne audirẽt uocem tuam:& stillauit super nos maledictio & detestatio quæ scripta est in libro Moysi serui dei, quia peccauimus ei.Et statuit sermones suos quos locutus est super nos & super principes C nostros qui iudicauerũt nos,ut superinduceret in nos magnum malum quale nunquã fuit sub omni cœlo,secũdum quod factum est in Ierusalem.Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc uenit super nos:& non rogauimus faciẽ tuam dñe deus noster,ut reuerteremur ab iniquitatibus nostris,& cogitaremus ueritatem tuam.Et uigilauit dñs super malitiã,& adduxit eam super nos:iustus dñs deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit, non enim audiuimus uocem eius.Et nunc dñe deus noster,qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti,& fecisti tibi nomen secundũ diem hãc,peccauimus,iniquitatẽ fecimus.Dñe in omnẽ iustitiã tuam auertatur obsecro ira tua & furor tuus à ciuitate tua Ierusalẽ & à mõte sancto tuo.Propter peccata enim nostra & iniquitates patrũ nostrorũ,Ie-D rusalẽ & populus tuus in opprobriũ sunt omnibus per circuitũ nostrũ.Nunc ergo exaudi deus noster orationẽ serui tui,& preces eius:& ostẽde faciẽ tuã super sanctuariũ tuũ quod desertũ est propter temetipsum.Inclina deus meus aurem tuã & audi:aperi oculos tuos,& uide desolationẽ nostrã & ciuitatẽ super quam inuocatũ est nomen tuũ.neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuã,sed in miserationibus tuis multis.

Prophetia de septuaginta annis, quibus actis liberãdus esset populus Israel

Iere.25 & 29

Deut.27 et 28

Exo.15 c

Exaudi

Exaudi domine, placare domine: attende & fac, ne moreris propter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. Cumq; adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, ut pro- E sternerem preces meas in conspectu dei mei, pro monte sancto dei mei: adhuc me loquente in oratione mea, ecce uir Gabriel quem uideram in uisione à principio, citò uolans tetigit me in tempore sacrificij uespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitq;: Daniel, nunc egressus sum ut docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem ueni ut indicarem tibi, quia uir desideriorũ es: tu ergo animaduerte sermonem, & intellige uisionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & F super urbem sanctam tuam, ut consumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia: & ungatur sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Ierusalem, usq; ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. G Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo: & finis eius uastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis: & usq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.

CAP. X

Apparet Danieli uir lineis uestibus indutus

ANno tertio Cyri regis Persarum, uerbum reuelatum est Danieli cognomento Bal- A tassar, & uerbum uerum & fortitudo magna: intellexitq; sermonem, intelligentia enim est opus in uisione. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & uinum non introierunt in os meum, sed neq; unguento unctus sum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem uicesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnum qui est Tigris. Et leuaui oculos meos, & uidi: & ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius uelut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius: & quæ deorsum sunt, usque ad pedes, quasi species æris candentis: & uox sermonum eius ut uox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus uisionem: porrò B uiri qui erant mecum non uiderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus uidi uisionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam uirium. Et audiui uocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & uultus meus hærebat terræ. Et ecce, manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Daniel uir desideriorum, intellige uerba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumq; dixisset mihi sermonem istum, steti tremens. Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt C uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarũ restitit mihi uiginti & uno diebus: & ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem ut docerem te quæ uentura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc uisio in dies. Cumq; loqueretur mihi huiuscemodi uerbis, deieci uultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me: Domine mi, in uisione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo? nihil enim in me remansit uirium, sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi uisio D hominis, & confortauit me, & dixit: Noli timere uir desideriorum, pax tibi: confortare, & esto robustus. Cumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: Nunquid scis quare uenerim ad te? & nunc reuertar, ut prælier aduersum

Supra 9 c

ſum principem Perſarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum ueniens. Verumtamen annuntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura ueritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps ueſter.

CAP. XI

A EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam ut confortaretur & roboraretur. Et nunc ueritatem annuntiabo tibi. Ecce, adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes: & cum inualuerit diuitijs ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ. Surget uerò rex fortis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor uentos cœli: ſed non in poſteros eius, neq; ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. Et confortabitur rex Auſtri, & de principibus eius: præualebit ſuper eum, & dominabitur ditione. multa enim dominatio eius. Et poſt finem annorum fœderabuntur: filiaq; regis Auſtri ueniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius, & qui confortabant eam in temporibus. B Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & ueniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & deos eorum, & ſculptilia, uaſa quoq; pretioſa auri & argenti, captiua ducet in Ægyptum: ipſe præualebit aduerſus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Auſtri, & reuertetur ad terram ſuam. Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & ueniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & congredietur cum robore eius. Et prouocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit aduerſus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinem & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia: ſed non præualebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius: & in fine temporum annorumq; ueniet properans cum exercitu magno & opibus nimijs. Et in temporibus illis C multi conſurgent aduerſus regem Auſtri: filij quoq; præuaricatorum populi tui extollentur ut impleant uiſionem, & corruent. Et ueniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet urbes munitiſsimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtẽdum, & non erit fortitudo. Et faciet ueniens ſuper eum iuxta placitum ſuum, & non erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. Et ponet faciem ſuam ut ueniat ad tenendum uniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, ut euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit. Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ, & impinget & corruet, & non inuenietur. Et ſtabit in loco eius uiliſsimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio. Et ſtabit in loco eius D deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & ueniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: inſuper & dux fœderis. Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum: & aſcendet, & ſuperabit in modico populo. Et abundantes & uberes urbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum diſsipabit, & contra firmiſsima cogitationes inibit: & hoc, uſque ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſum regem Auſtri in exercitu magno: & rex Auſtri prouocabitur ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia. Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusq; eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorum quoq; regum cor erit ut malefaciant, & ad menſam unam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram ſuam cum E opibus multis: & cor eius aduerſum teſtamentum ſanctum, & faciet, & reuertetur in terram ſuam. Statuto tempore reuertetur, & ueniet ad Auſtrum: & non erit priori ſimile nouiſsimum. Et uenient ſuper eum trieres & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indigna-

Oſtenduntur Danieli quædã futura per uiſiones

1 Mach. 1 b

bitur contra testamentum sanctuarij,& faciet:reuerteturꝯ,& cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarij.Et brachia ex eo stabunt,& polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium:& dabunt abominationem in desolationem. Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter,populus autem sciens deum suum,obtine F bit & faciet.Et docti in populo docebunt plurimos:& ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina dierum.Cumꝯ corruerint,subleuabuntur auxilio paruulo:& applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent,ut conflentur:& eligantur & dealbentur usꝯ ad tempus præfinitum:quia adhuc aliud tempus erit.Et faciet iuxta uoluntatem suam rex,& eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem deum:& aduersus deum deorum loquetur magnifica,& dirigetur,donec compleatur iracundia.perpetrata quippe est definitio. Et deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentijs fœminarum, nec quenquam deorum curabit: quia aduersum uniuersa consurget. Deum autem Maozim in loco suo uenerabitur:& deum quem ignorauerunt patres eius colet auro & argento,& lapide pretioso,rebusꝯ pretiosis. Et faciet ut muniat Maozim cum deo alieno quem cognouit,& multiplicabit gloriam:& dabit eis potestatem in multis,& terram diui G det gratuito.Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri:& quasi tempestas ueniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna:& ingredietur terras,& conteret,& pertransiet.Et introibit in terram gloriosam,& multi corruent:hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom,& Moab,& principium filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri,& argenti,& in omnibus pretiosis Ægypti: per Libyam quoꝯ & Æthiopiam transibit.Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone:& ueniet in multitudine magna,ut conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria,super montem inclytum & sanctum:& ueniet usꝯ ad summitatem eius,& nemo auxiliabitur ei.

CAPVT XII

Idē cum præcedente *Mat.24 c*

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus,qui stat pro filijs populi A tui:& ueniet tempus quale non fuit ab eo,ex quo gentes esse cœperunt usꝯ ad tempus illud.Et in tempore illo saluabitur populus tuus,omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere,euigilabunt: alij in uitam æternam, alij in opprobrium,ut uideant semper.Qui autem docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti:& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates.Tu autem B Daniel,claude sermones,& signa librum usꝯ ad tempus statutum:plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.Et uidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: unus hinc super ripam fluminis,& alius inde ex altera ripa fluminis.Et dixit uiro qui erat indutus lineis, *Apoc.10 a* qui stabat super aquas fluminis:Vsquequo finis horum mirabilium? Et audiui uirum qui indutus erat lineis,qui stabat super aquas fluminis,cum eleuasset dexteram & sinistram C suam in cœlum,& iurasset per uiuentem in æternum,quia in tempus & tempora,& dimidium temporis.Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti,complebuntur uniuersa hæc. Et ego audiui,& non intellexi. Et dixi:Domine mi,quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel:quia clausi sunt,signatiꝯ sermones usꝯ ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi:& impiè agent impij, neꝯ intelligent D omnes impij,porrò docti intelligent.Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium,& posita fuerit abominatio in desolationem:dies mille,ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit usꝯ ad dies mille trecentos trigintaquinꝯ.Tu autem Daniel,uade ad præfinitum:& requiesces,& stabis in sorte tua,in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo uolumine legimus. Quæ sequuntur usque ad finem libri,de Theodotionis æditione translata sunt.

CAP. XIII

Susannæ historia

ET erat uir habitans in Babylone,& nomen eius Ioacim:& accepit uxorem nomine A Susannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioacim diues

diues ualde,& erat ei pomarium uicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Iudæi,eo quòd esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno,de quibus locutus est dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioacim,& ueniebant ad eum omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem,ingrediebatur Susanna,& deambulabat in pomario uiri sui. Et uidebant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem:& exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum:& declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum,neq; recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo uulnerati amore eius,nec indicauerunt sibi uicissim dolorem suum:erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam,uolentes concumbere cum ea,& obseruabant quotidie solicitius uidere eam. Dixitq; alter ad alterum: Eamus domum,quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Cumq; reuertissent,uenerunt in unum:& sciscitantes ab inuicem causam,confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem, cum obseruarent diem aptum,ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius,cum duabus solis puellis,uoluitq; lauari in pomario. æstus quippe erat: & non erat ibi quispiam, præter duos senes absconditos,& contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata,& ostia pomarij claudite,ut lauer. Et fecerunt sicut præceperat: clauseruntq; ostia pomarij,& egressæ sunt per posticum, ut afferrent quæ iusserat. nesciebatq; senes intus esse absconditos. Cum autem egressæ essent puellæ,surrexerunt duo senes,& accurrerunt ad eam,& dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt,& nemo nos uidet,& nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis,& commiscere nobiscum. quòd si nolueris,dicemus contra te testimonium,quòd fuerit tecum iuuenis,& ob hanc causam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna,& ait: Angustiæ sunt mihi undique. si enim hoc egero,mors mihi est: si autem non egero,non effugiam manus uestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus uestras,quàm peccare in conspectu domini. Et exclamauit uoce magna Susanna: exclamauerunt autem senes aduersus eam. Et cucurrit unus ad ostia pomarij,& aperuit. Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario,irruerunt per posticum,ut uiderent quidnam esset. Postquàm autem senes locuti sunt,erubuerunt serui uehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumq; uenisset populus ad Ioacim uirum eius, uenerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam,ut interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helciæ uxorem Ioacim. Et statim miserunt. Et uenit cum parentibus,& filijs,& uniuersis cognatis suis. Porrò Susanna erat delicata nimis,& pulchra specie. At iniqui illi iusserunt ut discooperiretur (erat enim cooperta) ut uel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui,& omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi,posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlum. erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli,ingressa est hæc cum duabus puellis:& clausit ostia pomarij,& dimisit à se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui erat absconditus,& concubuit cum ea. Porrò nos cum essemus in angulo pomarij,uidentes iniquitatem cucurrimus ad eos,& uidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere,quia fortior nobis erat,& aperto ostio exiliuit: hanc autem cum apprehendissemus,interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi,& condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem uoce magna Susanna,& dixit: Deus æterne,qui absconditorum es cognitor,qui nosti omnia antequàm fiant,tu scis quoniam falsum testimonium tulerũt contra me:& ecce morior,cum nihil horum fecerim quæ isti malitiosè composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus uocem eius. Cumq; duceretur ad mortem,suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris,cuius nomen Daniel:& exclamauit uoce ma

gna: Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neq; quod uerum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, & dijudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, uocauit unum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc uenerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente domino: Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si uidisti eam, dic sub qua arbore uideris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino. Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum. ecce enim angelus dei accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo iussit uenire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur uobis: sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum. manet enim angelus domini, gladium habens, ut secet te medium, & interficiat uos. Exclamauit itaq; omnis cœtus uoce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntq; eis sicut malè egerant aduersus proximam, ut facerent secundum legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helcias autem, & uxor eius, laudauerunt deum pro filia sua Susanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

F

Exo. 23 a

G

Deut. 19 d

Belis idoli historia

CAPVT XIIII

A

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoq; idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, uiniq; amphoræ sex. Rex quoq; colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat deum suum. Dixitq; ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed uiuentem deum qui creauit cœlum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum: Nónne uidetur tibi esse Bel, uiuẽs deus? An non uides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Ne erres, rex. Iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neq; comedit aliquando. Et iratus rex uocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi quis est iste qui comedat impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta uerbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus & paruulis & filijs. Et uenit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce, nos egrediemur foras: & tu rex pone escas, & uinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, uel Daniel qui mẽtitus est aduersum nos. Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postquàm egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Saluá ne sunt signacula Daniel? Qui respondit: Salua rex. Statimq; cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit uoce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intrò, &

B

C

D

dixit

dixit:Ecce pauimentum,animaduerte cuius uestigia sunt hæc.Et dixit rex:Video uestigia uirorum & mulierum & infantium.Et iratus est rex.Tunc apprehendit rex sacerdotes,& uxores,& filios eorum:& ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. Occidit ergo illos rex,& tradidit Bel in potestatem Danielis:qui subuertit eum,& templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij.Et dixit rex Danieli:Ecce,nunc non potes dicere quia iste non sit deus uiuens.adora ergo eum. Dixitq; Daniel regi:Dominum deum meum adoro: quia ipse est deus uiuens:iste autem non est deus uiuens.Tu autem rex da mihi potestatem,& interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex:Do tibi.Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos,& coxit pariter:fecitq; massas,& dedit in os draconis: & diruptus est draco. Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent Babylonij,indignati sunt uehementer:& congregati aduersum regem,dixerunt:Iudæus factus est rex.Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum uenissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eum uehementer:& necessitate compulsus,tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum,& erat ibi diebus sex. Porrò in lacu erant leones septem,& dabantur eis duo corpora quotidie,& duæ oues:& tunc non data sunt eis,ut deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta,in Iudæa,& ipse coxerat pulmentum,& intriuerat panes in alueolo:& ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitq; angelus domini ad Habacuc:Fer prandium quod habes,in Babylonem,Danieli qui est in lacu leonum.Et dixit Habacuc:Domine,Babylonem non uidi,& lacum nescio.Et apprehendit eum angelus domini in uertice eius,& portauit eum capillo capitis sui,posuitq; eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui.Et clamauit Habacuc,dicens:Daniel,serue dei,tolle prandium quod misit tibi deus.Et ait Daniel:Recordatus es mei deus,& non dereliquisti diligentes te. Surgensq; Daniel comedit. Porrò angelus domini restituit Habacuc confestim in loco suo.Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielem:& uenit ad lacum,& introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit uoce magna rex,dicens:Magnus es domine deus Danielis.Et extraxit eum de lacu leonum.Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant,intromisit in lacum,& deuorati sunt in momento coram eo.

Margin: E (line 6), F (line 14), G (line 21); Ezech. 8 b (beside line 19)

PROPHETIAE
DANIELIS
FINIS

PROLOGVS D. HIERONYMI
AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN DVODECIM PROPHETAS

NON est idem ordo duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principijs, in fine obscurior, & usque ad Malachiam habent singuli proprietates suas, quem Ezram scribam legisque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum uos o Paula & Eustochium admonitas uolo, unum librum esse duodecim prophetarum, & Osee synchronon Isaiæ, Malachiam uero Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

ALIVS PROLOGVS

REgulæ sunt hæ, sub quibus significationibus nominum, ad quas tribus per prophetas sermo domini dirigatur. Quotienscunque ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designantur, id est Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrael, Bethel, Bethauen, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur, id est Iuda, Ierusalem, Beniamin, domus Dauid, & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebræos sententia de his quatuor uersibus qui in capite sunt prænotati. Plerique enim dicunt quòd ab Ezra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatum, ut præscripto uniuscuiusque nomine, prophetia cuius sit sequens noscatur. Ipse est autem Ezras qui ultimus prophetarum Malachiæ nomine scribitur. Alij uerò dicunt quòd ab ipsis prophetis per spiritum sanctum, ut cætera, sint conscripta.

IN LIBRVM OSEE ARGVMENTVM

TEMPORIBVS Oziæ & Ioathæ, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filij Ioas regis, Osee filius Beeri ad prophetiam dicendam spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel dominum derelinquentes, ut historiæ Regum & Paralipomenon indicant, etiam Israel idololatriæ crimen imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter quod deus ad Osee hæc locutus est, dicens: Accipe tibi uxorem fornicariam siue fornicationum, & fac filios fornicationis. Fornicariam itaque non electione corporis meretricem, sed gentilem deum ignorantem appellat, quæ dei creatoris sui amore contempto, simulacrorum se subiecit desiderijs. Sed cum dei præcepto propheta in hac re paruisset, conceptum ex ea filium Iezrael præcepit nominare, deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrael in domo Iehu uindicare. Cuius promissionis hæc causa est. Iehu per Elisæum in regem inunctio, ad defendendum sanguinem Naboth ciuis Iezrael, quæ tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Israel uxor interemerat, sicut Regum historia exponit. Is cum grauiter iuxta diuinum præceptum uindicandi sanguinis causa, in omnem memorati domum desæuisset, hoc per acto dominum dereliquisse inuenitur, cuius pronepote Ieroboam qui lectione comprehensus est, originis suæ facta imitante, & contra dei præcepta & religionem cum populo Israel agente, sanguis Naboth, qui in loco certo Iezrael fuerat profusus, in domo Iehu procuratoris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus significatur. Hinc factum est ut ira dei uel populo Israel, per denuntiationem prophetæ processura deberetur, domui autem Iudæ misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est. Quia Ezechias rex Iuda filius Achaz, sublatis idolis, quæ tam pater eius quàm cæteri reges consecrauerunt, templum dei purgasse & purificasse monstratur.

PROPHETIA OSEE

A VERBVM DOMINI quod factum est ad Osee filium Beeri, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Principium loquendi domini in Osee. Et dixit dominus ad Osee: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à domino. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit B ei filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius, Iezrahel: quoniam adhuc modicum, & uisitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et in die illa conteram arcum Israel in ualle Iezrahel. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius, Absque misericordia: quia C non addam ultrà misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat absque misericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit: Voca nomen eius, Non populus meus: quia uos non populus meus, & ego non ero uester. Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris D quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit: in loco ubi dicetur eis, Non populus meus uos: dicetur eis, Filij dei uiuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput unum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

Dominus indicat prophetæ Iudæos fore repudiandos, & gentes connubio sibi iungendas

Gen. 49 b
4 Reg. 19 g

CAPVT II

A DIcite fratribus uestris, Populus meus: & sorori uestræ, Misericordiam consecuta. Iudicate matrem uestram, iudicate: quoniam ipsa non uxor mea, & ego non uir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uberum suorum: ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam siti. Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum & potum B meum. Propter hoc ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam maceria: & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet: Vadam, & reuertar ad uirum meum priorem: quia benè mihi erat tunc, magis quàm nunc. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum & uinum & oleum, & argentum multiplicaui ei & aurum quę fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo & uinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & uir non eruet eam de manu mea, & cessare faciam omne gaudium eius, C solennitatem eius, neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa tempora eius. Et corrumpam uineam eius & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederũt mihi amatores mei. Et ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. Et uisitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incẽsum, & ornabatur inaure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eã & ducam eam in solitudinẽ: & loquar ad cor eius. Et dabo ei uinitores eius ex eodem loco, & uallem Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. Et erit in die illa, ait dominus: uocabit me, Vir meus: & D non uocabit me ultrà Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur

Etiam hic aperit Iudæis, eos nisi resipuerit reijciendos, et gẽtes deo confœderandas

Ezech. 16 b

ultrà nominis eorum. Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum uolucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Et ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego dominus. Et erit in die illa, exaudiam dicit dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum & uinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel. Et ſeminabo eam mihi in terram, & miſerebor eius quæ fuit abſque miſericordia. Et dicam, Non populo meo, Populus meus es tu: & ipſe dicet, Deus meus es tu.

CAPVT III

Arguit populum quòd relinquat dominum qui adeo diligat eos

ET dixit dominus ad me: Adhuc uade, & dilige mulierem dilectam amico & adulteram: ſicut diligit dominus filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt uinacia uuarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris uiro: ſed & ego expectabo te. quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum deum ſuum, & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouiſsimo dierum.

CAP. IIII

Dominus queritur de ſceleribus & idololatria Iſrael, & minatur ultionem peccatorum

AVdite uerbum domini filij Iſrael, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ: non eſt enim ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in uolucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur. Verumtamen unuſquiſque non iudicet, & non arguatur uir: populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & uiſitabo ſuper eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt: quoniam dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & uinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à deo ſuo. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama: ſubtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat umbra eius: ideò fornicabuntur filiæ ueſtræ, & ſponſæ ueſtræ adulteræ erunt. Non uiſitabo ſuper filias ueſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas ueſtras cum adulterauerint: quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethauen: neque iurauer itis: Viuit dominus. Quoniam ſicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos dominus, quaſi agnum in latitudine. Princeps idolorum Ephraim, dimitte eum. Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt offerre ignominiam protectores eius. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificijs ſuis.

Malac. 1 a — *Mich. 6 c*

CAP. V

Increpat ſacerdotes & principes, quorum culpa populus erat corruptus

AVdite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate: quia uobis iudicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Thabor. Et uictimas declinaſtis in profundum: & ego eruditor omnium eorum. Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael. Non dabunt cogitationes ſuas, ut reuertantur ad deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & dominum non cognouerunt. Et reſpondebit arro

bit arrogantia Israel in facie eius:& Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua,ruet etiam Iu/das cum eis.In gregibus suis & in armentis suis uadent ad quærendum dominum,& non inuenient:ablatus est ab eis. In dominum præuaricati sunt,quia filios alienos genuerunt:
C nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. Clangite buccina in Gabaa,tuba in Rama: ululate in Bethauen,post tergum tuum Beniamin.Ephraim in desolatione erit in die cor/reptionis,in tribubus Israel ostendi fidem.Facti sunt principes Iuda quasi assumentes ter/minum:super eos effundam quasi aquam iram meam.Calumniam patiens est Ephraim, fractus iudicio:quoniam cœpit abire post sordes.Et ego quasi tinea Ephraim:& quasi pu
D tredo domui Iuda.Et uidit Ephraim languorem suum,& Iudas uinculum suum:& abijt Ephraim ad Assur,& misit ad regem ultorem:& ipse non poterit sanare uos,nec soluere poterit à uobis uinculum.Quia ego quasi leæna Ephraim,& quasi catulus leonis domui Iuda:ego,ego capiam & uadam:tollam,& non est qui eruat. Vadens reuertar ad locum meum:donec deficiatis,& quæratis faciem meam.

CAP. VI

Exprobrãdo eis sua beneficia conatur reducere eos ad pœnitentiam

A IN tribulatione sua mane consurgent ad me:Venite,& reuertamur ad dominum:quia ipse cepit,& sanabit nos:percutiet,& curabit nos. Viuificabit nos post duos dies:in die tertia suscitabit nos,& uiuemus in conspectu eius.Sciemus,sequemurq́;,ut cognoscamus
B dominum:quasi diluculum præparatus est egressus eius,& ueniet quasi imber nobis tem/poraneus & serotinus terræ.Quid faciam tibi Ephraim?quid faciam tibi Iuda?misericor/dia uestra quasi nubes matutina,& quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in
C prophetis, occidi eos in uerbis oris mei:& iudicia tua quasi lux egredientur.Quia miseri/cordiam uolui,& non sacrificium:& scientiam dei plus quàm holocausta.Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum,ibi præuaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium ido
D lum,supplantata sanguine. Et quasi fauces uirorum latronum, particeps sacerdotum, in uia interficientium pergentes de Sichem:quia scelus operati sunt.In domo Israel uidi hor/rendum:ibi fornicationes Ephraim,contaminatus est Israel.Sed & Iuda pone messem ti/bi,cum conuertero captiuitatem populi mei.

CAP. VII

Queritur populũ adeo exulceratum, ut ei mederi nequeat

A CVm sanare uellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians,latrunculus foris.Et ne fortè dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum:nunc circundederunt eos adinuentiones suæ,coram facie mea factæ sunt.In malitia sua lætificauerunt regem:& in mendacijs suis principes.Omnes adulterantes,quasi clibanus succensus à coquente:quie/uit paululum ciuitas à commistione fermenti,donec fermentaretur totum. Die regis no/
B stri cœperunt principes furere à uino:extendit manum suam cum illusoribus.Quia appli/cauerunt quasi clibanum,cor suum,cum insidiaretur eis:tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ.Omnes calefacti sunt quasi clibanus,& deuora/uerunt iudices suos:omnes reges eorum ceciderunt,non est qui clamet in eis ad me.Ephra im in populis ipse commiscebatur:Ephraim factus est subcineritius panis,qui non reuer/satur.Comederunt alieni robur eius,& ipse nesciuit:sed & cani effusi sunt in eo,& ipse igno
C rauit. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius:nec reuersi sunt ad dominum deum su/um,& non quæsierunt eum in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi columba sedu/cta,non habens cor:Ægyptum inuocabant,ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fue/rint,expandam super eos rete meum:quasi uolucrem cœli detraham eos,cædam eos se/cundum auditionem cœtus eorum. Væ eis,quoniam recesserunt à me:uastabuntur,quia præuaricati sunt in me:& ego redemi eos,& ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non
D clamauerunt ad me in corde suo,sed ululabant in cubilibus suis:super triticum & uinum ruminabant,recesserunt à me.Et ego erudiui eos,& confortaui brachia eorum:& in me co gitauerunt malitiam.Reuersi sunt,ut essent absq́; iugo:facti sunt quasi arcus dolosus: ca/dent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ, ista subsannatio eorum in terra Ægypti.

Isa.14

CAPVT VIII

Declarat suã missionẽ propheta & obiurgat Israel quòd ore dominũ inuocẽt, corde uerò seruiant idolis

IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini: pro eo quòd transgressi A sunt fœdus meum,& legem meam præuaricati sunt. Me inuocabunt:Deus meus cognouimus te,Israel. Proiecit Israel bonum,inimicus persequetur eum.Ipsi regnauerunt,& non ex me:principes extiterunt,& non cognoui:aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idola,ut interirent:proiectus est uitulus tuus Samaria,iratus est furor meus in eos,us B quequo non poterunt emundari? Quia ex Israel & ipse est:artifex fecit illum,& non est deus:quoniam in aranearum telas erit uitulus Samariæ.Quia uentum seminabunt,& turbinem metent:culmus stans non est in eo,germen non faciet farinam: quòd & si fecerit, alieni comedent eam.Deuoratus est Israel:nunc factus est in nationibus quasi uas immun C dum. Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi:Ephraim munera dederunt amatoribus suis. Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum:factæ sunt ei aræ in delictum. Scribam ei multiplices leges meas, quæ uelut alienæ computatæ sunt. Hostias offerent, immolabunt carnes,& comedent,& dominus D non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & uisitabit peccata eorum, ipsi in Ægyptum conuertentur. Et oblitus est Israel factoris sui:& ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit urbes munitas,& mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAPVT IX

Enumeratis sceleribus ipsorum indicat quæ mala instent

NOli lætari Israel,noli exultare sicut populi:quia fornicatus es à deo tuo,dilexisti mer A cedem super omnes areas tritici. Area & torcular non pascet eos:& uinum mentietur eis. Non habitabunt in terra domini: reuersus est Ephraim in Ægyptum,& in Assyrijs pollutum comedit.Non libabunt domino uinum,& non placebunt ei:sacrificia eorum quasi panis lugentium. omnes qui comedent eum,contaminabuntur:quia panis eorum, animæ ipsorum,non intrabit in domum domini.Quid facietis in die solenni,in die festiuitatis domini? Ecce enim profecti sunt à uastitate:Ægyptus congregabit eos,Memphis se B peliet eos:desiderabile argentum eorum urtica hæreditabit,lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies uisitationis,uenerunt dies retributionis:scitote Israel stultum prophetam, insanum uirum spiritualem,propter multitudinem iniquitatis tuæ,& multitudinem amentiæ. Speculator Ephraim cum deo meo:propheta laqueus ruinæ factus est super omnes uias eius,insania in domo dei eius. Profunde peccauerunt,sicut in diebus Gabaa:recordabitur iniquitatis eorum, & uisitabit peccata eorum. Quasi uuas in deserto inueni Israel: C quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorum:ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu,& ab utero, & à conceptu.Quòd si & enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & uæ eis, cum recessero ab eis. Ephraim (ut uidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis domine.Quid dabis eis? Da eis uul D uam sine liberis, & ubera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal,quia ibi exosos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos:non addam ut diligam eos,omnes principes eorum recedentes. Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam facient. Quòd & si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum. Abijciet eos deus meus, quia non audierunt eum: & erunt uagi in nationibus.

1 Reg.8 & 10

CAPVT X

Obijcit eis ingratitudinem & idololatriã

VItis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei:secundum multitudinem fructus sui A multiplicauit altaria,iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris.Diuisum est cor eorum,nunc interibunt:ipse confringet simulachra eorum,depopulabitur aras eorum. Quia nunc dicent: Non est rex nobis:non enim timemus dominum: & rex quid faciet nobis? Loquimini uerba uisionis inutilis,& ferietis fœdus:& germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ:quia luxit B super eum populus eius,& æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius,quia migrauit ab

uit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi ultori confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in uoluntate sua. Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel: lappa & tribulus ascendet super aras eorum: & dicent montibus, Operite nos. & collibus, Cadite super nos.

C Ex diebus Gabaa peccauit Israel, ibi steterunt: non comprehendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis. Iuxta desiderium meum corripiam eos: congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. Ephraim uitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius: ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Seminate uobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ,

D innouate uobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cum uenerit qui docebit uos iustitiam. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: quia confisus es in uijs tuis, in multitudine fortium tuorum. Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ uastabuntur, sicut uastatus est Salmana à domo eius qui uindicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa. Sic fecit uobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum uestrarum.

Isa.2 d

CAPVT XI

A SIcut mane, transiit, pertransiit rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eum: & ex Ægypto uocaui filium meum. Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quòd curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charita-

B tis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum ut uesceretur. Non reuertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem interponetur eis simul, quod

C non auferetur. Quo modo dabo te Ephraim, protegam te Israel, quo modo dabo te sicut Adama, ponam te ut Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo meo. Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar ut disperdam Ephraim: quoniam deus ego, & non homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Post

D dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. Circundedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem testis descendit cum deo, & cum sanctis fidelis.

Rursum tentat eos commemoratione beneficiorum reducere

Gen.19 e

CAPVT XII

A EPhraim pascit uentum, & sequitur æstum: tota die mendacium & uastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyrijs inijt, & oleum in Ægyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum Iuda, & uisitatio super Iacob: iuxta uias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In utero supplantauit fratrem suum: & in fortitudine sua directus est cum angelo.

B Et inualuit ad angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. Et dominus deus exercituum, dominus memoriale eius. Et tu ad deum tuum conuerteris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in deo tuo semper. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim: Verumta-

C men diues effectus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Et ego dominus deus tuus ex terra Ægypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sum super prophetas, & ego uisionem multiplicaui, & in manu prophetarum assimilatus sum. Si Galaad idolum, ergo

D frustra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in uxorem, & in uxorem seruauit. In propheta autem eduxit dominus Israel de Ægypto: & in propheta seruatus est. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum ueniet, & opprobrium eius restituet ei dominus suus.

Idē cum præcedenti

Gene.28 a

Caput

CAPVT XIII

Abominationes Israelis ostendit, & exitium minatur

LOquente Ephraim, horror inuasit Israel:& deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc A addiderunt ad peccandum:feceruntq́ sibi conflatile de argento suo,quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est. his ipsi dicunt: Immolate homines uitulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus tuus ex terra Ægypti:& deum absque me nescies,& saluator non est præter me. Ego cognoui B te in deserto,in terra solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt,& saturati sunt:& eleuauerunt cor suum,& obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna,sicut pardus in uia Assyriorum.Occurram eis quasi ursa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum:& consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. Perditio tua Israel:tantummodo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus urbibus tuis:& iudi- C ces tui,de quibus dixisti,Da mihi regem & principes. Dabo tibi regem in furore meo,& auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis uenient ei:ipse filius non sapiens.nunc enim non stabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos:ero mors tua,ò mors:morsus tuus ero,inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis. Quia ipse inter D fratres diuidet:adducet urentem uentum dominus,de deserto ascendentem,& siccabit uenas eius,& desolabit fontem eius,& ipse diripiet thesaurum omnis uasis desiderabilis.

1 Cor.15 g

CAPVT XIIII

Hortatur ut conuertantur & dominũ affirmat miserturum

PEreat Samaria,quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum:in gladio pereant, A paruuli eorum elidantur,& fœtæ eius discindantur.Conuertere Israel ad dominum deum tuum:quoniam corruisti in iniquitate tua.Tollite uobiscum uerba,& conuertimini ad dominum:dicite ei,Omnem aufer iniquitatem,& accipe bonum:& reddemus uitulos B labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos,super equos non ascendemus:nec dicemus ultrà, Dĳ nostri opera manuum nostrarum:quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum,& diligam eos spontaneè:quia auersus est furor meus ab eis. C Ero quasi ros Israeli,germinabit sicut lilium:& erumpet radix eius ut Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius:& odor eius ut Libani. Conuertentur sedentes in umbra eius:uiuent tritico, & germinabunt quasi uinea:memoriale eius sicut uinum Libani. D Ephraim quid mihi ultrà idola? Ego exaudiam,& dirigam eum ego ut abietem uirentem. Ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens,& intelliget ista: intelligens, & sciet hæc? quia rectæ uiæ domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores uerò corruent in eis.

Ierem.18 a
Ezec.18 & 33

FINIS

PROLOGVS DIVI HIERONYMI
IN IOELEM PROPHETAM

SANCTVS Ioel apud Hebræos post Hosee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim ad decem tribus confertur uaticinium, quæ uel Samaria uel Israel sæpe memorantur: sic in hoc propheta omne quod dicitur, ad tribum Iuda & ad Hierusalem pertinere credendum est, & nullam omnino Israelis, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetauit eadem debemus accipere quæ in Hosee legimus in diebus Oziæ, Ioathã & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel. Porrò factum esse sermonem domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad cõditionem eius qui fieri dicitur, ut alibi legimus: Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis non est iste qui ad aures sonat, sed qui corde percipitur, iuxta illud quod dominus loquitur in Euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quod autem dicitur Hebraice HAAZINV, Græce ἐνωτίσασθε, & Latine sonat auribus percipite, proprie non aure, sed corde percipitur. Qui senes sunt & cælestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra, appellanturque terreni, auribus percipiunt. Vbicunque autem hæc duo uerba iuncta ponuntur, non ad simplicem tantum uerborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad uxores suas Ada & Sella. Audite uerba mea uxores Lamech, auribus percipite sermones meos. Quia uirum occidi in uulnus meum, & iuuenem in liuore meo. Et Isaias: Audite cœli, & auribus percipe terra.

ALIVS PROLOGVS.

IOEL filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine uastante consumptam, & post euersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos dei & ancillas, id est, super centum uiginti credentium hominum, & fuerunt uiri in cœnaculo Sion. Qui centum uiginti ab uno usque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur. Ex tribus igitur generibus rhetorum hæc sumuntur principia, & tres sunt argumentorum partes, ex quibus incipere solet omnis orator. Aut enim dociles, aut beneuolos, aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo propheta recte à magnitudine cladis sumens principium, eosque qui audituri erant, uolens ad pœnitentiam prouocare reddit attentos, admirans futurorum malum, ut considerantes uenturæ cladis asperitatem, ocyus arriperent pœnitentiam. In hoc propheta idcirco nec reges, nec tempora sunt prænotata, quia ijsdem temporibus ac regibus quibus Hosee prophetauerat, & ipse prophetauit. Ioel interpretatur incipiens, aut domini descensus. Phatuel uero, aut latitudo, aut ostium dei. Tropologice hoc est, quod qui ostium dei & sciẽtiam domini habuerit apertam, recte incipit prophetare. Natus est autem de tribu Ruben in agro Bethoron, ubi etiam in pace mortuus est & sepultus.

PROPHETIA
IOEL

A VERBVM DOMINI quod factum est ad Ioel filium Phatuel. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus uestris, aut in diebus patrum uestrorum. Super hoc filijs uestris narrate, & filij uestri filijs suis, & filij eorum generationi alteræ. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij, & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore uestro. B Gens enim ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius ut dentes leonis: & molares eius ut catuli leonis. Posuit uineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange quasi uirgo accincta sacco super uirũ pubertatis suæ. Perijt sacrificiũ & libatio de domo domini:

Vaticinando interitum Israelis hortatur eos ad pœnitentiam

luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatum est triticum, cōfusum est uinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, ululauerunt uinitores super frumento, & hordeo, quia perijt messis agri. Vinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malus, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium à filijs hominū. Accingite uos, & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri dei mei: quoniam interijt de domo dei uestri sacrificium & libatio. Sanctificate ieiunium, uocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum domini dei uestri: & clamate ad dominum, A, a, a, diei: quia prope est dies domini, & quasi uastitas à potente ueniet. Nunquid non coram oculis uestris alimenta perierunt de domo dei nostri, lætitia & exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ: quoniam cōfusum est triticū. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis: sed & greges pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succēdit omnia ligna regionis. Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te: quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

C
D

CAP. II

Quàm immanis subuersio instet, quam tamen possint euadere si conuertantur, docet

Soph. 1 d
Amos. 5 e

CAnite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: Quia ueniet dies domini, quia prope est dies tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbinis: quasi mane expansum super mōtes populus multus & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eum non erit usque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis uorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: neque est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarū super capita montiū exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorātis stipulā, uelut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabūtur populi: omnes uultus redigētur in ollam. Sicut fortes currēt: quasi uiri bellatores ascendent murum: uiri in uijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis. Vnusquisq; fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & non demolientur. Vrbem ingredientur, in muro current: domos conscendent: per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorē suum. Et dominus dedit uocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia uerbum eius. magnus enim dies domini, & terribilis ualde: & quis sustinebit eum? Nunc ergo, dicit dominus, cōuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, & in fletu & in planctu. Et scindite corda uestra, & non uestimenta uestra, & conuertimini ad dominum deum uestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium & libamen domino deo uestro? Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, uocate cœtum, cōgregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes: cōgregate paruulos, & sugentes ubera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter uestibulū & altare plorabunt sacerdotes ministri domini: & dicent, Parce domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes, quare dicunt in populis, Vbi est deus eorum? Zelatus est dominus super terrā suam, & pepercit populo suo. Et respondit dominus, & dixit populo suo, Ecce ego mittam uobis frumentum, & uinum, & oleum, & replebimini eo: & non dabo uos ultrà opprobrium in gentibus. Et eum qui ab Aquilone est, procul faciam à uobis: & expellam eum in terram inuiam & desertam, faciem eius contra mare orientale: & extremum eius usque ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit dominus ut faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinauerūt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & uinea dederunt uirtutem suam. Et filij Sion exultate, & lætamini in domino deo uestro: quia dedit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos imbrem matutinum & serotinum sicut in principio. Et implebuntur

A
B
C
D
E

tur areę frumento,& redundabunt torcularia uino & oleo.Et reddam uobis annos quos co
F medit locusta,bruchus & rubigo & eruca:fortitudo mea magna,quam misi in uos.Et come
detis uescentes, & saturabimini:& laudabitis nomen domini dei uestri qui fecit mirabilia uo
bíscum, & non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis quia in medio Israel
ego sum:& ego dominus deus uester,& non est amplius:& non cõfundetur populus meus
in æternum.Et erit post hęc:effundam spiritum meum super omnem carnem:& propheta-
bunt filij uestri & filiæ uestræ:senes uestri somnia somniabunt,& iuuenes uestri uisiones ui-
G debunt.Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.Et da
bo prodigia in cœlo & in terra,sanguinem & ignem & uaporem fumi.Sol conuertetur in te
nebras,& luna in sanguinẽ:antequam ueniat dies domini magnus & horribilis.Et erit: om-
nis qui inuocauerit nomen domini,saluus erit:quia in monte Sion,& in Ierusalem erit salua
tio,sicut dixit dominus,& in residuis quos dominus uocauerit. CAP. III

De inducendo populo Israel, & hostibus ipsorum puniendis

A QVia ecce in diebus illis & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda & Ierusa-
lem:congregabo omnes gẽtes,& deducam eas in uallem Iosaphat: & disceptabo cum
eis ibi super populo meo,& hæreditate mea Israel, quos dispersserunt in nationibus,& ter-
ram meam diuiserunt.Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in
prostibulo,& puellam uendiderunt pro uino ut biberent. Verum quid uobis & mihi Ty-
rus & Sidon,& omnis terminus Palæstinorum? nunquid ultionem uos redditis mihi? & si
ulciscimini uos contra me,cito uelociter reddam uicissitudinem uobis super caput uestrum.
B Argentum enim meum & aurum tulistis: & desyderabilia mea & pulcherrima intulistis in
delubra uestra.Et filios Iuda, & filios Ierusalem uendidistis filijs Græcorum,ut longe face-
retis eos de finibus suis.Ecce ego suscitabo eos de loco in quo uendidistis eos: & conuertam
retributionem uestram in caput uestrum.Et uendam filios uestros & filias uestras in mani-
bus filiorum Iuda, & uænundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia dominus locutus
est.Clamate hæc in gentibus,sanctificate bellum,suscitate robustos:accedãt,ascendant om-
nes uiri bellatores.Cõcidite aratra uestra in gladios,& ligones uestros in lanceas. Infirmus
dicat,Quia fortis ego sum.Erumpite,& uenite omnes gentes de circuitu, & congregamini:
ibi occumbere faciet dominus robustos tuos.Consurgant & ascendant gentes in uallem Io
C saphat:quia ibi sedebo,ut iudicem omnes gentes in circuitu.Mittite falces: quoniam matu-
rauit messis:uenite & descendite,quia plenum est torcular,exuberant torcularia:quia multi-
plicata est malitia eorum. Populi populi in ualle concisionis: quia iuxta est dies domini in
ualle concisionis. Sol & luna obtenebrati sunt: & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et
dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit uocem suam: & mouebuntur cœli & terra,
& dominus spes populi sui & fortitudo filiorum Israel.Et scietis quia ego dominus deus ue
D ster habitans in Sion in monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta,& alieni non transibũt
per eam amplius.Et erit in die illa:stillabunt montes dulcedinẽ,& colles fluent lacte:& per
omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem
spinarum.Ægyptus in desolationem erit,& Idumæa in desertum perditionis: pro eo quòd
iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in
æternum habitabitur,& Ierusalem in generationem & generationem.Et mundabo sangui
nem eorum,quos non mundaueram:& dominus commorabitur in Sion.

PROLOGVS IN AMOS PROPHETAM

OZIAS rex cum dei religionem sollicite æmularetur, nimio religionis amore prouocatus, contra præceptum legis Moysi arrepto thuribulo, ut historia libri secundi Paralipomenon ostendit, sacerdotale officium præsumere conatus est. Ob eam rem terræmotum in templo dei exortum constat, cuius etiam Zacharias propheta meminit. Ante hunc itaq; terræmotum, Amos propheta temporibus prædicti regis, & temporibus Hieroboam filij Ioas regis Israel, in eas gentes, quæ lectione comprehensæ sunt, iram dei ob eas causas, quas memorauit, affuturam denunciat. Et quia idem propheta in sequentibus ait: Super tribus impietatibus & super quatuor non conuertam eum: tertio peccatorum indulgentiã deum dare posse significat, quem quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam nec indulgentiam daturum annunciat. Nam per ignis similitudinem, quem in prædictas gentes immittendum prædixit, grauem atq; irreuocabilem dei iram, ad euersionem earundem ciuitatum processuram uoluit demonstrare.

ALIVS PROLOGVS

AMOS propheta pastor & rusticus & ruborum moros distringens, paucis uerbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria & quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorum Ammon & Moab, & septimo octauoq; gradu Iudæ & Israel: Hic loquitur ad uaccas pingues quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum maiorem minoremq; testatur. Ipse cernit uictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum, uel adamantinũ, & uncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini: Non dixit uerba, sed uerbum. Amos uero interpretatur onustus. Hic Amos spirituali gratia plenus, prophetauit inter cæteros prophetas. Non enim solus ipse erat propheta, sed etiam alij. Esse quippe non poterat propheta, nisi pastor ante fuisset. Qui etiam tuba sua clangit per singulos dies, erudiens & docẽs in ecclesia. In ueritate enim uox omnium prophetarum tanquam tuba spiritualis est, prædicans in ecclesia, secundum quod scriptum est: Ascende in montem excelsum tu qui euangelizas Sion, exalta uocem tuam qui prædicas Hierusalem.

ALIVS PROLOGVS

HIC AMOS propheta & pastor, non fuit pater Isaiæ prophetæ, quãquam & ille propheta extiterit. Nam alijs literis ille, alijs iste apud Hebræos scribitur, quæ differentia literarum apud Latinos non habetur: & ille fortis & robustus, hic uero auulsus interpretatur, quia loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu dei & à regno Dauid erant auulsæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecue, quod sex miliaribus distat a Bethleem, curam gerens pecorum in latitudine camporum, qui sunt proximi oppido Thecue, in quibus humi aridæ atq; arenosæ, nihil omnino frugum gignitur, sed uberrimis pascuis abundãt, & ideo cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ compẽsatur pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit Amos, imperitus sermone, sed plenus scientia. Prophetauit autem eisdem temporibus quibus Ioel, Nahum, Ionas, Hosee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est prophetare ante quàm Isaias. Maxime autem contra decem tribus locutus est, pauca de duabus interserens. Hunc ablatũ de numero pastorum, misit dominus ut in Samaria prophetaret, quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit, tandem filius eius Ozias uectę per tẽpora transfixit. Post hęc semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore uulneris expirauit, sepultusq; est cum patribus suis.

PROPHETIA

AMOS

Vaticinatur & Israeli & gentibus plagam dei

VERBA AMOS qui fuit in pastoribus Thecue: quæ uidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel, ante duos annos terræmotus. Et dixit, Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit uocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est uertex Carmeli. Hæc dicit dominus, super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Ben adad. Et conteram uectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem sceptrum de domo uoluptatis: & trasferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor nō conuertam eum: eò quòd transtulerint captiuitatem perfectā, ut concluderent eam in Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit dominus deus. Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & uiolauerit misericordiam eius, & tenuerit ultrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit usq; in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabbath: & deuorabit ædes eius in ululatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Et ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dicit dominus.

CAP. II

Quomodo delicta Moab, Iuda & Israel plectēda indicat

HÆc dicit dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd incenderit ossa regis Idumææ usq; ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. Hęc dicit dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eò quòd abiecerit legem domini, & mandata eius non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. Hæc dicit dominus, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd uendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calciamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & uiam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, ut uiolarent nomē sanctum meum. Et super uestimentis pignoratis accubuerūt iuxta omne altare: & uinum damnatorum bibebant in domo dei sui. Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter. Ego sum qui ascendere uos feci de terra Ægypti: & duxi uos in desertum quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi. Et suscitaui de filijs uestris in prophetas, & de iuuenibus uestris nazaræos, nūquid non ita est filij Israel, dicit dominus? Et propinabatis nazaræis uinum: & prophetis mandabatis, dicentes, Ne prophetetis. Ecce ego stridebo subter uos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Et peribit fuga à ueloce, & fortis nō obtinebit uirtutem suam, & robustus non saluabit animam suam: & tenens arcum non stabit, & uelox pedibus suis non saluabitur,

Exodi 14 e

& ascensor equi non saluabit animam suam: & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit dominus. CAP. III

Deum non punire quin praemoneat, unde nemo inobediens plectitur immerito

AVdite uerbum quod locutus est dominus super uos filij Israel: super omnem cognationem quam eduxi de terra Ægypti, dicens, Tantummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terrae: idcirco uisitabo super uos omnes iniquitates uestras. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit praedam? nunquid dabit catulus leonis uocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terrae, absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecerit? Quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? dominus deus locutus est, quis non prophetabit? Auditum facite in aedibus Azoti, & in aedibus terrae Ægypti: & dicite, Congregamini super montes Samariae, & uidete insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum dicit dominus: thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in aedibus suis. Propterea haec dixit dominus deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur aedes tuae. Haec dicit dominus, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculae: sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria, in plaga lectuli & in Damasci grabbato. Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit dominus deus exercituum: quia in die cum uisitare coepero praeuaricationes Israel, super eum uisitabo & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo aestiua: & peribunt domus eburneae, & dissipabuntur aedes multae, dicit dominus. CAP. IIII

Innuebitur scelera populi, nunciatque uindictam dei nisi conuertantur

AVdite uerbum hoc uaccae pingues, quae estis in monte Samariae: quae calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quae dicitis dominis uestris, Afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in sancto suo, quia ecce dies uenient super uos, & leuabunt uos in contis, & reliquias uestras in ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proijciemini in Armon, dicit dominus. Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicate praeuaricationem: & offerte mane uictimas uestras, tribus diebus decimas, uestras. Et sacrificate de fermentato laudem: & uocate uoluntarias oblationes, & annuntiate, sic enim uoluistis filij Israel, dicit dominus deus. Vnde & ego dedi uobis stuporem dentium in cunctis urbibus uestris, & indigentiam panum in omnibus locis uestris: & non estis reuersi ad me, dicit dominus. Ego quoque prohibui à uobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent usque ad messem: & plui super unam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars una compluta est, & pars super quam non plui, aruit. Et uenerunt duae & tres ciuitates ad unam ciuitatem ut biberent aquam, & non sunt satiatae: & non redistis ad me, dicit dominus. Percussi uos in uento urente & in aurugine, multitudinem hortorum uestrorum & uinearum uestrarum, olíueta uestra & ficeta uestra comedit eruca: & non redistis ad me, dicit dominus. Misi in uos mortem in uia Ægypti, percussi in gladio iuuenes uestros, usque ad captiuitatem equorum uestrorum: & ascendere feci putredinem castrorum uestrorum in nares uestras: & non redistis ad me, dicit dominus. Subuerti uos, sicut subuertit deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me dicit dominus. Quapropter haec faciam tibi Israel: postquam autem haec fecero tibi, praeparare in occursum dei tui Israel. Qui ecce formans montes, & creans uentum, & annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terrae: Dominus deus exercituum nomen eius. CAP. V

Casum Israelis luget, & inuitat ad uitae emendationem

AVdite uerbum istud quod ego leuo super uos planctum domus Israel. Cecidit, & nō adijciet ut resurgat uirgo Israel: proiecta est in terrā suam, & nō est qui suscitet eam. Quia haec dicit dominus deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquētur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel. Quia haec dicit

dominus

dominus deus domui Israel, Quærite me,& uiuetis.Et nolite quærere Bethel,& in Galgalam nolite intrare, & in Ber sabee non transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Bethel
B erit inutilis. Quærite dominum, & uiuite:ne fortè comburatur domus Ioseph ut ignis: & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel.Qui conuertitis in absynthium iudicium,& iustitiam in terra relinquitis. Facientem arcturum, & orionem,& conuertentem in mane tenebras,& diem in noctem mutantem: qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est eius.Qui subridet uastitatem super robustum,& depopulatio-
C nem super potentem affert.Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt.Idcirco,pro eo quòd diripiebatis pauperem,& prædam electam tollebatis ab eo:domos quadro lapide ædificabitis,& non habitabitis in eis:uineas plantabitis amantissimas, & non bibetis uinum earum. Quia cognoui multa scelera uestra, & fortia peccata uestra: hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens
D in tempore illo tacebit,quia tempus malum est.Quærite bonum,& non malum, ut uiuatis: & erit dominus deus exercituum uobiscum,sicut dixistis.Odite malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium: si forte misereatur dominus deus exercituum reliquijs Ioseph. Propterea hæc dicit dominus deus exercituum dominator,In omnibus plateis planctus: & in cunctis quæ foris sunt, dicetur uæ uæ: & uocabunt agricolam ad luctum, & ad
E planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus uineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui,dicit dominus. Væ desyderantibus diem domini:ad quid eam uobis? dies domini ista,tenebræ,& non lux.Quomodo si fugiat uir à facie leonis,& occurrat ei ursus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies domini,& non lux:& caligo,& non splendor in ea? Odi & proieci festiui-
F tates uestras:& non capiam odorem cœtuum uestrorum. Quòd si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera uestra,non suscipiam:& uota pinguium uestrorum non respiciam: Aufer à me tumultum carminum tuorum:& cantica lyræ tuæ non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Nunquid hostias & sacrificium obtuli-
G stis mihi in deserto quadraginta annis,domus Israel? Et portastis tabernacula Moloch uestro,& imaginem idolorum uestrorum, sydus dei uestri: quæ fecistis uobis. Et migrare uos faciam trans Damascum, dicit dominus, Deus exercituum nomen eius.

CAPVT VI

A VÆ uobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ:optimates capita populorum,ingredientes pompatice domum Israel. Transite in Chalanne,& uidete,& ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quoque regna horum:si latior terminus eorum termino uestro est. Qui separati estis in diem malum:& appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis
B in stratis uestris: qui comeditis agnum de grege,& uitulos de medio armenti. Qui canitis ad uocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici.Bibentes uinum in phialis,& optimo unguento delibuti:& nihil patiebantur super cōtritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrationum:& auferetur factio lasciuientium. Iurauit dominus deus in anima sua, dicit dominus deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob,
C & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis.Quòd si reliqui fuerint decem uiri in domo una:& ipsi morientur. Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, ut efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid adhuc est penes te? Et respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nominis domini. Quia ecce dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scis-
D sionibus Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis,quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium? Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super uos domus Israel,dicit dominus deus exercituum,gētem:& conterent uos ab introitu Emath,usq; ad torrentem deserti.

Obiurgat imprudentiā & corruptos mores tam optimatum quàm uulgi

CAPVT VII

Varijs uisionibus reuelantur prophetæ calamitates Israeli imminentes

HÆc ostendit mihi dominus deus: & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis. Et factum est: cum consummasset comedere herbam terræ, dixi, Domine deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc: Non erit, dicit dominus. Hęc ostendit mihi dominus deus: & ecce uocabat iudicium ad ignem dominus deus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. Et dixi, Domine deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc: Sed & istud non erit, dicit dominus deus. Hæc ostendit mihi: & ecce dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit dominus ad me, Quid tu uides Amos? Et dixi, Trullam cæmentarij. Et dixit dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adijciam ultrà superinducere eum. Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere uniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui uides, gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. Et in Bethel non adijcies ultrà ut prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Responditq; Amos, & dixit ad Amasiam, Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum uellicans sycomoros. Et tulit me dominus cum sequerer gregem: & dixit dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel. Et nunc audi uerbum domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli. Propter hoc hæc dicit dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuę in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

CAP. VIII

Alia uisio auaris impostoribus minitans, & famem uerbi dei nunciãs

HÆc ostendit mihi dominus deus: & ecce uncinus pomorum. Et dixit, Quid tu uides Amos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit dominus ad me, Venit finis super populum meum Israel: non adijciam ultrà ut pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit dominus deus: multi morientur in omni loco, proijcietur silentium. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes, Quando transibit mensis, & uænundabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentum: ut imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti uendamus? Iurauit dominus in superbiam Iacob. Si oblitus fuero usq; in finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius uniuersus, & deijcietur, & defluet quasi riuus Ægypti? Et erit in die illa dicit dominus deus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica uestra in planctum: et inducam super omne dorsum uestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum unigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Et ecce, dies ueniunt, dicit dominus: & mittam famem in terram: non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini. Et commouebuntur à mari usq; ad mare, & ab Aquilone usq; ad orientem: circuibunt quærentes uerbum domini, & non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchræ, & adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & uiuit uia Bersabee, & cadent, & non resurgent ultra.

CAP. IX

Vaticinatur Iudæ & Israelis deuastationem, quos tamen restituere tandem uelit dominus

VIdi dominum stantem super altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis qui fugient: & non saluabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint usq; in infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint usque ad cœlum, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in uertice carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celaue-

rint

rint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo serpenti, & mordebit eos. Et si abierint
B in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tãgit terram, & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascẽdet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Ægypti. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. Nunquid non ut filij Æthiopum uos estis mihi filij Israel, ait dominus? nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene? Ec
C ce oculi domini dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ: ueruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit dominus. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut cõcutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Non appropinquabit, & non ueniet super nos malum. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerunt instaurabo: & reædificabo eum
D sicut in diebus antiquis. Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos: dicit dominus faciens hæc. Ecce dies ueniunt, dicit dominus: & comprehendet arator messorem, & calcator uuæ mittentem semen: & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt & plantabunt uineas, & bibent uinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos ultrà de terra sua quam dedi eis, dicit dominus deus tuus.

PROLOGVS IN ABDIAM
PROPHETAM

IACOB patriarcha habuit fratrem Esau, qui ob ruborem corporis sui Edom Hebræa lingua appellatus est, quod latine sanguineus dicitur. Is memoratum fratrem suum, qui Israel nomen acceperat, graui odio commotus, interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum Israel, id est, filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldeorum per Cyrum regem Persarum nutu dei reuocatus in Hierusalẽ, ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est, ideo hoc regnum quod more Esau prędictum populũ persecutum est, per denunciationem Abdiæ prophetæ increpatur, quod non dei indignatione, sed sua uirtute populum superatum gloriabatur. De quo regno olim per Dauid in psalmo. CXXXVI. dictũ est: Memorare domine filiorum Edom in die Hierusalem. nam reliqua lectione comprehensa, futurum in gentes iudicium ob causas lectione comprehẽsas, regnumq; dei in populo Israel significant. Hebræi hunc dicunt esse qui sub rege Samariæ Achab & impijssima Iezabel pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal, & de septem milibus erat, quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoq; eius usq; hodie cum Mausoleo Elisæi prophetæ & baptistæ Ioannis in Sebaste uenerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Antipatris filius in honorem Augusti Cæsaris græco nomine uocauit Sebasten, id est augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam propheta lem, & de duce exercitus fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Christi pascit ecclesias. Et sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de seruitutis dei nomine cum Paulo apostolo gloriatur, quia Abdias, seruus domini in nostro sonat eloquio.

ARGVMENTVM

ABDIAS qui interpretatur seruus domini, personat contra Edom, sanguineum terrenumq; fratrem, fratris quoq; Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

PROPHETIA
ABDIAE

Prophetat cõtra Edomitas qui afflictis Israelitis multũ fuerant molesti

V ISIO ABDIAE. Hæc dicit dominus deus ad Edom, Auditum audiuimus à domino, & legatum ad gentes misit, surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium. Ecce paruulum dedite in gentibus: contemptibilis tu es ualde. Superbia cordis tui extulit te, habitãtem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum: qui dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit dominus. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si uindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau: inuestigauerunt abscondita eius? Vsq; ad terminum emiserunt te omnes uiri fœderis tui: illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te uiri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo. Nunquid non in die illa, dicit dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? Et timebũt fortes tui à meridie, ut intereat uir de monte Esau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebãtur portas eius, & super Ierusalem mittebãt sortẽ: tu quoq; eras quasi unus ex eis. Et nõ despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & nõ lętaberis super filios Iuda, in die perditionis eorũ: & nõ magnificabis os tuũ in die angustiæ. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinę eorum: neq; despicies & tu in malis eius in die uastitatis illius: & non emitteris aduersus exercitum eius in die uastitatis illius. Neq; stabis in exitibus, ut interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniam iuxta est dies domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent & absorbebunt, & erunt quasi non sint. Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia dominus locutus est. Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthijm: & possidebunt regionem Ephraim & regionem Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca Chananæorum usq; ad Sareptham: & transmigratio Ierusalem, quæ in Bosporo est, possidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit domino regnum.

FINIS ABDIAE PROPHETIAE

PROLOGVS IN IONAM PROPHETAM EX PROOEMIO commentariorum Hieronymi in Ionam.

IONAM sanctum Hebræi affirmant filium fuisse mulieris uiduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit, matre postea dicēte ad eum: Nunc cognoui quia uir dei es tu, & uerbum dei in ore tuo ueritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic uocatum Amathi. Amathi enim in nostra lingua ueritatem sonat. Et ex eo quod uerum Elias locutus est, ille qui suscitatus est, filius esse dicitur ueritatis. Ideo de ueritate columba nascitur, quia Ionas columbam sonat. In condemnationem autem Israel Ionas ad gentes mittitur, quod Niniue agente pœnitentiam, illi in malicia perseuerāt. Tēporibus quippe Hieroboā filij Ioas regis Israel, qui deo derelicto cū populo suo in samaria idolis sacrificabat, Ionā prophetam fuisse quartus liber regum indicat. Is cum prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue dei misericordiam cōsecuturos uideret, ne falsa prædicare uideretur, ad denunciandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut deus ad Abraam de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me, ita & de Niniue dicitur, eo quod ascenderit clamor maliciæ eius ad deum. Et quia sententia dei de Sodomis facta minime reuocata est, ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat, diuinæ dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis uult quàm interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Elisæo, qui filium Sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. Ideo à cōspectu dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam?

ARGVMENTVM

IONAS columba pulcherrima, naufragio suo passionem domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue salutem gentibus denunciat.

PROPHETIA IONAE

A ET FACTVM EST uerbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens, Surge, & uade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea quia ascendit malitia eius corā me. Et surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis à facie domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eā, ut iret cum eis in Tharsis à facie domini. Dominus autem misit uentum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et B timuerunt nautæ, & clamauerunt uiri ad deum suum: & miserunt uasa quæ erant in naui in mare, ut alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eū gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca deum tuum, si fortè recogitet deus de nobis, & non pereamus. Et dixit uir ad collegam suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. Et dixerūt ad eum, Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? & quæ terra tua? & quò uadis? uel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos, He C bræus ego sum, & dominum deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt uiri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerūt enim uiri quòd à facie domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit

Ionas missus in Niniuen ad prophetandum fugit, & precipitatur in mare

mare à nobis? quia mare ibat,& intumescebat super eos. Et dixit ad eos, Tollite me,& mittite in mare, & cessabit mare à uobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis uenit super uos. Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant: D quia mare ibat,& intumescebat super eos. Et clamauerunt ad dominum,& dixerunt, Quæsumus domine, ne pereamus in anima uiri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu domine, sicut uoluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam,& miserunt in mare:& stetit mare à feruore suo. Et timuerunt uiri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino,& uouerunt uota.

Deu.21 b

CAP. II

Ionas à pisce absorptus laudat dominum & reuomit eũ piscis

ET præparauit dominus piscem grandem, ut deglutiret Ionam:& erat Ionas in uentre A piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dominũ deum suum de utero piscis. Et dixit.

Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me: de uentre inferi clamaui, & exaudisti uocem meam.

Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui,& fluctus tui super me transierunt. B

Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: ueruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum.

Circundederunt me aquæ usq; ad animã, abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meũ.

Ad extrema montium descendi, terræ uectes concluserunt me in æternum:& subleuabis de corruptione uitam meam, domine deus meus.

Cum angustiaretur in me anima mea, domini recordatus sum: ut ueniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. C

Qui custodiunt uanitates frustra, misericordiam suam derelinquent. D

Ego autem in uoce laudis immolabo tibi: quæcunq; uoui reddam pro salute domino.

Et dixit dominus pisci:& euomuit Ionam in aridam.

CAP. III

Ionas rursum predicante Niniuitæ agunt pœnitentiam

ET factum est uerbum domini ad Ionam secundò, dicens, Surge,& uade in Niniuen A ciuitatem magnam:& prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas,& abijt in Niniuen iuxta uerbum domini:& Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei unius:& clamauit,& dixit, Adhuc B quadraginta dies,& Niniue subuerteretur. Et crediderunt uiri Niniuitę in dominum:& prædicauerũt ieiunium,& uestiti sunt saccis à maiore usq; ad minorem. Et peruenit uerbum ad regem Niniue:& surrexit de solio suo,& abiecit uestimentum suum à se, & indutus est sacco,& sedit in cinere. Et clamauit,& dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines,& iumenta,& boues,& pecora non gustent quicquàm: nec pascantur, & aquam non C bibant. Et operiantur saccis homines & iumenta,& clament ad deum in fortitudine:& conuertatur uir à uia sua mala & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur,& ignoscat deus:& reuertatur à furore irę suæ,& non peribimus? Et uidit deus opera eorum quia conuersi sunt de uia sua mala:& misertus est deus super malitia quam locutus fuerat ut faceret eis,& non fecit. D

Iere.18 b

CAP. IIII

Ionas immerito iratus arguitur à domino

ET afflictus est Ionas afflictione magna,& iratus est:& orauit ad dominum, & dixit, A Obsecro domine, nunquid nõ hoc est uerbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui ut fugerem in Tharsis, scio enim quia tu deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis,& ignoscens super malitia. Et nunc domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quàm uita. Et dixit dominus, Putásne B bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate,& sedit contra orientem ciuitatis:& fecit sibimet umbraculum ibi,& sedebat subter illud in umbra, donec uideret quid accideret ciuitati. Et præparauit dominus deus hederam,& ascendit super caput Ionę, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera, lætitia C magna. Et parauit deus uermem ascensu diluculi in crastinum:& percussit hederam,& exaruit. Et cum ortus esset sol, præcepit dominus uento calido & urenti: & percussit sol super caput

Ioel.2 c

put Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ ut moreretur, & dixit, Melius est mihi mori quàm uiuere. Et dixit deus ad Ionam, Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit, Be-
D ne irascor ego usq; ad mortem. Et dixit dominus, Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neq; fecisti ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte perijt: & ego non parcam Niniue ciuitati magnę, in qua sunt plusquam centum uiginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

PROLOGVS IN MICHEAM PROPHETAM

TEMPORIBVS Ioathæ & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, Micheam prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum, Ioatham & Ezechiam deo ob religionem placuisse, historia libri quarti Regum & secundi Paralipomenon indicat. Achaz uero relicto deo, idola Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igne concremandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem deus Samariam, quæ reges Israel & Iuda memoratorum simulacrorum superstitione fefellerat, increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel pręuaricatori & principibus eius, qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant, uerbis insequentibus captiuitatem & interitum affuturum denunciat.

ARGVMENTVM

MICHEAS de Morasthi, cohæres Christi uastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit iudicis Israel.

MICHAEAE PROPHETIA

A VERBVM DOMINI quod factum est ad Michæam Morasthitem, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod uidit super Samariam & Ierusalem. Audite populi omnes: & attendat terra & plenitudo eius: & sit dominus deus uobis in testem, dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egreditur de loco suo: & descēdet,
B & calcabit super excelsa terræ. Et consumentur montes subtus eum: & ualles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps. In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Et quæ exelsa Iudæ? nonne Ierusalem? Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur uinea: & detraham in uallem lapides eius, & fundamenta eius
C reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & ululabo: uadam spoliatus & nudus: faciam planctum uelut draconum, & luctum quasi struthionum: quia desperata est plaga eius, quia uenit usq; ad Iudam, tetigit portam populi mei usque ad Ierusalem. In
D Geth nolite annunciare, lachrymis ne ploretis: in domo pulueris puluere uos conspergite. Et transite uobis habitatio pulchra, confusa ignominia: non est egressa que habitat in exitu: planctum domus uicinæ accipiet ex uobis, quæ stetit sibimet. Quia infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudinibus: quia descendit malum à domino in portam Ierusalem. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filiæ Sion, quia

Arguit scelera Ierusalē & Iuda, prędicitq; eorum pœnam

in te inuēta sunt scelera Israel. Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa: usq; ad Odollam ueniet gloria Israel. Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te. CAP. II

Peccata populi recenset, ob quæ flagella prænuntiat

A VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus uestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & uiolenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur uirum & domum eius, uirum & hæreditatē eius. Idcirco hæc dicit dominus, Ecce ego cogito super familiā istā malum: unde non auferetis colla uestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super uos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium, Depopu- B latione uastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non comprehendet cōfusio. Dicit domus Iacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne uerba mea bona sunt cum eo qui recte graditur? Et econtrario populus meus C in aduersarium consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis: & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam non essem uir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in uinum, & in ebrietatem: & D erit super quem stillatur populus iste. Congregatione cōgregabo Iacob totum te: in unum cōducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos: diuidet, & transibunt portam, & egredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum. CAP. III

Contra principes & prophetas uaticinatur

A ET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, Nunquid non uestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in ad- B inuentionibus suis. Hæc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Propterea nox uobis pro uisione erit, & tenebræ uobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur qui uident uisiones, & confundentur diuini: & operient C omnes uultus suos, quia non est responsum dei. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & uirtute: ut annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & pro D phetæ eius in pecunia diuinabant: & super dominum requiescebant, dicētes, Nunquid non dominus in medio nostrum? non uenient super nos mala. Propter hoc, causa uestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. CAP. IIII

Prophetia de Christo, ecclesia, & uerbo dei. Isa. 2. a

A ET erit: in nouissimo dierum erit mons domus domini præparatus in uertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendamus ad montem domini & ad domum dei Iacob: & docebit nos de uijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & uerbum domini de Ierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gētes fortes usq; in longinquum: & con

cident

cident gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem B gladium, & non discet ultrà belligerare. Et sedebit uir subtus uineam suam, & subtus ficum suam, & nō erit qui deterreat: quia os domini exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt unusquisq; in nomine dei sui: nos autem ambulabimus in nomine domini dei nostri in æternum & ultra. In die illa dicit dominus, congregabo claudicātem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. Et ponam claudicantem, in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robustam: & regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc C nunc & usq; in æternum. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion usq; ad te ueniet: & ueniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem. Nunc quare mœrore cōtraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia cōprehendit te dolor sicut parturientem? Dole, & satage filia Siō quasi parturiēs: quia nūc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & uenies usq; ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te dominus de manu inimicorū tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ: quæ dicunt, Lapidetur. & Aspiciat in Sion D oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fœnum areæ. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino uniuersæ terræ. CAP. V

A NVnc uastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in uirga percutient maxillam iudicis Israel. Et tu Beth lehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos usq; ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquię fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et stabit, & pascet in fortitudine domini, in sublimitate nominis domi- B ni dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur usq; ad terminos terræ. Et erit iste pax: Assyrius quum uenerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum uenerit in terram nostram, & quum calcauerit in terminis nostris. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populo- C rum multorum quasi ros à domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat uirum, & non pręstolatur filios hominū. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa, dicit dominus: auferam equos tu- D os de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis ultrà opera manuum tuarum. Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. Et faciam in furore & in indignatione ultionem in omnibus gentibus quæ non audierunt. CAP. VI

De aduētu & regno Christi uirtuteq; Euangelij
Mat. 2 a
Io. 7 f

A AVdite quæ dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduersum montes, & audiant colles uocem tuam. Audiant montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam. Popule me- B us memento quæso quid cogitauerit contra te Balach rex Moab: & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim usq; ad Galgalā, ut cognosceres iustitias domini. Quid dignum offeram domino? curuabo genu deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata, & uitulos anniculos? Nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus C hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te, Vtiq; facere iudiciū, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum deo tuo. Vox domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum: audite tribus

Inuitat ad audiendum dei iudiciū & docet quæ sacrificia deo placeant

& quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura mi-
nor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa? in quibus
diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eo
rum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis.
Tu comedes & non ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, & non ſal- D
uabis: & quos ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis oliuam,
& non ungeris oleo: & muſtum, & non bibes uinum: & cuſtodiſti præcepta Amri, & omne
opus domus Achab: & ambulaſti in uoluntatibus eorum, ut darem te in perditionem & ha
bitantes in ea in ſibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII

Prædictorũ breuis epilogus, quo docet quàm pauci ſint uere pij

VÆ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ: non eſt bo A
trus ad comedendum, præcoquas ficus deſyderauit anima mea. Perijt ſanctus de ter-
ra, & rectus in hominibus non eſt: omnes in ſanguine inſidiantur, uir fratrem ſuum ad mor
tem uenatur. Malum manuum ſuarum dicũt bonum: princeps poſtulat, & iudex in redden
do eſt: & magnus locutus eſt deſyderium animæ ſuæ, & conturbauerũt eam. Qui optimus
in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tuæ, uiſitatio
tua uenit: nunc erit uaſtitas eorum. Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea B
quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia
conſurget aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis dome-
ſtici eius. Ego autem ad dominum aſpiciam, expectabo deum ſaluatorem meum: audiet
me deus meus. Ne læteris inimica ſuper me, quia cecidi: cõſurgam quum ſedero in tenebris,
dominus lux mea eſt. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei: donec cauſam meam iu- C
dicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, uidebo iuſtitiam eius. Et aſpiciet inimica
mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me, Vbi eſt dominus deus tuus? Oculi mei uide-
bunt in eam: nunc erit in conculcationem, ut lutum platearum. Dies ut ædificentur maceriæ
tuæ: in die illa longe fiet lex. In die illa & uſq; ad te ueniet Aſſur, & uſq; ad ciuitates muni-
tas: & à ciuitatibus munitis uſq; ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. Et
terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationum eo- D
rum. Paſce populum tuum in uirga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitãtes ſolos in ſaltu, in
medio Carmeli: paſcentur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos. Secundum diem egreſſio
nis tuæ de terra Ægypti oſtendam ei mirabilia. Videbunt gentes, & confundentur ſuper
omni fortitudine ſua: ponent manum ſuper os, aures eorum ſurdæ erũt. Lingent puluerem
ſicut ſerpentes, uelut reptilia terræ proturbabũtur de ædibus ſuis: dominum deum noſtrum
deſyderabunt, & timebunt te. Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers pec-
catum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultrà furorem ſuum, quoniam uolens
miſericordiã eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras: & proijciet
in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis ueritatem Iacob, miſericordiam Abra-
ham: quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.

PROLOGVS IN NAHVM PROPHETAM

NAHVM prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis prædicti regis aduentum idem propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denunciatum interitum sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent, accepta dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus, iudicium dei annuncians, ita est locutus: Deus zelans, & ulciscens dominus est, &c. Iam enim decem tribus ab Assyrijs ductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda, sub quo etiā nūc in consolationē populi transmigrati, aduersum Niniuem uisio cernitur. Nec erat parua consolatio, tam his qui iam Assyrijs seruiebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur, ut audirent Assyrios quoque à Chaldæis esse capiendos, sicut in sequētibus libri huius demonstrabitur.

ALIVS PROLOGVS

SCIENDVM est quòd Niniue in nostra lingua de Hebræo speciosam sonat. Speciosus aūt hic mundus dicitur: Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc aduersus Niniuen dicitur, de mūdo figuraliter prædicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam LXX interpretes dicūt λῆμμα & Aquila ἆρμα apud Hebræos massa ponitur, id est graue onus, eo quòd eam aduersus quā prophetatur premat, nec sinat leuare ceruicem. Simulque hoc attendendum, quòd hæc ipsa uel assumptio uel onus uel pondus prophetæ sit uisio. Non enim loquitur propheta in ecstasi, ut Montanus & Priscilla Maximillaque delirant, sed quod prophetat, liber est uisionis intelligētis uniuersa quæ loquitur, & pōdus hostiū faciētis suo populo uisionē. De consummatione itaque mundi secundum anagogen, in consolationem sanctorū prophetia texitur, ut quæcunque in mundo uident, quasi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent se ad iudicij diem, ubi ultor aduersum ueros Assyrios futurus est dominus.

ARGVMENTVM IN NAHVM PROPHETAM

NAHVM consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

PROPHETIA NAHVM

Prædicat maiestatem dei enumerando eius beneficia, & Niniuitis minatur

A ONVS NINIVE. Liber uisionis Nahum Elcesæi. Deus æmulator, & ulciscens dominus, ulciscens dominus & habens furorem: ulciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem: dominus in tempestate & turbine uiæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpās mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes commo-B ti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est ut ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperātes in se. Et in diluuio prætereunte consummationem C faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ seinuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam: mente pertractans præuaricatio-D nem. Hæc dicit dominus, Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attondentur, & pertransibit: afflixi te, & non affligam te ultra. Et nūc conterā uirgā eius de dorso tuo, & uincula tua disrumpam. Et præcipiet super te dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de do-

mo dei tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. Ecce super mōtes pedes euāgelizantis & annūciantis pacē: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde uota tua: quia nō adjiciet ultrà ut pertrāseat in te belial, uniuersus interijt. CAP. II

Depingit eis imminentem depopulationem.

AScendit qui dispergat coram te, qui custodit obsidionem: cōtemplare uiam, conforta lumbos, robora uirtutem ualde. Quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia uastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortiū eius ignitus, uiri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: uelociter ascendent muros eius, & præparabitur umbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes ut columbæ, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi uerò fugerunt. State state: & non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarū ex omnibus uasis desyderabilibus. Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, ut ingrederetur illuc: catulus leonis, & nō est qui exterreat? Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum, & succendam usque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur ultrà uox nuntiorum tuorum. CAP. III

Niniuitarum scelera arguit & eorū euersionem prædicit
Ezech. 24 b
Abac. 2 c
Esaiæ 47 c

VÆ ciuitas sanguinum, uniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. Vox flagelli, & uox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis: & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ uendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: Ecce ego ad te dicit dominus exercituū: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et projciām super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum: Et erit: omnis qui uiderit te, resiliet à te, & dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? unde quæram consolatorem tibi? Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium uiarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis uectes tuos. Aquam propter obsidionē hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te ut bruchus: congregare ergo ut bruchus, multiplicare ut locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cœli: bruchus expāsus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est & auolauerunt, & nō est cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitauerūt pastores tui rex Assur sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

FINIS

PROLOGVS IN PROPHETIAM HABACVC

QVATVOR prophetæ in duodecim prophetarum uolumine sunt,è quibus tres in principio λῆμμα, id est,pondus titulum habent,Nahum,Habacuc & Malachias.Porrò Zacharias in medio & circa finem duos huiuscemodi ponit titulos:è quibus unus est,onus uerbi domini in terra Adrach & Damasci requiei eius:alter in fine,scilicet,onus uerbi domini super Israel.De Nahũ orationibus tuis iam liber unus æditus est.De Zacharia & Malachia,si uita comes fuerit, differetur.Nunc Habacuc habemus in manibus,qui uel ex eo quòd amabilis domini est, uocatur amplexatio,uel quòd in certamen & luctam &(ut ita dicam)amplexum cum deo cõgreditur, amplexantis,id est,luctantis,sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci uoce ausus est deum ad disceptationem iustitiæ prouocare, & dicere ei: Cur in rebus humanis & mundi istius politia tanta rerum uersatur iniquitas? Vociferabor ad te uim patiens,& non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem uidere?Lacerata est lex,& nõ peruenit usq; ad finem iudicium, quia impius præualet aduersum iustum,ideo egreditur iudicium peruersum. Vides quàm temeraria uox sit,& quodammodo blasphemantis creatorem suum ad iudicium prouocare,& uas fragile aduersus figulum cur tale uel tale factum sit disputare.Nec non & hoc animaduertendum quòd assumptio uel pondus quæ grauia iam esse diximus, prophetæ uisio est, & aduersum Montani dogma peruersum intelligit quod uidet,nec ut amens loquitur,nec more insanientium fœminarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet,ut si prophetantibus alijs alij fuerit reuelatum, taceat qui prius loquebantur. Et statim:Non est, inquit,dissensionis deus, sed pacis. Ex quo intelligitur cum quis uoluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, posse loqui & tacere cum uelit. Qui iam in ecstasi,id est,inuitus loquitur,nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoq; disce,quia semel à me uiolenter exigis,ut quasi per quosdam gradus & scalas ad altiora nitenti,historiam tibi interpreter,prophetiam esse contra Babylonem & Nabuchodonosor regem Chaldæorum,ut quomodo prior propheta Nahum quem Habacuc sequitur,uaticinium habuit contra niniuen & Assyrios,qui uastauerunt decem tribus,quæ uocantur Israel:ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor,à quibus Iuda & Ierusalem templumq; subuersa sunt.Et ut scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duæ tribus quæ uocabantur Iuda,ductæ erant in captiuitatem,Daniel docere te poterit, ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur.Quanquàm apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia.Igitur siue quis recipiat scripturam illam, siue non recipiat, utrunq; pro nobis est. Aut enim iam recipit, & post factam rem liber Habacuc texitur. Aut si non recipit,quasi propheta scribit quæ uentura cognoscit. Interim secundum literam causatur aduersum deum propheta,cur Nabuchodonosor templum dei uastat & Iudam, cur Hierusalem quondam urbs domini destruatur, quare clamet populus, & non audiatur: uociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis, & non saluetur: quare etiam ipse propheta uel populus ex cuius persona loquitur ad hoc uixerit,& hucusq; perductus sit,ut iniquitatem hostiũ & suum laborem uideat, cur iniusticia prǽualeat aduersum se:& hæc dicit prǽ mentis angustia,ne sciens aurum in igne conflari, & tres pueros de camino ignis puriores exisse quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus, quòd ex persona humanæ impatientiæ loquatur,ut in querulam uocem & plenam doloris erumpat,dicens:Quare respicis contemptores & taces,conculcãte impio iustiorem se?Hæc autem loquitur,nesciens iudicia dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius,quòd non ita uideat deus ut uidet homo.Homo tantum præsentia respicit,deus futura & æterna cognoscit.Et quomodo si ęgrotans & æstuans febribus aquã frigidam postulet,& dicat ad medicum: Vim patior, crucior,uror,& exanimor,usq; quo medice clamabo & non exaudies? Et respondeat ei sapientissimus & clementissimus medicus, scio quo tempore dare debeam quod postulas, non misereor modo,quia misericordia ista crudelitas est,& uoluntas tua contra te petit.Ita & deus noster sciens clementiæ suæ pondera atq; mensuras,interdum non exaudit clamantem,ut eum probet,& magis prouocet eum ad rogandum, & quasi igne excoctum iustiorem & puriorem faciat.Quod intelligens Apostolus secũdum id quòd misericordiam consecutus est à domino,ait:Sed nõn deficimus. Et benedicimus dominum in omni tempore:Et scit quòd qui perseuerauerit usq; in finem,hic saluus erit, & gloriatur in labore & dolore. Et cum Ieremia dicit:Tribulationẽ & miseriam inuocabo:ut quomodo alius inuocat deũ, sic sanctus uir & bellator inuictus ad exercendũ se & probandũ,tribulationẽ & miseriam inuenire desiderat.

Ex procemiõ commentariorum Hieronymi in Habacuc

Istud ex principio commẽt. Hieronymi in Habacuc

ARGVMENTVM.

HABACVC luctator fortis & rigidus,stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, ut Christum in cruce contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit,cornua in manibus eius,ibi abscondita est fortitudo eius;

PROPHETIA HABACVC

Queritur apud deum de malitia populi cui ultionem diuinam prædicit

ONVS QVOD VIDIT Habacuc propheta. Vsquequo domine clamabo,& non exaudies? uociferabor ad te uim patiens,& nō saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, uidere prædam & iniustitiam contra me: & factum est iudicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Aspicite in gentibus & uidete, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus uestris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & uelocem, ambulantem super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudiciū & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & ueločiores lupis uespertinis, & diffundentur equites eius: equites nanque eius delonge uenient, uolabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad prædam uenient, facies eorum uentus urens: & congregabit quasi arenam, captiuitatem. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur spiritus, & pertrāsibit, & corruet: hæc est fortitudo eius dei sui. Nunquid non tu à principio domine deus meus, sancte meus, & nō moriemur? Domine in iudicium posuisti eum: & fortem ut corriperes, fundasti eum. Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Quare nō respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat.

CAP. II

Obiurgat auaros & impios

SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, ut uideam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi dominus, & dixit, Scribe uisum, & explana eum super tabulas: ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc uisus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta illum: quia ueniens ueniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua uiuet. Et quo modo uinum potantem decipit: sic erit uir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos. Nunquid nō omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat non sua? usquequo & aggrauat contra se densum lutum? Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidistis populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. Nunquid non sunt hæc à domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in uacuum, & deficient. Quia replebitur terra, ut cognoscāt gloriā domini, quasi aquæ operiētes mare. Væ qui potū dat amico suo, mittēs fel suum & inebrians: ut aspiciat nuditatem eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu

quoque

quoq;,& consopire:circundabit te calix dexteræ domini,& uomitus ignominiæ super glori am tuam. Quia iniquitas Libani operiet te,& uastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis & omnium habitantium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus? conflatile,& imaginem falsam: quia sperauit D in figmento fictor eius ut faceret simulachra muta? Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti, nunquid ipse docere poterit? ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in uisceribus eius. Dominus autem in templo sancto suo: fileat à facie eius omnis terra.

ORATIO Habacuc pro ignorantijs. CAP. III

De postremo aduentu Christi iudicis

A DOmine audiui auditionem tuam, & timui, domine opus tuum in medio annorum, uiuifica illud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharan semper: operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes B eius. Stetit & mensus est terram: aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius. Pro iniquitate uidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. Nunquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus furor tuus? uel in mari indignatio tua: quia ascẽdes super equos tuos, & quadrigæ C tuæ saluatio? Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es: fluuios scindes terræ. Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transijt, dedit abyssus uocem suam, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. In fremitu conculcabis terram, & D in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamẽtum usq; ad collum, semper. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, uenientibus ut turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus est uenter meus, à uoce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit, & non erit germen in uineis: mentietur opus oliuę, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me uictor, in psalmis canentem.

Prologus

PROLOGVS IN SOPHONIAM PROPHETAM

TRADVNT Hebræi, cuiuscunque prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos unum de duodecim prophetis, qui dixit: Non sum propheta nec filius prophetæ, sed pastor caprarum, uellicans sycomoros, patris nomen in titulo non habere. Hoc si uerum est, Sophonias propheta est, qui nomine (ut ita dicam) prophetico & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est. Habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam, & talem quadrigam ipse uelut extremus auriga compleuit. Nomẽ Sophoniæ, alij speculam, alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula, siue absconditum domini interpretetur, utrunque prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis, speculatorem te posui domui Israel. Iste ergo propheta qui erat in specula & in sublimibus constitutus, & nouerat mysteria domini, filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariam, qui & ipse uertitur in sermonem domini, & atauum Ezechiam, qui sonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini natus est sermo domini, & de sermone domini nata est magnitudo domini, & de magnitudine domini nata est humilitas, ut cum uenerit aliquis ad perfectum, dicat: Quia non sum dignus uocari apostolus. Et illud in psalmis: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Iosiam regem Iudæ, cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur, deo præ omnibus regibus Iudæ placuisse, historia quarti libri Regũ, & secundi Paralipomenon demonstrat. Iosias simulacra quæ pater suus Amon, uel auus Manasses in templo dei collocauerat, deiecta comminuisse monstratur. In quibus etiam serpentem æneum à Moyse factum, cui errori inductus populus superstitione idolorum detentus, admiserat. Idem custodisse pascha, & intermissis temporibus multis solus celebrasse monstratur. Ideo deus per prophetam tẽporibus memorati regis quæ prouentura erãt, ostendens gentibus quidem lectione comprehensis affuturum iudicium, populo uero Israel salutem, & ciuitati Hierusalem restaurationem tunc temporis tribuendam, textu lectionis denũciauit.

ARGVMENTVM IN EVNDEM

SOPHONIAS speculator & arcanorum dei cognitor, audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque ululatum habitatoribus pilæ: quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt uniuersi qui inuoluti erant argento.

SOPHONIAE PROPHETIA

Prophetat quæ mala super Iudam uẽtura sunt

VERBVM DOMINI quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Congregans congregabo omnia à facie terræ dicit dominus: congregans hominem & pecus, congregans uolatilia cœli & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit dominus. Et extendam manum meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditorum cum sacerdotibus: & eos qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant, & iurant in domino, & iurant in Melchom: & qui auertuntur de post tergum domini, & qui non quæsierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete à facie domini dei: quia iuxta est dies domini, quia præparauit dominus hostiam, sanctificauit uocatos suos. Et erit: in die hostiæ domini uisitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt ueste peregrina: & uisitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum domini sui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, uox clamoris à porta piscium, & ululatus à Secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores pilæ, conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes

ties inuoluti argēto. Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & uisitabo super uiros defixos in fecibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt uineas, & non bibent uinum earum. Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & uelox nimis: uox diei domini amara, tribulabi- D tur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris super ciuitates muni- tas & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerūt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini: in igne ze- li eius deuorabitur omnis terra, quia comsummationem cum festinatione faciet cunctis ha bitantibus terram.

CAP. II

A CONuenite, congregamini gens non amabilis: priusquàm pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequàm ueniat super uos ira furoris domini, antequàm ueniat super uos dies indignationis domini. Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudici- um eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: uer- B bum domini super uos Chanaan terra Philistinorum, & disperdam te, ita ut non sit inhabi tator. Et erit funiculus maris requies pastorum & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad uesperam requiescent: quia uisitabit eos dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorū. Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnifica ti sunt super terminos eorum. Propterea uiuo ego dicit dominus exercituū deus Israel: quia C Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum usque inæternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnifi- cati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & attenua- bit omnes deos terræ: & adorabunt eum uiri de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed D & uos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super Aqui- lonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem & in inuium & quasi deser- tum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: uox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc est ciuitas gloriosa habitās in confidentia: quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertū cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

Exhortatur ad honestatē uitæ, & uati- cinatur mala gentibus

CAP. III

A VÆ prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Non audiuit uocem, & non suscepit di- sciplinam: in domino non est confisa, ad deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi uespere, non relinquebant in ma- ne. Prophetæ eius uesani, uiri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legē. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatē: mane mane iudiciū suum dabit in lucem, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidit gen tes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci uias eorum, dum non est qui transeat: deso- latæ sunt ciuitates eorum, non remanente uiro, neq; ullo habitatore. Dixi, Attamē timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus uisitaui B eam: ueruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter ex pecta me dicit dominus, in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum ut congregem gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem me- am, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes in nomine domini, & seruiant ei

Quare Iudæ- is reiectis do- minus gentes assumpserit
Ezech. 22
Mich. 3 d

ei humero uno. Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei filij dispersorũ meorũ deferẽt munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adijcies exaltari amplius in monte sancto meo. Et delinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt in nomine domini. Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascẽtur & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem, Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel dominus in medio tui, non timebis malum ultra. In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude. Nugas qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: ut non ultrà habeas super eis opprobrium. Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum: In tempore illo quo adducam uos, & in tempore quo cõgregabo uos: dabo enim uos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem uestram coram oculis uestris, dicit dominus.

C D

PROLOGVS IN HAGGAEVM PROPHETAM

IEREMIAS propheta ob causam periurij Sedechiæ regis (ut historia libri secundi Paralipomenon indicat) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi Chaldæorum non seruauerat, populum Israel refert cum memorato rege Hierusalem, expugnata Hierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductũ. Sed cũ memoratus populus multis tẽporibus idolis seruiendo, etiam effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset, uolẽs deus generationem uniuersam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire, septuaginta annorum captiuitatem eundẽ populum in regno Chaldæorum statuit sustinere, hac ratione, ut completo numero annorum, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationem Hierusalem perueniret. Sexagesimo itaq; secundo anno, regno Chaldæorum subuerso, cui adhuc octo anni restabant ad regnandum, quod etiam sexta uisio Danielis ostendit, propter causam sacrilegij, quæ in eadem uisione continetur, fuisse extinctum, Darius qui Medis imperabat, ut septima uisio Danielis ostẽdit, memoratorũ in regno successit. Cuius primo anno regni, ut decima uisio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis, uidens appropinquare tempus reuersionis quæ per Ieremiam fuerat promissa, orans tam pro se quàm pro populo, eandem promissionem à deo postulabat impleri, cui per archangelum Gabrielem in eadem uisione iuxta preces eiusdem uniuersa completa esse deus dixit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno Cyro rege Persarum, promissione dei completa, per eundem regem populumq; Israel in Hierusalem reductum, historia secundi libri Paralipomenon, & initium Ezræ prophetæ confirmant. Cumq; à populo Israel & à senioribus templum dei ædificari cœpisset, mortuo Cyro rege ac regnante Dario rege Persarum qui memorato Cyro successerat, uicinæ gentes ciuitatis Hierusalem (ut idem Ezras refert) restaurationem templi & ciuitatis resistẽdo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Israel, reparationem supradicti templi domini, necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati Darij regis Persarum, Haggæus propheta à deo missus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui potestatem regni suscepturus erat, & Iesum filiũ Iosedech summum sacerdotem admonet, ut credant completo numero annorum tempus restaurationis Hierusalem aduenisse, hoc etiam addito, ne incredulitatem populi uellent imitari, de quo deus per eum dixit: Populus hic dicit: Nondum uenit tempus ut ædificetur domus dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ continentur, reuersionem populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruationem sacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

ARGVMENTVM.

AGGAEVS festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis ut in gaudio meteret, destructum templum reædificat, deumq; patrem inducit loquentem: Adhuc unum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus.

PROPHETIA AGGAEI

A IN ANNO SECVNDO Darij regis, in mense sexto, in die una mensis: factum est uerbum domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, Nondum uenit tempus domus domini ædificandæ. Et factum est uerbum domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: B Nunquid tempus uobis est, ut habitetis in domibus uestris laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda uestra super uias uestras. Seminastis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis uos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda uestra super uias uestras, ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi C erit, & glorificabor, dicit dominus. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & intulistis in domum, & exufflaui illud. quam ob causam, dicit dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & uos festinatis unusquisq; in domum suam. Propter hoc super uos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum: & uocaui siccitatem super terram & super montes & super triticum & super uinum & super oleum & quæcunq; profert humus, & super homines & super iumenta & super omnem laborem D manuum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi uocem domini dei sui, & uerba Aggæi prophetæ, sicut misit eum dominus deus eorum ad eos: & timuit populus à facie domini. Et dixit Aggæus nuntius domini de nuntijs domini, populo dicens: Ego uobiscum sum, dicit dominus. Et suscitauit dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei sui.

Increpat Iudæos quòd tēpli restaurationem non accelerent

1 Esd. 6 a

Deut. 28 d

Mich. 6 d

CAP. II

A IN die uicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. In septimo mense, uicesima & prima mensis: factum est uerbum domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in uobis est derelictus, qui uidit domum istam in gloria sua prima? & quid uos uidetis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi non sit in oculis uestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus, & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum: & facite (quoniam ego uobiscum sum, dicit dominus exercituum) uerbum B quod pepigi uobiscum cum egrederemini de terra Ægypti: & spiritus meus erit in medio uestrum: nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum: Meum est argentum, & meum est aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit dominus exercituum: & in loco

Exhortatur eos ad fortitudinem, describitq; magnificentiam secundi tēpli, id est ecclesiæ

isto dabo pacem,dicit dominus exercituum.In uicesima & quarta noni mensis,in anno secundo Darij regis,factum est uerbum domini ad Aggæum prophetam, dicens:Hæc dicit dominus deus exercituum,Interroga sacerdotes legem,dicens,Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora uestimenti sui,& tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum C aut uinum aut oleum aut omnem cibum,nunquid sanctificabitur?Respondentes autem sacerdotes,dixerunt:Non.Et dixit Aggæus:Si tetigerit pollutus in anima,ex omnibus his nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes,& dixerunt:Contaminabitur. Et respondit Aggæus,& dixit:Sic populus iste,& sic gens ista ante faciem meam,dicit dominus,& sic omne opus manuum eorum:& omnia quæ obtulerunt ibi,contaminata erunt. Et nunc ponite corda uestra,à die hac & suprà antequàm poneretur lapis super lapidem in templo domini:Cum accederetis ad aceruum uiginti modiorum,& fierent decem:& intraretis ad torcular ut exprimeretis quinquaginta lagenas,& fiebant uiginti:Percussi uos uento urente,& aurugine,& grandine omnia opera manuum uestrarum:& non fuit in uobis qui reuerteretur ad me dicit dominus. Ponite corda uestra ex die ista & in futurum,à D die uicesima & quarta noni mensis:à die qua fundamenta iacta sunt templi domini,ponite super cor uestrum:Nunquid iam semen in germine est:& adhuc uinea & ficus & malogranatum & lignum oliuæ non floruit?ex die ista benedicam.Et factum est uerbum domini secundò ad Aggæum,in uicesima & quarta mensis,dicens:Loquere ad Zorobabel ducem Iuda,dicens:Ego mouebo cœlum pariter & terram.Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium:& subuertam quadrigam & ascensorem eius:& descendent equi & ascensores eorum,uir in gladio fratris sui.In die illa dicit dominus exercituum,assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus,dicit dominus:& ponam te quasi signaculum,quia te elegi,dicit dominus exercituum.

Exo.10 c
& 9 c

PRAEFATIO IN ZACHARIAM PROPHETAM

SECVNDO anno Darij regis Medorum Aggæum & Zachariam prophetasse,lectiones eorundem declarant. Sed hac de causa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus esse uidetur, quòd eum duobus mensibus, ut prædictorum lectiones ostendunt,in prophetia præcessisse inuenitur,& ad reparationem templi præcepto dei populum animasse, ut Esdras refert,dicens:In secundo anno Darij regis Persarum prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ,super Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem,super Israel in nomine dei Israel super eos. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel,& Iesus filius Iosedec, & principes eius,inchoaueruntq; ædificare domum dei,quæ est in Ierusalem.Quibus cum adessent prophetæ,exhortatione sua adiuuerunt eos. Nam & populum Israel ab imitatione paternorũ delictorũ,per suam admonitionem idem propheta cupiens reuocare,uerbis lectione comprehensis usus est. Vidi nocte,& ecce uir ascenderat super equum rubeũ &c. Vidit propheta uirum equo rubeo sedentem, & stantem in medio myrteti umbrosi, cuius uisionis hæc solutio est:Vir ascendens equum rubeum:licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conscendere uisus est,uindictam sanguinis in eam gentem significat afferendam, quæ populum Israel in captiuitatẽ redegerat.Nam & Isaias propheta,per ruborem uestimentorum, inter gentes uindictam cum sanguine à deo proferendam demonstrans, his uerbis usus est,dicens: Quis est iste qui uenit de Edom,tinctis uestibus de Bosra &c. Stantem uero in medio myrteti umbrantis quòd dixit,lętitiã populo affuturam,per myrteti significationem uoluit designari. Eius ligni Moyses in Leuitico cum faceret mentionem,ait: Accipietis die prima fructus ligni speciosi,ut lætitiã populi,per bene olentis ligni & speciosi umbraculum demonstraret.Sed hanc uisionem quæ liberationem populi,& uindictam de aduersarijs affuturam demonstrat, ob hoc noctu propheta se uidisse memorauit, quia populum Israel in prima liberatione de terra Aegypti, noctu discessisse constabat:cuius exempli quia præsens populus aliquam partem in se retinere uidebatur, liberatio eiusdẽ ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctem prophetæ est reuelata.

ZACHARIAS memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum cum uestibus sordidis uestitum & lampadem oculorũ septem, candelabrumq́ aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoq; oliuas à sinistris lapidis cernit & à dextris, & post equos rufos uarios & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Hierusalem, pauperẽ regem uaticinatur, & praedicit regem sedentem super pullum filium asinae subiugalis.

PROPHETIA ZACHARIAE

Monet populũ ut exemplo maiorum obediant uerbis dei & laeta nunciat.

A I IN MENSE octauo, in anno secundo Darij, factũ est uerbum domini ad Zachariam filium Barachiae filij Addo prophetam, dicens: Iratus est dominus super patres uestros iracundia. Et dices ad eos: Haec dicit dominus exercituũ: Conuertimini ad me, ait dominus exercituum: & conuertar ad uos dicit dominus exercituum. Ne sitis sicut patres uestri, ad quos clamabant prophetae priores, dicentes: Haec dicit dominus exercituum: Conuertimini de uijs uestris malis, & de co- B gitationibus uestris pessimis: & non audierunt, neq; attenderunt ad me dicit dominus. Patres uestri ubi sunt? & prophetae nunquid in sempiternũ uiuent? Veruntamen uerba mea & legitima mea quae mandaui seruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres uestros, & cõuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum uias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis. In die uicesima & quarta undecimi mensis Sabat: in anno secundo Darij, factũ est uerbum domini ad Zachariam filium Barachiae filij Addo prophetã, dicens: Vidi per noctem, & ecce uir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quae erant in profundo: & post eum C equi rufi, uarij & albi. Et dixi: Quid sunt isti, domine mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint haec. Et respondit uir qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt quos misit dominus, ut perambulent terrã. Et responderunt angelo domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. Et respõdit angelus domini, & dixit: Domine exercituũ usquequo tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est? Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me uerba bona, uerba consolatoria. Et D dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Clama, dicens: Haec dicit dominus exercituum: Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi uerò adiuuerunt in malum. Propterea haec dicit dominus: Reuertar ad Ierusalem in misericordijs, domus mea aedificabitur in ea, ait dominus exercituum, & perpendiculum extendetur super Ierusalem. Adhuc clama dicens, Haec dicit dominus exercituum: Adhuc affluent ciuitates meae bonis, & consolabitur adhuc dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce quatuor cor- E nua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt haec? Et dixit ad me: Haec sunt cornua quae uentilauerũt Iudam & Israel & Ierusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et dixi: Quid isti ueniũt facere? Qui ait, dicens: Haec sunt cornua quae uentilauerũt Iudam per singulos uiros, & nemo eorum leuauit caput suum, & uenerũt isti deterere ea, ut deijciant cornua gentiũ quae leuauerunt cornu super terram Iuda ut dispergerent eam.

CAPVT II.

Vaticinia liberationis Ierusalẽ per Christum.

A ET leuaui oculos meos, & uidi: & ecce uir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi: Quò tu uadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem, & uideam quanta sit longitudo eius, & quanta latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absq; muro habitabitur Ierusalem prae multitudine hominum & iumentorum in

medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. B
O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit dominus: quoniam in quatuor uentos cœli dispersi uos, dicit dominus. O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit dominus exercituum, Post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerũt uos: qui enim tetigerit uos, tangit pupillam oculi eius: quia ecce ego leuo manũ meam super eos, & erunt prædæ C his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia dominus exercituum misit me. Lauda & lætare filia Sion: quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabũtur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia dominus exercituũ misit me ad te. Et possidebit dominus Iudam partem suam D in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III

De sacerdotio Christi sub typo Iesu sacerdotis

ET ostendit mihi Iesum sacerdotẽ magnum stantem coram angelo domini, & satan A stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad satan, Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te, qui elegit Ierusalem: nunquid nõ iste torris, erutus de igne? Et Iesus erat indutus uestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos qui stabãt coram se, dicens: Auferte uestimẽta sordida ab eo. Et dixit ad eum: B Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum uestibus: & angelus domini stabat. Et cõtestabatur angelus domini Iesum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Si in uijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu C quoq; iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic assistunt. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitãt coram te, quia uiri portendentes sunt. ecce enim ego adducã seruum meum orientem. Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem unum septem oculi sunt. ecce ego celabo sculpturam eius, D ait dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die una. In die illa dicit dominus exercituum, uocabit uir amicum suum subter uineam & subter ficum.

CAPVT IIII

Visio alia Christum mystice significans

ET reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me, quasi uirum qui suscita- A tur de somno suo. Et dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis quæ erant super caput eius. & duæ oliuæ super illud: una à dextris lampadis, & una à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelũ qui loquebatur in me, dicens: B Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et respõdit, & ait ad me, dicens: Hoc est uerbum domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? C & educet lapidem primarũ, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia dominus exercituum misit me ad uos. Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & uidebunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti: D oculi sunt domini, qui discurrunt in uniuersam terram. Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius? Et respondi secundò, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei, qui assistunt dominatori uniuersæ terræ.

CAPVT V

Ob scelera hominum offensum esse deum docet.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & uidi, & ecce uolumen uolans. Et dixit ad A me: Quid tu uides? Et dixi: Ecce ego uideo uolumen uolans: longitudo eius uiginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis

iurans

B iurans,ex hoc similiter iudicabitur.Educam illud,dicit dominus exercituũ:& ueniet ad domum furis,& ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius,& cõsumet eam,& ligna eius & lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in me:& dixit ad me: Leua oculos tuos,& uide:quid est hoc quod egreditur? Et dixi.
C Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in uniuersa terra. Et ecce talentũ plumbi portabatur,& ecce mulier una sedens in medio amphoræ.Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius.Et leuaui oculos meos, & uidi:& ecce duæ mulieres egrediẽtes,& spi
D ritus in alis earum,& habebãt alas quasi alas milui:& leuauerunt amphoram inter terram & cœlum.Et dixi ad angelum qui loquebatur in me:Quò istæ deferũt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar,& stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

CAPVT VI

Potentiæ dei descriptio, quæuis suo nutu moderantis

A ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & uidi:& ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montiũ: & montes,montes ærei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij & fortes.Et respondi,& dixi ad angelum qui loquebatur in me:Quid sunt hæc domine mi? Et respõdit angelus,& ait ad me:Isti sunt quatuor uenti cœli, qui egrediuntur ut stent
B coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri,egrediebantur in terram Aquilonis:& albi egressi sunt post eos:& uarij egreßi sunt ad terram Austri:qui autem erant robustißimi,exierunt,& quærebãt ire & discurrere per omnem terram.Et dixit:Ite perambulate terram, & perambulauerunt terram. Et uocauit me, & locutus est ad me,dicens:Ecce qui egrediuntur in terrã Aquilonis, requiescere fecerunt spiritũ meum in terra Aquilonis.
C Et factum est uerbum domini ad me,dicens:Sume à transmigratione ab Holdai,& à Tobia,& ab Idaia,& uenies tu in die illa, & intrabis domũ Iosiæ filij Sophoniæ, qui uenerũt de Babylone. Et sumes aurum & argentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni,& loqueris ad eum,dicens: Hæc ait dominus exercituũ,dicens: Ecce uir oriens nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Et ipse *Zach.3.b*
D extruet templum domino, & ipse portabit gloriam, & sedebit,& dominabitur super solio suo.Et erit sacerdos super solio suo,& consilium pacis erit inter illos duos.Et coronę erunt Helem,& Tobiæ,& Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, uenient,& ædificabunt in templo domini, & scietis quia dominus exercituum misit me ad uos.Erit autem hoc,si auditu audieritis uocem domini dei uestri.

CAPVT VII.

Instruit quod sit uerum & deo acceptum ieiunium

A ET factum est in anno quarto Darij regis, factum est uerbũ domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. Et miserunt ad domum dei Sarasar & Rogommelech,& uiri qui erant cum eo, ad precandũ faciem domini:ut dicerẽt sacerdotibus domus domini exercituum,& prophetis,loquẽtes: Nunquid flendum est mihi in quinto
B mense,uel sanctificare me debeo,sicut iam feci multis annis? Et factum est uerbũ domini exercituum ad me,dicens: Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes,dicens: Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos:nũquid ieiunium ieiunastis mihi?& cum comedistis & bibistis, nũquid uobis comedistis,& uobis met ipsis bibistis? Nunquid non sunt uerba quæ locutus est dominus in manu propheta
C rum priorum,cum adhuc Ierusalem habitaretur,& esset opulenta,ipsa,& urbes in circuitu eius,& ad Austrum & in campestribus habitaretur? Et factum est uerbũ domini ad Zachariam,dicens:Hæc ait dominus exercituum, dicens:Iudicium uerum iudicate, & misericordiam & miserationes facite unusquisq; cum fratre suo.Et uiduam & pupillum,& aduenam,& pauperem nolite calumniari: & malum uir fratri suo non cogitet in corde suo.Et *Esa.58.b*
D noluerunt attendere,& auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Et cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirẽt legem & uerba quæ misit dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarũ priorum, & facta est indignatio

magna à domino exercituū. Et factum est sicut locutus est, & non audierūt:sic clamabūt, & non exaudiam, dicit dominus exercituū. Et dispersi eos per omnia regna quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis, eò quòd non esset transiens & reuertens : & posuerunt terram desyderabilem in desertum.

CAP. VIII

Iræ dei causas recēset, quam tamen uitæ cōmutatione affirmat posse placari.

A ET factum est uerbum domini exercituum ad me, dicens : Hæc dicit dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Hæc dicit dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem : & uocabitur Ierusalem Ciuitas ueritatis, & Mons domini exercituum mons sanctificatus. Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & uiri baculus in manu eius præ multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius. Hæc dicit dominus exercituum: Si uidebitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituum? Hæc dicit dominus exercituū : Ecce ego saluabo populum meum de B terra orientis, & de terra occasus solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: *Iere.31.f* & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum in ueritate & in iustitia. Hæc dicit dominus exercituum: Confortentur manus uestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus domini exercituum, ut templum ædificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neq; introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines unumquenq; contra proximum suum. Nunc autem nō iuxta dies priores ego faciam reliquijs C populi huius, dicit dominus exercituum, sed semen pacis erit : uinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cœli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius uniuersa hæc. Et erit: sicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Israel, sic saluabo uos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus uestræ. Quia hæc dicit dominus exercituum: Sicut cogitaui ut affligerem uos, cum ad iracundiam prouocassent patres uestri me dicit dominus, & non sum misertus: sic cōuersus cogitaui in diebus istis ut benefaciam domui Iuda & Ierusalem, nolite timere. Hæc sunt ergo uerba quæ *Ephes.4.f* facietis: Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo, ueritatē & iudicium pacis iu- D dicate in portis uestris. Et unusquisq; malum cōtra amicum suum ne cogitetis in cordibus uestris: & iuramentum mendax ne diligatis. omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit dominus. Et factum est uerbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniū decimi erit domui Iudæ in gaudium & in lætitiam & in solennitates præclaras, ueritatem tantum & pacem diligite. Hæc dicit dominus exercituum: Vsquequo ueniant populi, & habitent in ciuitatibus multis, & uadant habitatores unus ad alterū, dicentes : Eamus, & deprecemur faciem domini, E & quæramus dominum exercituum, uadam etiam ego. Et uenient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem domini. Hæc dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam uiri Iudæi, dicentes, Ibimus uobiscum: audiuimus enim quoniā deus uobiscum est.

CAP. IX

Nunciatur uocatio gentium

A ONus uerbi domini in terra Hadrach & Damasci requiei huius : quia domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. Emath quoq; in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiā ualde. Et ædificauit Tyrus munitionē suam, & coaceruauit argentum quasi humum, & aurum ut lutum platearum. Ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon nō habitabitur. Et sedebit separator in Azoto, & disperdam B superbiam Philisthinorū. Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentiū eius: & relinquetur etiā ipse deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebuseus. Et circundabo domū meam ex his qui militāt mihi euntes & reuertentes

tes,& non transibit super eos ultra exactor, quia nunc uidi in oculis meis. Exulta satis filia Sion,iubila filia Ierusalem, Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator:ipse pauper & ascendens super asinam & super pullum filium asinæ. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem in gentibus,& potestas eius à mari usque ad mare, & à fluminibus usq; ad fines terræ. Tu quoq; in sanguine testamenti tui,emisisti uinctos tuos de lacu,in quo non est aqua.Conuertimini ad munitionem uincti spei: hodie quoq; annuntians duplicia reddam tibi. Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum,impleui Ephraim,& suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium. Et dominus deus super eos uidebitur, & exibit ut fulgur iaculũ eius:& dominus deus in tuba canet, & uadet in turbine Austri. Dominus exercituum proteget eos:& deuorabunt,& subijcient lapidibus fundæ:& bibẽtes inebriabuntur quasi à uino,& replebuntur ut phialæ,& quasi cornua altaris. Et saluabit eos dominus deus eorum in die illa,ut gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum,& uinum germinans uirgines.

CAP. X

Dominum uisitaturum domũ Israel & Iuda per Christum

Petite à domino pluuiam in tempore serotino, & dominus faciet niues,& pluuiam imbris dabit eis,singulis herbã in agro. Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini uiderunt mendaciũ,& somniatores locuti sunt frustra,& uanè consolabantur: idcirco abducti sunt quasi grex,affligẽtur, quia nõ est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos uisitabo, quia uisitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso angulus,ex ipso paxillus,ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes, conculcantes lutum uiarum in prælio,& bellabunt,quia dominus cum eis, & cõfundentur ascẽsores equorum. Et confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo:& conuertam eos,quia miserebor eorum:& erunt sicut fuerunt quando non proiecerã eos, ego enim dominus deus eorum,& exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à uino:& filij eorum uidebunt,& lætabuntur, & exultabit cor eorũ in domino. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis,& de longè recordabuntur mei: & uiuent cum filijs suis,& reuertentur. Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos: & ad terram Galaad,& libani adducã eos,& non inuenietur eis locus. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus,& cõfundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur,& sceptrum Ægypti recedet. Confortabo eos in domino,& in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

CAP. XI

De uastando tẽplo secũdo, deq; Christo pastore

Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus,quoniã magnifici uastati sunt:ululate quercus Basan,quoniã succisus est saltus munitus. Vox ululatus pastorũ, quia uastata est magnificẽtia eorũ:uox rugitus leonum, quoniam uastata est superbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus: Pasce pecora occisionis,quæ qui possederant,occidebant, & nõ dolebant:& uendebant ea,dicentes,Benedictus dominus diuites facti sumus,& pastores eorũ non parcebant eis. Et ego non parcam ultrà super habitãtes terrã,dicit dominus:ecce ego tradam homines,unumquenq; in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc ò pauperes gregis, & assumpsi mihi duas uirgas, unam uocaui Decorem, & alteram uocaui Funiculum: & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense uno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum uariauit in me. Et dixi: Non pascam uos, quod moritur moriatur, & quod succiditur,succidatur:& reliqui deuorent unusquisq; carnem proximi sui. Et tuli uirgam meam,quæ uocabatur Decus,& abscidi eam: ut irritum facerem fœdus meũ quod percussi cum omnibus populis. Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia uerbum domini est. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis uestris,

afferte mercedem meam, & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo domini, ad statuarium. Et præscidi uirgam meam secundã, quæ appellabatur Funiculus, ut dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. Et dixit dominus ad me: Adhuc sume tibi uasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorẽ in terra, qui derelicta non uisitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissoluet. O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

CAPUT XII

De uastatione ac restitutiõe Hierusalem

A ONus uerbi domini super Israel. Dixit dominus extendens cœlũ, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo: Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu, sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, concisione lacerabuntur & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa dicit dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiã: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. B Et dicent duces Iuda in corde suo: Cõfortentur mihi habitatores Ierusalem in domino exercituum deo eorũ. In die illa ponam duces Iuda sicut caminũ ignis in lignis, & sicut faciem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus in loco in Ierusalẽ. Et saluabit dominus tabernacula Iuda, sicut in principio, ut non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium contra Iudam. In die illa proteget dominus habitatores Ierusalẽ: & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi C Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu eorum. Et erit in die illa, quæram conterere omnes gentes quæ ueniunt contra Ierusalem. Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangẽt eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Ierusalẽ, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et planget terra, familiæ & familiæ seorsum: D familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorũ seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

Ioan. 19. b

CAP. XIII

De excidio Iudæorũ, & instaurãda Hierusalẽ, id est, ecclesia.

A IN die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem: in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultrà: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. Et erit: cum prophetauerit quispiam ultrà, dicent ei pater eius & B mater eius qui genuerunt eum, Non uiues: quia mendacium locutus es in nomine domini. & configent eum pater eius & mater eius genitores eius cum prophetauerit. Et erit: in die illa confundentur prophetæ unusquisq; ex uisione sua cum prophetauerint, nec operientur pallio saccino, ut mentiãtur: sed dicet, Nõ sum propheta, homo agricola ego sum: C quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebãt me. Phramea suscitare super pastorem meum, & super uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: percute pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meam D ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit dominus, partes duæ in ea dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es. & ipse dicet, Dominus deus meus.

Matth. 26. c
Mar. 14. c

CAP. XIIII

A Ecce dies domini uenit, dicit dominus: & diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & uastabuntur domus, & mulieres uiolabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatẽ, & reliquum populi non auferetur ex urbe. Et egredietur dominus, & præliabitur contra gentes illas: sicut præliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montẽ oliuarum qui est contra Ierusalem ad orientem: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem & ad occidentem præruptu grandi ualde, & separabitur mediũ montis ad Aqui-B lonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad uallem montiũ eorum, quoniam coniungetur uallis montium usq; ad proximum: & fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda: & ueniet dominus deus meus omnesq; sancti cum eo. Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies una quæ nota est domino, non dies neq; nox: & in tempore uesperi erit lux. Et erit in die illa: exibunt aquæ uiuæ de Ierusalem: medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimũ: in æstate, & in hyeme erunt. Et erit dominus rex super omnem terram: in die illa erit dominus unus, & erit nomen eius unum. Et reuertetur omnis terra usque ad desertum, de colle Remmon ad Au-C strum Ierusalem: & exaltabitur, & dabitur in loco suo, à porta Beniamin usque ad locum portæ prioris & usq; ad portam angulorũ: & à turre Hananeel usque ad torcularia regis. Et habitabũt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusalem secura. Et hæc erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem, Tabescet caro uniuscuiusq; stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & lingua eorum cõtabescet in ore suo. In die illa erit tumultus domini magnus in eis: & apprehendet uir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & cõgregabuntur diuitiæ omniũ gentium D in circuitu, aurum & argentum & uestes multæ satis. Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omnium iumentorũ quæ fuerint in castris illis: sicut ruina hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de uniuersis gentibus quæ uenerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent regem dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit: qui non ascenderint de familijs terræ Ierusalem, ut adorent regem dominum exercituum, nõ erit super eos imber. Quòd & si familia Ægypti non ascenderit, & non uenerit: E nec super eos erit, sed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium quæ non ascenderint ad celebrandã festiuitatem tabernaculorum. In die illa erit quod super frenum equi est sanctũ domino: & erunt lebetes in domo domini quasi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus domino exercituũ: & uenient omnes immolãtes, & sument ex eis, & coquent in eis. & non erit mercator ultrà in domo domini exercituum in die illo.

De excidio Iudeorum, & instauranda Ierusalem id est ecclesia.

2. Esd. 3 a

PROLOGVS IN MALACHIAM PROPHETAM

DEVS per Moysen populo Israel præceperat, sacerdotes tabernaculi sui omni corporali uitio liberos, hostias omni uitio uacuas sibi offerre. Quibus legem suam ad regendum populum ob hoc dederat, ut per sacrificiorum oblationem internuntij dei & hominum facti, populum præceptis cœlestibus facerent obedire. Vnde sacerdotes angelos dei esse, hoc in loco scriptura testatur, Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, supradictus populus ac sacerdotes sacrificia uitio deturpata, ipsi criminibus atque impietatibus maculati, deo offerre cœperunt, ideo per Malachiam prophetam deus populũ suum Israel increpans, ait: Dilexi uos, dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea uoluntate odio habitum à deo, uel sine meriti gratia Iacob dilectum manifestum est, cum secundũ præscientiam suam Esau quidem effusionem fraterni sanguinis cõcupiscere, Iacob autem in sui cognitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia, supradicto usus est exemplo, dicẽs: Dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorũ, quorum liber Geneseos meminit, in quo unusquisque eorum futurus erat proposito, manifeste constet, ut scriptũ est: Creuerunt pueri, & erat Esau homo agrestis sciens uenari, Iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehensa sunt, præuaricationem populi Israel in obseruandis sacrificijs dei, increpationemque in eundem quod deos alienos coluerit, significant.

ARGVMENTVM

MALACHIAS aperte & in fine omnium prophetarum dicit de abiectione Israel & uocatione gentium. Non est mihi ait uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

PROPHETIA MALACHIAE

Arguit ingratitudinem & scelera populi Israel.

ONVS uerbi domini ad Israel in manu Malachiæ prophetæ, Dilexi uos dicit dominus: & dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob? Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit dominus exercituum, Isti ædificabunt, & ego destruam, & uocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus usque in æternum. Et oculi uestri uidebunt, & uos dicetis: Magnificetur dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominum suũ: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus: & si dominus ego sum, ubi est timor meus: dicit dominus exercituum ad uos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: Mensa domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini uultũ dei, ut misereatur uestri (de manu enim uestra factum est hoc) si quo modo suscipiat facies uestras, dicit dominus exercituum. Quis est in uobis qui claudit ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur

Psal. 112

nomini

nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus
D exercituum. Et uos polluistis illud in eo quod dicitis: Mensa domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis: Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus. nunquid suscipiam illud de manu uestra, dicit dominus? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & uotum faciens immolat debile domino: quia rex magnus ego, dicit dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

Amos 5 f

CAP. II

Sacerdotum peccata describit & obiurgat ac cõmendat amorẽ cõiugum

A ET nunc ad uos mandatum hoc, ô sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor ut detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum: mittam in uos egestatem, & maledicam benedictionibus uestris, & maledicam illis: quoniam non posuistis super cor. Ecce, ego proijciam uobis brachium, & dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum. Et scietis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo uitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pa-
B uebat. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Vos autem recessistis de uia, & scandalizastis plurimos in lege. irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut non seruastis uias meas, & accepistis faciem in lege. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque
C uestrum fratrem suum, uiolans pactum patrum nostrorum? Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem domini, quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Disperdet dominus uirum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, & offerentem munus domino exercituum. Et hoc rursum fecistis: Operiebatis lachrymis altare domini, fletu & mugitu, ita ut non respiciam ultrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu uestra. Et dixistis: Quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te & uxorem pubertatis tuæ,
D quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & uxor fœderis tui. Nõne unus fecit, & residuum spiritus eius est? Et quid unus quærit, nisi semen dei? Custodite ergo spiritum uestrum, & uxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit dominus deus Israel. operiet autem iniquitas uestimentum eius, dicit dominus exercituum. Custodite spiritum uestrum, & nolite despicere. Laborare fecistis dominum in sermonibus uestris. Et dixistis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini, & tales ei placent: aut certe ubi est deus iudicij?

Osee 4 b

CAP. III

De aduentu Christi, eiusq; iudicio

Mat. 11 b
Mar. 1 a
Luc. 1 b & 7 d
Psal. 131

A ECce, ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam. Et statim ueniet ad templum suum dominator quem uos quæritis, & angelus testamenti, quem uos uultis. Ecce uenit, dicit dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et place-
B bit domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Ego enim dominus, & non mutor, & uos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum uestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me, & reuertar ad uos, dicit dominus ex-
C ercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? Si affigit homo deum, quia uos configitis me? Et dixistis: In quo confiximus te? In decimis, & in primitijs. Et in penuria uos maledicti estis, & me uos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum:

& sit

& sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus: si non aperuero uobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem usque ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ uestræ: nec erit sterilis uinea in agro, dicit dominus exercituum, & beatos uos dicent omnes gentes. eritis enim uos terra desiderabilis, dicit dominus exercituum. Inualuerunt super me uerba uestra, dicit dominus. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est qui seruit deo: & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt deum, & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes dominum unusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus, & audiuit: & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus dominum & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. Et conuertemini, & uidebitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem deo, & non seruientem ei.

Iob 21 b — D

CAP. IIII

Itidem de aduentu Christi & Baptistæ

ECce enim dies ueniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies ueniens, dicit dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut uituli de armento: Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum uestrorum in die qua ego facio, dicit dominus exercituum. Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia. Ecce, ego mittam uobis Eliam prophetã, antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè ueniam & percutiam terram anathemate.

A, B — Exo. 20 a, Mat. 17 b, Mar. 9 c, Luc. 1 b

PRAEFATIO IN LIBROS MACHABAEORVM

MACHABAEORVM libri duo prænotant prælia inter Hebræorum duces gentemque Persarum, pugnam quoque sabbathorum & nobiles Machabæi ducis triumphos, ex cuius nomine & libri ijdem sunt nuncupati. Hæc quoque historia continet etiam inclyta illa gesta Machabæorum fratrum, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormẽta perpessi sunt. Quos mater pia, dum diuersis supplicijs urgerentur, non solum non fleuit, sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

ALIVS PROLOGVS

MACHABAEORVM libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum uoluminum annotantur historias. Prænotant autem prælia inter Hebreorum duces, gentesque Persarum, pugnam quoque sabbathorũ & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus atque legatis. Machabæi septem fratres ab una matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna ueneratione ibi quiescunt.

MACHABAEORVM
LIBER PRIMVS

A T FACTVM est postquam percussit Alexander Philippi Mace do, qui exiuit de terra Cethim, & percussit Darium regem Persarum & Medorum: & regnauit in loco eius primus in Græcia, & constituit B prælia multa, & obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ: & pertransijt usque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu eius, & exaltatum est & eleuatum cor eius. Et congregauit uirtutem, & exercitum fortem nimis: & obtinuit regiones gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et uocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnū suum, cum adhuc uiueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum, unusquisque in loco suo: & imposuerunt B omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo tricesimoseptimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentū cum gentibus quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus uisus est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatē ut facerent iustitiam gentium. Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundū leges nationum: & fecerūt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & uænundati sunt ut facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, ut regnaret super duo regna. Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine: & constituit bellum ad C uersus Ptolemæum regem Ægypti, & ueritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt uulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti: & accepit spolia terræ Ægypti. Et conuertit Antiochus, postquam percussit Ægyptū in centesimo & quadragesimo tertio anno: & ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui. Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & uniuersa uasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & uelum, & coronas, & ornamentū aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum & aurum & uasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos quos inuenit: & sublatis omnibus abijt in terram suam. Et fecit cædem hominū, & locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & uirgines infirmati sunt, & spe D ciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant: & commota est terra super habitantes in ea, & uniuersa domus Iacob induit confusionem. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & uenit Ierusalem cum turba magna. Et locutus est ad eos uerba pacifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu: & captiuas duxerunt mulieres, & natos & pecora possederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem: & posuerunt illic gentem peccatricem uiros iniquos, & conualuerunt in ea, & posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum. Et factum est hoc ad insidias sanctificatio-

De potentia Alexādri Magni, de fœdere Iudæorum cum gētibus, propter quod grauissimè eos deus affligit per Antiochum

2. Mach. 5. c

ni,& in diabolum malum in Israel:& effunderũt sanguinem innocentem per circuitum san E
ctificationis,& contaminauerunt sanctificationẽ. Et fugerunt habitatores Ierusalem pro-
pter eos,& facta est habitatio exterorum,& facta est extera semini suo,& nati eius relique
runt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius cõuersi sunt in luctũ,
sabbatha eius in opprobrium,honores eius in nihilum. Secundũ gloriam eius multiplica-
ta est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum. Et scripsit rex Antiochus
omni regno suo,ut esset omnis populus,unus: & relinquerent unusquisq; legem suam. Et
consenserũt omnes gentes secundũ uerbum regis Antiochi:& multi ex Israel cõsenserunt
seruituti eius,& sacrificauerunt idolis,& coinquinauerunt sabbathũ. Et misit rex libros per
manus nuntiorum in Ierusalem & in omnes ciuitates Iudæ: ut sequerẽtur leges gentium
terræ,& prohiberent holocausta,& sacrificia,& placationes fieri in templo dei, & prohi- F
berent celebrari sabbathum,& dies solennes. & iussit coinquinari sancta,& sanctum tem-
plum Israel. Et iussit ædificari aras,& templa,& idola,& immolari carnes suillas,& pecora
communia.& relinquere filios suos incircũcisos, & coinquinari animas eorum in omnibus
immunditijs & abominationibus,ita ut obliuiscerẽtur legem,& immutarent omnes iustifi
cationes dei. Et quicunq; non fecissent secundũ uerbum regis Antiochi,morerentur. Se-
cundum omnia uerba hæc scripsit omni regno suo:& præposuit principes populo qui hæc
fieri cogerent.Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare. Et cõgregati sunt multi de populo
ad eos qui dereliquerant legem domini:& fecerunt mala super terram:& effugauerunt po
pulum Israel in abditis,& in abscõditis fugitiuorũ locis. Die quintadecima mensis Casleu,
quinto & quadragesimo & centesimo anno, ædificauit rex Antiochus abominandũ ido- G
lum desolationis super altare dei, & per uniuersas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt
aras:& ante ianuas domorum,& in plateis incendebant thura,& sacrificabant.& libros le-
gis dei combusserunt igni,scindentes eos:& apud quencunq; inueniebãtur libri testamenti
domini, & quicunq; obseruabant legem domini secundũ edictum regis trucidabant eum
in uirtute sua.Secundum hæc faciebant populo Israel qui inueniebatur in omni mense &
mense in ciuitatibus. Et quinta & uicesima die mensis sacrificabant super aram, quæ erat
contra altare.Et mulieres quæ circunciderant filios suos,trucidabantur secundum iussum:
& suspendebant pueros à ceruicibus per uniuersas domos eorum:& eos qui circunciderãt
illos,trucidabant. Et multi de populo Israel definierunt apud se ut non manducarent im-
munda, & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerunt infrin-
gere legem dei sanctam, & trucidati sunt. & facta est ira magna super populum Israel
ualde.

2. Mach. 6. a

CAPVT II

Mathathiæ eiusq; filiorũ zelus pro lege domini,& fortitudo in gerendo bello demoliẽdisq; idolis

IN diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis filij Simeonis,sacerdos ex filijs Ioarim A
ab Ierusalem,& consedit in monte Modin:& habebat filios quinq;: Iohannem,qui co-
gnominabatur Gaddis:& Simonem, qui cognominabatur Thassi:& Iudam, qui uocaba
tur Machabæus:& Eleazarum,qui cognominabatur Abaron:& Ionathan,qui cognomi-
nabatur Apphus. hi uiderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem. Et dixit
Mathathias, Væ mihi,ut quid natus sum uidere contritionem populi mei,& cõtritionem
ciuitatis sanctæ,& sedere illic, cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extra-
neorum facta sunt:templum eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta
sunt:trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum.
Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? Omnis compositio
eius ablata est. Quæ erat libera,facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo no- B
stra,& claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea gentes. Quo ergo nobis adhuc
uiuere? Et scidit uestimenta sua Mathathias, & filij eius: & operuerunt se cilicijs, & plan-
xerunt ualde.Et uenerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, ut cogerent eos qui confu
gerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura,& à lege dei discedere.Et multi
de populo Israel consentientes accesserunt ad eos:sed Mathathias & filij eius constanter
steterunt.Et respondentes qui missi erant ab Antiocho,dixerunt Mathathiæ:Princeps &

clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis, & fratribus. ergo accede prior, et fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes, & uiri Iuda, et qui remanserunt in Ierusalē: & eris tu, et filij tui inter amicos regis, et amplificati auro, & argento, et muneribus multis. Et respōdit Mathathias, & dixit uoce magna: Etsi omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut discedant unusquisq; à seruitute legis patrum suorum, & cōsentiant mandatis eius: ego

C & filij mei, et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. propitius sit nobis deus: non est nobis utile relinquere legem, & iustitias dei. non audiemus uerba regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mandata, ut eamus altera uia. Et ut cessauit lo qui uerba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundū iussum regis: & uidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt re-nes eius, & accensus est furor eius secundū iudicium legis, & insiliens trucidauit eum super aram: sed & uirū quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tem-pore: & aram destruxit, & zelatus est legem, sicus fecit Phinees Zamri filio Salomi. Et exclamauit Mathathias uoce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis sta tuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæ-cunq; habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium, & iustitiam in desertum: & sederunt ibi ipsi, & filij eius, et mulieres eorum, et pecora eorum: quoniā inun

Num.25.b

D dauerunt super eos mala, Et renuntiatum est uiris regis, & exercitui qui erat in Ierusalem ci uitate Dauid, quoniam discessissent uiri quidam, qui dissipauerūt mandatum regis in loca occulta in deserto, & abijssent post illos multi. Et statim perrexerunt ad eos, & constitue-runt aduersus eos prælīū in die sabbathorū, & dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundū uerbum regis Antiochi, & uiuetis. Et dixerunt: Nō exibimus, neq; faciemus uerbum regis, ut polluamus diem sabbathorum. Et concitauerunt aduersus eos prælium. Et non responderūt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occul ta, dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cœlū & ter-ra quòd iniustè perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbathis: & mortui sunt ipsi & uxo res eorum & filij eorum, & pecora eorum usque ad mille animas hominum. Et cognouit Mathathias & amici eius, et luctum habuerūt super eos ualde. Et dixit uir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes

E pro animabus nostris & iustificationibus nostris: nunc citius disperdent nos à terra. Et co-gitauerunt in die illa, dicentes: Omnis quicunq; uenerit ad nos in bello die sabbathorū, pu gnemus aduersus eum: & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occul-tis. Tunc congregata est ad eos synagoga Asidæorum fortis uiribus ex Israel, omnis uo-luntarius in lege: & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & uiros ini-quos in indignatione sua: & cæteri fugerunt ad nationes, ut euaderent. Et circuiuit Matha thias, & amici eius, et destruxerunt aras, & circunciderunt pueros incircuncisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatū est opus in manibus eorum: & obtinuerunt legem de manibus gentium: & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Mathathiæ morien di, & dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, et ira

F indignationis. Nunc ergo ô filij, æmulatores estote legis, & date animas uestras pro testa-mento patrum uestrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationi-bus suis: & accipietis gloriam magnam, et nomen æternū. Abraham nónne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatum est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustiæ suæ cu stodiuit mandatum: & factus est dominus Ægypti. Phinees pater noster, zelando zelum dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. Iesus dum impleuit uerbum, factus est dux in Israel. Caleb dum testificatur in ecclesia, accepit hæreditatem. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum. Ananias & Azarias et Misael, credentes, liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplici-

tate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui sperãt in eum, non infirmãtur. Et à uerbis uiri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, stercus & uermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini, & uiriliter agite in lege: quia cum feceritis quæ uobis præcepta sunt in lege à domino deo uestro, in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater uester scio quod uir cõsilij est: ipsum audite semper, & ipse erit uobis pater. Et Iudas Machabæus fortis uiribus à iuuentute sua, sit uobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi. Et uos adducetis ad uos omnes factores legis: & uindicate uindictam populi uestri. Retribuite retributionem gentibus, & intendite in præceptum legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno centesimo & quadragesimo sexto: & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israel planctu magno. G

CAP. III

Iudas Machabeus q̃ strenue belligeratus sit aduersus Antiochũ & eius principes

ET surrexit Iudas qui uocabatur Machabæus filius eius pro eo: & adiuuabãt eum omnes fratres eius, & uniuersi qui se coniunxerant patri eius, & præliabantur prælium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in uenatione. Et persecutus est iniquos perscrutans eos: & qui conturbabant populum suum, omnes succendit flammis: & repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt: & directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lętificabat Iacob in operibus suis, & in seculũ memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit irã ab Israel. Et nominatus est usq; ad nouissimũ terrę, & cõgregauit pereũtes. Et congregauit Apollonius gentes, & à Samaria uirtutẽ multam & magnã, ad bellandũ contra Israel. Et cognouit Iudas, & exijt obuiam illi: & percussit, & occidit illum: & ceciderunt uulnerati multi, & reliqui fugerunt. & accepit spolia eorum: & gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ quod congregauit Iudas congregationem fidelium & ecclesiam secum, & ait, Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cum ipso sunt, qui spernebant uerbum regis. Et præparauit se: & ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, ut facerent uindictam in filios Israel. Et appropinquauerunt usque ad Bethoron: & exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. Vt autem uiderunt exercitum uenientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinẽ hanc tantam & tam fortẽ, & nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorum: & non est differentia in conspectu dei cœli liberare in multis & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Ipsi ueniunt ad nos in multitudine cõtumaci & superbia, ut disperdant nos & uxores nostras, & filios nostros, & ut spolient nos. nos uerò pugnabimus pro animabus nostris: & legibus nostris & ipse dominus cõteret eos ante faciem nostram. uos autem ne timueritis eos. Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subitò: & contritus est Seron: & exercitus eius in cõspectu ipsius: & persecutus est eum in descensu Bethoron usque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti uiri, reliqui autẽ fugerunt in terram Philistijm. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido super omnes gentes in circuitu eorum & peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. Vt audiuit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitum uniuersi regni sui, castra fortia ualde: & aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum, & mandauit illis ut essent parati ad omnia. Et uidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & plagam quam fecit in terra, ut tolleret legitima quæ erant à primis diebus. & timuit ne non haberet ut semel & bis in sumptus & donaria quæ dederat antè larga manu: & abundauerat super reges, qui ante eum fuerant. Et consternatus erat animo ualde, & cogitauit ire in Persidem, ut acciperet tributa regionum, & congre

A B C

2. Par. 25. b

garet

garet argentum multum. Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate usque ad flumen Ægypti: & ut nutriret Antiochum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ uolebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem: & ut mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpandam uirtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & aufe E rendam memoriam eorum de loco: & ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram eorum. Et rex assumpsit partē exercitus residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimoseptimo: & transfretauit Euphraten flumen, & perambulabat superiores regiones. Et elegit Lysias Ptolemæum filium Doryminі, & Nicanorem & Gorgiam uiros potentes ex amicis regis: & misit cum eis quadraginta millia uirorū, & septem millia equitum: ut uenirent in terram Iuda, & disperderent eam secundū uerbum regis. Et processerūt cum uniuersa uirtute sua, & uenerunt: & applicuerunt Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum ualde, & pueros, & uenerunt in castra, ut acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. Et uidit Iudas & fratres eius quia multiplicata sunt mala, & exercitus F applicabant ad fines eorum, & cognouerunt uerba regis quæ mandauit populo facere in interitum & cōsummationem: & dixerunt unusquisq; ad proximum suum, Erigamus deiectionē populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et cōgregatus est conuentus, ut essent parati in prælium: & ut orarent & peterent misericordiam, & miserationes. Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctum conculcabatur: & filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium: & ablata est uoluptas à Iacob, & defecit tibia & cithara. Et congregati sunt, & uenerunt in Maspha cōtra Ierusalem: quia locus orationis erat in Maspha antè in Israel. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicijs, & cinerem imposuerunt capiti suo: & disciderunt uestimenta sua, et expanderūt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorum: & attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies, & clamauerunt uoce G magna in cœlū dicētes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? & sancta tua cōculcata sunt, & cōtaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem: & ecce nationes conuenerunt aduersum nos, ut nos disperdant, tu scis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt uoce magna. Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones. Et dixit his qui ædificabāt domos, & sponsabant uxores, & plantabant uineas, & formidolosis, ut redirent unusquisq; in domum suam secundū legem. Et mouerunt castra, & collocauerunt ad Austrum Emmaum. Et ait Iudas, Accingimini, & estote filij potentes, & estote parati in mane: ut pugnetis aduersus nationes has quæ conuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello, quàm uidere mala gentis nostræ & sanctorum. Sicut autem fuerit uoluntas in cœlo, sic fiat.

1. Reg. 17. b

Deut. 20. a

CAP. IIII

A ET assumpsit Gorgias quinque millia uirorum, & mille equites electos: & mouerunt castra nocte, ut applicarent ad castra Iudæorum, & percuterent eos subito. & filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere uirtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et uenit Gorgias in castra Iudæ noctu, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis. Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus uirorum tantum: qui tegumenta & gladios non habebant ut uolebant. & uiderunt castra gentium ualida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas uiris qui secum erant, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari

Iudas deuictis Gorgia & Lysia, ciuitatē recuperat ac templum expurgat, inde instruit encænia

rubro,cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum:& miserebitur nostri dominus,& memor erit testamenti patrum nostrorum,& conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie:& scient omnes gentes quia est qui redimat & liberet Israel.Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos,& uiderunt eos uenientes ex aduerso. Et exierunt de castris in prælium,& tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda.Et congressi sunt:& contritæ sunt gentes,& fugerunt in campum.Nouissimi autem omnes ceciderunt in gladio,& persecuti sunt eos usque Gezeron,& usque in campos Idumææ,& Azoti,& Iamniæ:& ceciderunt ex illis usque ad tria millia uirorum.Et reuersus est Iudas & exercitus eius,sequens eum.Dixitque ad populum:Non concupiscatis spolia:quia bellum contra nos est,& Gorgias & exercitus eius prope nos in monte: sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens de monte.Et uidit quòd in fugam conuersi sunt, & succenderunt castra. fumus enim qui uidebatur, declarabat quod factum est.Quibus illi conspectis timuerunt ualde,aspicientes simul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum:& Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & acceperunt aurum multum & argentum & hyacinthum & purpuram marinam,& opes magnas.Et conuersi,hymnum canebant,& benedicebant deum in cœlum,quoniam bonus est,quoniam in seculum misericordia eius.Et facta est salus magna in Israel in die illa.Quicunque autem alienigenarum euaserunt,uenerunt,& nuntiauerunt Lysiæ uniuersa quæ acciderant.Quibus ille auditis consternatus animo deficiebat: quia non qualia uoluit,talia contigerunt in Israel,& qualia mandauit rex. Et sequenti anno congregauit Lysias uirorum electorum sexaginta millia,& equitum quinque millia,ut debellaret eos.Et uenerunt in Iudæam,& castra posuerunt in Bethhoron,& occurrit illis Iudas cum decem millibus uiris. Et uiderunt exercitum fortem,& orauit,& dixit:Benedictus es saluator Israel,qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, & tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul,& armigeri eius.Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel,& confundatur in exercitu suo & equitibus. Da illis formidinem,& tabefac audaciam uirtutis eorum,& commoueantur contritione sua. Deijce illos gladio diligentium te:& collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiserunt prælium:& ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia uirorum. Videns autem Lysias fugam suorum,& Iudæorum audaciam,& quòd parati sunt aut uiuere aut mori fortiter,abijt Antiochiam:& elegit milites,ut multiplicati rursus uenirent in Iudæam. Dixit autem Iudas,& fratres eius:Ecce,contriti sunt inimici nostri:ascendamus nunc mundare sancta,& renouare. Et congregatus est omnis exercitus,& ascenderunt in montem Sion.Et uiderunt sanctificationem desertum,& altare prophanatum, & portas exustas, & in atrijs uirgulta nata sicut in saltu uel in montibus, & pastophoria diruta.Et sciderunt uestimenta sua,& planxerunt planctu magno,& imposuerunt cinerem super caput suum:& ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorum. & clamauerunt in cœlum. Tunc ordinauit Iudas uiros, ut pugnarent aduersus eos qui erant in arce,donec emundarent sancta.Et elegit sacerdotes sine macula,uoluntatem habentes in lege dei:& emundarunt sancta,& tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.Et cogitauit de altari holocaustorum quod prophanatum erat,quid de eo faceret.Et incidit illi consilium bonum,ut destruerent illud:ne fortè illis esset in opprobrium,quia contaminauerunt illud gentes,& demoliti sunt illud.Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto,quoadusque ueniret propheta,& responderet de eis.Et acceperunt lapides integros secundum legem,& ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius:& ædificauerunt sancta,& quæ intra domum erant intrinsecus:& ædem, & atria sanctificauerunt.Et fecerunt uasa sancta noua,& intulerunt candelabrum,& altare incensorum, & mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare,& accenderunt lucernas quæ super candelabrum erant:& lucebant in templo. Et posuerunt super mensam

1 Reg.14 b

B C D E F

mensam panes,& appenderunt uela,& consummauerunt omnia opera quæ fecerant. Et ante matutinum surrexerunt quinta & uicesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni:& obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerunt. Secundum tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in G coelum, eum qui prosperauit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia,& sacrificium salutaris & laudis.Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & scutulis: & dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas. Et facta est lætitia in populo magna ualde,& auersum est opprobrium gentium. Et statuit Iudas & fratres eius & uniuersa ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo, à quinta & uicesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas: nequando uenirent gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, ut seruarent eum, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

Ioan.10 e

CAPVT V

Quàm feliciter Iudas cum suis fratribus aduersus gentes pugnauerit

A ET factum est,ut audierunt gentes in circuitu,quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut prius, iratæ sunt ualde: & cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos,& cœperunt occidere de populo,& persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa,& eos qui erant in Arabathane:quia circunsedebant Israelitas. Et percußit eos plaga magna:& recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalum,insidiantes ei in uia:& conclusi sunt ab eo in turribus,& applicuit ad eos,& anathematizauit eos,& incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant.Et transiuit ad filios Ammon,& inuenit manum fortem,& populum copiosum,& Timotheum ducem ipsorum: & commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percußit eos,& cepit Gazer ciuitatem & filias eius,& reuersus est in Iudæam. Et congregatæ sunt gentes quæ sunt in Galaad, aduersus Israelitas qui erant in finibus eorum, ut tollerent eos:& fugerunt in Datheman munitionem,& miserunt literas ad Iudam & fratres eius,dicentes:Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitum,ut nos auferant: B &parant uenire, & occupare munitionem in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo ueni,& eripe nos de manibus eorum,quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin, interfecti sunt:& captiuas duxerunt uxores eorum, & natos,& spolia, & peremerunt illic ferè mille uiros. Et adhuc epistolæ legebantur,& ecce alij nuntij uenerunt de Galilæa conscißis tunicis, nuntiantes secundum uerba hæc: dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaida,& Tyro,& Sidone:& repleta est omnis Galilæa alienigenis ut nos consumant.Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. Dixitq; Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi uiros,& uade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim.Et reliquit Iosephum filium Zachariæ,& Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam:& præcepit illis,dicens:Præestote populo huic: & nolite bellum committere aduersum gentes, donec reuertamur. Et partiti C sunt Simoni uiri tria millia,ut iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaaditim. Et abijt Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes à facie eius,& persecutus est eos usque ad portam Ptolemaidis. & ceciderunt de gentibus ferè tria millia uirorum, & accepit spolia eorum. & assumpsit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis, cum uxoribus, & natis, & omnibus quæ erant illis: & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transie-

2 Mach.8 c

runt Iordanem,& abierunt uiam trium dierum per desertum. Et occurrerũt eis Nabuthęi, & susceperunt eos pacificè,& narrauerũt eis omnia quæ acciderant fratribus eorũ in Galaaditide. & quia multi ex eis cõprehensi sunt in Barasa,& Bosor & in Alimis,& in Casphor, & Mageth,& Carnain. hæ omnes ciuitates munitę,& magnæ. Sed & in cęteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur cõprehensi,& in crastinum constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his,& comprehendere, & tollere eos in una die. Et conuertit Iudas & exercitus eius uiam in desertum Bosor repente,& occupauit ciuitatem,& occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni. Et surrexerunt inde nocte, & ibãt usq; ad munitionem. Et factum est diluculo,cum eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus,portantes scalas & machinas ut comprehenderent munitionem: & expugnabant eos. Et uidit Iudas quia cœpit bellum,& clamor belli ascendit ad cœlum sicut tuba,& clamor magnus de ciuitate: & dixit exercitui suo, Pugnate hodie pro fratribus uestris. Et uenit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt à facie eius, & percusserunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia uirorum. Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem masculum eius,& assumpsit spolia eius, & succendit eam igni. Inde perrexit,& cepit Casbon, & Mageth,& Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hæc autem uerba, congregauit Timotheus exercitum alium: & castra posuit contra Raphon trans torrentem. Et misit Iudas speculari exercitum: & renuntiauerunt ei,dicentes, Quia conuenerunt ad eum omnes gẽtes quæ in circuitu nostro sunt,& exercitus multus nimis,& Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te uenire in prælium. Et abijt Iudas obuiam illis. Et ait Timotheus principibus exercitus sui, Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos, si uerò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torentem, & mandauit eis, dicens, Neminem hominum reliqueritis, sed ueniant omnes in prælium. Et transfretauit ad illos prior,& omnis populus post eum. & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum,& proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatem,& phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim,& non potuit sustinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas uniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide, à minimo usq; ad maximum, & uxores eorum, & natos, & uasa, & exercitum magnum ualde,ut uenirent in terram Iudæ. Et uenerunt usq; Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita ualde. & non erat declinare ab ea dextera uel sinistra, sed per medium iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas uerbis pacificis, dicens, Transeamus per terram uestram, ut eamus in terram nostram: & nemo uobis nocebit, tantum pedibus transibimus. & nolebant eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in castris ut applicarent unusquisque in quo erat loco, & applicuerunt se uiri uirtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius, & peremerunt omnem masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totam ciuitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in campo magno,contra faciem Betsan. Et erat Iudas congregans extremos,& exhortabatur populum per totam uiam, donec uenirent in terram Iuda: & ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias principes uirtutis res bene gestas, & prælia quæ facta sunt, & dixit, Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes quæ in circuitu

2. Mach. 12. e

D E F

cuitu nostro sunt. Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & uiri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati sunt Iosephus & Azarias usque in fines Iudææ: & ceciderunt illa die de populo Israel ad duo millia uiri, & facta est plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam, & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. ipsi autem non erant de semine uirorũ illorum, per quos salus facta est Israel.

G Et uir Iuda & fratres eius magnificati sunt ualde in conspectu omnis Israel, & gentium omnium ubi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabãt filios Esau in terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres succendit igni in circuitu. Et mouit castra, ut iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum uult fortiter facere, dum sine consilio exit in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarũ, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatũ, & reuersus est in terram Iuda.

CAP. VI

Antiochus ob fidẽs Elymaidem repellitur & moritur. Iudas oppugnat arcem Sion, obsessis iunior Antiochus conatur succurrere

A ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam in argento & auro, templumq; in ea locuples ualde. & illic uelamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia. Et uenit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. & surrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. Et uenit qui nuntiaret ei in Perside, Quia fugata sunt castra quæ erãt in terra Iuda: & quia abijt Lysias cum uirtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis & uiribus, & spolijs multis quæ ceperunt de castris quæ exciderunt: & quia diruerunt abominationem quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris excelsis: sed & Bethsuram ciuitatẽ suam. Et factum est, ut audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est ualde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia nõ factum est ei sicut cogitabat. Et erat illic per dies

B multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et uocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi & corrui corde præ solicitudine: & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? Nunc uerò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem, unde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam, sine causa. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et uocauit Philippum unum de amicis suis, & præposuit eum super uniuersum regnum suum: & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono. Et cognouit Lysias quoniã mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adolescentẽ: & uocauit nomen eius Eupatorem. Et hi qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu Sanctorum: & quærebãt eis mala semper & firmamentum gen

Supra 3.d

C tium. Et cognouit Iudas disperdere eos: & conuocauit uniuersum populum, ut obsiderent eos. Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel, & abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis iudicium & uindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: & filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis. & quicunque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, & munitionẽ in Bethsuram munierunt. & nisi præueneris eos uelocius, maiora quàm hæc facient, & nõ poteris obtinere eos.

Et iratus est rex ut hæc audiuit:& conuocauit omnes amicos suos,& principes exercitus sui, D & eos qui super equites erant.sed & de regnis alijs,& de insulis maritimis uenerũt ad eum exercitus cõductitij. Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum,& uiginti millia equitum,& elephanti triginta duo docti ad prælium. Et uenerunt per Idumæam,& applicuerunt ad Bethsuram,& pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas:& exierunt, & succenderunt eas igni,& pugnauerunt uiriliter. Et recessit Iudas ab arce,& mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis.Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra uiam Bethzacharam:& comparauerunt se exercitus in prælium,& tubis cecinerunt: & elephantis ostenderunt sanguinem uuæ & mori, ad acuendos eos in prælium.& diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille uiri in loricis concatenatis,& galeæ æreæ in capitibus eorum:& quingenti equites ordinati unicuiq; bestiæ electi erant. Hi ante tempus ubicunq; erat bestia, ibi erant:& quocunq; ibat,ibant,& non discedebãt ab ea.Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias:& super eas machinæ:& super singulas,uiri uirtutis trigintaduo, qui pugnabant desu E per:& intus magister bestiæ.Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes,tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. Et ut refulsit sol in clypeos, resplenduerunt montes ab eis,& resplenduerunt sicut lampades ignis.Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia:& ibant cautè & ordinatè. Et cõmouebantur omnes inhabitãtes terram à uoce multitudinis eorũ, & incessu turbæ, & collisione armorũ. erat enim exercitus magnus ualde & fortis. Et appropiauit Iudas,& exercitus eius in prælium:& ceciderũt de exercitu regis sexcenti uiri.Et uidit Eleazar filius Saura,unam de bestijs loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias.& uisum est ei quod in ea esset rex: & dedit se ut liberaret populũ suum,& acquireret sibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris,& cadebant ab eo huc atque illuc.Et iuit sub elephantum,& supposuit se ei,& occidit eum:& cecidit in terram super ipsum,& mortuus est illic. Et uidentes uirtutẽ regis, & impetum exercitus eius,diuerterũt se ab eis. Castra autem regis ascenderunt contra eos F in Ierusalem,& applicuerunt castra regis ad Iudæam & montem Sion.Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura: & exierunt de ciuitate, quia non erãt eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ. Et comprehendit rex Bethsuram, & constituit illic custodiam seruare eam. Et conuertit castra ad locũ sanctificationis dies multos:& statuit illic balistas, & machinas,& ignis iacula,& tormẽta ad lapides iactandos, & spicula,& scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. Fecerũt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerũt dies multos.Escæ autem non erant in ciuitate, eò quòd septimus annus esset:& qui remanserant in Iudæa de gentibus,consumpserant reliquias eorum quæ reposita fuerant. Et remanserunt in sanctis uiri pauci,quoniam obtinuerat eos fames:& dispersi sunt unusquisq; in locum suum.Et audiuit Lysias quòd Philippus,quem constituerat rex Antiochus cum adhuc uiueret, ut nutriret Antiochũ filium suum,& regnaret,reuersus est à Perside & Media,& exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere regni ne- G gotia:& festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus: Deficimus quotidie,& esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaq; demus dextras hominibus istis,& faciamus cum illis pacẽ,& cum omni gente eorum:& cõstituamus illis ut ambulent in legitimis suis sicut prius. propter legitima enim ipsorum,quæ despeximus,irati sunt,& fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principum:& misit ad eos pacem facere:& ceperũt illam. Et iurauit illis rex & principes:& exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion, & uidit munitionem loci:& rupit citius iuramentum quod iurauit,& mandauit destruere murum in gyro.Et discessit festinanter,& reuersus est Antiochiam,& inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eum,& occupauit ciuitatem.

CAP. VII

Anno

A ANno centeſimo quinquageſimoprimo exijt Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & aſcendit cum paucis uiris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Et factum eſt: ut ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum, comprehēdit exercitus Antiochum & Lyſiam, ut adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit, & ait: Nolite mihi oſtendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui, & uenerūt ad eum uiri iniqui & impij ex Iſrael: & Alcimus, dux eorum, qui uolebat fieri ſacerdos. Et accuſauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra. Nunc ergo mitte uirum cui credis, ut eat & uideat exterminiū omne quod fecit nobis & regionibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorū. Et elegit rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen B magnum in regno, & fidelem regi: & miſit eum. & Alcimum impium conſtituit in ſacerdotium, & mandauit ei facere ultionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt, & uenerunt cum exercitu magno in terram Iuda: & miſerunt nuntios, & locuti ſunt ad Iudam & ad fratres eius uerbis pacificis in dolo. Et non intenderunt ſermonibus eorum: uiderunt enim quia uenerunt cum exercitu magno. Et conuenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio ſcribarum requirere quæ iuſta ſunt: & primi, Aſſidæi qui erant in filijs Iſrael: & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſemine Aaron uenit, non decipiet nos. Et locutus eſt cum eis uerba pacifica: & iurauit illis, dicens: Non inferemus uobis malum, neque amicis ueſtris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis ſexaginta uiros, & occidit eos in una die ſecundum uerbum quod ſcriptum eſt: Carnes ſanctorum tuorum, & ſan- C guinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum: quia dixerunt: Non eſt ueritas & iudiciū in eis, tranſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bacchides caſtra ab Ieruſalem, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & comprehendit multos ex eis qui ad ſe refugerant, & quoſdam de populo mactauit, & in puteum magnū proiecit. Et commiſit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipſi. Et abijt Bacchides ad regem: & ſatis agebat Alcimus pro principatu ſacerdotij ſui. & cōuenerunt ad eum omnes, qui perturbabant populum ſuum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnā in Iſrael. Et uidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cum eo erāt, filijs Iſrael, D multò plus quàm gentes: & exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit uindictā in uiros deſertores, & ceſſauerunt ultrà exire in regionē. Vidit autem Alcimus quod præualuit Iudas & qui cum eo erant: & cognouit quia nō poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regē, & accuſauit eos multis criminibus. Et miſit rex Nicanorem, unum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael: & mandauit ei euertere populum. Et uenit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu magno, & miſit ad Iudam & ad fratres eius uerbis pacificis cum dolo, dicens: Non ſit pugna inter me & uos: ueniam cum uiris paucis, ut uideam facies ueſtras cum pace. Et uenit ad Iudam, & ſalutauerunt ſeinuicem pacifice: & hoſtes parati erant rapere Iudam. Et innotuit ſermo Iudæ quoniam cum dolo uenerat ad eum: & conterritus eſt ab eo, & amplius noluit uidere faciem eius. Et cognouit Nicanor E quoniā denudatum eſt conſilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferè quinque millia uiri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et poſt hæc uerba aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de ſacerdotibus populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocauſtomata quæ offerebantur pro rege. Et irridens, ſpreuit eos, & polluit: & locutus eſt ſuperbè, & iurauit cum ira, dicens: Niſi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas, continuò cum regreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exijt cum ira magna, & intrauerunt ſacerdotes, & ſteterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt: Tu domine elegiſti domum iſtam ad inuocandum nomen tuum in ea, ut eſſet domus orationis & obſecrationis F populo tuo: fac uindictam in homine iſto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blaſphemias eorum, & ne dederis eis ut permaneant. Et exijt Nicanor ab Ieruſalem, &

caſtra

Demetrius interfecto Antiocho & Lyſia, ſeuere & fraudulenter agit cum Iudæis, quib. clara contra Nicanorē uictoria obtingit.

Pſal. 78.a

2. Mach. 15.a

castra applicuit ad Bethhoron,& occurrit illi exercitus Syriæ.Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus millibus uiris,& orauit Iudas,& dixit: Qui missi erant à rege Sennacherib,domine,quia blasphemauerunt te,exijt angelus, & percussit ex eis centum octoginta quinque millia:sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & sciant cæteri quia male locutus est super sancta tua, & iudica illum secundũ malitiam illius.Et cõmiserunt exercitus prælium tertiadecima mensis Adar: & cõtrita sunt castra Nicanoris,& cecidit ipse primus in prælio. Vt autem uidit exercitus eius quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua,& fugerunt: & persecuti sunt eos uiam unius diei ab Adazer, usquequo ueniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus.& exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu,& uentilabant eos cornibus, & conuertebãtur iterũ ad eos.& ceciderunt omnes gladio,& non est relictus ex eis nec unus. Et acceperunt spolia eorum & prædam:& caput Nicanoris amputauerunt, & dextram eius quam extenderat superbè,& attulerunt,& suspenderunt contra Ierusalem.Et lætatus est populus ualde,& egerunt diem illam in lætitia magna.Et constituit agi omnibus annis diem istã tertiadecima mensis Adar. Et siluit terra Iuda dies paucos.

Isa.37.g

CAP. VIII

Iudas perpensa Romanorũ uirtute & fortitudine fœdus cum ipsis init

ET audiuit Iudas nomen Romanorum quia sunt potentes uiribus,& acquiescũt ad omnia quæ postulantur ab eis:& quicunque accesserunt ad eos,statuerunt cum eis amicitias,& quia sunt potentes uiribus. Et audierunt prælia eorum, & uirtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxerunt sub tributum: & quanta fecerunt in regione Hispaniæ,& quod in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt, & possederunt omnẽ locum consilio suo & patientia:locaque quæ longè erant ualde ab eis, & reges qui superuenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt,& percusserunt eos plaga magna:cæteri autem dant eis tributum omnibus annis. Et Philippũ & Persen Cethæorũ regem,& cæteros qui aduersum eos arma tulerant contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos.& Antiochũ magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum uiginti elephantes,& equitatum,& currus,& exercitum magnum ualde, contritum ab eis:& quia ceperunt eum uiuum,& statuerunt ei ut daret ipse & qui regnarent post ipsum,tributum magnum,& daret obsides,& constitutum & regionem Indorum, & Medos,& Lydos de optimis regionibus eorum:& acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi. & quia qui erant apud Helladam,uoluerũt ire,& tollere eos:& innotuit sermo his,& miserũt ad eos ducem unum,& pugnauerunt contra illos,& ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt uxores eorum,& filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum,& in seruitutem illos redegerunt usque in hunc diem:& residua regna, & insulas quæ aliquando restiterant illis,exterminauerunt,& in potestatem redegerunt.Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, cõseruauerunt amicitiam,& obtinuerunt regna quæ erant proxima,& quæ erant longè:quia quicunque audiebant nomen eorum,timebãt eos.Quibus uerò uellent auxilio esse ut regnarent,regnabant: quos autem uellent, regno deturbabant.& exaltati sunt ualde.Et in omnibus istis nemo portabat diadema,nec induebatur purpura, ut magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerũt sibi,& quotidie cõsulebant trecentos uiginti consilium agentes semper de multitudine, ut quæ digna sunt,gerant. Et committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari uniuersæ terræ suæ:& omnes obediunt uni,& non est inuidia neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filij Iacob,& Iasonem filium Eleazari, & misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem: & ut auferrent ab eis iugum Græcorum,quia uiderunt quod in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierunt Romam uiam multam ualde,& introierunt curiam,& dixerunt:Iudas Machabæus,& fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad uos statuere uobiscum societatem & pacem, & conscribere nos socios & amicos uestros.Et placuit sermo in cõspectu eorum. Et hoc rescriptum est,quod rescripserunt in tabulis æreis:& miserunt in Ierusalem, ut esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis. Bene sit Romanis & genti Iudæorũ in mari & in terra inæternũ:gladiusque

& hostis procul sit ab eis. Quòd si institerit bellum Romanis prius, aut omnibus socijs eo-
D rum in omni dominatione eorum: auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictaue-
rit, corde pleno, & præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecu-
niam, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes.
Similiter autem & si genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex ani-
mo, prout eis tempus permiserit: & adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, na-
ues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absque dolo. secundum hæc uer-
ba constituerunt Romani populo Iudæorum. Quòd si post hæc uerba hi aut illi addere,
aut demere ad hæc aliquid uoluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint uel
dempserint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicen-
tes: Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros & socios Iudæos? Si ergo iterum
adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraque.

CAP. IX

In cõflictu pè rit Iudas, & affliguntur Iudæi, substituitur Ionathas. Alcimus paralysi occumbit: Bacchides inde uincitur à Ionatha, & fœdus cum eo pacis perpetuæ ferit

A INterea ut audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exer-
citus eius in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudæam, &
dextrum cornu cum illis. Et abierunt uiam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Ma
saloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerũt animas hominum multas.
In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ieru-
salem: & surrexerunt, & abierunt in Berean uiginti millia uirorum, & duo millia equitum.
Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria millia uiri electi cum eo: & uiderunt multitudinem
exercitus, quia multi sunt, & timuerunt ualde: & multi subtraxerunt se de castris, & non re-
manserunt ex eis nisi octingenti uiri. Et uidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellum
perurgebat eum, & confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos, &
dissolutus est. Et dixit his qui residui erant: Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si
poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus, sed libere-
mus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduer-
sus eos: nos autem pauci sumus. Et ait Iudas: Absit istam rem facere, ut fugiamus ab eis: &
B si appropiauit tempus nostrum, moriamur in uirtute propter fratres nostros, & non infe-
ramus crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam: & di-
uisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi cer
taminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex
duabus partibus, & clamabant tubis: exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ
etiam ipsi, & commota est terra à uoce exercituum: & commissum est prælium à mane us-
que ad uesperam. Et uidit Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & con-
uenerunt cum ipso omnes constantes corde: & contrita est dextera pars ab eis, & persecu-
tus est eos usque ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant, uiderunt quòd contritum
est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam & eos qui cum ipso erant à tergo: & ingraua
tum est prælium, & ceciderunt uulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fu-
gerunt. Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepul-
chro patrum suorum in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus Israel planctu
magno: & lugebát dies multos, & dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat
C populum Israel. Et cætera uerba bellorum Iudæ, & uirtutũ quas fecit, & magnitudinis eius
non sunt descripta. multa enim erant ualde. Et factum est: post obitum Iudæ emerserunt
iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In die-
bus illis facta est fames magna ualde, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis.
Et elegit Bacchides uiros impios, & constituit eos dominos regionis: & exquirebant & per
scrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & uindicabat in illos, & illu-
debat. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est uisus pro-
pheta in Israel. Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater
tuus Iudas defunctus est, uir similis ei non est qui exeat contra inimicos, Bacchidem, & eos
qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem

& ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eũ occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecuæ, & consederunt ad aquam lacus Asphar. Et cognouit Bacchides: & die sabbathorum uenit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanem: & Ionathas misit fratrem suum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos suos, ut commodarent illis apparatũ suum, qui erat copiosus. Et exierunt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. Post hæc uerba renuntiatũ est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba filiam unius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui: & ascenderunt, & absconderunt se sub tegumento montis. Et eleuauerunt oculos suos, & uiderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus. & sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis & musicis & armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidijs, & occiderunt eos, & ceciderunt uulnerati multi, & residui fugerunt in montes: & acceperunt omnia spolia eorum, & conuersæ sunt nuptiæ in luctũ, & uox musicorum ipsorum in lamentum. Et uindicauerunt uindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bacchides, & uenit die sabbathorum usq; ad oram Iordanis in uirtute magna. Et dixit ad suos Ionathas: Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. non est enim hodie sicut heri & nudiustertius: ecce enim bellum ex aduerso, aqua uerò Iordanis hinc & inde, & ripæ & paludes & saltus: & non est locus diuertendi. Nunc ergo clamate in cœlum, ut liberemini de manu inimicorum uestrorum. Et commissum est bellum. Et extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retro: & dissilijt Ionathas & qui cum eo erant in Iordanem, & transnatauerunt ad eos Iordanem, & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille uiri: & reuersi sunt in Ierusalẽ, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudęa, munitionem quæ erat in Iericho & in Ammaum & in Bethhoron & in Bethel & Thamnatha & Phara & Thopo muris excelsis & portis & seris. Et posuit custodiam in eis, ut inimicitias exercerent in Israel: & muniuit ciuitatem Bethsuram & Gazaram & arcem, & posuit in eis auxilia, & apparatum escarum: & accepit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam. Et anno centesimo quinquagesimo tertio, mense secundo, præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum, & cœpit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi, nec ultrà potuit loqui uerbum & mandare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormẽto magno. Et uidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & siluit terra Iuda annis duobus. Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter. nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes una nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit ut ueniret cum exercitu multo: & misit occulte epistolas socijs suis, qui erant in Iudæa, ut comprehenderent Ionathan & eos qui cum eo erant, sed non potuerunt, quia innotuit eis consiliũ eorum. Et apprehendit de uiris regionis, qui principes erant malitiæ quinquaginta uiros, & occidit eos. & secessit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessen, quæ est in deserto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit uniuersam multitudinem suam: & his qui de Iudæa erant, denuntiauit. Et uenit, & castra posuit desuper Bethbessen: & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exijt in regionem, & uenit cum numero, & percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cedere & crescere in uirtutibus. Simon uerò & qui cum ipso erant, exierũt de ciuitate, & succenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis, & afflixerunt eum ualde, quoniam consilium eius & cõgressus eius erat inanis. Et iratus contra uiros iniquos qui ei consilium dederant, ut ueniret in regionem ipsorum, multos ex eis occi-

Marginalia: D (beside "uenit ipse & omnis exercitus"); E (beside "danis in uirtute magna"); 2.Par.20.c (beside "Nunc ergo clamate"); F (beside "In tempore illo percussus"); G (beside "Et uenit, & castra posuit").

eis occidit: ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionē suam. Et cognouit Ionathas: & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, & fecit secundum uerba eius, & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus uitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda: & conuersus abijt in terram suam, & non apposuit amplius uenire in fines eius. Et cessauit gladius ex Israel: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

CAP. X

A ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexāder Antiochi filius, qui cognominatus est Nobilis: & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum ualde, & exiuit obuiam illi in prælium. Et misit Demetrius epistolā ad Ionathan uerbis pacificis, ut magnificaret eum: dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo, prius quàm faciat cum Alexādro aduersum nos: recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum & in fratrem eius & in gentem eius. Et dedit ei potestatem congregādi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erāt in arce iussit tradi ei. Et uenit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi & eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt ꝙ dedit ei rex potestatem congregādi exercitum. Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis: & habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, ut extruerēt muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat: & reliquit unusquisq; locum, & abijt in terram suam: tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem & prȩcepta dei. erat enim hæc eis ad refugiū. Et audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius

Tum Demetrius tum Alexāder ambiūt amicitiā Iudæorū magnis donis, fastidito aūt Demetrio Alexādri partibus se iūgūt, eiusq; hostes profligāt strēnue

B Ionathæ: & narrauerūt ei prælia & uirtutes quas ipse fecit & fratres eius, & labores quos laborauerunt, & ait: Nunquid inueniemus aliquem uirum talem? & nunc faciemus eum amicum & socium nostrum. Et scripsit epistolam, & misit ei secundum hæc uerba, dicens: Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te ꝙ uir potens sis uiribus, & aptus es ut sis amicus noster: & nunc constituimus te hodie summum sacerdotē gentis tuæ, ut amicus uoceris regis (& misit ei purpuram, & coronam auream) & quæ nostra sunt sentias nobiscū, & conserues amicitias ad nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo in die solenni scenopegiæ: & congregauit exercitum, & fecit arma copiosa. Et audiuit Demetrius uerba ista, & cōtristatus est nimis, & ait: Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? Scribam & ego illis uerba deprecatoria, et dignitates, et dona: ut sint mecum in adiutorium. Et

C scripsit eis in hæc uerba: Rex Demetrius genti Iudæorum salutem. Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, et non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, et gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, et retribuemus uobis bona pro his quæ fecistis nobiscum. Et remittemus uobis præstationes multas, et dabimus uobis donationes. Et nunc absoluo uos et omnes Iudæos à tributis, et pretia salis in-

C dulgeo, et coronas remitto, et tertias seminis: et dimidiā partem fructus ligni quod est portionis meæ, relinquo uobis ex hodierno die et deinceps, ne accipiatur à terra Iuda et à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria et Galilæa ex hodierna die et in totū tempus. et Ierusalem sit sancta et libera cum finibus suis: et decimæ et tributa, ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem: et do eam summo sacerdoti, ut constituat in ea uiros quoscunq; ipse legerit, qui custodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quȩ captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberā gratis, ut omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes et sabbatha et neomeniæ et dies decreti, et tres dies ante diem solennem, et tres dies post diem solennem sint omnes immunitatis et remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo: et nemo habebit potestatem agere aliquid, et mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. Et ascribātur ex

Infra ud

Iudæis in exercitu regis ad triginta millia uirorum, & dabuntur illis copiæ ut oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni, & ex his constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: ut sint sub uno, & non obediant alienæ potestati, nisi summo sacerdoti: Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem, ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erāt annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et super hæc quinque millia siclorum argenti, quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos: & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. Et quicunque confugerint in tēplū quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & uniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda uel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis: & ad extruendos muros in Ierusalem & communiendos in circuitu sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. Vt audiuit autē Ionathas & populus sermones istos, non crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos ualde. Et complacuit eis in Alexandrū, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebāt omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra constra Demetrium. Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eū Alexander, & incubuit super eos. Et inualuit prælium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundum hæc uerba dicens, Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, & commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius: & nūc statuamus adinuicem amicitiam: & da mihi filiam tuam uxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem. Et respondit rex Ptolemæus, dicens, Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, ut uideamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse & Cleopatra filia eius, & uenit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam suam: & fecit nuptias eius Ptolemaidę, sicut reges in magna gloria. Et scripsit rex Alexāder Ionathæ, ut ueniret obuiam sibi. Et abijt cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argētum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerūt aduersus eum uiri pestilentes ex Israel, uiri iniqui interpellantes aduersus eum: & non intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionathā uestibus suis, & indui eum purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum. Dixitque principibus suis, Exite cum eo in mediū ciuitatis, & prædicate ut nemo aduersum eum interpellet de ullo negotio, nec quisquam ei molestus sit de ulla ratione. Et factum est ut uiderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertū cum purpura, fugerunt omnes: & magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducē, & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace & lætitia. In anno centesimo sexagesimoquinto, uenit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. Et audiuit Alexāder rex, & contristatus est ualde, & reuersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnū, & accessit ad Iamniam: & misit ad Ionathan summum sacerdotem dicēs, Tu solus resistis nobis: ego autem factus sum in derisum, & in opprobrium, propterea quia tu potestatē aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in uirtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum est uirtus bellorū. Interroga & disce quis sum ego

Supra 7 b

Supra 3 a

D E F

& cæteri

& cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia nō potest stare pes uester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terram suam: & nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo, ubi non est lapis, neque saxū, neq; locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo: & elegit decem millia uirorū, & exijt ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutoriū: & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eā. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas G Ioppē. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitū multum. Et abijt Azotum tanquam iter faciens, & statim exijt in campum: eo q; haberet multitudinē equitum, & confideret in eis. Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte. Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane usque ad uesperam. Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit cōtra legionem, equites enim fatigati erant, & contriti sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idolum suum, ut ibi se liberarent. Et succendit Ionatas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templū Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni. Et fuerunt qui ciciderunt gladio cū his qui succensi sunt, ferè octo millia uirorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis, habentibus spolia multa. Et factum est: ut audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan. Et misi ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regū. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionē. CAP. XI

Ptolemæus generū suū Alexandrū & regno & uita spoliat: amicitiam Ionathæ Demetrius q Ptolemæo successerat uiolās regno pellitur, & Antiocho Alexandri filio restituitur imperium paternū

A ET rex Ægypti congregauit exercitum, sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exijt in Syriam uerbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eò quod socer suus esset. Cum autem introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorū qui cæsi erant in bello tumulos, quos fecerant secus uiam. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas: ut inuidiam facerent ei, & tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormiuerunt illic. Et abijt Ionathas cum rege usq; ad fluuium qui uocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum usque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et misit legatos ad Demetrium, dicens, Veni componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexāder, & regnabis in regno patris tui: pœnitet enim me, quod dederim illi filiam meam: quæsiuit enim me occidere. Et uituperauit eum, propterea quod concupierat regnum eius. Et B abstulit filiam suam, & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis suis. Et audiuit Alexander, & uenit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu ualida, & fugauit eum. Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protegeretur: rex autem Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erāt in castra. Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimoseptimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudęa, ut expugnarent arcem quæ est in Ierusalem: & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui oderant gentem suam uiri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiarunt ei quod Ionathas obsideret arcem. Et ut audiuit, iratus est: & statim uenit ad

Ptolemaidam,& scripsit Ionathæ ne obsideret arcem,sed occurreret sibi ad colloquium fe stinato. Vt audiuit autem Ionathas,iussit obsidere:& elegit de senioribus Israel,& de sacer dotibus,& dedit se periculo.Et accepit aurum & argentum,& uestem,& alia xenia multa, C & abijt ad regem Ptolemaidam,& inuenit gratiam in conspectu eius.Et interpellabant ad

Supra 10 b

uersus eum quidam iniqui ex gente sua.Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerāt: & exaltauit eum in conspectu omnium amicorum suorum,& statuit ei principatum sacer dotij,& quæcunque alia habuit prius pretiosa,& fecit eum principem amicorum.Et postu lauit Ionathas à rege ut immunem faceret Iudæam,& tres toparchias,& Samariam,& cō fines eius:& promisit ei talenta trecenta.Et consensit rex:& scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus,hunc modum continentes.Rex Demetrius fratri Ionathæ salutem, & genti Iudæorum.Exemplum epistolæ,quam scripsimus Lastheni parenti nostro de uobis,misi mus ad uos ut sciretis: Rex Demetrius Lastheni parenti salutem. Genti Iudæorum amicis nostris,& conseruantibus quæ iusta sunt apud nos,decreuimus benefacere, propter beni gnitatem ipsorum quam erga nos habent.Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydam & Ramathæ,quæ additæ sunt Iudææ ex Samaria,& omnes confines ea rum sequestrari omnibus sacrificātibus in Ierosolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos,& pro fructibus terræ & pomorum.Et alia quæ ad nos pertinebāt decimarum & tributorum,ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarum, & coronas quæ nobis deferebantur,omnia ipsis concedimus,& nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus.Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in monte sancto,& in loco celebri.Et uidens Demetrius rex quod siluit terra in conspectu D suo,& nihil ei restitit,dimisit totum exercitum suum,unumquēq; in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis gentium:& inimici erant ei omnes exercitus pa trum eius. Tryphon autem erat quidam partium Alexādri prius:& uidit quoniam omnis exercitus murmurauit cōtra Demetrium,& iuit ad Emalchuel Arabem,qui nutriebat An tiochum filium Alexandri:& assidebat ei,ut traderet eum ipsi,ut regnaret loco patris sui: & enuntiauit ei quanta fecit Demetrius , & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus multis.Et misit Ionathas ad Demetrium regem ut eijceret eos qui in ar ce erant in Ierusalem,& qui in præsidijs erant:quia impugnabant Israel. Et misit Demetri us ad Ionathan,dicens.Non hæc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam cum fuerit opportunum.Nūc ergo rectè feceris,si miseris in auxilium mi hi uiros:quia discessit omnis meus.Et misit ei Ionathas tria millia uirorum fortium Antio chiam,& uenerunt ad regem,& delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant de ciuitate , centum uiginti millia uirorum , & uolebant interficere regem . Et fugit rex in aulam:& occupauerunt qui erant de ciuitate,itinera ciuitatis,& cœperunt pugnare. Et uocauit rex Iudæos in auxilium,& conuenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt omnes per ciuitatem:& occiderunt in illa die centum millia hominum,& succenderunt ciui tatem,& ceperunt spolia multa in die illa,& liberauerunt regem.Et uiderunt qui erant de E ciuitate quod obtinuissent Iudæi ciuitatem sicut uolebant:& infirmati sunt mente sua,& clamauerunt ad regem cum precibus,dicentes,Da nobis dextras, & cessent Iudæi oppu gnare nos & ciuitatem.Et proiecerunt arma sua,& fecerunt pacem : & glorificati sunt Iu dæi in conspectu regis & in conspectu omnium qui erant in regno eius, & nominati sunt in regno:& regressi sunt in Ierusalem,habentes spolia multa.Et sedit Demetrius rex in se de regni sui:& siluit terra in conspectu eius.Et mētitus est omnia quæcunq; dixit,& abalie nauit se à Ionatha,& non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat,& uexabat e um ualde.Post hæc autem reuersus est Tryphon,& Antiochus cum eo puer adolescens: & regnauit,& imposuit sibi diadema.Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos di sperserat Demetrius,& pugnauerunt contra eum:& fugit,& terga uertit. Et accepit Try phon bestias,& obtinuit Antiochiam : & scripsit Antiochus adolescens Ionathæ,dicens,

Consti

Conſtituo tibi ſacerdotium,& conſtituo te ſuper quatuor ciuitates,ut ſis de amicis regis.
F Et miſit illi uaſa aurea in miniſterium, & dedit ei poteſtatẽ bibendi in auro, & eſſe in pur- pura,& habere fibulam auream:& Simonem fratrem eius cõſtituit ducem à terminis Ty- ri uſque ad fines Ægypti.Et exijt Ionathas,& perambulabat trans flumen ciuitates:& con gregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & uenit Aſcalonem, & occurre- runt ei honorifice de ciuitate. Et abijt inde Gazam:& concluſerunt ſe qui erant Gazæ, & obſedit eam,& ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus eſt eam. Et rogauerũt Gazenſes Ionathan.& dedit illis dextram: & accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem,& perambulauit regionem uſque Damaſcum. Et audiuit Ionathas quod præ- uaricati ſunt principes Demetrij in Cades quæ eſt in Galilæa cum exercitu multo, uolen- tes eum remouere à negotio regni:& occurrit illis,fratrem autem ſuum Simonem reliquit intra prouinciam.Et applicuit Simon ad Bethſuram,& expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos.Et poſtulauerunt ab eo dextras accipere,& dedit illis: & eiecit eos inde, &
G cepit ciuitatem,& poſuit in ea præſidium.Et Ionathas & caſtra eius applicuerũt ad aquam Geneſar,& ante lucem uigilauerunt in campo Aſor:& ecce caſtra alienigenarum occurre- bant ei in campo,& tendebant ei inſidias in montibus:ipſe autem occurrit ex aduerſo. In- ſidiæ uerò exurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ,omnes:& nemo relictus eſt ex eis,niſi Mathathias filius Abſolomi, & Iu- das filius Calphi principes militiæ exercitus. Et ſcidit Ionathas ueſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo,& orauit.Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in prælium,& conuertit eos in fugam,& pugnauerunt.Et uiderunt qui fugiebant partis illius,& reuerſi ſunt ad eum,& inſequebantur cum eo omnes uſque Cades ad caſtra ſua,& peruenerunt uſque illuc,& ce- ciderunt de alienigenis in die illa tria millia uirorum:& reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem.

CAPVT XII

Cum Spartiatis & Romanis fœdera renouat Ionathas,inde in bello contra Demetrium à Tryphone capitur.

A ET uidit Ionathas quia tempus eum iuuat,& elegit uiros,& miſit eos Romam ſtatue- re & renouare cum eis amicitiam:& ad Spartiatas,& ad alia loca miſit epiſtolas ſecun dum eandem formam,& abierunt Romam,& intrauerunt curiam,& dixerunt, Ionathas ſummus ſacerdos,& gens Iudæorum miſerunt nos,ut renouaremus amicitiam & ſocieta- tem ſecundum priſtinum.Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca,ut deducerent eos in terram Iuda cum pace.Et hoc eſt exemplum epiſtolarum,quas ſcripſit Ionathas Spartia- tis.Ionathas ſummus ſacerdos, & ſeniores gentis, & ſacerdotes, & reliquus populus Iu- dæorum,Spartiatis fratribus ſalutem.Iampridem miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſum- mum ſacerdotem ab Ario qui regnabat apud uos,quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcri-
B ptum continet quod ſubiectum eſt.Et ſuſcepit Onias uirum qui miſſus fuerat,cum hono- re:& accepit epiſtolas,in quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia.Nos enim cum nul- lo horum indigeremus,habẽtes ſanctos libros qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mit tere ad uos renouare fraternitatem & amicitiam,ne fortè alieni efficiamur à uobis: multa enim tempora tranſierunt,ex quo miſiſtis ad nos. Nos ergo in omni tempore ſine inter- miſſiõe in diebus ſolẽnibus,& cæteris quibus oportet, memores ſumus ueſtri in ſacrificijs quæ offerimus,& in obſeruationibus ſicut fas eſt & decet meminiſſe fratrũ.Lætamur itaq; de gloria ueſtra.Nos autem circundederunt multæ tribulationes,& multa prælia,& impu- gnauerũt nos reges qui ſunt in circuitu noſtro.Noluimus ergo uobis moleſti eſſe, neq; cæ teris ſocijs & amicis noſtris in his prælijs:habuimus enim de cœlo auxiliũ,& liberati ſumus
C nos,& humiliati ſunt inimici noſtri.Elegimus itaq; Numeniũ Antiochi filiũ, & Antipatrẽ Iaſonis filiũ,& miſimus ad Romanos renouare cum eis amicitiã & ſocietatẽ priſtinã.Mã dauimus itaq; eis ut ueniãt etiã ad uos,& ſalutent uos,& reddãt uobis epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ.Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc. Et hoc reſcriptũ eſt epiſtolarũ,quod miſit Onias,Rex Spartiatarũ Onias, Ionathæ ſacerdoti ma gno ſalutem.Inuentũ eſt in ſcriptura de Spartiatis & Iudæis quoniã ſunt fratres:& q; ſunt

de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pa-
ce uestra. Sed & nos rescripsimus uobis: Pecora nostra & possesiones nostræ, uestræ sunt: D
& uestræ, nostræ. mandauimus itaq; hæc nuntiari uobis. Et audiuit Ionathas quoniam re-
gresi sunt principes Demetrij cum exercitu multo supra quàm prius, pugnare aduersus
eum: & exijt ab Ierusalē, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis spatium
ut ingrederentur regionem eius. Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renuntia-
uerunt q; constituunt superuenire illis nocte. Cum occidisset autem sol, præcepit Ionathas
suis uigilare & esse in armis paratos ad pugnā tota nocte, & posuit custodes per circuitum
castrorum. Et audierunt aduersarij q; paratus est Ionathas cum suis in bello: & timuerūt &
formidauerunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis. Ionathas autē & qui cum
eo erant, non cognouerunt usq; mane: uidebant autē luminaria ardentia, & secutus est eos
Ionathas, & non cōprehendit eos, transierunt enim flumen Eleutherum. Et diuertit Iona-
thas ad Arabas, qui uocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit spolia eorum. Et iun- E
xit & uenit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam. Simon autem exijt, &
uenit usq; ad Ascalonē, & ad proxima præsidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam.
(audiuit enim q; uellent præsidium tradere partibus Demetrij) & posuit ibi custodes, ut cu
stodirent eam. Et reuersus est Ionathas: & conuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis
ædificare præsidia in Iudæa, & ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna
inter medium arcis & ciuitatem, ut separaret eam à ciuitate, ut esset ipsa singulariter, & ne-
q; emant neq; uendant. Et conuenerunt ut ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat
super torrentem ab ortu solis, & reparauit eum qui uocatur Caphetetha: & Simon ędifica
uit Adiada in Sephela, & muniuit eam, & imposuit portas & seras. Et cum cogitasset Try-
Supra 11c phon regnare Asiæ & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem: ti-
mens ne fortè non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat com F
prehendere eum, & occidere. Et exurgens abijt in Bethsan. Et exiuit Ionathas obuiam illi
cum quadraginta millibus uirorum electorum in prælium, & uenit Bethsan. Et uidit Try-
phon quia uenit Ionathas cum exercitu multo, ut extēderet in eum manus: & timuit. & ac-
cepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: &
præcepit exercitibus suis ut obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathæ: Vt quid uexasti uniuer
sum populum, cum bellum nobis non sit? Et nunc remitte eos in domos suas: elige autem
tibi uiros paucos qui tecum sint, & ueni mecum Ptolemaidā, & tradam eam tibi, & reliqua
præsidia & exercitum & uniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo, propterea enim
ueni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitū, & abierunt in terram Iuda. retinuit
autem secum tria millia uirorum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mille autem ue
nerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Pto G
lemenses: & comprehēderunt eum, & omnes qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt.
Et misit Tryphon exercitum & equites in Galilæam & in campum magnum, ut perderent
omnes socios Ionathæ. At illi cum cognouissent quia cōprehensus est Ionathas, & perijt,
& omnes qui cum eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium. Et uiden
tes hi qui insequuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt: illi autem uenerunt om
nes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionathan, & eos qui cum ipso erant ualde: &
luxit Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum, conte-
rere eos. dixerunt enim: Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus
illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum. CAP. XIII

Perfidus Tryphon & Ionathan cum liberis, & Antiochū interficit, succedit Simō fratri, & ictō cū Demetrio fœdere obsidet Gazam

ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitum copiosum, ut ueniret in ter- A
ram Iuda & attereret eam. Videns quia in tremore populus est & in timore, ascendit
Ierusalem, & congregauit populum: & adhortans dixit, Vos scitis quanta ego & fratres
mei & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales ui-
dimus: horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus.
Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim
melior

melior sum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentem meam & sancta, natos quoq; nostros & uxores: quia congregatæ sunt uniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est spiritus populi simul ut audiuit sermones istos: & responderunt uoce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. pugna prælium nostrum: & omnia quæcunq; dixeris nobis, faciemus. Et congregans omnes uiros bellatores, accelerauit consummare uniuersos muros Ierusalē, & muniuit eam in gyro. Et misit Ionathan filium Absolomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce, remansit illic ipse. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, ut ueniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia: Simon autem applicuit in Addus cōtra faciem campi. Et ut cognouit Tryphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Ionathæ: & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, dicens: Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, ut non dimissus fugiat à nobis: & remittemus eum. Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur secum, iussit tamen dari argentū & pueros: ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israel, dicētem: Quia non misit ei argentum & pueros, propterea periijt. Et misit pueros & centum talenta. & mentitus est, & non dimisit Ionathan. Et post hæc uenit Tryphon intra regionem ut contereret eam, & gyrauerunt per uiam quæ ducit Ador, & Simon & castra eius ambulabāt in omnem locum quocunq; ibant. Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonē legatos, ut festinaret uenire per desertum, & mitteret illis alimonias. Et pauit Tryphon omnem equitatū, ut ueniret illa nocte: erat autē nix multa ualde, & non uenit in Galaaditim. Et cum appropinquasset Baschama, occidit Ionathan & filios eius illic. Et cōuertit Tryphon, & abijt in terram suam. Et misit Simon & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrū eius. Et planxerūt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simō super sepulchrū patris sui & fratrum suorum ædificiū altum uisu, lapide polito retro & ante: & statuit septem pyramidas, unam cōtra unā patri & matri & quatuor fratribus: & his circūposuit colūnas magnas: & super colūnas arma, ad memoriā æternā: & iuxta arma naues sculptas, quæ uiderētur ab hominibus nauigātibus mare. hoc est sepulchrū, quod fecit in Modin usq; in hunc diem. Tryphon aūt cum iter faceret cum Antiocho rege adolescēte, dolo occidit eum. Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagā magnam in terra. Et ædificauit Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis & muris magnis & portis & seris, & posuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon uiros, & misit ad Demetriū regem ut faceret remissionē regioni. quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant gesti. Et Demetrius rex ad uerba ista respōdit ei, & scripsit epistolā talē. Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti & amico regum, & senioribus & genti Iudæorū salutem. Coronā auream & bahem quam misistis, suscepimus: & parati sumus facere uobiscum pacem magnā, & scribere præpositis regis remittere uobis quę indulsimus. Quęcūq; enim cōstituimus, uobis cōstant. Munitiōes quas ædificastis, uobis sint. remittimus quoq; ignorantias & peccata usq; in hodiernū diem & coronā quam debebatis. Et si quid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non sit tributarium. Et siqui ex uobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos pax. Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium ab Israel. Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, & principe Iudæorū. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circundedit eam castris: & fecit machinas & applicuit ad ciuitatem, & percussit turrem unam, & comprehendit eam. Et qui eruperant, erant intra machinam, in ciuitatē: & factus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erant in ciuitate cum uxoribus & filijs supra murum scissis tunicis suis, & clamauerunt uoce magna, postulantes à Simone dextras sibi dari, & dixerunt: Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas. Et flexus Simon non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerāt simulachra, & tunc intrauit in eam

Infra 14 d

in eam cum hymnis benedicens dominum.& eiecta ab ea omni immunditia,collocauit in ea uiros qui legem facerent:& muniuit eam,& fecit sibi habitationem.Qui autem erant in arce Ierusalem,prohibebantur egredi & ingredi regionem,& emere & uendere:& esurierunt ualde,& multi ex eis fame perierunt,& clamauerunt ad Simonem ut dextras acciperet.& dedit illis:& eiecit eos inde,& mundauit arcem à cōtaminationibus,& intrauerunt in eam tertia & uicesima die secundi mensis,anno centesimo septuagesimo primo,cum laude & ramis palmarum & cynniris & cymbalis & nablis & hymnis & canticis,quia contritus est inimicus magnus ex Israel.Et constituit ut omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. Et muniuit montem templi,qui erat secus arcem,& habitauit ibi ipse,& qui cum eo erant. Et uidit Simon Iohannē filium suum,quòd uir prælij esset:& posuit eum ducem uirtutum uniuersarum,& habitauit in Gazaris. G

CAP. XIIII

Demetrius opprimere conatus Tryphonem capitur, sub Simone quiete agit Iudæa, & renouat fœdera cū Spartanis Romanisq;

ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitū suum, & abijt in Mediam ad contrahenda sibi auxilia,ut expugnaret Tryphonem.Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ,quia intrauit Demetrius confines suos,& misit unum de principibus suis,ut comprehenderet eum uiuum.Et abijt,& percussit castra Demetrij: & comprehendit eum,& duxit eum ad Arsacen,& posuit eum in custodiam.Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis,& quæsiuit bona genti suæ,& placuit illis potestas eius & gloria eius omnibus diebus.Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum,& fecit introitum in insulis maris.Et dilatauit fines gentis suæ,& obtinuit regionem.Et congregauit captiuitatē multam,& dominatus est Gazaræ & Bethsuræ & arci:& abstulit immunditias ex ea,& non erat qui resisteret ei.Et unusquisq; colebat terram suam cum pace:& terra Iuda dabat fructus suos,& ligna camporum fructum suum.Seniores in plateis sedebāt omnes,& de bonis terræ tractabant,& iuuenes induebant se gloriam,& stolas belli.Et ciuitatibus tribuebat alimonias,& constituebat eas ut essent uasa munitionis quoadusq; nominatum est nomē gloriæ eius usq; ad extremum terræ.Fecit pacem super terram,& lætatus est Israel lætitia magna.Et sedit unusquisq; sub uite sua,& sub ficulnea sua,& non erat qui eos terreret.Defecit impugnans eos super terram:reges contriti sunt in diebus illis.Et cōfirmauit omnes humiles populi sui,& legem exquisiuit,& abstulit omnem iniquū & malum: sancta glorificauit,& multiplicauit uasa sanctorum.Et auditum est Romę quia defunctus esset Ionathas,& usq; ad Spartiatas:& contristati sunt ualde.Vt audierūt autem quòd Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius,& ipse obtineret omnē regionem, & ciuitates in ea,scripserunt ad eum in tabulis æreis,ut renouarent amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius.Et lectæ sunt in cōspectu ecclesiæ in Ierusalem.Et hoc exemplum epistolarū quas Spartiatæ miserunt. Spartiatarum principes & ciuitates Simoni sacerdoti magno & senioribus & sacerdotibus & reliquo populo Iudæorū fratribus,salutem.Legati qui missi sunt ad populū nostrū,nuntiauerunt nobis de uestra gloria & honore & lætitia:& gauisi sumus in introitu eorū. Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in concilijs populi,sic:Numenius Antiochi,& Antipater Iasonis filius legati Iudæorum,uenerunt ad nos,renouantes nobiscū amicitiam pristinam.Et placuit populo excipere uiros gloriose,& ponere exemplū sermonū eorum in segregatis populi libris,ut sit ad memoriā populo Spartiatarum.Exemplū autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti.Post hæc aūt misit Simon Numeniū Romam,habentē clypeū aureum magnum pondo mnarum mille,ad statuendā cum eis societatem.Cum aūt audisset populus Romanus sermones istos,dixerūt:Quam gratiarum actionē reddemus Simoni & filijs eius? Restituit enim ipse fratres suos,& expugnauit inimicos Israel ab eis,& statuerunt ei libertatē, & descripserunt in tabulis æreis,& posuerūt in titulis in mōte Sion.Et hoc est exemplū scripturæ:Octauadecima die mensis Elul,anno cētesimo septuagesimo secundo,anno tertio, sub Simone sacerdote magno in Asaramel,in cōuentu magno sacerdotū & populi & principum gentis & seniorum regionis,nota facta sunt hæc:Quoniā frequēter facta sunt prælia in regione nostra:Simon autē Mathathiæ filius ex filijs Iarib,& fratres eius dederunt se peri

A B *Supra 8.12* C D

se periculo,& restiterunt aduersarijs gentis suæ,ut starent sancta ipsorum & lex,& gloria magna glorificauerunt gentem suam.Et congregauit Ionathas gentem suam,& factus est illis sacerdos magnus,& appositus est ad populum suum.Et uoluerunt inimici eorum calcare & atterere regionem ipsorum,& extendere manus in sancta sanctorum.Tunc restitit E Simon,& pugnauit pro gēte sua,& erogauit pecunias multas,& armauit uiros uirtutis gentis suæ,& dedit illis stipendia:& muniuit ciuitates Iudææ,& Bethsuram quæ erat in finibus Iudææ,ubi erant arma hostium antea:& posuit illic præsidium uiros Iudæos. Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare:& Gazaram quæ est in finibus Azoti,in qua hostes antea habitabant,& collocauit illic Iudæos:& quæcunq; apta erant ad correptionem eorum,& posuit in eis.Et uidit populus actum Simonis,& gloriam quam cogitabat facere genti suæ,& posuerunt eum ducem suum,& principem sacerdotum,eo quòd ipse fecerit hæc omnia & iustitiam & fidem quā conseruauit genti suæ,& exquisiuit omni modo exaltare populum suum.Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius ut tollerentur gentes de regione F ipsorum,& qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce,de qua procedebant,& contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt,& inferebant plagam magnam castitati: & collocauit in ea uiros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis,& exaltauit muros in Ierusalem.Et rex Demetrius statuit illi summū sacerdotium.Secundum hæc fecit eum amicum suum,& glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici & socij & fratres,& quia susceperunt legatos Simonis gloriose:& quia Iudæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem in æternum,donec surgat propheta fidelis:& ut sit super eos dux,& ut cura esset illi pro sanctis,& ut constitueret præpositos super opera eorum & super regionem & super arma & G super præsidia:& cura sit illi de sanctis:& ut audiatur ab omnibus,& scribantur in nomine eius omnes cōscriptiones in regione:& ut operiatur purpura & auro:& ne liceat ulli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum,& contradicere his quæ ab eo dicuntur,aut conuocare conuētum in regione sine ipso:& uestiri purpura,& uti fibula aurea.qui autem fecerit extra hæc,aut irritum fecerit aliquid horum:reus erit.Et cōplacuit omni populo statuere Simonem,& facere secundum uerba ista.Et suscepit Simon,& placuit ei ut summo sacerdotio fungeretur:& esset dux & princeps gentis Iudæorum & sacerdotum,& præesset omnibus.Et scripturā istā dixerūt ponere in tabulis æreis,& ponere eas in peribolo sanctorū,in loco celebri.exēplū aūt eorū ponere in ærario,ut habeat Simeon & filij eius.

CAP. XV

Antiochus Tryphonē regno expellit, ac cum Iudæis fœdus ictum, uiolat: Romani regibus nūtiant societatē Iudæorū, quorum nationes Cēdebæus populatur

A ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti,& principi gentis Iudæorum & uniuersæ genti:& erant continētes hunc modum: Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno,& genti Iudæorum salutem.Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum,uolo aūt uendicare regnum,& restituere illud,sicut erat antea:& electam feci multitudinem exercitus,& feci naues bellicas.Volo autem procedere per regionem,ut ulciscar in eos qui corruperunt regionem nostrā,& qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo.Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges,& quæcunq; alia dona remiserunt tibi:& B permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua:Ierusalem autem sanctam esse & liberam,& omnia arma quæ fabricata sunt,& præsidia quæ construxisti,quæ tenes,maneant tibi.Et omne debitum regis,& quæ futura sunt regi,ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi.Cum aūt obtinuerimus regnum nostrū,glorificabimus te & gentem tuā,& templū gloria magna,ita ut manifestetur gloria uestra in uniuersa terra.Anno centesimo septuagesimoquarto exijt Antiochus in terram patrū suorū,& conuenerūt ad eum omnes exercitus,ita ut pauci relicti essent cum Tryphone.Et insecutus est eum Antiochus rex,& uenit Dorā fugiēs per maritimā.sciebat enim q cōgregata sunt mala in eū,& reliquit C eū exercitus.et applicuit Antiochus super Dorā cū cētū uiginti millibus uirorū bellígeratorum,et octo millibus equitū.et circuiuit ciuitatē,et naues à mari accesserunt:et uexabāt ciuitatem à terra et mari,et neminem sinebant ingredi uel egredi. Venit aūt Numenius,et qui

cum eo

cum eo fuerant, ab urbe Roma, habentes epistolas regibus, & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc: Lucius consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem. Legati Iudæorum uenerunt ad nos amici nostri, renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simone principe sacerdotum, & populo Iudæorum. Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille. Placuit itaq; nobis scribere regibus & regionibus, ut non inferant illis mala, neq; impugnent eos & ciuitates eorum & regiones eorum, & ut non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad uos, tradite eos Simoni principi sacerdotum, ut uindicet in eos secundum legem suam. Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi & Attalo & Arabæ & Arsaci & in omnes regiones & Sampsamæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicioni & Cariæ & Samum & Pamphiliam & Lyciam & Halicarnassum & Rhodum & Phaselida & Coo & Siden & Arado & Cortynam & Cnidum & Cyprum & Cyrenen. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundò, admouens ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet, & misit ad eum Simon duo millia uirorum electorum in auxilium, & argentum & aurum & uasa copiosa: & noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso, dicẽs: Vos tenetis Ioppem & Gazaram, & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei: fines earum desolastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis: & tributa locorum, in quibus dominati estis extra fines Iudææ. sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta: sin autem, ueniemus & expugnabimus uos. Et uenit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & uidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit ei uerba regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei: Neq; alienam terram sumpsimus, neq; alienam detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos uerò tempus habentes, uendicamus hæreditatem patrum nostrorum. Nam de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius uerbum. Reuersus autem cum ira ad regem, renuntiauit ei uerba ista, & gloriam Simonis, & uniuersa quæ uidit: iratus est rex ira magna. Tryphon autem fugit naui in Orthosiada. Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mãdauit illi mouere castra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere: & ædificare Cedronem. Et collocauit illic equites, & exercitum: ut egressi perambularent uiam Iudææ, sicut constituit ei rex.

Iud. 11 d

CAP. XVI

Cendebæum è sua regiõe profligant Iudæi. Ptolemæus dux dolo interimit Simonem cum duobus filijs: eius frater Ioãnes interficit sibi insidiantes

ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nuntiauit Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus. Et uocauit Simon duos filios suos seniores, Iudam & Iohannem: & ait illis: Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia usq; in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties. Nunc autem senui, sed estote loco meo & fratris mei, & egressi pugnate pro gente nostra: auxilium uerò de cœlo uobiscum sit. Et elegit de regione uiginti millia uirorum belligeratorum, & equites, & profecti sunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin. Et surrexerunt mane, & abierunt in campum: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum. Et admouit castra contra faciem eorum, ipse & populus eius: & uidit populum trepidantem ad transfretãdum torrentem, & transfretauit primus. & uiderunt eum uiri, & transierunt post eum. Et diuisit populum, & equites in medio peditum. erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. Et exclamauerunt sacris tubis: & in su

in fugam conuersus est Cendebæus,& castra eius,& ceciderunt ex eis multi uulnerati: resi/dui autem in munitionem fugerunt. Tunc uulneratus est Iudas frater Ioannis: Ioannes autem insecutus est eos, donec uenit Cedronem quam ædificauit:& fugerunt usque ad turres quæ erant in agris Azoti,& succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia uirorum,& reuersus est in Iudæam in pace:& Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multum,erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & uolebat obtinere regionem,& cogitabat dolum aduersus Simonem & C filios eius ut tolleret eos. Simon autem perambulans ciuitates que erant in regione Iudææ & solicitudinem gerens earum,descendit in Iericho ipse & Mathathias filius eius, & Iudas anno centesimo septuagesimoseptimo, mense undecimo,hic est mensis Sabat. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam,quæ uocatur Doch,cum dolo,quam ædificauit:& fecit eis conuiuium magnum,& abscondit illic uiros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis,& sumpserunt arma sua,& intrauerunt in conuiuium,& occiderunt eum,& duos filios eius,& quosdam pueros eius,& fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus,& misit regi ut mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum,& tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Ioannem, & tribunis misit epistolas, ut uenirent ad se,& daret eis argentum, D & aurum, & dona. Et alios misit occupare Ierusalem,& montem templi. Et præcurrens quidam,nunciauit Ioanni in Gazara quia perijt pater eius,& fratres eius,& quia misit te quoque interfici. Vt audiuit autem, uehementer expauit:& comprehendit uiros qui uenerant perdere eum,& occidit eos:cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera sermonum Ioannis, & bellorum eius,& bonarum uirtutum quibus fortiter gessit,& ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius:ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

LIBER SECVNDVS
MACHABAEORVM

A [F]RATRIBVS qui sunt per Ægyptum Iudæis,salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam. Benefaciat uobis deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorum suorum fidelium, & det uobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis eius uoluntatem corde magno & animo uolenti. Adaperiat cor uestrum in lege sua,& in præceptis suis,& faciat pacem. Exaudiat orationes uestras, & reconcilietur uobis, nec uos deserat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro uobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono nos Iudæi scripsimus uobis in tribulatione & impetu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra & à regno. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem, & orauimus ad dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu. Anno centesimo octogesimooctauo,populus qui est in Ierosolymis, & in Iudæa,senatusque & Iudas,Aristobolo magistro Ptolemæi regis qui est de genere christorum sacerdotum,& his qui in Ægypto sunt Iudæis,salutem & sanitatem. De magnis periculis à deo liberati magnifice agimus gratias ipsi, utpote qui aduersus talem regem dimicauimus. Ipse C enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnauerunt contra sanctam ciuitatem. Nam cum in Perside esset dux ipse & cum ipso immensus exercitus,cecidit in templo Naneæ,consilio de

Iudæi sese mutuis literis solantur, & inde ad Aristobulum scribunt, deque igne in puteo seruato

ceptus sacerdotum Naneæ: etenim cum ea habitaturus uenit ad locum Antiochus & amici eius, ut acciperent pecunias multas dotis nomine. Cumq; proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum phani, clauserunt templum. Cum autem intrasset Antiochus, apertoq; occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & uicesima die mensis Casleu, purificationem templi, necessarium duximus significare uobis: ut & uos quoq; agatis diem scenopegiæ, & diem ignis, qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in ualle ubi erat puteus altus & siccus: & in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum autẽ præteriissent anni multi, & placuit deo ut mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Vtq; hoc factum est, & tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Ionatha inchoante, cæteris autem respondentibus. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum, Domine deus omnium creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus pręstans, solus iustus & omnipotens, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos: accipe sacrificium pro uniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt gentibus, & contemptos & abominatos respice: ut sciant gentes quia tu es deus noster. Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia. Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos, usquequo consumptum esset sacrificium. Cum autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est. Vt uerò manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum quòd in loco in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia. Consyderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum ut probaret quod factum erat: & cum probasset, sacerdotibus donauit multa dona, & alia atq; alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II

Quid ieremias mandauerit captiuis Iudæis, deq; eorũ annalibus

INuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iussit eos ignem accipere qui transmigrabantur, ut significatum est & ut mandauit trãsmigratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur præcepta domini, & ut non exerrarent mentibus uidentes simulachra aurea, & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiusmodi dicẽs, hortabatur ne legem amouerent à corde suo. Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, usquequo exijt in montem, in quo Moyses ascendit, & uidit dei hæreditatem. Et ueniens ibi Ieremias inuenit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum: & non potuerũt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc dominus ostẽdet hæc, & apparebit maiestas domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cum Salomon petijt ut locus sanctificaretur magno deo, manifestabat hæc. Magnifice etenim sapientiam tractabat: & ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi. Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum: sic &

Salomon

Salomon orauit,& descendit ignis de cœlo,& consumpsit holocaustum. Et dixit Moyses, eò quòd non sit comestum quod erat pro peccato,& consumptũ est. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. Inferebantur autem in descriptionibus & commentarijs Nehemiæ hæc eadem,& qualiter construens bibliothecam congregauit de regibus libros & prophetarum & Dauid,& epistolas regum, & de donarijs. Similiter autem & Iudas ea quæ deciderant per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. Si ergo desyderatis hæc, mittite qui perferãt uobis. Acturi itaq; purificationem scripsimus uobis:bene ergo facietis si egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus,& regnum & sacerdotium,& sanctificationem, sicut promisit in lege, speramus quòd cito nostri miserebitur,& cõgregabit de sub cœlo in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis,& locum purgauit. De Iuda uerò Machabæo, & fratribus eius,& de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione:sed & de prælijs quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem: & de illuminationibus que de cœlo factæ ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita ut uniuersam regionem cum pauci essent, uindicarent,& barbaram multitudinem fugarent, & famosissimum in toto orbe templum recuperarent,& ciuitatem liberarent,& ut leges quæ abolendæ erant restituerentur,domino cum omni tranquillitate propitio facto illis: Itemq; ab Iasone Cyrenæo, quinq; libris comprehensa,tentauimus nos uno uolumine breuiare. Consyderantes enim multitudinem librorum,& difficultatem uolentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum: curauimus uolentibus quidem legere,ut esset animi oblectatio: studiosis uerò,ut facilius possint memoriæ commendare:omnibus autem legẽtibus utilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis,qui hoc opus breuiandi causa suscepimus,non facilem laborem,imò uerò negotium plenum uigiliarum, & sudoris assumpsimus. Sicut hi qui præparant conuiuium,& quærunt aliorum uoluntati parere,propter multorum gratiam,libenter laborem sustinemus:ueritatem quidem de singulis authoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam breuitati studentes. Sicut enim nouæ domus architecto de uniuersa structura curandum est:ei uerò qui pingere curat,quæ apta sunt ad ornatũ exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis. Etenim intellectum colligere,& ordinare sermonem,& curiosius partes singulas quasq; disquirere,historiæ congruit authori: breuitatem uerò dictionis sectari,& executiones rerum uitare,breuianti concedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus:de præfatione tantum dixisse sufficiat. stultum etenim est ante historiam effluere:in ipsa autem historia succingi.

CAP. III

De ueneratione templi Hierosolimitani, Simone proditore: Heliodorus rapturus thesauros templi à domino percussus precibus Oniæ sanatur

IGitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace,leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis dispositionem & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat ut & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent: ita ut Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin præpositus templi constitutus,contendebat obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cum uincere Oniam nõ posset,uenit ad Apollonium Tharsææ filium,qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ,& Phœnicis:& annuntiauit ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis,& communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum:esse autem possibile,sub potestate regis cadere uniuersa. Cumq; retulisset ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant,ille accitum Heliodorum qui erat super negotia eius,misit cum mandatis, ut prædictam pecuniam transportaret. Statimq; Heliodorus iter est aggressus,specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicem ciuitates esset peragraturus,re uera autem regis propositum perfecturus. Sed cum uenisset Ierosolymam,& benigne à summo sacerdote in ciuitate esset acceptus,narrauit de dato indicio pecuniarum,& cuius rei gratia adesset aperuit,interrogabat autem si uerè hæc ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esset hæc uictualia uiduarum & pupillorum:quædam uerò esse Hyrcani Tobiæ uiri ualde eminentis,in his quæ detulerat impius

Simon: uniuersa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta: decipi uerò eos qui credidissent loco & templo, quod per uniuersum mūdum honoratur, pro sui ueneratione & sanctitate omnino impossibile esse. At ille pro his quę habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda. Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica uerò per uniuersam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cœlo eum qui de depositis legē posuit, ut his qui deposuerant ea, salua custodiret. Iam uerò qui uidebat summi sacerdotis uultum, mente uulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. circunfusa enim erat mœstitia quædam uiro, & horror corporis: per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiā gregatim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quòd in contemptum locus esset uenturus. Accinctæq; mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant, sed & uirgines quæ conclusæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam uerò per fenestras aspiciebant: uniuersæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur: erat enim misera commistæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone cōstituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem deum, ut credita sibi, his qui crediderant, cum omni integritate conseruarētur. Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium, præsens. Sed spiritus omnipotentis dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita ut omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes dei uirtute, in dissolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habēs sessorem, optimis operimētis adornatus: isq; cum impetu Heliodoro priores calces illisit: qui autem ei sedebat, uidebatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes uirtute decori, optimi gloria, speciosiq; amictu: qui circunsteterunt eum, & ex utraq; parte flagellabāt, sine intermissione multis plagis uerberantes. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumq; multa caligine circunfusum rapuerunt, atq; in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta dei cognita uirtute: & ille quidem per diuinam uirtutem iacebat mutus, atq; omni spe & salute priuatus. Hi autem dominum benedicebāt, quia magnificauerat locum suum: & templum quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino, gaudio & lætitia impletum est. Tunc uerò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, ut inuocaret altissimum ut uitam donaret ei qui in supremo spiritu erat constitutus. Consyderans autem summus sacerdos ne fortè rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute uiri hostiam salutarem: Cumq; summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdem uestibus amicti, astantes Heliodoro dixerunt, Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum dominus tibi uitam donauit: tu autem à deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia dei & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem hostia deo oblata, & uotis magnis promissis ei qui uiuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis uiderat opera magni dei. Cum autem rex interrogasset Heliodorum quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait, Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quòd in loco sit uerè dei quædam uirtus. Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, uisitator & adiutor est loci illius, & uenientes ad malefaciendum, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij custodia ita res se habet.

CAP. IIII

Simon calumniatur Oniæ: Iason, Menelaus et Lysimachus scelerati nebulones uiolenter succedunt sibi in sacerdotio & Onias interficitur

SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tanq; ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset inuentor malorum: prouisoremq; ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis dei audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ intantum procederent, ut etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent: consyderans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, utpote ducem Cœles syriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis ad regem se contulit

tulit, non ut ciuium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum uniuersæ multitudinis consyderans: uidebat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua. Sed post Seleuci uitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sa-
B cerdotium: adito rege promittens ei argenti talēta trecenta sexaginta, & ex redditibus alijs talenta octoginta, super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis erant Antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilē ritum contribules suos transferre cœpit: & amotis his quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosq; epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus: ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contemp-
C to templo, & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitijs disci: & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarum gratia periculosa eos cōtentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyro celebraretur, & rex præsens esset, misit Iason facinorosus ab Ierosolymis uiros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis: quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificijs erogarentur, quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari: sed hæc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium. Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cum cognouisset Antiochus alienum se à negotijs regni effectum, pro prijs utilitatibus consulens, profectus inde uenit Ioppen, & inde Ierosolymam. Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est: & in-
D de in Phœnicen exercitum conuertit. Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supra dicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotijs necessarijs responsa perlaturum. At ille commendatus regi, cum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium superponens Iasoni talenta argenti trecenta. Acceptisq; à rege mandatis uenit, nihil quidem habens dignum sacerdotio: animos uerò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens. Et Iason quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecunijs uerò regi promissis, nihil agebat, cum exactionem faceret Sostratus qui arci erat præpositus: nam ad hūc exactio uectigalium pertinebat: quam ob cau-
E sam utriq; ad regem sunt euocati. Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cyprijs. Et cum hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati. Festinanter itaq; rex uenit sedare illos, relicto suffecto uno ex comitibus suis Andronico. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus oportunum, aurea quædam uasa è templo furatus donauit Andronico, & alia uendiderat Tyro, & per uicinas ciuitates. Quod cum certissime cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem, Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat ut Oniam interficeret, Qui cum uenisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quanuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non ueritus iustitiam. Ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam aliæ quoq; nationes indignabantur, & moleste ferebant de ne-

ce tanti uiri iniusta. Sed regressum regē de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci: cōquerentes de iniqua nece Oniæ. Contristatus itaque est animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam: accensisque animis Andronicum, purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco in quo in Oniam impietatē commiserat, sacrilegum uita priuari, domino illi condignam retribuente pœnam. Multis autem sacrilegijs in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachum multo iam auro exportato. Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus uti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. Sed ut intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides alij fustes ualidos arripuere: quidam uerò cinerem in Lysimachum iecere. Et multi quidem uulnerati, quidam autem & prostrati, omnes uero in fugam conuersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. Et cum uenisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres uiri à senioribus. Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum, quasi refrigerandi gratia regem adijt, & deduxit à sententia: & Menelaum quidem uniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Cito ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris uasis causam prosecuti sunt. Quam ob rem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant, auaritiam permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

Ostenta in nubibus mire apparent, Iason conciues trucidans fugatur & turpiter perit: Antiochus Hierusalem capit & templum spoliat

EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autem per uniuersam Ierosolymorum ciuitatem uideri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tanquàm uita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille uiris, repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murum conuolantibus, ad ultimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason uerò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatē aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrās hostium & non ciuium se trophæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem uerò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abijt in Ammaniten. Ad ultimum in exitium sui conclusus ab Areta Arabū tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus ut refuga legum & execrabilis, ut patriæ & ciuium hostis, in Ægyptū extrusus est: & qui multos de patria sua expulerat, peregrè perijt, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abijcitur, sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulchro participās. His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deserturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere, nec parcere occursantibus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, & mulierum & natorum exterminia uirginumque & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octingenta millia interfecti: quadraginta millia uincti, non minus autem uenundati. Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare templum uniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor: & scelestis manibus sumens sancta uasa quę ab alijs regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indigne & contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, non consyderabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem modicum deus fuerat iratus: propter quod & accidit

dit circa locum despectio. alioquin, nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos: sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adueniens flagellatus, & repulsus utiq; fuisset ab audacia. Verum non propter locũ, gentem: sed propter gentem, locum deus elegit. Ideoq; & ipse locus particeps factus est populi malorum, postea autem fiet socius bonorum: & qui derelictus in ira dei omnipotentis est, iterum D in magni dei recõciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, uelociter Antiochiam regressus est, existimãs se præ superbia terram ad nauigãdum, pelagus uerò ad iter agendum, deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem & præpositos ad affligendam gẽtem: Ierosolymis quidem Philippũ genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo constitutus est: in Garizim autem Andronicum & Menelaũ, qui grauius quàm cæteri imminebãt ciuibus. Cumq; appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu uiginti & duobus millibus, præcipiens omnes perfectę ætatis interficere, mulieres ac iuuenes uẽdere. Qui cum uenisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit usq; ad diem sanctum sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. Omnesq; simul qui ad spectaculum processerãt, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibiq; inter feras uitã in montibus cum suis agebat: & fœni cibo uescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI

Quantum sæuierit Antiochus tam in reliquas Iudææ ciuitates q̃ Ierusalem: deq; cõstantia Eliazari.

A SEd non post multum temporis misit rex senem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos ut se transferrent à patrijs & dei legibus: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. Pessima autem & uniuersis grauis erat malorũ incursio: nam templum luxuria & comessationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres se ultrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ nõ licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neq; autem sabbatha custodie B bantur, neque dies solennes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquã confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. Decretum aũt exijt in proximas gentilium ciuitates, suggerẽtibus Ptolemæis, ut pari modo & ipsi aduersus Iudæos agerent, ut sacrificarent: eos autem qui nollent transire ad instituta gentilium, interficerent: erat ergo uidere miseriã. Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse: quas infantibus ad ubera suspensis, cum publice per ciuitatem circunduxissent, per muros pręcipi C tauerunt. Alij uerò ad proximas coeuntes speluncas, & latenter sabbathi diem celebrantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensi sunt: eo quòd uerebãtur propter religionem & obseruantiam, manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quę acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sentẽtia agere, sed statim ultiones adhibere: magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs nationibus dominus patiẽter expectat, ut eas cum iudicij dies aduenerit, in ple D nitudine peccatorũ puniat: ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris in finẽ deuolutis, ita demũ in nos uindicet. Propter q̃d nunq; quidẽ à nobis misericordiã suã amouet: corripiẽs uerò in aduersis populũ suũ, nõ derelinquit. Sed hæc nobis ad cõmonitionẽ legẽtiũ dicta sint paucis. Iã aũt ueniendũ est ad narrationẽ. Igitur Eleazarus unus de primoribus scribarum, uir ætate prouectus, & uultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimam mortem quàm odibilem uitam complectẽs, uoluntarie præibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter susti E nens destinauit non admittere illicita propter uitæ amorem. Hi autem qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam uiri amicitiam, tollentes eum secretò rogabant

afferri carnes,quibus uesci ei licebat,ut simularetur manducasse,sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus:ut hoc facto à morte liberaretur, & propter ueterem uiri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus,& secundum sanctæ & à deo conditæ legis constituta:respondit cito, dicens præmitti se uelle in infernum.Non enim ætati nostræ dignum est,inquit,fingere:ut multi adolescentes,arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum, & ipsi propter F meam simulationem, & propter modicum corruptibilis uitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationem meæ senectuti conquiram.Nam & si in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar,sed manum omnipotentis nec uiuus, nec defunctus effugiam. Quam ob rem fortiter uita excedendo, senectute quidem dignus apparebo:adolescentibus autem exemplum forte relinquam,si prompto animo,ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.His dictis confestim ad supplicium trahebatur. Hi autem qui eum ducebant,& pauloantè fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter G sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur,imgemuit,& dixit,Domine qui habes sanctam sciẽtiam, manifeste tu scis quia cum à morte possem liberari,duros corporis sustineo dolores: secundum animam uerò propter timorem tuum libenter hæc patior.Et iste quidem hoc modo uita decessit non solum iuuenibus, sed & uniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum uirtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII

Memorabilis septẽ fratrum eorumq; matris magnanimitas & constantia

A Contigit autem septem fratres unà cum matre sua apprehensos, compelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & tauris cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus,sic ait.Quid quæris,& quid uis discere à nobis? parati sumus mori magis quàm patrias dei leges præuaricari.Iratus itaq; rex iussit sartagines & ollas æneas succendi.Quibus statim succensis,iussit ei qui prior fuerat locutus,amputari linguã:& cute capitis abstracta,summas quoq; manus & pedes ei præscindi,cæteris eius fratribus & matre inspiciẽtibus.Et cum iam per omnia inutilis factus esset,iussit ignem admoueri,& adhuc spirantem torreri in sartagine:in qua cum diu cruciaretur,cæteri unà cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter,dicentes,Dominus deus aspiciet ueritatem,& consolabitur in nobis,quemadmodum in B protestatione cantici declarauit Moyses:& in seruis suis consolabitur. Mortuo itaq; illo primo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abstracta, interrogabãt si manducaret prius quàm toto corpore per membra singula puniretur.At ille respondens patria uoce,dixit,Non faciam.Propter quod & iste sequenti loco primi tormenta suscepit:& in ultimo spiritu constitutus,sic ait,Tu quidem scelestissimè in præsenti uita nos perdis:sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in æternæ uitæ resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus cito protulit, & manus constanter extendit:& cum fiducia ait,E cœlo ista possideo,sed propter dei leges nunc hæc C ipsa despicio,quoniam ab ipso me ea recepturum spero:ita ut rex,& qui cum ipso erant,mirarentur adolescẽtis animũ, quòd tanquàm nihilum duceret cruciatus.Et hoc ita defuncto, quartum uexabant similiter torquentes. Et cum iam esset ad mortem,sic ait, Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à deo,iterum ab ipso resuscitandos,tibi enim resurrectio ad uitam non erit. Et cum admouissent quintum,uexabant eum. At ille respiciens in eum,dixit,Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod uis:noli autem putare genus nostrum à deo esse derelictum:tu autẽ patiẽter sustine,& uidebis magnã potestatẽ ipsius,qualiter te & semẽ tuũ torquebit.Post hũc ducebãt sextũ,& is mori incipi- D ens,sic ait,Noli frustra errare:nos enim propter nosmetipsos hoc patimur,peccantes in deũ nostrũ,& digna admiratione facta sunt in nobis:tu autẽ ne existimes tibi impunè futurum, quòd cõtra deũ pugnare tẽtaueris.Supra modũ autem mater mirabilis,& bonorũ memoria digna,quę pereũtes septẽ filios sub unius diei tẽpore cõspiciẽs,bono animo ferebat propter spem

ſpem quàm in deo habebat,ſingulos illorũ hortabatur uoce patria fortiter, repleta ſapien-tia:& fœmineæ cogitationi maſculinum animũ inſerens,dixit ad eos,Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis:neq; enim ego ſpiritum & animam donaui uobis & uitam,& ſingulo-
E rum membra non ego ipſa compegi:ſed enim mundi creator,qui formauit hominis natiui-tatem, quiq; omnium inuenit originem, & ſpiritum uobis iterum cum miſericordia reddet & uitam,ſicut nunc uoſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autem contemni ſe arbitratus,ſimul & exprobrantis uoce deſpecta,cum adhuc adoleſcẽtior ſupereſſet, non ſolum uerbis hortabatur,ſed & cum iuramẽto affirmabat ſe diuitem & beatum facturum, & tranſlatum à patrijs legibus amicum habiturum, & res neceſſarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adoleſcens nequaquam inclinaretur,uocauit rex matrem,& ſuadebat ei ut adoleſcenti fieret in ſalutem. Cum autem multis eam uerbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum,irridens crudelem tyrannum,ait patria uoce,Fili mi miſerere mei,quæ te in utero nouem menſibus portaui,& lac triennio dedi & alui, & in ætatem
F iſtam perduxi. Peto nate,ut aſpicias ad cælum & terram,& ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa deus & hominum genus: ita fiet ut non timeas carnificem iſtum,ſed dignus fratribus tuis effectus,ſuſcipe mortẽ, ut in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens, Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis,ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu uerò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos,non effugies manum dei. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis propter increpationem, & correptionem dominus deus noſter modicum iratus eſt:ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Tu autẽ ò ſceleſte & omnium hominum flagitioſiſſime,noli fruſtra extolli uanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus,nondum enim omnipotentis dei & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato,ſub teſtamento æternæ uitæ effecti ſunt:tu uerò iudicio dei iu-
G ſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem ſicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patrijs legibus,inuocans deum maturius genti noſtræ propitium fieri,teq; cum tormentis & uerberibus confiteri quòd ipſe eſt deus ſolus. In me uerò & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira,quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tunc rex accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferens ſe deriſum. Et hic itaq; mundus obijt,per omnia in domino confidens. Nouiſſime autem, poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs,& de nimijs crudelitatibus ſatis dictum eſt. CAP. VIII

Iudæ Machabæi geſta contra Philippũ & Nicanórem

A IVdas uerò Machabeus,& qui cum illo erant,introibant latenter in caſtella: & conuocantes cognatos,& eos qui permanſerant in Iudaiſmo aſſumentes,eduxerunt ad ſe ſex millia uirorum. Et inuocabant dominum ut reſpiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & miſereretur templo quod cõtaminabatur ab impijs:miſereretur etiam exterminio ciuitatis,quæ eſſet illico complananda,& uocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret:memoraretur quoque iniquiſſimas mortes paruulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. At Machabæus congregata multitudine, intollerabilis genti-
B bus efficiebatur, ira enim domini in miſericordiam conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas: & opportuna loca occupans,non paucas hoſtium ſtrages dabat:maxime autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur,& fama uirtutis eius ubiq; diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim uirum ad profectum uenire,ac frequentius res ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnicis ſcripſit ut auxilium ferret regijs negotijs. At ille uelociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum,datis ei de permiſtis gentibus,armatis non minus uiginti millibus,ut uniuerſum Iudæorum genus deleret,adiuncto ei & Gorgia uiro militari, & in bellicis rebus ex-
C perientiſſimo. Conſtituit autem Nicanor,ut regi tributum quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret:ſtatimq; ad maritimas ciuitates miſit,cõuocans ad coemptionẽ Iudaicorum mancipiorum,promittẽs ſe nonaginta mãcipia talento diſtracturum,non reſpiciens ad uindictam quæ eum ab omnipotente eſſet conſecutura

cutura. Iudas autem ubi cōperit, indicauit his qui secum erant Iudæis, Nicanoris aduentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes dei iustitiæ, in fugam uertebantur: alij uerò si quid eis supererat uendebant, simulq; dominum deprecabantur ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus ueniret, uendiderat, & si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti & magnifici nominis eius super ipsos. Conuocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neq; metuerent iniquam uenientium aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent: ante oculos habentes contumeliam quę loco sancto ab his iniuste esset illata, itemq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam ueterum instituta conuulsa. Nam illi quidem armis confidunt, ait: simul & audacia: nos autem in omnipotente domino, qui potest & uenientes aduersum nos, & uniuersum mundum uno nutu delere, confidimus. Admonuit autem eos & de auxilijs dei, quę facta sunt erga parentes: & quòd sub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierunt: & de prælio quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, ut omnes ubi ad rem uentum est, Macedonibus socijs hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum uiginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt. His uerbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. Constituit itaq; fratres suos duces utriq; ordini, Simonem, & Iosephum, & Ionathan, subiectis unicuiq; millenis & quingentenis. Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente interfecerūt super nouem millia hominum: maiorem autem partem exercitus Nicanoris uulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecunijs uerò eorum qui ad emptionem ipsorum uenerant sublatis, ipsos usquequaq; persecuti sunt, sed reuersi sunt ora conclusi: nam erat ante sabbathum, quam ob causam nō perseuerauerunt insequentes. Arma autem ipsorum & spolia congregantes, sabbathum agebant: benedicentes dominum qui liberauit eos in isto die, misericordiæ initium stillans in eos. Post sabbathum uerò debilibus, & orphanis, & uiduis diuiserunt spolia: & residua ipsi cum suis habuere. His itaq; gestis, & communiter ab omnibus facta obsecratione, misericordem dominum postulabāt ut in finem seruis suis reconciliaretur. Et ex his qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contendentes, super uiginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt, æquam portionem debilibus, pupillis & uiduis, sed & senioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis opportunis, residua uerò spolia Ierosolymam detulerunt: & Philarchē qui cum Timotheo erat, interfecerunt uirum scelestum, qui in multis Iudęos afflixerat. Et cum epinicia agerent in Ierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, id est Callisthenem, cum in quoddam domicilium refugissent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum uenditionem adduxerat, humiliatus auxilio domini ab his quos nullos existimauerat, deposita ueste gloriæ, per mediterranea fugiens, solus uenit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus cōsecutus. Et qui pro miserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX

Antiochi factus quomodo depressus sit & finitus

Eodem tēpore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside. Intrauerat enim in eam quę dicitur Persepolis, & tētauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam uersi sunt, & ita contigit, ut Antiochus post fugam turpiter rediret. Et cum uenisset circa Ecbatanā recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta sunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriā illorum qui se fugauerāt, posse in Iudæos retorquere: ideoq; iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cœlesti eum iudicio perurgēte, eò q; ita superbè locutus est se uenturū Ierosolymā, & congeriem sepulchri Iudæorū eā facturū. Sed qui uniuersa cōspicit dominus deus Israel, percussit eum insanabili

insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus uiscerum, & amara internorum tormenta: & quidem satis iuste, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat uiscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. B Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotiũ, contigit illum impetu eũtem de curru cadere, & graui corporis collisione membra uexari. Isq; qui sibi uidebatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanũ modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appẽdere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam dei uirtutem in semetipso contestans: ita ut de corpore impij uermes scaturirent, ac uiuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiã illius & fœtore exercitus grauaretur, & qui paulo ante sydera cœli cõtingere se arbitrabatur, eũ nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui uenire, diuina admonitus plaga, per momẽta singula doloribus suis augmenta capientibus. & cum nec ipse iam fœtorẽ suum ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Orabat autem hic scelestus dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Et ciuitatẽ ad quam festinans ueniebat C ut eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere: & Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Atheniensibus facturum pollicetur: templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta uasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum: super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum dei iudicium) desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis epistolam hæc continentem: Optimis ciuibus Iudæis plurimam salutem, & bene ualere, & esse felices, rex & princeps Antiochus. Si bene ualetis & filij uestri, & ex sententia uobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate constitutus, uestri autem memor benigne reuersus de Persidis locis, & in infirmitate graui apprehensus, necessariũ duxi pro communi utilitate curam habere: non desperans memetipsum, sed spem multam habens effu- D giendi infirmitatem. Respiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum: ut si quid contrarium accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset rerũ summa derelicta, non turbarentur. Ad hæc considerãs de proximo potentes quosq; & uicinos temporibus insidiãtes & euentum expectantes, designaui filium meum Antiochum regẽ, quem sæpe recurrens in superiora regna multis uestrum commendabam: & scripsi ad eum quæ subiecta sunt. Oro itaq; uos, & peto memores beneficiorum publice & priuatim, ut unusquisq; conseruet fidem ad me & ad filium meum. Cõfido enim eum modeste & humane acturum & sequentem propositum meum & communem uobis fore. Igitur homicida & blasphemus pessime percussus, & ut ipse alios tractauerat, peregre in montibus, miserabili obitu uita functus est. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abijt.

CAP. X

Quõ ciuitatẽ sanctã recuperauerit et purgauerit, quæq; dehinc gesserit aduersus Eupatorẽ & Timotheum

A MAchabæus autem & qui cum eo erant, domino se protegẽte, templum quidem & ciuitatem recepit: aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerãt, itemq; delubra demolitus est: & purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne cõcepto sacrificia obtulerunt post biennium, & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogabant dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: sed & si quãdo peccassent, ut ab ipso mitius corriperẽtur, & non barbaris ac blasphe- B mis hominibus traderentur. Qua die aũt templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationẽ fieri, uicesimaquinta mensis, qui fuit Casleu, & cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorũ: recordantes q; ante modicum tẽporis diẽ solennẽ tabernaculorũ in montib. & in speluncis more bestiarũ egerũt. Propter qđ thyrsos & ramos

uirides

uirides, & palmas præferebant ei qui prosperauit mundare locum suum. Et decreuerunt
communi præcepto & decreto, uniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies istos.
Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, uitæ excessus ita se habuit. Nunc autem de
Eupatore Antiochi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus, breuiantes mala quę in bellis ge
sta sunt. Hic enim suscepto regno, constituit super negotia regni Lysiam quendam Phœni/
cis & Syriæ militiæ principem. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iusti tenax erga Iu/
dæos esse constituit, & præcipue propter iniquitatem que facta erat in eos, & pacificè agere
cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorē, cum frequenter proditor audiret,
eò quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem
translatus etiam ab eo recessisset, ueneno uitam finiuit. Gorgias autem cum esset dux loco/
rum, assumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi uerò qui tenebant opportu/
nas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi uerò qui erāt
cum Machabæo per orationes dominum rogantes ut esset sibi adiutor, inpetum fecerunt
in munitiones Idumæorum: multaq; ui insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes intereme/
runt, & omnes simul non minus uigintiquinq; millibus trucidauerūt. Quidam autem cum
confugissent in duas turres ualde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habētes:
Machabæus ad eorum expugnationē relicto Simone & Iosepho, itemq; Zacchæo, eisq;
qui cum ipsis erant satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant, pugnas cōuersus est.
Hi uerò qui cum Simone erant, cupiditate ducti, à quibusdā qui in turribus erant, suasi sunt
pecunia: & septuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. Cum
autem Machabæo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis accu/
sauit quòd pecunia fratres uendidissent, aduersarijs eorum dimissis. Hos igitur proditores
factos interfecit, & cōfestim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia prospe
re agendo, in duabus munitionibus, plus q̃ uiginti millia peremit. Et Timotheus, qui prius
à Iudæis fuerat superatus, cōuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & cōgregato equitatu
Asiano aduenit, quasi armis Iudæam capturus. Machabæus autem & qui cum ipso erant,
appropinquante illo, deprecabantur dominū, caput terra aspergentes, lumbosq; cilicijs præ
cincti, ad altaris crepidinem prouoluti, ut sibi propitius, inimicis autē eorum esset inimicus,
& aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longius de ci
uitate procedentes, & proximi hostibus effecti, resederunt. Primo aūt solis ortu utriq; com/
miserunt: isti quidem uictoriæ & prosperitatis sponsorem cum uirtute dominum habentes:
illi autem ducem belli animum habebant. Sed cum uehemens pugna esset, apparuerunt ad
uersarijs de cœlo uiri quinq; in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudæis præstātes: ex qui
bus duo Machabæum medium habentes, armis suis circunseptum incolumē conseruabāt:
in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti pertur/
batione cadebant. Interfecti sunt autem uiginti millia quingenti, & equites sexcenti. Timo/
theus uerò confugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chæreas. Machabæus
autem, & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. At hi qui intus
erant, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant.
Sed cum dies quinta illucesceret, uiginti iuuenes, ex his qui cum Machabæo erāt, accensi ani
mis propter blasphemiam, uiriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes ascen
debant: sed & alij similiter ascendētes, turres, portasq; succēdere aggressi sunt, atq; ipsos ma
ledicos uiuos concremare. Per continuum autem biduum præsidio uastato, Timotheū oc/
cultantem se in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollo/
phanem occiderunt. Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant dominum,
qui magna fecit in Israel, & uictoriam dedit illis. CAP. XI

Quid Lysias cōtra Iudæos molitus sit, cū quibus tādem conuenit: deq; quibusdam epistolis ad Iudæos

SEd paruo post tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negociorum præpo/
situs, grauiter ferens de his quæ acciderant: congregatis octoginta millibus & equitatu
uniuerso ueniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam gentibus ha/
bitaculum facturum, templum uerò in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra gentium
habiturum

habiturum,& per singulos annos uenale sacerdotium: nusquam recogitans dei potestatem,sed mente effrenatus in multitudine peditum,& in millibus equitum,& in octoginta elephantis confidebat.Ingressus autem Iudæam,& appropians Bethsuræ,quæ erat in angusto loco,ab Ierosolyma interuallo quinq; stadiorum,illud præsidium expugnabat. Vt B autem Machabæus & qui cum eo erant,cognouerunt expugnari præsidia,cum fletu & lachrymis rogabant dominum,& omnis turba simul,ut bonum angelum mitteret ad salutem Israel.Et ipse primus Machabæus sumptis armis,cæteros adhortatus est simul secum periculum subire,& ferre auxilium fratribus suis.Cumq; pariter prompto animo procederent,Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in ueste candida,armis aureis hastam uibrans.Tunc omnes simul benedixerunt misericordem dominũ,& conualuerunt animis: non solũ homines,sed & bestias ferocissimas,& muros ferreos parati penetrare.Ibant igi C tur prompti,de cœlo habentes adiutorem,& miserantem super eos dominum. Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis undecim millia peditum,& equitum mille sexcentos:uniuersos autem in fugam uerterunt,plures autem ex eis uulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit.Et quia non insensatus erat,secum ipse reputans factam erga se diminutionem,& intelligens inuictos esse Hebræos,omnipotentis dei auxilio innitentes,misit ad eos:promisitq; se consensurum omnibus quæ iusta sunt,& regem compulsurum amicum fieri.Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, D in omnibus utilitati consulens:& quæcunq; Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis,ea rex concessit.Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ,à Lysia siquidem,hunc modum continẽtes: Lysias populo Iudæorum salutem. Ioannes & Abesalom qui missi fuerant à uobis,tradentes scripta,postulabant ut ea quæ per illos significabantur,implerem.Quęcunq; igitur regi potuerunt perferri,exposui:& quæ res permittebat,concessi.Si igitur in negotijs fidẽ conseruaueritis,etiam deinceps bonorum uobis causa esse tentabo.De cæteris autem per singula uerba mãdaui & istis & his qui à me missi sunt colloqui uobiscum.Bene ualete. An E no centesimo quadragesimo octauo,mensis Dioscori die uicesima & quarta. Regis autem epistola,ista cõtinebat: Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem. Patre nostro inter deos translato,nos uolentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere,& rebus suis adhibere diligentiam,audiuimus Iudæos non consensisse patri meo ut transferrentur ad ritum Græcorum,sed tenere uelle suum institutum,ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoq; gentem quietam esse,statuentes iudicauimus templum restitui illis,ut agerent secundum suorum maiorum consuetudinem.Bene igitur fece F ris,si miseris ad eos,& dexteram dederis:ut cognita nostra uoluntate,bono animo sint,& utilitatibus proprijs deseruiant. Ad Iudæos uerò regis epistola talis erat:Rex Antiochus senatui Iudæorum,& cæteris Iudæis,salutem.Si ualetis,sic estis ut uolumus:sed & ipsi bene ualemus. Adijt nos Menelaus,dicens uelle uos descendere ad uestros qui sunt apud nos. His igitur qui commeant usq; ad diem tricesimum mensis Xanthici,damus dextras securitatis,ut Iudaicis utantur cibis,& legibus suis sicut & prius:& nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his quæ per ignorantiam gesta sunt.Misimus autem & Menelaum,qui G uos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, Xanthici mensis quintadecima die. Miserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem: Quintus Memmius,& Titus Manilius legati Romanorum,populo Iudæorum salutem. De his quæ Lysias cognatus regis concessit uobis,& nos concessimus.De quibus ad regem iudicauit referendum,confestim aliquem mittite,diligentius inter uos conferentes:ut decernamus sicut cõgruit uobis.nos enim Antiochiam accedimus.Ideoq; festinate rescribere,ut nos quoq; sciamus cuius estis uoluntatis.Bene ualete. Anno centesimo quadragesimo octauo,quintadecima die mensis Xanthici.

Timotheus et Apollonius aliiq; cõtra Iudæos præter fœdus agẽtes, à Machabæo plectuntur,captis aliquot eorũ oppidis.

CAPVT XII

A HIs factis pactionibus Lysias pergebat ad regem,Iudæi autẽ agriculturæ operam dabant.Sed qui resederãt Timotheus & Apollonius Gennæi filius,sed & Hieronymus & Demophon super hos,& Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere &

 quiete

quiete. Ioppitæ uerò tale quoddam flagitium perpetrarunt. rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas quas parauerant cum uxoribus & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacentibus. Secundum commune itaq; decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisq; causa nihil suspectum habentibus: cum in altum processissent, submerserunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam ut cognouit, præcepit uiris qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice deo, uenit aduersus **B** interfectores fratrũ, & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit: eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. Et cum hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & uniuersos Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, uelle pari modo facere habitantibus secum Iudęis, Iamnitis quoq; nocte superuenit, & portum cum nauibus succẽdit, ita ut lumen ignis appareret Ierosolymis à stadijs ducentis quadraginta. Inde cum iam abissent nouem stadijs, & iter facerent ad Timotheum, commiserũt cum eo Arabes quinq; millia uiri, & equites quingenti. Cũq; pugna ualida fieret, & auxilio dei prosperè cessisset, residui Arabes uicti, petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus uerè in multis eos utiles, promisit pacem: dextrisq; acceptis, discessere ad tabernacula sua. Aggressus est autem & ciui**C**tatem quãdam firmam pontibus murisq; circũseptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen Caspin. Hi uerò qui intus erant confidentes in stabilitate murorum & apparatu alimoniarũ, remissius agebant: maledictis lacessentes Iudam, ac blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est. Machabæus autẽ inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis temporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: & capta ciuitate per domini uoluntatẽ innumerabiles cædes fecit, ita ut adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere uideretur. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & uenerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianæi, Iudæos: & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloq; negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. Dositheus autem & Sosipa **D** ter, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio decem millia uiros. At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timotheũ processit, habentem secum centum uiginti millia peditum, equitumq; duo millia quingentos. Cognito aũt Iudæ aduentu Timotheus præmisit mulieres & filios & reliquum apparatũ, in præsidium quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorũ angustias. Cumq; cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia dei qui uniuersa conspicit, & in fugã uersi sunt alius ab alio, ita ut magis à suis dejcerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas autẽ uehementer instabat, puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia uirorum. Ipse uerò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat ut ui**E**uus dimitteretur, eo quòd multorũ ex Iudæis parentes haberet, ac fratres quos morte eius decipi eueniret. Et cum fidem dedisset restituturum se eos secundum constitutum, illæsum eum dimiserũt, propter fratrum salutem. Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis uigintiquinq; millibus. Post horum fugam & necem, mouit exercitũ ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum gentium habitabat: & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant: in hac autẽ machinæ multæ & telorum erat apparatus. Sed cum omnipotentem inuocassent, qui potestate sua uires hostium confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, uigintiquinq; millia prostrauerũt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadijs aberat. Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus **F** infelicitatis quòd modestè secum egerint: gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, uenerunt Ierosolymam die solenni septimanarum instãte. Et post pentecostẽ abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringẽtis. Quibus congressis, contigit paucos ruere Iudæo-

Iosue 6 c

Iudæorum. Dositheus uerò quidam de Bacenoris eques, uir fortis, Gorgiam tenebat: & cum uellet illum capere uiuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumq; eius amputauit: atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cum Esdrin erāt, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas dominum adiutorem, & ducem belli fieri: incipiens uoce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit. Iudas autem collecto exercitu uenit in ciuitatem Odollam. & cum septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbathum egerunt. Et sequēti die uenit cum suis G Iudas, ut corpora prostratorum tolleret, & cum parētibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorū de donarijs idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestū factum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaq; benedixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta. Atq; ita ad preces conuersi, rogauerunt ut id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At uerò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis uidentes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum uideretur & uanum orare pro mortuis) & quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperāt, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluātur. CA. XIII

De Iudæ conflictu cum Antiocho & Lysia, ac quomodo redierit in concordiam, deq; proditoribus aliquot

A ANno centesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem uenire cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinq; millia, & elephantos uigintiduos, currus cum falcibus trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria salute, sed sperans se cōstitui in principatum. Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: B & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit (ut eis est consuetudo) apprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorū, aggestum undiq; habens cineris: hæc prospectū habebat in præceps, inde in cinerem deijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege prçuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis iuste. nam quia multa erga aram dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus C est. Sed rex mente effrenatus ueniebat, nequiorem se patre suo Iudçis ostensurus. Quibus Iudas cognitis, præcepit populo ut die ac nocte dominum inuocarent, quo sicut semper & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, sanctosq; templo priuari uererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaq; simul id faciētibus, & petentibus à domino misericordiam cum fletu & ieiunijs per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas ut se prçpararent. ipse uerò cum D senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio committere exitum rei. Dans itaq; potestatem omnium deo mundi creatori, & hortatus suos ut fortiter dimicarent, & usq; ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria & ciuibus starent: circa Modin exercitum constituit. Et dato signo suis dei uictoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit uiros quatuordecim millia, & maximum elephātorum cum his qui superpositi fuerant: E summoq; metu ac perturbatione hostium castra repleuerūt, rebusq; prospere gestis abierunt. Hoc autem factū est die illucescente, adiuuante eum domini protectione. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorū tentabat: & Bethsuræ quæ erat Iudæorum prçsidium munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant, Iudas necessaria mittebat. Enuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehēsus est & conclusus. F Iterum rex sermonē habuit ad eos qui erāt in Bethsuris: dextram dedit: accepit: abijt: com

misit cum Iuda, superatus est. Vt autem cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente cõsternatus Iudæos deprecans, subditusq; eis iurat de omnibus quibus iustum uisum est: & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & munera posuit. Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide usq; ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem uenit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignantes ne fortè fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusq; est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII

Demetrius q̃d per Nicanorẽ prætereius pactum cõtra Iudæos egerit, deq; magnanimitate Raziæ

SEd post triennij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine ualida, & nauibus per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna, & tenuisse regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. Alcimus autem quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed uoluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neq; accessum ad altare, uenit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & tallos qui templi esse uidebãtur. Et ipsa quidem die siluit. Tempus autem opportunũ dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudæi niterẽtur: respondit, Ipsi qui dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiũtur regnum esse quietum: nam & ego defraudatus parentum gloria (dico autem summo sacerdotio) huc ueni: primò quidem utilitatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. nam illorum prauitate uniuersum genus nostrum non minime uexatur. Sed his singulis, ò rex, cognitis, & regioni, & generi secundum humanitatem tuam promulgatam omnibus prospice. nam quamdiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotijs. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflammauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam: datis mandatis ut ipsum quidem Iudam caperet, eos uerò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, congregatim se Nicanori miscebãt, miserias & clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum existimãtes. Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conspersi terra rogabant eum qui populum suum constituit, in æternum custodiret, quiq; suam portionem signis euidentibus protegit. Imperante autem duce, statim inde mouerũt, conueneruntq; ad castellum Dessau. Simon uerò frater Iudæ cõmiserat cum Nicanore: sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor tamen audiens uirtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinẽ quam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat. Quam ob rem præmisit Posidonium & Theodotium & Mathiam, ut darent dextras atq; acciperent. Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset: omnium una fuit sententia amicitijs annuere. Itaq; diem constituerũt qua secreto inter se agerent: & singulis sellæ prolatæ sunt & positæ. Præcepit autẽ Iudas armatos esse locis opportunis, ne fortè ab hostibus repente mali aliquid oriretur: & cõgruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Ierosolymis, nihilq; iniquè agebat, gregesq; turbarum quæ cõgregatæ fuerant, dimisit. Habebat aũt Iudam semper charum ex animo, & erat uiro inclinatus. Rogauitq; eum ducere uxorẽ, filiosq; procreare. Nuptias fecit: quiete egit, comiterq; uiuebant. Alcimus autem uidens charitatem illorum adinuicẽ & conuentiones, uenit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamq; regni insidiatorem successorẽ sibi destinasse. Itaq; rex exasperatus, & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamẽ Machabæum citius uinctum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor consternabatur, & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læsus à uiro. sed quia regi resistere nõ poterat, opportunitatem obseruabat qua præceptum perficeret. At Machabæus uidens secum austerius agere Nicanorem, & consuetũ occursum ferocius exhi

exhibentem,intelligens non ex bono esse austeritatem istam,paucis suorum congregatis occultauit se à Nicanore.Quod cum ille cognouit fortiter se à uiro præuētum,uenit ad maximum & sanctissimum templum:& sacerdotibus solitas hostias offerentibus,iussit sibi tradi uirum.quibus cum iuramento dicentibus nescire se ubi esset qui quærebatur,extendens manum ad templum,iurauit dicens:Nisi Iudam mihi uinctum tradideritis,istud dei F fanum in planitiem deducam,& altare effodiam,& templum hoc Libero patri cōsecrabo. Et his dictis abijt.Sacerdotes autem protendentes manus in cœlum,inuocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorum,hæc dicentes:Tu domine uniuersorum,qui nullius indiges,uoluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis.Et nunc sancte sanctorū omnium domine,conserua in æternum impollutam domum istam,quæ nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori,uir amator ciuitatis,& bene audiens:qui pro affectu,Pater Iudæorum appellabatur.Hic multis temporibus continentiæ propositū tenuit in Iudaismo,corpusq; & animam tradere contentus pro perseuerantia.Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudæos,misit milites quingentos,ut eum comprehenderent.putabat enim si illum decepisset,sese cladem G Iudæis maximam illaturum.Turbis autem irruere in domum eius,& ianuam disrumpere atq; ignem admouere cupientibus,cum iam comprehēderetur,gladio se petijt:eligens nobiliter mori,potius quàm subditus fieri peccatoribus,& cōtra natales suos indignis iniurijs agi. Sed cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset,& turbæ intra ostia irrumperent,recurrens audacter ad murum præcipitauit semetipsum uiriliter in turbas. quibus uelociter locum dantibus casui eius,uenit per mediam ceruicem.& cum adhuc spiraret,accensus animo,surrexit:& cum sanguis eius magno fluxu deflueret,& grauissimis uulneribus esset saucius,cursu turbam pertransiit.& stans supra quandam petram præruptam,& iam exanguis effectus,cōplexus intestina sua,utrisq; manibus proiecit super turbas,inuocans dominatorem uitæ ac spiritus,ut hæc illi iterum redderet,atq; ita uita defunctus est.

CAP. XV

De nephando Nicanoris instituto & digna morte, & quid Machabæo in somnis apparuerit

A NIcanor autem ut comperit Iudam esse in locis Samariæ,cogitauit cum omni impetu die sabbathi committere bellum.Iudæis uerò qui illum per necessitatem sequebantur,dicentibus:Ne ita ferociter & barbarè feceris,sed honorem tribue diei sanctificationis,& honora eum qui uniuersa conspicit:ille infelix interrogauit,si est potens in cœlo qui imperauit agi diem sabbathorum. Et respondentibus illis: Est dominus unus ipse in cœlo potens,qui iussit agi septimam diem. At ille ait:Et ego potens sum super terram,qui impero sumi arma,& negotia regis impleri.Tamen non obtinuit,ut consilium B perficeret. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus,cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda.Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à deo affuturum,& hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo,& nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam uictoriam.Et allocutus eos de lege & prophetis,admonens etiam certamina quæ fecerant prius,promptiores constituit eos:& ita animis eorum erectis simul ostendebat gentium fallaciam,& iuramentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armauit,non C clypei & hastæ munitione,sed sermonibus optimis & exhortationibus,exposito digno fide somnio,per quod uniuersos lætificauit.Erat autem huiuscemodi uisus: Oniam qui fuerat summus sacerdos,uirum bonum & benignum,uerecundum uisu,modestum moribus, & eloquio decorum,& qui à puero in uirtutibus exercitatus sit,manus protendentem,orare pro omni populo Iudæorum.Post hoc apparuisse & alium uirum ætate & gloria mirabilem,& magni decoris habitudinem circa illum.Respondētem uerò Oniam dixisse:Hic est fratrum amator,& populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta ciuitate,Ieremias propheta dei.Extendisse autem Ieremiam dextram,& dedisse Iudæ D gladium aureum,dicentem:Accipe sanctum gladium munus à deo,in quo dejcies aduersarios populi mei Israel.Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis ualde,de quibus extolli posset impetus,& animi iuuenum confortari,statuerunt dimicare & confligere fortiter:ut

uirtus de negotijs iudicaret,eo quòd ciuitas sancta,& templum periclitarentur.erat enim pro uxoribus & filijs,itemq́ pro fratribus & cognatis minor solicitudo:maximus uerò & primus pro sanctitate timor erat templi.sed & eos qui in ciuitate erant,non minima solicitudo habebat pro his qui congressuri erant.Et cum iam omnes sperarent iudiciū futurum, hostesq́ adessent,atq; exercitus esset ordinatus,bestiæ equitesq́ opportuno in loco compositi,considerans Machabæus aduentum multitudinis,& apparatum uarium armorum, E & ferocitatem bestiarum,extendens manus in cœlum,prodigia facientem dominum inuocauit:qui non secundum armorum potentiam,sed prout ipsi placet,dat dignis uictoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: Tu domine,qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda,& interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinq; millia:& nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui,ut metuant qui cum blasphemia ueniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit.Nicanor autem,& qui cum ipso erant,cum tubis & cāticis admouebant.Iudas uerò & qui cum eo erant,inuocato deo,per orationes congressi sunt:manu quidem pugnantes,sed dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta F quinq; millia,præsentia dei magnificè delectati.Cumq́ cessassent & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis.Facto itaq; clamore,& perturbatione excitata,patria uoce omnipotentem dominum benedicebant.Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris,& manum cum humero abscissam,Ierosolymam perferri.Quo cùm peruenisset,conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare,accersiit & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris,& manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei,magnificè gloriatus est.Linguā etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari:manum autem dementis contra templum suspendi.Omnes igitur cœli benedixerunt dominum,dicentes:Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspēdit autem Nicanoris G caput in summa arce,ut euidens esset,& manifestum signum auxilij dei.Itaq; omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire : habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar,quæ dicitur uoce Syriaca,pridie Mardochæi diei. Igitur his erga Nicanorem gestis,& ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa,ego quoq; in his faciam finem sermonis,Et si quidem bene,& ut historiæ competit,hoc & ipse uelim:si autem minus dignè,concedendum est mihi.Sicut enim uinum semper bibere aut semper aquam,contrarium est,alternis autem uti delectabilè:ita legentibus si semper exactus sit sermo,non erit gratus,Hic ergo erit consummatus.

MACHABAEORVM
LIBER TERTIVS

Hoc libro describitur Ptolemæi regis impij & blasphemi tyrannis, quam exercere statuerat in Iudæos, quod institutū à deo interruptū est qui pœnas de eo sumpsit meritas

A T PHILOPATER à referentibus discens factam ab ipso possessorum locorum abstractionem ab Antiocho,denuntians omnibus exercitibus,pedestribusq́ & equestribus suis,& sororē Arsinoen secum accipiens,exiuit usq; ad ea quę secundum Raphian loca,ubi castrametati fuerant qui circa Antiochum.Theodotus autē quidam complere insidias cogitans,assumens ex suppositis sibi armis Ptolemaicis optima, contulit se noctu in Ptolemæi tabernaculum,tanquam solus interfecturus eum,& in hoc dissoluturus bellum.Hunc autem ducens Dositheus filius Drymeli dictus,genere Iudæus : postea autem commutans legitima,& à patrijs sanctionibus alienus factus,ignobilem quendam reclinauit in tabernaculo,quem contigit ferre illius supplicium.Facto autem forti prælio,& rebus magis benè succedentibus Antiocho,ualde Arsinoe

sinoe obambulans exercitus hortabatur,cum miseria & lachrymis capillos soluta,ut auxi/
liarentur sibipsis & filijs & uxoribus audacter, promittens se daturam uincentibus cuili/
bet duas minas auri,& sic contigit aduersarios in manuum pugna perimi,multos autem &
captiuos comprehensos esse.Compos factus autem insidiarum iudicauit propinquas ciui
tates adueniens hortari: faciens autem hoc, & delubris dona tribuens, bono esse animo
B subditos fecit. At Iudæis mittentibus ad eum ex senatu & senioribus salutaturos eum,&
muneta portaturos,& pro his quæ contigerant congratulaturos,contigit magis ei in ani/
mo sedere,ut citissimè ad eos ueniret.Perueniens autem Ierosolymam,& sacrificans maxi/
mo deo,& gratias reddens,& eorum quæ deinde aliquid loco faciens,& iam ueniens in lo/
cum,& diligētia & decore stupefactus:miratus autem & templi optimam instructionem,
cogitauit decernere in templum intrare.His autem dicentibus non licere fieri hoc,quia ne/
que his qui ex gente licet intrare,neque omnibus sacerdotibus,sed soli præposito omnium
summo sacerdoti,& hoc in anno semel.Ille autem nequaquam persuadebatur,ipsaq; lege
spreta,nullatenus cessabat præferre seipsum oportere intrare,dicens:Et si illi fraudati sunt
hoc honore,me non oportet.Et interrogabat ob quam causam intrantem ipsum in omne
fanum nullus prohibuit præsentium.Et quidam imprudenter dixit,malè ipsum hoc actu/
rum esse. Facto autem,inquit,hoc propter aliquam causam,nónne omnino ingressurum
esse,& uolentibus eis & non? At sacerdotibus in omnibus uestibus procidentibus,& oran/
tibus maximum deum auxiliari instanti necessitati,& impetum malè irruentis comprime/
re,clamore etiam cum lachrymis templum implentibus,qui in ciuitate relicti erant,turbati
exilierunt, occultum quid existimantes factum. Et inclusæ uirgines in cubiculis cum ma/
tribus egressæ sunt,& reddiderunt puluerem,comas spargentes,gemituq; & suspirijs pla/
C teas implebant.Aliæ autem & nuper sepositæ,nunc ordinatos thalamos,& decentem pu/
dorem relinquentes,cursum inordinatum in ciuitate confecerunt. At infantes ex filijs ip/
sæq; præter hos matres & nutrices deserentes aliter atque aliter,aliæ quidem per domos,
aliæ autem per uias irreuocabiliter in eminentissimo templo congregabantur. Varia au/
tem erat in hoc congregatorum oratio, pro his quæ iniustè ab illo tentabantur. Cumq;
his ex ciuibus audentes non ferebant,denique eo instante,& propositum complere cogi/
tante,clamantes autem impetum ad arma facere,& uiriliter pro patria lege mori,multam
fecerunt in loco exasperationem, uixq; à senibus & presbyteris cohibiti,ad eundem ora/
tionis affuerunt statum,& quidem turba ut prius in his uersabatur orans. At qui circa re/
gem seniores,multipliciter tentabant superbum eius animum coercere à proposito consi/
lio.Induratus autem,& omnia prætermittens,adhuc & impetum faciebat,finem imposi/
turum se existimans prædicto. Hæc igitur & qui circa eum existebant uidentes,conuersi
sunt,ut cum nostris inuocarent eum qui omnem potestatem habet,præsentibus auxiliari
non despicientem iniquum & superbum facinus.Ex densissima autem & laboriosa turba/
rum congregata exclamatione, incomparabilis quædam fuit uox. Videre enim erat non
solum homines, sed & muros & omne solum resonare, ceu iam omnibus tunc mortem
comminantibus pro loci contaminatione, & dicebant unanimiter : Domine, domine rex
D cœlorum,& domine omnis creaturæ,sancte in sanctis,monarcha,omnipotens, intende
nobis oppressis ab impio & prophano,audacia & fortitudine superbiente.Tu enim qui
creasti omnia,& omnium dominans princeps iustus es:& eos qui contumelia & superbia
aliquid agunt, iudicas.Tu illos qui prius impietatem fecerunt, inter quos & gigantes fue/
runt robore & audacia confidentes interemisti, superinducens eis immensam aquam.Tu
superbiam operantes Sodomitas manifestos in iniquitatibus factos,igne & sulphure com
bussisti,exemplum uenturis constituens.Tu audacem Pharaonem, qui seruitute oppres/
serat populum tuum sanctum Israel, uarijs & multis tentans supplicijs, notam fecisti po/
tentiam,in quibus notificasti magnam tuam fortitudinem,& persequentem eum cum cur/
ribus, & turbarum multitudine,inundasti profundo maris:eos autem qui crediderunt in
te omni creaturæ imperanti,saluos reduxisti,qui & cognoscentes opera tuæ manus lauda/

 uerunt

uerunt te omnipotentem. Tu rex qui creasti infinitam & immensam terram, elegisti ciuitatem hanc, & sanctificasti locum hunc in nomen tibi omnium minimè indigenti, & glorificasti apparitione magnifica, commendationem faciens eius ad gloriam magni & uenerabilis nominis tui, & amans domum Israel, pollicitus es quòd si esset nobis aduersitas, & comprehenderet nos afflictio, & uenientes in locum hunc oraremus, exaudires orationem nostram. Et nunc fidelis es, & uerax, quoniam autem sæpe oppressis patribus nostris, auxiliatus es ipsis in humilitate, & liberasti eos ex magnis malis. Ecce autem nunc sancte rex, ob multa & magna nostra peccata oppugnamur, & subiecti sumus inimicis nostris, & contemnimur in imbecillitatibus. In nostra autem ruina audax & prophanus hic studet iniuria afficere in terra designatum nomini gloriæ tuæ sanctum locum. Nam habitaculum tuum, cœlum cœli, incomprehensibile hominibus est: sed quoniam probasti gloriam tuam in populo tuo Israel, sanctificasti locum hunc, non ulciscaris nos in horum immunditia, neq; punias nos in pollutione, ut non glorientur iniqui in furore suo, neq; exultent in superbia linguæ, dicentes: Nos calcauimus domum sanctificationis, sicut calcantur domus abominationum. Dele peccata nostra, & disperge errores nostros, & ostende misericordiam tuam in tempore hoc, citò præoccupent miserationes tuæ, & da laudes in ore procidentium, & confractorum animabus faciens nobis pacem. Hic omnium uisitator deus, & ante omnes sanctos in sanctis, exaudiens iustam orationem, contumelia & audacia ualde elatum flagellauit eum, hinc & inde uibrans eum ut arundinem à uento, adeo ut in solo inutilis adhuc & membris solutus, neq; loqui posset iusto implicatus iudicio. Vnde & amici & corporis custodes celerem intuentes comprehendentem eum castigationem, timentes ne & uitam desereret, citò eum eduxerunt maximo perculsum timore. In tempore autem postea colligens seipsum, nequaquam in pœnitentiam uenit improperatus, cum minis autem acerbis recessit: perueniens uerò in Ægyptum, & malitiam augens perq; prædemonstratos coadiutores & socios ab omni iusto motos, non solum in infinitis libidinibus perseuerauit, sed & ad tantum audaciæ processit, ut blasphemias in locis commendaret, & multi amicorum intendentes in regis propositum, etiam ipsi sequerentur ipsius uoluntatem. Proposuit publicè contra gentem tradere uituperium, in ea quæ secundum aulam turri columnam erigens, insculpsit scripturam, nullum eorum qui non sacrificarent in sancta eorum ingredi. Omnes autem Iudæos in populi scriptionem, & seruilem dispositionem duci, at contradicentes ui tractos uita priuari, ipsosq; descriptos signari, & per ignem in corpore insigni Dionysij hederæ folio, quos & segregare in præcontractam libertatem. Vt autem non omnibus infensus appareret, subscripsit: Si autem quispiam ex illis uoluerint inter eos qui sacris initiati sunt uersari, hos æquales ciues Alexandrinis esse. Aliqui quidem igitur in ciuitatem ciuitatis pietatis scalas abominati, faciliter seipsos dederunt, tanquam magnæ cuiusdam participaturi gloriæ ob futuram cum rege communicationem. At plurimi generosa anima præualuerunt, & non recesserunt à pietate, & pecunias pro uita commutantes intrepidè, tentabant seipsos liberare ab ascriptionibus, sperantesq; perseuerauerunt auxilium se consequuturos, & eos qui recesserant ab ipsis abominabantur, & tanquam hostes gentis iudicabant, & communi conuersatione & utilitate priuabant. Quæ & cum comperisset impius, adeo iratus est, ut non solum his qui Alexandriæ indignaretur, sed & his qui in regione grauius aduersaretur, & iuberet accelerantes congregare omnes in idem, & pessima nece uita priuare. His autem dispositis fama inimica diuulgabatur, contra gentem hominibus concordibus ad malefaciendum, occasione data ad constitutionem, tanquam à legibus eos prohibentibus. At Iudæi quidem erga reges beneuolentiam & fidem immutabilem seruabant. Colentes autem deum, & in huius lege rempublicam gerentes, separationem faciebant in aliquos, & subuersiones. Ob quam causam aliquibus odiosi uidebantur. At iustitiæ operatione ornantes conuersationem, omnibus hominibus probati extiterunt. Ipsam quidem igitur de genere in omnibus uulgatam modestiam alienigenæ nequaquam dinumerauerunt. At de adorationibus & moribus dissen-

sionem

sionem diuulgabant, dicentes: Neque regi, neq; exercitibus amicos homines esse, odiosos autem esse, & maximè negotijs aduersantes, & non quouis diffamauerunt uituperio. Qui autem in ciuitate Græci nihil læsi, turbationem insperatam circa homines uidentes, & concursus subitos factos, auxiliari quidem non poterant. Tyrannica enim erat oppresio. Consolabantur autem & grauiter ferebant, casuraq; hæc existimabant, non enim sic contemnet tale constitutum, qui non ignorauerit. Iam autem & quidam uiciniq; & amici, & qui conuersabantur, secretè quosdam attrahentes, fidem dabant protegere, & omne diligens admittere ad auxilium. Ille quidem igitur in præsenti prosperitate exultans, & non uidens maximi dei fortitudinem, existimans autem continuè in eodem perseuerare consilio, scripsit contra eos epistolam hanc: Rex Ptolemæus Philopator in Ægypto & in loco ducibus & militibus gaudere & ualere. Valeo autem & ego ipse, & res nostræ. In Asiam facta nobis expeditione, quam scitis & ipsi, deorum inuisibili auxilio secundum rationem ad finem ducta, putauimus non ui lanceæ, benignitate autem & multa humanitate indulgenter tractare habitantes Cœlen Syriam & Phœniciam gentes, benefacereq; libenter, & his quæ in ciuitatibus templis tribuentes redditus multos. Venimus & Ierosolymam, ascendentes honorare templum scelestorum, & nunquam cessantium ab amentia. Illi autem uerbo quidem nostram libenter suscipientes præsentiam, at re falso, uolentibus nobis intrare in templum eorum, & decentibus & pulcherrimis donis honorare, superbijs adducti antiquis prohibuerunt nos ab ingressu, cum inferiores essent nostro robore, ob quod habemus erga omnes homines inimicitiam, at suam in nos amicitiam manifestam statuentes, tanquam soli gentium contra reges & suos benefactores ceruicem tollentes, nihil legitimum uolunt ferre. Nos autem horum stultitia adducti, & cum uictoria aduenientes, & in Ægyptum omnibus gentibus humaniter occurrentes, ut decebat fecimus. In his autem erga homines eiusdem nationis cum eis obliuionem malorum omnibus notificantes, obq; societatem, & credita cum simplicitate ipsis à principio infinita audentes mutare, & participes semper sacerdotum constituere uoluimus, & iure ciuitatis eos Alexandrinorum dignari. Illi autem contrarium sperantes, & ingenita malignitate honestum repellentes, semper autem in malum proni, non solum respuerunt inhonoratam politiam, sed & abominantur, uerboq; & tacitè in ipsis paucos erga nos legitimè dispositos, semper suspicantes ob infamatam uitam citò nos dissipaturos officia recta, ob quod & coniecturis optimè persuasi, hos in omnibus dissentire à nobis modis, & prouidentes ne fortè subitò postea tumultu instante nobis impios hos ad tergum proditores & barbaros habeamus hostes, iussimus simul ut notificata erit epistola hæc, eadem hora habitantes cum uxoribus & filijs, cum contumelia & supplicijs mittere ad nos in uinculis ferreis undique conclusos, ad immedicabilem & ignominiosam decentem inimicis cædem. His enim simul punitis, putamus in futurum tempus perfecte nobis res in bono statu, & optima dispositione constitutum iri. Quicunque autem protexerit aliquem Iudæorum à sene usque ad puerum, usque ad lactantes, turpissimis tormentis punietur cum tota domo. Nuntiare autem qui uoluerit, ob id substantiam incidentis in pœnam accipiet, etiam de regali pecunia drachmas duo mille, & libertate coronabitur. Omnis autem locus ubicunque deprehensus fuerit omnino occultatus Iudæus, inaccessibilis & igne combustus fiat, & toti mortali naturæ penitus inutilis apparebit in sempiternum tempus. Et quidem epistolæ typus sic scriptus erat. Omnino autem ubi innotuit hic iussus, populare constitutum est gentibus conuiuium cum iubilationibus & gaudio, tanquam inueterata eis diu in mente, cum audacia nunc demonstrata inimicitia. At Iudæis incessabilis luctus fuit, & lugubris cum lachrymis, clamor cum gemitibus, inflammato undique ipsorum corde gementium insperatam subitò eis illatam perniciem. Quæ lex, uel urbs, uel quis omnino habitabilis locus, uel quæ uiæ planctu & luctibus super eos non implebantur? Sic enim cum acerba & immiti anima ab his qui per ciuitatem ducibus unanimiter expellebantur: ut ad extrema supplicia, etiam aliquot inimicorum accipientes ante oculos, communem misericordiam

& conſiderantes incertum uitæ ſtatum, plorarent eorum infelicem expulſionem. Præibat enim ſenum multitudo canicie coopertorum ex ſenectute, tarditate pedum incuruorum conuerſionis impetu uiolentæ abſq; omni pudore ad uelocem abutentium itinerationem. Quæ autem nuper ad uitæ communionem coniugalem intrauerant thalamum puellæ, pro lætitia ſuſcipientes luctus, & puluere unguentatam mixtam habentes cæſariem, apertè autem ductæ, planctum pro hymenæis unanimiter incipiebant tanquam laceratæ uexationibus alienigenarum. Vinctæ autem populares uſq; ad immiſsionem in nauem trahebantur cum uiolentia, ipſiq; harum coniuges laqueis loco coronarum ſecundum ceruices implicati cum florida iuuenili ætate, pro conuiuio & adoleſcentium otio reliquos nuptiarum dies in luctibus tranſegerunt, ad pedes iam mortem uidentes poſitam. Abducebantur autem ferarum more tracti uinculorum ferreorum neceſsitatibus, hi quidem tranſtris nauium affixi collis, illi autem ſecundum pedes inſolubilibus conſtricti pedicis, item & deſuper denſa tabula impoſita, ut undique obtenebrati oculos uitam inſidiatorum in omni nauigatione acciperent. His autem ad dictum nauigium actis, & nauigatione traiecta, ſicut fuit ſancitum à rege, iuſsit eos ante ciuitatem in hippodromo caſtra figere ingenti exiſtente menſura, & ad manifeſtum opprobrium ualde opportuno exiſtente omnibus pergentibus in ciuitatem, & ab his ad regionem proficiſcentibus ad peregrinationem, ut neq; exercituum eius communicatione, neq; omnino dignarentur muris. Poſtquàm autem hoc factum eſt, audiens ciuitatis contribules clàm egredientes frequentius lugere ignominioſam fratrum miſeriam, iratus iuſsit & his ſimul eodem modo diligenter ſicut illis facere, non diminutis ſecundum ullum modum illorum ſupplicio: deſcribi autem omne genus ex nomine, non enim ante paulò demonſtratam operum laborioſam ſeruitutem, tortos autem denuntiatis tormentis ad finem delere unius ſub tempus diei. Facta eſt quidem igitur horum deſcriptio cum acerba feſtinatione & ambitioſa aſſeſsione ab ortu ſolis uſque ad occaſum, inexpeditum accipiens finem ad dies quadraginta. Maximè autem & continuè rex gaudio repletus conuiuia in omnibus idolis conſtituens errante ultra ueritatem mente, & prophano ore ipſa quidem muta & non potentia eis loqui uel auxiliari, laudans, in maximum autem deum non decentia loquens. Poſt prædictum autem temporis interuallum nuntiauerunt ſcribæ regi, non ultra poſſe Iudæorum deſcriptionem fieri propter immenſam eorum multitudinem, cum eſſent in regione plures adhuc, hi quidem in domibus adhuc exiſtentes: hi autem in loco tanquam impoſsibili exiſtente omnibus in Ægypto ducibus. Minante autem ipſis durius tanquam donis corruptis ad machinationem ſuffugij, contigit manifeſtè ipſum circa hoc paruiſſe dicentibus cum demonſtratione, & chartam iam & ſcriptorios calamos in quibus utebantur, defeciſſe. Hoc autem erat operatio auxiliantis Iudæis è cœlo prouidentiæ inuictæ. Tunc uocans Hermonem præpoſitum elephantorum curæ, graui plenus ira & indignatione omnino inuertibilis, iuſsit inſequenti die abundantibus pugnis thuris, & uino multo puro omnes elephantos potare, qui erant numero quingenti, & efferatos poculi nimia ſubminiſtratione adducere ad occurſum mortis Iudæorum. Ille quidem hæc iubens uerſus eſt ad conuiuium, congregans maximè ex amicis & exercitu odioſe habentes contra Iudæos. At elephantorum præpoſitus præceptum aptè Hermon adimplebat, atque ad hæc miniſtri ad ueſperam exeuntes, miſerorum ligabant manus, & reliquam machinabantur circa eos ſecuritatem, nocturnum exiſtimantes ſimul accepturam gentem terminum mortis. Qui autem omni protectione deſtituti uidebantur eſſe gentibus Iudæi, propter undiq; opprimentem eos cum uinculis neceſſitatem, omnipotentem dominum & omnis potentiæ dominantem, miſericordem deum eorum & patrem, inceſſabili uoce omnes cum lachrymis inuocauerunt, orantes quod conuerteret conſilium impium contra ſe, & liberaret eos cum magnifica apparitione ab ea quæ erat ad pedes in promptu morte, horum quidem aſsiduè ſupplicatio aſcendit in cœlum. At Hermon immites elephantos potans repletos uini abundanti ſubminiſtratione & thure ſaturatos, mane ad aulam adfuit de his nuntiare regi. At à ſeculi tempore creationem

I

K

L

tionem bonam in nocte & die concessam ab eo qui gratificatur omnibus, quibus ipse uult, somni partem misit ad regem, & dulcissimo & profundo comprehensus est operatione domini, iniquo quidem proposito ualde fraudatus, at ab irreuocabili cogitatione maxime deceptus. At Iudæi præsignatam horam cum effugissent, sanctum laudabant deum suum, & iterum orabant facilem demonstrare magnipotentis suæ manus potestatem gentibus superbis. Media existente autem iam decima hora fermè, qui ad excitandũ constitutus erat, subitò uocatos uidens, pupugit accedens regem, & uix excitans, nuntiauit conuiuij tempus iam præterire. De his sermonem faciens, quem rex reputans, & uersus in conuiuium, iussit eos qui uenerant in conuiuium coram accumbere se, quo & facto hortabatur in cõuiuium dedentes seipsos, præsentem conuiuij summè celebrantes in lætitia cõsumere partem. Longe autem procedente conuiuio, Hermonem accersens rex, cum acerba comminatione interrogauit: quam ob causam permissi sint Iudæi præsentem diem superuenire. Ipso autem M nuntiante, nocte iussionem ad fidem perduxisse, & amicis eius testimonium perhibentibus, crudelitatem peiorem Phalaridis habẽs, dixit: Hodierno somno gratiam habere eos: sine dilatione autem aduenturum diem, similiter præpara elephantos ad scelestorum Iudæorum perniciem. Cum dixisset autem rex, ultrò omnes cum gaudio præsentes simul collaudantès, in propriam domum unusquisq; reuersi sunt, & non tam in somno consumpserunt tempus noctis, quàm in omnimodas excogitando miseris existimatis illusiones. Dudum autem gallus cantauerat matutinus, & bestias cum armasset Hermon in magna porticu expectabat, quæ autem per ciuitatem multitudo congregata erat ad miserandum spectaculum expectans auroram cum auiditate. At Iudæi in indiuisibili animo suspensi tempore, multilachryma supplicatione in canticis luctuosis tendentes manus in cœlum orabant maximum deum, iterum eis auxiliari breui. Nondum autem solis radij spargebantur, & rege amicos excipiente, Hermon adstans uocabat ad exitum, ostendens uolũtatem regis in promptu esse. Ille autem cum percepisset & obstupuisset in iniquo exitu, omnino ignorantia detentus quærebat, quæ causa ob quam hoc illi cum festinatione confectũ est. N Hoc autem erat operatio cunctorum dominantis dei, eorum quæ prius illi excogitata fuerant obliuionem in mente ponentis. Nuntiauit Hermon & omnes amici: feræ & exercitus parati sunt rex secundum tuum instans propositum. Ille autem in dictis repletus graui ira, eo quòd circa hæc prouidentia dei dispersus fuisset omnis eius cogitatus, intuens cum minis, dixit: Quotquot parentes adfuerũt aut filiorum filij, hunc bestijs ferocibus parauerunt abundantem cibum pro irreprehensibilibus mihi & maioribus meis præ se ferentibus continuam firmam fidem eminenter Iudæis, quanquam siquidem non ob simul educationis amorem & necessitatis uita pro his priuari deberes. Sic Hermon insperatã periculosam sustinuit comminationem, & aspectu & uultu turbatus est. Vnusquisq; autem amicorũ cum tristitia erubescebant, congregatos dimiserunt quemlibet ad proprium negotium, ipsiq; Iudæi ea à rege audientes, illustrem deum dominum regem regum laudabant, uelut hanc opem ab eo consecuti. Secundum autem has leges rex constituens rursus conuiuiũ, ad lætitiam uerti hortabatur, at Hermonem aduocans cum minis dixit: Quoties tibi oportet de his ipsis imperare infelicissime? Elephantos adhuc & nunc arma in crastinum ad Iudæo- O rum perniciem. At simul discumbentes cognati inconstantẽ mentem eius admirantes, protulerunt hæc: Rex usquequo tanquam insensatos nos tentas, iubens iam tertiò eos delere, & iterum in rebus ex mutatione reuocans à te sancita? quorum gratia ciuitas ob expectationem tumultuatur, & adaucta cõuersionibus, iam & periclitatur sæpe diripi. Vnde in omnibus Phalaris rex impletus inscitia, & factas ad considerationem Iudæorum in ipso mutationes animæ nihil æstimans, non initiatum firmiter iusiurandum determinans, hos quidem sine dilatione missurum in infernum in genibus & pedibus ferarum punitos, ducentem autem exercitum contra Iudæam solo æquatam igne & hasta positurum uelociter, & inaccessibile nobis illorum templum igne prostratum, uelocitate perficientium illic sacrificia in omne tempus constituturum. Tunc læti discedentes amici & cognati, cum fide dis-

posuerunt

posuerunt exercitus in opportunissimis locis ciuitatis ad obseruationem. At elephātorum præpositus feras fermè, ut sic dicam, in opus insanum adducens, odoratissimis poculis uino thure commixto horribiliter paratas præparationibus circa auroram, ciuitate iam multitudinibus innumerabilibus in hippodromo plena, intrans ad aulam ad constitutum incitauit regem. Ille autem ita graui implens impiam mentem, omni mole cum feris exiuit, uolens immiti corde, & pupillis oculorum aspicere laboriosam & miseram prædictorum subuersionem. Iam uerò elephantorū egredientium circa portam & subsequentis armati exercitus, & multitudinis itineris puluerem uidētes, & horrisonum tumultum audientes Iudæi, ultimum uitæ momentum ipsis illud existimantes esse finem miserrimæ expectationis, ad miserationem & luctus uersi, osculabantur se ad inuicem compliciti cognatis in colla procumbentes, parentes filijs, & matres puellis. Aliæ autem nuper genitos ad ubera habentes infantes, ultimum sugentes lac. At qui & prius eis facta auxilia de cœlo cognoscentes, pronos unanimiter proijcientes seipsos, & infantes amouentes ab uberibus, clamauerunt uoce magna ualde, uniuersi principi supplicantes, misereri cum apparitione eorum iam ad portas mortis constitutorum. Eleazarus autem quidam uir insignis eorum qui ex regione sacerdotum, in senectute ætatem iam sortitus, & omni quę secundum uitam uirtute ornatus, eos qui circa se comprimens seniores ab inuocando sanctum deum, orauit hæc: Rex magnipotens, altissime, omnipotens deus, omnem gubernans in misericordijs creaturam, inspice in Abraam semen, in sanctificati filios Iacob, partis sanctificatę tuæ populum in peregrina terra peregrinū iniustè pereuntem pater. tu Pharaonem abundantem curribus olim Ægypti huius principem sublatū immiti audacia, & lingua magniloqua, cum superbo exercitu mari uinctos perdidisti, lucem ostendens misericordiæ Israel generi. Tu immensis exercitibus superbiētem Sennacherib grauem Assyriorum regem, lancea omnē subditam iam accipientem terram, & elatum contra sanctam tuam ciuitatem, grauia loquentem superbia & audacia, tu domine fregisti, manifestam demonstrans gentibus multis tuam potentiam. Tu in Babylonia tres socios igni animam uoluntariè tradentes, ut non seruirent uanis, ignitum rore faciens caminum, liberasti usque ad capillum illæsos, flammam omnibus immittens aduersarijs. Tu calumnijs inuidiæ leonibus in terra proiectum feris cibum Danielem ad lucem reduxisti incolumem. Et in mari educati in uentre ceti Ionam liquescentem incessanter illæsum omnibus familiaribus demonstrasti pater, & nunc malorum detestator, misericors, omnium protector, citò appare his qui ex Israel genere, ab abominatis scelestis gentibus afflictis. Si autem impietatibus secundum peregrinationem uita nostra constricta est, liberans nos de inimicorū manu, ut uoleris domine perde nos morte. Non uanis uana sapientes benedicāt in dilectorum à te perditione, dicentes. Neq; deus illorum liberauit eos: tu autem omnem fortitudinem & potentiam habens omnem sempiterne, nunc prospice, miserere nostri qui per iniuriam iniquorum iniustam è uita submouemur ad insidiatorum mortem. Admirentur autem gentes tuam uirtutem inuictam hodie, uenerande, potentiam habens in saluatione Iacob generis. Orat te omnis multitudo infantum & horum parentes cum lachrymis, demonstretur omnibus gentibus quòd nobiscum es domine, & nō auertisti faciem tuam à nobis: sed sicut dixisti, quòd neq; in terra inimicorum suorum existentes, contēpsisti eos: sic adimple, domine. At Eleazaro desinente iam ab oratione, rex cum feris & omni exercitus horrore secūdum hippodromum aderat, & aspicientes Iudæi ualde in cœlum exclamauerunt, adeo ut & adiacentes conualles simul sonantes continuum luctum facerent cum uniuerso exercitu. Tunc gloriosus, omnipotens & uerax deus, ostendens sanctam suam faciem, aperuit cœli portas, à quibus inclyti duo terribiles aspectu angeli descenderunt, manifesti omnibus, præterquàm Iudæis, & restiterunt, & exercitum hostium repleuerunt turbatione, & timore, & immobilibus ligauerunt pedicis, & horrens etiam regis corpus factum est, & obliuio audaciam eius grauem cepit. Et conuerterunt bestias aduersus consequentes armatos exercitus, & conculcabant illos, & interficiebant. Et conuersa est regis ira in misericordiam & lachrymas pro eis, quæ prius à

Exo.14 | Dan.3 | Dan.6 | Ionæ 2 | P | Q | R | S


se excogitata fuerant. Audiens enim clamorem,& uidens pronos omnes in perditionem, lachrymans cum ira,amicis minabatur, dicens: Rege abutimini,& tyrannos transgressi estis crudelitate, & meipsum uestrum benefactorem conamini à principatu iam & anima submouere,clã machinantes quæ non expediunt regno. Quis eos qui obtinuerunt nostræ in fide regionis munitiones,domo remouens unumquenq; iniustè congregauit huc? Quis eos qui à principio beneuolentia erga nos in omnibus superant omnes gentes,& qui laboriosissima sæpe hominum susceperunt pericula,sic iniquis implicuit supplicijs? Soluite,dissoluite iniusta uincula,ad propria cum pace dimittite,ante facta euitantes, dimittite filios omnipotentis cœlestis dei uiuentis, Qui à nostris usq; nunc maioribus incolumẽ cum gloria statum exhibet nostris negotijs. Ille quidem igitur hæc dixit,ipsi autẽ in indiuisibili tempore soluti,sanctum saluatorẽ deum suum benedicebant,nuper mortem euadentes. Postea rex in ciuitatem reuersus,præfectum redditutum accersens,iussit uina & reliqua in conuiuium necessaria Iudæis præbere ad dies septem,indicans eos,in quo loco putauerant mortem suscipere,in hoc in lætitia omni soteria celebrare. Tunc qui prius cõtumelijs affecti fuerant,& prope mortem,potius autẽ in ipsa ambulauerant,pro acerba & lugubri morte conuiuium salutare constituentes,ad mortem ipsis & sepulturam deputatum locum tentorijs diuiserunt pleni gaudio. Finientes autem luctus,gemitosum cantum,resumpserũt cantum patrium,saluatorem & miraculorum factorum laudantes deum,luctumq; omnem & gemitum repellentes,choreas constituerunt,lætitiæ pacificæ signum. Eodem modo autem & rex,pro his symposium magnum congregans,incessanter in cœlum confitebatur magnificè pro inopinata facta ei saluatione. Quiq; prius in perditionem & auium escam eos futuros existimabant,& cum gaudio descripserant,gemuerunt pudorem in seipsis induti,& inflammata audacia inglorie extincti. Et Iudæi,sicut prædiximus,constituentes prædictum chorum cum conuiuio in gratiarum actionibus lætis & psalmis transigebant,& communem statuentes de his legem,in omni habitatione sua in generationes prædictos dies agere decreuerunt hilares, & non potus causa & gulæ,saluationis uerò per deum factæ ipsis. Audierunt autem regem,dimissionem suam ad propria petentes. Describunt autem eos à quinta & uicesima pachon usq; ad quartã epiph ad dies quadraginta. Constituunt autem eorum perditionem à quinta epiph usq; ad septimam,diebus tribus,in quibus & gloriose ostendens misericordiam suam omnium princeps,incolumes eos liberauit unanimiter. Comessabantur autem omnibus ab rege necessarijs donati,usq; ad quartamdecimam. In qua & colloquium fecerunt de liberatione sua. Collaudansq; eos rex,scripsit eis subscriptam epistolam ad duces in ciuitatem magnanimiter instantiam habentem: Rex Ptolemæus Philopator qui sunt in Ægypto ducibus,& omnibus præpositis super negotia,gaudere & ualere. Valemus autem & nos & filij nostri,prosperante nobis magno deo negotia, sicut uolumus. Ex amicis quidam malorum morum frequentius nobis adstantes,persuaserunt nobis eos qui sub regno Iudæos coniunctos in congregatione puniendos nouis rebellatorum supplicijs,prætendentes nunquam bonum statum habituras res nostras,ob inimicitiam quam habent hi contra omnes gentes, donec perficiatur hoc: qui & uinctos adducentes eos cum afflictionibus tanquam mancipia,potius autem tanquam proditores,sine ullo discrimine & inquisitione conati sunt occidere,lege Scytharum ferociorem induti crudelitatem. Nos uerò pro his acerbius comminantes,iuxta quam habemus erga omnes homines benignitatem,uix uitam eis condonantes,& cœlestem deum cognoscentes fortiter protegentem Iudæos, ut patrem pro filijs semper pugnare,& amicitiæ ob quam habent erga nos firmam & maiores nostros beneuolentiam recolentes, iustè dimisimus omnes iuxta quemcunque causæ modum. Et iussimus cuilibet omnia propria conuertere,in omni loco nullo eos omnino lædente, neque iniuriari de factis præter rationem. Scitote enim quòd contra hos si quid machinemur malum, uel offendamus eos omnino,non hominem,sed omnis principem potentiæ deum altissimum aduersantem nobis ad ultionem rerum in omnibus ineuitabiliter semper habebimus. Valete.

Accipientes


Accipientes autem epistolam hanc, non festinauerũt statim fieri circa recessum, sed regem orauerunt eos qui de genere Iudæorum sanctum deum ultrò transgressi fuerant & dei legem, consequi per eos debitam punitionem, asserentes uentris causa, diuina transgressos præcepta, nunquam beneuolos fore, neq; regis præceptis. Ille autem uerum eos dicere percipiens & collaudans dedit eis facultatem omnium, ut qui transierant dei legem, occiderent in omni qui sub ditione sua loco cum audacia citra omnem regulam, potestatem uel uisitationem. Tunc benè precantes ei, ut decens erat, horum sacerdotes & omnis multitudo inclamantes Alleluia, cum gaudio recesserunt. Sic autem obuiantem ex pollutis conciuem in uia puniebant & cum exprobrationibus interficiebant. Illa autem die occiderunt supra trecentos uiros, & egerunt lætitiam cum gaudio prophanos perimentes: ipsi autem qui usque ad mortem deum habuerant, integram saluationis fruitionem accipientes, recesserunt ex ciuitate omnimodis odoratissimis floribus coronati cum lætitia & clamore, in laudibus & dulcibus hymnis gratias agentes deo patrum suorum sancto saluatori Israel. Cum uenissent autem in Ptolemaidã uocatam ob loci proprietatem rosiferam, in qua expectauit eos classis secundum commune eorum consilium dies septem, illic fecerunt conuiuium salutare, rege suppeditante eis abundè quæ ad recessum omnia unicuiq; usque ad propriam domum. Delati autem cum pace in decentibus gratiarum actionibus, eodem modo & illic statuerunt, & has agere dies ad peregrinationis eorum tempus lætas, quas & consecrantes in columna, in conuiuij loco uotum confirmantes, recesserunt illæsi, liberi, iucundi, perq; terram & mare & fluuium saluati regis iussu quilibet in propriam. Et maiorem quàm prius in inimicos potestatem habentes, cum gloria & timore, omnino à nullo excussi à substantijs, & omnia sua omnes attulerunt ex descriptione, ita ut habentes aliquid, cum timore maximo restituerint eis, magnalia maximo deo faciente perfectè pro liberatione eorum. Benedictus liberator Israel in sempiterna tempora: Amen.

VETERIS TESTAMENTI FINIS

BASILEAE, PER HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM
ANNO M D XXXVIII
MENSE MARTIO



NOVVM TESTAMENTVM OMNE EX VERSIONE VTRAQVE, HOC EST, DES. ERASMI Roterodami, & Vulgata.



BASILEAE
ANNO M. D. XXXVIII.



DIVI HIERONYMI IN QVATVOR EVANGELIA CASTIGATA, AD DAMASVM PRAEFATIO.

NOVVM opus me facere cogis ex ueteri:ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa,quasi quidam arbiter sedeam:& quia inter se uariant,quæ sint illa quæ cum græca consentiant ueritate,decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris,ipsum ab omnibus iudicandum :senis mutare linguam, & canescentem iam mundum,ad initia retrahere paruulorum.Quis enim doctus pariter uel indoctus,cum in manus uolumē assumpserit,& à saliua quā semel imbibit uiderit discrepare quod lectitat:non statim erumpat in uocem,me falsarium,me clamitans esse sacrilegum,qui audeam aliquid in ueteribus libris addere,mutare,corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur:quod & tu qui summus sacerdos es,fieri iubes: & uerū non esse quod uariat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respōdeant quibus:tot enim sunt exemplaria pene quot codices.Sin autem ueritas est quærēda de pluribus: cur non ad græcam originem reuertentes, ea quæ uel à uitiosis interpretibus male reddita,uel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius:uel à librarijs dormitantibus aut addita sunt aut mutata,corrigimus? Neq; uero ego de ueteri disputo instrumēto:quod à Septuaginta senioribus in græcam linguam uersum,tertio gradu ad nos usq; peruenit. Non quęro quid Aquila,quid Symmachus sapiant:quare Theodotio inter nouos & ueteres medius incedat. Sit illa uera interpretatio,quam Apostoli probauerunt.De nouo nunc loquor testamēto: quod græcum esse non dubium est:excepto apostolo Matthæo: qui primus in Iudæa euangelium Christi Hebraicis literis edidit.Hoc certe cum in nostro sermone discordat,& in diuersos riuulorum tramites ducit:uno de fonte quærendum.Prętermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos,paucorum hominum asserit peruersa contentio:quibus utique nec in toto ueteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata,doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur,quatuor tantum euāgelia,quorū ordo est iste,Matthæus,Marcus,Lucas,Iohannes:codicum Græcorum emendata collatione, sed & ueterum, nec quæ multum à lectionis latinæ consuetudine discreparent. Ita calamo temperauimus, ut his tantum quæ sensum uidebantur mutare,correctis,reliqua manere pateremur ut fuerant.

EIVSDEM DIVI HIERONYMI IN EVANGELIVM Matthæi Præfatio ad Eusebium.

PLVRES fuisse qui euangelia scripserunt,& Lucas euangelista testatur,dicens,Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt:sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem,& ministrauerunt ei:& perseuerantia usq; in præsens tempus monimenta declarant,quæ à diuersis authoribus edita,diuersarum hæreseon fuere principia: ut est illud iuxta Aegyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomeum, duodecimq; apostolorum, & Basilidis atq; Apellis ac reliquorum,quos enumerare longissimum est: cum tantum impræsentiarum hoc necesse sit dicere,extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem,quam historiæ texere ueritatem.Quibus iure potest illud propheticum coaptari, Væ qui prophetant de corde suo:qui ambulant post spiritum suum:qui dicunt,dicit dominus: & dominus non misit eos.De quibus & saluator in euangelio Iohannis loquitur,Omnes qui ante me uenerunt,fures & latrones fuerunt.Qui uenerunt,non qui missi sunt. Ipse enim ait, Veniebant,& ego non mittebam eos.In uenientibus enim præsumptio temeritatis,in missis obsequium seruitutis est.Ecclesia autem quę supra petram,domini uoce fundata est:quam introduxit rex in cubiculum suum,& ad quam per foramen descensionis occultæ misit manum suam,similis damulæ hinnuloq; ceruorum:quatuor flumina paradisi instar eructans: quatuor angulos & annulos habet, per quos quasi arca testamenti & custos legis domini,lignis immobilibus uehitur. Primus omnium Matthæus est publicanus,cognomento Leui: qui euangelium in Iudæa Hebræo sermone edidit:ob eorum uel maxime causam,qui in Iesum crediderant ex Iudæis,& nequaquā legis umbram,succedente euangelij ueritate seruabant. Secundus Marcus, interpres apostoli Petri, & Alexandrinæ ecclesiæ primus episcopus,qui dominum quidem saluatorem ipse non uidit,sed ea quæ magistrum audierat prædicantem,iuxta fidem magis gestorum narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus,natione Syrus Antiochensis:cuius laus in euangelio,qui & ipse discipulus apostoli Pauli,in Achaiæ Bœotiæq; partibus uolumē cōdidit,quædam altius repetens:& ut ipse in prooemio confitetur,audita magis quàm uisa describens. Vltimus Iohannes apostolus & euāgelista, quem Iesus amauit plurimum:qui supra pectus domini recumbens, purissima doctrinarum fluenta potauit:& qui solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua. Is cum esset in

Asia,& iam tunc hæreticorum semina pullularent Cherinti,Hebionis,& cæterorum qui negant Christum in carne uenisse,quos & ipse in epistola sua antichristos uocat,& apostolus Paulus frequenter percutit:coactus est ab omnibus pene tunc Asiæ episcopis & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere,& ad ipsum(ut ita dicam)dei uerbum, nõ tam audaci quam felici temeritate prorumpere. Vnde & ecclesiastica narrat historia, cum à fratribus cogeretur ut scriberet,ita facturum se respondisse,si indicto ieiunio in commune omnes deum de precarentur:quo expleto,reuelatione saturatus, illud proœmium e cœlo ueniens eructauit. In principio erat uerbum:& uerbum erat apud deum:& deus erat uerbum:hoc erat in principio apud deum.Hæc igitur quatuor euangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoq; uolumen probat:in quo prima uisio ita contexitur,Et in medio sicut similitudo quatuor animalium, & uultus eorum facies hominis,& facies leonis,& facies uituli,& facies aquilę.Prima hominis facies,Mat thæum significat:qui quasi de homine exorsus est scribere,Liber generatiõis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Secunda Marcum,in quo uox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deserto,parate uiam domini,rectas facite semitas eius. Tertia uituli,quæ euãgelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Iohannem euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ,& ad altiora festinãs,de uerbo dei disputat.Cætera quę sequũtur,in eundem sensum proficiunt,Crura eorum recta,& pennati pedes: & quocũq; ibat spiritus ibãt & non reuertebantur:& dorsa eorum plena oculis:& scintillę ac lampades in medio discurrentes,& rota in rota,& in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Iohannis post expositionem uigintiquatuor seniorum, qui tenentes citharas & phialas,adorãt agnum dei,introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus discurrentes,& mare uitreũ,& quatuor animalia plena oculis, dicens, Animal primum simile leoni,& secundum simile uitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilę uolanti.Et post paululum,Plena erãt(inquit)oculis & requiem non habebant, die ac nocte dicentia, Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est.Quibus cunctis perspicue ostenditur quatuor tantum debere euangelia suscipi,& omnes apocryphorũ næenias mortuis magis hæreticis quàm ecclesiasticis uiuis canendas.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

TOties iam dictum,ob quorundam calumnias mihi & hic repetẽdum, optime lector, hac uersione non damnari mihi uulgatam æditionem,qua nũc utitur ecclesia Romana,sed ut illa sit emendatior,magisq; perspicua quod in Græcorum codicibus habebatur,id à me bona fide redditum:qui si quando uariãt,ibi nos ueterem orthodoxorum interpretationem secuti sumus, aut ubi cætera paria sunt, id prætulimus,quod cum Latinis codicibus consentiret.Hoc in præsentia monuisse uisum est satis. Qui plura desiderat,legat apologiam,quam magno operi præfiximus:ac facessat calumnia. Legamus igitur ardentibus studijs Euangelium,sed non tantum legamus, uerum etiam uiuamus.Euangelium pacis dictum est à propheta. Cauẽdum ne nostro uitio nobis sit euãgelium discordiæ. Non est aliud, non est nouum. Vnum & idem est Euangelium,quod ut omnibus est proditum,ita conuenit, ut omnes in hoc consentiamus.Huc igitur nos inuicem cohortemur,ut simus uere filij patris,qui in cœlis est,utq; dominus Iesus suos germanos discipulos agnoscat,qui est benedictus in secula, Amẽ.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

MATTHAEVS qui & Leui,ex publicano apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circumcisione crediderant,euangelium Christi Hebraicis literis uerbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit,non satis certum est.Porrò ipsum Hebraicum habetur usq; hodie in Cæsariensi bibliotheca,quã Pamphilus martyr studiosissime cõfecit.Mihi quoq; à Nazaręis, qui in Berœa urbe Syriæ hoc uolumine utuntur,describendi facultas fuit.In quo animaduertendum,q ubicunq; euãgelista siue ex persona sua,siue ex persona domini saluatoris,ueteris scripturæ testimonijs utitur,non sequatur Septuaginta trãslatorum authoritatem sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt,Ex Aegypto uocaui filium meum.Et quoniam Nazaræus uocabitur.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM

ERASMI VERSIO

A

LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudā & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zarā è Thamar. Phares autē genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz, è Rahab. Booz autem genuit Obed, è Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse aūt genuit Dauid regē. Dauid autē rex genuit Salomonē, ex ea quæ fuerat B uxor Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manasse. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in exilio Babylonico. Porrò post exilium Babylonicum, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autē genuit Achin. Achin au- C tem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthā autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph, maritum Mariæ, ex qua genitus fuit Iesus, ille qui dicitur Christus. Vniuersæ itaque generationes ab Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad demigrationem Babylonicam, generationes quatuordecim: & à demigratione Babylonica usq; ad Christum, generationes quatuordecim. Iesu uero Christi natiuitas sic habet. Cum mater enim eius Maria desponsa esset Ioseph, priusquam congressi fuissent, deprehensa

VVLGATA EDITIO.

LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Arā. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Naason, Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse. Iesse autē genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autē genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Omnes itaq; generationes ab Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta

Genealogia Christi *Lucæ.3.d*

4.Reg.20.a *1.Esdræ 2*

Luc.1.b

prehensa est grauida è spiritu sancto. Porrò Ioseph maritus eius, quoniam erat iustus, & nolebat illam infamare, uoluit clanculum ab ea diuertere. Hæc autem quũ is in animo uersaret, ecce angelus domini in somnis uisus est illi dicens: Ioseph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam uxorem tuam. Nam quod in illa conceptũ est, à spiritu sancto profectum est. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Is enim saluum faciet populum suum à peccatis suis. Porrò totũ hoc factum est, ut perficeretur id quod dictũ fuerat à domino per prophetam, ita loquentem: Ecce uirgo erit prægnãs, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emanuel: quod si quis interpretetur sonat, nobiscum deus. Excitatus autem Ioseph à somno, fecit ut iniunxerat sibi angelus domini: & adiunxit sibi uxorem suam, & non cognouit eam, donec peperisset filium suum primogenitum, & appellauit nomen eius Iesum.

Esaiæ. 7 c

De magis, & Herodis sæuitia

CVm autem natus esset Iesus in Bethleẽ ciuitate Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolyma, dicentes: Vbi est ille, qui natus est rex Iudæorum? uidimus enim illius stellam in oriente, & accessimus, ut adoremus eum. Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolymorũ urbs cũ illo, & conuocatis omnibus pontificibus & scribis populi, percontatus est eos, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudææ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda. Ex te enim mihi proditurus est dux, qui gubernaturus est populum meũ Israel. Tum Herodes clàm accersitis Magis, accurate perquisiuit ab illis, quo tempore stella apparuisset. Et iussis ire in Bethleem, dixit: Profecti illuc, accurate inquirite de puero. Vbi uero inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniam & adorem illum. At illi audito rege profecti sunt, & ecce stella quam uiderãt in oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locũ in quo erat puer. Cum autẽ uidissent stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & prostrati adorauerũt illum: & apertis thesauris suis obtulerunt illi munera, aurum & thus & myrrhã: & oraculo admoniti in somnis

Micheæ. 5 a

uenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitãte, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium: & uocabis nomẽ eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicẽtem: Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium: & uocabitur nomen eius emanuel: quod est interpretatum, nobiscum deus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam: & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & uocauit nomen eius Iesum.

D

CAPVT II

CVm ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudę in diebus Herodis regis: ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymã, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: & uenimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est: & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clàm uocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: ut & ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos, usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis

A

B

C in ſomnis,ne reuerterentur ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Digreſſis autem illis, ecce angelus domini apparet in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge & aſſume puerum ac matrem illius, & fuge in Aegyptum:& eſto illic donec dixero tibi. Futurū eſt enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendū eum. Ille uero excitatus aſſumpſit puerum & matrem eius noctu,& ſeceſſit in Aegyptum,& fuit illic uſq; ad obitum Herodis: ut perficeretur quod dictū fuerat à domino per prophetam dicentem:Ex Aegypto uocaui filium meum. Tum Herodes ubi uidit ſibi illuſum fuiſſe à Magis indignatus eſt uehementer:ac miſſis ſatellitibus interfecit omnes pueros,qui erāt Bethleem,& in omnibus finibus Bethleemiticis,quotquot eſſent bimuli aut minores, iuxta tempus quod exacte cognouerat ex Magis. Tunc perfectum eſt, quod di-

D ctum fuerat ab Hieremia propheta, cum ait: Vox in Rhama audita eſt,lamentatio ploratus,& fletus multus. Rachel plorans filios ſuos,& noluit cōſolationem admittere, propterea quod nō ſint. Cæterum defuncto Herode ecce angelus domini in ſomnis apparet Ioſeph in Aegypto:dicēs:Surge & aſſume puerum & matrem eius, & uade in terram Iſrael. Defuncti ſunt enim,qui quærebant animam pueri. At ille ſurgens aſſumpſit puerum & matrem illius,& uenit in terrā Iſrael. Verum cum audiſſet Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis patris ſui,timuit illuc abire:ſed oraculo admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ: ac profectus, habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth:ut impleretur quod dictū fuerat per prophetas:Nazareus uocabitur.

A IN diebus illis,accedit Ioānes Baptiſta,prædicās in deſerto Iudææ,dicensq;: Pœnitentiam agite uitæ prioris,in propinquo eſt enim regnum cœlorum. Nam hic eſt ille,de quo dixit Heſaias propheta,qui ait: Vox clamantis in deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe uero Ioannes habebat indumentum ſuum è pilis camelorum, et zonam pelliceā circū lumbos ſuos. Porrò cibus illius erāt locuſtæ,& mel ſylueſtre. Tūc egreſſa eſt ad illū Hieroſolyma,& tota Iudæa totaq; regio undiq; finitima Iordani,et baptizabātur in Iordane ab illo, confitētes peccata ſua. Cū uidiſſet autem multos ex Phariſæis et Sadducæis

in ſomnis,ne redirent ad Herodem:per aliam uiam reuerſi ſunt in regionē ſuam. Qui cum receſſiſſent: ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph,dicens: Surge & accipe puerū & matrem eius,& fuge in Aegyptum: & eſto ibi uſquedum dicam tibi. Futurum eſt enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte:& ſeceſſit in Aegyptum. Et erat ibi uſque ad obitum Herodis,ut adimpleretur quod dictum eſt à domino per prophetam dicentem:Ex Aegypto uocaui filium meum. (Oſee 11 a) Tunc Herodes uidēs quoniam illuſus eſſet, à magis,iratus eſt ualde:& mittēs occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius à bimatu & infra ſecūdum tempus quod exquiſierat à magis. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetam,dicentem: Vox in Rama audita eſt: ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari: quia non ſunt. (Hierem.31 c) Defuncto autem Herode: ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto, dicens: Surge et accipe puerum & matrem eius:& uade in terram Iſrael. Defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Iſrael. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: et admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. Et ueniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth,ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetas: Quoniam Nazareus uocabitur.

CAPVT III

IN diebus autem illis uenit Iohannes baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, et dicens: Pœnitentiam agite:appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiam prophetam, dicentem: Vox clamantis in deſerto:parate uiam domini: rectas facite ſemitas eius. Ipſe autem Iohannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum:& zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſtæ et mel ſilueſtre. Tunc exibat ad eum Hieroſolyma & omnis Iudæa: & omnis regio circa Iordanē. Et baptizabantur ab eo in Iordane,confitentes peccata ſua. Videns autem multos phariſæorum et ſaduceorum

(Iohannis uita & prædicatio, Chriſtiq; baptiſatio. Eſa.40 a Luc.3 a Ioann.1.3 Marc.1)

cæis uenientes ad baptismum suum, dixit illis: Progenies uiperarum, quis uobis submōstrauit, ut fugeretis à uentura ira? Facite igitur fructus, qui deceāt pœnitentiā. Et ne sitis hac mēte, ut dicatis intra uosipsos, patrem habemus Abrahā. Dico enim uobis, quod possit deus facere, ut ex lapidibus his, filij surgant Abrahamo. Iam uero & securis ad radicem arborū posita est. Omnis igitur arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Ego quidem baptizo uos aqua ad pœnitentiam. At ille qui post me uenturus est, fortior me est: cuius non sum idoneus ut calciamenta portem. Ipse uos baptizabit spiritu sancto, & igni: cuius uentilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam & congregabit triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili. Tūc accedit Iesus à Galilæa ad Iordanem, ad Ioannem, ut baptizaretur ab illo. At Iohannes prohibebat illum, dicens: Mihi opus est ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus dixit ad illum: Omitte nunc. Sic enim decet nos, ut cōpleamus omnem iustitiam. Tunc omittit illū. Et baptizatus Iesus, ascendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt illi cœli, & uidit spiritū dei descendentem tanquam columbam, & uenientem super ipsum. Et ecce uox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.

De tētatione Christi uocationeq́; Petri, Andreæ & zebedæi filiorum

TVnc Iesus subductus fuit in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cū ieiunasset dies quadraginta, ac noctes quadraginta, tandē esurijt. Et cū accessisset ad eū ille qui tentat, dixit: Si filius es dei, iube ut lapides hi panes fiāt. At ille respōdens dixit: Scriptū est: Non solo pane uicturus est homo, sed omni uerbo quod egreditur per os dei. Tūc assumit illū diabolus in sanctā ciuitatē, & statuit eū super pinnaculū templi, dicitq́ꝫ illi: Si filius es dei præcipita te deorsum. Nam scriptum est: Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, ne quando impingas in lapidem pedem tuum. Dixit illi Iesus: Rursum scriptum est: Non tētabis dominum deum tuum. Rursum assumit illum diabolus in montem excelsum ualde, & commonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me. Tunc dicit illi Iesus: Abi satanas. Scriptum est enim

Marc.1.b Luc.4.a Deute.8.a Psalm.90.b Deut.6.a

cæorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonstrabit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos: patrem habemus Abraam. Dico enim uobis: quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicē arborum posita est: Omnis ergo arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo uos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me uenturus est, fortior me est: cuius nō sum dignus calciamenta portare, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc uenit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari: & tu uenis ad me. Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli: & uidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de cœlo, dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

CAPVT IIII

TVnc Iesus ductus est in desertum à spiritu ut tentaretur à diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedēs tētator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respōdens dixit: Scriptū est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te: & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est: Non tentabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde: & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade sathanas. Scriptum est enim

B C D A B

C enim: Dominũ deũ tuũ adorabis, & illum so/lum coles. Tunc omittit illum Diabolus. Et ecce angeli accedebant, et ministrabãt ei. Cum audisset autem Iesus, quod Iohãnes traditus esset, secessit in Galilæã, & relicta Nazareth, profectus habitauit in Cepernaum, quæ est ciuitas maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, ut impleretur quod dictum fuerat per Esaiam prophetam dicentem: Terra Zabulon, & Neptalim iuxta uiam maris, ultra Iordanem, Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, & umbra mortis, uidit lucem magnam, & qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere: Resipiscite, instat enim regnum cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocabatur Petrus, & An-

D dream fratrẽ eius, iaciẽtes rete in mare (Nam erant piscatores) & dicit illis: Sequamini me, & faciam uos piscatores hominum. At illi relictis ilico retibus, secuti sunt illum. Et progressus illinc, uidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua, & uocauit eos. At illi protinus relicta naui & patre suo, secuti sunt eum. Et circumibat totam Galilæam Iesus docens in synagogis illorum, ac prædicans Euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo. Et dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerunt ad illum omnes male affectos, uarijs morbis ac torminibus contractos, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos, sanauitq; illos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ, à Galilæa ac Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.

A CVm uidisset autẽ Iesus turbas, ascẽdit in montem, & cum cõsedisset, accesserunt ad illum discipuli eius: & postquam aperuisset os suum docebat illos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ. Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam

enim: Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Cum autem audisset Iesus quod Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam: Terra Zabulon, & terra Neptalim, uia maris trãs Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ: uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum & prædicans euangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem, in populo. Et abijt opinio eius in totã Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes uarijs languoribus & tormentis comprehensos: & qui dæmonia habebãt & lunaticos & paralyticos, & curauit eos. Et secutę sunt cũ turbę multæ de Galilęa & decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudęa, & de trans Iordanem.

Deut. 6. c *Ioann. 2. b* *Matth. 3. a*

CAPVT V

VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: & aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici: quoniam

Beatitudines. prohibentur contentiones iudiciales, adulterium, repudium & iuramentum. Iniuriam beneficio rependere iubemur. Luc. 6. c

niam ij filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam illorum est regnum cœlorum. Beati estis, cũ probra iecerint in uos & insectati fuerint, & dixerint omne malum uerbum aduersus uos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Sic enim persecuti fuerunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? Ad nihil ualet ultra nisi ut proijciatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mũdi, Non potest oppidum abscondi supra montem situm: neq; accẽdunt lucernam, & ponunt illam sub ter modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificentq; patrem uestrum, qui est in cœlis. Ne existimetis, quod uenerim ad destruendam legem, aut prophetas: imò non ueni ut destruam, sed ut compleam. Amen quippe dico uobis, donec prætereat cœlum & terra, iota unum, aut unus apex non præterierit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dico enim uobis: Nisi abundauerit uestra iustitia, plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non possitis ingredi in regnum cœlorum. Audistis quòd dictum sit ueteribus: Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, quòd quisquis irascitur fratri suo *temere*, obnoxius erit iudicio, Quicunq; uero dixerit fratri suo Rhaca, obnoxius erit concilio. Quisquis autem dixerit fatue, obnoxius erit gehennæ incendio. Itaque si obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, q̃ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tum ueniens offer munus tuum. Habeto beneuolentiam cum aduersario tuo cito, dum es in uia cum illo: ne quando te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem conijciaris. Amẽ dico tibi, non exibis illinc, donec persolueris extremum quadrantem. Audistis quod dictum fuerit antiquis, Non committes adulterium

Exod. 20. 21
Leui. 24 d
Exod. 20 c

niam filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terræ: Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Nolite putare, quoniam ueni soluere legem aut prophetas. Non ueni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico uobis: donec transeat cœlum & terra, iota unum aut apex unus non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dico autem uobis: quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare: & uade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum eo in uia: ne forte tradat te aduersarius iudici: & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis

B C D

E terium. At ego dico uobis, quod quicunque aspexerit uxorem alterius, ad concupiscendum eam, iam adulterium cum ea commisit in corde suo. Quod si oculus tuus dexter obstaculo tibi fuerit, erue illum & abijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Et si dextera tua manus obstiterit tibi, amputa eam, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Dictum est autem: quicunque repudiauerit uxorem suam, det illi libellum diuortij. At ego dico uobis, quod quisquis repudiauerit uxorem suam, nisi causa stupri, efficit ut illa sit adultera, & quicunque repudiatam duxerit, adulterium committit. Rursum audistis quod F dictum fuerit antiquis, Non peierabis, sed persolues domino ea quae iuraueris. At ego dico uobis, ne iuretis omnino, neque per coelum, quia thronus dei est: neque per terram, quia subsellium est pedum illius: neque per Hierosolyma, quoniam ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iurabis, propterea, quod non potes unum pilum album, aut nigrum facere. Sed erit sermo uester, est est, non non. Porrò quod ultra haec adiungitur, ex malo proficiscitur. Audistis quod dictum fuerit, Oculum pro oculo & dentem pro dente. At ego dico uobis, Ne resistatis malo: sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram, & ei qui te uelit in ius trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi & pallium: & G qui te adegerit ad miliarium unum, abito cum illo duo. Petenti abs te dato, et cupientem mutuum accipere, ne auerseris. Audistis quod dictum sit: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. At ego dico uobis: Diligite inimicos uestros, bene precemini deuouentibus uos: benefacite ijs, qui uos odio prosequuntur: orate pro ijs, qui laedunt & insectantur uos, ut sitis filij patris uestri, qui est in coelis: quia solem suum exoriri sinit super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos, qui diligunt uos, quod praemium habetis? Nonne & publicani idem faciunt? Et si complexi fueritis fratres uestros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani sic faciunt? Eritis igitur uos perfecti, quemadmodum pater uester, qui est in coelis perfectus est.

Attendite

beris. Ego autem dico uobis: quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizet te, abscide eam & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem: Quicunque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico uobis: quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa: facit eam moechari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare omnino, neque per coelum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe illi & alteram. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui petit à te, da ei: & uolenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in coelis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quàm mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti: sicut & pater uester coelestis perfectus est.

Deut.24.a *Leuit.19.c* *Leuit.24.c* *Deute.19.d* *Leuit.19.e*

CAPVT VI

Attendite

Eleemosynæ, ieiunij & orationis quæ sit ratio: Item thesaurizationis & curæ de crastino

Luc.11 a

ATtendite ne eleemosynam uestram præstetis coram hominibus, quo spectemini ab illis. Alioqui præmium non habetis apud patrem uestrum, qui est in cœlis. Itaqꝫ cum præstas eleemosynam, ne tubis canatur ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in uicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, habẽt mercedem suam. Cæterum tu cum præstabis eleemosynam, nesciat sinistra tua quod facit dextera tua, ut sit tua eleemosyna in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, ipse reddet tibi in propatulo. Et cum oraueris, non eris quemadmodum hypocritæ. Nam illi solent in conciliabulis & in angulis platearum, stantes orare, quo cõspicui sint hominibus. Amẽ dico uobis, quod habent mercedem suã. Tu uero cũ oras, introito in conclaue tuũ: et occluso ostio tuo, ora patrẽ tuũ, qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, persoluet tibi in propatulo. Verũ orantes, ne sitis multiloqui, sicut ethnici. Putãt enim fore, ut ob multiloquiũ suũ exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes istorũ. Nouit enim pater uester, quibus rebus opus sit uobis, priusqꝫ petatis ab illo. Ad hunc ergo modũ orate uos, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ. Veniat regnũ tuũ, fiat uolũtas tua, queadmodũ in cœlo, sic etiam in terra. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie, & remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à malo, *Quia tuum est regnũ, & potẽtia, & gloria, in secula seculorũ.* Amen.

Marc.11 c

Proinde, si remiseritis hominibus errata sua, remittet & uobis pater uester cœlestis. Quod si non remiseritis hominibus errata sua, nec pater uester remittet errata uestra. Porrò cũ ieiunaueritis, ne sitis ueluti hypocritæ tetrici. Obscurãt enim facies suas, quo perspicuũ sit hominibus ipsos ieiunare. Amẽ dico uobis, habẽt mercedẽ suã. Tu uero cũ ieiunas, unge caput tuum, & faciẽ tuam laua, ne conspicuũ sit hominibus te ieiunare, sed patri tuo, qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in abdito, reddet tibi in propatulo.

Luc.12 d

Ne reponatis uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furãtur. Sed recondite uobis thesauros in cœlo, ubi neque erugo, neque tinea corrumpit & ubi fures non perfodiunt, neqꝫ furantur. Nam ubi fuerit thesaurus uester, illic erit & cor uestrum.

Luc.11 c

Lucerna corporis est oculus

A ATtendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrũ qui in cœlis est. Cũ ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedẽ suã. Te autẽ faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscõdito: & pater tuus qui uidet in abscõdito, reddet tibi. Et cũ oratis, nõ eritis sicut hypocritæ: qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus. B Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscõdito: & pater tuus qui uidet in abscõdito, reddet tibi. Orantes autẽ nolite multũ loqui, sicut ethnici faciunt: Putãt enim quod in multiloquio suo exaudiãtur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester, quid opus sit uobis, anteqꝫ petatis eum. Sic ergo uos orabitis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuũ: Adueniat regnũ tuũ: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. C Panem nostrũ supersubstãtialẽ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos à malo. Amẽ. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Si autẽ nõ dimiseritis hominibus: nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Cũ autẽ ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt enim facies suas ut pareãt hominibus ieiunãtes. Amen dico uobis: quia receperũt mercedem suã. D Tu autẽ cũ ieiunas: unge caput tuum: & faciẽ tuã laua, ne uidearis hominibus ieiunãs: sed patri tuo qui est in abscõdito: & pater tuus qui uidet in abscõdito, reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur: et ubi fures effodiũt & furantur. Thesaurizate autẽ uobis thesauros in cœlo: ubi nec erugo nec tinea demolitur: & ubi fures nõ effodiũt nec furantur. Vbi eñ est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Lucerna corporis tui est oculus tuus

E oculus, Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Ergo si lumẽ quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quãtæ? Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim hũc habebit odio, & alterũ diliget: aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non potestis deo seruire & mãmonę. Propterea dico uobis, ne sitis solliciti uitæ uestræ, quid esuri sitis, aut bibituri: neq; corpori uestro quibus indumẽtis usuri. F Nõne anima pluris est q̃ cibus, & corpus plus q̃ indumentũ? Vertite oculos ad uolatilia cœli, quia nõ serunt neq; metunt, neq; conuehunt in horrea, & pater uester cœlestis alit illa. Nõne uos longe præcellitis illa? Quis autẽ ex uobis sollicite cogitãdo, potest addere ad staturam suã cubitum unũ? Ac de indumento qd solliciti estis? Cognoscite lilia agri, quomodo crescãt. Non laborant, neq; nent. Attamen dico uobis ne Solomonẽ quidem in uniuersa gloria sua, sic amictũ fuisse ut unum ex his. Quod si gramẽ agri, quod hodie cum sit, G cras in clibanũ mittitur, deus sic uestit, an nõ multo magis uobis id faciet ò parum fidentes? Ne sitis igitur solliciti, dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit enim pater uester cœlestis quod opus habeatis his omnibus. Quin potius quærite primum regnũ dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Ne sitis igitur solliciti in crastinum: nam crastinus dies curam habebit sui ipsius. Sufficit sua diei afflictio.

A NOlite condemnare, ne condemnemini. Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de uobis, & qua mẽsura metimini ea metientur uobis alij. Cur autem uides festucam quę est in oculo fratris tui, trabẽ autẽ quę est in oculo tuo, non animaduertis? Aut quomodo dicis fratri tuo, sine eximã festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eijce prius trabẽ ex oculo tuo, & tum perspicies ut eximas festucã ex oculo fratris tui. Ne detis quod sanctum est canibus: ne proieceritis margaritas uestras ante porcos, ne quãdo hi conculcẽt eas pedibus suis, & illi uersi in uos lacerent uos. Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Quisquis enim petit accipit: & quicunq; quærit

tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quãtæ erũt? Nemo potest duobus dominis seruire. Aut eñ unũ odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Ideo dico uobis: ne solliciti sitis animæ uestræ quid manducetis: neque corpori uestro quid induamini. Nõnne anima plus est quàm esca: & corpus plus quam uestimentum? Respicite uolatilia cœli quæ non serunt neque metunt, neque congregant in horrea: & pater uester cœlestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitãs potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Et de uestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: Non laborant neq; nent. Dico autem uobis: quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quãto magis uos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operimur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei, et iustitiam eius: et hæc omnia adijcientur uobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibijpsi. Sufficit diei malicia sua.

Luc.16 b

Luc.12 c

CAPVT VII

NOlite iudicare et non iudicabimini: nolite condẽnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater sine eijciam festucã de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo: & tũc uidebis eijcere festucã de oculo fratris tui. Nolite sanctũ dare canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis: & canes cõuersi dirũpant uos. Petite & dabitur uobis: quærite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Om̃is eñ qui petit, accipit: & q̃ quęrit

Non temere iudicandum deũ assidue flagitandum & cauendos pseudoprophetas

Marc.4 c
Luc.6 d

Psalm.136 a

rit inuenit:& pulsanti aperietur. An quisquam est uestrum homo, qui si filius eius petierit panem, lapidem daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpentem porriget illi? Si uos igitur cum sitis mali nostis dona bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui est in coelis, dabit bona si postuletis ab ipso? Omnia igitur quęcunque uolueritis ut faciant uobis homines, sic & uos facite illis. Hæc enim est lex & prophetæ. Introite per arctam portam: quoniam lata est porta, & spaciosa uia, quę abducit in exitiũ: multique sunt qui ingrediuntur per illam. Quoniam angusta est porta, & stricta uia, quæ abducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt illam. Cauete uero uobis à pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorũ agnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuam? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit. Putris autem arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona, fructus malos facere: neque arbor putris, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos. Non quisquis dicit mihi domine, domine, introibit in regnum coelorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in coelis est. Multi dicent mihi in illo die: Domine, domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum dæmonia eiecimus? & per nomen tuum multas uirtutes præstitimus? Ac tum confitebor illis, nunquam noui uos. Discedite à me, qui operamini iniquitatem. Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & facit eos, adsimilabo illum uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit imber, & uenerunt flumina & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illã, et nõ est prostrata. Fũdata enim fuerat super petrã. Et omnis qui audit à me sermones hos, & non facit eos, adsimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt in domũ illã, & deiecta est, & fuit ruina illius magna. Et factũ est, ut cũ finisset Iesus sermones hos, obstupuerint turbę super doctrina illius. Docebat enim eos uelut habẽs autoritatẽ, & nõ sicuti scribæ.

Cum

Luc. 13. c

Matth. 12 d

Psalm. 6 b

rit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo: quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris: quantomagis pater uester qui in coelis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ: Intrate per angustam portã: quia lata porta & spaciosa uia est quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Quod angusta porta & arta uia est quæ ducit ad uitam & pauci sunt qui inueniunt eã. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis, uuas: aut de tribulis, ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum coelorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in coelis est, ipse intrabit in regnum coelorum. Multi dicent mihi in illa die domine domine: nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hæc et facit ea, assimilabitur uiro sapienti qui ędificauit domum suam supra petram: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti & irruerunt in domũ illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit uerba mea hæc et non facit ea, similis erit uiro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, et descendit pluuia, et uenerunt flumina, et flauerunt uenti, et irruerũt in domũ illã et cecidit: et fuit ruina eius magna. Et factũ est cũ consummasset Iesus uerba hæc admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribæ et pharisæi.

B C D

CAPVT VIII

Cum

A CVm descendisset autem de monte secu/
tæ sunt eum turbæ multæ:& ecce lepro/
sus accedens, adorauit eum, dicens: Domine
si uelis, potes me mundare, protensaq; manu,
tetigit illum Iesus dicens: Volo mundus esto,
ac protinus mnndata fuit illius lepra. Et dicit
illi Iesus: Vide ne cui dixeris: sed abi, ostende
te ipsum sacerdoti, & offer munus, quod iussit
offerri Moses in testimoniū ipsis. Porrò cum
ingressus fuisset Iesus Capernaum, adijt eum
Centurio, obsecrans eum & dicens: Domine,
famulus meus decumbit domi paralyticus, ac
grauiter discruciatur. Et dicit illi Iesus: Ego cū
uenero medebor illi. Et respondens Centurio
dixit: Domine, non sum idoneus, ut tectum
B meum subeas, imò tantum dic uerbum, & sa/
nabitur famulus meus. Nam & ego sum ho/
mo alterius potestati subditus, & habeo sub
me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alte/
ri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit.
Hæc autē cum audisset Iesus, admiratus est,
& ait sequentibus se: Amen dico uobis, ne in
Israel quidem tantū fidei reperi. Dico autem
uobis, quod multi ab oriēte & occidente uen/
turi sunt, & accumbent cū Abraham & Isaac,
& Iacob, in regno cœlorum: filij uero regni eij/
cientur in tenebras extremas, illic erit ploratus
& stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni:
Abi, & quemadmodum credis, ita fiat tibi. Et
sanatus est famulus eius in hora illa. Et cū ue/
nisset Iesus in domum Petri, uidit socrum illi/
us in lecto decumbentem, & febricitantem, te
C tigitq; manum illius, & reliquit illam febris: &
surrexit ac ministrauit illis. Cum autem appe/
tisset uespera, adduxerunt illi dæmoniacos
multos, & eiecit spiritus uerbo, omnesq; ma/
le habentes sanauit, ut impleretur quod dictū
erat per Esaiam prophetā, cum ait: Hic infir/
mitates nostras suscepit, & morbos portauit.
Cum uidisset autem Iesus turbas multas cir/
cum sese, iussit ut abirent in ulteriorem ripā: &
cum adisset, unus scriba dixit ei: Præceptor, se
quar te quocūq; abieris. Et dicit illi Iesus: Vul
pes foueas habent, & uolucres cœli nidos, at
filius hominis nō habet ubi caput reclinet. A/
lius de numero discipulorū suorū dixit ei: Do
mine, permitte mihi prius, ut abeam, & sepe/
liā patrem meum. At Iesus dixit illi: Sequere
me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos.
Et cum esset ingressus nauim, secuti sunt eum
discipuli

CVm autem descendisset Iesus de mon/
te secutæ sunt eum turbæ multæ: & ec/
ce leprosus ueniēs adorabat eum, dicens: Do
mine si uis, potes me mundare. Et extendens
Iesus manum tetigit eum, dicens: Volo mun/
dare. Et confestim mundata est lepra eius.
Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris: sed ua/
de ostende te sacerdoti, & offer munus tuum
quod præcepit Moyses in testimonium illis.
Cum autem introisset Capharnaum accessit
ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Do/
mine puer meus iacet in domo paralyticus, &
male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego ueniam
& curabo eum. Et respondens Centurio, ait:
Domine, non sum dignus ut intres sub te/
ctum meum: sed tantum dic uerbo & sanabi/
tur puer meus. Nam & ego homo sum sub
potestate constitutus, habens sub me milites:
& dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & ue/
nit: & seruo meo fac hoc, & facit. Audiens
autem Iesus miratus est, & sequentibus se, di/
xit: Amen dico uobis: non inueni tantam fi/
dem in Israel. Dico autem uobis quod mul/
ti ab oriente & occidente uenient: & recum/
bent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in re/
gno cœlorum. Filij autem regni eijcientur
in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stri/
dor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Va/
de: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est
puer ex illa hora. Et cum uenisset Iesus in do/
mum Petri, uidit socrum eius iacentem &
febricitantem: & tetigit manum eius & di/
misit eam febris, & surrexit & ministrabat
eis. Vespere autem facto obtulerunt ei mul/
tos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus
uerbo: & omnes male habentes curauit: ut
adimpleretur quod dictum est per Esaiam
prophetam, dicentem: Ipse infirmitates no/
stras accepit, & ægrotationes nostras porta/
uit. Videns autem Iesus turbas multas cir/
cum se, iussit discipulos ire trans fretum. Et
accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar
te quocunque ieris. Et dicit ei Iesus: Vulpes
foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius
autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi:
Domine permitte me primum ire & sepelire
patrem meum. Iesus autem ait illi: Sequere
me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
Et ascendēte eo in nauiculam, secuti sunt eum
discipuli

Leprosus, Cē/turiōis seruus socrus Petri & dæmoniaci curantur. A/dolescēs iube/tur sequi, & tempestas se/datur.
Marc. 1 d
Luc. 5 b
Luc. 7 a
Ioann. 4 f
Luc. 4 d
Esa. 53 a
Luc. 9 f
Marc. 4 d
Luc. 8 d

discipuli sui, & ecce motus magnus factus est in mari, adeo ut nauis operiretur fluctibus, ipse uero dormiebat. Et accedentes discipuli, excitauerunt illũ dicentes: Domine, serua nos perimus. Et dicit illis: Quid timidi estis exigua præditi fiducia? Tunc excitatus, increpauit uẽtos & mare, & facta est tranquillitas magna. Homines uero admirabãtur, dicentes: Qualis est hic, quia uenti quoq;, & mare obediunt illi? Et cũ uenisset ad ulteriorem ripam, in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis egressi: erant autẽ sæui supra modum, adeo ut nemo posset transire per uiã illam. Et ecce uociferabantur, dicentes: Quid rei nobis tecum est Iesu fili dei? uenisti huc ad cruciandum nos ante tẽpus? Erat autẽ procul ab illis grex porcorũ multorũ pascens. Dæmones uero rogabant eum dicẽtes: Si eijcis nos, permitte nobis, ut demigremus in gregem porcorum. Et ait illis: Abite. Illi uero egressi, abierunt in gregem porcorũ. Et ecce ferebatur totus grex porcorũ, per præceps in mare, & perierũt in aquis. Porrò qui pascebãt, aufugerũt: & digressi in ciuitatẽ, renunciauerũt om̃ia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu. Et cum uidissent illum, rogabant, ut decederet è finibus ipsorum.

Marc. 5 a

Paraliticus curatur uocatur Matthæus, Christus conuiuatur cũ publicanis: filia archisynagogi, mulieris mẽses, duo cæci cũ dæmoniaco sanantur.

Marc. 2 a Luc. 5 c Ioann. 5 a

ET ingressus nauẽ traiecit ac uenit in suã ciuitatem, & ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbẽtem. Cumq; uidisset Iesus fidem illorũ, dixit paralytico, Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã è scribis dicebant intra sese: Hic blasphemat. Et cũ uidisset Iesus cogitationes illorum, dixit: Quare uos cogitatis mala in cordibus uestris? Vtrum enim est facilius dicere remittuntur tibi peccata: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis, quod potestatem habeat filius hominis in terra remittendi peccata. tunc dicit paralytico: Surge, tolle tuum lectum, & abi in domum tuam. Et ille surrexit, abijtq; domum suam. Turbæ uero quæ uiderant admiratæ sunt, & glorificauerunt deum, qui dedisset potestatem talem hominibus. Et præteriens Iesus illinc, uidit hominem desidentẽ ad telonium, Matthæũ nomine: dicitq; ei: Sequere me. Atq; is surgẽs secutus est eum. Et factũ est, ut Iesus accũberet in illius ædibus. Et ecce multi publicani, & peccatores

D

discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari: ita ut nauicula operiretur fluctibus: Ipse uero dormiebat. Et accesserũt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgẽs imperauit uentis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicẽtes: Qualis est hic: quia uenti & mare obediũt ei? Et cum uenisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia: de monumẽtis exeuntes sæui nimis: ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non lõge ab illis grex porcorum multorum pascens. Dæmones autem rogabant eũ, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos: Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & uenientes in ciuitatem, nunciauerunt hæc omnia: & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu: & uiso eo, rogabant eum ut transiret à finibus eorum.

CAPVT IX

A

ET ascendens Iesus in nauiculam trãsfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autẽ Iesus fidẽ illorũ dixit paralytico: Confide fili: remittũtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum & uade in domum tuam. Et surrexit & abijt in domũ suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transiret inde Iesus uidit hominem sedentem in teloneo, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgẽs secutus est eum. Et factũ est discumbẽte eo in domo: ecce multi publicani & peccatores

B peccatores, qui uenerant, simul accubuerunt cum Iesu,& discipulis illius. Cūq; id uidissent pharisæi,dixerūt discipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibū præceptor uester? At Iesus ubi audiuit,dixit illis: Non opus habent hi,qui ualidi sunt medico, sed qui male habēt. Quin potius ite & discite,quid sit illud, Misericordiam uolo,& non sacrificium. Non enim ueni ad uocandum iustos,sed peccatores ad pœnitentiā. Tunc adeunt eū discipuli Ioannis,dicentes: Quam ob causam, nos & pharisæi ieiunamus plerumq;, discipuli uero tui nō ieiunāt? Et dixit illis Iesus: Num possunt filij spōsi lugere q̄diu cū illis est spōsus? Venient autem dies,cū tolletur ab eis spōsus, & tunc ieiunabunt. Nullus immittit assumentum panni rudis in ueste ueteri. Aufert enim supplementū illius à uestimēto,& peior ruptura fit. Neq; mittunt uinum nouū,in utres ueteres: alioqui rūpuntur utres, & uinum effunditur:& utres pereunt. Sed mittunt uinum nouum in utres nouos, & utraq; simul seruātur. Hęc cum illis loqueretur,ecce primas quidam uenit,& adorauit eum,dicēs: Filia mea modo defuncta est, sed ueni,& impone manum tuā C super illam,ac uiuet. Et surgens Iesus secutus est eum, ac discipuli illius. Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos,accedens à tergo,tetigit fimbriam uestimenti illius. Dixerat enim intra sese. Si tantum tetigero uestimentum illius,ero salua. At Iesus conuersus,ut uidit illam,dixit: Confide filia,fides tua saluā te fecit. Et salua facta fuit mulier à tempore illo. Et cum uenisset Iesus in ædes primatis,uidissetq; tibicines, & turbam tumultuantē,dicit illis: Secedite, nō enim mortua est adulescētula, sed dormit. Et deridebāt illum: Cum autem fuisset eiecta turba, introgressus tenuit manum illius,& surrexit adulescentula. Et emanauit rumor hic in totam terram illam. Et cum discederet illinc Iesus,secuti sunt illū duo cæci,clamātes,ac dicentes: Miserere nostri fili Dauid. At cū uenisset in ædes, adierūt illū cæci,& dicit illis Iesus: Creditis me hoc posse facere? Dicunt illi: credimus domine. Tunc tetigit oculos illorū,dicens: Iuxta fidem uestram fiat uobis:& aperti sunt illorum oculi. Et interminatus est illis Iesus,dicens: Videte ne quis sciat. At illi cū abissent, diuulgarunt famam illius in tota terra illa. Illis autem egredien-

peccatores uenientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et uidentes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister uester. At Iesus audiens,ait: Non est opus medico ualētibus: sed male habentibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiam uolo & nō sacrificium. Nō enim ueni uocare iustos: sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & pharisęi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere quādiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus:& tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius à uestimento: & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres: Alioquin rumpuntur utres & uinum effunditur,& utres pereūt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt,& ambo conseruantur. Hæc illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum tuam super eam & uiuet. Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimētum eius salua ero. At Iesus conuersus & uidens eam, dixit: Confide filia: fides tua saluā te fecit: & salua facta est mulier ex illa hora. Et cum uenisset Iesus in domum principis: & uidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella: sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba intrauit & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella: & exijt fama hæc in uniuersam terram illam. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes,& dicētes: Miserere nostri fili Dauid. Cum autem uenisset domum: accesserunt ad eum cæci,& dixit eis Iesus: Creditis, quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum,dicens. Secūdum fidem uestrā fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et cōminatus est illis Iesus,dicēs: Videte ne quis sciat. Illi autē exeūtes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis

Osee 6 b
Matth.12 a
Mar.5 c
Luc.8 c
Matth.8 b

Marc.7 d Luc.11 b egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutū dæmoniacum, & eiecto dæmonio, locutus est mutus. Et admiratæ sunt turbæ, dicentes: Nunq̄ apparuit sic in Israel. At pharisæi dicebant: Per principem dæmoniorū eijcit dæmonia. Marc.6 b Luc.13 b Et circuībat Iesus ciuitates omnes ac uicos, docens in synagogis illorū, & prædicās Euangelium regni, & sanans omnē morbū & omnē lāguorem in populo. Cum uidisset autem turbas, affectu misericordiæ tactus est erga illos, quod essent destituti, ac dispersi uelut Luc.10 a oues, nō habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Ipsa quidem messis copiosa, cæterū operarij pauci. Rogate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.

Apostoli q & quot & quomodo ablegati, tum quæ eorū autoritas & officia

ET accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatē aduersus spiritus immūdos, ut eijcerēt eos, & sanarent quemuis morbum, & quēuis languorem. Porrò duodecim apostolorū nomina sunt hæc: Primus Simō, Marc.3.6 qui uocatur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Luce 6.9.10 filius Zebedæi, & Ioannes frater eius. Philippus & Bartholomæus. Thomas, & Matthæus, qui fuerat publicanus. Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus, cognomento Thadæus. Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illū. Hos numero duodecim emisit Iesus, quibus præceperat dicēs: In uiam gentiū ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorū ne ingrediamini, sed ite potius ad oues perditas domus Israel. Profecti autē prædicate dicentes: Appropinquauit regnū cœlorum. Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos Act.8 b suscitate, dæmonia eijcite, gratuito accepistis, Luc.9.10 a gratuito date. Ne possideatis aurum, neq̄ argentū, neq̄ æs in crumenis uestris, neq̄ perā ad iter, neq̄ binas tunicas, neq̄ calciamenta, neq̄ uirgā. Nā dignus est operarius cibo suo. Sed in quācunq̄ ciuitatem aut uicū fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atq̄ illic manete donec exeatis. Cū autē intrabitis domum, salutate illā: & si quidē fuerit domus digna, ueniat pax uestra sup illā. Sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur. Et qui cūq̄ nō exceperit uos, neq̄ audierit sermones uestros, exeūtes ex ædibus, aut ciuitate illa, ex Act.13 e 18.a cutite puluerē pedū uestrorū. Amen dico uobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorū, & Gomorrhorū in die iudicij, q̄ ciuitati illi. Ecce ego mitto uos, uelut oues in medio luporum.

Estote

D illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentē, & eiecto dęmonio locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nūquā apparuit sic in Israel. Pharisæi autē dicebant: In principe dæmoniorū eijcit dæmones. Et circuībat Iesus omnes ciuitates & castella docens in synagogis eorū & prædicans Euangelium regni: & curans omnē lāguorem & omnem infirmitatē. Videns autē turbas, misertus est eis: quia erant uexati: & iacētes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autē pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

CAPVT X

A ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos & curarent omnē languorem & omnem infirmitatem. Duodecim autē Apostolorū nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius: Philippus, & Bartholomeus: Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius: Thomas, & Matthæus publicanus: & Iacobus Alphæi & Thadęus: Simon Chananæus, & Iudas Scariotis, qui & tradidit eum. Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis, & dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis: sed potius ite ad oues quę perierunt domus Israel. Euntes autē prædicate, dicentes: quia appropinquabit regnū cœlorum: infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mūdate: dęmones eijcite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum neq̄ argentum neq̄ pecuniam in zonis uestris. Non peram in uia, neq̄ duas tunicas, neq̄ calciamenta, neq̄ uirgā. Dignus est enim operarius cibo suo. In quancunq̄ enim ciuitatē aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus B sit. & ibi manete donec exeatis. Intrantes autē in domū salutate eam, dicentes: Pax huic domui: & si quidē fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra super eam: si autē non fuerit digna pax uestra reuertetur ad uos. Et quicunq̄ nō receperit uos: neq̄ audierit sermones uestros: exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerē de pedibus uestris. Amen dico uobis tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorū in die iudicij q̄ illi ciuitati. Ecce ego mitto uos sicut oues oues in medio luporum,

Estote

Estote igitur prudẽtes,ueluti serpentes,& sim
plices sicut colũbæ. Cauete autẽ ab illis homi
nibus,tradẽt enim uos in cõcilia,& in cõciliabu
lis suis flagris cædẽt uos : quin & ad principes
ac reges ducemini,propter me, in testimoniũ
ipsis ac gẽtibus. At cũ tradiderint uos, ne sitis
solliciti,quomodo,aut quid loquamini : dabi/
tur enim uobis in illa hora quid loquamini.
Nõ enim uos estis illi loquẽtes, sed spiritus pa
tris uestri,qui loqtur in uobis. Tradet autẽ fra
ter fratrẽ in mortẽ,& pater filiũ: & insurgẽt fi/
lij aduersus parẽtes,& morte afficiẽt eos:& e/
ritis odio habiti ab omnibus propter nomen
C meũ. Verũ qui sustinuerit usq; ad finẽ,hic sal/
uus fiet. Cũ autẽ persecuti uos fuerint in ciui/
tate hac,fugite in aliã. Amẽ enim dico uobis,
Nõ perambulaueritis omnes ciuitates Israeli/
ticas,quin iã uenerit filius hominis. Nõ est di/
scipulus supra præceptorẽ, neq; seruus supra
dñm suũ. Sufficit discipulo ut sit sicut præce/
ptor ipsius:& ut seruus sit sicut dñs ipsius. Si i/
psum patrẽfamilias uocauerũt beelzebul,quã
to magis domesticos illius? Ne igitur metua/
tis eos, Nihil ẽm est tectũ,quod nõ sit retegẽ/
dũ: & nihil occultũ, quin futurũ sit ut sciatur.
Quod dico uobis in tenebris,dicite in luce. Et
quod in aurẽ auditis,prædicate in tectis. Et ne
metuatis uobis ab his qui occidũt corpus ani/
mam autẽ nõ possunt occidere. Sed metuite
magis illũ qui potest & animã & corpus pde
re in gehẽna. Nõne duo passerculi minuto as/
se ueneũt? & unus ex illis nõ cadet in terrã, si/
ne patre uestro. Vestri uero etiã pili capitis o/
mnes numerati sunt. Ne igitur metuatis, uos
pluris estis, q̃ multi passerculi. Om̃is igitur q
cõfitebitur me corã hominibus, cõfitebor &
ego illũ corã patre meo, q est in cœlis. Porrò
quisquis negauerit me corã hominibus,nega/
bo eũ & ego corã patre meo, qui est in cœlis.
D Ne arbitremini quod uenerim ad mittẽdum
pacẽ in terrã, Nõ ueni ut mitterẽ pacẽ, sed gla
diũ. Nã ueni ut dissidere faciã hominẽ aduer/
sus patrẽ suũ,& filiã aduersus matrẽ suam, &
spõsam aduersus socrũ suã. Et inimici homi/
nis erũt,ij qui sunt domestici ipsius. Qui ama/
uerit patrẽ,aut matrẽ supra me, nõ est me di/
gnus,& qui amauerit filiũ, aut filiã supra me,
nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã,
ac seqtur me,nõ est me dignus. Qui inuenerit
animam suam,perditurus est eam:& qui per/
diderit

Estote ergo prudentes sicut serpentes:& sim/
plices sicut colũbæ. Cauete autem ab homini
bus:tradent enim uos in cõcilijs,& in synago/
gis suis flagellabunt uos:& ad præsides & ad
reges ducemini propter me, in testimonium
illis & gentibus. Cum autem tradent uos,noli
te cogitare quomodo aut quid loquamini.
Dabitur enim uobis in illa hora quid loqua/
mini, Non enim estis uos qui loquimini: sed
spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tra
det autẽ frater fratrem in mortem & pater fi/
lium:& insurgent filij in parẽtes: & morte eos
afficient. Et eritis odio omnibus hominibus
propter nomen meum. Qui autem perseuera
uerit usq; in finem : hic saluus erit. Cum autẽ
persequentur uos in ciuitate ista,fugite in aliã.
Amen dico uobis,non consummabitis ciuita/
tes Israel:donec ueniat filius hominis. Nõ est
discipulus super magistrum: nec seruus super
dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut
magister eius:& seruo sicut dominus eius. Si
patremfamilias beelzebub uocauerunt: quan
to magis domesticos eius? Ne ergo timueritis
eos. Nihil enim opertum quod non reueletur
& occultum quod non sciatur. Quod dico uo
bis in tenebris,dicite in lumine: & quod in au/
re auditis prædicate super tecta. Et nolite ti/
mere eos qui occidunt corpus, animam autẽ
non possunt occidere: sed potius timete eum
qui potest & animam & corpus perdere in ge
hennam. Nonne duo passeres asse ueneunt?
& unus ex illis non cadet super terram sine pa
tre uestro. Vestri autem & capilli capitis om/
nes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis
passeribus meliores estis uos. Om̃is ergo qui
confitebitur me coram hominibus: cõfitebor
& ego eum coram patre meo qui in cœlis est.
Qui autem negauerit me coram hominibus
negabo & ego eum coram patre meo qui in
cœlis est. Nolite arbitrari, quia uenerim pa/
cem mittere in terram : Non ueni pacem mit/
tere,sed gladium. Veni enim separare homi/
nem aduersus patrem suum : & filiam aduer/
sus matrem suam : & nurum aduersus so/
crum suam : & inimici hominis domestici e/
ius. Qui amat patrem aut matrem plus quam
me,nõ est me dignus. Et q amat filiũ aut filiã
super me,nõ est me dignus : Et qui nõ accipit
crucẽ suam & sequitur me, nõ est me dignus.
Qui inuenit animã suã,perdet illã, & qui per/
diderit

Marc.13 b
Luc.12.21 b
Ioann.16 a
Michee 7 a
Matth.24.a
Matth.2.4
Ioann.13.15
Matth.4.b
Luc.8 b,12 a
Marc.8 d
Luc.9.12
Ioann.19 b
Mich.7 a
Luc.14.17
Matth.16 d

diderit animã suam mea causa, inueniet eam. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetã in nomine prophetę, mercedẽ prophetę accipiet. Et q recipit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunq; ad bibendũ dederit uni ex pusillis his poculũ aquæ frigidæ tantum nomine discipuli, Amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam.

Marc.9 d

Ioannes mittit suos discipulos ad Christũ, ipse ab eo magnis præconijs extollitur. Christus arguit incredulos, & uocat ad se omnes laborantes

Luc.7 b

Esaiæ.35 61 a

ET factum est cũ finẽ fecisset Iesus mandandi duodecim discipulis suis, progressus est illinc ut doceret & prædicaret in ciuitatibus illorũ. Ioãnes autẽ cũ audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis dixit illi: Tu es ille qui uenturus est, an alterũ expectamus? Et respõdens Iesus dixit illis: Ite & renũciate Ioãni ea quæ auditis, & uidetis. Cæci uisum recipiũt, & claudi ambulant, leprosi mundãtur, & surdi audiũt, mortui excitantur, & pauperes lętũ accipiũt Euangelij nunciũ. Et beatus est quisquis nõ fuerit offensus per me. Eũtibus autẽ illis, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne: Quid existis in desertũ ut uideretis? Num arundinẽ quę agitatur à uẽto? Age, qd existis ut uideretis? Nũ hominẽ mollibus uestibus amictũ? Ecce q mollia gestant, in domibus regũ sunt. At qd existis uidere? Num prophetã? Certe dico uobis, & excellentiorẽ propheta. Hic est enĩ de quo scriptũ est: Ecce ego mitto nuncium meũ ante faciem tuã, qui præparaturus est uiam tuã ante te. Amẽ dico uobis, non exortus fuit inter eos, qui nascuntur è mulieribus maior Ioãne baptista. Attamen is qui minor est in regno cœlorũ, maior illo est. Porrò à diebus Ioãnis Baptistæ, usq; ad hũc diẽ regnũ cœlorũ uim patitur, & uiolẽti rapiunt illud. Nã om̃es prophetæ, & ipsa lex usq; ad Ioannẽ prophetauerũt. Et si uultis recipere, ipse est Helias ille, q uenturus erat. Qui habet aures ad audiendũ, audiat. Sed cui assimilabo generationẽ hãc? Similis est pueris, q sedent in foris, & acclamãt sodalibus suis ac dicunt: Tibia cecinimus uobis & nõ saltastis, lugubria cecinimus uobis, & nõ plãxistis. Venit enĩ Ioãnes, nec edẽs, nec bibẽs, & aiũt: Dęmoniũ habet. Venit filius hominis edẽs ac bibẽs, & dicũt: En hominẽ comedonẽ, & uini potorẽ publicanis amicũ, ac peccatoribus, & iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in qbus æditæ fuerant plurimæ uir-

Malach.3 a

Marc.1 a

Luc.16.c

diderit animã suam propter me, inueniet eã. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet. Et quicũq; potum dederit uni ex minimis istis, calicẽ aquæ frigidæ tantũ in nomine discipuli, Amẽ dico uobis non perdet mercedem suam. CAP. XI

ET factum est cũ cõsummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis: trãsijt inde, ut doceret: & prædicaret in ciuitatibus eorũ. Ioãnes autẽ cum audisset in uinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Cæci uidẽt: claudi ambulant, leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgũt: pauperes euangelizãtur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autẽ abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum, uidere harundinem uẽto agitatam? Sed quid existis uidere, hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiũtur in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere, prophetam? Etiam dico uobis & plusq; prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meũ ante faciẽ tuam: qui præparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis: non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum maior est illo. A diebus autem Ioannis baptistæ usq; nunc regnum cœlorum uim patitur & uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetę & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt: & si uultis recipere ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coæqualibus, dicunt: Cecinimus uobis & non saltastis: lamentauimus & non planxistis. Venit enim Ioannes, neque manducans neque bibens, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini: publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus sunt factæ plurimæ uir-

A

B

C mæ uirtutes ipsius, quod scelerũ eas non pœnituisset. Væ tibi Chorazin. Væ tibi Bethsaidan: quoniã si in urbe Tyri, aut Sidonis factę fuissent uirtutes, quę factę sunt in uobis, olim in sacco & cinere scelerũ suorum pœnitentiã egissent. Attamẽ dico uobis, Tyro & Sidoni, tolerabilius erit in die iudicij ꝙ uobis. et tu Capernaũ, quæ es usque ad cœlum exaltata, usque ad inferos detraheris: quoniam si in Sodomis æditæ fuissent uirtutes, quæ æditæ sunt in te, mansissent usque ad hodiernum diem. Veruntamen dico uobis, quod Sodo-
D mis tolerabilius erit in die iudicij, quàm tibi. In illo tempore respondens Iesus dixit: Gratias ago tibi pater, domine cœli & terrę quod absconderis hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bona uoluntas apud te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quisquam nouit, nisi filius, & cuicunque uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego refocillabo uos. Tollite iugum meũ super uos, & discite à me, quod mitis sim & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum commodum est, & onus meum leue est.

A IN illo tempore, ibat Iesus sabbatis per segetes. Discipuli uero illius esuriebant, & cœperunt uellere spicas, & comedere. At pharisæi cum uidissent dixerunt illi: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere in sabbato. Ille uero dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse, & ij qui erant cum illo? Quomodo ingressus sit in domum dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere: neque ijs qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis. Aut nõ legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ prophanant, & crimine uacant? Dico autem uobis, quod templo maior est hoc in loco. Quod si sciretis quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium, nequaquam condemnassetis insontes. Nam dominus est & sabbati, filius hominis. At progressus illinc, uenit in synagogam illorum, & ecce homo erat, manum habens aridam: & interrogabant illum, dicentes: Licet ne sabbatis curare? ut accusarent eũ. At ille dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habet ouem unã, & si ea inciderit sabbatis

in foueam

mę uirtutes eius, quia nõ egissent pœnitentiã. Væ tibi Corozaim: uæ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ essent uirtutes quæ factę sunt in uobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Verũtamẽ dico uobis, Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicij ꝙ uobis. Et tu Capernaum: nunquid usque in cœlum exaltaberis? Usque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factę sunt in te: forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico uobis: quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij quàm tibi. In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confitebor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos & discite à me: quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus uestris. Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue.

Luc. 10 b

Prouer. 11 a

Matth. 28 c
Ioann. 7. 8 10

Hierem. 6 d

CAPVT XII

IN illo tempore: abijt Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt uellere spicas & manducare. Pharisæi autem uidentes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit quos non licebat ei edere: neque his qui cum eo erant: nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant & sine crimine sunt? Dico autem uobis: quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est: Misericordiam uolo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati. Et cum inde transisset uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare, ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam: & si ceciderit hęc sabbatis

in foueam

Discipuli uellunt spicas sabbato, arida manus & dæmoniacus curantur, Pharisæi signum petunt, & Christum quærunt mater & fratres eius.

Marc. 2 c
Luc. 6 a

Osee 6 b
Sup. 9 b

Marc. 3 a

Luc. 14 a

in foueam, nõne apprehendet illam & eriget? Quanto igitur præstantior est homo oue? Licet igitur sabbatis beneficio afficere. Tunc dicit homini: Extende manum tuam: & is extendit ac restituta est sanitati, sicut altera. Porrò pharisæi egressi, ceperunt consilium aduersus eum, quomodo illũ perderet. At Iesus ubi nouisset, secessit illinc, secutæq; sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos omnes & interminatus est illis, ne se facerent manifestũ: ut cõpleretur quod dictũ erat per Esaiam prophetã, qui ait: Ecce filius meus, quem elegi: dilectus meus, in quo sibi bene cõplacuit anima mea. Ponã spiritũ meũ super illũ, & iudiciũ gentibus annunciabit. Non cõtendet, neq; clamabit, neq; audiet quisquam in plateis uocem eius. Arundinem cõminutam non confringet, & linum fumigãs nõ extinguet, donec eijciat ad uictoriã iudicium: & in nomine illius gentes sperabũt. Tunc adductus est ad eum, qui dæmonio agitabatur cæcus ac mutus, & sanauit illum, ita ut cæcus ac mutus, & loqueretur & cerneret. Et obstupuerũt omnes turbæ, dicebãtq;. Nũ hic est ille filius Dauid? At pharisæi cũ audissent dicebant: Hic non eijcit dæmonia nisi præsidio Beelzebul principis dæmoniorum. Iesus autem cũ sciret cogitationes illorũ dixit illis: Omne regnum diuisum aduersus sese desolatur, & omnis ciuitas, aut domus diuisa aduersus seipsam, non stabit. Et si satanas satanam eijcit, aduersus seipsum diuisus est. Quomodo igitur stabit regnum illius? Et si ego præsidio Beelzebul eijcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio eijciunt? Propterea ipsi iudicabũt de uobis. Quod si spiritu dei ego eijcio dæmonia ergo peruenit ad uos regnũ dei. Alioqui quomodo potest aliquis intrare domum potentis & uasa illius diripere, nisi prius uinxerit potentem, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non congregat mecum, spargit. Propterea dico uobis: Omne peccatum & conuitium remittetur hominibus, at conuitiũ in spiritũ non remittetur hominibus. Et quicunq; dixerit uerbũ aduersus filiũ hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduersus spiritũ sanctum, nõ remittetur ei, neq; in præsenti seculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructũ eius bonum, aut facite arborẽ uitiosam, & fructũ illius uitiosum. Nam è fructu arbor agnoscitur. Progenies

Ioann. 10. 11
Esaiæ 42. a
Luc. 11 b
Sup. 9 d
Luc. 12 a
Matth. 7 b
Luc. 6 d

in foueam: nonne tenebit & leuabit eam? Quantomagis melior est homo oue. Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam: Et extendit & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisæi concilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Iesus autem sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi: & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quassatam nõ confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eijciat ad uictoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum, ita ut loqueretur & uideret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non eijcit dæmones nisi in beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in se diuisum desolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eijcit: aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in beelzebub eijcio dæmones filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si autem ego in spiritu dei eijcio dæmones: igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis & uasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui non est mecum contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico uobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit uerbum contra spiritumsanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonã: & fructum eius bonum: aut facite arborẽ malam, & fructũ eius malum. Siquidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Progenies

B
C

D Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Siquidem ex abundātia cordis os loquitur. Bonus homo è bono thesauro cordis, expromit bona: & malus homo ex malo thesauro depromit mala. Sed dico uobis, quod de quocunq; uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt ratione in die iudicij. Nā ex dictis tuis iustificaberis, & ex dictis tuis condēnaberis. Tūc interrogauerunt eū quidā è scribis ac pharisæis, dicentes: Præceptor, uolumus ex te signum uidere. At ille respondens dixit illis: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Quemadmodū enim fuit Ionas in uētre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quod ipsi resipuerint ad prædicationem Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas est hoc loco. Regina Austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quod uenerit à finibus terræ, ad audiendam sapientiam Solomonis. Et ecce plus quàm Solomon est in hoc loco. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per arētia loca, quærens requiem, & nō inuenit. Tunc dicit, reuertar in domū meā, unde exiui: & cum uenerit, reperit eam uacantem, & scopis purgatā, atq; ornatā. Tūc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratiores se, & ingressis inhabitat illic: & fiunt postrema hominis illius peiora primis: sic erit & generationi huic peruersæ. Cum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius stabant foris, quærentes ei loqui. Dixit autem illi quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille respondens dixit ei, qui sibi renunciauerat: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quisquis enim fecerit uoluntatem patris mei, qui est in cœlis, ipse meus frater & soror & mater est.

A IN die uero illo, egressus Iesus è domo, sedit iuxta mare, & congregatæ sunt ad illū turbæ multæ, adeo ut ipse nauim ingressus sederet, & uniuersa turba in littore stabat. Ac dicebat illis multa per similitudines, dicēs: Ecce exijt

Progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui: cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem uobis: quoniam omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis: & ex uerbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister uolumus à te signum uidere. Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista: & condemnabunt eam: quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionę. Et ecce plus quàm Iona hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eā: quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quęrēs requiem & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domū meam unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius, & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea: & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, soror & mater est.

Psalm.39 b *Luc.19 b* *Matth.16 a* *Marc.8 b* *Luc.11 c* *Ionæ 2 a.3 b* *3.Reg.10.a* *2.Par.9 a* *Luc.8 c* *Mar.3 d*

CAPVT XIII

Proponuntur parabolæ de semināte, grano sinapis, thesauro recondito, margarita & sagena. Christus contēnitur in sua patria *Marc.4 a* *Luc.8 a*

IN illo die exiens Iesus de domo: sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ: ita ut in nauiculam ascendens sederet & omnis turba stabat in litore: & locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exijt

ce exijt qui ſeminabat ad ſeminandum : &
cum ſeminaret, alia quidem ceciderunt iux/
ta uiam, & uenerunt uolucres, ac deuoraue/
runt ea. Alia uero ceciderunt in loca ſaxoſa,
ubi non habebant multum terræ, & protinus
exorta ſunt, propterea quod nō haberēt pro/
funditatem terræ: cum autē exortus eſſet ſol,
exuſta ſunt: & quia nō habebāt radicem, exa
ruerunt. Alia rurſus ceciderunt in ſpinas, & in/
ſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerūt ea. Alia ue
ro ceciderunt in terrā bonam, & dederunt fru
ctū: aliud quidē centuplū, aliud uero ſexage/
cuplū, aliud uero trigecuplū. Qui habet aures
ad audiendum, audiat. Et adeuntes diſcipuli
dixerūt illi: Quare per parabolas loqueris il/
lis? At ille reſpondēs, dixit eis: Vobis datū eſt
noſſe myſteria regni cœlorum, illis autē non
Infra 25 c eſt datū. Quiſquis enim habet, dabitur illi, &
reddetur abundantior. Quiſquis autē non ha
bet, etiā illud quod habet tolletur ab eo. Pro/
pterea per parabolas loquor illis: quia uiden/
tes nō uident, & audientes nō audiunt, nec in/
Eſaiæ. 6 c telligunt. Et cōpletur in illis prophetia Eſaiæ,
Ioann. 12 f quæ dicit: Auribus audietis, & nō intelligetis:
& uidentes uidebitis, & non cernetis. Incraſſa/
tum eſt enim cor populi huius, & auribus gra
uiter audierunt, & oculos ſuos occluſerunt, ne
quando uideant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligant, & conuertantur, & ſanem il
los. Veſtri uero beati ſunt oculi, quia uident:
& aures ueſtræ, quia audiunt. Amen enim di/
co uobis, quod multi prophetæ & iuſti deſi/
derauerūt uidere quæ uidetis, & non uiderūt:
Luc. 10 d & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos
igitur audite parabolam ſeminātis. Cum qui
uis audit ſermonem regni, & non intelligit, ue/
nit ille malus, & rapit id quod ſeminatum eſt
in corde illius: hic eſt qui iuxta uiā ſeminatus
fuit. At qui in petricoſa ſemen iactum excepe
rat, hic eſt, qui uerbum audit, ac protinus cū
gaudio accipit illud: uerum non habet radicē
in ſemetipſo, ſed temporarius eſt. Porrò cum
inciderit afflictio, aut perſecutio propter ſer/
monem, cōtinuo offenditur. At qui in ſpinas
ſemē exceperat, hic eſt qui uerbū audit: & cu/
ra ſeculi huius, deceptioq; diuitiarū ſuffocat
ſermonē, & infrugifer redditur. Cęterū qui in
terrā bonā excepit ſemē, hic eſt, qui ſermonē
audit & intelligit, q deniq; fructū quoq; red/
dit ac facit, alius quidē centuplū, alius uero ſe/
xagecuplum

ce exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. B
Et dum ſeminat: quædam ceciderunt ſecus
uiam: & uenerunt uolucres cœli & come/
derunt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa
ubi non habebant terram multam: & conti/
nuo exorta ſunt: quia non habebant altitudi/
nem terræ. Sole autem orto æſtuauerunt: &
quia nō habebant radicem aruerunt: Alia au/
tem ceciderunt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ et
ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in ter
ram bonam & dabant fructum: aliud centeſi
mum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum.
Qui habet aures audiendi audiat. Et acceden
tes diſcipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis
loqueris eis? Qui reſpōdens, ait illis: Quia uo/
bis datum eſt noſſe myſteria regni cœlorum:
illis autem nō eſt datum. Qui enim habet da/
bitur ei, & abundabit: qui autem non habet,
et quod habet auferetur ab eo. Ideo in para/ C
bolis loquor eis: quia uidentes non uident: &
audientes non audiunt neque intelligunt: ut
adimpleatur in eis prophetia Eſaiæ dicentis:
Auditu audietis et non intelligetis: & uiden/
tes uidebitis & non uidebitis. Incraſſatum eſt
enim cor populi huius & auribus grauiter au
dierunt: & oculos ſuos clauſerunt: nequan/
do uideant oculis & auribus audiant & cor/
de intelligant: & conuertantur & ſanem eos.
Veſtri autem beati oculi: quia uident: & au/
res ueſtræ, quia audiunt. Amen quippe di/
co uobis: quia multi prophetæ & iuſti cu/
pierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt:
& audire quæ auditis, & non audierunt. Vos
ergo audite parabolam ſeminantis. Om/ D
nis qui audit uerbum regni & non intelli/
git: uenit malus & rapit quod ſeminatum
eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus uiam ſe/
minatus eſt. Qui autē ſuper petroſa ſemina/
tus eſt: hic eſt qui uerbum audit: & conti/
nuo cum gaudio accipit illud. Non habet
autem in ſe radicem: ſed eſt temporalis.
Facta autem tribulatione & perſecutione pro
pter uerbum, continuo ſcandalizatur. Qui
autem ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui
uerbum dei audit: & ſollicitudo ſeculi iſti/
us & fallacia diuitiarum ſuffocat uerbum:
& ſine fructu efficitur. Qui uero in terram
bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit uer/
bum & intelligit et fructum affert: et facit
aliud quidem centeſimum, aliud autem ſe/
xageſimum

E xagecuplum,alius uero trigecuplū. Aliam parabolam propoſuit eis,dicens: Aſſimilatū eſt regnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo:ſed dormientibus hominibus uenit illius inimicus, & ſeminauit zizania inter triticum,abijtcꝙ. Cum autē germinaſſet herba,& fructū feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autē ſerui patrisfamilias, dixerunt illi: Domine, nonne bonū ſemen ſeminaras in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi: Vis igitur abeamus & colligamus ea? At ille dixit. Non, ne dum colligitis zizania,eradicetis ſimul cum illis & triticum: ſinite pariter creſcere utraꝙ uſque ad meſſem,& in tēpore meſſis dicā meſſoribus: Colligite primum zizania, & colligate ea in faſciculos ad comburendum ea: triticum uero congregate in horreum meum. Aliā parabolam propoſuit eis dicens: Simile eſt regnum cœlorū grano ſinapis,quod acceptum homo ſeminauit in agro ſuo,quod minimum eſt omnium ſeminū. Cæterum ubi excreuerit maximum eſt inter holera, & fit arbor, adeo ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ra-

F mis illius. Aliam parabolam dixit illis: Simile eſt regnum cœlorum fermēto, quod acceptū mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentaretur totum. Hæc omnia locutus eſt Ieſus per parabolas ad turbas,& ſine parabola nihil locutus eſt illis: ut cōpleretur quod dictum fuerat per prophetam, qui ait: Aperiam in parabolis os meū, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Tunc dimiſſis turbis, uenit in domum Ieſus,& acceſſerunt ad illum diſcipuli eius,dicētes: Explica nobis parabolam zizaniorum agri. At ille reſpondens,dixit illis: Qui ſeminat bonum ſemē,eſt filius hominis: ager autem eſt mūdus. Porrò bonum ſemen, ij ſunt filij regni: zizania uero ſunt, filij illius mali: inimicus autem qui ſeminat ea, eſt diabolus: meſſis uero,cōſummatio ſeculi eſt: meſſores autem,angeli ſunt. Sicut igitur colliguntur zizania,& igni comburuntur,ſic erit in cōſummatione ſeculi huius. Mittet filius hominis angelos ſuos: & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem ac mittēt illos in caminū ignis: ibi erit ploratus, ſtridorcꝙ dētium. Tunc iuſti fulgebūt ut ſol in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum

xageſimum, aliud uero triceſimum. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines,uenit inimicus eius: & ſuperſeminauit zizania in medio tritici & abijt. Cū autē creuiſſet herba & fructū feciſſet: tūc apparuerunt & zizania. Accedētes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non. Ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul cū eis et triticū. Sinite utraꝙ creſcere uſꝙ ad meſſem: & in tēpore meſſis dicā meſſoribus: Colligite primum zizania & alligate ea in faſciculos ad cōburēdum: triticum autē congregate in horreum meū. Aliā parabolā propoſuit eis, dicens: Simile eſt regnū cœlorū grano ſinapis: quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cum autem creuerit: maius eſt omnibus oleribus: & fit arbor: ita ut uolucres cœli ueniant & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus: donec fermentatum eſt totum. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meū: eructuabo abſcondita à conſtitutione mundi. Tunc dimiſſis turbis uenit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicētes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui reſpondens, ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. Ager autem, eſt mundus. Bonum uero ſemen: hi ſunt filij regni: zizania autem,filij ſunt nequam. Inimicus autē qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis uero conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur: ſic erit in cōſummatione ſeculi. Mittet ergo filius hominis angelos ſuos: & colligent de regno eius omnia ſcandala: & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi

Luc. 13 d

Pſalm. 77 a

Sap. 3 b

audiendum,audiat. Rurſum ſimile eſt regnũ
cœlorum theſauro abſconſo in agro, quem
repertum homo abſcondidit: & præ gaudio
quod habet ſuper eo,abit:& omnia quæcũq;
habet uẽdit,ac mercatur agrũ illum.Rurſum,
ſimile eſt regnum cœlorum homini negocia-
tori,quærenti pulchras margaritas: qui cũ in-
ueniſſet unam precioſam margaritam,abiens
uendidit omnia quæ poſſidebat, & mercatus
eſt illã.Rurſum, ſimile eſt regnum cœlorum
uerriculo iacto in mare,& ex omni genere cõ
trahenti:quod cũ impletũ fuiſſet,ſubduxerũt
in littus,& ſedẽtes collegerunt quæ bona ſunt
in uaſa,quæ uero mala,foras abiecerunt. Sic
futurũ eſt in cõſummatione ſeculi: uenient an
geli,& ſegregabũt malos de medio iuſtorum,
& mittent eos in caminum ignis,illic erit plora
tus & ſtridor dentium.Dicit illis Ieſus: Intelle
xiſtis hęc omnia? Dicunt illi:Etiã domine.At
ille dixit illis: Propterea omnis ſcriba doctus
ad regnum cœlorũ, ſimilis eſt homini patri-
familias, qui depromit è theſauro ſuo noua
& uetera.Et factum eſt, ut cum finiſſet Ieſus
ſermones hos,digrederetur illinc. Et cum ue-
niſſet in patriam ſuam, docuit in ſynagoga il-
lorum,ita ut ſtuperent ac dicerent: Vnde huic
ſapientia hæc & uirtutes? Nonne hic eſt ille fa
bri filius? Nõne mater eius uocatur Mariam,
& fratres eius Iacobus, & Ioſes & Simon, &
Iudas? & ſorores illius nonne omnes apud
nos ſunt? Vnde igitur huic hæc omnia? Et of-
fendebantur ſuper eo.Ieſus autem dixit illis:
Non eſt propheta expers honoris, niſi in pa
tria ſua,& domo ſua. Et non ædidit illic uirtu-
tes multas propter incredulitatem illorum.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha
famam Ieſu,& dixit famulis ſuis:Hic eſt Io
annes Baptiſta,is ſurrexit à mortuis, & ideo
uirtutes agunt in illo. Nam Herodes ceperat
Iohannem & uinxerat,ac poſuerat in carcere
propter Herodiadem uxorem Philippi fra-
tris ſui.Dicebat enim illi Ioannes:Non licet ti
bi habere eam.Et cũ uellet eum occidere, me-
tuebat multitudinem, propterea quod illum
ceu prophetam habebant. Cum autem ce-
lebraretur natalis Herodis, ſaltabat filia He-
rodiadis in medio,& placuit Herodi. Vnde
cum iureiurando pollicitus eſt, ſe daturum
illi quicquid peteret. At illa prius inſtructa
à matre ſua: Da mihi, inquit, hic in patina
caput

Infra.22 b — *Marc.6 a* — *Luc.4 c* — *Ioann.6 a* — *Marc.6 a* — *Ioannes decollatur,quinq; panib. & duobus piſcib. paſcũtur 5000 uirorũ, Ieſus ambulat ſuper mare.* — *Marc.6 b* — *Luc.9 a* — *Infra.21 c*

audiendi audiat. Simile eſt regnum cœlo-
rum theſauro abſcondito in agro: quem qui
inuenit homo, abſcondit: & præ gaudio illi-
us uadit & uendit uniuerſa quę habet:& emit
agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cœ-
lorũ homini negociatori, quærẽti bonas mar
garitas. Inuẽta autẽ una precioſa margarita: G
abijt, & uendidit omnia quæ habuit & emit
eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſa-
genæ miſſæ in mare: & ex omni genere piſci-
um congreganti. Quam cum impleta eſſet
educentes & ſecus litus ſedentes: elegerunt
bonos in uaſa: malos autem foras miſerunt.
Sic erit in conſummatione ſeculi.Exibunt an-
geli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum
& mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fle-
tus & ſtridor dentium. Intellexiſtis hæc o-
mnia? Dicunt ei: etiam. Ait illis: Ideo om-
nis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt
homini patrifamilias qui profert de theſauro
ſuo noua & uetera. Et factum eſt cum con-
ſummaſſet Ieſus parabolas iſtas: tranſiit in-
de. Et ueniens in patriam ſuam docebat eos
in ſynagogis eorum: ita ut mirarentur & di-
cerent: Vnde huic ſapientia hæc, & uirtutes?
Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater e-
ius dicitur Maria & fratres eius Iacobus &
Ioſeph & Simon & Iudas? & ſorores eius
nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo
huic omnia iſta? & ſcandalizabantur in eo. Ie-
ſus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine
honore niſi in patria ſua & in domo ſua. Et
non fecit ibi uirtutes multas propter incre-
dulitatem illorum.

CAPVT XIIII

IN illo tempore: audiuit Herodes tetrarcha A
famam Ieſu, & ait pueris ſuis: Hic eſt Io-
annes Baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis: &
ideo uirtutes operantur in eo. Herodes e-
nim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & po-
ſuit in carcerem propter Herodiadem uxo-
rem fratris ſui. Dicebat enim illi Ioannes:
Non licet tibi habere eam. Et uolens illum
occidere timuit populum, quia ſicut prophe-
tam eum habebant. Die autem natalis Hero-
dis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & pla-
cuit Herodi. Vnde cũ iuramẽto pollicitus eſt
ei dare quodcũq; poſtulaſſet ab eo. At illa prę
monita à matre ſua: Da mihi inqt hic in diſco
caput

caput Ioānis Baptiſtę. Et indoluit rex: attamē propter iuſiurandum & eos qui ſimul accum/ B bebant iuſſit ei dari: & miſſis carnificibus, am/ putauit caput Ioannis in carcere: & allatū eſt caput eius in patina, datumq́ eſt puellæ, atq́ illa obtulit matri ſuæ. Et acceſſerūt diſcipuli e/ ius, & ſuſtulerunt corpus, ac ſepelierunt illud: abieruntq́ & renunciarūt Ieſu. Id cū audiſſet Ieſus, ſeceſſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſum. Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum itinere pedeſtri relictis urbibus. Et egreſ/ ſus Ieſus uidit multā turbam: & tactus eſt affe ctu miſericordiæ erga illos, ſanauitq́ ex illis qui male ualebant. Porrò cum appetiſſet ue/ ſpera adierunt eum diſcipuli ipſius, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt. Di/ mitte turbas, ut abeant in uicos, & emant ſibi cibaria. At Ieſus dixit illis: Non eſt illis neceſ/ ſe ut abeant, date illis uos quod edant. At illi dicunt ei: Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces. Ille uero dixit: Affer/ C te mihi illos huc. Et iuſſis turbis diſcumbere ſuper gramina ſumptisq́ quinq́ panibus, ac duobus piſcibus, ſublatis in cœlū oculis, bene dixit. Et cū fregiſſet dedit diſcipulis panes, di/ ſcipuli uero turbis. Et comederūt omnes, & ſa turati ſunt: et ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos. Por rò qui comederāt fuere uiri fermè quinquies mille, præter mulieres ac pueros. Et ſtatim cō/ pulit Ieſus diſcipulos ſuos, ut conſcēderent na uim, & præcederēt ſe in ripā ulteriorē, donec dimiſiſſet turbas. Ac dimiſſis turbis, aſcendit in montem ſolus ad orandum. Cum autē ad/ ueniſſet ueſpera, ſolus erat illic. Cæterū nauis iam in medio maris erat, & affligebatur ab un dis, nā uentus erat aduerſus. Quarta autē no/ ctis uigilia abijt ad illos Ieſus, ambulās ſuper mare: & ubi uidiſſent eū diſcipuli ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicētes: Spectrum eſt, ac præ metu exclamauerunt: ſed ſtatim lo cutus eſt illis Ieſus, dicens: Bono animo eſte, D Ego ſum, ne terreamini. Reſpondens autem illi Petrus, dixit: Domine, ſi tu es, iubeto me ad te uenire ſuper aquas. At ille dixit: Veni: Et cū deſcēdiſſet è naui Petrus, ambulabat ſuper aquas, ut iret ad Ieſum. Cæterū cum uideret uentū ualidum territus eſt: & cū cœpiſſet de/ mergi, clamauit, dicens: Domine, ſerua me. Continuo autem Ieſus extenta manu, appre/ hendit

caput Iohannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex: propter iuſiurandum autem, & propter eos qui pariter recumbebant iuſſit dari. Mi/ ſitque & decollauit Iohannem in carcere. Et allatum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ, & illa attulit matri ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius: tulerunt corpus eius & ſepelie/ runt illud: & uenientes nunciauerunt Ieſu. Quod cum audiſſet Ieſus: ſeceſſit inde in nā/ uicula in locum deſertum ſeorſum. Et cum audiſſent turbæ: ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam mul/ tam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum. Veſpere autem facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt lo/ cus & hora iam præterijt: dimitte turbas ut euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Ieſus au/ tem dixit eis: Non habent neceſſe ire: date illis uos manducare. Reſponderunt ei: Non habemus hic niſi quinque panes & duos pi/ ſces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœ/ num: acceptis quinque panibus & duobus pi/ ſcibus: aſpiciens in cœlum benedixit & fregit & dedit diſcipulis panes: diſcipuli autem de/ derunt turbis. Et manducauerunt omnes & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Mandu/ cantium autem fuit numerus quinque milia uirorum: exceptis mulieribus & paruulis. Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam: & præcedere eum trans fretum: donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcēdit in montem ſolus orare. Veſpere au/ tem facto ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigilia no/ ctis uenit ad eos ambulans ſupra mare. Et ui/ dentes eum ſupra mare ambulantem: turba/ ti ſunt, dicentes: quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimq́ Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, no/ lite timere. Reſpondens autem Petrus, dixit: Domine ſi tu es: iube me uenire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Pe/ trus de nauicula, ambulabat ſuper aquam ut ueniret ad Ieſum. Videns uero uentum ualidum timuit. Et cum cœpiſſet mergi cla/ mauit, dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuo Ieſus extendens manum: appre/ hendit

Ioann. 6 a

Luc. 6 b

hendit eum,& dixit illi:Exigua fiducia prædi/te, cur hæsitabas? Et cum essent ingressi nauim,conquieuit uentus. Porrò qui erant in naui,accesserunt & adorauerunt eum, dicentes: Vere dei filius es.Et cum traiecissent, uenerũt in terram Gennesareth.Et cum agnouissent illum uiri loci illius,emiserunt nuncios in totam undiq; finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes:& obsecrabant eum,ut tãtum tangerent fimbriam uestimẽti ipsius:& quotquot tetigissent,salui facti sunt.

Humanarum traditionũ autoritas eleuatur, filia Chananeæ mulieris sanatur cũ aliquot alijs, & pascuntur 4000. hominũ septem panibus

Marc.7 a *Exod.20 b* *Deute.5.27*

TVnc accedunt ad Iesum, qui ab Hierosolymis uenerant, scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim abluunt manus suas,cum edunt panem. At ille respondens, dixit eis: Quare & uos transgredimini pręceptũ dei propter traditionem uestram? Nam deus præcepit,dicens:Honora patrem & matrẽ. Et qui maledixerit patri aut matri,morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicunq; dixerit patri aut matri: quicquid doni à me profecturũ erat,id in tuũ uertitur commodum:& nõ honorabit patrem suũ,aut matrem suã, & irritũ fecistis præceptum dei propter traditionem uestram.Hypocritæ,recte de uobis prædixit Esaias,dicẽs: Appropinquat mihi populus hic ore suo,& labijs me honorat,cæterum cor eorum procul abest à me,sed frustra me colunt, docentes doctrinas,præcepta hominũ. Et aduocatis ad se turbis,dixit eis: Audite & intelligite. Non quod ingreditur in os,impurat hominẽ,sed quod egreditur ex ore, hoc impurũ reddit hominem. Tunc accedẽtes discipuli eius,dixerunt illi: Nosti pharisæos audito sermone isto offensos fuisse? At ille respondens, ait: Omnis plantatio,quam non plantauit pater meus cœlestis,eradicabitur. Omitite illos duces sunt cæci cæcorum. Porrò si cæcus cęco dux fuerit,ambo in foueam cadent. Respondens autem Petrus,dixit ei: Dissere nobis parabolam istam. Iesus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os,in aluum abit & in secessum eijcitur? At ea quæ proficiscuntur ex ore,ex ipso corde egrediuntur,& illa impurum reddũt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malæ,cædes,adulteria, stupra,furta,falsa testimonia,conuitia. Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem. Cæterum illotis

Esaiæ.29 e *Esaiæ 4.2.e* *Luc.6 d*

hendit eum,& ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant:uenerunt & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius dei es. Et cum transfretassent uenerunt in terram Genesar.Et cum cognouissent eum uiri loci illius: miserunt in uniuersam regionem illã: & obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent.Et quicunq; tetigerunt, salui facti sunt.

CAPVT XV

TVnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis: Quare & uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Nam deus dixit:honora patrem & matrẽ:& qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri uel matri,munus quodcunq; est ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum dei, propter traditionem uestram. Hypocritæ,bene prophetauit de uobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc scandalizati sunt. At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt: & duces cæcorum: Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Respondens autem Petrus, dixit ei: edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis. Non intelligitis,quia omne quod in os intrat, in uentrẽ uadit:& in secessum emittitur. Quæ autem procedunt de ore,de corde exeunt: & ea coinquinant hominẽ. De corde enim exeunt cogitationes malæ,homicidia, adulteria, fornicationes,furta,falsa testimonia,blasphemiæ.Hæc sunt quæ coinquinãt hominẽ. Non lotis

A B

illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem. Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananea, quæ à finibus illis uenerat, clamabat ad illum, dicens: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea misere à dęmonio agitatur. Ille uero non respondit ei quicquam. Et accedentes discipuli eius, rogabant illum, dicentes: Amitte illam: nam clamat post nos. At ille respondēs dixit: Nō sum missus, nisi ad oues perditas domus Israeliticæ. Illa uero uenit & adorauit eū, dicens: Domine, succurre mihi. At ille respondēs dixit: Non est honestum, sumere panem filiorum, & obijcere catellis. Hæc autē respondit: Certe domine, Et enim catelli edūt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorū. Tunc respondēs Iesus, dixit illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata fuit filia eius ex eo tempore. Et progressus illinc Iesus, uenit iuxta mare Galilææ, & conscēso monte, sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secum claudos, cęcos, mutos, mutilos, & alios multos, & abiecerūt eos ad pedes Iesu: & sanauit eos, adeo ut turbæ miratæ sint cū uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos uidere, & glorificabant deum Israel. Iesus autem uocatis ad se discipulis suis dixit: Miseret me turbæ, propterea quod iam triduum perseuerant apud me, & non habent quod edant, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli eius: Vnde nobis in solitudine panes tā multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dicunt: Septē, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discūbere in terra. Et sumpsit septem panes ac pisces: & postquam gratias egisset, fregit, deditq́ discipulis suis: discipuli uero turbæ, comederuntq́ omnes & saturati sunt, & sustulerunt quod supererat fragmentorum, septem sportulas plenas. At ij qui comederant, erant quater mille uiri, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis, conscendit nauim, uenitq́ in fines Magdala.

ET aggressi pharisæi unà cum sadducæis tentantes rogabant eum, ut signum è cœlo ostenderet sibi. At ille respondens dixit eis: Cum cœperit esse uespera, dicitis, serenitas erit, nā rubet cœlum: & mane, hodie tempestas, rubet enim cœlum triste. Hypocritæ, faciem

lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananea à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male à dęmonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. At illa uenit & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum: & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset inde Iesus, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ: habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles: & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarentur: uidentes mutos loquentes: claudos ambulantes: cæcos uidentes: & magnificabant deum Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ: quia iam triduo perseuerant mecum, & nō habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos, nolo: ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbę ut discūberēt super terrā. Et accipiēs septē panes & pisces, & gratias agens fregit & dedit discipulis suis: & discipuli dederūt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerūt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerūt quatuor millia hominū extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. CAP. XVI

ET accesserunt ad eum pharisæi & saducæi tentantes, & rogauerunt eum ut signum de cœlo ostenderet eis. Et ille respondens, ait illis: Facto uespere dicitis, serenum erit, rubicūdum est enim cœlum: & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlū. Faciem

Luc.19 4 — *Marc.8 a* — *Christus iubet discipulos uitare fermentū Pharisæorum & quærit quē se homines dicant.* — *Marc.8 b* — *Ioan.6 d* — *Luc.12 f*

faciem cœli scitis diiudicare, signa uero temporum non potestis? Natio praua & adultera signum requirit,& signum non dabitur ei, nisi signū Ionę prophetę. Et relictis illis abijt. Et cum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionem non sumpserant panes. Iesus autem dixit illis: Videte & cauete à fermento pharisæorum ac sadducæorum. At illi reputabant intra sese, dicentes: Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Iesus, dixit illis: quid cogitatis intra uos ipsos, ô parū fidentes, quod panes non sumpseritis? Nondum intelligitis, neq; memoria tenetis, quinq; illos panes, cum homines essent quinquies mille, & quot cophinos sustuleritis? Neq; septem illos panes, cum homines essent quater mille, & quot sportas acceperitis? qui fit, ut nō intelligatis me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis à fermento pharisæorum & sadducęorū? Tunc intellexerunt, quod non iussisset cauere à fermento panis, sed à doctrina pharisæorum & sadducæorum. Cum uenisset autem Iesus in partes Cæsareæ eius, quæ cognominatur Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens: Quē me dicūt homines esse filium illum hominis? Illi uero dicebāt: Alij quidem Ioannē Baptistam, alij uero Heliam, alij uero Hieremiā, aut unū de numero prophetarum. Dicit illis: At uos, quē me dicitis esse? Respondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Christus ille filius dei uiuentis. Et respōdens Iesus, dixit illi: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. At ego uicissim tibi dico, quod tu es Petrus, & super hāc petrā ædificabo meam ecclesiā, & portę inferorū non ualebūt aduersus illam. Et dabo tibi claues regni cœlorū. Et quicquid alligaueris in terra, erit ligatū in cœlis: & quicquid solueris in terra, erit solutū in cœlis. Tunc edixit discipulis suis, ne cui dicerent, quod ipse esset Iesus Christus. Ex eo tēpore cœpit Iesus indicare discipulis suis, quod oporteret ipsum abire Hierosolymā, ac multa pati à senioribus & principibus sacerdotū & scribis, & occidi, & tertio die resuscitari. Et cū abduxisset eum Petrus, cœpit illū increpare, dicēs: Propitius tibi sis dn̄e, nequaq; erit tibi hoc. At ille cōuersus dixit Petro: Abi post me satana, obstaculo es mihi: quia nō sapis ea quæ sunt dei, sed ea quę sunt hominū. Tūc Iesus

Sup. 14 c
Sup. 15 d
Luc. 9 c
Infra 18 b
Ioan. 20 c

ergo cœli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire. generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini & cauete à fermento pharisæorum & saducæorum. At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei: quia panes non habetis? Nondum intelligitis: neque recordamini quinque panum in quinque milia hominum: & quot cophinos sumpsistis? Neq; septem panum in quatuor milia hominum, B & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis: quia non de pane dixi uobis: cauete à fermento pharisæorum & sadducæorum. Tunc intellexerunt: quia non dixerit cauendum à fermento panum: sed à doctrina pharisæorum & sadducæorum. Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi & interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Iohannem baptistam: alij autem Heliam: alij uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius dei uiui. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon C Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis: quia oporteret eum ire Hierosolymam: & multa pati à senioribus & scribis & principibus secerdotum, & occidi & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit D à te domine non erit tibi hoc. Qui conuersus, dixit Petro: Vade post me sathana: scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Tunc Iesus

ſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me. Qui enim uoluerit animam ſuam ſeruare, perdet eam. Rurſus, Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi totũ mundũ lucratus fuerit, animæ uero ſuæ iacturã fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animã ſuã? Futurũ eſt enim, ut filius hominis ueniat in gloria patris ſui, cum angelis ſuis, & tũc reddet unicuiq; iuxta facta ipſius. Amẽ dico uobis, ſunt quidam hic ſtãtes, qui non guſtabunt mortem donec uiderint filium hominis uenientem in regno ſuo.

ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſus Petrum ac A Iacobum & Ioannẽ fratrem eius, & ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum, trãſformatusq; eſt coram illis: & ſplenduit facies eius ſicut ſol. Veſtimẽta autẽ illius facta ſunt candida, ſicut lumen. Et ecce conſpecti ſunt illis Moſes & Helias cũ illo colloquentes. Reſpondens autem Petrus, dixit Ieſu: Domine, bonũ eſt nos hic eſſe. Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unũ, & Moyſi unũ, & Heliæ unum, Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit illos. Et ecce uox è nube quæ diceret: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacitũ eſt, ipſum audite. Et cũ hæc audiſſent diſcipuli, prociderunt in faciẽ ſuã, & B territi ſunt uehementer. Et accedens Ieſus, tetigit illos, dixitq;: Surgite & ne timeatis. Vbi uero ſuſtuliſſent oculos ſuos neminem uidebant, niſi Ieſum ſolum. Et cum deſcenderent de mõte, præcepit illis Ieſus, dicẽs: Ne cui dixeritis uiſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Et interrogauerũt eũ diſcipuli ſui, dicẽtes: Cur igitur ſcribæ dicũt, q̃d Heliã oporteat uenire prius? Ieſus autẽ reſpondẽs dixit illis: Helias quidem ueniet prius, & reſtituet omnia. Cęterũ dico uobis, Heliã iam ueniſſe, & non agnouerunt eũ: ſed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab illis. Tũc intellexerũt diſcipuli, quod de Ioãne baptiſta dixiſſet ipſis. Et cum ueniſſent ad turbã, acceſſit ad eũ homo quidã, flectẽs genua illi, dicẽsq;: Dñe, miſerere filij mei, C quoniã lunaticus eſt, & miſere affligitur. Nã ſæpe cadit in ignẽ, & ſæpe in aquã: & obtuli eũ diſcipulis tuis, nec potuerunt eũ ſanare. Reſpondens autẽ Ieſus dixit: O natio incredula & diſtorta

ſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis uult poſt me uenire: abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim uoluerit animam ſuam ſaluã facere: perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me: inueniet eam. Quid enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur: animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & tũc reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Amen dico uobis: ſunt quidam de hic ſtantibus qui nõ guſtabunt mortem: donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo.

CAP. XVII

ET poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrẽ eius: & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol: ueſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moſes & Helias cum eo loquentes. Reſpondens autẽ Petrus, dixit ad Ieſum: Domine, bonũ eſt nos hic eſſe: ſi uis faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moſi unũ, & Heliæ unũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce uox de nube, dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et audiẽtes diſcipuli, ceciderũt in faciẽ ſuam, & timuerũt ualde. Et acceſſit Ieſus & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite & nolite timere. Leuãtes aũt oculos ſuos neminẽ uiderũt niſi ſolũ Ieſum. Et deſcẽdẽtibus illis de mõte præcepit Ieſus, dicẽs: Nemini dixeritis uiſionẽ: donec filius hominis à mortuis reſurgat. Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo ſcribæ dicunt, quod Heliam oporteat primum uenire? At ille reſpondẽs, ait illis: Helias quidem uẽturus eſt & reſtituet omnia. Dico autem uobis: quia Helias iam uenit, & nõ cognouerunt eum: ſed fecerunt in eo quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne baptiſta dixiſſet eis. Et cũ ueniſſet ad turbã: acceſſit ad eũ homo genibus prouolutus ante eum, dicẽs, Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & male patitur. Nam ſæpe cadit in ignẽ, & crebro in aquam. Et obtuli eũ diſcipulis tuis, & nõ potuerũt curare eum. Reſpondẽs aũt Ieſus, ait: O generatio incredula, & peruerſa

Mat. 10 c
Marc. 7 c
Luc. 9. 14

Roma. 2 a

Transfigurat ſe Chriſtus, curat lunaticũ, prædicit ſuam mortẽ, & ſoluit uectigal

Marc. 9 a
Luc. 9 d

Sup. 3 d
Marc. 1 a
Ioan. 1 d

Malach. 3 d

& distorta, quousq; tandem ero uobiscum? usquequo patiar uos? adducite illum huc. Et increpauit illud Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & sanatus est puer ex tempore illo. Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum, dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illud? Iesus autē dixit illis: Propter incredulitatē uestram. Amē quippe dico uobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit neque quicquā impossibile erit uobis. Sed hoc genus nō egreditur, nisi per deprecationē & ieiunium. Cum autem uersarentur in Galilæa, dixit illis Iesus: Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominū, & occidēt eū, ac tertio die resurget. Et mœrore affecti sunt uehementer. Cum autem uenissent in oppidum Capernaum, accesserunt qui didrachma solent accipere ad Petrum dixeruntq;: Præceptor uester num soluit didrachma? Dicit, etiam. Et cum ingressus fuisset in domum, præuenit illum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filijs suis, an ab alienis? Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Iesus. Ergo liberi sunt filij. Verū ne simus illis offendiculo, profectus ad mare mitte hamū, & eum piscem qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius inuenies staterē: acceptum eum da illis pro me & te.

Mat.21 c
Luc.17 a
Mat.16.20
Marc.8.9.10
Luc.9 c
Infra.22 c

De arrogantia & offendiculo, oue perdita, proximi increpatione, & potestate apostolica

IN illo tempore accesserunt ad Iesum, dicētes: Quis maximus est in regno cœlorum? Et accersitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorum: & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingrediemini in regnū cœlorum. Quisquis igitur demiserit semetipsum, sicut est puer iste, hic est ille maximus in regno cœlorum. Et qui receperit unum puellum talem in nomine meo, me recipit. Qui autem offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris. Væ mundo ab offendiculis. Necesse est enim ut ueniant offendicula: ueruntamen uæ homini, per quem offendiculum uenit. Quod si manus tua, uel pes tuus obstaculo est tibi, abscide eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi claudum, aut mutilum, potius q̃ duas manus, uel duos pedes habentē, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus

Luc.17 a
Mat.5 d

& peruersa: quousque ero uobiscum. Vsquequo patiar uos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium: & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eijcitur: nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. Et cum uenissent Capharnaū, accesserūt qui didrachmam accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister uester non soluit didrachmam? Ait: Etiam. Et cum intrasset in domum, prẹuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiūt tributum uel censum, à filijs suis an ab alienis? Et ille dixit ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

D

CAPVT XVIII

A

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum: statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scandalis: Necesse est enim ut ueniant scandala. Veruntamē uæ homini per quem scādalum uenit. Si autē manus tua uel pes tuus scādalizat te, abscide eum & proijce abs te. Bonū est tibi ad uitā ingredi debilē uel claudum: quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus

B tuus offendit te: erue eum & proijce abs te. Bonum est tibi, ut luscus intres in uitam, potius quàm ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unū ex his pusillis. Dico enim uobis, quod angeli eorum in cœlis semper uidēt faciē patris mei, qui in cœlis est. Venit eñ filius hominis seruare quod perierat. Quid uobis uidetur? si fuerint alicui homini centū oues, et errauerit una ex eis, nōne relictis nonagintanouē in montibus, uadit & quærit eam quæ errauerat? Et si contingerit ut inueniat eā. Amen dico uobis, gaudet super ea magis quàm super nonagintanouem, quæ non errauerūt. Sic nō est uolūtas coram patre uestro qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Porrò si peccauerit in te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: sin uero te nō audierit, adhibe tecū adC huc unū aut duos: ut in ore duorū aut trium testium consistat omne uerbū. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Quod si ecclesiā non audierit sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunq; solueritis super terrā, erūt soluta in cœlo. Rursum dico uobis, quod si duo ex uobis consenserint super terrā, de omni re quancunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedēs Petrus ad eū, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & remittā ei? Num usq; septies? Dicit illi Iesus: Nō dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Ideo assimilatū est regnū cœlorum homini regi, qui uoluit conferre rationem cum seruis suis. Et cum cœpisset cōferre, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talentorū. Cæterum cum is non esset soluendo, iussit eum dominus uenundari, & uxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutionem. Procidens autem D seruus ille adorabat eum, dicens: Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius, absoluit eum, & æs alienum remisit ei. Egressus uero seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios: & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens, Solue quod debes. Et procidens conseruus

tuus scandalizat te: erue eum & proijce abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare: quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues: & errauerit una ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in deserto: & uadit quærere eā quæ errauit? Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico uobis: quia gaudebit super ea magis quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in cœlis est: ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis: quæcunque alligaueritis super terram: erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram: erunt soluta & in cœlo. Iterum dico uobis: quia si duo ex uobis consenserint super terram: de omni re quancunque petierint: fiet illis à patre meo q in cœlis est. Vbi eñ sunt duo uel tres cōgregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usq; septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagesies septies. Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi: qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus uenundari & uxorē eius & filios: & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum: et debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille: inuenit unū de cōseruis suis q debebat ei centū denarios: & tenēs suffocabat eū dicēs: Redde quod debes. Et procidēs conseruus

Lucæ.15 a
Luc.17 a
Matth.16 c
Matth.6 b
Marc.11 c

conseruus eius rogabat eum dicens: Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi. At ille nolebat, sed abijt & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitum. Porrò cum uidissent conserui eius quæ fiebant, indoluerunt ualde, & uenerunt aperueruntq; domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc accersiuit illum dominus suus, & ait illi: Serue scelestè, totũ debitum illud remisi tibi cum obsecrasses me. Nõne oportuit & te misereri conserui tui sicut & ego tui misertus erã? Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusq; redderet totũ quod debebatur sibi. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis suo quisq; fratri ex cordibus uestris delicta illorum.

Sup.6 b
Mar.11 c

Diuortij ius docet, pueris imponit manus, diuitem dimittit tristẽ et indicat quæ præmia maneant eos qui se sequantur.

ET factum est, cum consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eũ turbæ multæ, & sanauit eos ibi. Et accesserunt ad eũ pharisæi tentãtes eum, & dicentes ei: Licet ne homini diuortiũ facere cum uxore sua, qualibet ex causa? Qui respondẽs ait eis: An non legistis, quod is qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propterea deseret homo patrem & matrẽ, & adglutinabitur uxori suæ, & erunt duo in carnem unã. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus copulauit, homo ne separet. Dicunt illi: Cur ergo Moses iussit dare libellũ repudij, ac dimittere eam? Ait illis: Moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis repudiare uxores uestras, cæterum ab initio nõ fuit sic. Dico autem uobis, quod quicunq; repudiauerit uxorem suã, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit: is adulterium committit. Dicunt ei discipuli eius: Si ad istum modũ habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis: Nõ omnes capaces sunt huius dicti, sed ij quibus datũ est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, q facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnũ cœlorum. Qui potest capere, capiat. Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis: Sinite pueros, & ne prohibeatis eos ad me uenire, talium est enim regnum cœlorum.

Marc.10 a
Gene.2 d
Deut.24 a
Matth.5 d
Luc.16 c
Luc.18 b

Et cum

conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant contristati sunt ualde, & uenerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tũc uocauit illũ dominus suus, & ait illi: Serue nequã omne debitũ dimisi tibi quoniam rogasti me. Nõne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet uniuersum debitũ: Sic et pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.

CAPVT XIX

ET factum est cum consummasset Iesus sermones istos migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem: & secutæ sunt eum turbæ multæ: & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Et dixit propter hoc dimittet homo patrem & matrem: & adhærebit uxori suæ: & erũt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Et ait illis: Quoniam Moyses ad duriciam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem uobis, quia quicunq; dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus uero ait eis: Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me uenire, talium est enim regnum cœlorum.

A
B

Et cum

C Et cum imposuisset eis manus, abijt illinc. Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeã uitam æternam? Qui dixit ei: Cur me uocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe deus. Quod si uis ad uitã ingredi, serua mãdata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non facies homicidium. Non cõmittes adulterium. Non facies furtũ. Non falsum dices testimonium. Honora patrem & matrẽ: & diliges proximũ tuum, ut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc seruaui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse uade uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Cum audisset autẽ adolescẽs eum sermonẽ, abijt tristis. Erat enim habẽs possessiones multas. Iesus autẽ dixit discipulis suis: Amẽ dico uobis, Diues difficile intrabit in regnũ cœlorum. Et iterum dico uobis, Facilius est camelũ per fora- D men acus transire, quàm diuitem in regnum dei ingredi. Auditis autẽ his discipuli expauerunt ualde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus autem illos Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autẽ dixit illis: Amẽ dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratiõe, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem aut uxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomẽ meum, centuplum accipiet, & uitæ æternæ sortietur hæreditatem. Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.

A Nam simile est regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui exijt primo statim diluculo ad conducẽdos operarios in uineã suã. Conuentione autem facta cũ operarijs in singulos dies denario, misit eos in uineã suã. Et egressus circiter horã tertiã, uidit alios stãtes in foro ociosos, & illis dixit: Ite & uos in uineã, & quodcunque iustũ fuerit dabo uobis. Illi autem abierũt. Rursum autẽ exijt circiter sextã & nonã horam, & fecit similiter. Circa undecimã uero exijt, & inuenit alios stantes ociosos, ac dicit illis: Cur hic statis totum diem ociosi?

Dicunt

Et cum imposuisset eis manus, abijt inde. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone: quid boni faciã ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus deus. Si autem uis ad uitam ingredi: serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Nõ homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimoniũ dices. Honora patrẽ tuũ & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse: uade & uẽde omnia quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurũ in cœlo: & ueni sequere me. Cũ audisset autem adolescens uerbum abijt tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire: quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his discipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud deum autem omnia possibilia sunt. Tũc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia: & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico uobis: quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores: aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi: & nouissimi primi.

Deute. 4. 5
Luc. 11 d
Zach. 4. 8 4
Luc. 22 b
Matth. 20 b

CAP. XX

Luc. 13 c

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in uineã suam. Cõuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in uineam suã. Et egressus circa horam tertiã: uidit alios in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meã: & quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierũt. Iterum autem exijt circa sextã & nonã horã: & fecit similiter. Circa undecimã uero exijt: et inuenit alios stãtes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi?

Conducũtur operarij, Christus prædicit suã mortẽ, filij Zebedæi quærunt primos honores, & duob. cæcis restituitur uisus

Dicunt

Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Abite & uos in uineam, & quicquid fuerit iustum, accipietis. Cum autem uespera facta esset, dicit dominus uineæ, procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à postremis usq; ad primos. Et cum uenissent qui circa undecimã horam uenerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi, & acceperunt ipsi quoq; singuli denarium. Et cũ accepissent, murmurabãt aduersus patrẽfamilias, dicẽtes: Hi nouissimi unam horã fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstum. At ille respondens uni eorũ, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne denario pactus es mecum? Tolle quod tuũ est, & abi. Volo autẽ huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere in rebus meis? An oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Et ascendẽs Iesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos solos in uia, & ait illis: Ecce conscendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. At ille dicit ei: Quid uis? At illi: Dic ut sedeãt hi duo filij mei, unus ad dexteram tuã, & alter ad sinistram in regno tuo. Respondẽs autẽ Iesus, dixit: Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculũ, quod ego bibiturus sum? & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicũt ei: Possumus. Ait illis: Poculũ quidẽ meũ bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autẽ ad dexterã meã & sinistrã meã nõ est meũ dare, sed ijs cõtinget, quibus paratũ est à patre meo. Et cũ audissent decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autẽ uocauit eos ad se, & ait: Scitis quod principes gentiũ dñentur illis: et q magni sunt, potestatẽ exerceãt in eas. Nõ ita erit inter uos, sed quicũq; uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister: & q uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus. Sicut filius hominis nõ uenit ut sibi ministraret, sed ut ipse ministraret: utq; daret animam

Infra 22 b
Marc. 10 d
Luc. 18 b
Marc. 9. 10
Luc. 9. 21

Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & uos in uineam meam. Cum sero autem factum esset: dicit dominus uineæ procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedem: incipiens à nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt B autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patremfamilias dicẽtes: Hi nouissimi una hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, nõ facio tibi iniuriam. Nõne ex denario cõuenisti mecum? Tolle quod tuum est & uade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Et ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus C sacerdotum & scribis: & condemnabunt eum morte: & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellãdum & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare uobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem uocauit eos ad se, & ait. Scitis: quia principes D gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter uos: Sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri: sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare: & dare animam

ret animã suã redemptionẽ pro multis. Et egredietibus illis ab Hiericho, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes iuxta uiã, cũ audissent quod Iesus transiret, clamauerũt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicẽtes: Miserere nostri domine fili Dauid. Et stetit Iesus & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicũt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim uisum receperunt oculi illorum, & secuti sunt eum.

A ET cum apropinquassent Hierosolymis, & uenissent Betphage ad mõtem oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinã alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite: Dominus his opus habet, & cõfestim emittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictũ est per prophetam dicentẽ: Dicite filiæ Siõ: Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, & sedens super asinam & pullũ filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerũt sicut preceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullũ, & imposuerunt super eos uestimenta sua & eum super illa collocarunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij uero cædebãt ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porrò turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini, hosanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolyma, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilæç. Et intrauit Iesus in templum dei, & eijciebat omnes uen-

B dentes & ementes in templo, mensasq; nummulariorum, & cathedras uendentiũ colũbas euertit. Et dixit eis: Scriptũ est, Domus mea, domus deprecationis uocabitur. At uos fecistis illam speluncã latronum. Et accesserũt ad eum cæci, & claudi in tẽplo, & sanauit eos. Cũ uidissent principes sacerdotũ & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamãtes in templo, dicẽtes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt: & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit eis: Quid ni: Nunquã legistis, Ex ore infantium

te animã suã redemptionẽ pro multis. Et egredietibus illis ab Hiericho, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus uiã, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt: & secuti sunt eum.

Sup. 9 c

CAPVT XXI

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Betphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullũ cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est: ut adimpleretur quod dictũ est per prophetam, dicẽtem: Dicite filię Sion: ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimẽta sua: & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus & sternebant in uia. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini: Osanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est uniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templum dei, & eijciebat omnes uẽdentes & emẽtes in tẽplo: & mẽsas nummulariorũ, & cathedras uendẽtium colũbas euertit. Et dixit eis: Scriptũ est, Domus mea, domus oratiõis uocabitur, uos autẽ fecistis illã spelũcam latronũ. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in tẽplo & sanauit eos. Videntes autẽ principes sacerdotũ & scribæ, mirabilia quæ fecit: & pueros clamãtes in tẽplo, & dicẽtes: Osanna filio Dauid, indignati sunt. Et dixerũt ei: Audis qd isti dicũt? Iesus autẽ dixit eis. Vtiq;. Nunq; legistis, qa ex ore infantium

Christus asinã uectus Ierusalem, nummulariorum mẽsas subuertit, maledicit ficui, pharisæorum quæstionem quæstione diluit, arguit parabolis

Marc. 11 a
Luc. 19 c
Zach. 9 b
Esaiæ. 62 e

Psalm. 117 e

3. Reg. 8 d
Esaiæ 56. b
Hierem. 7 a

Psalm.84 infantium & lactẽtium perfecisti laudem? Et relictis illis, exijt è ciuitate in Bethaniam, & di uersatus est illic. Mane autẽ reuertens in ciuita
Luc.13 a tem, esurijt. Et cũ uidisset fici arborem unã in uia, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi fo/ lia tantum: & ait illi: Ne post hac ex te fructus nascatur in æternũ. Et arefacta est cõtinuo fi/ cus. Et eo uiso discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo exaruit ficus? Respon/
Matth.17 c dẽs autẽ Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si ha/
Luc.17 a bueritis fidẽ, & nõ hæsitaueritis, non solũ hoc quod accidit ficui facietis, uerũ etiam si monti huic dixeritis, tollere et proijce te in mare, fiet. Et omnia quęcunq; petieritis in deprecatione
Ioã.14.15.16 credentes, accipietis. Et cũ uenisset in templũ,
Luc.20 a accesserũt ad eum docentẽ principes sacerdo/ tum & seniores populi, dicẽtes: Qua autorita/ te hæc facis? & quis tibi dedit istã autoritatẽ? Respõdens autẽ Iesus, dixit eis: Interrogabo uos & ego quiddã: quod si dixeritis mihi, & e/ go uobis dicã qua autoritate hęc faciã. Baptis mus Ioannis unde erat? è cœlo an ex homini/ bus? At illi cogitabant apud se, dicẽtes: Si di/ xerimus è cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Sin autẽ dixerimus ex homini
Sup.14 a bus, timemus turbam. Omnes enim habẽt Io annẽ ut prophetã. Et respondẽtes Iesu, dixe/ runt: Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico uobis qua autoritate hæc faciã. Quid autẽ uo bis uidetur? Homo habebat duos filios, & ac cedẽs ad priorẽ dixit: Fili, uade hodie operare in uinea mea. Ille autẽ respõdens ait: Nolo, po stea uero pœnitẽtia motus, abijt. Accedẽs au tem ad alterum, dixit similiter. At ille respon/ dens ait: Ego domine, & nõ abijt. Vter è duo/ bus fecit quod uoluit pater? Et dicũt ei, prior. Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, quod publi cani & meretrices præcedũt uos in regnũ dei.
Sap.3 Venit enim ad uos Ioãnes per uiã iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autẽ & meretrices crediderũt ei. Vos autẽ cũ uidissetis nõ fuistis cõmoti pœnitentia postea, ut crederetis ei. A/
Marc.12 a liam parabolã audite. Homo quidã erat pa/ terfamilias, qui plantauit uineã, & sepem cir/ cũdedit ei: & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, ac peregre pro/ fectus est. Cum autem tẽpus fructuũ appro pinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperẽt fructus ipsius. Et agricolæ apprehẽ sis seruis eius, alium ceciderunt, alium occide/ runt

infantium & lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatẽ in Betha/ niam: ibiq; mansit. Mane autẽ reuertens in ci/ uitatem, esurijt. Et uidens fici arborem unam secus uiã: uenit ad eam: & nihil inuenit in ea ni si folia tantũ. Et ait illi: Nunq; ex te fructus na scatur in sempiternũ: & arefacta est continuo ficulnea. Et uidentes discipuli, mirati sunt, dicẽ tes: Quomodo cõtinuo aruit? Respondẽs au/ tem Iesus, ait eis: Amen dico uobis: si habueri/ tis fidem & non hæsitaueritis: nõ solum de fi/ culnea facietis: sed & si mõti huic dixeritis: tol/ le & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credẽtes, accipietis. Et cũ uenisset in tẽplum, accesserunt ad eum docen/ tem principes sacerdotũ & seniores populi, di centes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatẽ? Respondens autem Ie sus dixit eis: Interrogabo uos & ego unum ser monẽ, quem si dixeritis mihi, & ego uobis di/ cam in qua potestate hęc facio. Baptismus Io annis unde erat, è cœlo an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet nobis: Quare ergo nõ credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, time/ mus turbam. Omnes enim habebant Ioan/ nem sicut prophetam. Et respondẽtes Iesu, di xerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego di/ co uobis in qua potestate hæc facio. Quid au tẽ uobis uidetur? Homo quidã habebat duos filios, & accedens ad primũ, dixit: Fili, uade ho die operari in uineã meã. Ille autẽ respõdens, ait: Nolo. Postea autẽ pœnitẽtia motus abijt. Accedens autẽ ad alterũ, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo domine: Et non iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatẽ patris? Et dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, qa publicani & meretrices præcedent uos in re/ gno dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iu sticiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei, uos autem uidẽtes nec pœnitentiã habuistis postea ut crederetis ei. Aliam parabolã audite: Homo erat paterfa milias qui plantauit uineã & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropin quasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acci/ perent fructus eius. Et agricolæ apprehen/ sis seruis eius, alium ceciderunt, alium occide/ runt

C D

runt, alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Reuerebuntur filium meũ. Agricolæ autem uiso filio, dixerunt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt ex uinea, & occiderunt. Cũ ergo uenerit dominus uineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Mali cum sint, male perdet illos: & uineã suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructũ temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nũquã legistis in scripturis: Lapidem quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum, confringetur, super quem uero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum ac pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de se diceret. Et quærẽtes illi manus inijcere, timuerunt turbas, quoniã tanquam prophetam eum habebant. Et respondens Iesus, iterum dixit eis per parabolas, & ait:

A Simile factum est regnum cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & emisit seruos suos, ut uocarẽt inuitatos ad nuptias, et nolebãt uenire. Rursus emisit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prãdium meum paraui, tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autẽ neglexerũt, & abierũt, alius in uillã suam, alius uero ad negociationem suã. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cũ audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorum succendit. Tũc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ paratæ sunt, sed qui inuitati erant nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarũ, & quotcunque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, cõgregauerunt omnes quotquot inuenerũt, malos pariter ac bonos, & impletæ sunt nuptiæ discũbentibus. Ingressus autem rex ut uideret discumbentes, ubi uidit illic hominem nõ uestitum ueste nuptiali,

B ait illi. Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores, ibi erit

runt, alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: uerebuntur forte filium meum. Agricolæ autẽ uidentes filium, dixerunt intra se. Hic est hęres, uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerũt extra uineã, & occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet, & uineam suã locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illi Iesus: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. A domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum cõfringetur, super quem uero ceciderit, conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotũ & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetã eum habebant. Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens. CAP. XXII

Psalm.117 e

Zacha.12 a

Daniel.2 e

Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos, dicẽs: Dicite inuitatis: Ecce prãdium meum paraui, tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata, uenite ud nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in uillã suam, alius uero ad negociationem suam. Reliqui uero tenuerũt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autẽ cum audisset iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunque inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, cõgregauerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit

De uocatis ad nuptias, censu Cæsaris, Saducæorũ quæstione, præceptorum maximo: & cuius filius sit Christus.

Luc.14 b

Eraſmi

Sup.13 f
Infra 20 b
Marc.12 d
Luc.20 c
Ioann.7 d

erit fletus & ſtridor dētium. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi. Tunc abeūtes phariſæi cōſiliū ceperūt, ut illaquearent eū in ſermone. Et ad illum emittunt diſcipulos ſuos cū Herodianis, dicentes: Magiſter ſcimus quod uerax ſis, & uiam dei in ueritate doceas, neq; cures quenquam. Non enim reſpicis perſonam hominū. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet cenſum dari Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus malicia eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quę ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et his auditis, mirati ſunt: & omiſſo eo abierunt. In illo die acceſſerunt ad eum Sadducęi, qui dicūt non eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt

Deute.25.a

eum, dicentes: Magiſter, Moſes dixit, ſi quis mortuus fuerit, non habens filiū, ut ducat frater eius uxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erāt autē apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ducta defunctus eſt, ac nō habēs ſemen, reliquit uxorem ſuam fratri ſuo, ſimiliter ſecundus & tertius uſq; ad ſeptimum. Nouiſſime autem omniū defuncta eſt & mulier. In reſurrectione ergo cuius è ſeptem illis erit uxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſciētes ſcripturas neq; uirtutē dei. In reſurrectione enim neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, ſed ſunt ſicut angeli dei in cœlo. De reſurrectione uero mortuorum, non legiſtis, quod

Exod.3 a

uobis dictum eſt à deo qui ait: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob? Deus non eſt deus mortuorum, ſed uiuentium. Et cum audiſſent turbæ, ſtupuerunt de doctrina eius. Phariſæi autem cū audiſſent, quod obturaſſet os Sadducæis, cōuenerunt in unum, & interrogauit eū unus ex eis legis doctor quiſpiam, tentans eum & dicens: Magiſter quod

Deut.6.30

eſt mandatū magnū in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua: Hoc eſt

Leuit.19 c
Roma.13 b

primū & magnum mandatū. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximū tuū perinde atq; teipſum. In his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent. Congregatis autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid uobis uidetur de Chriſto? cuius filius eſt

Vulgata

erit fletus & ſtridor dentium. Multi autē ſunt uocati, pauci uero electi. Tunc abeuntes phariſæi, conſilium inierūt ut caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter ſcimus quia uerax es: & uiam dei in ueritate doces: & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur: Licet cenſum dari Cæſari, aut nō? Cognita autem Ieſus nequitia eorū, ait: Quid me tentatis Hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cēſus. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cęſari, & quę ſunt dei deo. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierūt. In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi qui dicunt nō eſſe reſurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes dixit, ſi quis mortuus fuerit non habens filium ut ducat frater eius uxorem illius & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres, & primus uxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen, reliquit uxorem ſuā fratri ſuo. Similiter ſecundus, & tertius uſq; ad ſeptimum. Nouiſſime autem omniū & mulier defuncta eſt: In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondens autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas neq; uirtutem dei. In reſurrectione enim neq; nubent neq; nubētur, ſed erunt ſicut angeli dei in cœlo. De reſurrectione autem mortuorū non legiſtis quod dictū eſt à deo dicente uobis: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac & deus Iacob. Non eſt deus mortuorum, ſed uiuentium. Et audientes turbæ mirabantur de doctrina eius. Phariſæi autem audientes quod ſilentium impoſuiſſet Saducæis, conuenerunt in unum: & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundū autem ſimile eſt huic: Diliges proximū tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ. Congregatis autē phariſęis, interrogauit eos Ieſus dicēs: Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius eſt

est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos subsellium pedum tuorum. Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare.

A TVnc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicēs: In cathedra Moysi sedēt scribæ & pharisæi: Omnia ergo quæcunque iusserint uos seruare seruate, & facite: secundū uero opera eorum nolite facere, Dicunt enim, & non faciunt. Colligant enim onera grauia, difficiliaque portatu, & imponunt in humeros hominū, cæterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciūt in hoc, ut spectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorū. Amantque primos accubitus in cœnis, & primo sedere loco in cōciliis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi: unus est enim magister uester, nempe Christus: omnes autē uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis in terra: unus enim pater uester, qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, unus enim uester est magister, nempe Christus. Qui maximus est uestrū, erit minister uester. Qui autem se exal-B tauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur. Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnū cœlorum ante homines, uos enim non intratis, nec aduenientes sinitis intrare. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos uiduarum. Idque prætextu prolixæ precationis, propter hoc grauius puniemini. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filiū gehēnæ duplo magis quam uos estis. Væ uobis duces cæci, quia dicitis: quicunque iurauerit per tēplum, nihil est: qui autē iurauerit per aurū templi, reus est. Stulti & cæci. utrū enim maius est, aurū, an templū, quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit per altare nihil est: quicūque autē iurauerit per donū, quod est super illud, reus est. Stulti ac cæci. utrum enim maius est, donū, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurauerit

est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respōdere uerbum: neque ausus fuit quisquā ex illa die eum amplius interrogare.

Psalm. 109 d

CAPVT XXIII

TVnc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcūque dixerint uobis seruate & facite, secundum opera uero eorum nolite facere: Dicunt enim, & non faciunt. Alligāt autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt ut uideātur ab hominibus. Dilatāt enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amāt autem primos recubitus in cœnis: & primas cathedras in synagogis: et salutationis in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autē nolite uocari rabbi. Vnus est enim magister uester: omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram. Vnus est enim pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Qui maior est uestrum, erit minister uester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos uiduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm uos. Væ uobis duces cæci, qui dicitis: quicunque iurauerit per templum nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti & cæci: quid enim maius est aurum, an templum quod sanctificat aurum. Et quicunque iurauerit in altari, nihil est: quicunque autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci: quid enim maius est: donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat

Describit et arguit uitam ac doctrinā pharisæorum & scribarum

Luc. 11 d

Marc. 12 d

Luc. 20 e

Iacob. 3 d

Luc. 14. 18. b

Luc. 20 e

iurauerit per altare iurat per ipsum, & per omnia quæ super illud sunt. Et qui iurauerit per templum iurat per illud & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurauerit per cœlũ, iurat per thronũ dei, & per eum qui sedet super illũ. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethũ, & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam ac fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelũ autem glutientes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q̃a purgatis exteriorem poculi patinæq; partem, cæterũ intus plena sunt rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, purga prius quod est intra poculũ & patinam ut & exteriores horũ partes puræ reddantur. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparẽt speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, omniq; spurcitia. Sic & uos, foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione & iniquitate. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritę, quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis uobismetipsis, quod filij sitis eorum, qui prophetas occiderunt. Vos quoq; implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, progenies uiperarum, quomodo effugietis iudiciũ gehẽnæ? Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes et scribas, & illorum aliquot occidetis crucifigetisq;, & illorũ nõnullos flagellabitis in synagogis uestris, & p̃sequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, q̃ effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos: quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta: Dico enim uobis: haudquaquam me uidebitis post hac, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Matth. 5 d
Tit. 1 c
Matth. 10 b
Ioann. 16 a
Gene. 4 b
2. Par. 24 d
4. Esd. 1 c
Psalm. 68 d

Et egressus

iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno dei, & in eo qui sedet super eum. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritę, qui decimatis mẽtham & anethum & cyminum: & reliquistis quę grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem Hæc oportuit facere: & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem: camelum autem glutientes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui mundatis quod de foris est calicis & parapsidis: intus autem pleni estis rapina & immundicia. Pharisæe cæce munda prius quod intus est calicis & parosipdis, ut fiat & id quod de foris est mundum. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis: quæ à foris parent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis uobismetipsis: quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes, genimina uiperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico uobis: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis uestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatem, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachię: quem occidistis inter templum & altare. Amẽ dico uobis uenient hęc omnia super generationẽ istã. Hierusalẽ Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos q̃ ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis: non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

C
D

CAPVT XXIIII

Et egressus

A ET egressus Iesus discedebat à templo: & accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei structuras templi. Iesus autē dixit illis: Non ne uidetis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur. Sedente autem eo in monte oliuarum, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus, dixit eis: Videte, ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosq; seducent. Audituri enim estis bella, & rumores bellorum, uidete ne turbemini: Oportet enim omnia fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens contra gentē, & regnum contra regnū: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus singulis locis. Hæc autem omnia initia sunt dolorū. Tunc tradent uos in afflictionem, & occident uos, & eritis inuisi cūctis gentibus propter nomen meū. Et tunc offendiculum patientur multi, & alius aliū inuicem tradent, seq; odio habebunt inuicem. & multi pseudoprophetæ surgent, ac seducent multos, & quoniam abūdabit iniquitas refri-B gescet charitas multorū. Qui autem perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Et prędicabitur hoc euangeliū regni in uniuerso orbe in testimoniū omnibus gentibus, & tunc ueniet consummatio. Cū ergo uideritis abominationem desolatiōis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantē in loco sancto: q legit, intelligat: tūc qui in Iudæa sunt, fugiāt ad mōtes: qui in tecto, nō descendat ut tollat quicq; de domo sua. & q in agro, nō reuertatur ut tollat uestes suas. Væ autē prægnātibus & lactātibus in illis diebus. Orate autē, ut non fiat fuga uestra hyeme, neq; sabbato. Erit em̄ tūc afflictio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi ad hoc usq; tēpus, neq; fiet. Et nisi decurtati fuissent dies illi, nō fieret salua om̄is caro: sed ꝓpter electos decurtabūtur dies illi. Tūc si qs uobis dixerit: ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgēt em̄ pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabūt signa magna & ꝓdigia: ita ut in errorē inducātur, si fieri posiit, etiā electi. Ecce ꝑdixi uobis. Si ergo dixerint uobis ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut em̄ fulgur exit aboriente, & apparet usq; in occidentē: ita erit aduētus filij hoīs.

Vbicunq;

ET egressus Iesus de templo ibat: Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia: Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidē qui nō destruatur. Sedente autē eo super mōtem Oliueti, accesserunt ad eū discipuli eius secreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod signum aduentus tui & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducēt. Audituri enim estis prælia & opiniones præliorū: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondū est finis. Cōsurget enim gens cōtra gentem, & regnū in regnum, & erunt pestilentiæ & fames & terræmotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorū. Tunc tradēt uos in tribulationem: & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meū. Et tūc scandalizabūtur multi: & inuicē tradent: & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent & seducent multos: & quoniā abūdabit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Qui autem perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in uniuerso orbe in testimoniū omnibus gentibus: & tūc ueniet consummatio. Cū ergo uideritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta stantē in loco sancto: q legit, intelligāt. Tūc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes: & qui in tecto, non descendat tollere aliqd de domo sua: & qui in agro nō reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi usq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabūtur dies illi. Tunc si quis uobis dixerit: ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorē inducātur, si fieri potest, etiā electi: Ecce prędixi uobis. Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut em̄ fulgur exit ab oriēte & paret usq; in occidentē, ita erit & aduentus filij hominis.

Excidiū Hierosolimitanū, & diē cōsummationis docet discipulos, hortaturq; ad uigilantiam Marc.13 a Luc.23 a

Colo.2 c

4. Esd.15 c

Sup.10 b Ioann.16 d

Daniel.9 e

Daniel.12 a

Luc.17 a

 Vbicunq;

Iohel.2.b Daniel.2.b Esa.40.a.50.b Gene.6.7 Infra.26.a Luc.12.d Prouer.13.b

Vbicũq; enim fuerit cadauer, illic congregabũtur & aquilæ. Statim autem post afflictionem dierum illorum sol obscurabitur: & luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filiũ hominis uenientē in nubibus cœli cũ uirtute & gloria multa. Et mittet angelos suos, cũ tubæ uoce magna: & congregabunt electos eius à quatuor uentis à summis cœlorum usq; ad terminos eorũ. Ab arbore autē fici discite similitudinem: cum iam ramus eius tener fuerit & folia fuerint enata, scitis quod prope sit æstas. Ita & uos, cum uideritis hæc omnia, scitote quod prope sit in foribus. Amen dico uobis, non præteribit ætas hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt. Cæterum de die illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum, nisi pater meus solus. Sed sicut erant dies Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt diluuium, edentes & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes, usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam: & non cognouerunt, donec uenisset diluuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ molentes in mola, una assumitur, & altera relinquitur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote, si scisset paterfamilias, qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, & non siuisset perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati: quia qua hora non putatis, ea filius hominis uenturus est. Quisnam est fidelis seruus & prudēs, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det illis cibum in tempore? Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem: Amen dico uobis, super omnia bona sua constituet eũ. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebrijs, ueniet dominus serui illius in die, quo non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit ploratus & stridor dentium.

Tunc

C Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur: & luna non dabit lumen suum: & stellæ cadent de cœlo: & uirtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parebit signũ filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filiũ hominis uenientē in nubibus cœli cũ uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis à summis cœlorũ usq; ad terminos eorum. Ab arbore autē fici discite parabolã, cũ iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis, qa prope est æstas. Ita & uos cũ uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amē dico uobis quia non præteribit generatio hęc: donec omnia fiant. Cœlum & terra transibũt: uerba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit: neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradētes usq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec uenit diluuiũ & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Tũc duo erũt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur. Duæ molentes in mola, una assumetur, & una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur, & alter relinquetur. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autem scitote, quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset, uigilaret utiq;, & nõ sineret perfodi domũ suam. Ideo & uos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens quē constituit dominus supra familiã suam, ut det illis cibũ in tempore? Beatus ille seruus, quem cũ uenerit dominus eius inuenerit sic facientē. Amen dico uobis, quoniã super omnia bona sua constituet eũ. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit dñs meus uenire, & cœperit percutere conseruos suos: manducet autem & bibat cũ ebriosis, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat: & hora qua ignorat: & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium. D

CAPVT XXV

Tunc

A TVnc ſimile fiet regnum cœlorum decem uirginibus, quæ ſumptis lãpadibus ſuis, exierunt in occurſum ſponſo. Quinq; autẽ ex eis erant fatuę,& quinq; prudentes. Quę erãt fatuę acceptis lampadibus ſuis,nõ ſumpſerãt oleum ſecum. Prudentes uero ſumpſerant oleum in uaſis ſuis unà cum lampadibus. Tardãte uero ſponſo,dormitauerunt omnes,ac dormierunt. Porrò medio noctis clamor factus eſt:ecce ſpõſus uenit,exite obuiam ei. Tũc ſurrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerũt lampades ſuas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt:Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. At reſpõderunt prudentes,dicẽtes:Nequaq;, ne non ſufficiat nobis & uobis:ſed ite potius ad eos, qui uendunt,& emite uobiſipſis. Porrò dum irẽt emptum,uenit ſponſus,& quæ paratæ erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias,clauſaq; eſt ianua. Poſtea uero ueniunt & reliquæ uirgines,dicẽtes:Domine,domine,aperi nobis. at ille reſpõdens ait:Amen dico uobis,nõ noui uos. Vigilate itaq;,quia neſcitis diẽ neq; horam, in qua filius hominis ueniet. Sicut enim homo quidam peregre proficiſcẽs,uocauit ſeruos ſuos, B & tradidit illis bona ſua & huic quidem dedit quinq; talenta,alij autẽ duo,alij uero unũ,unicuiq; ſecundũ propriam facultatem, & profectus eſt ſtatim. Abijt autẽ qui quinq; talenta acceperat,& negociatus eſt per ea,& confecit altera quinq; talenta. Similiter & q duo acceperat,lucratus eſt & ipſe altera duo. Qui autẽ unum acceperat,abiẽs fodit in terrã,& abſcõdit pecuniã domini ſui. Poſt multũ uero tẽporis uenit dominus ſeruorum illorũ,& ponit rationem cũ eis. Et accedens is qui quinq; talenta acceperat,attulit altera quinq; talẽta, dicẽs: Domine,quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce altera quinq; talenta lucratus ſum per ea. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te cõſtituã,intra in gaudiũ domini tui. Accedẽs autẽ & qui duo talenta acceperat,ait:Dñe, duo talẽta tradidiſti mihi,ecce alia duo lucratus ſum per ea. Ait illi dñs eius: Euge ſerue bone & fidelis,ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cõſtituã,intra in gaudiũ dñi tui. Accedẽs autẽ & qui unũ talentũ acceperat,ait:Domine,nouerã te quod homo durus ſis,metens ubi non ſeminaſti,& inde congregãs ubi non ſparſiſti, ac territus

TVnc ſimile erit regnum cœlorum decem uirginibus,quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiã ſponſo & ſponſæ. Quinq; autem ex eis erãt fatuæ, & quinq; prudentes: Sed quinq; fatuæ acceptis lãpadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes uero acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lãpadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerũt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt:ecce ſponſus uenit:exite obuiã ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illæ,& ornauerunt lampades ſuas. Fatuę autem ſapientibus dixerunt:Date nobis de oleo ueſtro, q̃a lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes dicentes: Ne forte non ſufficiat nobis & uobis,ite potius ad uendentes & emite uobis. Dum autẽ irent emere, uenit ſpõſus,& quæ paratæ erant intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime uero ueniunt & reliquę uirgines,dicentes: Domine domine,aperi nobis. At ille reſpondens ait:Amen dico uobis,neſcio uos. Vigilate itaq; q̃a neſcitis diem neq; horã. Sicut enim homo peregre proficiſcens uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et uni dedit quinq; talẽta, alij autem duo,alij uero unum, unicuiq; ſecũdum propriam uirtutem,& profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat et operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;. Similiter qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autem unum acceperat,abiens fodit in terram,& abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt multum uero temporis uenit dominus ſeruorum illorũ, et poſuit rationem cum eis: Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta dicens:Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine,duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio quia homo durus es: metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti, & timens

Similia de decẽ uirginibus, domino peregre proficiſcẽte,deq; poſtremo Chriſti aduentu

Sup.7 b
Luc.6 c
Sup.24 d
Marc.13 d
Luc.12.21
Luc.19 a

ac territus abij, abscondiq́ talentum tuum in terra: Ecce habes quod tuum est. respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quod metam ubi non seminaui, & congregem illinc ubi non sparsi: Oportuit ergo te committere pecuniā meam mensarijs, & ueniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit. Qui uero non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium. Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, & cōgregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autē à sinistris. Tūc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab exordio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi edere. Sitiui, & dedisti mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus, aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autē te uidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te, aut quando te uidimus infirmū aut in carcere, & uenimus ad te? Et respōdens rex dicet illis: Amen dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi cibū. Sitiui, & non dedistis mihi potum, Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus & in carcere eram, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & nō ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicēs: Amen dico uobis, quatenus non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternū, iusti uero in uitam æternam.

Matth. 13 b
Mar. 4 c
Lucæ 8.19
Ezech. 34 c
Esa. 58 b
Ezech. 18 a
Psalm. 6 b
Esaiæ 30 f
Daniel. 7 b

Et factum

& timens abij & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuū est. Respondēs autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger: sciebas quia meto ubi non semino: & congrego ubi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, & ueniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaq; ab eo talentum: & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur & abundabit, ei autem qui non habet, & quod uidetur habere auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentiū. Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes: & separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autē à sinistris. Tūc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à cōstitutione mūdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: Infirmus & uisitastis me: In carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem, & pauimus te: sitientem, & dedimus tibi potū? Quādo autem te uidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te, aut quādo te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amē dico uobis, quādiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet rex & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare Sitiui & non dedistis mihi potum, Hospes eram, & non collegistis me, Nudus, & non operuistis me, Infirmus & in carcere eram, & non uisitastis me. Tunc respōdebunt ei & ipsi, dicentes: Domine quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respōdebit illis, dicens: Amen dico uobis, quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū æternum, iusti autem in uitam æternam.

CAPVT XXVI

Et factum

A ET factum est cū consummasset Iesus ser-
mones hos omnes, dixit discipulis suis:
Scitis quod post biduū pascha fit, & filius ho
minis traditur ut crucifigatur. Tūc cōgregati
sunt principes sacerdotū & scribæ & seniores
populi in atriū principis sacerdotū, qui diceba
tur Caipha, & consiliū inierūt, ut Iesum dolo
caperēt, & occiderent. Dicebāt autem: Nō in
die festo, ne tumultus fiat in populo. Cū autē
Iesus esset in Bethania in domo Simonis le-
prosi, accessit ad eū mulier, habēs alabastrum
unguēti preciosi, & effudit super caput ipsius
recūbentis. Videntes autē discipuli indignati
sunt, dicētes: Ad quid perditio hæc? Potuit e-
nim istud unguētum uenūdari magno & da-
ri pauperibus. Eo autē cognito, Iesus ait illis:
Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonū
operata est erga me. Nā semper pauperes ha
betis uobiscum, me uero nō semper habetis.
Quod eñ hæc unguentū hoc misit super cor
pus meū, ad sepeliendū me fecit. Amen dico
uobis, ubicunqꝫ prædicatū fuerit hoc euange
liū in toto mundo, hoc quoqꝫ quod hæc fecit
B narrabitur in memoriā ipsius. Tūc abijt unus
de duodecim, q dicebatur Iudas Iscariotes, ad
principes sacerdotū, & ait illis: Quid uultis mi
hi dare, & ego uobis tradā illum? At illi cōsti-
tuerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tēpore
quærebat oportunitatē ut eū traderet. Cæte-
rū primo die azymorū accesserūt discipuli ad
Iesum dicētes ei: Vbi uis paremus tibi ad edē
dum pascha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad
quendā, dicite ei: Magister dicit, Tēpus meū
prope est, apud te facio pascha cum discipulis
meis. Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis Ie
sus, & parauerūt pascha. Vespere autē facto,
discūbebat cū duodecim, & edentibus illis, di-
xit: Amen dico uobis: quod unus uestrum me
proditurus est. Et mœsti redditi uehementer,
cœperūt singuli dicere ei: Num ego sum dñe?
At ipse respōdens ait: Qui intinxit mecū ma-
nū in catino, hic me proditurus est. Filius qui-
dem hominis uadit, sicut scriptum est de illo:
Væ autē homini illi per quem filius hominis
C proditur: bonū erat ei, si natus non fuisset ho-
mo ille. Respōdens autē Iudas q tradidit eū,
dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti.
Vescentibus autē eis, accepit Iesus panem, &
cū egisset gratias, fregit, deditqꝫ discipulis, &
ait: Accipite, comedite, hoc est corpus meū. Et
accepto

ET factum est cum consummasset Iesus
sermones hos omnes, dixit discipulis su-
is: Scitis quia post biduū pasca fiet, & filius ho
minis tradetur ut crucifigatur. Tūc congrega
ti sunt principes sacerdotū & seniores populi
in atriū principis sacerdotū, q dicebatur Cai-
phas, & consiliū fecerunt ut Iesum dolo tene-
rent & occiderēt. Dicebāt autem: Nō in die fe
sto, ne forte tumultus fieret in populo. Cum
autem Iesus esset in Bethania in domo Simo
nis leprosi, accessit ad eū mulier habens alaba
strum unguēti preciosi, & effudit super caput
ipsius recūbentis. Videntes autē discipuli, indi
gnati sunt, dicētes: Vt quid perditio hæc? Po-
tuit enim istud uenundari multo, & dari pau-
peribus. Sciens autē Iesus, ait illis: quid mole-
sti estis huic mulieri? Opus enim bonū opera
ta est in me. Nā semper pauperes habebitis
uobiscū, me autē nō semper habebitis. Mittēs
enim hæc unguentū hoc in corpus meū, ad se
peliendū me fecit. Amen dico uobis, ubicūqꝫ
prædicatū fuerit hoc Euangeliū in toto mun-
do, dicetur quod hæc fecit in memoriā eius.
Tunc abijt unus de duodecim qui dicebatur
Iudas Scarioth ad principes sacerdotū, & ait
illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum
tradam? At illi constituerunt ei triginta argen
teos. Et exinde quærebat oportunitatē ut eū
traderet. Prima autem die Azymorū accesse-
runt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis pare
mus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite
in ciuitatem ad quendā & dicite ei: Magister
dicit: Tempus meum prope est, apud te facio
pascha cum discipulis meis. Et fecerunt disci-
puli sicut constituit illis Iesus & parauerūt pa-
scha. Vespere autē facto discūbebat cū duo-
decim discipulis suis: & edentibus illis, dixit:
Amen dico uobis, quia unus uestrum me tra-
diturus est. Et contristati ualde, cœperunt sin-
guli dicere: Nunquid ego sum domine? At i-
pse respōdens, ait: Qui intingit mecū manū in
paropside, hic me tradet. Filius quidem homi
nis uadit sicut scriptum est de illo. Væ autem
homini illi per quē filius hominis tradetur. Bo
nū erat ei, si natus nō fuisset homo ille. Respō
dens autē Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nun-
quid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti: Cœ-
nātibus autem eis, accepit Iesus panem & be-
nedixit ac fregit, deditqꝫ discipulis suis & ait
Accipite & comedite, hoc est corpus meū. Et
accipiens

Christus ungitur, instituit cœnā dominicā, orat proditus à Iuda capitur, ducitur ad Caiphā, & abnegat eum Petrus

Marc. 14. a
Luc. 22. a
Ioā. 11. 12. 13. 18
Luc. 7. d
Ioann. 12
Deut. 15. b
Ioann. 13. a
1. Cor. 11. e

accepto poculo,gratijs actis,dedit illis, dicēs:
Bibite ex hoc oēs:Hic est em̄ sanguis meus q
est noui testamenti,qui pro multis effunditur
in remissionē peccatorū. Dico autē uobis, nō
bibā posthac ex hoc fructu uitis usq; in diē il
lū, cū illud bibā uobiscū nouū in regno patris
mei.Et cū hymnū cecinissent,exierūt in mon/
tem oliuarū. Tunc dicit illis Iesus:Omnes uos
Zacha.13 b
offendiculū patiemini mea causa in nocte hac
Scriptum est enim:Percutiam pastorē, & di/
spergentur oues gregis. Postq; autem resur/
rexero, præcedam uos in Galilæam.Respon/
dens autem Petrus,ait illi: Et si omnes offen/
diculum passi fuerint tua causa,ego tamē nun
quam offendiculum patiar.Ait illi Iesus:Amē
dico tibi,quod in hac nocte anteq; gallus can
tet,ter me negabis. Ait illi Petrus : Etiam si o/
portuerit me mori tecū,non te negabo.Simi/
liter & omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit
Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethse/
mane,& dixit discipulis: Sedete hic donec ua/
dam & orem illic.Et assumpto Petro & duo/
bus filijs Zebedæi,cœpit affici dolore & mœ
stitudine. Tunc ait illis Iesus: Mœsta est ani/
ma mea usq; ad mortē,manete hic & uigilate
mecum.Et progressus pusillum,procidit in fa
ciē suam,orans ac dicens:Pater mi, si possibi/
le est,transeat à me calix iste: ueruntamen nō
sicut ego uolo,sed sicut tu.Et uenit ad discipu
los, & reperit eos dormientes, & dicit Petro
Adeo non potuistis una hora uigilare mecū?
Galat.5 e
Vigilate & orate ne intretis in tentationē.Spi
ritus quidem promptus est,at caro infirma.
Rursus altera uice abijt,& orauit, dicens: Pa/
ter mi,si non potest hoc poculū transire à me,
nisi bibam illud,fiat uoluntas tua.Et uenit, &
reperit eos iterū dormientes.Erant enim oculi
eorum grauati.Et relictis illis,iterū abijt,& o/
rauit tertio,eundem sermonē dicens. Tūc ue/
nit ad discipulos suos,& dicit illis: Dormite iā
& requiescite,ecce appropinquauit hora, & fi
lius hominis traditur in manus peccatorum.
Ioann.18 a
Surgite eamus, ecce appropinquauit qui me
tradit.Adhuc eo loquēte, ecce Iudas unus de
numero duodecim uenit,& cū eo turba mul/
ta cum gladijs & fustibus,missi à principibus
sacerdotū,& senioribus populi.Is uero q pro/
debat eum,dedit illis signū dicens:Quēcunq;
osculatus fuero,ipse est,tenete eum.Et confe/
stim accedens ad Iesum.dixit: Aue rabbi. Et
osculatus

accipiens calicē gratias egit,& dedit illis dicēs:
Bibite ex hoc omēs.Hic est em̄ sanguis meus
noui testamenti,q pro multis effundetur in re
missionē peccatorū.Dico autē uobis:nō bibā
amodo de hoc genimine uitis usq; in diē illū
cū illud bibā uobiscum nouum in regno pa/
tris mei.Et hymno dicto, exierūt in montem
oliueti.Tunc dicit illis Iesus:Omnes uos scan/
dalum patiemini in me in ista nocte. Scriptū
est enim : Percutiam pastorem & dispergen/
tur oues gregis. Postquam autem resurrexe/
ro,præcedam uos in Galilæam. Respondens
autem Petrus, ait illi. Etsi omnes scandalizati
fuerint in te: ego nunquam scandalizabor.
Ait illi Iesus : Amen dico tibi quia in hac no/
cte antequam gallus cantet, ter me negabis.
Ait illi Petrus:Etiam si oportuerit me mori te
cum,non te negabo.Similiter & omnes disci/ D
puli dixerunt.Tunc uenit Iesus cum illis in uil/
lam quæ dicitur Gethsemani,& dixit discipu/
lis suis.Sedete hic donec uadam illuc & orem.
Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedęi
cœpit contristari & mœstus esse.Tunc ait illis:
Tristis est anima mea usq; ad mortem: Susti
nete hic & uigilate mecum. Et progressus pu/
sillum,procidit in faciem suam orans & dicēs:
Pater mi,si possibile est transeat à me calix i/
ste. Veruntamen non sicut ego uolo,sed sicut
tu uis. Et uenit ad discipulos suos, & inuenit
eos dormientes:& dicit Petro:Sic non potui/
sti una hora uigilare mecum? Vigilate & ora/
te,ut non intretis in tentationem. Spiritus qui
dem promptus est:caro autem infirma. Iterū
secundo abijt & orauit,dicens: Pater mi,si nō
potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat
uoluntas tua. Et uenit iterum, & inuenit eos
dormientes.Erant enim oculi eorum grauati.
Et relictis illis, iterū abijt & orauit tertio eun/
dem sermonē, dicens: Tunc uenit ad discipu/ E
los suos,& dixit illis:Dormite iam & requiesci
te:ecce appropinquabit hora, & filius homi/
nis tradetur in manus peccatorū. Surgite ea/
mus,ecce appropinquabit qui me tradet.Ad/
huc eo loquente, ecce Iudas unus de duode/
cim uenit,& cum eo turba multa cum gladijs
& fustibus,missi à principibus sacerdotum &
senioribus populi. Qui autem tradidit eum,
dedit illis signum,dicens: Quemcunq; oscula
tus fuero,ipse est, tenete eum. Et confestim
accedens ad Iesum, dixit : Aue rabbi. Et
osculatus

osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice ad quid ades? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Iesu, extẽdens manum, exemit gladiũ suum, & percutiẽs seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quod non possum nũc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? F Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quod sic oportet fieri. In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronẽ existis cũ gladijs & fustibus ad comprehendendum me: quotidie apud uos sedebam docens in templo, & non me cepistis? Hoc autem totũ factũ est ut cõplerentur scripturæ prophetarũ. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehẽsum Iesum duxerũt ad Caiaphã principem sacerdotũ, ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum procul usq; ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cũ ministris, ut uideret finẽ. Principes autem sacerdotũ & seniores, & totũ concilium quærebant falsum testimoniũ contra Iesum, ut morti eum traderent, & non inueniebant. etiam cũ multi falsi testes accessissent, non inueniebant. Nouissime autem uenerũt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit. Possum destruere templũ dei, & in triduo ædificare illud. Et surgens princeps sacerdotũ, ait illi: Nihil respondes? Cur isti aduersum te testimonium dicũt? Iesus autẽ tacebat. Et respõdens princeps sacerdotũ, ait illi: Adiuro te per deũ uiuentem, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Veruntamẽ G dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum discidit uestimẽta sua dicens: Proloquutus est blasphemiam: quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam eius: quid uobis uidetur? At illi respondentes dixerũt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderũt. alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancillula dicẽs: Et tu cũ Iesu Galilæo eras

osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice, ad quid uenisti? Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculã eius. Tũc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. [Gene.9.d] An putas qa non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri. [Ioann.24 d] In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cũ gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud uos sedebam docens in tẽplo: & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. [Esaie.53] [Psalm.21.69] At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe usq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris ut uideret finẽ. Principes autem sacerdotum & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent. Et non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime aut uenerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit: Possum destruere templũ dei: & post triduũ reædificare illud. [Ioann.2 c] Et surgens princeps sacerdotũ, ait illi: Nihil respõdes ad ea quæ isti aduersum te testificãtur? Iesus autẽ tacebat. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per deum uiuum: ut dicas nobis si tu es Christus filius dei: Dixit illi Iesus: Tu dixisti: Veruntamen dico uobis: amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli. [Dan.7.b] Tunc princeps sacerdotũ scidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Tũc expuerũt in faciẽ eius: & colaphis eũ ceciderũt. [Esa.50 b] Alij autẽ palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras

eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. Cum autem exisset in uestibulum, uidit eum altera ancilla et ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iureiurando: Non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestũ facit. Tũc cœpit execrari & iurare, quod non nosset hominem. Et cõtinuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu, qui dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

De iudicio Pilati, pœnitentia Iudæ, tum de morte & sepultura Christi

Marc.15 a
Luc.23 a
Ioann.18 d

MAne autem facto, consilium inierũt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eũ morti traderent. Et uinctum eum adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tũc uidens Iudas, qui eum prodiderat, quod dãnatus esset, pœnitẽtia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus, dicens Peccaui, prodens sanguinẽ innoxium. At illi dixerunt, quid ad nos? tu uideris. Et proiectis argenteis in tẽplo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autẽ sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonã quia precium sanguinis est. Consilio autẽ inito, emerũt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum, quapropter uocatus est ager ille, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

Hierem.32 b
Zacha.11 c

Tunc impletũ est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentẽ: Et acceperunt triginta argenteos precium ęstimati, quem æstimatum emerunt à filijs Israel: & dederũt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Nõ audis quam multa aduersum te dicunt testimonia? Et non

Esa.53 b

respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses uehemẽter. In festo autem consueuerat præses turbæ dimittere unum uinctum quem uoluissent. Habebat autem tũc uinctũ insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Vtrum uultis dimittam Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quod propter inuidiã tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit

erat. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeũte autem illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es. Nam et loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominẽ. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu quod dixerat, prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

CAPVT XXVII

A MAne autem facto concilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersum Iesum, ut eum morti traderent. Et uinctum adduxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc uidens Iudas qui eum tradidit quod dãnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam quia precium sanguinis est, concilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorũ, propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis usq; in hodiernum diem. Tunc

B impletũ est quod dictũ est per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos preciũ appreciati quem appreciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli sicut cõstituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eũ pręses dicens: Tu es rex Iudęorũ? Dixit illi Iesus: Tu dicis. Et cũ accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respõdit. Tũc dicit illi Pilatus: Nõ audis quãta aduersum te dicũt testimonia? Et nõ respondit ei ad ullũ uerbũ: ita ut miraretur præses uehemẽter. Per diem autem solennẽ consueuerat pręses populo dimittere unũ uinctũ quẽ uoluissent. Habebat autẽ tunc unũ uinctũ insignẽ qui dicebatur Barrabas. Cõgregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quẽ uultis dimittã uobis: Barrabã, an Iesum q dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiã tradidissent eũ: Sedẽte autem illo pro tribunali, misit

C li,misit ad eum uxor eius,dicens: Nihil tibi cũ iusto illo,multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autẽ sacerdotum & seniores persuaserunt turbis,ut peterẽt Barabbam,Iesum uero perderent. Respondens autem præses ait illis: Vtrum uultis uobis è duobus dimittam? At illi dixerunt, Barabbã. Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes,Crucifigatur. Præses autem ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant,dicentes Crucifigatur. Vidẽs autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua,abluit manus coram populo,dicẽs: Innocens ego sum à sanguine huius iusti,uos uideritis.Et respondens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autẽ flagellatum tradidit ut crucifigeretur. tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio,

D congregauerunt ad eum uniuersam cohortem.Et cum exuissent eum,circundederunt ei chlamydem coccinam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in dexteram eius, & genuflexo ante eum,illudebant ei,dicentes: Aue rex Iudæorum. Et cum expuissent in eum, acceperunt harundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei,exuerunt eum chlamydẽ, & induerunt eum uestimentis suis, & abduxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum,nomine Simonem: hunc adegerunt, ut tolleret crucem eius.Et uenerunt in locum, qui dicitur golgotha,quod est caluarię locus.Et dederũt ei acetum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius,sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum ibi. Et imposuerunt super caput eius causam

E ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à dextris,& alter à sinistris. Prætereuntes autem conuitia iaciebant in eum, mouentes capita sua, & dicentes: Tu ille qui destruebas templum,& in triduo ędificabas: serua temet ipsum. Si filius dei es, descende de cruce. Similiter

li,misit ad eum uxor eius,dicens: Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis ut peterent Barrabam: Iesum uero perderent. Respondens autem præses ait illis: Quem uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram poppulo, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, uos uideritis. Et respõdens uniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur: tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuentes eum chlamydem coccineã circundederunt ei. Et plectentes coronã de spinis, deposuerunt super caput eius: & harundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt harundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem & induerunt eum uestimentis eius & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha: quod est Caluariæ locus: Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi uestimẽta mea, & super uestem meã miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus à dextris, & unus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templũ dei, & in triduo illud reædificas: Salua temetipsum, si filius dei es, descẽde de cruce. Similiter

Act.5 d

Ioann.19 a

Psalm.21 b

Esa.53 b

militer & principes sacerdotum, illudẽtes cum scribis & senioribus, dicebant: Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nũc si uult eum. Dixit enim filius dei sum. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam, & circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli eli lama sabachthani: Hoc est, Deus meus, deus meus, cur deseruisti me? Quidam autem illic stantium, cum audissent dicebant, Heliam uocat iste. Et continuo currens unus ex eis, cũ acceptam spongiam implesset aceto, imposuit harundini, dabatque ei ut biberet. Cæteri uero dicebant: sine uideamus an ueniat Helias liberaturus eum. Iesus autem cum iterum clamasset uoce magna, emisit spiritum. Et ecce uelum templi scissum est in duas partes à summo usque ad imum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: & egressi è monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Cẽturio uero & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræ motu, & his quæ facta fuerant timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ è longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem uespera facta esset, uenit homo diues ab Arimathæa nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu, hic accessit ad Pilatum, ac postulauit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et cum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda: posuitque illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abijt. Erat autem ibi Maria magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Postera autem die quæ sequitur parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quod impostor ille dixit adhuc uiuens: post tres dies resurgo, iube ergo muniri

Psal.21.38.69
Psalm.21 a
Matth.16.17
Marc.9 d
Luc.18 d

militer & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si uult. Dixit enim quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horã nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli eli lamma azabthani: Hoc est, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Heliam uocat iste. Et continuo currens unus ex eis acceptã spongiam impleuit aceto: & imposuit harundini & dabat ei bibere. Cæteri uero dicebãt: Sine, uideamus an ueniat Helias liberans eum. Iesus autẽ iterum clamans uoce magna, emisit spiritum. Et ecce uelum tẽpli scissum est in duas partes, à summo usque deorsum. Et terra mota est: & petræ scissæ sunt: & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quę secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem sero factum esset, uenit quidam homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda: & posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat in petra: & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Altera autem die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuẽs, post tres dies resurgam: Iube ergo custodiri

F
G

muniri sepulchrum usque in diem tertium, ne quando ueniant discipuli eius, & furentur eum dicantque plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite, munite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrũ, obsignato lapide, adhibitis custodibus.

A Vespera autem sabbatorum, quæ lucescit in unam sabbatorum, uenit Maria Magdalene, & altera Maria, ut uiderẽt sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo: & accedens, deuoluit lapidem ab ostio, sedebatque super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum eius candidum sicut nix. Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere uos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis: non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, uidete locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius, quod surrexit à mortuis: & ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, ecce dixi uobis. Et digressæ celeriter à monumento cum timore & gaudio magno, currebant ut renunciarẽt discipulis eius. Cum autem issent ad renunciandum discipulis eius, & ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere: Ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, C & ibi me uidebunt. Quæ cum abissent, ecce quidam è custodibus uenerunt in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant: & congregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quod discipuli eius nocte uenerint, & furati sint eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit sub præside, nos persuadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatus est hic sermo apud Iudæos usque in hodiernum diem. D Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Iesus. Et cum uidissent illum, adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data

custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte ueniãt discipuli eius & furentur eum: & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

CAPUT XXVIII

De resurrectiõe Christi, quã dolo supprimunt Iudæi. Marijs quæ unctũ uenerunt Iesum, apparet primũ: deinde discipulis, quib. quid fieri uelit cõmittit. Marc. 16 a Luc. 24 a Ioann. 20. a

Vespere autem sabbati quę lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo: & accedens, reuoluit lapidem: & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: & uestimenta eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes: & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus. Nolite timere uos. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est quæritis: Non est hic: surrexit enim sicut dixit: Venite & uidete locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedet uos in Galilæam: Ibi eum uidebitis: ecce prædixi uobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens. Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius: & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere: Ite nunciate fratribus meis ut eant in Galilæam: ibi me uidebunt. Quæ cum abijssent, ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside nos suadebimus ei: & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem ubi constituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus, locutus est eis dicens: *Act. 1 b*

Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Marc.10 b

Ioann.14 b

Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

MARCVS discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit & ecclesiæ legendum sua autoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierapolitanus episcopus meminit huius Marci: & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis, figuraliter Romam significans, Salutat uos quæ in Babylone coelecta, & Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit ecclesiam, tantæ doctrinæ & uitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Iudæorū, uidens Alexandriæ primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum cōuersatione scripsit. & quomodo Lucas narrat Ierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriç tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

ERASMI VERSIO.

A

I NITIVM euangelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptũ est in prophetis: Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui pręparabit uiam tuam ante te. Vox clamantis in deserto Parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Baptizabat Ioannes in deserto prædicans baptismum pœnitentię in remissionem peccatorum. Et egrediebantur ad eum tota Iudæa regio, ac Hierosolymitæ, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitẽtes peccata sua. Erat autem Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, uescebaturq; locustis ac melle syluestri: & prædicabat, dicens: Venit is qui fortior est me post me, cuius non sum idoneus ut procumbens soluam corrigiam calciamentorum. Ego quidem baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis, uenit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim cum ascenderet ex aqua uidit diffindi cœlos, & spiritum quasi columbam descendentem super illum. B Et uox facta est de cœlis. Tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Et continuo spiritus illum expellit in desertum, & erat illic in deserto dies quadraginta & tentabatur à satana, eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi. Postquàm autem comprehensus esset Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei, & dicens: Impletum est tempus instatq; regnum dei, resipiscite & credite Euangelio. Cum ambularet autem iuxta mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrem eius, iacentes retia in mare, erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: Sequamini me, & faciam ut efficiamini piscatores hominũ. Ac protinus relictis retibus suis, secuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, uidit Iacobum filium

VVLGATA EDITIO

De Ioanne baptista. Christus baptizatur, uocat discipulos, curat dæmoniacum & socrũ Petri, uacat orationibus, ac sanat uarijs morbis affectos.

Matt.3.a.11.b
Luc.3.a.7.c
Ioan.1.b.3.d

I NITIVM Euangelij Iesu Christi filij dei sicut scriptũ est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit uiam tuam ante te: Vox clamantis in deserto: Parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto Ioannes baptizans & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio: & Hierosolymitæ uniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Ioannes uestitus pilis cameli & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel siluestre edebat, & prædicabat, dicens: Veniet fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui uos aqua: ille uero baptizabit uos spiritusancto. Et factum est in diebus illis uenit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane, & statim ascendens de aqua uidit cœlos apertos & spiritum sanctum tanquam columbam descendentem & manentem in ipso. Et uox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum, & erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à satana. Eratq; cum bestijs: & angeli ministrabant illi. Postquàm autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangelium regni dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquabit regnũ dei. Pœnitemini & credite euangelio. Et præteriens secus mare Galilæę, uidit Simonem & Andreã fratrẽ eius, mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominũ. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, uidit Iacobum

Luc.4.a

filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, qui & ipsi in naui reconcinnabant retia: statimq; uocauit illos. Et illi relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum. Et ingrediuntur Capernaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos tanquam autoritate præditus, & non sicut scribę. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit, dicens: Ah. Quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Noui te quis sis, nimirum ille sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicēs: Obmutesce, & exi ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immūdus, exclamassetq; uoce magna, exijt ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quid est hoc? Quæ doctrina noua hæc? quia cum autoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Emanauit autem fama eius statim in totam undique regionem Galilææ finitimā. Et protinus è synagoga egressi, uenerūt in domum Simonis & Andreę cum Iacobo & Ioanne. Socrus autem Simonis decūbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris ilico, ac ministrabat eis. Vesperi uero, cum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabantur. Et ciuitas tota congregata erat ad ostium, & sanauit multos qui ægrotabant uarijs morbis, & dæmonia multa eijciebat: & nō sinebat loqui dæmonia quod ipsum nossent. Et mane multa adhuc nocte cū surrexisset, egressus est: & abijt Iesus in desertum locū, ibiq; orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant: & cum inuenissent eum, dicunt ei: Omnes te quærunt. Et ait illis: Eamus in proximos uicos ut & ibi prædicem: in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat. Et uenit ad eū leprosus, deprecans eum, eiq; ad genua accidens, ac dicens illi: *Si uis potes me mundare.* Iesus autem misertus, protensa manu, tetigit illum, & dicit ei: Volo, mundus esto. Et cū dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mūdatus est. Et cōminatus ei, statim emisit illū, dicitq; ei: Vide ne cui quicq; dicas, sed abi teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emūdatione tui, quæ

Ioann.2 b

Matth.7 c

Matth.8 b

Luce 4 d

Luc.5 b

Marc.7.d 9 a

Zebedæi & Ioannem fratrem eius: & ipsos componentes retia in naui: & statim uocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercennarijs, secuti sunt eum: & ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos: & stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio quod sis sanctus dei. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans uoce magna exijt ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Et protinus egredientes de synagoga uenerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol: afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam, & curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus: & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui: quoniam sciebant eum: & diluculo ualde surgens egressus abijt in desertum locum, ibique orabat: & prosecutus est eum Simon & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum: dixerunt ei: quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos uicos & ciuitates, ut ibi prędicem: Ad hoc enim ueni. Et erat prædicans in synagogis eorum & in omni Galilæa: & dæmonia eijciens. Et uenit ad eum leprosus deprecans eum: & genuflexo dixit: Si uis potes me mundare. Iesus autem misertus eius: extendit manum suam: & tangens eum, ait illi: Volo mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mūdatus est. Et cōminatus est ei, statimq; eiecit illū. Et dixit ei: Vide nemini dixeris: sed uade ostēde te principi sacerdotum: & offer pro emūdatione tua quæ

c

D

quæ præcepit Moses in testimonium illis. At ille egressus, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita ut iam non posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, & ueniebant ad eum undique.

A ET iterū intrauit Capernaū post dies aliquot & auditū est quod in domo esset, & protinus cōgregati sunt multi, adeo ut iam nō caperent eos, nec illa loca quę erāt circa ianuā, & loquebatur eis sermonē. Et ueniunt ad eum ferētes paralyticū, qui à quatuor portabatur: & cū non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectū ædium in quibus erat, perfossoque tecto funibus demittunt grabatū in quo paralyticus decumbebat. Cum autem uidisset Iesus fidē illorū, ait paralytico: Fili, remittātur tibi peccata tua. Erāt autē illic quidā de scribis sedētes & cogitātes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Et protinus ubi cognouisset Iesus spiritu suo, quod sic cogitarent intra sese, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Vtrū est facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata, an dicere B surge, & tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, ac tolle grabatū tuum, et abi in domum tuam. Et statim surrexit, sublatoque grabato egressus est in conspectu omnium, adeo ut stupescerent omnes, & glorificarent deum, dicentes: Nunquā sic uidimus. Et egressus est rursus ad mare, omnisque turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. Et cum præteriret Iesus, uidit Leui, Alphęi filiū, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Isque surgens secutus est eum. Et factum est, cum accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discumbebant cū Iesu & discipulis eius. erant eñ multi qui secuti fuerant eum. C Et scribæ ac pharisæi cum uidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius. Quid est, quod cū publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus, ait illis: Nō opus habēt qui bene ualent medico, sed qui male habent. Non ueni ad uocandū iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et discipuli Ioannis ac pharisæorum ieiunabant, ueniuntque, & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant

quæ præcepit Moyses in testimonium illis. At ille egressus cœpit prædicare: & diffamare sermonem: ita ut iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse: & conueniebant ad eum undique.

Leuit. 14 a

CAPVT II

ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo: & auditum est quod in domo esset, & conuenerunt multi, ita ut non caperent neque ad ianuam, & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad eum ferentes paralyticum qui à quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum ubi erat: & patefacientes submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem uidisset Iesus fidem illorum ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua: erant autem illic quidam de scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo: quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge tolle grabatum tuū & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Et statim surrexit ille & sublato grabato abijt inde coram omnibus: ita ut mirarentur omnes & honorificarent deum, dicentes: quia nunquam sic uidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba ueniebat ad eum: & docebat eos. Et cū præteriret, uidit Leui Alphæi sedentē ad teloneum, & ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius: multi publicani & peccatores simul discumbebāt cum Iesu & discipulis eius. Erant enim multi qui sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi uidentes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quare cū publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister uester? Hoc audito, Iesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Et erant discipuli Ioannis & pharisæi ieiunantes, & ueniunt & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant

Paralyticū curat, uocat Matthæum ad apostolatū, comessatur cū publicanis, et excusat discipulos spicas uellentes sabbato
Matth. 9 a
Luc. 5 c
Ioann. 5 a
Psalm. 50 a
Esa. 43. 44 d
1. Timo. 1 b

nant,tui autem discipuli non ieiunant? Et ait il lis Iesus: Nũ possunt filij thalami nuptialis in quo cum illis sponsus est,ieiunare? Quandiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri,alioquin aufert supplementum eius nouum à ueteri & peior scissura fit.Et nemo mittit uinum mustũ in utres ueteres, alioqui disrumpit uinum mustum utres,& uinum effunditur,& utres pereunt,sed uinum mustũ in utres nouos mitti debet. Et accidit, ut transiret sabbatis per segetes,& cœperunt discipuli eius inter uiam uellere spicas, & pharisæi dicebant ei:ecce cur faciunt sabbatis, quod non licet? Et ipse ait illis: Nunquam legistis quid fecerit Dauid,cum opus haberet,& esuriret ipse & qui cũ eo erant? quomodo ingressus sit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum,& panes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus: & dederit etiam ijs qui secum erant? Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem factum est, nõ homo propter sabbatum.Itaq; dominus est filius hominis,etiam sabbati.

Matth.12 a
Luc.6 a
1.Reg.21 b

Restituit manũ aridam, cedit insidijs pharisæorum 12.discipulis præscribit officia,et de peccato in spiritum sanctum
Matth.12 b
Luc.6 a
Matth.4 c

ET introiuit iterum in synagogam,& erat ibi homo arefactam habens manum, & obseruabant eum,an sabbatis sanaturus esset eum,ut accusarent illum.Et ait homini, habẽti manum arefactam: Surge in medium.Et dicit illis: Vtrũ licet sabbatis benefacere,an malefacere? animam seruare,an occidere? At illi tacebant.Et cum circumspexisset eos cum iracundia,condolescens super cæcitate cordis eorũ,dicit homini: Extende manũ tuam. Et extendit,& restituta est manus illius sana,ut altera.Egressi uero pharisæi,statim unà cũ Herodianis consiliũ inibant aduersus eũ,ut illũ perderent.Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & ingẽs multitudo à Galilæa secuta est eũ,& ab Iudæa & ab Hierosolymis, & ab Idumæa,& trans Iordanẽ,& q circa Tyrũ habitabant ac Sidonẽ, hominũ multitudo magna: qui cum audissent quæ faciebat uenerunt ad eum. Et iussit Iesus discipulis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbam,ne ipsum premerent. Multos enim sanauerat,ita ut irruerent in eum, quo illum tangerent, quotquot affligebantur.Et spiritus immundi cum illum

nant,tui autem discipuli non ieiunant? Et ait il lis Iesus:Nunquid possunt filij nuptiarũ quãdiu cũ illis sponsus est ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum,non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit uestimento ueteri: alioquin aufert supplementum nouũ à ueteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres: alioquin dirumpet uinũ utres: & uinũ effundetur & utres peribũt.Sed uinũ nouum in utres nouos mitti debet.Et factum est iterũ cum dominus sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt prægredi & uellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei,ecce qd faciunt discipuli tui sabbatis quod nõ licet,& ait illis:Nunquid legistis quid fecerit Dauid quãdo necessitatem habuit:& esurijt ipse & qui cũ eo erant. Quomodo introiuit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotũ,& panes propositionis mãducauit quos nõ licebat mãducare nisi solis sacerdotibus,& dedit eis & qui cũ eo erãt.Et dicebat eis: Sabbatũ propter hominẽ factum est,& non homo propter sabbatum.Itaq; dominus est filius hominis etiam sabbati.

D

CAPVT III

A

ET introiuit iterum in synagogam,& erat ibi homo habens manum aridam, & obseruabant eum si sabbatis curaret ut accusarẽt illum.Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.Et dixit eis: Licet sabbatis benefacere an male, animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant.Et circumspiciens eos in ira,cõtristatus super cæcitate cordis eorum,dicit homini:Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi. Exeuntes autem pharisæi,statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare,& multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum: & ab Hierosolymis & ab Idumæa & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna audientes quæ faciebat uenerunt ad eum. Et dixit Iesus discipulis suis, ut in nauicula sibi deseruirent propter turbam ne comprimerent eum. Multos enim sanabat ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi cum illum

B

illum uidissent, procidebant ei, & clamabāt di/
centes: Tu es filius dei: & uehementer intermi
nabatur eis, ne se manifestum facerent. Et a/
scendit in montem, ac uocat ad se quos uoluit
ipse: & uenerūt ad eū. Et fecit duodecim ut es/
sent secum, & ut emitteret eos ad prędicandū
utq; haberent potestatē sanandi morbos, eij/
ciendiq; dęmonia. Et imposuit Simoni nomē
Petrus, & Iacobum filiū Zebedæi, & Ioannē
fratrē Iacobi, & imposuit eis nomina Boaner
C ges, quod est, filij tonitrui: & Andreā, & Phi/
lippū, & Bartholomæū, & Matthæū, & Tho
mā, & Iacobū Alphęi filiū, & Thaddęū, & Si
monem Cananæū & Iudam Iscariotē, qui &
prodidit illū. Et ueniunt in domū, & conuenit
iterum turba, sic ut nō liceret illis uel panes e/
dere: & cū audissent qui ad illum attinebant,
exierunt ut manus inijcerent in eū. Dicebant
enim, in furorē uersus est. Et scribæ q ab Hie/
rosolymis descenderant, dicebant: Beelzebul
habet, & per principē dæmoniorum eijcit dæ
monia. Et ad se uocatis eis, in parabolis dice/
bat illis: Quomodo potest satanas satanā eij/
cere? Et si regnum aduersus sese diuisum fue/
rit, non potest stare regnum illud. Et si domus
cōtra semetipsam diuisa fuerit, nō potest stare
domus illa: & si satanas insurrexit aduersus se/
metipsum ac diuisus est, nō potest stare, sed fi
nem habet. Non potest quisquam uasa fortis
D ingressus in domū illius, diripere, nisi prius for
tem alligarit, & tunc domū eius diripiet. Amē
dico uobis: Omia remittētur filijs hominum
peccata: & cōuitia, quibuscūq; conuitiati fue/
rint. At qui conuitiū dixerit in spiritū sanctū,
nō habet remissionē in æternū, sed obnoxius
est æterno iudicio. Dicebāt em̄, spiritū immū/
dū habet. Et ueniūt mater eius & fratres, & fo
ris stātes miserūt ad eum q euocarent eum, &
sedebat turba circa eū dicuntq; ei: Ecce mater
tua & fratres tui foris quærunt te. Et respōdit
eis, dicens: Quę est mater mea, & fratres mei?
Et cū circūspexisset in circuitu circū se discipu/
los sedētes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.
Qui enim fecerit uoluntatē dei, hic frater me/
us, & soror mea, & mater est.

A ET iterum cœpit docere iuxta mare, & cō/
gregata est ad eum turba multa, ita ut
nauim ingressus, sederet in mari, & tota turba
iuxta mare in terra erat, et docebat eos per pa
rabolas multa, & dicebat illis in doctrina sua:
Audite

illum uidebant, procidebant ei. Et clamabant
dicentes: Tu es filius dei, & uehementer cō/
minabatur eis, ne manifestarent illum. Et a/
scendens in montem uocauit ad se quos uo/
luit ipse: & uenerunt ad eum. Et fecit ut essent
duodecim cum illo: & ut mitteret eos prædi/
care. Et dedit illis potestatem curandi infirmi/
tates: & eijciendi dęmonia. Et imposuit Simo
ni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, &
Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis no/
mina Boanerges: quod est filij tonitrui: & An/
dream & Philippum & Bartholomeum &
Matthæum & Thomam & Iacobum Al/
phæi & Thadeum & Simonem Chananeū,
& Iudam Scarioth qui & tradidit illum. Et ue
niunt ad domum: & conuenit iterum turba, i/
ta ut non possent neq; panem manducare: &
cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dice/
bant enim quoniam in furorem uersus est: Et
scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, di/
cebant quoniam beelzebub habet: & quia in
principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et cō/
uocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quo/
modo potest sathanas sathanam eijcere? Et si
regnum in se diuidatur, non potest regnum il
lud stare: Et si domus sup semetipsam dispar/
tiatur, non potest domus illa stare: & si satha/
nas consurrexerit in semetipsum dispartitus
est: & non poterit stare, sed finē habet. Nemo
potest uasa fortis ingressus in domū diripere,
nisi prius fortē alliget, & tunc domū eius diri/
piet. Amen dico uobis quoniā omnia dimittē
tur filijs hominū peccata & blasphemiæ, qui/
bus blasphemauerūt. Qui autē blasphemaue
rit in spiritū sanctū, nō habet remissionē in æ/
ternū, sed reus erit æterni delicti. quoniā dice/
bāt, spiritū immundū habet. Et ueniūt mater
eius & fratres: & foris stātes miserūt ad eū uo/
cantes eū: & sedebat circa eū turba, & dicūt ei.
Ecce mater tua & fratres tui foris quęrūt te. Et
respondens eis ait: Quæ est mater mea & fra/
tres mei? Et circūspiciens eos q in circuitu e/
ius sedebāt, ait: Ecce mater mea & fratres mei.
Qui enim fecerit uoluntatē dei, hic frater me/
us & soror mea & mater mea est. CAP. IIII

ET iterum cœpit docere ad mare: & con/
gregata est ad eum turba multa: ita ut in
nauim ascēdēs sederet in mari: & omis turba
circa mare sup terrā erat & docebat eos in pa
rabolis multa: & dicebat illis in doctrina sua:
Audite

Matth.10 a
Luc.6.9
Matth.9.a2
Luc.11 b
Luc.11 a
Luc.8 c
Parabolæ de seminante, lucerna, grano sinapis: de huc imperat mari
Matth.13 a
Luc.8 a

Audite,ecce exibat seminator ad seminandũ:
& accidit inter seminandũ,aliud quidem ceci-
dit secus uiam ,ueneruntq; uolucres cœli &
comederunt illud.Aliud uero cecidit super pe
trosa,ubi non habuit terram multam , & sta-
tim exortum est, quod nõ haberet altitudinẽ
terræ:sole autẽ exorto,æstu affectũ est: & eo
quod non haberet radicem, exaruit. Et aliud
cecidit in spinas,& succreuerunt spinę ac suffo
cauerunt illud & fructũ non dedit. Et aliud ce
cidit in terram bonam, & dabat fructũ emer-
gentem atq; crescentẽ: & afferebat unum tri-
ginta,& unũ sexaginta,& unũ centum. ac di-
cebat illis: Qui habet aures ad audiendũ, au-
diat.Cũ autem cœpisset esse solus, interroga-
uerunt eum hi,qui circũ illum erant cũ duode
cim,de parabola,& dicebat eis: Vobis datum
est nosse mysteriũ regni dei,illis autem qui fo-
ris sunt per parabolas omnia fiunt: ut uidẽtes
uideant,& nõ cernant:& audiẽtes audiant, &
nõ intelligãt:nequãdo cõuertantur & remittã
tur eis peccata.Et ait illis: Nescitis parabolam
hanc? & quomodo omnes parabolas cogno-
scetis? Seminator ille sermonem seminat. Isti
uero sunt,quorũ alij iuxta uiam dicũtur ubi se
minatur sermo,& cũ audierint, confestim ue-
nit satanas,& aufert sermonem qui seminatus
est in cordibus eorũ. Et alij sunt similiter, qui
in petrosa semen excipiunt:qui cum audierint
sermonem,statim cum gaudio accipiunt illũ,
& non habent radicem in se, sed temporarij
sunt: deinde coorta afflictione aut persecutio
ne propter sermonem,confestim offendũtur.
Et alij sunt qui in spinas semen excipiunt: hi
sunt qui sermonem audiunt,& solicitudines se
culi huius ac deceptio diuitiarũ, cæterarũq; re
rum cupiditates introeuntes, suffocant sermo
nem,ac redditur infructifer. Et alij sunt qui in
terram bonã semen exceperunt, qui audiunt
sermonẽ & suscipiunt, & fructificant, ita ut a-
liud granũ adferat triginta,aliud sexaginta,a-
liud centũ.Et dicebat illis: Num lucerna incen
ditur,ut subter modiũ ponatur, aut subter le-
ctum? Nonne ut super candelabrũ ponatur?
Non est enim quicq; occultum,quod nõ ma-
nifestetur,neq; fuit secretum,sed ut in propa-
tulum ueniat. Si quis habet aures ad audien-
dum audiat.Et dicebat illis: Videte quid audi-
atis:Qua mensura metimini,alij metiẽtur uo-
bis,& adijcietur uobis q̃ auditis: Qui eñ ha-
bet

Esaie 6.b

Matth.5 b
Luce 8.11

Matth.10 d
Luc.8.12

Audite.Ecce exijt seminans ad seminandum.
Et dum seminat aliud cecidit secus uiam & ue
nerunt uolucres cœli & comederunt illud.
Aliud uero cecidit super petrosa ubi non ha-
buit terram multam: & statim exortum est,
quoniam non habebat altitudinem terræ: &
quãdo exortus est sol,exæstuauit:& eo quod
non habebat radicem,exaruit.Et aliud cecidit
in spinas: & ascenderunt spinæ & suffocaue-
runt illud,& fructum non dedit.Et aliud ceci-
dit in terram bonam, & dabat fructum ascen
dentem & crescentem:& afferebat unum tri-
cesimum,& unum sexagesimum,& unum cẽ-
tesimum.Et dicebat: Qui habet aures audien-
di audiat.Et cum esset singularis interrogaue-
runt eum hi qui cum eo erant duodecim para
bolam exponere. Et dicebat eis: Vobis datũ B
nosse mysterium regni dei: illis autem qui fo-
ris sunt in parabolis omnia fiunt: ut uidentes
uideant,& non uideant, & audientes audiant
& non intelligant,nequando conuertantur &
dimittantur eis peccata.Et ait illis: Nescitis pa-
rabolã hanc. Et quomodo omnes parabolas
cognoscetis? Qui seminat, uerbum seminat.
Hi autem sunt qui circa uiam ubi seminatur
uerbum,& cum audierint,confestim uenit sa-
thanas & aufert uerbum quod seminatum
est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui
super petrosa seminantur: qui cum audierint
uerbum, statim cum gaudio accipiunt illud:
& non habent radicem in se, sed temporales
sunt: deinde orta tribulatione & persecutio-
ne propter uerbum, confestim scandalizan-
tur. Et alij sunt qui in spinis seminantur. Hi
sunt qui uerbum audiunt, & erumnæ seculi &
deceptio diuitiarum: & circa reliqua concupi-
scentiæ introeuntes suffocant uerbum: & sine
fructu efficitur.Et hi sunt qui super terram bo
nam seminati sunt: qui audiunt uerbum & su
scipiunt: & fructificant,unum tricesimum, u-
num sexagesimum,& unum centesimum. Et
dicebat illis: Nunquid uenit lucerna ut sub mo C
dio ponatur aut sub lecto? Nonne ut super
candelabrum ponatur? Non est enim aliquid
absconditum quod non manifestetur: nec
factum est occultum quod non ueniat in pa-
lam. Si quis habet aures audiendi, audi-
at. Et dicebat illis: Videte quid audiatis.
In qua mensura mensi fueritis, remetietur
uobis, & adijcietur uobis. Qui enim ha-
bet

bet,dabitur illi:& qui nō habet,etiā quod ha/
bet auferetur ab eo. & dicebat: Sic est regnū
dei,queadmodū si homo iaciat semē in terrā,
ac dormiat atq; exurgat ille nocte ac die: se/
gesq; germinet,ac surgat in altū dū nescit ille.
Vltro em̄ terra fructificat, primū herbā,dein
de spicam,deinde plenū frumentū in spica.cū
aūt productus fuerit fructus,statim mittit fal
cem,quoniā adest messis.Et dicebat: Cui assi/
milabimus regnū dei? aut qua collatione cōfe
D remus illud? Est sicut granū sinapis, quod cū
seminatum fuerit in terra, minus est omnibus
seminibus quæ sunt in terra, & cū seminatum
fuerit,exurgit,& fit maius omnibus oleribus,
& facit ramos magnos,ita ut possint sub um/
bra eius aues cœli nidificare. Et talibus multis
parabolis loquebatur eis sermonē, prout po/
terant audire.sine parabola uero nō loqueba/
tur eis.seorsum autem discipulis suis expone/
bat omia.Et ait illis in die illo cū facta esset ue
spera: Transeamus in ulteriorem ripam.Et di/
missa turba,assumunt eum ita ut erat in naui,
sed & aliæ nauiculæ erant cū illo.Et oritur pro
cella uenti magna, & fluctus irruebant in na/
uim,ita ut illa iam impleretur. Et erat ipse in
puppi super ceruical dormiēs, & excitāt eum,
dicuntq; illi: Præceptor,nō est tibi curæ,quod
perimus? Et excitatus increpauit uentum, di/
xitq; mari: Tace obmutesce. & cōquieuit uen/
tus,factaq; est tranquillitas magna,& ait illis:
Quid timidi estis adeo? qui fit ut non habea/
tis fiduciam? Et timuerunt timore magno, di/
cebantq; inter sese: Quisnam hic est, quia &
uentus & mare obediunt ei?

A ET uenerunt traiecto mari in regionē Ga
darenorum.Egressoq; ei de naui, statim
occurrit è monumentis homo spiritui obno/
xius immundo qui domiciliū habebat in mo/
numentis,& neq; catenis quisquā poterat eū
ligare, propterea quod,cum sæpe cōpedibus
& catenis uinctus fuisset,discerptę essent ab il/
le catenæ, & cōpedes essent comminutæ,neq;
quisquam ualuisset eū domare. Et semper die
ac nocte in montibus & in monumentis erat
clamans,& cōcidens seipsum lapidibus. Cum
uidisset autem Iesum eminus,cucurrit,& ado/
rauit eum,& clamās uoce magna dixit: Quid
mihi tecum est Iesu fili dei altissimi? adiuro te
per deum,ne me torqueas. Dicebat enim illi:
Exi spiritus immunde ab homine. Et inter/

bet,dabitur illi:& qui non habet, etiam quod
habet auferetur ab eo.Et dicebat: Sic est re/
gnum dei quemadmodum si homo iaciat se/
mentem in terram,& dormiat & exurgat no/
cte & die & semen germinet,& increscat dum
nescit ille. Vltro enim terra fructificat primū
herbam, deinde spicam, deinde plenum fru/
mentū in spica.Et cū ex se produxerit fructus
statim mittit falcem,quoniam adest messis.Et
dicebat:Cui assimilabimus regnū dei: aut cui
parabolæ comparabimus illud? Sicut granū
sinapis,quod cū seminatum fuerit in terra,mi
nus est omnibus seminibus quæ sunt in terra,
& cū natum fuerit, ascendit in arborem, & fit
maius omnibus oleribus, & facit ramos ma/
gnos: ita ut possint sub umbra eius aues cœli
habitare.Et talibus multis parabolis loqueba
tur eis uerbum prout poterant audire, sine pa
rabola autem nō loquebatur eis. Seorsum au
tem discipulis suis disserebat omnia.Et ait illis
in die illa,cum sero esset factum:Transeamus
contra.Et dimittentes turbam, assumūt eum
ita ut erat in naui:& aliæ naues erant cum illo.
Et facta est procella magna uenti: & fluctus
mittebat in nauim: ita ut impleretur nauis. Et
erat ipse in puppi super ceruical dormiens: &
excitant eum,& dicunt illi: Magister,non ad
te pertinet,quia perimus? Et exurgēs commi/
natus est uento & dixit mari: Tace, obmute/
sce.Et cessauit uentus: & facta est trāquillitas
magna.Et ait illis. Quid timidi estis? Necdum
habetis fidem.Et timuerunt timore magno &
dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste,q̄a
uentus & mare obediunt ei?

Matth.13.19
Luc.8.19
Luc.13 b
Matth.8 c
Luc.8 c

CAPVT V

ET uenerunt trans fretum maris in regio/
nem Gerasenorum. Et exeūti ei de naui,
statim occurrit de monumentis homo in spi/
ritu immūdo qui domicilium habebat in mo/
numentis. Et neq; catenis iam quisquam pote
rat eum ligare:quoniam sæpe compedibus &
catenis uinctus, dirupisset catenas & compe/
des comminuisset:& nemo poterat eum do/
mare.Et semper die ac nocte in monumentis
& in montibus erat clamans & concidens se la
pidibus. Vidēs autem Iesum à longe cucurrit,
& adorauit eū:& clamans uoce magna dixit:
Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? Adiu/
ro te per deū ne me torqueas. Dicebat em̄ illi:
Exi spiritus immūde ab homine isto. Et inter

Dæmoniacus & mulier sanguiniflua curãtur, Iairi filia mortua excitatur
Matth.8 d
Luc.8 e

rogabat eum: Quod tibi nomen est? Et respõdit, dicens ei: Legio mihi nomẽ est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multũ, ne se emitteret extra regionem. Erat autem ibi iuxta montes grex porcorum magnus pascens, & deprecabantur eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spiritus immũdi, egressi sunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare. Erant autẽ fermè bis mille, & suffocati sunt in mari. Porrò q pascebãt porcos, fugerũt, & renunciauerũt in ciuitatẽ, & in agros. Et egressi sunt ad uidendum qd esset quod acciderat: & ueniũt ad Iesum, & uident illũ qui à dęmonio uexabatur, sedentẽ ac uestitũ, & sanę mẽtis, qui habuerat legionẽ, & timuerũt. Et narrauerũt illis qui uiderant, qualiter accidisset ei qui dæmoniũ habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus ipsorum. Et cũ ingressus esset nauim, rogabat illum qui fuerat à dæmonio correptus, ut esset cũ illo: Iesus autem non permisit eum, sed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. Et cum traiecisset Iesus naui rursus in ulteriorem ripam, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et ecce uenit quidam principũ synagogæ, nomine Iairus: & cum uidisset eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eũ multum, dicens, Filiola mea in extremis est, *oro* ut uenias & imponas illi manus, ut salua sit, & uiuet. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quędam, quæ fuerat obnoxia ꝓfluuio sanguinis annos duodecim, fueratq́ multa perpessa à cõpluribus medicis, & insumpserat oĩa sua, neq́ quicq́ adiumẽti senserat, sed magis in deterius uenerat, cũ audisset de Iesu uenit in turba à tergo, et tetigit uestimentũ eius. Dicebat enĩ, si uel uestimenta eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore, q̃d sanata esset ab eo flagello. Et statim Iesus in semetipso cognoscẽs uirtutẽ ex sese prodisse, cõuersus in turba, aiebat: Quis tetigit uestimẽta mea? Et dicebãt ei discipuli ipsius: Vides turbã undiq́ prementẽ te, & dicis, qs me tetigit? Et circũspiciebat, ut uideret eã quę hoc fecerat

Matth. 9 c

rogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascẽs in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia: & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt uidere quid esset facti: & uenerunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio uexabatur sedentem uestitũ & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum. Cumq́ ascẽderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio uexatus fuerat, ut esset cũ illo, & non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quãta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabãtur. Et cum transcendisset Iesus in naui rursus transfretũ, cõuenit turba multa ad eum: & erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis nomine Iairus, & uidens eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multũ, dicens: Quoniã filia mea in extremis est: ueni, impone manum tuam super eam: ut salua sit & uiuat. Et abijt cũ illo: & sequebatur eum turba multa: & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, uenit in turba retro & tetigit uestimentum eius. Dicebat enim: quia si uel uestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius & sensit corpore: quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: quis me tetigit? Et circumspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat

B *C*

D fecerat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & accidit ei: dixitque ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te seruauit, uade cum pace, & esto sana à flagello tuo. Adhuc eo loquēte ueniunt à principe synagogæ, qui dicerent: Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus autem protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ: ne metuas, tantummodo crede. Et non permisit ut quisquam se sequeretur præter Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et uenit in domum principis synagogæ, uidetque tumultum ac flentes & eiulantes multum, & ingressus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eò ubi puella erat iacens, & apprehensa manu puellæ, ait illi: Talitha, cumi: quod est si quis interpretetur: Puella, tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat. erat enim annorum duodecim. & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer, ne quisquam id sciret, & iussit ut daretur illi quod A ederet.

ET egressus est illinc, uenitque in patriam suā, & sequuntur eum discipuli sui. Cūque adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere, multique audientes obstupuerunt, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ est sapientia, quæ data est illi? & uirtutes tales per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Iose, & Iudæ, & Simonis? Nōne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebantur per eum. Dicebat autem illis Iesus: Non est propheta contemptus nisi in patria sua, & inter cognatos, & in familia sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam ædere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanauit, ac mirabatur propter incredulitatem eorum. & obambulabat per uicos undique circumiacentes, docens. Et accersit duodecim, cœpitque eos emittere binos, ac dabat illis potestatem aduersus spiritus immmundos. Et præcepit illis, ne quid tollerent in uiam nisi uirgam tantum: non peram, non panem, non in zona æs, sed calciarentur sandalijs, & ne induerentur binis tunicis. Et dicebat eis: Vbicunque introieritis

rat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit & procidit ante eum: & dixit ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei. Filia, fides tua te saluam fecit: uade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eò loquente ueniunt nuncij ad archisynagogum, dicentes: quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus autem audito uerbo quod dicebatur, ait archisynagogo. Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi: Et ueniunt in domum archisynagogi: & uidit tumultum & flentes & eiulantes multum: & ingressus ait illis: Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ qui secum erant, & ingrediuntur ubi puella erat iacens: & tenens manum puellæ, ait illi: Tabita cumi, quod est interpretatum, Puella tibi dico surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat: Erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer, ut nemo id sciret, & iussit dare illi manducare.

Luc. 7 e

Ioann. 5 e
Act. 9 f

CAPVT VI

ET egressus inde abijt in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicētes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ data est illi: & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber, filius Mariæ, & frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus: Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circumibat castella in circumitu docens. Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et præcepit illis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs: sed calciatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocunque introieritis

Christus contēnitur à suis, ablegat discipulos: de eo sunt uariæ opiniones: Baptistæ interitus, 5. panib. & 2 piscib. saturātur 5000. & ambulat super mari.

Matth. 13. g
Luc. 4 b

Matth. 10 a
Luc. 9 a

ritis in domum, illic manete donec exeatis illinc. Et quicunque non receperint uos, neque audierint uos, exeuntes illinc excutite puluerem qui est sub pedibus uestris in testimonium illis. Amen dico uobis: tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quàm ciuitati illi. Et egressi prædicabant, ut resipiscerent, & dęmonia multa eijciebãt, & ungebant oleo multos ægros, & sanabãt. Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomen eius) dicebatq;: Ioannes ille qui baptizabat, resurrexit à mortuis & propterea uirtutes agunt in illo. Alij dicebant: Helias est. alij uero dicebant: Propheta est, uel tanquam unus ex prophetis. Cum audisset autem Herodes, ait: Cui ego præcidi caput, Ioannes iste est, ipse surrexit à mortuis. Nam ipse Herodes, missis satellitibus, manus iniecerat in Ioannem, & uinxerat eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, uolebatq; occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum ac sanctum, & obseruabat eum: auditoq; eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, cum Herodes in natalitijs suis cœnam faceret primatibus, ac tribunis, & primoribus Galilææ, cumq; introisset filia ipsius Herodiadis ac saltasset, placuissetq; Herodi ac simul accumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: Quicquid à me petieris, dabo tibi usq; ad dimidium regni mei. At illa egressa dixit matri suæ. Quid petam? Illa uero dixit: Caput Ioannis baptistæ. Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo ut protinus des mihi in lance caput Ioannis baptistæ. Et dolore affectus rex propter iusiurandum, eosq; qui simul accumbebant, noluit eam reijcere. Et confestim rex misso spiculatore, iussit inferri caput eius. At ille abijt, ac decollauit eum in carcere: & attulit caput eius in lance, & dedit illud puellę & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerũt, & sustulerũt cadauer eius, posuerũtq; illud in monumento. Et congregantur apostoli ad Iesum ac renunciauerũt ei omĩa, & quę egissent, quæq; docuissent. Et ait illis: Venite uos soli seor/

Matth.14 a

Ioann.6 a

li seor/

ritis in domum: illic manete donec exeatis inde. Et quicunque non receperint uos, neque audierint uos, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis. * Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabantur. Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea uirtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Helias est, alij uero dicebant: quia propheta est, quasi unus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem: & uinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioãnem: sciens eum uirum iustum & sanctum & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi, simúlque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris, dabo tibi licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex, propter iusiurandum & propter simul recumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerunt & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Et conuenientes apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait illis: Venite seor/

B C D

sum

li seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui uenirent & abirent multi. ac ne cibum quidem capere uacabat. Et abijt in desertum locum nauigio seorsim. E Et uiderunt eos abeuntes, turbæ, & agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conuenerũtq́ ad illum. Et egressus, uidit turbã multam Iesus, & affectu misericordiæ tactus est erga eos, quia erant uelut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa, & cum iam multũ diei pręterisset, accesserunt ad illum discipuli eius, dicẽtes: Desertus est locus, & iam multum temporis effluxit, dimitte illos ut abeant in circũiacentes uillas ac uicos, emãtq́ sibi panes: nã quod edant, non habent. At ille respondens ait illis: Date illis uos quod edant. Et dixerũt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & demus illis quod edãt? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouissent, dicunt: Quinq;, & duos pisces. Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes, distri- F butis conuiuijs in uiridi gramine. Et discubuerunt diuisi in uiridaria centeni & quinquageni. Et cum accepisset quinq; panes ac duos pisces, sublatis in cœlum oculis benedixit, ac fregit panes, deditq́ discipulis suis ut apponerent illis, & duos pisces diuisit omnibus. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autẽ qui comederãt circiter quinq; milia uirorum. Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim, ut pręcederent transmisso mari Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. Et cum dimisisset eos abijt in montem ad orandum. Et cum uespera aduenisset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, uiditq́ eos laborantes in remigando, erat enim uentus contrarius eis. At circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans super mare, & uolebat præterire G eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt: Omnes enim uidebant eum, & conturbati sunt. & statim locutus est cum eis, dixitq́ eis: Confidite, ego sum, ne terreamini. Et ascendit ad illos in nauim, & cõquieuit uentus, & uehementer supra modũ intra sese stupebant

sum in desertum locum: & requiescite pusillum. Erant enim qui ueniebant & redibant, multi. Et nec spacium manducandi habebãt. Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum. Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos. Et exiẽs uidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos: quia erant sicut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa, & cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic: & iam hora præterijt, dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respondens, ait illis: Date illis manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes: & dabimus illis manducare. Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouissent, dicunt: quinq; & duos pisces. Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes, secundum contubernia super uiride fœnum. Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus intuens in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis ut ponerent ante eos. Et duos pisces diuisit omnibus: & manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt quinque milia uirorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, ut præcederent eum transfretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos: abijt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari: & ipse solus in terra, & uidens eos laborantes in remigando, erat enim uentus contrarius eis. Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans supra mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim uiderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite: ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant

Ezech.34.a
Marc.8.a

stupebant,& admirabantur. Non enim intellexerãt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum traiecissent uenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt in portum. Cumq; egressi essent de naui, cõtinuo agnouerunt eum, ac percurrentes totam undique regionem illam, cœperũt in grabatis eos qui male habebant circumferre, cum audissent eum illic esse, & quocunque introisset in uicos aut in ciuitates, aut in uillas, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tãgerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CVPVT VII

Arguit Pharisæorum præposterã religionem, Syrophœnissæ filiã, & surdũ mutum sanat

Matth. 15 a

ET conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis qui uenerant Hierosolymis. & cum uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus (id est, illotis) edere panes, incusabant. nam pharisæi, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non capiunt cibum, tenentes instituta maiorum. & à foro *uenientes*, nisi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa sunt, quæ susceperunt seruanda, nempe lotiones poculorum & urceorum & æramentorum & lectorum. Deinde interrogant eum pharisæi & scribæ. Quare discipuli tui non ambulant iuxta ritum traditum à maioribus, sed illotis manibus edunt panem? At ille respondens, dixit eis: Bene uaticinatus est Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me: in uanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.

Esa. 29 c

Nam omisso præcepto dei, tenetis constitutionem hominum, ablutiones urceorum & poculorum, aliaq; similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene, reijcitis præceptum dei, ut constitutionem uestram seruetis. Moses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri uel matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri corban: quod est, donum quodcunque ex me, in tuum cedet commodum. & præterea non sinitis eum quicquam facere patri suo aut matri suæ, & irritum facitis uerbum dei per constitutionem uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et cum aduocasset

Exod. 20 b
Deute. 5 a
Exod. 21 b

bant. Non enim intellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genezareth: & applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui continuo cognouerunt eum: & percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse: & quocunque introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum: ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fiebant.

CAPVT VII

A

ET conuenerunt ad eum pharisæi: & quidam de scribis uenientes ab Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, manducare panes, uituperauerunt. Pharisæi autem & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant: tenentes traditionem seniorum. Et à foro uenientes nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare: baptismata calicum & urceorum & æramentorum & lectorũ. Et interrogabant eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum: sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. In uanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum.

B

Relinquentes enim mandata dei, tenetis traditiones hominum baptismata urceorum & calicum, & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum fecistis præceptum dei, ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri corban, quod est donum quodcunque ex me tibi proderit: & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri: rescindentes uerbum dei per traditionẽ uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans

aduocasset ad se totam turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum inquinare, sed quę de homine procedũt illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendum audiat. Et cum introisset in domum semotus à turba interrogabant eum discipuli eius de similitudine. Et ait illis: Adeo & uos intelligẽtia caretis? Nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem, non potest eum inquinare, quia non intrat in eius cor, sed in uentrem: & in secessum exit, repurgans omnes escas? Dicebant autem, quod ab homine exit, illud inquinat hominem. Ab interioribus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, stupra homicidia, furta, auaritiæ, fraudes, dolus, impudicitia, malus oculus, conuitia, superbia, stultitia, omnia hæc mala ab internis procedunt, & inquinant hominem. Et inde surgens, abijt in confinia Tyri ac Sidonis, & ingressus domum, neminem uoluit scire, nec potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filiola habebat spiritum immundum, uenit & accidit ad pedes eius. Erat enim mulier Græca Syrophœnissa genere, & rogabat eum, ut dæmonium eijceret de filia sua. Iesus autem dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim honestum, sumere panem filiorum, & proijcere catellis. At illa respondit & dicit illi: Etiam domine: nam catelli quoque comedunt sub mensa de micis filiorum. Et ait illi: Propter istum sermonem uade exijt dæmonium à filia tua. Et cum abisset domum suam, reperit dæmonium exisse, & filiam iacentem super lectum. Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis, uenit ad mare Galilææ per medios fines decapolis, & adducunt ei surdum, impeditæq́ linguæ, & deprecantur eum, ut imponat illi manum. & cum apprehendisset eum de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso tetigit linguam eius, ac suscipiens in cœlum, ingemuit, & ait illi, Ephatha, quod est aperire. Et statim apertæ sunt eius aures, & solutum est uinculum linguæ eius, ac loquebatur recte. Ac præcepit illis, ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis præce-

aduocans iterum turbas, dicebat illis: Audite me omnes & intelligite: Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cum introisset in domum à turba: interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis. Non intelligitis: quia omne extrinsecus introiẽs in hominem: non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in uentrem uadit & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat autem quoniam quæ de homine exeunt illa coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt: & coinquinant hominem. Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis, & ingressus domum neminem uoluit scire: & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit & procidit ad pedes eius: Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere, & rogabat eum ut dæmoium eijceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit & dixit illi: Utique domine: nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem uade: exijt dęmonium à filia tua. Et cum abijsset domum, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exisse. Et iterum exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines decapoleos: & adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum ut imponat illi manum: & apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius: & suspiciens in cœlum ingemuit: & ait illi: Effeta, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte: & præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præci-

Matth.9 d Luc.11 b

Marc.1 d.9 a

Eccli.39 c

eis præceperat, hoc potius amplius prædica/
bant.& supra modum stupebant, dicentes:
Bene omnia fecit, & surdos facit audire, &
mutos loqui.

CAPVT VIII

De 7. panib. & quō signū petierūt pha/risæi, deq; eo/rū fermento: Cæcus cura/tur, quæ opi/nio de Chri/sto, & quō se ctandus

IN diebus illis, cum turba admodum mul/
ta esset, nec haberent quod manducarent,
accersitis ad se Iesus discipulis, ait illis: Mise/
ricordia tāgor erga turbam, quia iam triduo
manent apud me, nec habent quod edant:&
si dimisero eos ieiunos in domum suam, de/
ficient in uia. Quidam enim ex eis è longin/
quo uenerunt. Et responderunt ei discipuli
sui: Vnde istos quis poterit hic satiare pani/
bus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot
panes habetis? Illi uero dixerunt: Septem.
Et præcepit turbæ discumbere super terram.
Et acceptis septem panibus, cum gratias e/
gisset, fregit, deditq; discipulis suis, ut appo/
nerent. Et apposuerunt turbæ.& habebant
pisciculos paucos, & cum benedixisset, iussit
apponi,& hos. Comederunt autem & satu/
rati sunt, ac sustulerunt quæ superfuerāt, fra/
gmentorum septem sportas. Erant autem
qui comederant fermè quater mille, & dimi/
sit illos. Et mox ingressus in nauim cum disci/
pulis suis, uenit in partes Dalmanutha. Et e/
gressi sunt pharisæi, cœperuntq; disputare
cum illo, quærentes ab eo signum è cœlo, ten/
tantes eum. Et cum ingemuisset spiritu suo,
dicit: Cur generatio hæc signum quærit? A/
men dico uobis, si dabitur generationi huic
signum. Et relictis illis ingressus rursus na/
uim, abijt traiecto lacu. Et obliti fuerant su/
mere panes, nec præter unum panem habe/
bant secum in naui. Ac præcepit illis dicens:
Videte, cauete à fermento pharisæorum, &
à fermento Herodis,& disputabant inter se/
se dicentes. Panes non habemus. Et eo cogni
to Iesus dicit illis: Quid disputatis, quod pa/
nes non habetis? nondum animaduertitis
nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis
cor uestrum? oculos habentes, non cernitis:
& aures habentes, non auditis? & non me/
ministis? Cum quinque panes fregissem in
hominum quinque milia, quot cophinos
fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei duo/
decim. Cum autem septem in quatuor mi/
lia, quot

Matth.15 d — Matth.16 a — Ioan.6.d — Matth.12 d — Luc.11 c — Lucæ 12 a — Matth.15 d

eis præcipiebat: tanto magis plus prædica/
bant: & eo amplius admirabantur, dicentes:
Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, &
mutos loqui.

CAPVT VIII

IN diebus illis, iterum cum turba multa es/ A
set cum Iesu: nec haberent quod man/
ducarent: conuocatis discipulis, ait illis: Mi/
sereor super turbam: quia ecce iam triduo
sustinent me: nec habent quod manducent:
& si dimisero eos ieiunos in domum suam,
deficient in uia. Quidam enim ex eis de
longe uenerunt. Et responderunt ei discipu/
li sui: Vnde istos quis poterit hic satia/
re panibus in solitudine? Et interrogauit
eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt:
Septem. Et præcepit turbæ discumbere su/
per terram. Et accipiens septem panes gra/
tias agens fregit & dabat discipulis suis, ut
apponerent. Et apposuerunt turbæ: & ha/
bebant pisciculos paucos: & ipsos benedi/
xit, & iussit apponi. Et manducauerunt &
saturati sunt: & sustulerunt quod superaue/
rat de fragmentis septem sportas. Erant au/
tem qui manducauerant quasi quatuor mi/
lia, & dimisit eos. Et statim ascendens na/
uim cum discipulis suis, uenit in partes Dal/
manutha, & exierunt pharisæi & cœperunt B
conquirere cum eo quærentes ab illo signum
de cœlo, tentantes eum. Et ingemiscens spi/
ritu ait: Quid generatio ista signum quæ/
rit? Amen dico uobis, si dabitur generatio/
nisti isti signum.& dimittens eos ascendit ite
rum nauim, & abijt trans fretum. Et obli/
ti sunt panem sumere: & nisi unum panem
non habebant secum in naui. Et præcipie/
bat eis, dicens: Videte & cauete à fermen/
to pharisæorum & fermento Herodis. Et
cogitabant ad alterum dicentes, quia panes
non habemus. Quo cognito, ait illis Iesus:
Quid cogitatis, quia panes non habetis?
Nondum cognoscitis nec intelligitis? Adhuc
cæcatum habetis cor uestrum, oculos haben
tes non uidetis,& aures habētes non auditis.
Nec recordamini quando quinque panes fre
gi in quinq; milia,& quot cophinos fragmē/
torum plenos sustulistis? Dicunt ei Duode/
cim. Quando & septem panes in quatuor mi
lia, quot

lia, quot sportas ex reliquijs fragmentorum tulistis? Illi uero dixerũt: Septem. Et dixit illis: Qui fit ut non intelligatis? Et uenit Bethsaidam, & adducunt illi cæcum & obsecrant eũ, C ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit illum extra uicum. & cum expuisset in oculos illius, imposuissetq́ illi manus, interrogauit eum, si quid uideret: & recepto uisu, dicebat: Video homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & fecit ut uisum reciperet, & restitutus est, ac denuo uidebat dilucide omnes: & dimisit illum in domum suam, dicens: Neque in uicum ingrediaris, neq́ dixeris cuiquam in uico. Et egressus est Iesus & discipuli illius in uicos Cæsariæ, quæ cognominatur Philippi, & in uia interrogauit discipulos suos, dicẽs illis: Quem me dicũt homines esse? Illi uero responderũt: Ioannem baptistam, & alij Heliam, alij rursus unum de numero prophetarum. Et ipse dicit illis: at uos quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus, dicit illi: Tu es ille Christus. Et interminatus est eis, ne cui dicerent de se. Et D cœpit docere eos quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, summisq́ sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Et aperte sermonem loquebatur. Et apprehendit illum Petrus cœpitq́ increpare eum. At ille conuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrum, dicẽs: Abi post me satana quoniã non sapis quæ dei sunt, sed quę sunt hominũ. Et cũ ad se uocasset turbã unà cũ discipulis suis, dixit illis: Quicunq́ uult sequi me, abneget semetipsum & tollat crucem suã ac sequatur me. Nam quisquis uoluerit animã suã seruare, perdet eam. Quisquis autem perdiderit animam suã causa mea & euangelij, hic seruabit eam. Quid enim profuerit homini si lucratus fuerit mundum totum, & animæ suæ iacturam fecerit? Aut quid daturus est homo, quo repenset animam suam? Quencunque enim puduerit mei ac meorum sermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

A ET dicebat illis: Amẽ dico uobis: Sũt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem, donęc uiderint regnum dei

lia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? Et ueniunt Bethsaida, & adducunt ei cæcum: & rogabant eum, ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis interrogauit eum, si quid uideret. Et aspiciens ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit uidere, & restitutus est ita ut clare uideret omnia: & misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in uicum introieris, nemini dixeris. Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsariæ Philippi, & in uia interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt homines? Qui responderunt illi, dicentes: Alij Ioannem Baptistam: alij Heliam, alij uero quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. Et comminatus est eis: ne cui dicerent de illo. Et cœpit docere eos quoniam oportet filium hominis multa pati: & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & scribis: & occidi, & post tres dies resurgere. Et palam uerbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me sathana, quoniã nõ sapis quę dei sunt, sed quæ sunt hominũ. Et conuocata turba cũ discipulis suis, dixit eis. Si quis uult me sequi deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam faciet eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit & uerba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum, cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

CAPVT IX

ET dicebat illis: Amen dico uobis, quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum dei

Matt.16 b Luc.9 c

Mat.16,17 a

Luc.17 d Ioann.12 e

Matth.10 d Luc.9,12

Christus trãsfiguratur, curatur lunaticus, hortatur ad sui deiectionem, & fugã offendiculi

dei ueniſſe cum uirtute. Ac poſt dies ſex aſ/
ſumit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem
& ſubducit eos in montem excelſum ſeor/
ſum ſolos, & transformatus fuit coram illis,
& ueſtimenta illius facta ſunt ſplendida,can/
dida ualde ueluti nix, quàm candida face/
re non poteſt fullo ſuper terram. & conſpe/
ctus eſt illis Helias cum Moſe, colloqueban/
turq́ꝫ cum Ieſu. Et reſpondens Petrus dicit
Ieſu:Rabbi, Bonum eſt nos hic eſſe, & facia/
mus tabernacula tria;tibi unum,& Moſi unũ,
& Heliæ unum. Non enim nouerat quid lo/
queretur.erãt eñ expauefacti.Et facta eſt nu
bes, quę obũbrauit illos.Et uenit uox è nube,
dicens:Hic eſt filius meus dilectus, ipſum au/
dite.Et repente cum circunſpexiſſent,non am
plius uiderunt quenquam, ſed ſolum Ieſum
eſſe ſecum.Porrò cum deſcenderent de mon/
te, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ uide/
rant,niſi cum filius hominis à mortuis reſurre
xiſſet.Ac uerbum hoc tenuerunt apud ſeſe,in
ter ſe diſputantes, quid eſſet hoc quod dixe/
rat,è mortuis reſurgere,& interrogabãt illum
dicentes: Quid eſt quod ſcribæ dicunt: Heli/
am oportere uenire prius? Ille uero reſpõdens
dixit illis:Helias quidem ubi uenerit prius, re/
ſtituit o͞mia: & quemadmodum ſcriptum eſt
de filio hominis, ut multa patiatur, & conte/
mnatur. Verum dico uobis: Heliam ueniſſe,
& fecerunt illi quæcunq́ꝫ uoluerunt,ſicut ſcri/
ptum erat de illo. Et cum ueniſſet ad diſcipu/
los ſuos,uidit turbam multam circum illos, &
ſcribas diſputantes cum eis. Et protinus uni/
uerſa turba cum uidiſſet eum, obſtupuit: &
accurrentes, ſalutauerunt eum.Et interroga/
uit ſcribas: quid diſputatis inter uos? Et re/
ſpondens unus è turba dixit: Præceptor ad/
duxi filium meum ad te, habentem ſpiritum
mutum: & quandocunque eum corripuerit,
lacerat eum,atque ille ſpumat, ac ſtridit den/
tibus ſuis,& areſcit. Et dixi diſcipulis tuis ut
eijcerent, & non potuerunt. At ille reſpon/
dens ei, dicit: O natio incredula, quouſque
apud uos ero? quouſque patiar uos. Addu/
cite illum ad me. Et adduxerũt illum ad eum.
At uiſo illo, continuo ſpiritus diſcerpebat
eum. & prolapſus in terra uoluebatur ſpu/
mans. Et interrogauit patrem illius. Quan/
tum temporis eſt, quod hoc accidit ei? At ille
dixit:A puero.Et frequẽter illum & in ignem
abiecit

Matth.17 a
Luc.9 d
Matt.5.3. b
Sup.1 a
Luc.3 c
Eſa.53 a
Pſalm.21 a

dei ueniens in uirtute. Et poſt dies ſex aſ/
ſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioan/
nem: & duxit illos in montem excelſum ſo/
los: & transfiguratus eſt coram ipſis. Et
ueſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & can/
dida nimis uelut nix, qualia fullo non po/
teſt ſuper terram candida facere. Et appa/
ruit illis Helias cum Moſe, & erant loquen/
tes cum Ieſu. Et reſpondens Petrus ait Ieſu:
Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus
tria tabernacula: tibi unum,Moyſi unum, &
Heliæ unum. Non enim ſciebat quid diceret.
Erant enim timore exterriti. Et facta eſt nu/
bes obumbrans eos, & uenit uox de nube di/
cens: Hic eſt filius meus chariſſimus, audite
illum. Et ſtatim circunſpicientes, neminem
amplius uiderunt niſi Ieſum tantum ſecum.
Et deſcendentibus illis de monte præcepit il/
lis ne cuiquam quod uidiſſent, narrarent,niſi
cum filius hominis à mortuis reſurrexerit.Et
uerbum continuerunt apud ſe, conquiren/
tes quid eſſet cum à mortuis reſurrexerit. Et
interrogabant eum, dicentes: Quid ergo di/
cunt phariſæi & ſcribæ: quia Heliam opor/
teat uenire primum? Qui reſpondens ait il/
lis: Helias cum uenerit primo, reſtituet o/
mnia, & quomodo ſcriptum eſt in filium ho/
minis ut multa patiatur & contemnatur.Sed
dico uobis, quia & Helias uenit: & fecerunt
illi quæcunque uoluerunt, ſicut ſcriptum eſt
de eo. Et ueniens ad diſcipulos ſuos uidit
turbam magnam circa eos, & ſcribas con/
quirentes cum illis. Et confeſtim omnis po/
pulus uidens Ieſum, ſtupefactus eſt, & ex
pauerunt, & accurrentes ſalutabant eum: &
interrogauit eos: Quid inter uos conquiri/
tis? Et reſpondens unus de turba, dixit:Ma/
giſter attuli filium meum ad te, habentem
ſpiritum mutum, qui ubicunque eum appre/
henderit, allidit illum, & ſpumat & ſtridet
dentibus & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis,ut
eijcerent illum, & non potuerunt. Qui re/
ſpondens eis, dixit: O generatio incredula:
quandiu apud uos ero, quandiu uos patiar.
Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et
cum uidiſſet eum, ſtatim ſpiritus conturba/
uit illum, & eliſus in terram uolutabatur ſpu/
mans, & interrogauit patrem eius. Quan/
tum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At il/
le ait:Ab infantia,& frequenter eum in ignem
& aquam

B

abiecit,& in aquas, quo perderet eum. Age si quid potes, subueni nobis misertus nostri. Iesus autem dixit ei: Illud si potes credere: omnia possibilia credenti. Et confestim exclamãs pater pueri cum lachrymis dixit: Credo domine, succurre incredulitati meæ. Cũ uidisset autem Iesus, quod turba simul accurreret, increpauit spiritum immundũ, dicens illi: Spiritus mute, & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illum. Et cũ clamasset spiritus, multumq; discerpsisset eũ, exiuit: & factus est tanquam mortuus, adeo ut multi dicerent, mortuus est. At Iesus correpta manu illius, erexit eum, & ille surrexit. Et cũ esset ingressus domum, discipuli illius interrogabãt eum seorsim: Cur nos non quiuimus eijcere illum? Et dixit illis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi per deprecationem & ieiunium. Et illinc digressi, iter fecerunt per Galilæam, nec uolebat ut quisquam sciret. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis: Filius hominis traditur in manus hominũ, & occident eum, & occisus, tertio die resurget. At illi ignorabãt quod dixerat, & timebãt eum interrogare. Et uenit Capernaum: & cũ uenisset in domũ, interrogauit illos, quid in itinere inter uos disputabatis? At illi siluerunt. Nam inter se disputauerant inter uiam, quis esset maior. Et cum cõsedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si qs uult primus esse, is erit omnium postremus, & omnium minister. Atq; arreptum puerũ statuit in medio illorum: & cum cœpisset illum in ulnas suas, dixit illis: Quisquis unum ex talibus pueris receperit nomine meo, me recipit: & quicunq; me recipit, nõ me recipit, sed eum qui misit me. Respondit autem ei Ioannes, dicens: Præceptor, uidimus quendam nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illum, propterea quod nõ sequitur nos. At Iesus ait: Ne prohibeatis illũ. Nullus enim est, q si fecerit uirtutẽ per nomẽ meum, possit cito male loqui de me. Qui enim nõ est aduersus nos, pro nobis est. Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquæ nomine meo, quod sitis Christi, amen dico uobis, nequaquam perditurus est mercedem suam. Et quisquis offenderit unum ex pusillis, qui confidunt in me, melius foret illi, si circundaretur saxum molare circa ceruicem eius, & abijceretur in mare. Et si tibi fuerit obstaculo manus

& aquam misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos: misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum uidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans & multum discerpens eum, exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam, nec uolebat quemquam scire. Docebat autẽ discipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hominis tradetur in manus hominum: & occidẽt eum: & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant uerbũ, & timebant eum interrogare. Et uenerunt Capharnaũ. Qui cũ domi essent interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in uia inter se disputauerant, quis eorum maior esset. Et residens uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus esse: erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, & quicunque me susceperit, non me suscipit sed eum qui me misit: Respondit illi Ioannes, dicens: Magister uidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit uirtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circũdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus

Luc.1.18 c
Marc.8.10
Lucæ 18 d
Matth.18 a
Marc.10 d
Luc.9.10 b
Ioann.13
Matth.10 e
Luc.17 a
Matth.5.18

manus tua, amputa illam. Bonum est tibi, mutilum ad uitam ingredi, potius quàm duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextiguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illũ. Bonũ est ut ingrediaris ad uitam claudus, potius quàm duos pedes habens mittaris in gehennam, in ignẽ inextinguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum. Bonum est tibi ut luscus introeas in regnum dei, potius quàm ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguitur. Nam omnis homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bona res est sal, cæterum si sal insulsus fuerit, per quod ipsum condietis? Habete in uobisipsis salem, & pacem habete inter uos inuicem.

Esaiæ 66.b
Ezech.20 f

ET cum inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionem quæ est ultra Iordanem. & conueniunt rursum turbæ ad illum, & sicut consueuerat rursum docebat eas. Et adeuntes pharisæi interrogabant illum: Licet ne uiro uxorem repudiare? tentantes illum. At ille respondens, dixit illis: Quid uobis præcepit Moses? At illi dixerunt: Moses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus dixit illis: Ad duriciã cordis uestri scripsit uobis præceptum istud. cæterũ ab initio creationis masculum & fœminam fecit illos deus. Propter hoc relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & fient duo caro una. Itaque non iam sunt duo, sed una caro. Quod igitur deus copulauit, homo ne separet. Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum. & dicit illis: Quicunque repudiauerit uxorem suã, & duxerit aliã, adulteriũ cõmittit aduersus illã. Et si mulier repudiauerit uirum suũ, & nupserit alteri, adulteriũ committit. Et attulerũt ad illum pueros, ut tangeret illos: discipuli uero increpabant eos qui adducebãt. Cum uidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite pueros uenire ad me, ne prohibete illos, taliũ enim est regnum dei. Amen dico uobis: Quicunque non acceperit regnum dei tanquã puer, haud quaquã ingredietur in illud. Et cũ cœpisset illos in ulnas, impositis manibus super illos, benedixit eis. Et cũ exiret in uiã, accurrit quidam ac genua

De diuortio, recipit pueros Iesus, de diuite adolescenta, filijs Zebedæi & Bartimæo cæco
Matth.19 a
Deut.24 a
Matth.5 a
Matt.5 d.19 b
Luc.16 c
Luc.18 a

manus tua, abscide illam: Bonum est tibi debilem introire in uitam: quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur: & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: Bonum est tibi claudum introire in uitam æternam quàm duos pedes habentem mitti in gehẽnam ignis inextinguibilis: ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: eijce eum: Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: quàm duos oculos habentem mitti in gehennã ignis ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur: & omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos.

CAPVT X

ET inde exurgens uenit in fines Iudææ ultra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi interrogabãt eum, si licet uiro uxorem dimittere, tentantes eum. At ille respondens dixit eis: Quid uobis præcepit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duriciam cordis uestri scripsit uobis præceptum istud. Ab initio autem creaturæ masculum & fœminam fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem & adhærebit ad uxorem suam: & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit uirum suum, & alij nupserit: mœchatur. Et offerebant illi paruulos ut tangeret eos: discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum uideret Iesus indigne tulit: & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me: & ne prohibueritis eos, talium est enim regnum dei. Amen dico uobis: quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponẽs manus super illos, benedicebat eos. Et cũ ingressus esset in uia procurrẽs quidam genuflexo

A
B

ac genua flexit illi, & interrogabat eum Præ/
ceptor bone, quid faciam, ut uitam æternam
possideã? Iesus autem dixit illi: Cur me dicis
bonum? Nemo bonus, nisi unus, nẽpe deus.
Præcepta nosti. Ne cõmittas adulterium, ne
occidas, ne fureris, ne falsum testimonium di/
cas, ne fraudes: honora patrẽ tuum & matrẽ.
At ille respõdens dixit illi: Præceptor, hæc o/
mnia seruaui ab adolescẽtia mea. Iesus autem
intuitus illũ, dilexit eum, & dixit illi: Vnũ tibi
deest: Abi, quæcũq; habes, uende, & da pau/
peribus, & habebis thesaurum in cœlo, & ue
ni sequere me, sublata *in humeros* cruce. At ille
molestia affectus propter sermonem, discede
bat mœrẽs. habebat enim possessiones mul/
tas. Et cũ circunspexisset Iesus, dicit discipulis
suis. Quàm difficulter hi qui pecunias habẽt,
in regnũ dei intrabunt. Discipuli uerò obstu/
puerunt super uerbis illius. At Iesus rursum re
spondẽs, dicit illis: Filij, quàm difficile est eos,
qui fiduciã habent in pecunijs, regnum dei in
gredi. Facilius est camelum per foramen acus
ingredi, quàm diuitẽ in regnũ dei ingredi. Illi
uerò supramodũ admirati sunt, dicentes intra
sese: Et quis potest esse saluus? Intuitus autẽ
Iesus illos, dicit: Apud homines impossibile,
sed nõ apud deũ: nã omnia possibilia sunt a/
C pud deum. Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce re/
liquimus omnia: & secuti sumus te. Respõdẽs
autẽ Iesus dixit: Amen dico uobis: Nullus est
qui reliquit domũ, aut fratres, aut sorores, aut
patrẽ, aut matrem, aut uxorẽ, aut liberos, aut
agros mea causa & euãgelij, quin recipiat cen/
tupla nunc in tẽpore hoc, domos, & fratres, &
sorores, & matres, & liberos, & agros cũ perse
cutiõibus, ac ĩ seculo uẽturo uitã ęternã. Mul/
ti aũt primi, erũt postremi: & postremi primi.
Erant autẽ in uia ascendẽtes Hierosolymã, &
præcedebat illos Iesus, erãtq; pauefacti, & se/
quentes timebant. Et assumptis Iesus rursum
duodecim, cœpit illis dicere, quæ sibi euẽtura
essent. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius
hominis tradet' principibus sacerdotũ & scri/
bis, & condẽnabunt eum ad mortẽ, & tradẽt
illum gentibus, & illudent illi, & flagellabunt
eũ, & inspuẽt in illum, & occidẽt eum, & tertia
die resurget. Et accedunt ad eũ Iacobus & Io/
hãnes filij Zebedæi, dicẽtes: Præceptor uolu
mus ut quicquid petierimus, facias nobis. Ille
uerò dixit eis: quid me uultis facere uobis? Illi
uerò

genu flexo ante eum, rogabat eum dicẽs: Ma
gister bone, quid faciam ut uitam æternam
percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me
dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus.
Præcepta nosti: ne adulteres: ne occidas: ne
fureris: ne falsum testimonium dixeris: ne
fraudem feceris: honora patrem tuum &
matrem. At ille respondens, ait illi: Magister
hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Ie/
sus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit
ei: Vnum tibi deest: uade quæcunque habes
uende & da pauperibus: & habebis thesau/
rum in cœlo: & ueni sequere me. Qui contri/
status in uerbo, abijt mœrens. Erat enim ha/
bens multas possessiones. Et circunspiciens Ie
sus ait discipulis suis: Quam difficile qui pecu
nias habent in regnum dei introibunt. Disci/
puli autem obstupebant in uerbis eius. At Ie
sus rursus respondens, ait illis: Filioli, q̃ diffici
le est cõfidentes in pecunijs in regnum dei in/
troire. Facilius est camelum per foramẽ acus
transire: quàm diuitem intrare in regnum dei.
Qui magis admirabantur, dicentes ad semet/
ipsos. Et quis potest saluus fieri? Et intuens il/
los Iesus, ait: Apud homines impossibile est:
sed non apud deũ. omnia enim possibilia sunt
apud deũ. Et post hæc cœpit ei Petrus dicere:
Ecce nos dimisimus omnia: & secuti sumus
te. Respõdens Iesus ait: Amen dico uobis: Ne
mo est qui reliquerit domum, aut fratres,
aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut fi/
lios, aut agros, propter me & propter euan/
gelium: qui non accipiet centies tantum nunc
in tempore hoc: domos & fratres & sorores
& matres & filios & agros cum persecutioni/
bus: & in seculo futuro uitam ęternam. Multi
autẽ erũt primi nouissimi, & nouissimi primi.
Erant autem in uia ascendentes Hierosoly/
mam, & pręcedebat illos Iesus. Et stupebant,
& sequentes timebant. Et assumens iterũ duo
decim, cœpit illis dicere quæ essent ei uẽtura.
Quia ecce ascendimus Hierosolymã: & filius
hominis tradetur principibus sacerdotum &
scribis & senioribus: & dãnabunt eum morte:
& tradent eũ gẽtibus & illudent ei: & cõspuẽt
eũ: & flagellabunt eũ: & interficiẽt eũ: & tertia
die resurget. Et accedũt ad eum Iacobus & Io
hãnes filij Zebedæi, dicẽtes: Magister, uolu
mus ut quodcũq; petierimus, facias nobis. At
ille dixit eis: Quid uultis ut faciam uobis? Et
dixerunt:

Deu.4.31 f
Exod.20 c

Acto.2.4

Matth.20 b
Luc.13 c

uerò dixerunt ei: Da nobis, ut unus tibi à dextris, & alter tibi à sinistris sedeamus in gloria tua. Iesus autẽ dixit illis: Nescitis quid petatis: potestis bibere poculũ, quod ego bibo, & baptismate quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei: Possumus. Iesus autẽ dixit illis: Poculum quidẽ quod ego bibo, bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini. Cæterũ sedere mihi à dextris ac sinistris, nõ est meum dare, sed his *continget* quibus paratũ est. Et cũ audissent decẽ, cœperũt indignari de Iacobo & Iohanne. Iesus aũt cũ uocasset eos ad se, dicit illis: Scitis q̃ qui uidẽtur imperare gẽtibus, dñium exercẽt aduersus illas. Et q̃ magnates sunt inter eas, potestatẽ exercẽt in illas. Verum non sic erit inter uos: sed quicunq; uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos, erit minister uester. Et quicunq; uoluerit ex uobis esse primus, erit omnium seruus. Nam & filius hominis nõ uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, ac daret animã suã redemptionẽ pro multis. Et ueniũt Hiericho, cũq; egrederetur ab urbe Hiericho, ac discipuli illius & turba copiosa: Filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. Et cum audisset quod Iesus Nazarenus esset, cœpit clamare, & dicere: Fili Dauid Iesu, miserere mei. Et increpabãt illum multi, ut taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Et stetit Iesus, ac iussit illũ uocari, & uocant cæcũ, dicentes illi: Bono animo esto, surge, uocat te. Ille uerò abiecto pallio suo, surrexit & uenit ad Iesum. Et respõdẽs dicit illi Iesus: Quid uis faciã tibi? Cæcus aũt dixit ei: Rabboni, ut uisum recipiam. Iesus aũt dixit illi: Abi, fides tua saluũ te reddidit, & protinus recepit uisum, & sequebatur Iesum in uia.

Luc.22 — *Matt.20 d* — *Luc.18 d*

Venit Hierosolymã, maledicit ficui, eijcit è tẽplo nũmularios, docet quæ sit uirtus oratiõis fidelis, & quæstione quæstionem diluit — *Matth.21 a* — *Luc.19 c*

ET cum appropinquãt Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniã iuxta montem Oliuarum, emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Abite in uicum qui contra uos est, & statim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatũ, supra quẽ nullus hominũ sedit: soluite eũ & adducite. Et si quis uobis dixerit. Cur facitis hoc? Dicite, quod dominus eo opus habet, & continuo illum mittet huc. Abierunt aũt, & inuenerunt pullum alligatũ iuxta ianuam foris in biuio, & soluunt illũ. Et nõnulli eorum qui illic stabant, dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt eis, quem-

dixerunt: Da nobis ut unus ad dexteram: & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari. At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: D Calicem quidem quem ego bibo, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam, uel ad sinistram, non est meum dare uobis: sed quibus paratum est. Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo & Iohanne. Iesus autem uocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in uobis: sed quicunque uoluerit fieri maior, erit uester minister: & quicunq; uoluerit in uobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei: sed ut ministraret & daret animam suam redemptionem pro multis. Et ueniunt Hiericho: & proficiscente eo de Hiericho & discipulis eius: & plurima multitudine: filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus esset, cœpit clamare & dicere: Iesu fili Dauid miserere mei. Et comminabantur illi multi ut taceret: at ille multo magis clamabat fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum uocari. Et uocant cæcum, dicentes ei: Animæquior esto: surge, uocat te. Qui proiecto uestimento suo, exiliens uenit ad eum. Et respondens Iesus, dixit illi: Quid tibi uis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni ut uideam. Iesus autẽ ait illi: Vade, fides tua saluum te fecit. Et confestim uidit & sequebatur eum in uia.

CAP. XI

ET cum appropinquarẽt Hierosolymę & Bethanię ad mõ A tem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra uos est: & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum & adducite. Et si quis uobis dixerit, quid facitis: dicite: quia domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebãt illis: Quid facitis soluentes pullũ? Qui dixerũt eis sicut

quemadmodum præceperat Iesus,& sinebāt
illos.Et adduxerunt pullū ad Iesum,& iniece/
runt illi uestiméta sua,seditq́ super illū.Mul-
ti uerò uestiméta sua sternebant in uiam.Alij
uerò frōdes incidebāt ex arboribus,& sterne
bant in uiā.Et qui præcedebāt,quiq́ sequebā
B tur clamabant,dicētes:Hos anna,benedictus
qui uenit in nomine domini.Benedictū quod
uenit regnum in nomine dn̄i patris nostri Da
uid,hos anna in altissimis.Et ingressus est Hie
rosolymā dn̄s & in templum.Et cum circūspe
xisset omnia, iamq́ tēpus esset uespertinum,
egressus est Bethaniā cū duodecim, & poste/
ro die cum exissent Bethania,esurijt: cūq́ ui-
disset arborē fici procul habētem folia,uenie/
bat si uidelicet inuēturus esset aliquid in illa:&
cum uenisset ad illā,nihil inuenit nisi folia.Nō
enim erat tēpus ficorum.Et respondens Iesus
dixit ficui:Ne post hac ex te in æternum quis
quā fructum edat.Et audiebāt discipuli illius,
ueniuntq́ Hierosolymā. Et ingressus Iesus in
templū, cœpit eijcere eos qui uendebant & e/
mebant in templo,& mensas argentariorū,&
sellas uendentium columbas subuertit, & non
permisit, ut quisquā deportaret uas per tem-
C plum:& docebat,dicēs illis: Nónne scriptum
est: Domus mea domus precationis uocabi-
tur omnibus gentibus? uos autem fecistis e-
am speluncam latronum:Et audierunt scribæ
principesq́ sacerdotum, & quærebant quo/
modo illum essent perdituri. Timebant enim
eum quod tota turba admirabatur doctrinā
illius.Et cū uespera iā esset,egressus est Iesus à
ciuitate,& mane prætereūtes, uiderunt ficū ex
aruisse radicitus,& recordatus Petrus, dicit il/
li:Rabbi, ecce ficus illa quā execratus es, exa/
ruit.Et respondens Iesus, dicit illis: Confidite
deo.Amen dico uobis,quod quicunq́ dixerit
mōti huic:Tollaris ac mittaris in mare,& non
hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, fore
quæ dixerit,erit illi quicquid dixerit. Propter/
ea dico uobis,quæcunq́ orantes petitis, credi
te quod accipitis,& erunt uobis. Et cum stete
D ritis orātes, remittite si quid habetis aduersus
aliquem,ut & pater uester, qui in cœlis est,re/
mittat uobis delicta uestra, Et ueniūt rursum
Hierosolymā, & cū ambularet in templo, ue/
niunt ad illum principes sacerdotum & scribæ
& seniores, & dicunt illi: Qua autoritate hæc
facis,& quis tibi dedit autoritatē istam, ut ista
facias

sicut præceperat eis Iesus:& dimiserunt eis.Et
duxerunt pullū ad Iesum:& imponūt illi uesti
mēta sua:& sedit super eū.Multi aūt uestimē/ [Ioan.12 b]
ta sua strauerunt in uia. Alij autē frondes cæ/
debāt de arboribus, & sternebāt in uia:Et qui
præibant,& qui sequebātur,clamabant, dicē/
tes: Osanna,benedictus qui uenit in nomine [Psal.117 c]
dn̄i:benedictum quod uenit regnū patris no/
stri Dauid,Osanna in excelsis. Et itroiuit Hie
rosolymā in tēplum:& circūspectis omnibus
cum iam uespera esset hora exijt in Bethaniā
cum duodecim: & alia die cum exirent à Be/
thania,esurijt. Cumq́ uidisset à longe ficum [Luc.13 a]
habentem folia, uenit si quid forte inueniret
in ea.Et cum uenisset ad eam,nihil inuenit nisi
folia.Non enim erat tempus ficorū.Et respō-
dens,dixit ei: Iam nō amplius in æternū ex te
fructum quisquā manducet.Et audiebant di/
scipuli eius:& ueniūt Hierosolymā. Et cum in
troisset in templum, cœpit eijcere uendētes &
ementes in tēplo:& mensas nummulariorū &
cathedras uendentiū columbas euertit. Et nō
sinebat ut quisquā trāsferret uas per tēplum:
& docebat,dicens eis:Nōne scriptum est:quia [Isa.56 b]
domus mea, domus oratiōis uocabitur omni
bus gentibus? Vos autē fecistis eam speluncā
latronum.Quo audito,principes sacerdotum [Matth.21 c]
& scribæ quærebant quomodo eum perde/ [Iohan.7 d]
rent.Timebant enim eum:quoniam uniuersa
turba admirabatur super doctrina eius. Et cū
uespera facta esset: egrediebatur de ciuitate.
Et cum mane transirent, uiderunt ficum ari-
dam factā à radicibus: & recordatus Petrus
dixit ei:Rabbi,ecce ficus cui maledixisti aruit.
Et respondens Iesus ait illis: Habete fidem [Matth.17 c]
dei. Amen dico uobis quia quicunque dixe/ [Luc.17 c]
rit huic monti:tollere & mittere in mare,& nō
hæsitauerit in corde suo: sed crediderit quia
quodcunque dixerit fiat,fiet ei. Propterea di
co uobis: omnia quæcunque orantes petitis,
credite quia accipietis & euenient uobis.Et cū
stabitis ad orādū: dimittite si quid habetis ad
uersus aliquē: ut & pater uester qui ī cœlis est,
dimittat uobis peccata uestra. Quod si uos
nō dimiseritis:nec pater uester qui in cœlis est,
dimittet uobis peccata uestra.Et ueniūt rursus
Hierosolymā.Et cum ambularet in tēplo: ac/
cedunt ad eum summi sacerdotes & scribæ &
seniores & dicunt ei :In qua potestate hæc fa/
cis: & quis dedit tibi hanc potestatem ut ista

facias

facias? Iesus autē respondens, dixit illis: Quæram à uobis & ipse quiddam, & respōdete mihi, & dicam uobis qua autoritate hæc faciam. Baptismus Ioannis utrum è cœlo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. Et cogitabant apud se, dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet: Cur igitur nō credidistis illi? At si dixissent: ex hominibus, timebāt populū. Omnes enim habebāt Ioannem, quod uere propheta fuisset. Et respondentes, dicunt Iesu: Nescimus. Et Iesus respōdens dicit illis: Nec ego dicam uobis, qua autoritate hæc faciam.

De uinea, tributo Cæsaris, mandato magno, cuius filius sit Christus, de hypocritis et uidua paupercula

Matth. 21 d
Luc. 20 a

ET cœpit illis per parabolas loqui. Vineā plantauit homo, & circūdederat sepem, & foderat lacum, & ædificauerat turrim, & elocauerat eam agricolis, & peregre profectus est, & misit ad agricolas cum opportunū esset seruum ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. At illi arreptū illum ceciderunt, ac remiserunt uacuū. Et rursum misit ad illos alium seruum, & illi coniectis in eum saxis comminuerunt illi caput, & remiserunt contumelijs affectū. Et rursum aliū misit, & illum occiderunt: multosq; alios, hos quidē cædentes, illos uero occidētes. Itaq; cum unum adhuc haberet filium suum dilectū, misit etiā illum ad illos postremū, dicens: Reuerebuntur filiū meum. Illi uerò agricolæ dicebant inter sese: Hic est hæres uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et arreptū illum occiderūt, & eiecerunt è uinea. Quid igitur facturus est dn̄s uineæ? ueniet & perdet agricolas, & dabit uineā alijs.

Psal. 117 c

An ne hanc quidem scripturam legistis? Lapidem quem reprobauerunt ij qui ædificabāt, hic factus est caput anguli: à domino factum est hoc, & est admirabile in oculis nostris. Et

Matt. 22 b

quærebant eum comprehendere, & metuebant turbam. sciebant enim, quod aduersus ipsos parabolam dixisset. Et relicto illo abierunt, ac mittunt ad illū quosdam è pharisæis & Herodianis, ut eum captarent sermone. Illi uerò cum uenissent, dicunt ei: Præceptor, scimus quod uerax es, & non curas quenquā: nō enim respicis personā hominum: sed cum ueritate uiam dei doces: Licet censum Cæsari dare, an non? demus, an non demus? Ille uerò sciens illorum simulationē, dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, ut uideam. Illi uerò attulerunt. Et dicit eis. Cuius est imago hæc & inscriptio? Illi uero dixerunt ei: Cæsaris

facias? Iesus autē respondens ait illis: Interrogabo & ego uos unū uerbū, & respondete mihi: & dicā uobis in qua potestate hæc faciam. Baptismū Ioannis de cœlo erat: an ex hominibus? Respōdete mihi. At illi cogitabant secū dicētes: Si dixerimus de cœlo, dicet nobis quare ergo nō credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus: timemus populū: Om̄es enim habebant Ioannem: quia uere propheta esset. Et respōdentes dicunt Iesu: Nescimus. Et respondēs Iesus ait illis: Neq; ego dico uobis in qua potestate hæc faciam.

CAP. XII

ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam pastinauit homo: & circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehēsum eum cæciderunt & dimiserunt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum & illum in capite uulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt & plures alios, quosdam cædentes: alios uero occidentes. Adhuc ergo unum habens filium charissimum: & illum misit ad eos nouissimum dicens: quia reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt adinuicem, Hic est hæres: uenite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt & eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dominus uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uineam alijs. Nec scripturam hanc legistis? Lapidem quem reprobaueruut ædificantes, hic factus est in caput anguli, à domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris. Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto illo abierunt. Et mittunt ad eum quosdam ex pharisæis & Herodianis: ut eum caperent in uerbo. Qui uenientes dicunt ei, Magister, scimus quia uerax es, & non curas quenquam. Nec enim uides faciem hominum: sed in ueritate dei doces: Licet dari tributum Cæsari, an non dabimus? Qui sciens uersutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium ut uideam. At illi obtulerunt ei: & ait illis: Cuius est imago hac & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris

Cæsaris. Et respõdēs Iesus dixit illis: Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ dei sunt deo. Et admirati sunt de eo. Et ueniunt saducæi ad illum, qui dicunt non esse resurrectionē: interrogaueruntq́ eū, dicentes: Pręceptor, Moses scripsit nobis, si cuius frater moriatur, ac relinquat uxorē, & liberos nō relinquat, ut accipiat frater eius uxorē illius, & suscitet semen fratri suo. Septē fratres fuerunt, ac primus accepit uxorē, isq́ moriēs non reliquit semē: & secundus accepit illā, ac mortuus est: & nec ipse reliquit semē, & tertius similiter. & acceperūt eam C septē, nec reliquerunt semē. Postrema uero omniū mortua est & uxor. In resurrectione igitur, cū resurrexerint, cuius illorū erit uxor? Nā septem habuerunt eam uxorē. Et respōdens Iesus, dixit eis: An nō propterea erratis, quod nesciatis scripturas, neq́ uirtutē dei? Cū enim à mortuis resurrexerint neq́ contrahunt matrimoniū, neq́ nuptum dantur, sed sunt uelut angeli qui in cœlis sunt. Cæterū de mortuis, quod resuscitātur, nō legistis in libro Moysi, quomodo in rubo locutus sit illi deus dicens: Ego ille deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob. Nō est deus mortuorū, sed deus uiuētiū. Vos igitur multū erratis. Et cū accessisset quidam è scribis, & audisset eos simul disputātes, uideretq́ quod bene respōdisset eis, interrogauit illum: Quod est primum omniū præceptorum? Iesus autē respondit illi: Primum omniū præceptū est: Audi Israel, Dominus deus noster, dominus unus est. Et diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primū præceptū. Et secundum simile hoc est: Diliges proximū tuū, ut teipsum. Maius his aliud præceptū non est. Et dixit illi scriba: Bene præceptor cum ueritate dixisti: quod unus sit deus, & nō sit alius præter illum, quódque diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligētia, & ex tota anima, & ex totis uiribus, ac diligere proximū ut seipsum, plus sit q̄ uniD uersa holocautomata & uictimæ. At Iesus cū uideret q, cordate respōdisset dixit illi. Haud longe abes à regno dei. Et nemo post illa audebat illum interrogare. Et respōdens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribę, Christum esse filium Dauid? nam ipse Dauid dixit afflatus spiritu sancto: Dixit dominus domino meo sede à dextris mihi.

Donec

Cæsaris. Respondēs aūt Iesus, dixit illis: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et mirabantur super eo. Et uenerunt super eū Saducæi: qui dicunt resurrectionē non esse, & interrogabāt eum, dicētes: Magister, Moyses nobis scripsit ut si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorē & filios nō reliquerit, accipiat frater eius uxorē ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septē ergo fratres erāt, & primus accepit uxorē, & mortuus est: non relicto semine: & secūdus accepit eam & mortuus est: & nec iste reliquit semē: & tertius similiter, Et acceperunt eam similiter septē: & nō reliquerūt semē. Nouissima omniū defuncta est & mulier: in resurrectiōe ergo cum resurrexerint cuius de his erit uxor? Septē enim habuerunt eam uxorem. Et respondens Iesus, ait illis: Nónne ideo erratis, nō scientes scripturas neq́ uirtutē dei. Cum enim à mortuis resurrexerint, neq́ nubent neque nubentur: sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autē quod resurgant, nō legistis in libro Moysi super rubum, quō dixerit illi deus inquiens: Ego sum deus Abraā & deus Isaac & deus Iacob. Nō est deus mortuorū, sed uiuorum. Vos ergo multum erratis. Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirētes: & uidens quoniam bene illis responderit: interrogauit eum quod esset primū omnium mandatū. Iesus autē respōdit ei: Quia primū omnium mandatū est: Audi Israel, dominus deus tu⁹ deus unus est. Et diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & ex tota uirtute tua, Hoc est primū mandatum. Secundū autem simile est illi: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Maius horū aliud mandatum non est. Et ait illi scriba: Bene magister in ueritate dixisti: quia unus est deus: & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde: & ex toto intellectu: & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere ꝓximum tāquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Iesus autem uidens quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longe à regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens Iesus dicebat docens in tēplo: Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dixit in spiritusancto: Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis.

Tob.6 c · Exo.3 a · Luc.10 c · Deu.6.30 b · Psal.109 a

Donec posuero inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum. Ipse ergo Dauid uocat eum dñm,& unde filius eius est? Et pleraq; turba audiebat illum libenter, & dicebat illis in doctrina sua: Cauete à scribis qui amant stolati obãbulare, & amãt salutatiões in foris, primasq; sellas in cõgregationib. & primos accubitus in cœnis, qui deuorãt domos uiduarũ, & sub prætextu lõgas faciunt preces. isti accipient grauiorem damnationem. Et cum sederet Iesus ex aduer so gazophylacij, spectabat, quomodo turba mitteret æs in gazophylaciũ. Et multi diuites mittebant multa. Et uenit quædã uidua pau/ per, misitq; minuta duo, quod est quadrans. Vocatisq; ad se discipulis suis, dicit illis. A/ men dico uobis, quod uidua hæc pauper plus misit, quàm omnes qui miserũt in gazophyla ciũ. Nã omnes ex eo quod ipsis supererat, mi serunt. At hæc è penuria sua omnia quæcũq; habebat misit, totam substantiam suam.

Matth. 23 a
Luc. 20 e
Luc. 21 a

De tẽpore cõ/summationis mundi
Matth. 24 a

ET cum exiret è templo, dicit illi quidã è discipulis illius: Præceptor, uide quales la pides, & quales substructiões. Et Iesus respõ/ dẽs, ait illi: Vides has magnas substructiões? Nõ relinquetur lapis super lapidem, qui nõ di ruatur. Et cum sederet in monte oliuarum è re gione templi interrogabant illum secreto Pe/ trus & Iacobus, & Iohannes, & Andreas Dic nobis, quãdo hæc erunt? & quod signum est, quando hæc omnia sint cõsummanda? At Ie sus respondens illis, cœpit dicere: Videte ne quis uos fallat. Multi enim uenient in nomine meo dicẽtes: Ego sum Christus, multosq; de cipient. Cum aũt audieritis bella & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri. at nondũ finis. Insurget enim gẽs aduersus gen/ tẽ, & regnũ aduersus regnũ. Et erunt terremo tus in singulis locis, & erũt fames ac turbatio/ nes. Initia dolorum hæc. Sed cauete uos uo/ bis. Tradent enim uos in concilia & in synago gas. cędemini, & sub prędidibus ac regibus du cemini propter me in testimoniũ illis. Et apud omnes gentes oportet prius prædicari euan/ geliũ. Cũ aũt duxerint uos tradẽtes, ne præco gitetis quid dicturi sitis, neq; meditemini, sed quicqd datũ fuerit uobis ĩ illa hora, hoc loqua mini. Nõ enim estis uos qui loquimini, sed spi ritussanctus. Traditurus est autẽ frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ, & insurgent filij aduer/ sus parẽtes, ac morte afficiẽt eos. Et eritis odio habiti

Isa. 9 a
Matt. 10 24
Luc. 12. 21
Ioan. 16 a

Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Ipse ergo Dauid dixit eum dominũ: & unde est filius eius? Et multa turba eum liben/ ter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua: Ca/ uete à scribis, qui uolunt in stolis ambulare: & salutari in foro: & in primis cathedris sedere in synagogis: & primos discubitus in cœnis: q deuorãt domos uiduarũ sub obtentu prolixę oratiõis: hi accipiẽt prolixius iudiciũ. Et sedẽs Iesus cõtra Gazophylacium aspiciebat quo/ modo turba iactaret æs in Gazophylaciũ: & multi diuites iactabãt multa. Cũ uenisset aũt uidua pauper, misit duo minuta, qd' est qua/ drans. Et cõuocans discipulos suos, ait illis: A/ men dico uobis: quoniam uidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserũt in Gazophy/ lacium. Omnes enim ex eo quod abunda/ bat illis, miserunt: hæc uero de penuria sua omnia quę habuit misit, totum uictum suum.

CAP. XIII

A ET cum egrederetur de templo, ait illi u/ nus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides & quales structuræ? Et respon dens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes: Non relinquetur lapis super la/ pidem: qui non destruatur. Et cum sederet in monte Oliuarum cõtra templum, interroga/ bant eum separatim Petrus & Iacobus & Io/ annes & Andreas: Dic nobis quando ista fiẽt: & quod signum erit, quando hæc omnia inci/ piẽt cõsummari? Et respõdens Iesus, cœpit di cere illis: Videte ne quis uos seducat. Multi e/ nim ueniẽt in nomine meo, dicentes: quia ego sum: & multos seducẽt. Cũ audieritis aũt bel/ la & opiniones bellorum: ne timueritis: opor/ tet enim hæc fieri: sed nondum finis. Exur/ get enim gens contra gentem: & regnum su/ per regnum: & erunt terræ motus per loca & fames. Initium dolorum hæc. Videte autẽ uo smetipsos. Tradẽt enim uos in cõcilijs: & in sy nagogis uapulabitis: Et ante prędides et reges B stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prędicari euã gelium. Et cum duxerint uos, tradẽtes: nolite præcogitare quid loquamini: sed quod da/ tum uobis fuerit in illa hora, id loquamini. Non enim uos estis loquentes, sed spiritussan ctus. Tradet autem frater fratrem in mor/ tem: & pater filium: & consurgent filii in pa/ rentes: & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus

habiti ab omnibus propter nomen meũ. Sed qui perseuerauerit usq; ad finẽ, hic saluus erit. Porrò cũ uideritis abominationẽ desolatiõis, de qua dictũ est à Daniele propheta, stãtem ubi nõ oportet, qui legerit, intelligat. Tunc qui fuerit in Iudęa fugiãt ad mõtes. Qui uero fuerit in tecto, ne descẽdat in domũ: nec ingrediatur, ut quicquã tollat è domo sua. Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollendũ palliũ suum. Væ aũt pręgnãtibus, & lactantibus in illis diebus. Sed orate ne fiat fuga uestra hyeme. Erunt enim dies illi talis afflictio, qualis nõ fuit à primordio rerum conditarum, quas condidit deus, usq; ad hoc tempus, nec futura est. Et nisi dominus abbreuiasset dies, haud quaquàm salua fuisset uniuersa caro. Sed ꝓpter electos quos elegit, abbreuiauit dies. Ac tum, si quis uobis dixerit: Ecce hic Christus, ecce illic, ne credatis. Exorientur pseudo Christi, & pseudoprophetæ & æ-C dent signa, ac prodigia, ad decipiendũ, si fieri possit, etiã electos. Vos autẽ cauete, ecce prædixi uobis omnia. Cæterũ in illis diebus post afflictionẽ illã sol obtenebrabitur, & luna nõ dabit splendorẽ suum: & stellæ cœli decident, & uirtutes quæ in cœlis sunt, concutientur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus, cum potestate multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & aggregabit electos suos à quatuor uẽtis, à summo terræ usque ad summũ cœli. A ficu uero discite similitudinẽ. Cũ ramus eius iam tener fuerit, produxeritq; folia, scitis quod prope sit æstas. Sic & uos cũ hæc uideritis fieri, scitote quod prope sit in fo-D ribus. Amẽ dico uobis quod nõ præteribit generatio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cœlũ & terra præteribunt, sed uerba mea nõ præteribunt. Cæterũ de die illo ac tẽpore nemo nouit, ne angeli quidẽ qui ĩ cœlo sunt, nec ipse filius, sed solus pater: Cauete, uigilate, & orate, nescitis eñ quãdo tempus sit. Sicut homo qui peregre agit relicta domo sua, deditq; seruis suis potestatẽ, ac suũ cuiq; opus, & ianitori mandauit ut uigilaret. Vigilate igitur, nescitis enim quãdo dominus domus uenturus sit sero an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uenerit repente, offendat uos dormientes. Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico, uigilate.

CAP. XIIII

Erat

omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet: qui legit, intelligat. *Danie. 9 c* Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: & qui super tectum, non descendat in domum: nec introeat ut tollat quid de domo sua. Et qui in agro erit: non reuertatur retro tollere uestimentum suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uero ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus usque nunc: neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies: non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit, breuiabit dies.

Et tunc si quis uobis dixerit: Ecce hic est *Luc. 17 c* Christus: ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pseudo Christi & pseudo prophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. Vos ergo uidete: ecce prædixi uobis omnia. Sed in illis diebus *Dan. 7 b* post tribulationem illam sol cõtenebrabitur: & luna non dabit splendorem suum: & stellæ cœli erunt decidentes: & uirtutes quæ in cœlis sunt, mouebuntur. Et tũc uidebunt filium hominis uenientẽ in nubibus cum uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos: & cõgregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terræ usq; ad summum cœli. A ficu autem discite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit: & nata fuerint folia: cognoscitis, quia in proximo sit æstas. Sic & uos cũ uideritis hæc fieri: scitote quod in proximo sit in ostijs. Amen dico uobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. De die autem illa uel hora nemo scit: neque angeli in cœlo, neque filius nisi pater.

Videte, uigilate & orate: nescitis enim *Matth. 24. 25* quando tempus sit. Sicut homo qui per- *Luc. 12. 19* egre profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: & ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus ueniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate.

CAP. XIIII

 Erat

Christus celebrat pascha, ungitur, capitur, negatur, et producitur ad summum sacerdotem

Matt.26 a
Luc.22 a

ERat autem pascha, & azymorũ dies futuri post biduũ. Et quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eũ per dolũ cõprehẽsum occiderẽt. Dicebãt aũt, nõ in die festo, ne tumultus fiat populi. Et cũ esset Bethaniæ in domo Simõis leprosi, accũbente eo uenit mulier habẽs alabastrũ unguẽti nardi pisticæ preciosæ, & cõminuto alabastro effudit illi in caput. Erant aũt quidã, qui indignarẽtur apud sese, ac dicerẽt: Ad quid perditio hęc unguẽti. nã poterat hoc uẽdi pluris q̃ trecẽtis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremuerũt aduersus illã. At Iesus dixit: Sinite illã, cur illi molesti estis: bonũ opus operata est erga me. Sẽper enim pauperes habetis uobiscum: & quãdocunque uolueritis, potestis illis benefacere: me uero nõ semper habetis. quod potuit hæc fecit: præuenit, ut ungeret meum corpus ad sepulturam. Amen dico uobis: Vbicunq; prędicatũ fuerit euãgelium hoc in totum mundũ, etiam hoc quod fecit hęc, dicetur in memoriã istius. Et Iudas Iscariotes, unus è duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. Quo audito illi gauisi sunt, & polliciti sunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illũ opportune traderet. Ac primo die azymorũ, cũ pascha immolarẽt, dicũt illi discipuli sui: Vbi uis ut abeamus & paremus, ut edas pascha? Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo hydriam fictilem aquę plenam baiulans, sequimini illum: & quocunq; ingressus fuerit dicite patrifamilias. Magister dicit: Vbi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis edam? Et ille uobis ostẽdet triclinium magnũ, stratum, paratum, illic parate nobis. Et exierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & repererũt quemadmodum dixerat illis, parauerunt q; pascha. Et cum uespera iam esset uenit cum duodecim. Et cum accũberent ederentq;, dixit Iesus: Amẽ dico uobis, Vnus ex uobis proditurus est me, qui edit mecum. At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singulatim: Num ego? Et alius: Num ego? Ille uero respondens, dixit illis: unus è duodecim qui intingit mecum in catinum. Filius quidem hominis uadit, sicut scriptũ est de illo, Sed uę homini illi, per quem filius hominis proditur. Bonũ erat illi, si natus non fuisset homo ille. Et edẽtibus illis, sumpto Iesus pane, cũ benedixisset, fregit

Ioan.13 a

A

ERat autẽ pascha & Azyma post biduũ: & quærebãt summi sacerdotes & scribæ quomodo eum dolo tenerẽt & occiderẽt: dicebant aũt: Nõ in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recũberet, uenit mulier habens alabastrum unguẽti nardi spicati preciosi, & fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aũt quidam indigne ferẽtes intra semet ipsos, & dicẽtes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentũ istud uænundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eam: Iesus autem dixit: Sinite eam: Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Sẽper enim pauperes habetis uobiscum: & cũ uolueritis, potestis illis benefacere: me aut nõ semper habebitis. Quod habuit hæc fecit: præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis: ubicunque prædicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo: & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. Et Iudas Scariothis unus de duodecim abijt ad summos sacerdotes: ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo eum opportune traderet. Et primo die Azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo uis eamus & paremus tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem: & occurret uobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum: & quocunq; introierit, dicite domino domus: quia magister dicit: Vbi est refectio mea: ubi pascha cum discipulis meis manducẽ? Et ipse uobis demõstrabit cœnaculũ grãde stratum: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius: & uenerunt in ciuitatẽ: & inuenerunt sicut dixerat illis: & parauerunt pascha. Vespere aũt facto uenit cũ duodecim: & discumbẽtibus eis & manducãtibus, ait Iesus: Amen dico uobis: quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt cõtristari, & dicere ei singulatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit manũ mecũ in catino. Et filius quidẽ hominis uadit sicut scriptum est de eo: Væ autẽ homini illi per quẽ filius hominis tradetur. Bonũ erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Et manducãtibus illis, accepit Iesus panẽ, & benedicens, fregit

B

fregit & dedit illis,ac dixit:Sumite,comedite,
C hoc est corpus meum. Et accepto poculo, cũ
gratias egisset, dedit illis, & biberunt ex eo o/
mnes,& dixit illis. Hic est sanguis meus noui
testamenti,qui pro multis effunditur. Amen
dico uobis,post hac non bibam de fructu ui/
tis,usque ad diem illum, cum illud bibero no-
uum in regno dei.Et cum hymnum dixissent,
exierunt in montem oliuarum. Et dicit illis
Iesus: Omnes offendiculũ patiemini propter
me in nocte hac,quia scriptum est:Percutiam
pastorẽ,& dispergentur oues.Sed posteaquã
resurrexero, præcedã uos in Galilæã. Petrus
autem dixit illi:Etiam si omnes offendiculum
passi fuerint:at nõ ego.Et dicit illi Iesus: Amẽ
dico tibi,quod hodie in nocte hac,priusquam
bis gallus cecinerit,ter abnegabis me. At ille
uehementius dicebat: Imò si si me oportuerit
cõmori tibi,nõ te abnegabo. Similiter autem
& omnes dicebant.Et ueniunt in locum, cuius
nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis:
Sedete hic,donec digressus orauero. Et assu/
mit Petrum, & Iacobum, & Iohannem se/
D cum, cœpitq; expauescere & angi. Et dicit il/
lis: Dolore afficitur anima mea usque ad mor
tem:manete hic & uigilate.Et progressus pau
lulum, prostratus est in terram & orauit, ut si
possibile esset, transiret à se hora, & dicebat:
Abba pater, omnia possibilia sunt tibi, aufer
poculum à me hoc. Verũtamen nõ quid ego
uelim,sed quid tu.Et uenit,& offendit eos dor
mientes,dicitq; Petro: Simon dormis? nõ po
tuisti unam horam uigilare? Vigilate, & ora/
te,ne ueniatis in tẽtationem. Spiritus quidem
promptus, at caro infirma.Et rursum digres/
sus orabat,& eundem dixit sermonẽ.Et reuer
sus offendit illos rursum dormiẽtes.erãt enim
oculi eorum grauati: neque sciebant quid il/
li responderent. Et uenit tertio, dicitq; illis:
Dormite posthac & requiescite. Sufficit. Ve/
nit hora, ecce traditur filiꝰ hominis in manus
peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui prodit
me,appropinquat. Et continuo adhuc eo lo/
quente accedit Iudas, qui erat unus è duode/
cim, & cũ illo turba multa cum gladijs & fusti
bus à summis sacerdotibus & scribis & seniori
bus.Dederat aũt is qui prodebat eum,cõmu/
E ne signum illis, dicens:Quemcunq; osculatus
fuero,is est,cõprehendite illũ,& abducite cau
te.Et cum uenisset, protinus accedit ad illum,
dicitq;

fregit & dedit eis, & ait: Sumite,hoc est cor/
pus meum. Et accepto calice gratias agens
dedit eis. Et biberunt ex illo omnes: & ait il/
lis: Hic est sanguis meus noui testamenti,
qui pro multis effundetur. Amen dico uo/
bis: quod iam non bibam de hoc genimine
uitis usque in diem illum: cum illud bibam
nouum in regno dei. Et hymno dicto exie/
runt in mõtem Oliuarum. Et ait eis Iesus. O/
mnes scandalizabimini in me in nocte ista:
quia scriptum est: Percutiam pastorem: & di Zach.13 b
spergentur oues. Sed postquam resurrexe/
ro,præcedam uos in Galilæam. Petrus autem Act.1 a
ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint: sed
non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi
quia tu hodie in hac nocte priusquàm bis
gallus uocem dederit, ter me es negaturus.
At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit
me simul commori tibi: non te negabo. Si/
militer autem & omnes dicebant. Et ueniunt Iohan.18 a
in prædium cui nomen Gethsemani. & ait
discipulis suis: Sedete hic donec orem. Et
assumit Petrum & Iacobum & Ioannem se/
cum: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis:
Tristis est anima mea usque ad mortem. Iohan.12 e
Sustinete hic & uigilate. Et cum proces/
sisset paululum procidit super terram: &
orabat ut si fieri posset, transiret ab eo ho/
ra: & dixit: Abba pater, omnia tibi pos/
sibilia sunt: transfer calicem hunc à me: sed
non quod ego uolo, sed quod tu. Et uenit &
inuenit eos dormientes: Et ait Petro: Simon
dormis? non potuisti una hora uigilare? Vi/
gilate & orate ut non intretis in tentationem.
Spiritus quidem promptus est: caro autem
infirma. Et iterum abiens, orauit eundem
sermonem dicens. Et reuersus denuo inue/
nit eos dormientes. Erant enim oculi eorum
grauati, & ignorabant quid responderent ei.
Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam &
requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filius
hominis tradetur in manus peccatorum: Sur
gite eamus. Ecce qui me tradet, prope est.Et
adhuc eo loquente uenit Iudas scarioth unus
de duodecim:& cũ eo turba multa: cũ gladijs
& lignis missi à summis sacerdotibꝰ & scribis
& senioribus. Dederat autem traditor eis si/
gnum,dicens: Quemcunque osculatus fue/
ro, ipse est, tenete eum & ducite caute.
Et cum uenisset, statim accedens ad eum,
ait

dicitq; ei: Rabbi rabbi, ac deosculatus est eũ. Illi uero iniecerunt in illum manus suas, & cõprehenderunt eum. Vnus autem quispiam astãtium educto gladio percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit eius auriculam. Et respõdens Iesus dixit illis: Tanq; ad latronem existis cum gladiis ac fustibus ad cõprehendendum me, quotidie erã apud uos in tẽplo docẽs, & non cõprehendistis me, sed *ista fiunt* ut impleãtur scripturę. Et relicto illo omnes fugerunt. Et unusquispiam adolescẽtulus sequebatur illũ circũamictus sindõe super nudũ, & cõprehenderunt illũ adolescẽtuli. Ille uero relicta sindone nudus effugit ab illis. Et abduxerũt Iesum ad summũ sacerdotẽ. Et cõueniunt cũ illo oẽs summi sacerdotes & seniores & scribę. Et Petrus eminus sequebať illum *donec uenisset* in atriũ summi sacerdotis, & erat sedẽs unà cũ ministris, & calefiebat ad lumẽ. Sũmi uerò sacerdotes & totũ cõcilium quærebant aduersus Iesum testimoniũ, ut morti traderẽt eũ, nec inueniebant. Nã multi falsum testimoniũ dixerãt aduersus illũ, nec erant satis idonea testimonia Et quidã assurgebãt & falsum testimoniũ ferebãt aduersus illũ, dicẽtes: nos audiuimus eũ dicentẽ. Ego diruã tẽplum hoc qđ est manibus factum, & tribus diebus aliud sine manibus factũ extruã. Et ne sic quidã satis idonea erant testimonia illorũ. Et surgẽs summus sacerdos in mediũ, interrogabat Iesum dicẽs: Non respõdes quicq;? Quid isti aduersum te dicũt testimonia? At ille tacebat, neque quicquam respondebat. Rursum summus sacerdos interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Christus, filius benedicti? Iesus autem dixit, Ego sum: & uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli. Summus autem sacerdos dilaceratis uestibus suis dixit: Quid præterea opus habemus testibus? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Illi uerò omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam cõspuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant. Et cum esset Petrus in atrio inferius, uenit una ancillarum summi sacerdotis, cumq; uidisset Petrum calefacientem se, intuita illum, dicit: & tu cum Nazareno Iesu fuisti? At ille negauit, dicens: Non noui, neque scio quid

Isa.53 b · Iohan.2 c · Iohan.6 g

ait: Aue rabbi: & osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium: percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus ait illis: Tanquàm ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me: quotidie eram apud uos in templo docens: & non me tenuistis. Sed ut impleantur scripturæ. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt, Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem: & calefaciebat se. Summi uerò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium: ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem falsum testimonium dicebant aduersus eum: & cõuenientia testimonia non erant. Et quidã surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam tẽplum hoc manufactum: & post triduum aliud non manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in mediũ: interrogauit Iesum dicẽs. Nõ respõdes quicq; ad ea quæ tibi obijciunť ab his? Ille autẽ tacebat, & nihil respõdit. Rursum summus sacerdos interrogabat eũ, & dixit ei: Tu es Christus filius dei benedicti? Iesus aũt dixit illi: Ego sum. Et uidebitis filiũ hominis sedentẽ à dextris uirtutis dei: & uenientẽ cum nubibus cœli. Sũmus autem sacerdos scindens uestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramꝰ testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur. Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam cõspuere eum: & uelare faciem eius: & colaphis eum cędere: & dicere ei: Prophetiza. Et ministri alapis eum cædebãt. Et cum esset Petrus in atrio deorsum: uenit una ex ancillis summi sacerdotis: & cum uidisset Petrum calefacientem se: aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neque scio neque noui quid

F · G

quid dicas. Et exiuit foras in uestibulũ, & gallus cecinit, Et ancilla cũ uidisset eum, rursum cœpit dicere his qui astabant: Hic ex illis est. At ille rursum negabat, ac paulo post iterum qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. At ille cœpit execrari ac deierare, nõ noui hominẽ istum de quo dicitis. Et iterum gallus cecinit. Recordatusq́ est Petrus uerbi quod dixerat illi Iesus: Priusquàm gallus cecinerit bis, abnegabis me ter, cœpitq́ flere.

A ET cõfestim diluculo concilio inito summi sacerdotes cũ senioribus & scribis ac toto cõsessu uinctum Iesum abduxerunt, tradideruntq́ Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus: Tu es ille rex Iudæorũ? At ille respondens, dixit illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. Pilatus aũt rursus interrogauit illum, dicẽs: Non respõdes quicquã? ecce quàm multa aduersus te testãtur? Iesus aũt deinde nihil respondit, adeo ut miraretur Pilatus. Cæterũ in festo dimittebat illis unũ uinctum, quẽcunq; postulassent. Erat autẽ qui dicebatur Barrabas, qui cũ seditionis autoribus fuerat uinctus, qui per seditionẽ cædem patrauerant. Et cum acclamasset turba, cœpit flagitare, *ut faceret* queãdmodum semper fecerat ipsis. Pilatus aũt respõdit eis, dicens: Vultis dimittam uobis regẽ illum Iudæorũ? Sciebat enim quod propter inuidiã tradidissent illum summi sacerdotes. Summi uerò sacerdotes cõcitauerunt turbã, ut potius Barrabã dimitteret ipsis. Pilatus aũt respondens rursum ait illis: Quid igitur uultis faciam ei, quẽ dicitis regem Iudæorum? At illi rursum clamauerunt:

B Crucifige istũ. Pilatus aũt dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi uehementius clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uerò uolẽs turbę facere satis, dimisit illis Barrabã, & tradidit Iesum flagellatũ, ut crucifigeret. Milites aũt abduxerunt eum intro in atrium, quod est prætorium, & cõuocant totam cohortẽ, & induũt illũ purpura, & circũponunt ei contextã spinis coronã, & cœperũt salutare illum: Aue rex Iudæorũ. & uerberabãt illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabant illum. Et cum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerũt illũ uestibus proprijs: & educũt eũ, ut crucifigerent eum. Et coegerunt prætereuntẽ quendã Simonem Cyrenẽsem, qui

quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autẽ cum uidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstãtibus: quia hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es. Ille autẽ cœpit anathematizare & iurare, quia nescio hominẽ istum quem dicitis: & statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus: priusq́ gallus cantet bis, ter me negabis: & cœpit flere.

CAP. XV

ET confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio uincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens: Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex uinctis quencunque petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas: qui cum seditiosis erat uinctus: qui in seditiõe fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis & dixit: Vultis dimittam uobis regem Iudæorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, ut magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo uultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt Crucifige eum: Pilatus uerò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam: & tradidit Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij: & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura: & imponunt ei plectentes spineã coronam, & cœperũt salutare eum: Aue rex Iudæorũ. Et percutiebant caput eius harundine & cõspuebant eum: & ponẽtes genua adorabãt eũ. Et postquã illuserũt ei, exuerunt illũ purpura: & induerũt eũ uestimẽtis suis: & educunt illũ, ut crucifigerẽt eũ. Et angariauerũt prętereuntẽ quẽpiã Simonẽ Cyrenæũ uenientem

Quæ apud Pilatum cũ Christo acta, de morte & sepultura eius
Matt.27 a
Luc.23 a
Iohan.18 d
Iohan.19 a

qui ueniebat ex agro, patrẽ Alexãdri & Rufi, ut tolleret crucẽ eius. Et ducunt eũ in Golgotha locum, quòd est, si interpreteris, caluariæ locus: & dederũt illi bibere myrrhatũ uinum, sed ille non sumpsit. Cumq; crucifixissent eũ, partiti sunt uestimenta eius, mittentes sortẽ super illa, quis quid tolleret. Erat aũt hora tertia & crucifixerunt eum. Et erat inscriptio causæ illius inscripta: Rex Iudæorũ. Et cum eo crucifigunt duos latrões: unum à dextris, & alterũ à sinistris eius. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est. & qui prætereibant, conuiciabantur illi, mouẽtes capita sua ac dicentes: Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus extruis. serua teipsum, & descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽtes inter sese cũ scribis, dicebant: Alios seruauit, seipsum seruare non potest. Christus ille rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra iaciebant in eum. Cum uero facta esset hora sexta, tenebræ ortæ sunt super totam terrã, usq; ad horam nonã. Et hora nona clamauit Iesus uoce magna, dicẽs: Eloi, eloi, lama sabachthani. quod est, si quis interpretetur, Deus meus, deus meus, cur me deseruisti? Et quidam astantiũ cum audissent, dicebant: Ecce Heliam uocat. Accurrit autẽ quidã, & impleta spõgia aceto, impositaq; harũdini, porrexit illi potũ, dicẽs: Sinite, uideamus an uenturus sit Helias, ad deponendũ eum. Iesus aũt emissa uoce magna, expirauit. Et uelũ tẽpli scissum est in duas partes, à summo usq; ad imum. Cũ uidisset aũt cẽturio, qui astabat ex aduerso illi, ꝙ sic emisso clamore expirasset, dixit: Vere homo hic filius erat dei. Erant aũt & mulieres è longinquo spectantes, inter quas erat Maria magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome, quæ etiã cum esset in Galilæa secutæ fuerant illum, & ministrauerant ei, aliæq; cõplures quæ simul ascenderant cũ eo Hierosolymã. & cũ iam uenisset uespera, quoniã erat parasceue, quæ præcedit sabbatum, uenit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathęa, honestus senator, q & ipse erat expectans regnũ dei, & sumpta audacia, ingressus est ad Pilatũ, & petijt *ab eo* corpus Iesu. Pilatus aũt admiratus est, si iã mortuus esset, & accersito ad se cẽturiõe, interrogauit illũ, an iãdudũ mortuꝰ fuisset. Et re cognita ex cẽturiõe donauit

Psal. 21 b
Esa. 53 b
Psal. 21 a

uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi: ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum uinum: & nõ accepit. Et crucifigentes eũ, diuiserunt uestimenta eius: mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerũt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudęorum. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: unũ à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabãt eum, mouẽtes capita sua, & dicẽtes: Vah qui destruis templum dei, & in tribus diebus reædificas. Saluũ fac teipsum descendẽs de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nũc de cruce, ut uideamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erãt, cõuiciabãtur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totã terrã usq; in horã nonã. Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna, dicẽs: Eloi eloi lammazabthani: quod est interpretatum: Deus meus, deus meus: ut quid dereliquisti me. Et quidã de circunstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam uocat. Currens autẽ unus & implens spongiam aceto, circumponensq; calamo, potum dabat ei, dicẽs. Sinite uideamus si ueniat Helias ad deponendum eum. Iesus autem emissa uoce magna, expirauit. Et uelum templi scissum est in duo, à summo usq; deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamãs expirasset ait: Vere hic homo filius dei erat. Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater & Salome. Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Et cum iam sero esset factum: quia erat parasceue quod est ante sabbatum, uenit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio: qui & ipse erat expectans regnum dei: & audacter introiuit ad Pilatum: & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset: & accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione: donauit

C
D

.nauit corpus ipſi Ioſeph. Et is mercatus ſin/
donem, depoſitum eum inuoluit ſindoni, de-
poſuitq; in monumento, quod erat, exciſum
è petra: & aduoluit lapidem ad oſtium mo/
numenti. At Maria magdalene & Maria Ioſe
ſpectabant ubi poneretur.

A ET cũ præteriſſet ſabbatũ Maria magda
lene, & Maria Iacobi, & Salome emerũt
aromata, ut uenirẽt & ungerẽt eũ. Et ſũmo di/
luculo diei primi ſabbatorũ ueniũt ad monu/
mentũ, exorto ſole, dicebãtq; inter ſeſe: Quis
reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumẽti? Et
cũ reſpexiſſent, uident lapidẽ eſſe reuolutũ: nã
erat magnus ualde. Et ingreſſæ in monumen/
tũ, uiderũt adoleſcentẽ ſedentẽ à dextris, ami/
ctum ſtola cãdida, & expauerunt. At ille dicit
eis: Ne expaueſcatis, Ieſum quæritis Nazare/
nũ, qui fuit crucifixus: ſurrexit, nõ eſt hic: ecce
locus ubi poſuerant illũ. Sed abite, dicite diſci
pulis eius & Petro, ꝙ ille præcedit uos in Ga/
lilæã: illic eum uidebitis, ſicut dixit uobis. Et a/
beuntes cito fugerũt à monumẽto. Habebat
enim illas tremor & ſtupor, neq; cuiquã quic/
quã dicebant. timebãt enim. Cum ſurrexiſſet
aũt Ieſus mane, primo die ſabbathi, apparuit
primũ Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſe
ptem dæmonia. Illa profecta renuntiauit ijs,
qui cũ illo fuerant lugẽtibus ac flentibus. Et il/
B li cũ audiſſent quod uiueret, ac uiſus eſſet ab il
la, nõ crediderunt. Poſt hæc aũt duobus ex i/
pſis ambulãtibus, apparuit in alia forma eun/
tibus rus. Et illi abierunt, ac renunciarunt reli/
quis: nec his illi crediderũt. Poſtea diſcũbenti/
bus illis undecim apparuit: & exprobrauit illis
incredulitatẽ ſuã, & cordis duriciẽ: quod his q
ipſum uidiſſent reſuſcitatũ, nõ credidiſſent. Et
dicebat eis: Ite in mundũ uniuerſum, & prædi
cate euangeliũ omni creaturę: Qui crediderit,
& baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uero non
crediderit, condẽnabitur. Porro ſigna eos qui
crediderint, hęc ſubſequẽtur, Per nomen me/
um dæmonia eijcient: linguis loquẽtur nouis:
ſerpentes tollent. Et ſi quid letale biberint, nõ
nocebit eis. Super ægrotos manus imponent,
& bene habebunt. Itaq; dominus quidẽ poſt
quam locutus fuiſſet eis, receptus eſt in cœlũ,
& conſedit à dextris dei. Illi uero egreſſi, præ/
dicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſer/
monem confirmante per ſigna ſubſequentia.

nauit corpus Ioſeph. Ioſeph aũt mercatus ſin
donẽ & deponẽs eum, inuoluit ſindone: & po
ſuit eũ in monumento, qđ erat exciſum de pe
tra: & aduoluit lapidẽ ad oſtium monumẽti.
Maria autẽ Magdalene & Maria Ioſeph aſpi
ciebant ubi poneretur

CAP. XVI

ET cum tranſiſſet ſabbatũ. Maria Mag/
dalene & Maria Iacobi & Salome eme/
runt aromata: ut uenẽtes ungerent Ieſum. Et
ualde mane una ſabbatorũ, ueniũt ad monu/
mentũ, orto iam ſole: & dicebant ad inuicem:
Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monu/
menti? Et reſpicientes uiderunt reuolutum la-
pidem: erat quippe magnus ualde. Et introeũ
tes in monumentum uiderunt iuuenem ſeden
tem in dextris, coopertum ſtola cãdida: & ob/
ſtupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expaueſce/
re, Ieſum quæritis Nazarenum crucifixũ: ſur/
rexit non eſt hic: ecce locus ubi poſuerunt eũ.
Sed ite dicite diſcipulis eius & Petro: quia prę
cedet uos in Galilæã: ibi eũ uidebitis: ſicut di-
xit uobis. At illæ exeuntes fugerunt de monu
mẽto. Inuaſerat eas enim tremor & pauor: &
nemini quicquam dixerunt: timebant enim.
Surgẽs autem Ieſus mane prima ſabbati ap/
paruit primo Mariæ Magdalenæ: de qua eie
cerat ſeptẽ dæmonia. Illa uadens nũciauit his,
qui cũ eo fuerant lugentibus & flẽtibus. Et illi
audiẽtes, quia uiueret, & uiſus eſſet ab ea, non
crediderunt. Poſt hæc autem duobus ex eis
ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie eun/
tibus in uillã, & illi euntes nunciauerũt cæteris:
nec illis crediderũt. Nouiſſime aũt recũbenti/
bus illis undecim apparuit & exprobrauit in/
credulitatem illorũ & duriciã cordis: quia his
qui uiderant eũ reſurrexiſſe nõ crediderũt. Et
dixit eis: Euntes in mundũ uniuerſum, prædi/
cate euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit
& baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non
crediderit, condemnabitur. Signa aũt eos qui
crediderint, hæc ſequẽtur. In nomine meo dæ
monia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpẽ/
tes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, nõ
eis nocebit. Super ægros manus imponent, &
bene habebunt. Et dominus quidẽ Ieſus poſt
quã locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum: &
ſedet à dextris dei. Illi aũt profecti prædicaue
runt ubiq; domino cooperante, & ſermonem
confirmante ſequentibus ſignis.

Quõ ſurrexerit, quibus apparuerit, & quid mãdarit diſcipulis, ac quõ in cœlum fuerit ſublatus

Matth. 28 a

Luc. 24 a

Actor. 1 b

1. Cor. 15 a

Heb. 2 a

EVANGELII SECVNDVM MARCVM FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

LVCAS medicus Antiochensis, ut eius scripta indicant, Græci sermonis nō ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, scripsit euangelium, de quo idē Paulus, Misimus, inquit, cum illo fratrē, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Collossenses, Salutat uos Lucas medicus charissimus, Et ad Timotheū, Lucas est mecum solus. Aliud quoq; edidit uolumē egregiū, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius historia usq; ad bienniū Romæ cōmorantis Pauli peruenit, id est usq; ad quartū Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadē urbe librū esse cōpositum. Igitur περιόδους Pauli, & Theclæ, & totā baptizati Leonis fabulā, inter apocryphas scripturas cōputamus. Quale enim est, ut indiuiduus comes apostoli, inter cęteras eius res, hoc solū ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorū temporum, refert presbyterum quēdam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, conuictū apud Iohannē, quòd author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse. quidā suspicantur, quotiescunq; in epistolis suis Paulus dicit, Iuxta euangeliū meum, de Lucæ significare uolumine. & Lucā non solum ab apostolo Paulo didicisse euangelium, qui cū domino in carne non fuerat, sed à cæteris apostolis: quod ipse quoq; in principio sui uoluminis declarat dicens. Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat scripsit. Acta uero apostolorum sicut uiderat cōposuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus est Cōstantinopoli, ad quā urbē uicesimo Constantini anno, ossa eius cum reliquijs Andreę apostoli translata sunt de Achaia.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

ERASMI VERSIO.

Prologus

QVONIAM complures aggresi sunt contexere narrationem earum quę inter nos certissimæ fidei sunt, rerum, sicuti tradiderūt nobis hi qui ab initio suis oculis uiderāt, ac pars aliqua fuerant eorum quæ narrabant: uisum est & mihi, ut, cunctis ab initio exacta diligentia peruestigatis, deinceps tibi scriberem optime Theophile, quo agnoscas eorū de quibus edoctus fueras, certitudinem.

Describitur natiuitas Baptistæ et Christi conceptio, ac Zachariæ prophetia

ERat in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illius de filiab⁹ Aarō, & nomē eius Elizabet. Erant aūt iusti ambo coram deo, uersantes in omnibus præceptis & iustificatiōibus domini irreprehēsibiles: nec erat illis proles, eo quod esset Elizabet sterilis, & ambo prouectæ iā essent ætatis. Factū est aūt, cū is sacerdotio fungeretur in ordine uicis suę corā deo, secundum consuetudinē functionis sacerdotalis, sors illi obuenit: ut odores incenderet, ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiama

VVLGATA EDITIO.

QVONIAM quidē multi conati sunt ordinare naratiōes quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderūt & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mihi assecuto omnia, à principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

CAPVT

A

FVit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia: & uxor illius de filiabus Aarō: & nomē eius Helizabet. Erant autem ambo iusti ante deum, incedētes in omnibus mandatis & iustificatiōibus dñi sine querela. Et non erat illis filius: eo quod esset Helizabet sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cū sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum: secundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt ut incēsum poneret. Ingressus in templum domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi

thymiamatis. Apparuit autē illi angelus domini stans à dextris altaris, in quo thymiamata solēt adoleri. Et Zacharias turbatus est eo uiso, ac timor irruit super eum. Ait autē ad B illū angelus: Ne timeas Zacharia, quoniā exaudita est depcatio tua. Vxorq́ue tua Elizabet pariet tibi filium, & uocabis nomē eius Ioannem: & erit gaudiū tibi, & exultatio: & multi super eius natiuitate gaudebūt. Erit enim magnus corā domino, & uinū siceraq́ue non bibet Et spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suę, multosq́ue filiorū Israel cōuertet ad dominum deū ipsorum. Et ipse præcedet ante illum cū spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum, ut paret domino plebem perfectā. Et dixit Zacharias ad angelū: Quo argumento istuc cognoscam? ego enim C sum senex, & uxor mea prouectæ ætatis est. Ac respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui astiti in cōspectu dei, missusq́ue sum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem. Et ecce futurum est ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usq́ue diem quo hæc fiant, eo quod nō credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moraretur in tēplo. Egressus autem non poterat loqui illis. Et cognouerunt, quod uisionem uidisset in templo. Et ipse innuebat illis, permāsitq́ue mutus. Et accidit, ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suā. Post hos autem dies cōcepit Elizabet uxor eius, & occultabat se mēsibus quinque, dicens: Sic fecit mihi dominus in diebus, quibus me respexit, ut auferret probrum meD um inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, ac nomē uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratiosa, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Illa uero cum uidisset, turbata est super oratione eius, & cogitabat, qualis esset illa salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, ac uocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris ipsius, regnabitq́ue super domum Iacob

incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est uidēs: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Helizabet pariet tibi filium: & uocabis nomen eius Iohannem. Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: uinum & siceram non bibet: & spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ: ut conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudētiam iustorum: parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex: & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei. Ego sum Gabriel qui asto ante deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti uerbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus. Et factum est, ut imlpeti sunt dies officij eius: abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Helizabet uxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid: & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiā apud deū. Ecce concipies in utero & paries filiū: & uocabis nomē eius Iesum: hic erit magnus & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dn̄s deus sedē Dauid patris eius. & regnabit in domo Iacob

Gen.18.b Iud.13 b Matth.1 c Iud.13 b Esa.7 b

Mich.4 b cob in æternum, & regni eius non erit finis.
Dan.7 d Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit istud, quandoquidem uirum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi ob umbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Atq; ecce Elizabet cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ dicebatur sterilis, quia non erit impossibile apud de-
Mar.9 c
Infra 18 c um omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundũ uerbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus his, abijt in montana cũ festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, ac salutauit Elizabet. & factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elizabet, salijt infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, exclamauitq; uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in utero meo. Et beata quę credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à domino. Et ait
Esa.61 b Maria: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo seruatore meo:

Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magnifica qui potens est, & sanctum nomen eius: Et misericordia eius à progenie in progeniem, timentibus ipsum. Præstitit robur per brachium suum, dispersit superbos cogitatione cordis ipsorum. Detraxit potentes de sedibus, & euexit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, ut memor esset misericordiæ. Sicut locutus est ad patres no-
Gen.22 c stros, nimirum Abrahamo & semini eius in æuum. Mansit autem Maria cum illa circiter mensibus tribus & reuersa est in domum suam. Elizabetæ uero impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quod magnifice dominus misericordia sua usus esset erga illam, & gratu-
Gen.17 d labantur ei. Et factum est in die octauo, uene-
Leuit.17 b runt ad circuncidendũ puerũ, & uocabant eũ nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater

cob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Helizabet cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exsurgens autem Maria in diebus illis: abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Helizabeth. Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Helizabet: exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Helizabet: & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus uentris tui: & unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: & beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiões. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Esuriẽtes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum: memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham & semini eius in secula.

Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam. Helizabet autem impletum est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, uenerunt circuncidere puerum: & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater

mater eius dixit: Nequaquàm, sed uocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam: Nemo est in cognatione tua, qui uocetur isto nomine. Innuebant autem patri eius, quid uellet uocari eum. Isque postulatis tabellis scripsit, dicens: Iohannes est nomen eius. Et admirati sunt uniuersi. Apertum est autem os eius ilico, & lingua eius, & loquebatur laudans deum. Et peruasit timor per omnes uicinos eorum, & per omnem montanam regionem Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, & posuerunt omnes qui audierãt in corde suo, dicẽtes: Quidnam puer hic erit? Et manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto prophetauitque dicens: Laudandus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionẽ populo suo. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ, q à seculo fuerũt prophetarũ suorũ. Fore ut seruaremur ab inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderũt nos: Vt uteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamẽti sui sancti. *præstaretq;* Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrẽ nostrũ, ac daret nobis: Vt sine timore, de manu inimicorũ nostrorum liberati, seruiremus ipsi: Cũ sanctitate & iustitia corã ipso, cũctis diebus uitæ nostræ. Et tu puer, propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini, ad parandum uias eius: Ad dandam scientiam salutis populo ipsius per remissionem peccatorum eius: Per uiscera misericordiæ dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto: Vt illucesceret his qui in tenebris & umbra mortis sedebant ad dirigendos pedes nostros in uiã pacis. Puer aũt crescebat & corroborabatur spiritu, & erat ĩ desertis, donec ueniret dies quo ostendendus erat apud Israelitas.

A FActum est autem in diebus illis: Exijt decretũ à Cæsare Augusto, ut cẽseretur totus orbis. Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur in suam quisque ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæam: in ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsa sibi uxore, quę erat prægnans. Accidit autẽ cum essent ibi, cõpleti sunt dies pariendi. Et peperit filium suum primogenitũ, ac fascijs eum

mater eius dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem illico os eius & lingua eius: & loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum: & super omnia montana Iudęæ diuulgabantur omnia uerba hæc. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicens: Benedictus dominus deus Israel: quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorũ qui à seculo sunt, prophetarum eius: Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamẽti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis, Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iusticia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem dñi parare uias eius. Ad dandam sciẽtiam salutis plebi eius: in remissionẽ peccatorũ eorum. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto: Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Puer autem crescebat & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diẽ ostẽsionis suæ ad Israel.

Psal. 131 b

Gen. 22 c

CAP. II

FActum est autem in diebus illis. Exijt ædictum à Cæsare augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatẽ Dauid quæ uocatur Bethleem: eo quod esset de domo & familia Dauid ut profiteretur cũ Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factũ est autem cũ essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suũ primogenitum: & pãnis

Censetur orbis, Christus nascitur et annũciatur pastorib. ac circũciditur. Simeon & Anna uaticinantur, posthæc inter doctores uersatur

eum inuoluit, reclinauitq; cũ in præsepi, quod non esset eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & excubantes excubias nocte super gregẽ suum. Et ecce angelus domini astitit illis, & claritas domini circũfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Ne timeatis. Ecce enim annuncio uobis gaudium magnum, quod futurũ est toti populo, quia natus est uobis hodie seruator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantẽ fasciis inuolutũ, positum in præsepi. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium deum & dicentiũ: Gloria in altissimis deo, ac in terra pax, in hominib9 bona uoluntas. Et factũ est ut discesserunt ab eis angeli in cœlũ, & homines pastores loquebãtur inter sese: Transeamus iam Bethleẽ usq;, & uideamus hoc quod audiuimus accidisse, quod dominus aperuit nobis. Et uenerunt festinãtes, & inuenerunt Mariã & Ioseph, & infantem positũ in præsepi. Cum uidissent aũt, diuulgauerũt de uerbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Porrò Maria cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes ac laudantes deum super omnibus, quæ audierant & uiderãt, ita ut dictum fuerat ipsis. Et postquàm consummati sunt dies octo ut circuncideretur puer: uocatum est nomen eius Iesus, quod uocatum erat ab angelo priusquàm in utero cõciperetur. Et posteaq; completi fuissent dies purgatiõis eorum secundum legem Mosi, adduxerũt eum Hierosolymam, ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini: Omne masculinum adaperiens uuluã, sanctum domino uocabitur, & ut darent hostiam secũdum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat Hierosolymis cui nomen Simeõ. & homo iste iustus ac pius, expectans consolationẽ Israel, & spiritussanctus erat super eum. Et responsum acceperat à spiritu sancto, nõ uisurum se mortẽ, nisi prius uideret Christum dñi. Et uenit per spiritũ in tẽplum. Et cũ inducerẽt puerũ Iesum parẽtes, ut facerẽt secundũ cõsuetudinẽ legis, pro eo, ipse quoq; accepit eũ in ulnas suas, et laudauit deũ, ac dixit: Nũc dimittis seruum

Supra 1 c

Leui.12 b

Exo.13.34 d

Num.8 c

eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia nõ erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadẽ, uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregẽ suũ. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos: & claritas dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euãgelizo uobis gaudium magnũ quod erit omni populo: quia natus est uobis saluator qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signũ: Inuenietis infantẽ pannis inuolutũ & positum in præsepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudãtium deum & dicẽtium: Gloria in altissimis deo: & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cœlũ: pastores loquebantur ad inuicẽ. Transeamus usq; ad Bethleem & uideamus hoc uerbum quod factum est quod fecit dominus & ostẽdit nobis. Et uenerunt festinantes & inuenerunt Mariam & Ioseph: & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerũt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant, mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in omnibus quæ audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo ut circũcideretur puer: uocatũ est nomen eius Iesus. Quod uocatũ est ab angelo priusquam in utero cõciperetur. Et postquã impleti sunt dies purgationis eius secundũ legẽ Moysi tulerunt illum in Hierusalẽ, ut sisterent eũ domino: sicut scriptum est in lege dñi: Quia omne masculinũ adaperiens uuluã, sanctum domino uocabitur. Et ut darent hostiã secundum quod dictum est in lege domini: par turturũ aut duos pullos columbarũ. Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon. Et homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat Simeon à spiritusancto, non uisurum se mortem nisi prius uideret Christum domini. Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas: & benedixit deum & dixit: Nũc dimittis seruum

B

C

D

E

seruum tuum domine: secundũ uerbum tuum in pace: quia uiderũt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciẽ omniũ populorũ. Lumen ad reuelationẽ gentiũ, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erat pater & mater eius mirãtes super his, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeõ, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorũ in Israel, & in signũ cui cõtradicitur. Quin & tuã ipsius animã penetrabit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitatiões. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hęc processerat in multam ætatem, & uixerat cũ uiro annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua annorũ fermè octogintaquatuor, quæ non discedebat de tẽplo, ieiunijs ac deprecationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, eadem hora superueniẽs, uicissim cõfitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionẽ Hierosolymis. Et ut perfecerũt omnia secundum legem dñi, reuersi sunt in Galilæã in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autẽ succrescebat corroborabaturq; spiritu, & implebatur sapiẽtia, & gratia dei erat super illũ. Et ibãt parẽtes ei9 quotãnis Hierosolymã in die festo paschę. Et cũ factus esset annorũ duodecim, ascẽdẽtibus illis Hierosolymã secundũ consuetudinẽ diei festi, cõsummatisq; diebus cũ redirẽt illi, remãsit puer Iesus Hierosolymis, & nõ cognouerunt parentes eius. Cęterũ rati illum esse in comitatu, uenerunt itinere diei, & requirebãt eum inter cognatos & inter notos. Et cũ non inuenissent eũ reuersi sunt Hierosolymã, quærẽtes eũ. Et accidit post triduũ inuenerunt illũ in tẽplo sedentẽ in medio doctorũ, audientẽ illos, & interrogantẽ eos. Stupebant aũt omnes qui eũ audiebant super intelligẽtia & respõsis eius: & uiso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? An nesciebatis, quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Et illi non intellexerunt sermonem quem locutus est ipsis. Et descendit cum eis, uenitq; Nazareth eratq; subditus illis. Mater autem eius conseruabat omnia uerba hęc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud deum atq; homines.

CAP. III

Anno

seruum tuum domine: secundũ uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ. Quod parasti ante faciẽ omnium populorũ. Lumen ad reuelationẽ gentiũ: & gloriã plebis tuæ Israel. Et erant pater eius & mater eius mirantes super his quę dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrẽ eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitatiões. Et erat Anna ꝓphetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor quæ nõ discedebat de tẽplo ieiunijs & obsecratióibus seruiẽs nocte ac die. Et hęc ipsa hora superueniens cõfitebatur domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazaret. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia: & gratia dei erat in illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni paschæ. Et cum factus esset annorũ duodecim, ascendẽtibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi: consummatisq; diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ: & nõ cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos & notos: & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirẽtes eũ. Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogãtem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. Et uidẽtes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ: Fili, qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, qa in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerunt uerbũ quod locutus est ad eos. Et descẽdit cũ eis & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

Zach. 14 Esa. 8 c Exod. 23. 34 Leuit. 23 a Matth. 7 a Mar. 1 b

CAP. III

Anno

De baptismo, doctrina et captiuitate Ioannis: deq; Christi baptismate et genealogia

ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato pręside Iudææ, tetrarcha uero Galilææ Herode. Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regiōis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub pontificibus Anna & Caipha, factū

Matt.3 a

est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Et uenit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum sicut scriptum est in libro sermonum Hesaiæ prophetę dicentis: Vox clamātis in deser

Esa.40 a

to, parate uiam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebit̃ & omnis mōs & collis reddetur humilis. Et fiēt quæ obliqua sunt directa, & asperæ *uertentur* in uias planas, & uidebit om̄is caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibāt ut baptizarentur ab ipso: Progenies uiperarū, quis submōstrauit uobis ut fugeretis à uētura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitētiæ: & ne cœperitis dicere intra uosipsos, patrē habemus Abrahamū. Dico enim uobis, potēs est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahamo. Iā uero & securis ad radicē arborū posita est. Omnis ergo arbor,

Matth.3.7

nō faciēs fructū bonū, exciditur, & in ignē cōijcit̃. Et interrogabāt eū turbæ, dicētes: Quid ergo faciemus? Respōdens aūt dicit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habēti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt aūt & publicani ut baptizarētur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Ne quid amplius q̄ quod cōstitutum est uobis exigatis. Interrogabant autē eum & milites dicētes: Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quē concutiatis, ne quem calumniemini, & contenti estote stipendijs uestris. Expectāte autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, num ipse esset ille Christus? Respōdit Iohannes, dicens uniuersis: Ego quidem aqua baptizo uos: sed ueniet fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum, ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni, cuius uentilabrū in manu ipsius, & purgabit aream suam, & cōgregabit triticū in horreū suum, paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Multa quidē & alia exhortās euāgelizabat populo. Herodes aūt tetrarcha, cū corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, deq; omnib⁹ malis quæ faciebat Herodes

ANno aūt quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris procurāte Pontio Pilato Iudæam: tetrarcha aūt Galilęæ Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis: & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotū Anna & Caipha: factū est uerbū domini super Iohanem Zachariæ filium in deserto. Et uenit in omnē regionē Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetę: Vox clamantis in deserto parate uiā domini: rectas facite semitas eius. Omnis uallis impletur: & omnis mōs & collis humiliabitur. Et B erūt praua in directa: & aspera in uias planas: & uidebit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarētur ab ipso. Genimina uiperarum quis ostēdit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere: patrē habemus Abrahā. Dico enim uobis quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicē arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur: Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid C ergo faciemus? Respondens aūt dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: Et qui habet escas, similiter faciet. Venerunt aūt & publicani ut baptizarētur & dixerunt ad illum: Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod constitutum est uobis faciatis. Interrogabant autem eū & milites, dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminē cōcutiatis: neq; calumniam faciatis, & cōtenti estote stipēdijs uestris. Existimāte aūt populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohāne, ne forte ipse esset Christus. Respōdit Iohannes, dicēs omnibus. Ego D quidē aqua baptizo uos: ueniet aūt fortior me post me: cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius, ipse uos baptizabit in spiritusancto, & igni. Cuius uētilabrum in manu eius: & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris suis: & de omnibus malis quæ fecit E Herodes

Herodes,adiecit & hoc super omnia,& inclusit Ioannem in carcerem. Factum est autem cũ baptizaretur omnis populus,ut & Iesu baptizato & orante apertum sit cœlum, ac descendit spiritussanctus corporali specie quasi columba in ipsum, & uox de cœlo facta est, quæ diceret: Tu es filius ille meus dilectus, in te complacitum est mihi. Et ipse Iesus incipiebat esse fermè annorũ triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Heli, qui fuit Mathat,qui fuit Leui,qui fuit Melchi,qui fuit Iãne,qui fuit Ioseph,qui fuit Matatthiæ,qui fuit Amos,qui fuit Naum,qui fuit Hesli,qui fuit Nagge,qui fuit Maath,qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna,qui fuit Rhesa,qui fuit Zorobabel,qui fuit Salathiel,qui fuit Neri,qui fuit Melchi,qui fuit Addi,qui fuit Cosam,qui fuit Helmadam,qui fuit Her,qui fuit Ieso, q fuit Heliezer,qui fuit Ioram,qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph,qui fuit Ionã,qui fuit Heliachim, qui fuit Meleam, qui fuit Menam, qui fuit Mathatha,q fuit Nathan,qui fuit Dauid,qui fuit Iessæ,qui fuit Obed,qui fuit Booz,qui fuit Salmon,qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab,qui fuit Aarã,qui fuit Esron,qui fuit Phares,qui fuit Iudæ,qui fuit Iacob, qui fuit Isaac qui fuit Abrahæ,qui fuit Tharræ,qui fuit Nachor,qui fuit Saruch,qui fuit Ragau, qui fuit Phalec,qui fuit Heber,q fuit Sale,qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat,qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch,qui fuit Iareth,qui Malalehel qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,qui fuit dei.

IEsus autem plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane,& actus est per spiritũ in desertum, & diebus quadraginta tentabatur à diabolo,nihilq; comedit in diebus illis:& consummatis illis,deinde esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si filius es dei, dic lapidi huic ut panis fiat. Et respõdit ad illũ Iesus, dicẽs: Scriptũ est, Non pane solo uiuet homo, sed omni uerbo dei. Et subduxit illũ diabolus in montẽ excelsum,& ostẽdit illi omnia regna orbis terræ in pũcto tẽporis,& ait illi diabolus: Tibi dabo potestatẽ hãc uniuersam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt,& cuicunq; uolo, do illã. Tu ergo si adoraueris prouolutus corã me erunt

---

Herodes: adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum, & descendit spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & uox de cœlo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi,qui fuit Iãne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nage, qui fuit Maath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,qui fuit Iohanna,qui fuit Resa,qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,qui fuit Iesu,qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon,qui fuit Iuda,qui fuit Ioseph,qui fuit Iona,qui fuit Heliachim,qui fuit Melcha, qui fuit Mẽna,qui fuit Mathata,qui fuit Nathan,qui fuit Dauid,qui fuit Iesse, qui fuit Obeth,qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom,qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraam, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch,qui fuit Ragau, qui fuit Phalech,qui fuit Heber, qui fuit Sale,qui fuit Chainã,qui fuit Arphaxat,qui fuit Sem,qui fuit Noe,qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalem, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Chainã, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,qui fuit dei.

Matth.3.b Infra 9 a Marc.9 c Matth.1 a

CAP. IIII

IEsus autem plenus spiritusancto egressus est à Iordane: & agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis:& cõsummatis illis,esurijt: Dixit autẽ illi diabolus Si filius dei es,dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est: quia non in pane solo uiuit homo sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus in montẽ excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis:& ait illi: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam & gloriam illorũ: quia mihi tradita sunt: & cui uolo, do illa. Tu ergo si procidens adoraueris coram me, erunt

Iesus ieiunans tẽtatur, in Galilæa docẽs cõtẽnitur, inde aliò abit, ac curat demoniacũ, socrũq; Petri cũ multis alijs Matt.4 a Deut.8 b

erunt tua omnia. Et reſpődens Ieſus dixit illi: Abi poſt me ſatana. Scriptū eſt enim: Adorabis dominū deum tuū,& illū ſolū coles. Et duxit illum Hieroſolymã, ſtatuitq́ꝫ eū ſuper pinnam templi,& dixit illi: Si filius dei es, mitte te ipſum hinc deorſum. Scriptū eſt enim, quod angelis ſuis mandabit de te, ut ſeruent te,& in manibus tollēt te, ne offendas ad lapidē pedē tuū. Et reſpődens Ieſus ait illi: Dictū eſt. Non tētabis dominū deum tuū. Et cõſummata omni tentatiõe diabolus receſſit ab illo uſq; ad tēpus. Et reuerſus eſt Ieſus uirtute ſpiritus in Galilæã, & fama exijt per uniuerſam regionē de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum,& glorificabat' ab omnibus. Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit ſecundum cõſuetudinē ſuam die ſabbatorū in ſynagogam, & ſurrexit ut legeret. Et traditus eſt illi liber Heſaiæ prophetæ. & ut explicuit librū, inuenit locū ubi ſcriptū erat: Spiritus domini ſuper me, propterea quod unxit me. ad euangelizandū pauperibus miſit me, ut ſanē contritos corde ut prædicem captiuis remiſſionem, & cæcis uiſum, ut emittam cõfractos per remiſſionem, ut prædicem annum domini acceptum. Et complicato libro, reddidit miniſtro ac reſedit. Et omnium in ſynagoga oculi erant defixi in eum. Cœpit autē dicere ad illos: Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus ueſtris. Et omnes teſtimonium illi dabant,& mirabãtur ſuper gratia ſermonum, qui procedebant ex ore ipſius, dicebántque: Nónne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis: Omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem. Medice, cura teipſum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico uobis, Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna per omnem terram, & ad nullam illarum miſſus eſt Helias, niſi in Sarephtha Sidonis ad mulierem uiduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes. Et inſurrexerunt, eiecerúntque illum è ciuitate,& duxerunt illum uſq; ad ſupercilium montis, ſuper quem ciuitas illorum

Pſal.90 b
Matth.13 g
Marc.6 a
Iſa.61 a
Iohan.6 e
3.Reg.17 a
4.Reg.5 b

B erunt tua omnia. Et reſpődens Ieſus dixit illi: Scriptum eſt: Dominum deum tuum adorabis:& illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Hieruſalem: & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorſum. Scriptum eſt enim: quod angelis ſuis mandauit de te ut cõſeruent te:& quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: Et reſpondens Ieſus, ait illi: Dictum eſt non tētabis dominum deum tuum: Et conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo uſque ad tempus. Et regreſſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus in Galilæam: & fama exijt per uniuerſam regionē de illo: & ipſe docebat in ſynagogis eorum:& magnificabatur C ab omnibus:& uenit Nazareth ubi erat nutritus & intrauit ſecundum cõſuetudinem ſuam die ſabbati in ſynagogã: & ſurrexit legere: & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ: & ut reuoluit librum, ubi ſcriptum erat: Spiritus domini ſuper me eo quod unxit me: euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde: prædicare captiuis remiſſionem:& cæcis uiſum: dimittere cõfractos in remiſſionem: prædicare annum domini acceptum,& diem retributionis. & cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro & ſedit:& omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hæc ſcri- D ptura in auribus ueſtris. Et omnes teſtimoniū illi dabant, & mirabãtur in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius,& dicebant. Nónne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem. Amen dico uobis: quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Iſrael quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex: cum facta eſſet fames magna in omni terra:& ad nullam illarum miſſus eſt Helias, niſi in Sarephtha Sidonis ad mulie- E rem uiduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo propheta & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes. Et ſurrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſupra quem ciuitas illorum

rum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Et descendit Capernaum ciuitatē Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina eius, quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo, F habens spiritum dæmonis immundi: & exclamauit uoce magna, dicens: Eia, quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Scio te qui sis, sanctus ille dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor super omnes: & colloquebantur inter sese, dicentes: Quis sermo hic est? quia cum autoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum undique finitimæ regionis. Cum surrexisset autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogauerunt illum pro ea. Et a- G stans supra illam, increpauit febrem, & febris dimisit illam: statimq; surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis uarijs, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, sanabat eos. Exibant autem & dæmonia à multis clamantia ac dicentia: Tu es Christus ille filius dei. Et increpans, nō sinebat ea loqui, quod sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum, & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, nam in hoc missus sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ.

A FActum est autem cum turba immineret ei, ut audiret uerbum dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth. & uidit duas naues ad stagnum, piscatores autē descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, ut à terra abduceret pusillum, & sedens docebat de naui turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor per totā noctē laborantes nihil cepimus: tamen tuo iussu laxabo

rete

rum erat ædificata, ut pręcipitarent eum. Ipse autem transiens, per medium illorum ibat. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit uoce magna dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilque eum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicem, dicentes: Quod est hoc uerbum: quia in potestate & uirtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea: & stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam: & continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, curabat eos: exiebant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum: & erat prædicans in synagogis Galilææ.

Marc. 1

Matth. 8

CAPVT V

Petrus piscatur, leprosus & paralyticus sanantur, uocatur Mattheus, Christus conuiuatur cū publicanis & quæritur de ieiunio

FActum est autem cum turbæ irruerēt in eum ut audirent uerbum dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum: & sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonē: Duc in altū & laxate retia uestra in capturā. Et respōdens Simon dixit illi: Pręceptor per totam noctē laborātes nihil cepimꝰ, in uerbo aūt tuo laxabo

Matth. 4

rete

rete. Et cum hoc fecissent, cõcluserunt piscium multitudinẽ copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in altera naui, ut uenirent & adiuuarent ipsos. Et uenerunt, atque impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod cum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circũdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu piscium, quem ceperant, similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erãt socij Simoni. Et ait ad Simonẽ Iesus: Ne metuas, posthac homines capies. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Et accidit cũ

Matt. 8 a

esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra, cumq; uidisset Iesum, prostratus in faciẽ rogauit eum, dicens: Domine, si uis potes me mundare. Et protensa manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ne cuiquã diceret, sed uade, *inquit*, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatiõe tui, quẽadmodũ præcepit Moses in testimoniũ illis. Peruagabatur aũt magis rumor de illo, & cõueniebãt turbæ multę ut audirẽt, & sanarentur per illũ ab infirmitatibus suis. Ipse aũt agebat in secessu in desertis & orabat. Et factum est quo-

Matt. 9 a
Mar. 2 a

dam die, & ipse docebat, erantq; pharisæi sedentes ac legis doctores, qui uenerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem, & uirtus domini aderat ad sanandum eos. Et ecce uiri portãtes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebãt eum inferre & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, ac per tegulas demiserunt eum cũ lectulo in mediũ ante Iesum. Quorum fidem ut uidit, dixit illi: Homo remittantur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi,

Psal. 50 a

dicẽtes: Quis est is qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Vt cognouit autem Iesus cogitatiões eorum, respõdens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere, remittantur tibi peccata, an dicere, surge & ambu-

Ioan. 5 a

la? Vt autẽ sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectulũ tuum, & uade in domum tuam. Isq; confestim surgens

rete. Et cum hoc fecissent, cõcluserunt piscium multitudinẽ copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui ut uenirent & adiuuarent eos: & uenerunt & impleuerũt ambas nauiculas, ita ut pene mergerentur. Quod cũ uideret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me domine: quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eũ & omnes qui cũ illo erãt in captura piscium quã ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannẽ filios Zebedæi: qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonẽ Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiẽs. Et subductis ad terrã nauibus: relictis omnibus, secuti sunt eum. Et factum est cũ esset in una ciuitatũ, & ecce uir plenus lepra & uidens Iesum, & procidens in faciem suã, rogauit eũ dicens: Domine si uis, potes me mundare. Et tendens manum, tetigit eum Iesus dicens: Volo, mũdare. Et cõfestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi: ut nemini diceret, sed uade ostende te sacerdoti: & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ, ut audirẽt & curarẽtur ab infirmitatibus suis. Ipse aũt secedebat in desertũ & orabat. Et factũ est in una dierũ, & ipse sedebat docens. Et erãt pharisæi sedentes & legis doctores qui uenerãt ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem: & uirtus dñi erat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebãt eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illũ inferrent præ turba: ascenderunt supra tectũ: & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem ut uidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge: tolle lectum tuum & uade in domum tuam. Et confestim surgens

B C

surgens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abijtq; in domum suam glorificans deum. Et stupor corripuit omnes, & glorificabant deum, & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie. Et post hæc exijt, ac uidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Atq; is relictis omnibus, surgens, secutus est eum. Et fecit ei cõuiuium magnũ Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis accumbebant. Et murmurabant scribæ, & pharisæi, aduersus discipulos eius dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non ueni ad uocandũ iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. At illi dixerũt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui uero edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Num potestis facere, ut filij thalami, dum cum illis est sponsus, ieiunent? Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tũc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Nemo immissuram noui uestimenti immittit in uestimentum uetus: alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit immissura ex nouo. Et nemo mittit uinũ nouũ in utres ueteres, alioqui rumpet uinum nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum mustum in utres nouos mittendum est, & utraque conseruantur. Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouum, dicit enim, uetus melius est.

A Accidit autem, ut in sabbato secundo primo transiret per sata, ac uellebant discipuli eius spicas edebantq;, confricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet facere in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos, dixit: Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid, cum esurisset ipse, & qui cum illo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis sumpsit, editq; ac dedit etiam his qui secum erant, quos non licet edere, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis Dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum est autem & in alio sabbato, ut intraret in synagogam, ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obserua-

surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum suam, magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant deum. Et repleti sunt timore, dicẽtes quia uidimus mirabilia hodie. Et post hæc exijt, & uidit publicanum nomine Leui sedentem ad teloneũ, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum: & fecit ei cõuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabãt pharisæi & scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum peccatoribus & publicanis manducatis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent: Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare? Venient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à uestimento nouo immittit in uestimentum uetus: alioquin & nouum rumpit & ueteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres: alioquin rumpit uinũ nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittẽdum est, & utraq; conseruantur: & nemo bibens uetus statim uult nouum, dicit enim, uetus melius est.

CAPVT VI

Factum est autem in sabbato secundo primo cum transiret per sata, uellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos, dixit. Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esuriret ipse & qui cum eo erãt, quomodo intrauit in domũ dei: & panes propopositiõis sumpsit & manducauit, & dedit his qui cũ ipso erant, quos non licebat manducare, nisi tantũ sacerdotibus? Et dicebat illis, qa dominus est filius hominis etiã sabbati. Factũ est autẽ & in alio sabbato, ut intraret in synagogã & doceret. Et erat ibi homo: & manus eius dextera erat arida. Obser-

Luc. 15 a

1. Timo. 1 c

De discipulis spicas sabbato uellẽtibus, & manu arida: deq; primitijs apostolorũ et beatitudinib. tũ perfectione

Matth. 12 a

Marc. 2 c

1. Reg. 21 b

Marc. 3 a

Obseruabant autem eum scribæ ac pharisæi,
an in sabbato sanaturus esset, ut inueniret un/
de accusarent eũ. Ipse uero sciebat cogitatiões
eorũ, & ait homini q habebat manũ aridam:
Surge, & sta in medio. Ille uero surgens stetit.
Ait igitur ad illos Iesus: Interrogabo uos, utrũ
licet sabbatis bene facere, an male facere, ani/
mã seruare an perdere? Et circũspectis omni/
bus illis, dixit homini: Extẽde manũ tuam. Ille
aũt fecit, & restituta est manus eius sana sicut
altera. ipsi aũt repleti sunt amẽtia, & colloque
bãtur inter sese, quidnã facerẽt Iesu. Factũ est
autem in illis diebus, exijt in montem ad oran
dum, eratq; pernoctans in deprecatione dei.
Et cum dies factus esset, uocauit discipulos
suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apo/
stolos nominauit, Simonem, quem & nomi/
nauit Petrum, & Andream fratrem eius, Ia/
cobum & Ioannem, Philippum, & Bartholo/
mæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum
Alphæi filium & Simonem qui uocatur Ze/
lotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem,
qui idem fuit proditor. Et descendens cum il/
lis, stetit in loco campestri turbaq; discipulo/
rum eius, & multitudo copiosa plebis ex omi
Iudæa & Hierusalem, & à maritima Tyro &
Sidone, qui uenerant ut audirẽt eũ, & sanaren
tur à morbis suis, & qui uexabantur à spiriti/
bus immundis, & sanabãtur. Et omnis turba
quærebat eum tangere, quia uirtus ab illo exi/
bat & sanabat omnes. Et ipse attollens oculos
suos in discipulos, dicebat: Beati pauperes, qa
uestrum est regnũ dei. Beati qui esuritis nunc,
quia saturabimini. Beati qui fletis nunc, quia
ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homi/
nes, & separauerint uos, & exprobrauerint, &
eiecerint nomen uestrum tanquam malũ pro
pter filium hominis. Gaudete in illo die & ex/
ultate, ecce eñ merces uestra multa est in cœ/
lis. Secundum hæc enim faciebant prophetis
patres eorũ. Veruntamẽ uæ uobis diuitibus,
quia habetis consolationem uestram. Væ uo
bis, qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis
qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ
uobis cũ laudauerint uos omẽs homines. Se/
cundũ hæc eñ faciebãt pseudoprophetis pa
tres eorũ. Sed uobis dico qui auditis, Diligite
inimicos uestros: benefacite his qui uos ode/
runt. Benedicite maledicentibus uobis, & ora/
te pro calũniantibus uos. Percutienti te in ma
xillam

Matth.14.c
Marc.6.c
Matth.4.c
Matth.5.a
Matth.6.a

da. Obseruabãt autem scribæ & pharisæi si in
sabbato curaret, ut inuenirent unde accusa/
rent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eorũ:
& ait homini qui habebat manum aridã: Sur
ge & sta in medium. Et surgens stetit. Ait au/
tem ad illos Iesus: Interrogo uos si licet sabba
tis benefacere, an male, animam saluam fa/
cere, an perdere? Et circumspectis omnibus di
xit homini: Extende manum tuam: Et exten/
dit & restituta est manus eius. Ipsi autem re/
pleti sunt insipientia, & colloquebantur ad in/
uicem, quidnam facerent de Iesu. Factum est
autem in illis diebus, exijt in montem orare, &
erat pernoctans in oratione dei: & cum dies
factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit B
duodecim ex ipsis, quos & apostolos nomi/
nauit, Simonem quem cognominauit Petrũ,
& Andream fratrem eius, Iacobum & Ioan/
nem, Philippum & Bartholomeum, Mat/
thæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Si
monem qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi,
& Iudam Scarioth, qui fuit proditor. Et de/
scendens cum illis de monte, stetit in loco cã/
pestri, & turba discipulorum eius & multitu/
do copiosa plebis, ab omni Iudæa & Hierusa
lem & maritima & Tyri & Sidonis, qui uene/
rant ut audirent eum & sanarẽtur à languori
bus suis. Et qui uexabãtur à spiritibus immun
dis, curabãtur. Et omnis turba quærebat eum
tangere: quia uirtus de illo exibat & sanabat
omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos su/
os dicebat. Beati pauperes, quia uestrum est
regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia satu/
rabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis
Beati eritis cum uos oderint homines & cum
separauerint uos & exprobrauerint: & eiece/
rint nomen uestrum tanquam malum pro/
pter filiũ hominis. Gaudete in illa die & exul/
tate, ecce enim merces uestra multa est in cœ/
lo. Secundum hæc enim faciebant prophetis
patres eorum. Veruntamen uæ uobis diuiti/
bus qui habetis consolationẽ uestram. Væ uo C
bis q saturati estis: quia esurietis. Væ uobis qui
ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis. Væ cũ be
nedixerint uobis omnes homines: Secũdum
hæc enim faciebant pseudoprophetis patres
eorũ. Sed uobis dico q auditis: Diligite inimi/
cos uestros: benefacite his qui uos oderũt: be/
nedicite maledicẽtibus uobis: & orate pro ca/
lumniantibus uos. Et qui te percusserit in ma/
xillam

xillam,præbe & alteram,& ab eo qui aufert tibi pallium,etiam tunicam noli prohibere. Omni autem exigenti abs te tribue,& ab eo qui aufert quæ tua sunt,ne reposcas. Et prout uultis ut faciant uobis homines,uos quoque facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam & peccatores eos à quibus diliguntur,diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciũt,quę uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis his à quibus speratis uos recepturos,quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuũ, ut recipiant paria. Quin immò diligite inimicos uestros,et benefacite,& mutuũ date,nihil inde sperãtes, & erit merces uestra multa,& eritis filij altissimi,quia ipse benignus est erga ingratos ac malos. Estote ergo misericordes,sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare,& non iudicabimini. Nolite condẽnare,& non codẽnabimini. Remittite,& remittetur uobis. Date & dabitur uobis. Mensuram bonã & cõfertam & concussam atque exundantem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua metimini,metiẽtur alij uobis. Dicebat autem illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nõne ambo in foueam cadunt? D Non est discipulus supra magistrũ suum, perfectus autem omnis erit,sicut magister ipsius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui,trabem autem quæ in oculo proprio est, non animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater,sine eijciam festucã quæ in oculo tuo est,ipse in oculo tuo trabem non uidens: Hypocrita,eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies, ut eijcias festucam,quę est in oculo fratris tui. Non est enim arbor bona,quæ facit fructũ malum,neque arbor mala,faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo uindemiãt uuam. Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum,& malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis loquitur os eius. Quid autem uocatis me domine, domine,& non facitis quæ dico? Quisquis uenit ad me,& audit sermones meos,& facit eos,ostẽdam uobis,cui similis sit. Similis est homini, ædificanti domum: qui fodit in altum, & posuit

xillam unam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petẽti te,tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt: quæ uobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligũt. Et si benefeceritis his qui uos diligunt: quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur ut recipiant æqualia. Veruntamen diligite inimicos uestros, benefacite & mutuum date,nihil inde sperantes & erit merces uestra multa. Et eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite,& dimittetur uobis. Data,& dabitur uobis. Mensuram bonam & cõfertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus cæcum ducere: nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eijciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quę facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructũ bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum,& malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundãtia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui uenit ad me: & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum qui fodit in altum: & posuit

Eccli.31 b
Matt.7.18 a
Prouer.11 c
Matth.15 b
Matth.5.10 c
Ioann.13 b
Matth.17 a
Matt.5.7.12
Matth.7.25

fuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram. Qui autem audiuit & non fecit, similis est homini, qui ædificauit domũ suam super terrã, absq; fundamento, inquam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

Seruus Cẽturiõis sanatur, restituitur uitæ filius uiduæ, discipulos suos mittit Iohannes ad Christũ, quẽ ad se pransum uocat phariseus ubi ungebatur.

CVm autem consummasset omnia uerba sua audiente populo, intrauit Capernaum. Centurionis autẽ cuiusdam seruus male habens, agebat animam, qui illi erat charus Cum audisset autẽ de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum rogans eum, ut ueniret & seruaret seruum suum. At illi cũ uenissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicẽtes: Dignus est, ut hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cũ illis. Et cum iam non longe abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicẽs ei: Domine, noli uexari. Nõ enĩ sum dignus, ut sub tectũ meum intres. Quapropter nec meipsum sum dignũ arbitratus, ut uenirem ad te, sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic uade, ac uadit: & alteri, ueni, ac uenit: & seruo meo, fac hoc, ac facit. Auditis autem his Iesus miratus est eum, & conuersus, sequẽti se turbæ dixit: Dico uobis, ne in Israel quidẽ tantam fidem inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, in domum, repererunt seruum qui lãguerat, sanum. Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem, quæ uocatur Nain, & ibãt cum eo discipuli eius multi, turbaq; copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebat filius unicus matris suæ. & hęc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigitq; loculum. Porrò qui portabant substiterunt. Et ait: Adolescẽs, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & glorificabant deum, dicẽtes: Propheta magnus surrexit inter nos, & deus uisitauit plebẽ suam. Et exijt hic rumor in uniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimam regionem. Et nunciauerunt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus. Et conuocauit duos de discipulis suis

Matth. 8 a
Ioan. 4 f
Ioann. 4. 6
Matth. 11 a

Ioannes

fuit fundamentum supra petram. Innundatione autem facta, illisum est flumen domui illi: & non potuit eam mouere, fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domũ suam supra terram sine fundamẽto: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina illius domus magna.

CAP. VII

A CVm autem implesset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi erat preciosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret & sanaret seruum eius. At illi cum uenissent ad Iesum, rogabant eum sollicite dicentes ei: quia dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis: Et cum iam nõ longe esset à domo: misit ad eum Centurio amicos, dicẽs: Domine, noli uexari. Nõ enim sum dignus ut sub tectum meum intres: propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te, sed dic uerbo & sanabitur puer meus. Nã & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub se milites: & dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Quo audito Iesus miratus est: & cõuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico uobis: nec in Israel tãtam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domũ inuenerunt seruum qui lãguerat sanum. Et factum est deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur B filius unicus matris suæ: & hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculũ. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor & magnificabant deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia deus uisitauit plebem suam. Et exijt hic sermo in uniuersam Iudæam de eo & omnem circa regionem. Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his: & conuocauit duos de discipulis suis

Ioannes

Ioannes, misitq́ȝ ad Iesum, dicens: Tu es qui
uenturus es, an alium expectamus? Cum au/
tem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes
baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui
uenturus erat, an alium expectamus? In ea/
dem autem hora multos curauit à morbis ac
plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis dona
uit uisum. Et respondens dixit illis: Euntes re/
nunciate Ioanni, quę uidistis & audistis, quod
cæci uident, claudi ambulāt, leprosi mundan/
tur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperi/
bus annunciatur euangeliū, & beatus est qui/
cunqȝ non fuerit offensus per me. Et cum dis/
cessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne di/
cere ad turbas: Quid existis in desertum ut ui/
deretis? arundinem uento agitari? Sed quid
C existis uisuri? hominem mollibus uestimentis
indutum? Ecce qui uestitu splendido uestiun/
tur, & in delitijs agunt, in aulis Regum sunt.
Sed quid existis ad uidendum? prophetam?
Vtiqȝ dico uobis, & plus quàm prophetam.
Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto ange/
lum meum ante faciem tuam, qui præparabit
uiam tuam ante te. Dico enim uobis: Maior
inter natos mulierum propheta Ioanne ba/
ptista nemo est. Attamen qui minor est in re/
gno dei, maior est illo. Et omnis populus au/
diens, & publicani iustificauerunt deum, ba/
ptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem &
legisperiti consiliū dei spreuerunt aduersus se/
metipsos, non baptizati ab eo. Ait autem do/
minus. Cui ergo similes dicam homines gene
rationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt
pueris sedentibus in foro, & acclamantibus in
ter se ac dicentibus: Cantauimus uobis tibijs,
& non saltastis. Cecinimus uobis lugubria, &
non plorastis. Venit enim Ioānes baptista ne
que edens panem, necqȝ bibens uinū, & dicitis:
Dæmonium habet. Venit filius hominis edēs
ac bibēs, & dicitis: Ecce homo edax, & uinipo
tor, amicus publicanorū ac peccatorum. Et iu
stificata est sapientia à filijs suis omnibus. Ro
gabat autē illum quidā è pharisęis, ut caperet
cibū cū ipso. Et ingressus domū pharisæi, accu
buit. Et ecce mulier quæ fuerat in ciuitate pec/
D catrix, ut cognouit, quod Iesus accubuisset in
domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti:
stansq́ȝ ad pedes eius à tergo, flēs lachrymis
cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui ex
tergebat, & deosculabat pedes eius, & unguē
to ungebat

Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui
uēturus es, an aliū expectamus? Cum autem
uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes ba/
ptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uen/
rus es, an alium expectamus? In ipsa autem
hora multos curauit à languoribus suis & pla
gis & spiritibus malis: & cæcis multis donauit
uisum. Et respondens dixit illis: Euntes, re/ *Esa.35.61*
nunciate Ioanni quæ audistis & uidistis: quia
cæci uident: claudi ambulant, leprosi mun/
dantur: surdi audiunt, mortui resurgunt, pau/
peres euangelizantur: & beatus est quicun/
que non fuerit scandalizatus in me. Et cum
discessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioāne di
cere ad turbas: Quid existis in desertum ui/
dere, harundinem uento agitatam? Sed quid
existis uidere hominem mollibus uestimen/
tis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt
& delitijs in domibus regum sunt. Sed quid
existis uidere? Prophetam? Vtique dico uo/
bis & plus quàm prophetam. Hic est de quo
scriptum est: Ecce mitto angelum meum an/ *Malach.3 a*
te faciem tuam, qui pręparabit uiam tuam an *Marc.1 a*
te te. Dico enim uobis. Maior inter natos mu
lierum propheta Ioanne baptista, nemo est.
Qui autem minor est in regno dei, maior est
illo. Et omnis populus audiens & publicani, iu
stificauerunt deum, baptizati baptismo Io/
annis. Pharisæi autem & legisperiti consilium
dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati
ab eo. Ait autem dominus. Cui ergo similes
dicam homines generationis huius: & cui si/
miles sunt? Similes sunt pueris sedentibus in
foro & loquentibus ad inuicem & dicentibus:
Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis, la/
mētauimus, & non plorastis. Venit autem Io
annes baptista, neqȝ manducans panem, ne/
que bibens uinum: & dicitis dæmoniū habet.
Venit filius hominis manducans & bibens, &
dicitis: Ecce homo deuorator & bibēs uinum,
amicus publicanorū & peccatorū. Et iustifica
ta est sapiētia ab omnibus filijs suis. Rogabat *Matth.26 a*
autem illum quidā de pharisæis ut manduca/ *Mar.14 a*
ret cū illo. Et ingressus domum pharisęi discu *Ioann.12*
buit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate pecca
trix: ut cognouit quod Iesus accubuisset in do
mo pharisæi: attulit alabastrum unguenti: &
stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit
rigare pedes eius: & capillis capitis sui terge/
bat, & osculabatur pedes eius & unguento
ungebat

to ungebat. Videns autē pharisæus, qui uocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quę et qualis est mulier, quę tangit ipsum, quia peccatrix est. Et respondēs Iesus dixit ad illū: Simō, habeo quiddā quod tibi dicam. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erāt cuidam creditori, unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. Cū autem illi non essent soluendo, condonauit utrisque. Horū igitur, dic uter eum plus diliget? Respondens Simon, dixit: Existimo, quod is qui plus cōdonauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hāc mulierem: Intraui in domū tuam, aquā pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit. Osculum mihi non dedisti, hęc autem ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hęc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittātur peccata eius multa, quoniam dilexit multū. Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit. uade cum pace.

CAPVT VIII

Similia de seminante et lucerna, Iesum quærunt cognati, tēpestati imperat, dæmoniacum cū Iairi filia & sanguinislua curat

Matth. 13 a
Marc. 4 a

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella, prædicans & annuncians regnū dei, & duodecim cum illo, simulque mulieres aliquæ, quæ erāt sanatæ à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septē dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cū autem turba plurima conueniret, & è singulis ciuitatibus properarēt ad eum, dixit per similitudinem: Exijt qui sementem faciebat ad seminandum semen suū, & inter seminādum aliud cecidit circa uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit super petram, & enatum aruit, quia nō habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā, & enatū fecit fructū centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant autem

ungebat. Videns autem pharisæus qui uocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic: Duo debitores erāt cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos: & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque: Quis ergo eum plus diligit? Respōdens Simon dixit: Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierem dixit Simoni: Vides hāc mulierem? intraui in domū tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non unxisti: hęc autē unguēto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittūtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittunrur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebāt dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace.

CAPVT VIII

A

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo: & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna & alię multæ quæ ministrabāt ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem: & aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem

B autem eũ discipuli eius,dicẽtes: quæ esset ista parabola. At ille dixit: Vobis datum est nosse mysteria regni dei,cæteris autẽ per parabolas,ut uidẽtes nõ uideant, & audientes non intelligãt.Est autẽ hæc parabola:Semen est sermo dei. Qui autẽ iuxta uiam,hi sunt qui audiunt,deinde uenit diabolus,& tollit sermonem de corde eorum ne credentes seruentur.Nam qui super petram,ij sunt qui cũ audierint,cum gaudio suscipiunt sermonem. & hi radices nõ habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt. Quod autem in spinas cecidit,hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitę euntes suffocantur,nec referunt fructum.Quod autem in bonam terram,hi sunt, qui in corde honesto ac bono audientes sermonem retinent, & fructum afferunt per patientiam. Nemo uero cum lucernam accenderit,operit eam uase, C aut subter lectum ponit,sed super candelabrũ ponit,ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum,quod non manifestum sit futurum,nec absconditũ,quod non sit cognoscendum,& in propatulum uenturum. Videte ergo quomodo audiatis.Quisquis enim habet, dabitur illi,& quicunq; nõ habet, etiam quod putat se habere,auferetur ab illo. Venerũt autem ad illum mater & fratres eius & non poterant adire eum præ turba,& nunciatum est illi dictumq;:Mater tua & fratres tui stant foris,uolentes te uidere. Qui respõdens,dixit ad eos:Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem dei audiũt, ac faciunt illum. Factum est autem quodam die,& ipse ascendit in nauim, ac discipuli eius, & ait ad illos: Traijciamus in ulteriorem ripam stagni, ac soluerunt. Cæterum nauigãtibus illis,obdormiuit, & ingruit procella uenti in stagnum,& complebãtur ac periclitabantur.Accedentes autem suscitauerunt eum,dicentes: Præceptor, perimus. D At ille experrectus,increpauit uentum ac tempestatem aquæ,& cessauerũt,factaq; est tranquillitas,Dixit autẽ illis: Vbi est fides uestra? Timentes autem mirati sunt inter se,dicentes: Quisputas hic est? Quia uentis quoq; & aquæ imperat,& obediunt ei? Et nauigauerũt ad regionem Gadarenorum, quæ est contra Galilæã.Et cũ de naui egressus esset ad terrã, occurrit illi uir quidã è ciuitate,q habebat dæmoniũ iam tẽporibus multis, & uestimento non

bant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam, hi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum, & hi radices non habent quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt & à solicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum, retinent & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accẽdens operit eam uase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur & palam ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi, & quicunque non habet,etiam quod putat se habere,auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius,& non poterant audire eum præ turba, & nunciatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos:Mater mea & fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiunt & faciunt. Factum est autem in una dierum, & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius,& ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit, & descẽdit procella uenti in stagnum,& complebantur & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor perimus. At ille surgens increpauit uentum & tempestatẽ aquæ,& cessauit,& facta est tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timentes, mirati sunt, adinuicem dicentes. Quisputas hic est? Quia & uentis & mari imperat,& obediunt ei. Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram occurrit illi uir quidã qui habebat dæmonium iam tẽporibus multis, & uestimẽto

ii 4 non

Esaie.6 b
Matth.5 b
Mar.4 d
Luc.11 c
Matth.10 d
Matt.12 d
Marc.3 e
Matth.8 e
Marc.4 d
Marc.5 a

non induebatur,neq; in domo manebat, sed in monumētis.Is ut uidit Iesum, & exclamasset,procidit ante illum, ac uoce magna dixit: Quid mihi rei tecum est Iesu fili dei altissimi? Obsecro te,ne me torqueas.Præcipiebat em̄ spiritui immūdo ut exiret ab homine. Frequēter enim corripuerat illum,& uinciebatur catenis,& cōpedibus custodiebatur,& ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deserta.Interrogauit autem illum Iesus,dicens:Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerūt dæmonia multa in eum.Et rogauerunt illum, ne imperaret ipsis ut in abyssum irent.Erat autem ibi grex porcorum multorū pascentium in monte,& rogabant eum ut permitteret ipsis in illos ingredi.Et permisit illis.Exierunt ergo dæmonia ab homine,& intrauerūt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnū,& suffocatus est.Porrò ut uiderunt quod acciderat ij qui pascebant, fugerunt, rumoremq; nunciauerūt in ciuitatem ac uillas. Exierunt autem ut uiderent quod factum erat, & uenerunt ad Iesum,& inuenerūt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, uestitum, ac sana mente,ad pedes Iesu,& timuerūt.Nūciauerunt autē illis etiam qui uiderant quomodo sanus factus esset is q agitabatur à dæmonio.Et rogauerūt illum omnis multitudo Gadarenorum ut discederet ab ipsis, qa magno timore tenebātur. Ipse autem conscensa naui reuersus est. Rogauerat enim illū uir, à quo dæmonia exierant,ut cum eo esset,sed ablegauit eum Iesus,dicēs:Redi in domum tuam, & narra quæcunq; tibi fecerit deus.Et abijt per totam ciuitatem,prædicans quæcunq; sibi fecisset Iesus. Factū est autē cum rediret Iesus, excepit illum turba.nam omnes expectabāt eum.Et ecce uenit uir,cui nomē Iairus, & ipse princeps synagogę erat.acciditq; ad pedes Iesu, rogans eum, ut intraret in domum suam, quoniam unica filia erat ei ferè annorum duodecim,& hæc moriebatur. Verum inter eundum,turbæ coarctabant eum. Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam,nec ab ullo potuerat curari, accessit retro,& tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius.Et ait Iesus:Quis est q me tetigit? Negātibus autē omnibus,dixit Petrus, & qui cum illo

Matth.9 c
Marc.5 c

non induebatur: neque in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit Iesum procidit ante illum: & exclamans uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum: & uinciebatur catenis & compedibus custoditus: & ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deserto. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit:Legio:quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod ut uiderunt factum qui pascebant, fugerunt & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt autem uidere quod factum est, & uenerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedētem à quo dæmonia exierant uestitum,ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerunt autē illis & qui uiderāt quomodo sanus factus esset à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendēs nauim,reuersus est:& rogauit illum uir à quo dæmonia exierunt ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuā,& narra quāta tibi fecit deus. Et abijt per uniuersam ciuitatem,prædicans quanta illi fecisset Iesus. Factum est autem cum redijsset Iesus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus: & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu rogans eum ut intraret in domum eius: quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim:& hæc moriebatur. Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim: quæ in medicos erogauerat omnē substantiam suam: nec ab ullo potuit curari: accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius:& cōfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo

illo erant: Præceptor, turbæ te constringũt & affligunt: & dicis: Quis me tetigit? & dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui uirtutẽ à me exisse. Videns autem mulier, quod nõ latuisset, tremens uenit ac procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigisset eũ, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodũ confestim sanata fuisset. At ipse dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit, uade cum pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam à domo principis synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua noli uexare magistrum. Iesus autẽ audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit. Et cum uenisset in domum, nõ permisit intrare secũ quenquam, nisi Petrum & Iacobũ & Iohannẽ, & patrem ac matrem puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non est mortua *puella*, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem eiectis foras omnibus, apprehensa manu eius clamauit, dicẽs: Puella, surge: Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Ac iussit illi dari cibum. Et stupuerunt parentes eius. At ille præcepit eis, ne cui dicerent quod factum erat.

Conuocatis autẽ *Iesus* duodecim, dedit illis potestatẽ & autoritatẽ super omnia dæmonia, & ut morbos sanarẽt. Et misit illos ut prædicarent regnum dei, & sanarent infirmos. Et ait ad illos: Ne quid tuleritis in uiam, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, illic manete, atque illinc exeatis. Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus uestris excutite in testimoniũ aduersus illos. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes ubique. Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam, quod Ioãnes surrexisset à mortuis: à quibusdã uero, quod Helias apparuisset: ab alijs autem quod propheta quispiam ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis est autem iste, de quo ego talia audio? & quærebat uidere eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerant. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertũ ciuitatis, quæ uocatur Bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum

---

illo erant. Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui uirtutem de me exijsse. Videns autẽ mulier quia non latuit: tremens uenit & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum cõfestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua te saluã fecit: Vade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad principem synagogæ dicẽs ei: quia mortua est filia tua: noli uexare illum. Iesus autẽ audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum & salua erit. Et cum uenisset ad domum, non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem: & patrẽ & matrem puellæ. Flebant autẽ omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere: Non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eũ, scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius & surrexit continuo. Et iussit illi dare manducare: & stupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

CVPVT IX

Conuocatis autem Iesus duodecim apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent: & misit illos prædicare regnum dei, & sanare infirmos. Et ait illis: Nihil tuleritis in uia: neque uirgam: neque peram: neque panem: neque pecuniã: neque duas tunicas habeatis. Et in quãcunque domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum uestrorum excutite, in testimonium supra illos. Egressi autem circumibãt per castella, euangelizantes & curantes ubique. Audiuit autẽ Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo, & hęsitabat: eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioãnes surrexit à mortuis: à quibusdam uero quia Helias apparuit: ab alijs autem quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis, secessit seorsum in locũ desertum qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ secutæ sunt illum

De amandatis 12. discipulis, & timore Herodis, quinque panib. Petri cõfessione, Christi metamorphosi, lunatico, cõtentione præstãtiæ, deque prohibito eijcere dæmonia, & duob. dominũ sequi uolentibus.

Matth.10 a
Marc.3 6
Matth.14 a
Marc.6 b
Ioann.6 b

illum. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat. Dies autē cœperat declinare, & accedētes duodecim, dixerūt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella uillasq; uicinas, diuertāt, & inueniāt escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autē ad illos: Vos date illis quod edant. At illi dixerunt: Non sunt nobis plures q̃ quinq; panes, & duo pisces, nisi nos eamus, & emamus in omnem hunc populum escas. Erant autem ferè uiri quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discūbere in singulo quoque discubitu quinquagenos, atq; ita fecerunt & fecerunt omnes discumbere. Acceptis autem quinq; panibus & duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis benedixit illis, & fregit distribuitq; discipulis, ut apponerent turbæ. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmētorum cophini duodecim. Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quem me dicūt esse turbę? At illi responderunt & dixerunt, Ioannem baptistā, alij autem Heliam: alij uero, quod propheta quispiam de antiquis surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum dei. At ille comminatus illis, præcepit, ne cui dicerent hoc dicens: Oportet filiū hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotū & scribis: & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat autem ad omēs: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam cottidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Qui uero perdiderit animam suam propter me, is saluam faciet illam, Quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mūdum se autem ipsum perdat, aut iacturam sui ipsius faciat? Nam quem mei, meorumq; sermonum puduerit, huius & filium hominis pudebit, cum uenerit in maiestate sua, & patris, sanctorumq; angelorum. Dico autem uobis uere, sunt quidam hic stantes, qui non gustabūt mortem, donec uideant regnum Dei. Factum est autem post hæc uerba ferè diebus octo, & assumpsit Petrum & Ioannem & Iacobum, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est dum oraret species uultus eius alia, & uestitus eius candidus ac refulgens.

Et ecce

Matt.16 d Mar.8 d

Infra 17 d

Infra 12 a

Marc.9 a

Matth.17 a

illum, & excepit eos, & loquebatur illis de regno dei: & eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare: & accedentes duodecim, dixerūt illi: Dimitte turbas ut euntes in castella, uillasq; quę circa sunt diuertant & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces, nisi forte nos eamus, & emamus in omnē hanc turbam escas. Erant autem ferè uiri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos: & ita fecerunt & discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cœlum & benedixit illis, & fregit & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas, & manducauerunt omnes & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecim. Et factum est cum solus esset orans, erant C cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt, Ioannem baptistam: alij autem Heliam, alij uero q̄a unus propheta de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum dei. At ille increpans illos præcepit, ne cui dicerent hoc, dicēs: Quia oportet filium hominis multa pati & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi & tertia die resurgere. Dicebat autem ad omēs: Si quis uult post me uenire abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluā facere perdet illam: nam q̄ perdiderit animam suā propter me saluam faciet illam. Quid enim proficit homini si lucretur uniuersum mundū, seipsum autem perdat, & detrimentū sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua, D & patris & sanctorum angelorum. Dico autem uobis, uere sunt aliqui hic stātes: qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum est autem post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem: & ascendit in montem ut oraret. Et facta est dum oraret, species uultus eius altera: & uestitus eius albus & refulgens.

Et ecce

Et ecce duo uiri loquebantur cum illo, qui erant Moses & Helias, qui uisi in maiestate, dicebant excessum eius, quem completurus erat Hierosolymis. Petrus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno. Experrecti autem uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unũ Mosi, & unum Heliæ, nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes & obumbrauit eos, timuerunt autem intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dũ fieret uox, inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerũt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ uiderant. Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te, respice ad filium meum, quia unicus est mihi: & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & discerpit eum cum spuma, & uix discedit ab eo dilanians eum: & rogaui discipulos tuos ut eijcerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O natio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, ac patiar uos? Adduc huc filium tuum. Cum adhuc autem accederet, laniauit illum dæmonium & dissipauit: Increpauit autem Iesus spiritum immundum & sanauit puerum & reddidit illum patri suo. Stupebant autem omnes super magnificentia dei. Sed omnibus mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in auribus uestris sermones istos. Filius enim hominis, futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et timebant eum interrogare de hoc uerbo. Intrauit autem cogitatio inter eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationem cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum iuxta se, & ait illis: Quicunq; receperit puerũ hunc nomine meo me recipit. Et quicũq; me receperit, recipit eũ qui me misit. Nam qui minor est inter omnes uos, hic erit magnus. Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam sub nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus

Et ecce duo uiri loquebantur cũ illo, Erant autem Moyses & Helias uisi in maiestate: & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno: & euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum. Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula: unum tibi & unum Moysi & unum Heliæ: nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente facta est nubes & obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicq; ex his quæ uiderant. Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum: & subito clamat, & elidit & dissipat eum cum spuma. & uix discedit dilaniãs eum. Et rogaui discipulos tuos ut eijcerent illum, & non potuerunt. Respondẽs autem Iesus, dixit: O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei. Omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant uerbum istud, & erat uelatum ante eos, ut non sentirẽt illud, & timebant eum interrogare de hoc uerbo. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorũ maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum: & statuit illum secus se, & ait illis: Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit, & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est. Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijcientẽ dæmonia, & prohibuimus

Marc.16 / Sup.4.d. / Matth.16.20 / Marc.8.9 / Luc.2.18

Matth.18 a / Mar.9 d / Infra.22 b

hibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. Factum est autem dum complerētur dies assumptionis eius, & ipse faciē suam obfirmauerat, ut iret Hierosolymam, & misit nuncios ante conspectum suū, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararēt illi. Et non receperūt eum, quia facies eius erat euntis Hierosolymam. Cum uidissent autem discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerūt: Domine, uis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos, quemadmodum & Helias fecit? Cōuersus autem Iesus, increpauit illos, dicēs: Nescitis cuius spiritus estis uos. Filius enim hominis nō uenit ad perdendū animas hominum, sed ad seruandum. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes cauernas habent, & uolucres cœli nidos, filius autē hominis non habet ubi caput reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi ut prius abeam, ac sepeliam patrem meum. Dixit autem ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu uero uade & annuncia regnum dei. Et ait alius: Sequar te domine, sed permitte mihi prius ut dicam uale ijs, qui sunt domi meæ. Ait ad illum Iesus: Nemo qui manu sua admota aratro respexerit à tergo aptus est regno dei.

4. Reg. 1 c

Matth. 8 a

POst hęc autem designauit dominus & alios septuaginta, misitq́ illos binos ante faciē suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse uenturus. Dicebat ergo illis: Messis quidem multa, sed operarij pauci. Rogate ergo dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos, sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neq́ peram, neq́ calciamenta, & neminē per uiam salutaueritis. In quancunq́ domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax uestra: sin minus, ad uos reuertetur. in eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ dātur ab illis. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quancunq́ ciuitatē intraueritis & susceperint uos, edite quæ apponuntur uobis: & sanate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit

Designantur alij 72. discipuli & instituūtur à domino, quæritur à legisperito, docet per parabolā incidētis in latrones deq́ Martha & Maria sororibus

Matth. 9 10. Marc. 6 a Sup. 9 a

hibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere: Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius & ipse faciem suam firmauit ut iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorū, ut pararent illi. Et nō receperunt eum, qa facies eius erat euntis Hierusalem. cum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicimus ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent: & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixit ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem uade & annuncia regnum dei. Et ait alter: Sequar te domine, sed permitte mihi primum renūciare his quæ domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittēs manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno dei.

G

CAP. X

A

POst hęc autem designauit dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autem dominum messis: ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neq́ peram neque calciamenta, & neminem per uiam salutaueritis. In quancunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra, sin autem ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quancunque ciuitatem intraueritis & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis: & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit

propinquauit in uos regnum dei. In quancunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhęsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos, tamen hoc scitote, quod appropinquauit in uos regnũ dei. Dico uobis, quod Sodomis in die illo remissius erit quàm illi ciuitati. Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes, scelerum suorũ egissent pœnitentiã, uerũtamẽ Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm uobis. Et tu Capernaũ quæ usque ad cœlum elata es, usque ad infernũ deprimeris. Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis per nomen tuũ. Ait autẽ illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus uobis subijciũtur, sed gaudete, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In eadem hora exultauit spiritu Iesus, & dixit: Confitebor tibi pater, domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. etiam pater, quoniã sic cõplacitum est coram te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo scit, quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius aperire. Et cõuersus ad discipulos, seorsim dixit: Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis. dico enim uobis, quod multi prophetę & reges uoluerũt uidere, quę uos uidetis, & nõ uiderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidã legisperitus surrexit, tentãs illum, & dicens: Magister, quid faciendo uitã æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua, & proximũ tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti. hoc fac, & uiues. Ille autẽ uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Respõdens autẽ Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho

pinquabit in uos regnum dei. In quancunque autem ciuitatem intraueritis & non susceperint uos: exeũtes in platæas eius, dicite: Etiã puluerem qui adhęsit nobis de ciuitate uestra extergimus in uos. Tamẽ hoc scitote, quia appropinquabit regnũ dei. Dico uobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio, quàm uobis. Et tu Capharnaum usque ad cœlum exaltata: usque ad infernum demergeris. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cũ gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnẽ uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus uobis subijciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ: quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis & nõ uiderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister quid faciendo uitã æternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondẽs dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuũ sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti, hoc fac & uiues. Ille autẽ uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidã descẽdebat ab Hierusalẽ in Hiericho

Margin: B; C; Matth.11 b; Matth.10 c; Ioann.13.14; Esa.14 b; Apoca.12 c; Matth.28.b; Io.7.8.10.14; Matth.22 d; Mar.12 c; Deut.6.b; Leuit.19 c; Roma.13 b

Hiericho,& incidit in latrones q̃ etiã despolia/
uerunt eũ uestibus,ac uulneribus inflictis, ab/
ierunt semimortuo relicto. Accidit autẽ,ut sa/
cerdos quidã descenderet eadẽ uia, uisoq; illo
præterijt. Similiter & Leuita,cũ iret iuxta lo/
cum,cũ accessisset ac uidisset eũ,præterijt. Sa/
maritanus autẽ quidã iter faciens,uenit ad eũ,
& uiso eo misericordia motus est,& accedens
obligauit uulnera eius,infundens oleum, ac ui
num: & imponens illum in suum iumentũ,du
xit in diuersorium,& curam eius egit. Et poste
ro die egrediens, depromptos duos denarios
dedit hospiti, & ait ei: Curam illius habe, &
quodcunq; præterea insumpseris ego cũ re/
diero,reddã tibi. Quis ergo horũ triũ uidetur
tibi proximus fuisse illi,qui incidit in latrones?
At ille dixit: Qui exercuit misericordiã in illũ.
Ait igitur illi Iesus: Vade & tu fac similiter. Fa
ctum est autem dum irent, ut ipse intraret in
quoddã oppidulum, ac mulier quædã Mar/
tha nomine,excepit illũ in domũ suã: & huic
erat soror nomine Maria,quę etiã assidens ad
pedes Iesu, audiebat sermonẽ illius. Martha
autem distrahebatur circa frequens ministe/
rium,quæ assistens ait: Dñe,non est tibi curæ,
quod soror mea reliquit me ut sola ministrẽ?
dic ergo illi,ut me adiuuet. Et respõdens dixit
illi Iesus: Martha Martha,solicita es,& tumul
tuaris circa multa. Atq; unũ est necessariũ. Ma
ria bonã partẽ delegit, quæ nõ auferet᷑ ab ea.

ET factum est cũ oraret quodam in loco,
ut cessauit: dixit quidã ex discipulis eius
ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Ioã/
nes docuit discipulos suos. Et ait illis: Cum o/
ratis, dicite: Pater noster, *qui es in cœlis, sanctifice
tur nomen tuum*, adueniat regnũ tuum, *fiat uolun-
tas tua quemadmodum in cœlo sic etiã in terra*. Panem
nostrum cotidianum da nobis quotidie,& re/
mitte nobis peccata nostra,siquidem & ipsi re
mittimus omni debenti nobis,& ne nos indu/
cas in tentationem, *sed libera nos a malo*. Et ait ad
illos: Quis uestrum habebit amicũ,& ibit ad il
lum media nocte,& dicet illi: Amice da mihi
mutuo tres panes,quoniã amicus meus uenit
de uia ad me,& non habeo quod apponã illi.
& ille intus respondens dicat: Noli mihi mole/
stus esse,iam ostium clausum est,& pueri mei
mecum sunt in cubili nõ possum surgere et da
re tibi. Dico uobis,etiã si nõ daturus sit illi sur/
gens,eo quod amicus eius sit,propter impro/
bitatem

*Quomodo o/
randũ, uirtus
domini male
audit, de re/
gno diuiso,
mulier extol/
lit uocẽ, peti/
tur signũ, ocu
lus simplex sit
occinitur uæ
scribis, phari/
seis & hypo/
critis*

Matth. 6 a

Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam de/
spoliauerunt eum,& plagis impositis abierũt,
semiuiuo relicto. Accidit autẽ ut sacerdos qui
dam descenderet eadẽ uia, & uiso illo præteri
uit. Similiter & leuita cũ esset secus locũ & ui/
deret eũ, pertransijt. Samaritanus autẽ quidã
iter faciens,uenit secus eum,& uidens eum,mi
sericordia motus est. Et appropians alligauit D
uulnera eius,infundẽs oleum & uinum. Et im/
ponens illum in iumentum suum,duxit in sta
bulum: & curam eius egit. Et altera die protu
lit duos denarios, & dedit stabulario, & ait:
Curam illius habe,& quodcunq; supereroga
ueris,ego cum rediero reddam tibi. Quis ho/
rum trium tibi uidetur proximus fuisse illi qui
incidit in latrones. At ille dixit: Qui fecit miseri
cordiã in illum. Et ait illi Iesus: Vade & tu fac
similiter. Factum est autem dum irent & ipse
intrauit in quoddam castellum,& mulier quæ
dam Martha nomine excepit illum in domũ
suam. Et huic soror erat nomine Maria. Quæ
etiam sedẽs secus pedes domini,audiebat uer
bum illius. Martha autem satagebat circa fre/
quens ministerium. Quę stetit & ait: Domine
non est tibi curæ,quod soror mea reliquit me
solã ministrare? dic ergo illi ut me adiuuet. Et
respondens dixit illi dominus: Martha Mar/
tha sollicita es & turbaris erga plurima. Porrò
unũ est necessariũ: Maria optimã partem ele/
git, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XI

ET factum est cum esset in quodam loco A
orans,ut cessauit dixit unus ex discipulis
eius ad eũ: Domine, doce nos orare, sicut do/
cuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum
oratis, dicite: Pater sanctificetur nomen tuũ,
adueniat regnũ tuũ: panem nostrũ quotidia/
num da nobis hodie,& dimitte nobis peccata
nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni de/
benti nobis,& ne nos inducas in tentationem.
Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum
& ibit ad illum media nocte,& dicet illi: Ami/
ce cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus
meus uenit de uia ad me: & non habeo quod
ponã ante illũ. Et ille deintus respõdens dicat:
Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum
est,& pueri mei mecum sunt in cubili. nõ pos
sum surgere,& dare tibi. Et si ille perseuerae/
rit pulsans, dico uobis: & si nõ dabit illi surgẽs
eo quod amicus eius sit, propter improbi/
tatem

bitatem tamen eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex uobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nō porriget illi scorpium? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris, quāto magis pater uester cœlestis dabit spiritum sanctū poscentibus se. Et erat ejciēs dæmoniū, & illud erat mutū: cumq; eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & amiratæ sunt turbæ. Quidam autē ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorum ejcit dæmonia. Et alij tentātes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem cum sciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnū aduersus seipsum diuisum desolatur, & domus super domū cadit. Quod si satanas quoq; aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis, per Beelzebul ejcere me dæmonia. Quod si ego Beelzebul præsidio ejcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio ejciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si digito dei ejcio dæmonia, profectò peruenit ad uos regnū dei. Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea quæ possidet. Vbi uero fortior eo superueniēs uicerit eum, uniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecum, cōtra me est: & qui nō colligit mecum, dispergit. Cum immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arētia, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam atque ornatam, tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secum nocentiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius peiora primis. Factum est autem cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmò, beati qui audiūt sermonem dei, & custodiūt illum. Turbis autem condensantibus se, cœpit dicere: Natio hæc mala est. Signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita

tatem tamē eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nūquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis de cœlo dabit spiritū bonum petētibus se? Et erat ejciens dæmonium & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In beelzebub principe dæmoniorum ejcit dæmonia. Et alij tentātes, signum de cœlo quærebant de eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autē & sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnū eius: quia dicitis in beelzebub me ejcere dæmonia. Si autem ego in beelzebub ejcio dæmonia, filij uestri in quo ejciūt. Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si in digito dei ejcio dæmonia, profectò peruenit in uos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat: & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cum hæc diceret: extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit: & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmò, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Turbis autē concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita

Matth.7 a
Ioā.14.15.16
Matth.9.12
Marc.3 b
Matt.12
Marc.8 b
Ionæ 2.3

tis,ita erit & filius hominis nationi isti. Regina
3.Reg.10 a / 2.Par.9 a
Austri surget in iudicio cum uiris nationis hu/
ius,& condemnabit illos, quia uenit à finibus
terræ,ut audiret sapientiam Solomonis, & ec
ce plusq; Solomon hoc in loco. Viri Niniuitę
surgent in iudicio cum natione hac,& conde/
mnabunt illam: quia ad pœnitētiam adducti
sunt prædicatione Ionæ. & ecce plusq; Iona
Matth.5 b / Marc.4 b / Sup.8 b / Matth.6 c
hoc in loco. Nemo lucernā accendit, & in ab/
scōdito ponit,neq; subter modium, sed super
candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen ui/
deant. Lucerna corporis est oculus. Cum igi/
tur oculus tuus fuerit simplex,totū quoq; cor
pus tuū lucidum erit.quod si malus fuerit,etiā
corpus tuū tenebrosum erit. Vide ergo ne lu
men quod in te est,tenebræ sint. Si ergo cor/
pus tuū totum lucidum fuerit,non habens ali
quam partem tenebrosam,sic erit lucidum to/
tum ut cū lucerna fulgore illuminat te. Et cum
loqueretur,rogauit illū quidam pharisæus,ut
prāderet apud se. Iesus autem ingressus accu/
buit. Pharisæus autem cū uidisset, admiratus
Matth.23.e
est,quod nō prius lauisset ante prandiū. Et ait
dn̄s ad illū: Nunc uos pharisæi exteriora po/
culi,catiniq; mūdatis,& quod intus est uestri,
plenum est rapina & malicia. stulti:nonne qui
fecit quod foris est,etiam id quod intus est,fe
cit? Veruntamen quod superest, date eleemo
synā,& ecce omnia mūda sunt uobis. Sed uæ
uobis pharisęis, quia decimatis mentā & rutā
& quoduis olus,& præteritis iudiciū & chari/
tatē dei. Imò hęc oportuit facere & illa non o/
Mar.12 d / Infra.20 d
mittere. Væ uobis pharisæis,quia diligitis pri/
mas cathedras in synagogis,& salutationes in
foro. Væ uobis scribę & pharisæi hypocritæ,
quia estis ut monumenta quæ nō apparent,&
homines ambulātes super ea nesciūt. Respon
dens autē quidā ex legisperitis, ait illi: Magi/
ster,hæc dicens etiā nos afficis cōtumelia. At
ille ait: Et uobis legisperitis uæ,qa oneratis ho
mines oneribus,quæ portare nō possunt,& i/
psi uno digito uestro non attingitis sarcinas.
Væ uobis,qa ædificatis monumēta prophe/
tarū, patres autē uestri occiderunt illos:profe
cto testamini, quod cōprobatis facta patrū
uestrorū,quoniā illi quidē eos occiderunt uos
autem ędificatis eorū sepulchra. Propterea &
sapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas
& apostolos,& ex illis occident & persequen
tur,ut requiratur sanguis omnium propheta/
rum

tis,ita erit & filius hominis generationi isti. Re
gina Austri surget in iudicio cū uiris generati/
onis huius,& condemnabit illos:quia uenit à
finibus terræ audire sapiētiam Salomonis. Et
ecce plus q; Salomon hic. Viri Niniuitæ sur/
gent in iudicio cū generatione hac, & conde/
mnabunt illā:quia pœnitentiā egerunt in præ/
dicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Iona hic.
Nemo lucernā accendit:& in abscōdito ponit
neq; sub modio,sed supra cādelabrum: ut qui
ingrediuntur,lumen uideant. Lucerna corpo/
ris tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim
plex,totum corpus tuū lucidum erit:sin autē
nequam fuerit,etiam corpus tuū tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tene/
bræ sint. Si ergo corpus tuū totū lucidum fue
rit:nō habens aliquam partem tenebrarū,erit
lucidum totū. Et sicut lucerna fulgoris illumi/
nabit te. Et cum loqueretur,rogauit illum qui/
dam pharisæus,ut pranderet apud se. Et in/
gressus recubuit. Pharisæus autē cœpit intra
se reputans dicere:quare non baptizatus esset
ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nūc
uos pharisæi quod deforis est calicis & catini D
mundatis:quod autem intus est uestrum,ple/
num est rapina & iniquitate. Stulti,nonne qui
fecit quod deforis est: etiam id quod deintus
est fecit? Veruntamen quod superest,date ele
mosynam, & ecce omnia munda sunt uobis.
Sed uæ uobis pharisæis,qui decimatis mētam
& rutam & omne olus: & præteritis iudiciū &
charitatem dei. Hæc autem oportuit facere,
& illa nō omittere. Væ uobis pharisæis, qui di
ligitis primas cathedras in synagogis: & salu/
tationes in foro. Væ uobis qui estis ut monu/
menta quæ non parent:& homines ambulan
tes supra,nesciunt. Respondens autem quidā
ex legisperitis,ait illi: Magister,hæc dicens etiā
nobis cōtumeliam facis. At ille ait: Et uobis le/
gisperitis uæ, qui oneratis homines oneribus
quæ portare nō possunt:& ipsi uno digito ue/
stro non tangitis sarcinas. Væ uobis qui ædifi
catis monumenta prophetarū: patres autem
uestri occiderunt illos. Profecto testificamini
quod cōsentitis operibus patrum uestrorum:
quoniam quidem ipsi eos occiderunt:uos au/
tem ædificatis eorum sepulchra. Propterea &
sapientia dei dixit: Mittam ad illos prophe/
tas & apostolos:& ex illis occidēt & persequē
tur,ut inquiratur sanguis omnium propheta/
rum

rum,qui effunditur à cõstitutione mũdi, à natione ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare & ædẽ. profecto dico uobis, requiret ab hac natiõe. Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauẽ scientiæ, ipsi nõ introistis, & eos qui introibãt, uetuistis. Cũ autẽ hæc ad illos diceret, cœperunt legisperiti & pharisæi grauiter insistere, & captiose interrogare eũ de multis, insidiãtes ei, & quærẽtes aliquid uenari ex ore eius, quo accusarẽt eum.

A CVm autem cõuenisset innumera turbæ multitudo, adeo ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, primum, Cauete uobisipsis à fermento pharisæorum quod est hypocrisis. Nihil enim opertũ est, quod nõ reuelabitur: neq; absconditũ, quod nõ scietur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine audiẽtur, & quod in aurẽ loquuti estis in cõclauibus, prædicabitur in tectis. Dico autẽ uobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod amplius faciant. Ostendã autem uobis quem timeatis. Timete eum, qui postq; occiderit, habet potestatem conijciendi in gehennam. certe dico uobis, hũc timete. Nõne quinque passerculi ueneunt minutis assibus duobus, & unus ex illis nõ est in obliuione coram deo. Quin & pili capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Dico autẽ uobis, omnis quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur illum corã angelis dei. Qui autem negauerit me corã hominibus, negabitur coram angelis dei. Et quisquis loquitur dictum in filium hominis, remittetur illi, ei uero qui in spiritum sanctum cõuicium dixerit, non remittetur. Cum autem adduxerint uos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite soliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. spiritus enim sanctus docebit uos in eadem hora, quid oporteat uos dicere. Ait autem ei quidã de turba: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecũ

B hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicẽ aut diuisorem super uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiusq; uita eius est ex his quæ possidet. Dixit autẽ similitudinẽ ad illos, dicẽs: Hominis cuiusdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam

rum, qui effusus est à constitutione mundi, à generatione ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare & ædem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatiõe. Væ uobis legisperitis: qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Cũ autẽ hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis insidiãtes ei: & quærentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum.

Gene. 4 b
2. Par. 24 d

CAPVT XII

MVltis autem turbis cõcurrentibus ita ut seinuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento pharisæorũ, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est quod nõ reueletur, neq; absconditum quod nõ sciatur. Quoniã quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidũt corpus: & post hoc nõ habẽt amplius quid faciant. Ostendã autẽ uobis quem timeatis: Timete eum qui postq; occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis hunc timete. Nonne quinq; passeres ueneunt dipondio: & unus ex illis non est in obliuione corã deo? sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis uos. Dico autẽ uobis: Omnis quicunq; confessus fuerit me corã hominibus: & filius hominis confitebitur illum corã angelis dei. Qui autẽ negauerit me corã hominibus, denegabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autẽ qui in spiritũ sanctũ blasphemauerit, nõ remittetur. Cũ autem inducẽt uos in synagogas & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora, quid oporteat uos dicere. Ait autem ei quidã de turba: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicẽ aut diuisorem supra uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaricia, quia non in abundantia cuiusq; uita eius est ex his quæ possidet. Dixit autẽ similitudinẽ ad illos, dicẽs: Hominis cuiusdã diuitis, uberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens: Quid

Pharisæorum fermentũ, & humanarũ rerũ curã fugienda, rogatur dominus ut iudicet inter fratres, de locuplete quietem instituente, quõ uita instituenda & dominus expectandus sit

Matth. 10. 16
Marc. 4 8

Matth. 10 d
Marc. 8 c
Sup. 9 c

Matth. 12 c
Marc. 3 c
Matth. 10 d
Marc. 13 b
Infra. 21 b

faciam,quod non habeā quo congregem fructus meos? Et dixit:Hoc faciā:Destruam horrea mea,& maiora extruā, & illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea, & dicā animæ meæ.Anima habes multa bona reposita in annos multos,requiesce, comede,bibe, gaude. Dixit aūt illi deus:Stulte hac nocte animā tuā repetūt abs te.Quę uero parasti,cui cedēt? Sic qui recōdit sibi,nec est erga deū diues. Dixitq; ad discipulos suos:Ideo dico uobis:Nolite soliciti esse animæ uestræ,quid edatis,neq; corpori quid induamini.Anima plus est q̃ esca,& corpus plus q̃ indumentū.Cōsiderate coruos qa nō semināt,neq; metūt,quibus nō est penuariū, neq; horreū,& deus pascit illos. Quāto magis uos præstatis uolucribus? Quis aūt uestrum solicitudine sua potest adijcere ad staturā suā cubitum unū? Si ergo ne id quidē quod minimum est potestis,quid de cæteris soliciti estis? Considerate lilia quomodo crescūt,non laborāt,neq; nent.dico aūt uobis,nec Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unū ex istis. Si autē gramen quod hodie est in agro,& cras in clibanū mittit, deus sic uestit,quāto magis uos uestiet ô parū fidentes? Et uos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri,& nolite in sublime tolli.hęc em̄ omnia gentes mūdi quęrunt.pater autem uester scit quod istis indigeatis. Quin potius quærite regnū dei,& hęc omnia adijciētur uobis.Noli timere pusille grex,qa cōplacitū est patri uestro dare uobis regnū. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā. Parate uobis sacculos qui nō ueterascunt,thesaurū non deficientē in cœlis,quo fur nō accedit,neq; tinea corrūpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ accensæ & uos similes hominibus, expectantibus dn̄m suum quādo reuertatur à nuptijs:ut cum uenerit ac pulsauerit, confestim aperiant ei.Beati serui illi, quos cū uenerit dn̄s,inuenerit uigilantes: amen dico uobis, quod præcinget se,& faciet illos discūbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secūda uigilia,& si in tertia uigilia uenerit, atq; ita inuenerit,beati sunt serui illi.Hoc autē scitote, quod si scisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset,uigilasset utiq;,nec passus fuisset perfodi domum suā.Et uos igitur estote parati,quia qua hora nō putatis,filius hominis ueniet

Matth.6 c
Matth.6,29
Ephe.6 d
1.Pet.1 c
Infra.22 b
Matth.24 d
Marc.13 d
Matth.25 a

faciam quod non habeo quo congregem fructus meos.Et dixit:Hoc faciā:Destruam horrea mea,& maiora faciam: & illuc cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea,& dicam animæ meæ : Anima,habes multa bona posita in annos plurimos:requiesce, comede, bibe,epulare . Dixit autē illi deus : Stulte,hac nocte animā tuā repetunt à te:quæ autē parasti,cuius erūt? Sic est q sibi thesaurizat , & nō est in deū diues. Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico uobis: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid mādueetis:neq; corpori quid induamini.Anima plus est q̃ esca,& corpus plus q̃ uestimentū.Cōsiderate coruos, qa non semināt neq; metūt, quibus nō est cellarium neq; horreū,& deus pascit illos: Quāto magis uos pluris estis illis.Quis autē uestrū cogitādo potest adijcere ad staturā suā cubitum unum? Si ergo neq; quod minimū est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Cōsiderate lilia quomodo crescunt:Nō laborāt neq; nent.Dico autē uobis,quia nec Salomō in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis . Si autē fœnum quod hodie est in agro,& cras in clibanū mittitur,deus sic uestit,quāto magis uos pusillę fidei? Et uos nolite quærere qd manducetis aut qd bibatis,& nolite in sublime tolli.Hęc enim omnia gentes mūdi quęrūt.Pater autē uester scit quoniā his indigetis. Verūtamē primum quærite regnū dei & iustitiā eius: & hæc omīa adijciētur uobis . Nolite timere pusillus grex: qa cōplacuit patri uestro dare uobis regnum. Vēdite quę possidetis,& date eleemosynā.Facite uobis sacculos qui nō ueterascūt,thesaurū nō deficientē in cœlis , quo fur nō appropiat, neq; tinea corrūpit. Vbi em̄ thesaurus uester est,ibi & cor uestrū erit.Sint lumbi uestri præcincti,& lucernę ardētes in manibus uestris,& uos similes hominibus expectātibus dn̄m suum,quādo reuertatur à nuptijs, ut cū uenerit & pulsauerit,cōfestim aperiāt ei.Beati serui illi,quos cū uenerit dn̄s,inuenerit uigilantes.Amen dico uobis quod p̄cinget se,& faciet illos discumbere:& trāsiens ministrabit illis.Et si uenerit in secūda uigilia:& si in tertia uigilia uenerit,& ita inuenerit,beati sunt serui illi. Hoc autem scitote,quoniā si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret,uigilaret utiq;,& non fineret perfodi domum suam . Et uos estote parati: quia qua hora non putatis,filius hominis ueniet

c

niet. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis istam parabolā an etiā ad omnes? Dixit autem dn̄s: Quisnā est fidelis dispensator ac prudens, quem cōstituet dominus super famulitium suū, ut det illis in tempore demēsum cibū? Beatus ille seruus, quē cum uenerit dominus inuenerit ita facientē: uere dico uobis, quod omnibus quæ possidet, præficiet illū. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, differt dn̄s meus reditum, cœperitq́ percutere seruos & ancillas, & edere bibereq́ & inebriari, ueniet dominus serui illius in die quo non sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemq́ eius cum infidis ponet. Ille autē seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Porrò cuicunq́ multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui cōmendauerunt multū plus petent ab eo. Ignē ueni missurus in terrā, & quid uolo, si iam accēsus est? Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, donec perficiatur? Putatis quod pacē uenerim missurus in terram? Non, dico uobis, imò separationem. Erunt enim ex hoc quinq́ in domo una diuisi, tres aduersus duos, & duo cōtra tres. diuidetur pater aduersus filium, & filius aduersus patrem, mater aduersus filiā, & filia aduersus matrē, socrus aduersus nurū suā, & nurus aduersus socrum suā. Dicebat autē & ad turbas: Cum uideritis nubē orientem ab occasu, statim dicitis, imber uenit, & ita fit: & cum austrū flantē, dicitis, quod ęstus erit, & fit. Hypocritæ, faciē cœli & terrę nostis probare, hoc autem tēpus qui fit ut nō probetis? cur autem & ex uobisipsis nō iudicatis quod iustū est? Cū enim uadis cū aduersario tuo ad magistratū in uia, da operā ut libereris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carcerem. Dico tibi, non exibis inde donec ultimum etiam minutum reddas.

A Aderant autem quidā eodem in tēpore nunciātes illi de Galilæis, quorū sanguinē Pilatus miscuerat cū sacrificijs ipsorū. Et respōdens Iesus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi prę cūctis Galilęis pc̄tōres fuerint, qa talia passi sunt? Nō, dico uobis, imò nisi resipueritis oēs similiter peribitis, Aut illi decē & octo, supra

niet. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolā, an ad omnes? Dixit autem dominus: Quisputas est fidelis dispensator & prudens: quem cōstituit dominus super familiam suā, ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille seruus: quē cum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico uobis: quia super omnia quæ possidet, cōstituet illū. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Morā facit dominus meus uenire: & cœperit percutere seruos & ancillas: & edere & bibere & inebriari, ueniet dominus serui illius in die qua nō sperat & hora qua nescit, & diuidet eum: partemq́ eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit: & non fecit secundū uoluntatē eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna, plagis uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multū, plus petent ab eo. Ignem ueni mittere in terrā: & quid uolo nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coartor usq́ dum perficiatur? Putatis: quia pacem ueni mittere in terrā? Nō, dico uobis, sed separationem. Erūt enim ex hoc quinq́ in domo una diuisi: tres in duo, & duo in tres diuidētur, pater in filium, & filius in patrem suū: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurū suam, & nurus in socrum suā. Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis nimbus uenit, & ita fiet: & cum austrum flātem, dicitis: quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à uobisipsis nō iudicatis quod iustum est? Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem in uia, da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem: & iudex tradat te exactori: & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde donec etiam nouissimum minutum reddas.

Micheæ 7 a
Matth. 10 d
Matth. 16 a
Matth. 5 d

CAPVT XIII

De interfectis à Pilato & in Siloa, de ficu sterili, muliere infirmitatis spiritu correpta, grano synapis & fermēto quæstione, an pauci sint seruandi, ac insidijs Herodis & luctu sup Ierusalem

Aderant autē quidā ipso tempore nunciantes illi de Galilæis: quorū sanguinē Pilatus miscuit cū sacrificijs eorū. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilęi præ omibus Galilæis pc̄tōres fuerint quia talia passi sunt? Nō, dico uobis: sed nisi pœnitentiā habueritis omnes similiter peribitis, sicut illi decē & octo supra

Act. 5 e
Eccle. 17 b

supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis, quod debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Nõ, dico uobis, imò nisi resipueritis omes similiter peribitis: Dicebat & hanc similitudinẽ: Arborem fici habebat quidã plantatã in uinea sua, & uenit quærens fructũ in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorẽ uineæ: Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructũ in ficu hac, & nõ inuenio. succide illã, ad quid uel terrã occupat? At ille respõdens, dixit illi: Domine, sine illã & hoc anno, donec fodero circũ illã & misero stercus, & siquidẽ fecerit fructũ, sin minus, in posterũ succides eã. Docebat autem in una synagogarũ sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis annis decem & octo eratq; contracta, nec omino poterat erigere caput, quã cum uideret Iesus, uocauit eã ad se, & ait illi: Mulier liberata es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat deũ. Respondens autẽ princeps Synagogæ, indignans quod sabbato sanasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo uenite, ut sanemini, & non in die sabbati. Respondẽs autem ad illũ dominus, dixit: Hypocrita, unusquisq; uestrũ sabbato nõne soluit bouem suũ aut asinum à præsepi, & ducit aquatum? Hãc autem filiã Abrahę, quã alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat super uniuersis quæ cum gloria fiebant ab eo. Dicebat ergo: Cui simile est regnũ dei, & cui simile faciã illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & euasit in arborem magnam, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. Et iterum dixit: Cui simile faciam regnũ dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria: donec fermentetur totum. Et ibat per ciuitates & castella docens: & iter faciens Hierosolymã. Ait autem illi quidam: Domine, an pauci sunt qui salutem consequuntur? Ille uero dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostiũ, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, domine, aperi

Matth. 21 b | Matth. 13 d | Marc. 4 c | Matth. 9 d | Marc. 6 a | Matth. 7 b | Matth. 25 a

supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis, quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitãtes in Hierusalem? Nõ, dico uobis: sed si pœnitentiã non habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autẽ & hãc similitudinẽ. Arborẽ fici habebat quidam plantatã in uinea sua: & uenit quærens fructũ in illa, & nõ inuenit. Dixit autẽ ad cultorem uineæ: Ecce anni tres sunt: ex quo uenio quærẽs fructũ in ficulnea hac, & nõ inuenio: Succide ergo illã, ut quid etiã terram occupat? At ille respondẽs, dixit illi: Dñe, dimitte illã & hoc anno usq; dum fodiã circa illã, & mittã stercora. B Et siquidẽ fecerit fructũ: sin autẽ, in futurũ succides eã. Erat autẽ docens in synagoga eorũ sabbatis. Et ecce mulier quę habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quã cum uidisset Iesus, uocauit eã ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat deũ. Respondens autẽ archisynagogus indignans: quia sabbato curasset Iesus dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autẽ ad illũ dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisq; uestrũ sabbato non soluit bouem suũ aut asinũ à præsepio, & ducit adaquare? Hãc autem filiã Abrahæ quã alligauit satanas, ecce decẽ & octo annis, nõ oportuit solui à uinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebãt omnes aduersarij eius, & omĩs populus gaudebat in uniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. C Dicebat ergo: Cui simile est regnũ dei, & cui simile esse æstimabo illud? Simile est grano sinapis: quod acceptũ homo misit in hortũ suum, & creuit, & factũ est in arborẽ magnam: & uolucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui simile æstimabo regnũ dei? Simile est fermẽto quod acceptũ mulier abscõdit in farinæ sata tria donec fermẽtaretur totũ. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluãtur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi (dico uobis) quærunt intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium: & incipietis foris stare & pulsare ad ostiũ, dicẽtes: Domine, aperi

aperi nobis. Et respōdens dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet. Dico uobis, nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes, qui patratis iniquitatem. Ibi erit fletus & stridor dentium, cū uideritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbēt in regno dei. Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postremi. Eodem die accesserūt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi, & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare, quia fieri non potest, ut propheta pereat alibi, q̄ Hierosolymis. Hierusalē Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittūtur ad te, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suū sub pennas, & noluistis. Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis, quod nō uidebitis me, donec uenerit tempus, cum dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

ET accidit ut introiret in domum cuiusdā principis pharisæorum sabbato ad capiendū cibū, & ipsi obseruabāt eum. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illū. Et respōdens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos dicens: Nū licet sabbato sanare? At illi tacuerūt. Ipse uero apprehēsum sanauit eū, ac dimisit. Et respōdens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteū cadet, & nō continuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterāt ad hęc respōdere illi. Dicebat autē ad inuitatos parabolā, intendēs quomodo primos accubitus eligerēt, dicēs ad illos: Cū inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accūbas in primo loco, ne quādo honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens, is qui te & illū uocauit, dicat tibi: da huic locum, & tūc incipias cum rubore extremum locū tenere. Quin potius cū uocatus fueris, uade, accumbe in nouissimo loco: ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascēde superius: tūc erit tibi gloria corā simul discūbentibus: qa omnis q se extollit, deijcietur: & q se deijcit, extolletur. Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat

aperi nobis. Et respōdens, dicet uobis: Nescio uos, unde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in platæis nostris docuisti. Et dicet uobis: Nescio uos, unde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium: cum uideritis Abraham & Isaac & Iacob & omēs prophetas in regno dei: uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi qui erāt primi: & sunt primi qui erant nouissimi. In ipsa die accesserūt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi & uade hinc: quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras: & tertia die consumor. Verūtamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia nō capit prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui mittuntur ad te: Quotiens uolui congregare filios tuos: quemadmodū auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis: quia non uidebitis me, donec ueniat cum dicetis: benedictus q̄ uenit in nomine domini.

Psalm.6 b

Matth.8 b

Matth.19.28

Mar.10 a

Matt.23 d

CAPVT XIIII

ET factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panē: & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illū. Et respōdens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt. Ipse uero apprehensum sanauit eū ac dimisit. Et respōdens ad illos dixit: Cuius uestrū asinus aut bos in puteum cadet: & non cōtinuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autē & ad inuitatos, parabolā: intendēs quomodo primos accubitus eligerēt, dicēs ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discūbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & ueniēs is qui te & illū uocauit, dicat tibi: da huic locū: & tūc incipias cum rubore nouissimū locū tenere: Sed cum uocatus fueris, uade recūbe in nouissimo loco, ut cū uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascēde superius. Tūc erit tibi gloria corā simul discūbentibus, qa omīs qui se exaltat, humiliabit̃, & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat aūt & ei q se inuitauerat

De hydropico & primis accubitib. qui cōuiuæ uocādi, de inuitatis ad cœnā et turris extructione

Matth.12 b

Marc.3 a

Sup.6.13

Matth.23 b

Luc.18 b

inuitauerat: Cum facis prandium, aut cœnam noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos tuos, neque uicinos diuites: ne quando & ipsi te uicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Imò cũ facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia nõ possunt rependere tibi. repen detur enim tibi in resurrectione iustorũ. Hæc cum audisset quidam de simul accumbẽtibus dixit illi: Beatus qui comedit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam apparauerat cœnã magnam, & uocauit multos, misitq; seruum suum hora cœnæ, ut diceret inuitatis. Venite, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire, & uidere illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;: & eo ad probandum illa, rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Vxorem duxi, & ideo nõ possum uenire. Ac reuersus seruus renũciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, claudosq; & cæcos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factũ est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo uirorum illorũ qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autẽ turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, nec odit patrem suũ, ac matrẽ, & uxorem, & filios, & fratres & sorores: præterea autem & animam suam, nõ potest meus esse discipulus. Et quisquis non baiulat crucem suam, & uenit post me, nõ potest meus esse discipulus. Quis enim est ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum, ne postquàm posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicẽtes: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare? Aut quis rex proficiscẽs ut cõmittat prœliũ aduersus alterũ regem nõne sedens prius cogitat, an possit cum decẽ milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit cõtra se? alioquin adhuc illo lõge agente, legatione missa, petit ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus.

Tob. 4 c

Matth. 22 a

Infra 24 c

Matth. 10, 16

Bonus

inuitauerat: Cum facis prãdium aut cœnam noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neq; uicinos, neque diuites: ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbẽtibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam: & uocauit multos: & misit seruũ suum hora cœnæ dicere inuitatis, ut uenirent: quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam: rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cęcos & claudos introduc huc. Et ait seruus Domine, factum est ut imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis: quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me & nõ odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucem suam, & uenit post me, nõ potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim ædificare: nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere: omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cũ uiginti milibus uenit ad se. Alioquin adhuc illo lõge agente, legationem mittẽs rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus.

C

D

Bonum

Erasmi

Bonus est sal, si uero sal infatuatus fuerit, per quod condietur? Neq; in terram, neq; in ster/quilinium utilis est, foras proijciunt illū. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

A ACcedebant autē ad eū omnes publicani & peccatores, ut audirent illū. Et murmurabant pharisæi ac scribæ, dicētes: Hic peccatores recipit, ac cibū capit cum illis. Dicebat autē ad illos parabolā hanc, dicēs: Quis ex uobis est homo qui habet centū oues, & si perdiderit unā ex illis, nōne relinquit nonagintanouem in deserto: & uadit ad illā quæ perierat, donec inueniat eā? Et cum inuenerit eā, imponit in humeros suos gaudēs, ueniensq; domū cōuocat amicos & uicinos dicens illis: Gaudete mecū, quia inueni ouem meā quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore resipiscēte, magis ꝙ super nonagintanouē iustis, qui nō indigēt pœnitētia. Aut quæ mulier habēs drachmas decē, si perdiderit drachmā unā, nō accendit lucernā, B & uerrit domū, quæritq; diligēter, donec inueniat? Et cum inuenerit, cōuocat amicas ac uicinas, dicēs: Gaudete mecū, quia inueni drachmam, quā perdiderā. Ita dico uobis, gaudiū erit corā angelis dei super uno peccatore resipiscente. Ait autē: Homo quidā habuit duos filios, & dixit adolescētior illorū patri: Pater da mihi portionē substantiæ quæ ad me redit. Et diuisit illis substantiam. Ac post dies nō multos cum omnia contraxisset adolescentior filius, peregre profectus est in regionē longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regione illa. Et ipse cœpit egere, & abijt, & adhæsit uni ciuium regionis illius, atque is misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quibus porci C uescebantur, neque quisquam illi dabat. In se autē reuersus dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abundant panibus, ego uero fame pereo. Surgā & ibo ad patrē meū, & dicā ei: Pater, peccaui in cœlū & corā te, iam nō sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unū de mercenarijs tuis. Et surgēs uenit ad patrē suū. Cū autē adhuc longe abesset, uidit illū pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collū eius, & osculatus est eū. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, neq;

Vulgata

Bonum est sal: Si sal quoq; euanuerit, in quo cōdietur? Neq; in terrā, neq; in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Matth. 5 b *Marc. 9 e*

CAP. XV

ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirēt illū: & murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & mãducat cum illis. Et ait ad illos parabolā istā, dicēs: Quis ex uobis homo qui habet centū oues: & si perdiderit unā ex illis, nōne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cū inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & ueniens domū, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Cōgratulamini mihi quia inueni ouem meā quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudiū erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiā agente: ꝙ super nonagintanouē iustis, qui nō indigent pœnitētia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: & si perdiderit drachmā unam: nōne accendit lucernam & euertit domū, & quærit diligenter donec inueniat eā? Et cū inuenerit, cōuocat amicas & uicinas, dicēs: Cōgratulamini mihi qa inueni drachmā quā perdiderā. Ita dico uobis, gaudiū erit corā angelis dei super uno peccatore pœnitentiā agēte. Ait autē: Homo quidā habuit duos filios: & dixit adolescētior ex illis patri: Pater da mihi portionē substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiā. Et nō post multos dies, cōgregatis omnibus adolescētior filius peregre profectus est in regionē longinquā, & ibi dissipauit substantiā suā uiuendo luxuriose. Et postq; omnia cōsummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt & adhæsit uni ciuiū regionis illius, & misit illū in uillā suā, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suū de siliquis quas porci manducabāt, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quāti mercēnarij in domo patris mei abundāt panibus: ego autē hic fame pereo. Surgā & ibo ad patrē meū & dicā ei: Pater peccaui in cœlū & corā te, iā nō sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unū de mercēnarijs tuis. Et surgēs uenit ad patrē suū. Cū autem adhuc longe esset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, iam

Parabolæ de oue et drachma perditis, ac filio prodigo.

Matth. 9 g *Marc. 2 b* *Luc. 5. 7 d*

neq; posthac sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Proferte stolam primam, & induite illum: & date annulum in manum eius, & calciamenta in pedes: & adducite uitulum illum saginatum, atq; mactate, sumptisq; epulis lętemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt lætari. Erat autem filius eius senior in agro, & cũ ueniret, & appropinquasset domui, audiuit concentum & choros, & uocauit unum de seruis suis, & interrogauit quid essent illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit & occidit pater tuus uitulum illum saginatum quod incolumem illum receperit. Indignatus est autem, nec uolebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum. At ille respondẽs, dixit patri: Ecce tot annis seruio tibi, nec unquã præceptum tuum transgressus sum, nec unq; dedisti mihi hœdũ, ut cum amicis meis lętarer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum illum saginatum. At ille dixit ei: fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perieratq;, & inuentus est.

De dispẽsatore iniquo, diuortio, diuite & Lazaro

Dicebat autẽ et ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat dispensatorem, & hic delatus est apud illũ, ut qui dissiparet bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ. Non enim poteris post hac dispensare. Ait autẽ dispẽsator intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispensationẽ? Fodere nõ ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centũ batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta. deinde alteri dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait, centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorem iniquũ quod prudenter fecisset. Quia filij huius seculi prudẽtiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos ex mãmona iniusto, ut cum defeceritis, recipiãt uos in ęterna tabernacula. Qui fidelis est in

iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum: & date anulum in manu eius, & calciamenta in pedes eius. Et adducite uitulum saginatũ & occidite & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. D Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & uocauit unum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit: & occidit pater tuus uitulum saginatum quia saluum illum recepit. Indignatus est autẽ & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquã mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam hic filius tuus qui deuorauit substãtiam suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autẽ & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

CAPVT XVI

A Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues qui habebat uillicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illũ & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicatiõis tuę: iam enim nõ poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se: Quid faciã: quia dominus meus aufert à me uillicationẽ? Fodere nõ ualeo, mẽdicare erubesco, scio quid faciam: ut cũ amotus fuero à uillicatione, recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Cẽtum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam: & sede cito, scribe qnquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quantũ debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis, quia prudẽter fecisset, quia filij huius B seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiãt uos in ęterna tabernacula. Qui fidelis est in

B est in minimo & in multo fidelis est, & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim unum odio habebit, & alterũ diliget, aut uni adhærebit, & alterũ cõtemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Audiebant autem hæc omnia & pharisæi qui erant auari & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uosipsos coram hominibus, deus autẽ nouit corda uestra. Quia quod hominibus excelsum est, abominandũ

C est coram deo. Lex & prophetæ usque ad Iohannem, ab eo tempore regnum dei annunciatur, & quiuis in illud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm legis unum apicem cadere. Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium cõmittit: & qui dimissam à uiro ducit, adulteriũ committit. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulcerosus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Sed & canes ueniebant ac lingebant hulcera eius. Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Atque in tartaro sublatis oculis suis cum esset in

D tormentis, uidet Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquã, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac: Dixit autem Abraham: Fili recordare, quod receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala: Nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et super hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neque istinc huc transcendere. Ait autem: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Mosen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis

est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniqu9 est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Audiebant autem omnia hæc pharisæi: qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus: deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Lex & prophetæ usque ad Iohannem: ex eo regnum dei euangelizatur: & omnis in illud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam a uiro ducit, mœchatur. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus: cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant & lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham:

Fili recordare: quia recepisti bona in uita tua: & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter uos & uos chaos magnum firmatum est: ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint: neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis

Matth.6 c

Matth.11 b
Isa.40 a
Marc.10 a

mortuis ierit ad eos, resipiscent: Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent.

CAPVT XVIII

Docet fugiendũ offendiculũ, fratri ignoscendũ, deo fidendum, Item de x. leprosis & aduentu Christi

Matt. 18 a

AIt autem ad discipulos: Fieri non potest quin ueniant offendicula. Væ tamen illi per quẽ ueniunt. Expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quàm ut offendiculo sit uni de pusillis istis. Cauete uobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & si pœnituerit, remitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicẽs: Pœnitet me: remittes illi. Et dixerunt apostoli dño: Adauge nobis fidem. Dixit autẽ dñs: Si haberetis fidẽ sicut habet granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare & trãsplantare in mare, & obedisset uobis. Quis autẽ uestrũ, habens seruũ arantẽ aut pascẽtem: qui regresso ab agro dicat statim trãsi & accumbe. Ac nõ potius dicit illi: para quod cœnẽ, & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bibero, & post hæc edito & bibito tu? Num gratiã habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? non puto. Sic & uos, cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret Hierosolymam, & ipse trãsibat per mediã Samariã & Galilæã. Et cum ingrederetur quendam uicum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt procul, intentaq; uoce dixerunt: Iesu præceptor, miserere

Leuit. 14 a

nostri. Quos ut uidit: dixit illis: Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundum mundati sint. Vnus autem ex illis ut uidit, quod mundatus esset, regressus est, cũ uoce magna glorificans deũ, & procidit in faciẽ ad pedes eius, gratias agens ei: Et hic erat Samaritanus. Respondens autẽ Iesus, dixit: Nõne decem mũdati sunt? Nouem autẽ illi ubi? Non sunt reperti qui redierint, ut darent gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, fides tua te seruauit, Interrogatus autẽ à pharisæis, quando uenturũ esset regnũ dei, respondit eis, & dixit: Nõ ueniet regnũ dei cum

Matth. 24 b
Marc. 13 c

obseruatione neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ dei intra uos est. Et ait ad discipulos: Venient dies, quando desiderabitis uidere unum dierum filij hominis, nec uidebitis. Et dicent uobis: Ecce hic, ecce illic. Nolite

ire neq;

mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait aũt illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAPVT XVII

A

ET ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non ueniant scandala. uæ autem illi per quem ueniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare: quàm ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitẽtiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: & septies in die cõuersus fuerit ad te dicens: Pœnitet me, dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro: eradicare & trãs-

B

splantare in mare, & obediet uobis. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem boues: qui regresso de agro, dicat illi statim: transi & recumbe: & non dicat, para quod cœnem: & præcinge te & ministra mihi donec manducẽ & bibam, post hæc tu mãducabis & bibes. Nunquid gratiam habet seruo illi: quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et factũ est dum iret in Hierusalem, trãsibat per mediam

C

Samariam & Galilæam: & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decẽ uiri leprosi: qui steterunt à longe: & leuauerũt uocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri: Quos ut uidit, dixit: Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factũ est dum irent, mũdati sunt. Vnus autẽ ex illis ut uidit qa mundatus est, regressus est cũ magna uoce magnificãs deũ. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agẽs. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: Nõne decẽ mundati sunt, & nouẽ ubi sunt? Nõ est inuẽtus q rediret, & daret glo-

D

riã deo: nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge uade: qa fides tua te saluũ fecit. Interrogatus aũt à pharisæis, quãdo uenit regnũ dei? Respondens eis, dixit: Non ueniet regnũ dei cũ obseruatione: neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis uidere unum diem filij hominis & nõ uidebitis. Et dicẽt uobis: Ecce hic, & ecce illic: nolite

ire neq;

ire neq; ſectemini. Nā ſicut fulgur coruſcans
è regione quæ ſub cœlo eſt, in alteram quæ
ſub cœlo eſt fulget, ita erit filius hominis in
die ſuo. Sed prius oportet illum multa pati,
& reprobari à natione hac. Et ſicut accidit in
diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis.
Edebant, bibebant, uxores ducebant, & da/
bantur nuptum ad eum uſque diem, quo in/
trauit Noe in arcam, & uenit diluuium, & per
E didit omnes. Conſimiliter etiam ſicut accidit
in diebus Lot, Edebant, bibebant, emebant,
uendebant, plantabant, ædificabant. Cæterū
quo die exijt Lot è Sodomis, pluit igni & ſul/
phure de cœlo, & omnes perdidit. Secūdum
hæc erit dies, quo filius hominis reuelatur. In
illo die qui fuerit in tecto, & uaſa eius in do/
mo, ne deſcendat ad tollendum illa, & qui
in agro ſimiliter non redeat ad relicta. Memo
res autem eſtote uxoris Lot. Quicunq; quæ/
ſierit animam ſeruare, perdet illam: & quicun/
que perdiderit illam, uitam illi parabit. Di/
co uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno:
unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ e/
runt molentes ſimul, una aſſumetur, & altera
relinquetur. Et reſpondētes dicunt illi: Vbi do
mine? Qui dixit illis: Vbicunque fuerit cor/
pus illuc congregabuntur & aquilæ.

A DIcebat autem & parabolam ad illos, huc
ſpectantem, quod oporteret ſemper o/
rare, nec defatigari, dicens: Iudex quidam e/
rat in quadam ciuitate, qui deum non time/
bat: nec hominem reuerebatur. Vidua autem
quædam erat in ciuitate illa & ueniebat ad eū,
dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et no/
lebat aliquandiu. Poſt hæc autem dixit intra
ſe: Quanquàm deum non timeo, nec homi/
nem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi
hæc uidua, uindicabo illam, ne tandem ue/
niens ſugillet me. Ait autem dn̄s: Audite quid
iudex iniquus dicat: Deus autem non faciet
uindictā electorum ſuorum clamantium ad
ſe die ac nocte, etiam cum patiens fuerit ſuper
illis? Dico uobis quod faciet uindictam illorū
cito. Veruntamē filius hominis cum uenerit,
an repperturus eſt fidem in terra? Dixit autem
& ad quoſdam, qui in ſe confidebāt, quod eſ/
ſent iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabo/
lam iſtam, dicens: Duo homines aſcendebāt
in templum, ut precarentur: unus phariſæus,
B & alter publicanus. Phariſæus ſtās, hæc apud
ſe orabat

ire, neq; ſectemini. Nam ſicut fulgur coruſcās
de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget:
ita erit filius hominis in die ſua. Primum au/
tem oportet illum multa pati: & reprobari à
generatione hac. Et ſicut factum eſt in die/
bus Noe: ita erit & in diebus filij hominis. E/
debant & bibebat, uxores ducebant: & dabā/
tur ad nuptias uſq; in diem qua intrauit Noe
in arcam: & uenit diluuium & perdidit om/
nes. Similiter ſicut factū eſt in diebus Loth.
Edebant & bibebant, emebant & uendebant,
plantabant & ędificabant. Qua die autem ex/
ijt Loth à Sodomis: pluit ignem & ſulphur
de cœlo & omnes perdidit. Secundum hæc e/
rit qua die filius hominis reuelabit̃. In illa ho/
ra qui fuerit in tecto & uaſa eius in domo: ne
deſcendat tollere illa: & qui in agro ſimiliter
non redeat retro. Memores eſtote uxoris
Loth. Quicunque quæſierit animam ſuam
ſaluam facere, perdet illam: & quicunq; per/
diderit illam, uiuificabit eam. Dico uobis: in il/
la nocte erunt duo in lecto uno: unus aſſume/
tur & alter relinquetur. Duæ erunt molentes
in unū: una aſſumetur, & altera relinquetur.
Duo in agro: unus aſſumet̃, & alter relinque/
tur. Reſpōdentes dicūt illi: Vbi domine? Qui
dixit illis: Vbicūq; fuerit corpus, illuc cōgrega
buntur & aquilæ. CAP. XVIII

DIcebat autem & parabolā ad illos: quo/
niam oportet ſemper orare & nō defice
re, dicens: Iudex quidā erat in quadam ciuita/
te, qui deum non timebat: & hominē non reue
rebatur. Vidua autem quædam erat in ciuita
te illa: & ueniebat ad eum dicens: Vindica me
de aduerſario meo. Et nolebat per multū tem
pus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Et ſi deum
non timeo, nec hominem reuereor: tamē quia
moleſta eſt mihi hæc uidua, uindicabo illā: ne
in nouiſſimo ueniens ſuggillet me. Ait aūt do/
minus: Audite quid iudex iniquitatis dicit:
Deus autem nō faciet uindictam electorum
ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte: & pa/
tientiam habebit in illis. Dico autē uobis: quia
cito faciet uindictā illorum. Veruntamē filius
hominis ueniens putas inueniet fidem in ter/
ra? Dixit aūt & ad quoſdam qui in ſe confide/
bant tanquam iuſti: & aſpernabantur cęteros
parabolam iſtam, dicens: Duo homines aſcē/
derunt in tēplum ut orarent: unus phariſæus,
& alter publicanus, Phariſæus ſtās hæc apud
ſe orabat

Mat.16.17.20
Marc.8.9.10
Matth.10 e
Mar.8 e
Aſsidue orandū, de iudice iniquo, phariſæo et publicano, de adductis pueris, de adoleſcēte diuite, & præmio Chriſtū ſectantib. deq; cæco iuxta uiam
1.Teſſa.5 e

Erasmi

se orabat: Deus gratias ago tibi, quod nō sim sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū quæ possideo. Et publican⁹ procul stās, nec oculos uolebat ad cœlū attollere, sed percutiebat pectus suū, dicēs: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis q̄ ille: quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, extolletur. Afferebant autem ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderēt discipuli, increpabant illos. Iesus autē cum illos ad se uocasset, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos, talium enim est regnum dei. Amē dico uobis: Quicunq; non acceperit regnum dei uelut i puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eū quidam princeps, dicēs: Magister bone, quid faciendum mihi, ut cōsequar uitam æternam. Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus. Præcepta nosti: Non committes adulterium, non occides, nō facies furtum, nō falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam. At ille ait, Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc unum tibi deest: Omnia quæcunque habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. His ille auditis mœrore affectus est, quia diues erat ualde. Vidēs autem Iesus illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnū dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis potest saluus fieri? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amē dico uobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum dei, qui non recepturus sit multo plura in hoc tempore, & in seculo uenturo uitam æternam. Assumpsit autē Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & cōspuetur, & postq̄ flagellauerint, occidēt eum, ac die tertia resurget.

Et ipsi

Margin: Matth.23 b; Luc.14 b; Matth.19 b; Mar.10 b; Exod.20 a; Luc.1 c

Vulgata

se orabat: Deus gratias ago tibi: quia nō sum sicut cęteri hominū: raptores, iniusti, adulteri: uelut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū quæ possideo. Et publicanus à longe stās, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suū, dicēs: Deus propicius esto mihi peccatori. Amen dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderēt discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me: & nolite uetare eos: Talium est enim regnum dei. Amen dico uobis: quicunq; nō acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens uitam ęternam possidebo? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti: Non occides: non mœchaberis: non furtum facies, non falsum testimonium dices: honora patrē tuum & matrem. Qui ait: hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc unum tibi deest: Omnia quæcunque habes, uende & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: & ueni sequere me. His ille auditis contristatus est: quia diues erat ualde. Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei.

Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis: nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei: & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternam. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam: & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur & flagellabitur & conspuetur: & postquàm flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget.

Et ipsi

Margin: C; D

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, nec intelligebāt quæ dicebantur. Accidit autē cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidā sedebat iuxta uiā, mendicans. & cum audiret turbā prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset. Dixerūt autē ei, quod Iesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabāt eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stās autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicēs: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uisum recipiā. Et Iesus dixit ei: Recipito uisum. Fides tua te saluum reddidit. Et confestim uisum recepit, ac sequebatur illum glorificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

A ET ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachæus, atq; is princeps erat publicanorum, & idem erat diues. & quærebat uidere Iesum quis esset, nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset. Et præcurrēs ascendit in arborē sycomorū, ut uideret eū, nam illac erat trāsiturus. Et cū uenisset ad locū, suspiciens Iesus uidit illum, dixitq; ad eum, Zachæe, festinans descēde, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinās descendit, & excepit illum gaudēs. Cumq; uiderent omnes murmurabāt, dicētes, quod ingressus esset apud hominem peccatorē diuersaturus. Stans autē Zachæus, dixit ad dn̄m: Ecce dimidium bonorū meorū, dn̄e, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplū. Ait Iesus ad eum: Hodie salus domui huic cōtigit, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat. Hæc illis audiētibus, adijciens dixit parabolā, eo quod esset prope Hierosolymā, quodq; existimarent fore, ut cōfestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidā genere clarus profectus est in regionē longinquā, ut acciperet sibi regnū, ac reuerteretur. Vocatis autē decē seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociemini donec ueniā. Ciues autem eius oderant eū, miserūtq; legationem post illum, dicētes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est ut rediret accepto regno, iussitq; uocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniam, ut sciret, quantum

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem uerbū istud abscōditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factū est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam mēdicans. Et cū audiret turbam prætereuntē, interrogabat quid hoc esset. Dixerūt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicēs: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cū appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciā? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et Iesus dixit ei: Respice, fides tua te saluū fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum magnificās deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudē deo.

CAPVT XIX

ET ingressus perambulabat Hiericho: Et ecce uir nomine Zachæus & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere Iesum quis esset, & non poterat pręturba: quia statura pusillus erat. Et pręcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: quia inde erat trāsiturus. Et cū uenisset ad locum: suspiciens Iesus uidit illum, & dixit ad eū: Zachæe festinans descēde, quia hodie in domo tua, oportet me manere. Et festinans descēdit: & excepit illū gaudens. Et cū uiderent omnes murmurabant, dicētes quod ad hominem peccatorē diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidiū bonorum meorū domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit em̄ filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo quod esset prope Hierusalem, & quia existimarent, quod confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum dicētes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno & iussit uocari seruos, quibus dedit pecuniam ut sciret quantum

De Zachæo, & generoso peregre proficiscente: Christus quō ueneri Hierusalē, & eius excidium defleuerit ac negociatores templo expulerit

Matth. 15 c

Matth. 25 a
Mar. 13 d

quãtum quiſq; negociatus eſſet. Venit autem primus,dicens:Domine,mina tua decẽ minas acquiſiuit. Et ait illi: Euge bone ſerue, quia in minimo fuiſti fidelis, habeto poteſtatẽ ſuper decẽ ciuitates.Et alter uenit,dicens: Domine, mina tua confecit quinq; minas,& huic ait:Et tu præfectus eſto quinq; ciuitatibus. Et alius uenit,dicẽs:Domine,ecce mina tua,quam habui repoſitam in ſudario:timui enim te, quod homo auſterus ſis,tollis quod non poſuiſti,& metis quod nõ ſeminaſti.Dicit ei: De ore tuo te iudico ſerue male, ſciebas quod ego homo auſterus ſim, tollens quod nõ poſui, & metẽs quod nõ ſeminaui:Et quare non dediſti pecuniã meã ad menſam,& ego ueniens, cũ uſuris utiq; exegiſſem illam,& aſtantibus dixit: Auferte ab illo minã,& date illi qui decem minas habet.Et dixerunt ei:Domine, habet decẽ minas.Dico enim uobis, quod omni habenti dabitur,ab eo autẽ qui nõ habet,etiam quod habet, auferetur. Quin inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me.Et his dictis,ibat pergẽs aſcẽdere Hieroſolymã.Et factũ eſt cũ appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniã iuxta montẽ qui uocatur Oliuarũ, miſit duos diſcipulos ſuos,dicẽs: Ite in caſtellũ,quod è regione eſt. In quod introeuntes,inuenietis pullum alligatum, in quo nemo unquàm hominum ſedit: ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis uos interrogauerit,quare ſoluitis, ſic dicetis ei:Quia dominus eo opus habet. Abierunt autem qui miſſi erant,& inuenerunt ſicut dixerat illis.Soluentibus autẽ illis pullum,dixerunt domini eius ad illos:Quare ſoluitis pullum? At illi dixerunt:Quia dominus eo habet opus. Et duxerunt illum ad Ieſum.Et iniectis ueſtimẽtis ſuis ſuper pullũ,impoſuerunt Ieſum.Eunte aũt illo, ſubſternebant ueſtimenta ſua in uia.Et cũ appropinquaret iam ad deſcenſum mõtis Oliuarũ, cœperũt omnis multitudo diſcipulorũ gaudẽtes laudare deum uoce magna ſuper omnibus,quas uiderant,uirtutibus dicẽtes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini,pax in cœlo,& gloria in altiſſimis. Et quidam Phariſæorum è turba dixerunt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico uobis,quod ſi hi tacuerint, mox lapides clamabunt. Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem fleuit ſuper illa,dicens:Si cognouiſſes

& tu

Matth.25 d
Matth.13.25 / Marc.4.c
Matth.21 a / Ioan.12 b
Supra 13 d

quantũ quiſq; negociatus eſſet. Venit autem primus dicẽs: Domine mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi, Euge bone ſerue: quia in modico fuiſti fidelis,eris poteſtatẽ habens ſupra decem ciuitates.Et alter uenit,dicens:Domine, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter uenit,dicens:Dñe,ecce mna tua quã habui repoſitam in ſudario. Timui enim te: quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti: & metis quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico ſerue nequam: Sciebas ꝙ ego homo auſterus ſum,tollens quod non poſui:& metens quod non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam meam ad mẽſam:& ego ueniens cum uſuris utiq; exegiſſem illud? Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam,& date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui nõ habet:& quod habet, auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, præcedebat aſcẽdere Hieroſolymã. Et factum eſt cum appropinquaſſet ad Bethphage & Bethaniam, ad mõtem qui uocatur Olíueti:miſit duos diſcipulos ſuos, dicẽs:Ite in caſtellum quod contra uos eſt: in quod introeũtes inuenietis pullum aſinæ alligatũ, cui nemo unquã hominũ ſedit:ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis uos interrogauerit quare ſoluitis, ſic dicetis ei: quia dñs operã eius deſiderat. Abierũt aũt qui miſſi erant:& inuenerũt ſicut dixit illis, ſtantẽ pullum. Soluentibus aũt illis pullũ, dixerunt dñi eiꝰ ad illos: Quid ſoluitis pullũ? At illi dixerũt. Quia dñs eũ neceſſariũ habet. Et duxerũt illũ ad Ieſum. Et iactãtes ueſtimẽta ſua ſupra pullũ, impoſuerũt Ieſum. Eunte aũt illo, ſubſternebãt ueſtimẽta ſua in uia. Et cum appropinquaret iã ad deſcenſum mõtis Olíueti, cœperũt omes turbæ deſcendentiũ gaudẽtes laudare deũ uoce magna ſuper omnibus quas uiderãt uirtutibꝰ dicẽtes: Benedictus q uenit rex in nomine dñi: pax in cœlo & gloria in excelſis. Et quidã Phariſęorũ de turbis dixerũt ad illũ: Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibꝰ ipſe ait: Dico uobis: quia ſi hi tacuerint, lapides clamabũt. Et ut appropinquauit uidẽs ciuitatẽ, fleuit ſuper illam dicens: Quia ſi cognouiſſes,

& tu

C
D

&tu,&quidem in isto die tuo,quæ ad pacem tuam *pertinent curares*. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, &circundabunt te inimici tui uallo, & cingent te, & coangustabunt te undique, & solo æquabunt te, & filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eijcere uendentes in illo & ementes, dicens illis. Scriptum est, Domus mea domus precationis est: uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & scribæ quærebant illum perdere, & primores plebis, nec inueniebant, quid facerent. totus enim populus pendebat ab ore eius, cum audiret illum.

CAPVT XX

A ET factum est in uno dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus, & aiunt illi, dicētes: Dic nobis qua autoritate ista facis? Aut, quis est qui dedit tibi hanc autoritatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum quiddam, & respondete mihi: Baptismus Iohannis è cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes: Si dixerimus, è cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Sin dixerimus, ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos. Persuasum enim habet Iohānem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis qua autoritate hæc faciam. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore. Cúmque esset oportunum, misit ad colonos seruum, ut de fructu uineæ darent ipsi. Qui cæsum emiserunt eum inanem. Et rursus adhuc alterum B seruum misit. Illi uero hunc quoque cæsum, & cōtumelijs affectum, emiserunt inanem. Rursus misit & tertium. At illi hunc quoque uulneribus inflictis, eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Forsitan cum hunc uiderint, reuerebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerūt intra se, dicētes: Hic est hæres, uenite occidamus illum ut nostra fiat hæreditas.

Et eiectum

& tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo: & circundabunt te & coangustabunt te undiq;: & ad terram prosternent te & filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidem super lapidē, eo quod nō cognoueris tēpus uisitatiōis tuæ. Et ingressus in templum cœpit eijcere uendentes & emētes, dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus oratio nis est: uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autē sacerdotum & scribæ & principes plebis quærebant illum perdere: & non inueniebāt quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Matth. 21 b
Marc. 11 b

CAPVT XX

ET factum est in una dierum docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus: & aiunt, dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis: aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo uos & ego unum uerbum, respondete mihi: Baptismum Iohannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicētes: Quia si dixerimus de cœlo, dicet: quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico uobis in qua potestate hæc facio. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam: & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis tēporibus: & in tempore illo misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui & illum uulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc uiderint, uerebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est hæres. Occidamus illum ut nostra fiat hæreditas:

Christus quæritur qua potestate edat miracula, refert simile de uinea, soluit quæstionē de cēsu, etiam Saducæis ora obstruit

Matth. 21 c
Mar. 11 d

& eiectum

Et eiectum illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. Quod cũ audissent, dixerũt: Absit. Ille uero intuitus eos ait: Quid est ergo hoc quod scriptũ est: Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes, is factus est caput anguli? Omnis qui ceciderit super illũ lapidẽ, cõquassabitur: super quẽ aũt ceciderit cõminuet illũ. Et quærebant principes sacerdotũ & scribæ inijcere in illũ manus eadẽ hora, & timuerunt populũ. Cognouerunt ẽnim, quod in ipsos dixisset similitudinẽ hanc. Et obseruantes emiserũt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum ex sermone, traderentq́ illum principatui & potestati pręsidis. Et interrogauerũt eũ, dicẽtes: Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personã, sed uiã dei cũ ueritate doces: Licet nobis tributũ dare cæsari, an non? Intellecta aũt illorũ uersutia, dixit ad eos: Quid me tẽtatis? Ostendite mihi denariũ: cuius habet imaginẽ & inscriptionem? Respondentes dixerũt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei deo. Et non potuerunt uerbũ eius reprehẽdere corã populo, & mirati super responso eius tacuerunt. Accesserunt aũt quidã Saducæorũ, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eũ, dicẽtes: Magister, Moses scripsit nobis, si cuius frater mortuus fuerit habens uxorẽ, isq́ sine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorẽ, & suscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erant, & primus accepit uxorẽ, ac mortuus est sine liberis. Et accepit secundus illam, & ipse mortuus est sine liberis. Et tertius accepit illã, similiter & cæteri septem, nec reliquerunt liberos, & mortui sunt. nouissime omniũ mortua est & mulier: In resurrectione ergo cuius eorũ erit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et respondens ait illis Iesus: Filij huius seculi ducunt uxores & nuptum dant, illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dant, neque enim ultra mori possunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quod uero resurgant mortui, & Moses ostendit iuxta rubum cum dicit dominum deum Abraham & deum Isaac & deum Iacob. Deus autẽ non est mortuorum, sed uiuorum, omnes

Psal.117 e
Isa.28 c
Danie.2 e
Matth.22 b
Deut.25 a
Exo.3 a

& eiectum illum extra uineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos: & dabit uineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autẽ aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptũ est: Lapidem quem reprobrauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, cõquassabitur: supra quem autem ceciderit, cõminuet illum. Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus hora illa, & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hãc. Et obseruantes miserũt insidiatores qui se iustos simularẽt, ut caperent eũ in sermone: & traderent illũ principatui & potestati præsidis. Et interrogauerũt eũ, dicẽtes: Magister, scimus quia recte dicis & doces: & nõ accipis personã, sed uiã dei in ueritate doces. Licet nobis tributũ dare Cęsari, an nõ? Cõsiderãs aũt dolum illorũ, dixit ad eos: Quid me tẽtatis? Ostẽdite mihi denarium: cuius habet imaginẽ & inscriptionẽ? Respõdentes dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei deo. Et nõ potuerunt uerbũ eius reprehendere corã plæbe, & mirati in respõso eius, tacuerunt. Accesserunt aũt quidã saducæorum, qui negant esse resurrectionẽ: & interrogauerunt eũ, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorẽ: & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorẽ: & suscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erãt, & primus accepit uxorẽ & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omnium mortua est & mulier: In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor. Siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis Iesus: Filij huius seculi nubunt & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectiõe ex mortuis, neq́ nubẽt neque ducent uxores: neq́ enim ultra mori poterunt. Æquales enim angelis sunt & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quia uero resurgent mortui, & Moyses ostendit secus rubum: sicut dicit dominum deum Abraham & deum Isaac & deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed uiuorum: omnes

C
D

omnes enim illi uiuunt. Respõdentes autẽ qui
D dam scribarũ, dixerũt: Magister, bene dixisti.
Et amplius non audebãt eũ quicq; interroga
re. Dixit aũt ad illos: Quomodo dicunt Chri
stum filiũ esse Dauid, & ipse Dauid dicit in li
bro Psalmorũ: Dixit dominus dño meo sede
à dextris meis, donec posuero inimicos tuos
scabellum pedum tuorũ? Dauid ergo domi
num illum uocat, & quomodo filius eius est?
Audiẽte uero cuncto populo dixit discipulis
suis: Cauete à scribis, qui uolunt ambulare in
stolis, & amãt salutatiões in foris, ac primas ca
thedras in synagogis, & primos discubitꝰ in cõ
uiuijs. Qui deuorãt domos uiduarũ, simulãtes
lõgas preces, hi accipient dãnationẽ maiorẽ.
A SVblatis aũt oculis uidit eos qui mittebant
munera sua in gazophylacium diuites. Vi
dit aũt & quandã uiduã pauperculã mittentẽ
illuc ęra minuta duo. & dixit: Vere dico uobis:
quod uidua hæc pauper plusq; omnes misit.
Nã oẽs hi ex eo qđ ipsis exuberat miserunt in
munera dei: hęc aũt ex penuria sua uniuersam
substantiã quã habebat, misit. Et quibusdã di
cẽtibus de tẽplo, quod pulchris lapidibus ac
donis ornatũ esset, dixit: Ex his quę uidetis, ue
niẽt dies in quibus nõ relinquẽtur lapis super
lapidẽ qui nõ diruatur. Interrogauerũt autẽ il
lum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt,
& quod signum quando ista futura sint? At
ille dixit: Videte ne seducamini. Multi enim
uenient sub nomine meo, dicẽtes se esse Chri
stum, & tempus instat. ne igitur sequamini il
los. Cæterum cum audieritis bella & seditio
nes, nolite terreri. oportet enim prius hæc fie
ri, sed non statim finis. Tunc dicebat illis: In
B surget gens contra gentem, & regnum ad
uersus regnũ: & terremotus magni erũt in sin
gulis locis, & fames, ac pestilẽtię, terriculamen
taq;, & signa de cœlo magna erunt. Sed ante
hæc omnia iniĳcient uobis manus suas, & per
sequentur, tradentes in cõciliabula & carceres,
trahentes ad reges ac præsides propter nomẽ
meum. Continget aũt uobis in testimonium.
Habete igitur fixũ in cordibus uestris, nõ esse
præmeditãdã defensionẽ, nã ipse dabo uobis
os & sapiẽtiã, cui nõ poterũt cõtradicere, neq;
resistere oẽs qui aduersabunt uobis. Trade
mini aũt etiam à parentibus & fratribus & co
gnatis & amicis, & morte afficiẽt quosdam ex
uobis. Et eritis inuisi oĩbus, ꝓpter nomẽ meũ.
Et pilus

omnes enim uiuunt ei. Respondentes autem
quidam scribarum, dixerunt ei: Magister, be
ne dixisti. Et amplius non audebãt eum quic
quam interrogare. Dixit autem ad illos: Quo
modo dicunt Christum filium esse Dauid: &
ipse Dauid dixit in libro Psalmorũ: Dixit do
minus domino meo, sede à dextris meis: do
nec ponam inimicos tuos, scabellum pedum
tuorum. Dauid ergo dominum illũ uocat, &
quomodo filius eius est? Audiente autẽ omni
populo, dixit discipulis suis: Attẽdite à scribis
q uolũt ambulare in stolis: & amant salutatio
nes in foro, & primas cathedras in synagogis
& primos discubitus in cõuiuĳs. Qui deuorãt
domos uiduarũ simulãtes longam orationẽ.
Hi accipient dãnationẽ maiorẽ. CAP. XXI
RESpiciens autem uidit eos qui mittebant
munera sua in gazophylaciũ diuites. Vi
dit autem & quãdam uiduam pauperculam,
mittentem æra minuta duo. Et dixit: Vere di
co uobis, quia uidua hæc pauper plusq; om
nes misit. Nam omnes hi ex abũdanti sibi mi
serunt in munera dei, hęc autẽ ex eo quod de
est illi omnem uictum suum quem habuit mi
sit. Et quibusdam dicentibus de templo quod
bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit:
Hæc quæ uidetis, uenient dies in quibus nõ re
linquetur lapis supra lapidem qui nõ destrua
tur. Interrogauerunt autẽ illũ, dicentes: Præce
ptor quãdo hęc erunt, & qđ signũ cũ fieri inci
pient? Qui dixit: Videte ne seducamini. Mul
ti enĩ ueniẽt in nomine meo, dicẽtes: quia ego
sum, et tẽpus appropinquauit. Nolite ergo ire
post eos. Cũ autẽ audieritis prælia & seditio
nes, nolite terreri: Oportet enim primũ hæc
fieri, sed nondũ statim finis. Tunc dicebat illis:
Surget gens cõtra gentẽ, & regnũ aduersus re
gnũ, & terremotus magni erũt per loca, & pe
stilentiæ & fames, terroresq; de cœlo & signa
magna erunt. Sed ante hæc omnia iniĳciẽt uo
bis manus suas, & ꝑsequẽtur tradẽtes in syna
gogas et custodias, trahẽtes ad reges et pręsi
des, ꝓpter nomẽ meũ. Cõtinget autẽ uobis in
testimoniũ. Ponite ergo in cordibus uestris nõ
ꝓmeditari queadmodũ respõdeatis. Ego enĩ
dabo uobis os & sapientiã, cui nõ poterũt resi
stere & cõtradicere oẽs aduersarĳ uestri. Tra
demini aũt à parẽtibus & fratribus & cogna
tis & amicis, & morte afficiẽt ex uobis. Et eri
tis odio oĩbus hominibus ꝓpter nomẽ meũ.
Et ca

Psal. 109 a

De uidua offe rẽte duo minu ta, & cõsum matione, exci dioq; Hieroso lymæ, ac non nullis alĳs ob seruandis

Matth. 24 a
Marc. 12. 13

1. Iohan. 4 a

Isa. 19 a

Et pilus de capite ueſtro nō perit. Per patientiam ueſtram poſſidete animas ueſtras. Cum autem uideritis circundari ad exercitibus Hieroſolymam, tunc ſcitote, quod immineat deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi ſunt, ut impleātur omnia quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnantibus & mamma nutrientibus in illis diebus. Erit enim afflictio magna ſuper terram, & ira in populo hoc. Et cadent acie gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora gentium. Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris anxietas gentium per deſperationem, reſonante mari & fluctu, extabeſcentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quę ſuperuenient orbi terrarum. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate & gloria magna. His autem fieri incipientibus, ſuſpicite & attollite capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficum & omnes arbores, cum protrudunt iam gemmas, cernentes ex uobiſipſis ſcitis, quod iam inſtet æſtas. Ita & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quod inſtet regnum dei. Amen dico uobis, non præteribit ætas hæc, antequàm omnia facta fuerint. Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Cauete autem uobis, ne quando grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, ſubitusq; uobis ingruat dies ille. Tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem totius terræ. Vigilate itaque omni tempore, deprecantes, ut liceat uobis effugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Docebat autem interdiu in templo, noctu uero exiens diuerſabatur in monte qui uocatur oliuarum. Et omnis populus diluculo uentitabat ad eum, ut in templo audiret eum.

Eze.38 c
Iſa.19 a
Supra 17 c
Rom.13 b

Cōſultatur cū Iuda de capiūdo Ieſu paſcha celebrāte, cōtendunt diſcipuli quis eſſet maior: inde capitur Chriſtus, adducitur principi ſacerdotū

INſtabat aūt dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha. Et quærebant principes ſacerdotū & ſcribæ, quomodo eū interficerēt, timebant enim plebē. Intrauit aūt ſatanas in Iudā, cui cognomē erat Iſcariotes, q̄ erat è numero duodecim

Et capillus de capite ueſtro non peribit. In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis: & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi. Nā uirtutes cœlorū mouebūtur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientē in nube cum poteſtate magna & maieſtate. His aūt fieri incipientibus: reſpicite & leuate capita ueſtra: quoniam appropinquat redēptio ueſtra. Et dixit illis ſimilitudinē: Videte ficulneā & omēs arbores, cum producūt iam ex ſe fructū, ſcitis quoniā prope eſt æſtas. Ita & uos cū uideritis hæc fieri: ſcitote quoniā prope eſt regnū dei. Amē dico uobis: quia nō prǽteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, uerba aūt mea nō trāſibunt. Attendite autem uobis, ne forte grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ: & ſuperueniat in uos repentina dies illa: Tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes: ut digni habeamini fugere omnia iſta quæ uentura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus uero exiens morabatur in monte, qui uocatur Oliueti: & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII

APpropinquabat autem dies feſtus azymorum qui dicitur paſcha. Et quærebant principes ſacerdotum & ſcribæ quomodo Ieſum interficerent: timebant uero plebem. Intrauit autem ſathanas in Iudam qui cognominabatur Scharioth, unum de duodecim

C D A

duodecim, abijtq; & locutus est cum principibus sacerdotũ ac magistratibus,quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt,ac pacti sunt pecuniã illi se daturos. Et ille spopondit, quærebatq; oportunitatẽ ut traderet illũ illis sine turba. Venit aũt dies azymorũ in qua necesse erat immolari pascha. Et misit Petrũ ac Iohannẽ dicens: Euntes parate nobis pascha ut edam9. At illi dixerũt ei: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatẽ occurret homo,uas aquæ testaceũ portãs, sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias ędium: Dicit tibi magister: Vbi est diuersoriũ,ubi pascha cum discipulis meis edam? Et ipse ostẽdet uobis cœnaculum magnum stratum,ibi parate. Eũtes autem inuenerunt sicut dixerat illis,& parauerũt pascha. Et cum iam esset tempestiuum, accubuit:ac duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscum ante quàm patiar. Dico enim uobis, posthac non edam ultra ex eo,donec cõpleatur in regno dei. Et accepto poculo, gratias egit,ac dixit: Accipite hoc & diuidite inter uos: Dico enim uobis, quod nõ bibam de fructu uitis,donec regnum dei ueniat. Et accepto pane,cum gratias egisset,fregit,ac dedit eis,dicens: Hoc est corpus meũ,quod pro uobis datur,hoc facite in mei recordationẽ. Similiter & poculum postquã cœnauit,dicens: Hoc poculum, nouum testamentum per sanguinem meum,qui pro uobis effunditur. Veruntamẽ ecce manus prodentis me, mecum est in mensa. Et filius quidem hominis secundum quod definitum est, uadit. ueruntamen uæ homini illi per quem proditur. Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quis nam esset ex ipsis,qui hoc facturus esset. Facta est autem & cõtentio inter eos, quis eorũ uideretur esse maior. Dixit aũt eis: Reges gentium dominantur eis: & qui potestatem habent super eas,benefici uocantur. Vos autem nõ sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui princeps est, sicut qui ministrat. Nam uter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? Nónne qui accumbit? At ego in medio uestrũ sum,ut qui ministrat: uos aũt estis qui permansistis mecum in tẽtatiõibus. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mẽsam meam in regno meo: & sedeatis super

duodecim: & abijt & locutus est cum principibus sacerdotũ & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis: & gauisi sunt & pacti sunt pecuniam illi dare: & spopondit & quærebat oportunitatẽ ut traderet illum sine turbis. Venit aũt dies azymorum in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Iohannem, dicens: Euntes parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo amphorã aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium ubi pascha cũ discipulis meis manducem? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnum stratum & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit: & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequã patiar. Dico enim uobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis quod non bibam de generatiõe uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pane, gratias egit & fregit & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo: qui pro uobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mẽsa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est uadit. Veruntamen uæ homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperũt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autẽ & inter eos cõtentio quis eorũ uideretur esse maior. Dixit autẽ eis: Reges gentiũ dominantur eorũ: & qui potestatem habent super eos, benefici uocãtur. Vos aũt nõ sic. Sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego aũt in medio uestrũ sum sicut qui ministrat. Vos autẽ estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super

Exod.12 E
1.Cor.11 E
Ioan.6 F
Matth.20 A
Supra.9 A

super thronos, iudicātes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus: Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticū. sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. At ille dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit, Dico tibi Petre, non canet hodie gallus, priusq; ter abneges te nosse me. Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamētis. nū quid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. & qui non habet, uēdat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uobis: quoniam adhuc quod scriptum est, oportet perfici in me: & cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me: finem habent. At illi dixerūt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. Et egressus ibat, ut erat solitus, in mōtem oliuarum, secuti sunt autem illum & discipuli. Et cū peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis ferme ad iactū lapidis, positisq; genibus orabat, dicens: Pater, si uis, transfer poculum hoc à me. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autē illi angelus de cœlo corroborans eū, Et correptus angore, prolixius orabat. Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētes in terram. Et cum surrexisset à deprecatione, uenissetq; ad discipulos suos, reperit eos dormiē tes præ mœstitudine. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite & orate: ne intretis in tentationē. Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas, unus è duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis prodis? Videntes aūt hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, percutiemus ne gladio? Et percussit unus ex illis seruū principis sacerdotum, & amputauit auriculā eius dextrā. Respondens aūt Iesus, ait: Sinite huc usq;. Et cū tetigisset auriculam eius, sanauit eum, Dixit aūt Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotū ac magistratus tēpli & seniores: Quasi ad latronē existis cū gladijs ac fustibus? cum quotidie uobiscū fuerim in tēplo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora illa uestra & potestas tenebrarum. Cōprehensum aūt eum duxerunt

Ioan. 13 d

Esa. 53 c

Matt. 6 b

super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autē dominus Simoni: Simō, ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticū. Ego autem rogaui pro te, ut nō deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecū paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cātabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quādo misi uos sine sacculo & pera & calciamētis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerūt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. Et qui non habet, uēdat tunicam suam & emat gladium, Dico enim uobis: quoniā adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cū iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent, At illi dixerūt: Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. Et egressus ibat secundū consuetudinem in montem Oliuarū. Secuti sunt aūt illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locū, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus est ab eis quātum iactus est lapidis: & positis genibus orabat, dicens: Pater si uis transfer calicē istum à me. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit aūt illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Et cū surrexisset ab oratiōe & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristicia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite orate, ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquēte: ecce turba, & qui uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autē hi qui circa ipsum erāt quod futurum erat, dixerunt ei: Domine si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotū & amputauit auriculā eius dexterā. Respōdens aūt Iesus ait, Sinite usq; huc. Et cū tetigisset auriculā eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se principes sacerdotū & magistratus templi & seniores. Quasi ad latronem existis cū gladijs & fustibus. Cum quotidie uobiscū fuerim in templo, non extēdistis manus in me. Sed hæc est hora uestra & potestas tenebrarū. Cōprehendentes aūt eum duxerunt

D E F

xerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotũ. Petrus uero sequebatur eminus. Cũ aũt accendissent ignẽ in medio aulæ, atq; unà cõsedissent, sedit & Petrus inter illos. Quẽ cũ uidisset ancilla quædã sedentem ad lumen, defixis in illũ oculis, dixit: Et hic cum illo erat. At ille abnegauit eum, dicẽs: Mulier nõ noui illũ. Et post pusillũ alius uidens eũ, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: Homo, nõ sum. Et interuallo interiecto ferè horæ unius alius quidam affirmabat, dicẽs: Vere & hic cũ illo erat, nã & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo nescio quid dicas. Et continuo adhuc illo loquente cecinit G gallus. Et cõuersus dominus, intuitus est Petrum. Et recordatus est Petrus sermonis domini, quomodo dixerat ipsi: priusquam gallꝰ cecinerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et uiri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes, & cum circuntexissent eum, percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Vaticinare: Quis est ille qui te percussit? Et alia multa conuiciantes dicebant in eum. Atq; ut illuxit, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotũ & scribæ, & duxerunt illum in cõcilium suum, dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nõ credetis, quod si etiã interrogauero, non respõdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc tẽpore erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerũt aũt omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis me esse. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

A ET surgẽs uniuersa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicẽtes: Hunc deprehendimus euertentẽ gentem, ac uetantẽ tributa dare Cæsari, dicẽtem se Christum regem esse. Pilatus aũt interrogauit eũ, dicẽs: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respõdens illi ait: Tu dicis. Ait aũt Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas: Nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouet populum, docens per uniuersam Iudæã, exorsus à Galilæa usq; ad hũc locũ. Pilatus aũt audita mentiõe Galilææ, interrogauit nũ homo Galilæus esset. Et ut cognouit, quod ad Herodis ditionẽ ptineret, remisit eũ ad Herodẽ, qui & ipse Hierosolymis erat per id tẽpus. Herodes aũt uiso Iesu, gauisus est ualde. Tenebatᵗ eñ multo iã tempore

xerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eum à longe. Accẽso autẽ igne in medio atrij & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cũ uidisset ancilla quædã sedentem ad lumen: & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eũ, dicẽs: Mulier, nõ noui illũ. Et post pusillũ alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait: O homo nõ sum. Et interuallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nã & Galilęus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et cõuersus dominus respexit Petrum. Et recordatꝰ est Petrus uerbi domini sicut dixerat: quia priusquã gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes. Et uelauerunt eum & percutiebant faciem eius & interrogauerunt eũ, dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, cõuenerunt seniores plæbis & principes sacerdotũ & scribæ: & duxerunt illum in consilium suum, dicẽtes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, non credetis mihi: si autẽ & interrogauero, non respondebitis mihi neq; dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Dixerunt autẽ omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. CAP. XXIII

Isa.50 b

Hebr.1.10

ET surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gẽtem nostrã: & prohibentem tributa dari Cæsari: & dicentem se Christũ regem esse. Pilatus aũt interrogauit eum, dicẽs: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. Ait aũt Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebãt dicentes: Cõmouit populum docẽs per uniuersam Iudæã: incipiẽs à Galilæa usq; huc. Pilatus aũt audiẽs Galilæã interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodẽ: qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso Iesu, gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo mm tempore

Producitur ad Pilatũ, inde Herodẽ, cõdolent mulieres, crucifigitur & sepelitur

Matth.27 a
Marc.15 a
Ioan.18 d

tempore cupiditate uidēdi illum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat se signum aliquod uisurum ab eo fieri. Interrogabat autē eum multis sermōibus. At ipse nihil illi respōdebat. Stabant autē principes sacerdotum & scribæ acriter accusantes eū. Spreuit aūt illum Herodes cū exercitibus suis, cumq; illusisset indutū ueste splēdida remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodē die, nā antea simultas inter eos intercesserat. Pilatus aūt cōuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, ac plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominē, quasi auertentē populū: & ecce ego corā uobis interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto ex his de quibus accusatis eū, sed ne Herodes quidē: nā remisi uos ad illum, & ecce nihil dignū morte actum est ei. Castigatū ergo illū dimittam.

Ioan.19 a Necesse autē habebat dimittere eis in festo unum. Exclamauit aūt simul uniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barraban: qui erat propter seditionē quādam factam in ciuitate & homicidium cōiectus in carcerem. Iterum aūt Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autē tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? Nullum crimen capitale cōperio in eo. castigatū ergo dimittam illū. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorū, ac summorū sacerdotū. Et Pilatus adiudicauit ut fieret quod illi postulabāt. Dimisit aūt illis eum qui propter seditionē & homicidiū cōiectus fuerat in carcerem, quem poposcerant, Iesum uero tradidit arbitrio eorū. Et cum abducerent eum, apprehenderunt Simonē quendā Cyrenensem uenientē è rure, & imposuerunt illi crucem ut portaret post Iesum.

Zach.12 c Sequebatur autē illum multa turba populi ac mulierū, quæ & plangebant & lamētabant eū. Conuersus aūt ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalē, nolite flere super me, sed super uobisipsis flete, & super filijs uestris. Quoniā ecce uenient dies in quibus dicent: Beatæ steriles & uentres qui non genuerunt, & ubera

Hiere.8 d quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in humido ligno hæc faciūt in

Esa.53 c arido quid fiet? Ducebātur autē & alij duo facinorosi cū eo, ut interficerentur. Et postquam

uenerunt

tempore uidere eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signū aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat aūt eum multis sermōibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit aūt illū Herodes cum exercitu suo: & illusit indutū ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicē. Pilatus aūt cōuocatis principibus sacerdotū & magistratibus & plæbe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominē quasi auertentem populū, & ecce ego coram uobis interrogans, nullā causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis, sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse enim habebat dimittere eis per diem festū unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicēs: Tolle hunc & dimitte nobis Barrabā: Qui erat propter seditionē quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerē. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū & dimittam. At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur: & inualescebant uoces eorum, Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autē illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Iesum uero tradidit uoluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientem de uilla: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete & super filios uestros. Quoniam ecce uenient dies in quibus dicent: Beatæ steriles & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: quia si in uiridi ligno hæc faciunt in arido quid fiet? Ducebantur aūt & alij duo nequam cum eo ut interficerentur. Et postquam

uenerunt

uenerunt in locũ qui uocatur Caluaria, ibi cru
cifixerunt eum, & facinorosos: unũ à dextris,
alterum à sinistris. Iesus aũt dicebat: Pater, re/
mitte illis, nesciunt enim quid faciant. Diuidẽ/
tes uero uestimẽta eius, miserunt sortẽ. Et sta/
bat populus spectans, & deridebant eũ princi
pes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet se/
ipsum, si hic est ille Christus, ille dei electus.
Illudebant aũt ei & milites accedẽtes, & acetũ
offerentes ei, dicẽtesq;: Si tu es ille rex Iudæo/
rum, saluũ te fac. Erat aũt & inscriptio scripta
super eũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis:
Hic est rex Iudæorum. Vnus aũt qui erant su
spẽsi facinorosorũ, cõuicia dicebat in eũ, dicẽs:
Si tu es Christꝰ, serua teipsum & nos. Respõ/
dens aũt alter, increpabat eum, dicens: Ne ti/
mes quidẽ tu deũ, quod in eadẽ dãnatione es?
Et nos quidẽ iuste, nã digna factis recipimus:
hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum:
Domine, memento mei, cum ueneris in regnũ
D tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie
mecũ eris in paradiso. Erat aũt fere hora sex/
ta, & tenebræ factæ sunt super totam terram
usq; ad horam nonam. Et obscuratus est sol
& uelum templi scissum est medium. Et cum
clamasset uoce magna Iesus, ait: Pater in ma/
nus tuas cõmendabo spiritum meum. Et hæc
cum dixisset, expirauit. Cum uidisset autem
Centurio quod accidit, glorificauit deum, di/
cẽs: Vere hic homo iustus erat. Et omnes tur/
bæ eorum qui simul accesserãt ad spectaculũ
istud & uiderant quæ contingebant, percutiẽ/
tes pectora sua reuertebãtur. Stabant autem
omnes noti eius procul, & mulieres quæ secu/
tæ eum erant à Galilæa hæc uidentes. Et ecce
uir nomine Ioseph, decurio, qui erat uir bonꝰ
ac iustus, hic non cõsenserat consilio ac facto
eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iu/
dæorum, qui expectabat & ipse regnum dei:
hic accessit ad Pilatum & postulauit corpus
Iesu, & depositum inuoluit sindone, & posuit
illud in monumento, quod erat in lapide exci
sum, in quo nondum quisquam positus fue/
rat. Et dies erat parasceue, & sabbatum illuce/
scebat. Subsecutæ autẽ mulieres quæ cum eo
uenerãt de Galilæa uiderunt monumentũ, &
queãdmodũ positũ erat corpus eius. Reuersæ
uero, parauerunt aromata & unguẽta, ac sab/
bato quidẽ quieuerũt secundum præceptum.

CAPVT XXIIII.

Vno

uenerunt in locum qui uocatur Caluariæ, ibi
crucifixerunt eum: & latrones unum à dextris
& alterum à sinistris. Iesus aũt dicebat: Pater, *Actor. 7 g*
dimitte illis: nõ enim sciunt quid faciunt. Diui *Psal. 21 b*
dentes uero uestimẽta eius miserunt sortes. Et
stabat populus expectãs: & deridebant eum
principes cum eis, dicẽtes: Alios saluos fecit, se
saluũ faciat, si hic est Christus dei electus. Illu
debãt aũt ei & milites accedẽtes: & acetũ offe
rentes & dicentes: Si tu es rex Iudæorũ, saluũ
te fac. Erat autẽ & superscriptio scripta super
eum literis Græcis & Hebraicis & Latinis: hic
est rex Iudæorum. Vnus aũt de his qui pẽde/
bant latronibus blasphemabat eum, dicẽs: Si
tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Re
spondens aũt alter increpabat eum dicẽs: Ne
que tu times deum qui in eadem damnatione
es. Et nos quidem iuste: nam digna factis reci
pimus: hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad
Iesum. Domine: memento mei cum ueneris in
regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico ti
bi hodie mecum eris in paradiso. Erat autem
fere hora sexta: & tenebræ factæ sunt in uni/
uersam terram usque in horam nonam: & ob/
scuratus est sol, & uelum templi scissum est
medium. Et clamans uoce magna Iesus, ait:
Pater in manus tuas commẽdo spiritum me/ *Psal. 30 a*
um. Et hæc dicens expirauit. Videns autem
Cẽturio quod factum fuerat, glorificauit de/
um dicens: Vere hic homo iustus erat. Et om/
nis turba eorum qui simul aderant ad specta/
culum istud & uidebant quæ fiebant, percu/
tientes pectora sua reuertebãtur. Stabant au/
tem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ
secutæ eum erant à Galilæa hæc uidentes. Et
ecce uir nomine Ioseph qui erat decurio, uir
bonus & iustus: hic non consenserat consilio
& actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iu/
dææ: qui expectabat & ipse regnum dei.
Hic accessit ad Pilatum & petijt corpus Iesu:
& depositum inuoluit sindone: & posuit eum
in monumento exciso in quo nondum quis/
quam positus fuerat. Et dies erat parasceues:
& sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem
mulieres quæ cum eo uenerant de Galilæa, ui *Supra 8 a*
derunt monumẽtum: & quemadmodum po/
situm erat corpus eius: & reuertentes paraue/
runt aromata & unguenta: & sabbato qui/
dem siluerunt secundum mandatum.

CAPVT XXIIII

Vna

Quàm officiosæ fuerint mulieres ad Christũ ungendum & quàm uarie apparuerit Christus suis post resurrectionem ac quõ in cœlum ascenderit

Matth. 28 a
Marc. 16 a

VNo autem sabbatorum profundo diluculo, uenerunt ad monumentũ, portantes quæ parauerãt aromata, & nonnullæ cũ illis. Repererunt autẽ lapidem reuolutũ à monumento, & ingressæ nõ inuenerũt corpus domini Iesu. Et factũ est dum mente cõsternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterũt iuxta illas in uestibus fulgurãtib. Cũ expauissent aũt, & declinarent uultũ in terram, dixerunt ad illas: Quid quęritis, uiuentẽ cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini ut dixerit uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens, quod oportuerit filiũ hominis tradi in manus hominum peccatorũ & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius, & regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene & Ioãna & Maria Iacobi & cæteræ quæ cũ eis erant, quæ dicebãt ad apostolos hæc. Et uisa sunt apud illos ceu deliramentum uerba illarũ, neq; crediderunt illis. Petrus autẽ surgens cucurrit ad monumẽtum, & prospiciens uidit linteamina sola posita, & abijt apud semetipsum mirãs quod acciderat. Et ecce duo ex illis ibant eodẽ die in castellum, quod aberat spatio stadiorũ sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi cõfabulabãtur inter se de his omnibus quæ acciderant. Et factũ est dum cõfabularentur, ac disputarẽt, & ipse Iesus appropinquãs ibat unà cũ illis. Cæterum oculi illorũ tenebãtur, ne eũ agnoscerẽt. & ait ad illos. Qui sunt hi sermões quos cõfertis inter uos ambulantes, & estis tristes? Ac respõdens unus, cui nomen Cleopas dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerũt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potens opere & sermone coram deo & toto populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in cõdemnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, eum esse illum qui redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædã ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt, dicentes, se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicerent eum uiuere. Et abierunt quidam eo-

Matth. 21 c

rum

A VNa autem sabbati ualde diluculo, uenerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata: & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento: & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dũ mente consternatę essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgẽti. Cum timerent autem & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius: & regressæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim & cæteris omnibus.

B Erant autem Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi & cæteræ quæ cũ eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista, & non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens uidit linteamina sola posita: & abijt secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

C Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes & estis tristes? Et respondens unus cui nomen Cleophas dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem: & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerũt: de Iesu Nazareno, qui fuit uir ꝓpheta potẽs in opere & sermõe coram deo & omni populo: & quõ eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis: & crucifixerunt eũ. Nos aũt sperabamus, quia ipse esset redẽpturus Israel. Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie qđ hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum:

D & nõ inuento corpore eius, uenerunt dicẽtes se etiã uisionem angelorum uidisse: qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam

ex nostris

rum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererũt, sicut mulieres dixerant, ipsum uero non uiderunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ: Nónne hæc oportuit pati Christũ, & intrare in gloriam suam? Et exorsus à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse præ se ferebat se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum quoniam uergit ad uesperam, & inclinatus est dies. Et intrauit ut maneret cum illis. Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum, & ipse subduxit sese à conspectu eorum. Et dixerunt inter se: Nónne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in uia & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt Hierosolymam, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicẽtes: Surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et illi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo fuisset agnitus ipsis ex fractiõe panis. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis. Expauefacti uero & cõterriti, existimabant se spiritũ uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus uestris? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cũ hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus prę gaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulij? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid de fauo apiario. Et accepit, & in conspectu illorum comedit. Et dixit ad eos: Hęc sunt uerba quę locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum: quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illorũ mentem, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari nomine eius pœnitentiã, ac remissionem peccatorũ in omnes gẽtes, initio facto ab Hierosolymis. Vos autẽ estis testes horum. Et ecce ego

ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? *Isa.50.53* Et incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnib9 scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis: accepit panem & benedixit ac fregit & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos undecim: & eos qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uere & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia. & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis, ego sum: nolite timere. Conturbati uero & conterriti existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes: quia ego ipse sum. Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credẽtibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? *Iohan.21b* At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis sumens reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscũ: quoniã necesse est impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis de me. *Matth.16c* Tũc aperuit illis sensum ut intelligerẽt scripturas, & dixit eis: Quoniã sic scriptũ est: & sic oportebat Christũ pati & resurgere à mortuis tertia die: & prędicari in nomine eius pœnitẽtiã & remissionẽ peccatorũ in omnes gẽtes, incipiẽtibus ab Hierosolyma. *Mich.4a* Vos aũt testes estis horũ: & ego

ego mitto promissum patris mei super uos. Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, quo adusque induamini uirtute ex alto. Eduxit aūt eos foras usque in Bethaniā, & sublatis in altū manibus suis, benedixit eis. Et factum est cū benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlū. Et ipsi adorato eo regressi sunt Hierosolymā cū gaudio magno, & erāt semper in tēplo, laudantes & benedicentes deum. Amen.

Actor. 1. 2 a

ego mittam promissum patris mei in uos: uos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis: & ferebatur in cœlum, & ipsi adorātes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Amen.

EVANGELII SECVNDVM LVCAM

FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IOHANNES apostolus, quem IESVS amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum aliosque hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ uolumina, probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantum anni, in quo & passus est post carcerem Iohannis, historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Iohannes clauderetur in carcerē, gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit his qui diligēter quatuor euangeliorum uolumina legerint. Quæ res, etiam διαφωνίαν, quæ uidetur Iohannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & unam epistolam, cuius exordium est, Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ. quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquę autem duæ, quarum principium est, Senior electæ dominæ & natis eius. & sequentis, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate: Iohannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur, & nonnulli putant duas memorias eiusdem Iohannis Euangelistæ esse. super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius uentum fuerit, disseremus. Quartodecimo igitur anno, secūdam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsin: quam interpretantur Iustinus martyr & Hireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Nerua principe redit Ephesum. Ibique usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitque ecclesias. & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno, mortuus iuxta eandem urbem sepultus est.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

ERASMI VERSIO

A 1 IN PRINCIPIO erat ſermo, & ſermo erat apud deū, & deus erat ille ſermo. Hic erat in principio apud deum. Omīa per ipſum facta ſunt: & ſine eo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt. Erat homo miſſus à deo, cui nomen Iohannes. Hic uenit ad teſtificandum, ut teſtaretur de luce, ut omnes crederent per ipſum. Non erat ille lux illa, ſed *miſſus erat*, ut teſtaretur de luce. Erat lux illa, lux uera: quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In ſua uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis ut liceret filios dei fieri, *uidelicet* his qui crediddiſſent in nomen ipſius: Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt. Et ſermo ille caro factus eſt, & habitauit in nobis: & conſpeximus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti à patre: plenus gratia & ueritate. Iohannes teſtificatur de ipſo, & clamat dicens: Hic erat de quo dicebam, qui cum me ſequeretur B anteceſſit me, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum exorta eſt. Deum nemo uidit unquàm: Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, quando miſerant Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt & non negauit. Et confeſſus eſt, *inquiens*: Non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non ſum. Es tu propheta ille? Et reſpondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos?

Quid

VVLGATA EDITIO

1 IN PRINCIPIO erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omīa per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo, uita erat: & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à deo cui nomen erat Iohannes. Hic uenit in teſtimonium ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mūdum. In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt & mundus eum non cognouit. In propria uenit: & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt. Et uerbum caro factum eſt: & habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre: plenum gratiæ & ueritatis. Iohannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat quem dixi: qui poſt me uenturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deum nemo uidit unquàm. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimonium Iohannis: quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum ut interrogarent eum: Tu quis es? Et cōfeſſus eſt, & nō negauit. Et cōfeſſus eſt: quia nō ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo Helias es tu? Et dixit: Nō ſum. Propheta es tu? Et reſpōdit: Non. Dixerunt ego ei: Quis es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos?

De Chriſti incarnatione, et teſtimonio Iohannis de eo, deq; uocatiōe Andreæ Petri & Nathanaelis

Gen.1 a

Prouerb.1 b

Iſa.56 b

Oſee 1 b

Matt.3 b

1.Iohan.4 b

Quid

Quid dicis de teipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiam domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eũ, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neq; propheta ille? Respondit eis Iohannes, dicẽs: Ego baptizo aqua, sed in medio uestrum stat quẽ uos nescitis. Ipse est qui cũ me sequeretur, antecessit me: cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calciamenti. Hæc in Bethabara facta sunt trãs Iordanem, ubi Iohannes baptizabat. Postero die uidet Iohannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo dicebã. Post me uenit uir, qui me antecessit, quia prior me erat, & ego nesciebã eum. sed ut manifestus fiat Israeli, propterea ueni ego aqua baptizans. Et testificatus est Iohannes, dicens: Vidi spiritum descendentẽ specie columbæ de cœlo, & mansit super eum, & ego non noueram eum, sed qui misit me ut baptizarem aqua, is mihi dixit: Super quẽ uideris spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego uidi & testificatus sum, hunc esse filiũ dei. Postero die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus ille dei. Et audierunt eũ duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus & conspicatus eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerũt ei: Rabbi, quod dicitur si interpreteris, magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite, & uidete. Venerunt, uideruntq; ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora aũt erat fermè decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Reperit hic prior fratrem suum Simonẽ, & dicit ei: Inuenimus Messiã, quod est, si interpreteris, unct9. Et adduxit eũ ad Iesum. Et intuitus eũ Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas: quod sonat si interpreteris, lapis. Postero die uoluit Iesus exire in Galilæam, & reperit Philippũ, & dicit ei: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei: De quo scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filiũ Ioseph Nazarenũ. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit

Esa.53 b

Matth.16 c

Iohan.12 c

Ioan.21 a

Isa.7 g

Quid dicis de teipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiã domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerãt, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum & dixerunt ei: Quid ergo baptizas si tu nõ es Christus, neq; Helias, nec propheta? Respõdit eis Iohannes, dicẽs: Ego baptizo in aqua, medius aũt uestrũ stetit quẽ uos nescitis: Ipse est qui post me uẽturus est, qui ante me factus est: cuius ego nõ sum dignus ut soluam eius corrigiã calciamẽti. Hæc in Bethania facta sunt trãs Iordanem ubi erat Iohannes baptizans. Altera die uidit Iohannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi: Post me uenit uir qui ante me fact9 est: quia prior me erat: & ego nesciebã eũ. sed ut manifestetur in Israel: propterea ueni ego in aqua baptizãs. Et testimoniũ perhibuit Iohannes dicens: Quia uidi spiritũ descendentem quasi columbam de cœlo: & mãsit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi & testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Altera die iterum stabat Iohannes & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus & uidens eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Venerũt & uiderunt ubi maneret: & apud eũ manserunt die illo. Hora autẽ erat quasi decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eũ. Inuenit hic primum fratrem suum Simonẽ. & dicit ei: Inuenimus Messiã, quod est interpretatũ Christus. & adduxit eũ ad Iesum. Intuitus aũt eũ Iesus, dixit: Tu es Simõ filius Iohãna: tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinũ uoluit exire in Galilæã, & inuenit Philippũ. Et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat aũt Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philipp9 Nathanael, & dicit ei. Quẽ scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. & dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse. Dicit

C

D

Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenie͂tem ad se, & dicit de eo. Ecce uere Israelita, in quo dolus no͂ est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus uocaret cum esses sub ficu, uidebam te. Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius dei, tu es ille rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi uidebā te sub ficu, credis: maiora his uidebis. Et dicit ei: Ame͂ ame͂ dico uobis: post hac uidebitis cœlū apertū: & angelos dei asce͂dentes ac descendentes super filium hominis.

A ET die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est aūt & Iesus ac discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset uinū, dicit mater Iesu ad eum: Vinū non habent. Dicit ei Iesus. Quid mihi tecū est mulier? Nondū uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationē Iudęorum, capientes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usq; ad summum. Et dicit eis: Infundite nunc, & ferte architriclino: & tulerūt. Postquam autem

B gustasset architriclinus aquam in uinum uersam, neq; sciret unde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum: & dicit ei: Omnis homo primo loco bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum uinum usq; ad hoc tempus. Hoc ędidit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capernaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et in propinquo erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & reperit in templo eos, qui uendebant boues & oues & columbas, &

C numularios sedentes. Et cum fecisset flagellū è funiculis, omnes eiecit è templo, oues simul ac boues, & numulariorum effudit æs, mensasque subuertit. Et his qui columbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc, nec facite domum patris mei, domum mercatus. Recordati uero sunt discipuli eius, quod scriptum est: Zelus domus tuæ exedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quod ista facias? Respondit Iesus

---

Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenie͂tem ad se, & dicit de eo. Ecce uere Israelita, in quo dolus no͂ est. Dixit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei: Priusquā te Philippus uocaret cum esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanael & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi: uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei: Amen ame͂ dico uobis: uidebitis cœlum apertum & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. CAP. II

ET die tertia, nuptiæ factę sunt in Chana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinū non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit uobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc & ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factum, & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam: uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum uinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum uinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriā suam: & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius: & ibi mānserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes oues & boues & columbas, & numularios sedētes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de tēplo: oues quoq; & boues, & nūmulariorum effudit æs, & mēsas subuertit. Et his qui colūbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc: & nolite facere domū patris mei, domū negociatiōis. Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptū est: Zelus dom⁹ tuæ comedit me. Respōderūt ergo Iudæi & dixerūt ei. Qd' signū ostēdis nobis quia hæc facis? Respōdit Iesus

De aqua in uinū mutata in nuptijs Canæ habitis, & eiectis ex templo, deq; dicto hoc, Destruite tēplū &c.

Matth. 4 b
Luc. 4 d
Matth. 21 b
Marc. 11 b

Psal. 68 c

Iesus,& dixit eis: Destruite templum hoc: & in tribus diebus erigam illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis extructum est templum hoc,& tu in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset è mortuis recordati sunt discipuli eius,quod hoc dixisset eis,& crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixerat Iesus. Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius:uidentes signa eius quæ ædebat. Ipse autē Iesus nō credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet, ut quisquā testaretur de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Quō rursum nascatur homo,de Euāgelio & baptismo Iohannis, deq; quæstiōe de purificatione

Erat autem homo ex Pharisæis,Nicodemus nomine,princeps Iudæorū.Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei:Rabbi, scimus quod à deo ueneris magister.Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.Respondit Iesus,& dixit ei:Amē amen dico tibi:nisi quis natus fuerit è supernis non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Num potest in uentrem matris suæ iterum introire, ac nasci? Respondit Iesus:Amen amē dico tibi,nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu,non potest introire in regnum dei.Quod natū est ex carne,caro est:& quod natum est ex spiritu,spiritus est. Ne mireris,quod dixi tibi,oportet uos nasci è supernis. Spiritus ubi uult spirat,& uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, & quo uadat. Sic est omnis qui natus est è spiritu. Respōdit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus,& dixit ei: Tu es ille magister Israelis,& hæc ignoras? Amē amē dico tibi:quod scimus,loquimur:& quod uidimus, testamur; & testimonium nostrum non accipitis.Si terrena dixi uobis,& nō creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia,credituri sitis? Et nemo ascendit in cœlum,nisi qui descendit è cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Et sicut Moses exaltauit serpentē in deserto,ita exaltari oportet filiū hominis,ut omnis qui credit in eum,nō pereat,sed habeat uitā æternā. Sic enim deus dilexit mundū,ut filium suū unigenitū daret:ut omnis qui credit in eum, non pereat,sed habeat uitam æternā.Nō enim misit deus filiū suū in mundū,ut condēnet mundū sed

Eccls.84 *Num.21b*

Iesus & dixit eis: Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc:& tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat:& & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus. Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius,uidentes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, ut quis testimoniū phiberet de homine: Ipse enim sciebat quid esset in homine. c. iii.

Erat autem homo ex pharisæis Nicodemus nomine princeps Iudæorū. Hic uenit ad Iesum nocte & dixit ei: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis nisi fuerit deus cū eo. Respōdit Iesus & dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo nō potest uidere regnum dei. Dixit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo renasci cū sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire & renasci? Respondit Iesus: Amen amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat: & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu: Respondit Nicodemus & dixit ei: Quō possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Amen amē dico tibi: quia quod scimus, loquimur: & quod uidimus, testamur: & testimoniū nostrum nō accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia credetis? Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitā æternā. Sic enim deus dilexit mundū ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat uitā æternā. Non em̄ misit deus filiū suum in mundū ut iudicet mūdum, sed ut

sed ut seruetur mūdus per eum. Qui credit in eum, non condemnatur. Qui uero non credit, iam condēnatus est, quia nō credidit in nomē unigeniti filij dei. Hæc est autē condemnatio, quod lux uenit in mundū, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucē. Erāt enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucē: nec uenit ad lucē, ne arguantur opera ipsius. Qui aūt operatur ueritatē, uenit ad lucē: ut cōspicua fiant facta ipsius, quod per deum sint facta. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrā Iudæā, & illic morabatur cum eis, ac baptizabat. Baptizabat aūt & Iohannes in Ænon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant ac baptizabātur. Nondum enim cōiectus fuerat Iohannes in carcerē. Orta est aūt quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt ad Iohānem, & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trās Iordanē, cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respōdit Iohānes, & dixit: Nō potest homo accipere quicquā, nisi fuerit ei datū è cœlo. Ipsi uos testes estis, quod dixerim: non sum ego Christus, sed missus sum ante illū. Qui habet sponsam spōsus est: amicus autē sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocē sponsi, hoc ergo gaudium meū impletū est. illum oportet crescere, me uero minui. Qui è superrnis uenit, supra omnes est. Qui è terra profectus est, terrenus est, & è terrā loquitur. Qui è cœlo uenit, supra omnes est, & quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimoniū eius nemo accipit. Qui accepit eius testimonium, is obsignauit, quod deus uerax sit. Nā is quem misit deus, uerba dei loquitur. Non enim *huic* ad mēsuram dat deus spiritum. Pater diligit filiū & omnia dedit illi in manū. Qui credit filio habet uitam æternā: qui uero nō credit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

VT ergo cognouit dominus, audisse pharisæos, quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret, quàm Iohannes: quanquam Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius: reliquit Iudæā & abijt iterū in Galilæam. Oportebat aūt eum trāsire per Samariā. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quę dicitur Sichar, iuxta prædiū, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem: Hora

sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eū nō iudicatur. Qui aūt nō credit, iā iudicatus est: quia nō credidit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autem iudiciū: quia lux uenit in mūdū, & dilexerūt homines magis tenebras quàm lucē. Erāt enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucē: & nō uenit ad lucem ut non arguātur opera eius. Qui aūt facit ueritatē, uenit ad lucē, ut manifestētur opera eius: quia in deo facta sunt. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terrā Iudæam, & illic demorabatur cū eis & baptizabat. Erat aūt & Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic & ueniebāt & baptizabātur. Nondū enim missus fuerat Iohānes in carcerē. Facta est aūt quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt ad Iohannē & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanē cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respōdit Iohannes & dixit: Non potest homo accipere quicquā nisi fuerit ei datū de cœlo. Ipsi uos mihi testimoniū perhibetis quod dixerim: nō sum ego Christus, sed quia missus sum ante illū. Qui habet spōsam, sponsus est: amicus aūt sponsi qui stat & audit eū, gaudio gaudet propter uocē spōsi. Hoc ergo gaudiū meum impletū est. Illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum uenit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est & de terra loquitur. Qui de cœlo uenit, super omnes est. Et quod uidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimoniū, signauit: quia deus uerax est. Quem enim misit deus uerba dei loquitur. Non enim ad mensurā dat deus spiritū. Pater diligit filiū: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filiū, habet uitā æternā: qui aūt incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

CAP. IIII

VT ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Iohannes: quanquā Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius: reliquit Iudęam, & abijt iterum in Galilæā. Oportebat aūt eum transire per mediam Samariā. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar: iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem: hora

Iohan. 1. a *Ephe. 5 b* *Matth. 3 a* *Mar. 1 a* *Luc. 3 a* *Rom. 3 a* *Esa. 61 a* *De Samaritana ad fontem et filio reguli*

Hora erat fermè sexta: Venit mulier Samaritana, ut hauriret aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi quod bibam. Nam discipuli eius abierât in ciuitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cũ sis, potum à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non enim cõmercium habent Iudæi cũ Samaritanis. Respõdit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi quod bibam: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuã. Dicit ei mulier: Domine neq; quo haurias habes: & puteus profundus est, unde ergo habes aquã illam uiuam? Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius. Respõdit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitierit in æternum: sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ saliẽtis in uitam æternã. Dicit illi mulier: Domine da mihi istam aquã ut nõ sitiã, neq; ueniam huc ad hauriendũ. Dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuũ, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, non habeo uirum. Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quẽ habes, non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quod propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis: quod Hierosolymis est locus, ubi oporteat adorare. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, uenit hora, quando neque in mõte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu ac ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quod Messias uenturus est, qui dicitur Christus. cũ ergo uenerit ille, nobis nũtiabit omĩa. Dicit ei Iesus. Ego sum qui loquor tibi. Et cõtinuo uenerũt discipuli eius, & mirabãtur, quod cũ muliere loqueret. Nemo tamen dixit: quid quæris, aut cur loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã suã mulier, & abijt in ciuitatẽ, & dicit illis hominibus: Venite uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci, num hic est ille Christus? Exierunt ergo è ciuitate, & ueniebant

4. Reg. 17 c

Hiere. 2 b

Luc. 7 b

Gen. 22 e

Rom. 1 d

2. Cor. 3 c

hora autem erat quasi sexta: uenit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Iesus: Da mihi bibere: Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu cum Iudæus sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Respõdit Iesus & dixit ei: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo: & dedisset tibi aquã uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ: & ipse ex eo bibit & filij eius & pecora eius? Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam ut non sitiam neq; ueniã huc haurire. Dixit ei Iesus, Vade uoca uirum tuum & ueni huc. Respondit ei mulier & dixit: Non habeo uirum. Dixit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti: & nunc quem habes, non est uir tuus. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerũt: & uos dicitis qa Hierosolymis est loc⁹ ubi adorare oportet. Dixit ei Iesus: Mulier crede mihi: quia ueniet hora quando neq; in mõte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod nescitis: nos adoram⁹ quod scim⁹: quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora & nũc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia messias uenit qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit ille, annũciabit nobis omnia. Dixit ei Iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur: quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: quid quæris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier & abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite & uidete hominẽ qui dixit mihi omnia quæcũq; feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate & ueniebant

B

C

D

ueniebant ad eum. Interea rogabant eum di/
scipuli dicentes: Rabbi, comede. Ille autem di
xit eis: Ego cibum habeo comedendum, quem
uos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se:
Nunquis attulit ei quod ederet? Dicit eis Ie/
sus: Meus cibus est, ut faciam quod uult is qui
misit me, & perficiam opus eius. Nonne uos di/
E citis: adhuc quatuor menses sunt, & messis ue/
niet? Ecce dico uobis, attollite oculos uestros,
& uidete regiones, quoniam albae sunt iam ad
messem. Et qui metit, mercedem accipit: & co/
gregat fructum in uitam aeternam: ut & qui se
minat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim
est sermo uerus, quod alius est qui seminat, &
alius est qui metit. Ego misi uos ad metendum,
quod uos non laborastis. Alij laborauerunt, &
uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate au
tem illa multi crediderunt in eum Samaritano/
rum propter sermonem mulieris, testificantis,
quod dixisset sibi omnia quaecunque fecisset.
F Cum uenissent ergo ad illum Samaritani ro/
gauerunt eum, ut apud se maneret. Et mansit
ibi duos dies. Ac multo plures crediderunt pro
pter sermonem ipsius. & mulieri dicebant: Iam
non propter tuam orationem credimus. ipsi
enim audiuimus, & scimus, quod hic est uere
saluator mundi Christus. Post duos autem dies
exijt inde, & abijt in Galilaeam. Ipse enim Ie/
sus testatus est, quod propheta in sua patria
honorem non haberet. Cum ergo uenisset in
Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum om/
nia uidissent, quae fecerat Hierosolymis in die
festo. & ipsi enim uenerant ad diem festum. Ve/
nit ergo Iesus iterum in Cana Galilaeae, ubi fe/
cerat ex aqua uinum. Et erat quidam Regulus
cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic cum
G audisset, quod Iesus aduenisset a Iudaea in Ga
lilaeam, abijt ad eum, & rogabat eum, ut desce
deret, ac sanaret ipsius filium: Siquidem is a/
gebat animam. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi
signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit
ad eum regulus: Domine, descende priusquam
moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, fili/
us tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem di/
xerat ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descende/
te, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicen
tes: Filius tuus uiuit. Sciscitatus est ergo horam
ab eis, in qua melius habuisset. Et dixerunt ei:
heri hora septima reliquit eum febris. Cogno
uit ergo pater, quod illa hora erat, in qua di/
xisset

ueniebant ad eum. Interea rogabant eum di/
scipuli, dicentes: Rabbi manduca. Ille autem
dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem
uos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinui/
cem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?
Dicit eis Iesus: Meus cibus est ut faciam uo/
luntatem eius qui misit me: ut perficiam opus
eius. Nonne uos dicitis quod adhuc quatuor
menses sunt & messis uenit? Ecce dico uobis
leuate oculos uestros & uidete regiones: quia
albae sunt iam ad messem. Et qui metit, mer/
cedem accipit: & congregat fructum in uitam
aeternam, ut & qui seminat simul gaudeat,
& qui metit. In hoc enim est uerbum uerum:
quia alius est qui seminat, & alius est qui me/
tit. Ego misi uos metere quod uos non labo/
rastis. Alij laborauerunt: & uos in labores eo/
rum introistis. Ex ciuitate autem illa multi cre-
diderunt in eum Samaritanorum propter uer/
bum mulieris testimonium perhibentis: quia
dixit mihi omnia quaecunque feci. Cum uenis/
sent ergo ad illum Samaritani rogauerunt eum
ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et mul
to plures crediderunt in eum propter sermo/
nem eius. Et mulieri dicebant: quia iam non
propter tuam loquelam credimus: Ipsi enim
audiuimus & scimus, quia hic est uere salua/
tor mundi. Post duos autem dies exijt inde &
abijt in Galilaeam. Ipse enim Iesus testimoni/
um perhibuit: quia propheta in sua patria ho
norem non habet. Cum ergo uenisset in Ga/
lilaeam, exceperunt eum Galilaei: cum omnia ui/
dissent quae fecerat Hierosolymis in die festo.
Et ipsi enim uenerant ad diem festum. Venit
ergo iterum in Chana Galilaeae ubi fecit aquam
uinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infir/
mabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Ie
sus adueniret a Iudaea in Galilaeam, abijt ad eum
& rogabat eum ut descenderet & sanaret filium e/
ius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad
eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis.
Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam
moriatur filius meus. Dixit ei Iesus: Vade fili/
us tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem di/
xit ei Iesus & ibat. Iam autem eo descendente
serui occurrerunt ei & nunciauerunt dicentes:
quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo ho/
ram ab eis qua melius habuerat. Et dixerunt ei:
quia heri hora septima reliquit eum febris. Co/
gnouit ergo pater, quia illa hora esset in qua
dixit

Matth.9 d
Luc.10 a
Infra.17 b
Matt.13 g
Marc.6 a
Luc.4 c
Sup.2 a
Matth.8 d
Luc.7 a

xisset sibi Iesus, filius tuus uiuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterũ secundũ signũ ædidit Iesus cũ uenisset à Iudæa in Galilæam.

De paralytico ad piscinã p̃baticã sanato, & quõ Iudæos uitæ ipsius insidiantes increparit Christus

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam: Est autem Hierosolymis ad probaticã piscina, quæ nominat̃ Hebraice bethesda, quinq; porticus habẽs, in his iacebat multitudo magna languentiũ, cæcorũ, claudorũ, aridorũ, expectantiũ aquę motũ, Angelus enim descẽdebat certo tẽpore in piscinã, & turbabat aquã. Itaq; qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat à quocunq; detinebatur morbo. Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc cum uidisset Iesus decumbentẽ, & cognouisset quod iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei lãguidus: Domine, hominem non habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Sed interim dum ego uenio, iam alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suũ, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum. Respondit eis: Qui me sanum fecit: is mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus ẽm subduxit se quod turba esset eo in loco. Postea reperit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, ne posthac pecces, ne quid deterius tibi cõtingat. Abijt ille homo, & nuntiauit Iudęis, quod Iesus esset à quo sanatus fuisset. Ac propterea persequebãtur Iudæi Iesum & quærebãt illum occidere, quod ista fecisset in sabbato. Iesus autẽ respondit eis: Pater meus ad hoc usq; temporis operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudęi interficere, quia non solum soluisset sabbatum, sed & patrem suum dixisset deũ, æqualẽ se faciens deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen amẽ dico uobis, nõ potest filius à se facere quicq̃, nisi quid uiderit patrẽ faciẽtem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc itidem & filius facit. Pater enim diligit filiũ & hæc omnia demõstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit

Matth. 9 a
Marc. 2 a
Luc. 5 c
Matth. 12 a
Marc. 2. 3
Luc. 6. 13. 14
Ioann. 7. 9
Infra. 8 a
Matth. 5. 26 f
Mar. 4. g
Luc. 22 e

dixit ei Iesus: Filius tuus uiuit: & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterũ secundũ signũ fecit Iesus cũ uenisset à Iudæa in Galilæam.

CAPVT V

A

POst hæc erat dies festus Iudęorum: & ascendit Iesus Hierosolymã. Est autẽ Hierosolymis probatica piscina: quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languẽtium, cæcorum, claudorum, aridorũ, expectãtium aquæ motum. Angelus autẽ domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunq; de inebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc autẽ cum uidisset Iesus iacentẽ, & cognouisset, quia iam multum tẽpus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respõdit ei languidus: Domine, hominẽ non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in

B

piscinã. Dum uenio ẽm ego alius ante me descẽdit. Dixit ei Iesus: Surge tolle grabatũ tuũ & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suũ & ambulabat. Erat autẽ sabbatũ in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respõdit eis. Qui me sanũ fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum: quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum & ambula. Is autẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. Postea in-

C

uenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo & nunciauit Iudæis: quia Iesus esset qui fecit eum sanũ. Propterea persequebãtur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autẽ respondit eis: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia nõ solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respõdit itaq; Iesus & dixit eis: Amen amen dico uobis: nõ potest filius à se facere quicq̃: nisi quod uiderit patrẽ facientẽ. Quæcũq; enim ille fecerit, hęc & fili-

D

us similiter facit. Pater ẽm diligit filiũ, et om̃ia demõstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit

monstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Neq; enim pater iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorēt filiū, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrē qui misit illum. Amē amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitā æternam, & in condēnationem nō ueniet, sed transiuit à morte in uitā. Amē amē dico uobis, quod ueniet hora, & nūc est, quando mortui audiēt uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, & potestatē dedit ei iudicādi quoq;, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, qa ueniet hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audiēt uocem eius, & prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionem condēnationis. Nō possum ego ex meipso facere quicq;. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est. quia non quæro uoluntatē meam, sed uoluntatē eius qui misit me, patris. Si ego testimoniū perhiberē de meipso, testimoniū meum non esset uerū. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio uerū esse testimonium, quod testificatur de me. Vos misistis ad Ioannem, & is testimoniū reddidit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs, uos autē uoluistis ad tēpus exultare in luce eius. At ego testimoniū habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiā ea, ipsa inquā opera quæ ego facio, testificātur de me, quod pater miserit me. Et qui misit me pater ipse testificatus est de me. Neq; uocē eius unquā audistis neq; speciē eius uidistis. & sermonē eius nō habetis in uobis manentē, quia quem misit ille, huic uos non creditis. Scrutamini scripturas, quia uos uidemini uobis in ipsis uitā æternam habere, & illæ sunt quę testificātur de me, nec uultis uenire ad me ut uitā habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio, sed cognoui uos, quod dilectionē dei non habeatis in uobis. Ego ueni nomine patris mei, nec recipitis me. Si alius uenerit nomine suo, illū recipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriā à uobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo profici

monstrabit ei opera ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Neq; enim pater iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam ęternam. Et in iudicium non uenit, sed transiet à morte in uitam. Amen amē dico uobis, quia uenit hora & nūc est, quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocē filij dei, & procedēt qui bona fecerunt in resurrectionē uitæ: qui uero mala egerūt, in resurrectionē iudicij. Nō possum ego à meipso facere quicq;. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustū est: quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimonium meum nō est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerū est testimoniū eius quod phibet de me. Vos misistis ad Ioannē: & testimoniū perhibuit ueritati. Ego aūt nō ab homine testimoniū accipio, sed hæc dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs: Vos autē uoluistis ad horā exultare in luce eius. Ego autē habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiā, ea ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibēt de me, qa pater misit me. Et qui me misit pater ipse testimonium perhibuit de me. Neq; uocē eius unquā audistis, neq; speciē eius uidistis. Et uerbū eius non habetis in uobis manēs, qa quē misit ille, huic uos nō creditis. Scrutamini scripturas, qa uos putatis in ipsis uitā æternā habere. Et illę sunt quæ testimonium perhibent de me, & nō uultis uenire ad me ut uitā habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio, sed cognoui uos qa dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo uos potestis credere qui gloriā abinuicē accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non

Matth.11 c
Luc.10 c
Marc.5 e
Ioan.11 e
Ioan.1.14 d
Daniel.12 a
Ioan.1 a b
Deute.5 e
1.Ioann.2 e
2.Thes.2 d

proficiscitur, nō quęritis? Nolite putare, quod ego accusaturus sim uos apud patrē. Est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Si enī credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis nō creditis, quomodo uerbis meis credetis.

Deut.31 f

5000. homines pasti conātur Christum cōstituere regē, ambulat super mari, docet mysticum sui corpis esum, unde multi ab eo desiciunt, duodecim tamen manent

Matth.14 b Marc.6 d Luc.9 b

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis, & sequebatur eum turba multa, quia uidebant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Instabat autem pascha dies festus Iudæorum. Cum sustulisset ergo oculos Iesus & uidisset, quod multa turba ueniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut edant isti? Hoc autem dicebat tentās eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis, ut unusquisq; pusillum quippiā accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces, sed hęc quid sunt inter tam multos? Dixit autem Iesus: Facite ut homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt ergo uiri numero fermè quinquies mille. Accepit autē panes Iesus, cumq; gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli uero discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt dicit discipulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta ne quid pereat. Collegerunt ergo, & impleuerūt duodecim cophinos fragmētorum ex quinq; panibus ordeaceis, quæ super fuerant his qui comederant. Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus fecerat signum dicebant: Hic est uere propheta ille qui uenturus est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset quod uenturi essent, ac rapturi ipsum ut facerent ipsum regem, secessit iterum in montem ipse solus. At ubi iam uespera esset, descēderunt discipuli eius ad mare. & conscensa naui, uenerunt traiecto mari ad oppidum Capernaum. Iamq; tenebræ erant, nec uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante intumescebat. Cum remigassent ergo fermè stadia uigintiquinq; aut triginta, uident Iesum ambulantem super mare, & appropinquantem naui, ac timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerūt ergo recipere

Luc.7 b Ioann.4 c

est, non quæritis? Nolite putare, quia ego accusaturus sim uos apud patrem: est qui accusat uos Moyses, in quo uos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

CAPVT VI

A

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudęorū. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducēt hi? Hoc autē dicebat tentās eum: Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respōdit ei Philippus: Ducētorum denariorū panes nō sufficiūt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tātos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discūbere. Erat autē fœnum multū in loco. Discubuerūt ergo uiri numero quasi quinq; millia. Accepit ergo Iesus panes: & cū gratias egisset, distribuit discūbentibus. Similiter & ex piscibus quantū uolebāt. Vt autē impleti sunt dixit discipulis suis: Colligite quę superauerāt fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus quæ super fuerūt his qui māducauerunt. Illi ergo homines cū uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebāt: Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundū. Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eū & facerent eum regē, fugit iterum in montem ipse solus. Vt autem sero factum est, descēderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, uenerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant: & non uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia uigintiquinq; aut triginta: uident Iesum ambulantem supra mare & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerūt ergo accipere

B

C cipere eum in nauim, & ilico nauis appulerat terræ ad quam ibant. Postero die turba quæ stabat trãs mare, ut uidit, quod nauicula alia non esset ibi, nisi una illa in quam ingressi fuerant discipuli eius, & quod non introisset cum discipulis suis Iesus in nauiculam, sed soli discipuli eius abissent: Aliæ uero superuenerũt nauiculæ à Tyberiade iuxta locum ubi comederant panem, posteaquam gratias egisset dominus: Cum ergo uidisset turba, quod Iesus non esset ibi neq; discipuli eius, ascẽderunt & ipsi in nauiculas, & uenerunt Capernaũ, quærentes Iesum, & cũ inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amẽ dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis. Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam ęternam, quem filius hominis dabit uobis, hunc enim pater consignauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid facimus, ut operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis: hoc est opus dei, ut credatis in eum quem D misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? qd operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moses dedit uobis illum panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim dei est qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem istum. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis ille uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi uobis, quod etiã uidistis me, nec creditis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenerit ad me non eijcio foras Quia descendi de cœlo: ut faciam non quod ego uolo, sed quod uult is qui misit me. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris, E ne quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi, sed resuscitẽ illa in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego suscitabo eũ in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quod dixisset, ego sum panis ille, qui de cœlo descẽdi. Et dicebant: Nõne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos

cipere eum in nauem: & statim nauis fuit ad terram quam ibant. Altera die turba quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una: & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijssent. Aliæ uero superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum ubi manducauerãt panem, gratias agentes deo. Cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas: & uenerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me: non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis: non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim uerus est qui de cœlo descendit & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eijciam foras: quia descendi de cœlo: non ut faciam uoluntatem meam, sed uolũtatem eius qui misit me. Hæc est enim uoluntas eius q̃ misit me patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas patris mei qui misit me, ut omis qui uidet filiũ & credit in eum, habeat uitam æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: ego sum panis uiuus qui de cœlo descẽdi. Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos.

Matth.16 a. Marc.8 b Exod.16 d Psalm.77 d 1.Timo.2 a Luc.22 c Matth.13 g

ius nos nouimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit hic, de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inter uos. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis, & erunt omnes docti à deo. Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me, non quod patrē uiderit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, habet uitam æternā. Ego sum panis ille uitæ. Patres uestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis ille de cœlo descendens, ut ex ipso edat aliquis, & non moriatur, Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea est, quā ego dabo pro mundi uita. Decertabāt ergo Iudæi inter se dicentes: Quomodo potest hic nobis carnē illam suam dare ad edendum? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis uitā in uobis. Qui edit meam carnē, & bibit meum sanguinē, habet uitam æternā: & ego suscitabo eum in nouissimo die. Caro eñ mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: ita & qui ederit me, uiuet ipse quoq; propter me. Hic est panis ille qui de cœlo descendit: non sicut comederunt patres uestri manna, & mortui sunt: qui ederit hunc panē, uiuet in æternū. Hæc dixit in synagoga docēs in Capernaum. Multi ergo his auditis ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eū audire? Sciens autē Iesus apud semetipsum, quod murmurarēt de hoc discipuli ipsius dixit eis: Hoc uos offendit? quid igitur si uideritis filiū hominis ascēdentē eò ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest quicq;. Verba quę ego loquor uobis, spiritus, & uita sunt. Sed sunt quidā ex uobis, qui nō credunt. Nouerat enim ab initio Iesus, qui essent nō credētes, & quis proditurus esset ipsum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quod nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo. Ex eo *tempore* multi discipulorum eius desciuerūt eo relicto, nec amplius cum illo ambulabant.

Matt.6 c; Esa.54 c; Hierem.31 f; Matth.11 e; Luca 10 c; 1 Ioan.4 b; Matth.26 f; Act.1 b

Dixit

ius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dixit hic, quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis: qui credit in me, habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ. Patres uestri mā ducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, nō moriatur. Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Si quis mā ducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mūdi uita. Litigabant ergo Iudæi adinuicē, dicētes: Quomodo potest hic nobis carnē suam dare ad manducandū? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis: & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitā in uobis. Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinem, habet uitā æternam, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meā carnē, & bibit meū sanguinē, in me manet & ego in illo. Sicut me misit uiuens pater, & ego uiuo propter patrē, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis q de cœlo descēdit. Nō sicut mādu cauerūt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui māducat hunc panem uiuet in æternū. Hæc dixit in synagoga, docēs in Capharnaū. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerūt: Durus est hic sermo: Et qs potest eum audire? Sciens autē Iesus apud se metipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scādalizat. Si ergo uideritis filiū hominis ascēdentē ubi erat prius. Spiritus est qui uiuificat: caro non ꝓdest quicquā. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidā ex uobis qui nō credūt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.

F G

Dixit

Dixit ergo Iesus ad duodecim: num & uos uultis abire? Respōdit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? uerba uitę æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui. Respondit eis Iesus: Nonne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim erat proditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

A Versabatur Iesus post hęc in Galilæa, nō enim uolebat in Iudæa uersari, quia quęrebant eum Iudęi interficere. Erat autē in propinquo dies festus Iudæorum scenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc & uade in Iudæā, ut & discipuli tui uideāt opera tua quę facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid & quærit ipse palàm esse. Si hæc facis, declara teipsum mundo. Nam ne fratres quidē eius credebant in eū. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meū nōdum adest, tēpus autem uestrū semper est paratum. Non potest mundus odisse uos, me autē odit: quia ego testimonium fero de illo, quod opera eius mala sint. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nōdum ascendo ad festum hoc, quia meum tempus nondū impletum est. Hæc autem cum dixisset illis, mā sit in Galilæa. Vt autē ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festū nō manifeste, sed uelut in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in festo, & dicebant, ubi est ille? Et murmur multū erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant, bonus est: alij autem dicebant, nō, sed seducit turbā. Nemo tamen palā loquebatur de illo propter metū Iudæorum. Cum autē iam dimidiū festi peractū esset, B ascendit Iesus in templū, ac docebat. Et mirabātur Iudæi, dicentes: Quomō hic literas scit, cū nō didicerit? Respōdit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntati eius obtēperare, cognoscet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego C à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic uerax est, & iniusticia in illo non est. Nonne Moses dedit uobis legem, & tamen nemo ex uobis factis præstat legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, Quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes

miramini

Dixit ergo ad duodecim: Nūquid & uos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. Respondit eis Iesus: Nōne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autē de Iuda Simonis Scariothis. Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Matth.16 a

CAPVT VII

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim uolebat in Iudæā ambulare, quia quærebāt eum Iudæi interficere. Erat autē in proximo dies festus Iudæorū Scenophegia. Dixerunt autē ad eum fratres eius. Transi hinc & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palā esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eū. Dixit ergo eis Iesus: Tēpus meū nondū aduenit, tēpus autē uestrū semper est paratū. Nō potest mundus odisse uos: Me autē odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diem festū hunc. Ego enim nō ascendā ad diem festū illum, qa meū tempus nondū impletū est. Hæc cū dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autē ascenderūt fratres eius, tūc & ipse ascēdit ad diem festū, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebāt eum in die festo, & dicebāt: Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidā enim dicebāt, qa bonus est: alij autē dicebant, nō: sed seducit turbas. Nemo tamē palām loquebatur de illo propter metū Iudæorum. Iam autē die festo mediāte, ascēdit Iesus in tēplum & docebat. Et mirabātur Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cū non didicerit? Respondit eis Iesus & dixit: Mea doctrina nō est mea, sed eius qui misit me. Si qs uoluerit uolūtatem eius facere, cognoscet de doctrina utrum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriā propriam quærit. Qui autē quærit gloriā eius qui misit eum, hic uerax est & iniusticia in illo nō est. Nōne Moyses dedit uobis legē? Et nemo ex uobis facit legem. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: Quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus fecit, & omnes

Iesus uenit ad festū, eius doctrinā mirantur Iudæi, de eo oritur contētio & à sacerdotib. iubetur capi.

Matth.21 e

Ioan.5.8

Exod.20 e
Leuit.24 d
Matth.12 a
Marc.3 a

 miramini

Gene.17.b miramini. Propterea Moſes dedit uobis circũciſionem: non quia ex Moſe ſit, ſed quia ex patribus. Et tamen in ſabbato circũciditis hominem. Si circũciſionem accipit homo in ſabbato ut nõ ſoluatur lex Moſi, mihi indignamini quod totum hominem ſanum fecerim in ſab-Deut.1.b bato? Nolite iudicare ſecũdum aſpectum, ſed iuſto iudicio iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymitanis: Nonne hic eſt quẽ quærunt interficere? Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Num uere cognouerũt prin-Matth.13.g cipes hunc eſſe uere Chriſtum? Sed hunc no-Marc.6.a uimus unde ſit, Chriſtus autẽ cum uenerit, ne-Luc.4.c mo ſcit unde ſit. Clamabat ergo Ieſus in templo docẽs, ac dicẽs: Et me noſtis, & unde ſim noſtis, & à meipſo non ueni, ſed eſt uerax qui miſit me: quẽ uos non nouiſtis. Ego uero noui eum, quia ab ipſo ſum, & ille me miſit. Quę-Luc.19.20.22 Infra 8.11 rebant ergo eum apprehẽdere, & nemo miſit in illũ manus, quia nondũ uenerat hora eius. De turba autẽ multi crediderũt in eũ, & dicebant: Chriſtus cũ uenerit, num ſigna plura ædet ijs quæ hic ædidit? Audierũt phariſæi turbam murmurantẽ de illo hæc, & miſerũt pha-Matth.22.d Marc.12.b Luc.20.c riſęi ac principes ſacerdotum miniſtros ut apprehẽderent eũ. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc puſillum tẽporis uobiſcũ ſum: & abeo ad eum Hierem.29.c qui me miſit. Quæretis me, nec inuenietis: & ubi ego ſum, eò uos non poteſtis uenire. Dixerũt ergo Iudæi inter ſeſe: Quò hic iturus eſt, quod nos nõ inueniemus eũ? Num in diſperſionẽ gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo, quem dixit, quæretis me, & nõ inuenietis: & ubi ego ſum, eo uos nõ poteſtis uenire? In nouiſſimo autẽ die magno fe-Eſaiæ 55.a ſti ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me, ſicut dixit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autẽ dixit de ſpiritu, quẽ accepturi erant credẽtes in ipſum. Nõdum enim erat ſpiritus ſanctus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Multi ergo de turba cum au-Matth.21 Luc.7.b Ioan.9.10.12 diſſent hunc ſermonem, dicebant: Hic eſt uere propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Num à Galilæa ueniet Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quod Pſalm.131.b ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, ubi erat Dauid, ueniet Chriſtus? Diſſenſio itaque orta eſt in turba propter eum. Quidam autem ex ipſis uolebant apprehendere eum

miramini. Propterea Moyſes dedit uobis circunciſionem: nõ quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Et in ſabbato circũciditis hominem. Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato: ut non ſoluatur lex Moyſi: mihi cur indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis: Nonne hic eſt quẽ quærunt interficere? Ecce palàm loquitur: & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus unde ſit: Chriſtus aũt cum uenerit, nemo ſcit unde ſit. Clamabat ergo Ieſus in tẽplo docẽs, & dicẽs: Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis: & à meipſo nõ C ueni, ſed eſt uerus qui miſit me, quẽ uos neſcitis. Ego ſcio eum, & ſi dixero, quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Quęrebant ergo eum apprehẽdere, & nemo miſit in illum manus, quia nondũ uenerat hora eius. De turba autẽ multi crediderunt in eũ, & dicebãt: Chriſtus cũ uenerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit? Audierunt phariſæi turbã murmurantẽ de illo hæc: & miſerunt principes & phariſæi miniſtros ut apprehenderent eũ. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ tempus uobiſcum ſum: & uado ad eũ qui me miſit. Quæretis me, & non inuenietis. Et ubi ego ſum, uos non poteſtis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum. Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt: & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quẽ dixit: quæretis me & non inuenietis, & ubi ego ſum uos non poteſtis uenire? In nouiſſimo autẽ die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat, dicẽs: Si quis ſitit ueniat ad me & bibat. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de ſpiritu quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Nondũ enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondũ erat glorificatus. Ex il- D la ergo turba cũ audiſſent hos ſermones eius, dicebãt: Hic eſt uere propheta. Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autẽ dicebãt: Nunquid à Galilæa uenit Chriſtus? Nõne ſcriptura dicit: Quia ex ſemine Dauid & de Bethleẽ caſtello ubi erat Dauid, uenit Chriſtus? Diſſenſio itaque facta eſt in turba propter eum. Quidam autẽ ex ipſis uolebant apprehẽdere eum

eum,ſed nemo coniecit in eum manus. Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & phariſęos, & dixerunt eis illi: Quare nō adduxiſtis illum? Reſponderunt miniſtri: Nunquam ſic locutus eſt homo,ſicut hic homo. Reſponderunt ergo eis phariſæi: Num & uos ſeducti eſtis? Nunquis ex principibus credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quę non nouit legem,execrabiles ſunt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui uenerat ad eum nocte:qui unus erat de numero eorum: Num lex noſtra iudicat hominem,niſi prius audierit ab ipſo,& cognouerit quid faciat? Reſponderunt, & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & uide, quod à Galilæa propheta non ſurrexerit. Et profectus eſt unuſquiſq; in domum ſuam.

A Ieſus autem perrexit in mōtem Oliuarum, & diluculo iterum uenit in templum, cunctusq; populus uenit ad eum & ſedens docebat eos. Adducunt autem ad eum ſcribæ & phariſæi mulierē in adulterio deprehenſam, & cum ſtatuiſſent eam in medio, dicunt ei: Magiſter,hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo adulterio. In lege autem Moſes præcepit nobis,ut huiuſmodi lapidarentur. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tentantes eum,ut poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum ergo perſeuerarent interrogare, erexit ſe, & dixit eis: Qui ueſtrum immunis eſt à peccato,primus in illam lapidem iaciat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terra. Audientes autem hæc ſingulatim alius poſt alium exibant, initio facto à ſeniorib9,et relictus eſt ſolus Ieſus ac mulier in medio ſtans. Cum autem erexiſſet ſe Ieſus, & neminem uideret præter mulie-

B rem,dixit ei: Mulier, ubi ſunt illi tui accuſatores? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te cō demno. Vade,& poſthac ne peccaueris. Iterū ergo Ieſus locutus eſt eis,dicens: Ego ſum lux mūdi. Qui ſequitur me nō ambulabit in tenebris,ſed habebit lumē uitæ. Dixerunt ergo ei phariſæi: Tu de teipſo teſtificaris, teſtimoniū tuū non eſt uerū. Reſpōdit Ieſus et dixit eis: Et ſi ego teſtimoniū perhibeā de meipſo,uerū eſt teſtimoniū meū,qa ſcio unde ueni,& quò uado: uos autē neſcitis unde uenio,& quò uado. Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quēquam: porrò & ſi iudicem ego,iudicium

eum: ſed nemo miſit ſuper illum manus. Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare nō adduxiſtis eum? Reſponderunt miniſtri: Nūquam ſic locutus eſt homo,ſicut hic loquitur. Reſpōderunt ergo eis phariſęi: Nunquid & uos ſeducti eſtis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum: aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ nō nouit legē, maledicti ſunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte: qui unus erat ex ipſis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo & cognouerit quid faciat? Reſponderūt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare ſcripturas & uide: quia à Galilæa propheta non ſurgit. Et reuerſi ſunt unuſquiſq; in domum ſuam.

CAPVT VIII

Ieſus autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum uenit in templum,& omnis populus uenit ad eum & ſedens docebat eos. Adducunt autē ſcribæ & phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam: & ſtatuerunt eam in medio,& dixerunt ei: Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: ut poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram. Cum ergo perſeuerarent interrogātes, erexit ſe & dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum,primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terram. Audientes autem hæc, unus poſt unum exibant, incipientes à ſenioribus, & remāſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus,dixit ei: Mulier ubi ſunt qui te accuſabant: nemo te condēnauit? Quę dixit: Nemo domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux mundi: Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei phariſæi: Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum nō eſt uerum. Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Et ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo: uerū eſt teſtimonium meū, quia ſcio unde ueni, & quò uado. Vos autem neſcitis, unde uenio aut quò uadam. Vos ſecundum carnem iudicatis ego nō iudico quenquā. Et ſi iudico ego, iudicium

Ioann.11.f

Exod.23.a. Leuit.19.a

Adulteram abſoluit Chriſtus, & quis ſit Iudæis, & unde explicat unde cōmouētur ut eum lapidib. obruere nitantur

Matth.21.b Mar.11.b

Ioan.1.9.12

cium meũ uerum eſt,quia ſolus non ſum , ſed
ego & qui miſit me pater . Quin & in lege ue/
Deut.17.19 ſtra ſcriptum eſt,quod duorũ hominum teſti
monium uerũ eſt.Ego ſum qui teſtimonium
fero de meipſo,& teſtimoniũ fert de me q mi
ſit me pater.Dicebãt ergo ei: Vbi eſt pater tu/
us?Reſpõdit Ieſus : Neq; me noſtis,neq; pa/
trẽ meum.Si me nouiſſetis,& patrẽ meum no
uiſſetis . Hæc uerba locutus eſt Ieſus in gazo/
phylacio docẽs in tẽplo.Et nemo apprehẽdit
eũ,quia nondũ uenerat hora eius . Dixit ergo
Ioan.7.13 d iterũ eis Ieſus:Ego uado & quæretis me, & in
peccato ueſtro moriemini.quò ego uado uos
nõ poteſtis uenire.Dicebãt ergo Iudæi: Num
interficiet ſemetipſum,qa dicit,quò ego uado
uos nõ poteſtis uenire?Et dicebat eis: Vos ab
infernis eſtis,ego de ſupernis ſum. Vos de mũ
do hoc eſtis,ego nõ ſum de hoc mũdo . Dixi
ergo uobis, q̊d moriemini in peccatis ueſtris.
Marc.16 b Si enim nõ credideritis,quod ego ſum,morie
mini in peccatis ueſtris . Dicebat ergo ei : Tu
q̄s es?Et dicit eis Ieſus: In primis q̊d & loquor
uobis : Multa habeo quæ de uobis loquar ac
iudicem,ſed qui me miſit,uerax eſt:et ego quę
audiui ab eo,hæc loquor in mundo. Non co/
gnouerunt quod de patre eis locutus eſſet. Di
Hierem.21 b xit ergo eis Ieſus : Cum exaltaueritis filiũ ho/
Ioã.3.7.12.15 minis,tũc cognoſcetis quod ego ſum,& quod
ex meipſo facio nihil,ſed ita ut docuit me pa/
ter , hæc loquor . Et qui me miſit,mecum eſt.
Non reliquit me ſolũ pater,quia ego quæ pla
cita ſunt ei,facio ſemper.Hęc illo loquẽte mul
ti crediderũt in eum.Dicebat ergo Ieſus ad e/
os qui crediderant ipſi Iudæos:Si uos manſe/
ritis in ſermone meo , uere diſcipuli mei eſtis,
& cognoſcetis ueritatẽ , & ueritas liberos red/
det uos.Reſpõderunt ei: Semen Abrahæ ſu/
mus,neq; cuiquam ſeruiuimus unquam.quo/
modo tu dicis,liberi reddemini? Reſpõdit eis
Roma.6 b Ieſus:Amen amẽ dico uobis,quod omnis qui
2.Pet.2 d facit peccatum , ſeruus eſt peccati . Seruus
autem non manet in domo in æternum, filius
manet in æternum . Si ergo uos filius liberos
reddiderit,uere liberi eſtis . Scio quod ſemen
Abrahæ eſtis . Sed quæritis me interficere,
quia ſermo meus non habet locum in uobis.
Ego quod uidi apud patrem meum loquor,
& uos quod uidiſtis apud patrem ueſtrum,
facitis . Reſponderunt & dixerunt ei: Pater
noſter Abraham eſt . Dicit eis Ieſus : Si filij
Abrahæ

cium meum uerum eſt , quia ſolus non ſum:
ſed ego & qui miſit me pater.Et in lege ueſtra
ſcriptum eſt, quia duorum hominũ teſtimo/
nium uerũ eſt.Ego ſum qui teſtimoniũ perhi
beo de meipſo,& teſtimoniũ perhibet de me
qui miſit me pater . Dicebant ergo ei: Vbi eſt
pater tuus?Reſpõdit Ieſus:Neq; me ſcitis,ne
que patrẽ meum.Si me ſciretis, forſitan & pa C
trem meum ſciretis.Hæc uerba locutus eſt Ie
ſus in Gazophylacio,docens in templo.Et ne
mo apprehẽdit eum, quia necdũ uenerat ho/
ra eius.Dixit ergo iterum eis Ieſus: Ego uado
& quæretis me,& in peccato ueſtro moriemi/
ni.Quo ego uado:uos nõ poteſtis uenire. Di/
cebant ergo Iudæi:Nũquid interficiet ſemet/
ipſum,quia dicit,quo ego uado,uos non pote
ſtis uenire?Et dicebat eis: Vos deorſum eſtis,
ego de ſupernis ſum . Vos de mundo hoc e/
ſtis, ego non ſum de hoc mundo . Dixi ergo
uobis,quia moriemini in peccatis ueſtris.Si e/
nim non credideritis quia ego ſum , moriemi/
ni in peccato ueſtro.Dicebãt ergo ei: Tu quis
es? Dixit eis Ieſus : Principium qui & loquor
uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudica/
re.Sed qui me miſit uerax eſt, & ego quæ au/
diui ab eo, hæc loquor in mundo . Et non co/
gnouerunt,quia patrẽ eius dicebat deum.Di/ D
xit ergo eis Ieſus:Cum exaltaueritis filium ho
minis,tũc cognoſcetis,quia ego ſum : & à me/
ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater,hæc
loquor. Et qui me miſit,mecum eſt: & non re/
liquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei,
facio ſemper.Hæc illo loquente , multi credi/
derunt in eum . Dicebat ergo Ieſus ad eos qui
crediderunt ei Iudæos : Si uos manſeritis in
ſermone meo , uere diſcipuli mei eritis , & co/
gnoſcetis ueritatem , & ueritas liberabit uos.
Reſponderunt ei : Semen Abrahæ ſumus, &
nemini ſeruiuimus unquam : Quomodo tu
dicis , liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus:Amen
amen dico uobis, quia omnis qui facit pecca/
tum , ſeruus eſt peccati . Seruus autem non
manet in domo in æternum, filius autem ma/
net in æternum.Si ergo uos filius liberauerit,
uere liberi eritis . Scio quia filij Abrahæ eſtis,
ſed quæritis me interficere , quia ſermo meus
non capit in uobis.Ego quod uidi apud patrẽ E
loquor , & uos quæ uidiſtis apud patrem ue/
ſtrum facitis.Reſponderunt & dixerũt ei:Pa/
ter noſter Abraham eſt.Dicit eis Ieſus:Si filij
Abrahæ

Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerũt itaq; ei: Nos è stupro non sumus nati. Vnum patrem habemus deũ. Dixit eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego em̃ ex deo processi & ueni. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ agnoscitis? quia nõ potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris uestri uultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, qa non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, atque eius rei pater. Ego autem quia ueritatem dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato? Porrò si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed cohonesto patrem meum, & uos ignominia affecistis me. Ego autem nõ quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen amẽ dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus ꝗ dęmonium habes. Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, nõ gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quem teipsum tu facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis deũ uestrum esse, & tamen non cognouistis eum, ego autẽ noui eũ. Et si dixero, quod non nouerim eum, ero similis uestri mẽdax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abrahã pater uester exultauit ut uideret diem meum, & uidit atq; gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequam Abraham nasceretur, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum, Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo.

Et præte-

Abrahæ estis: opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abrahã non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerũt itaq; ei: Nos ex fornicatione nõ sumus nati, unũ patrem habemus deũ. Dixit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego em̃ ex deo processi & ueni, neq; enim à meipso ueni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia nõ potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit, quia nõ est ueritas in eo. Cũ loquitur mẽdaciũ, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem si ueritatẽ dico, non creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico, quare uos non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit, propterea uos nõ auditis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes. Respondit Iesus: Ego dæmonium nõ habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autẽ non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Amen amen dico uobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternũ: Nũquid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt: Quẽ teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus qui glorificat me: quem uos dicitis, quia deus noster est: & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum: ero similis uobis mendax, sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum: uidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides ut iacerent in eum. Iesus autẽ abscondit se, & exiuit de templo.

Gene. 3 a / 1. Ioan. 3 b / Ioann. 10 b / 1. Ioann. 4 a / Matth. 9. 12 / Marc. 3 b / Ioann. 5 e / Gene. 17. 22 a / Hebr. 11 c

CAPVT IX

Et præte-

De cæco à natiuitate, & inter hunc ac Iudæos disceptatio.

ET præteriens Iesus uidit hominem cæcum à nauitate, & interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestētur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quãdiu fuero in mũdo, lux sum mundi Hoc cum dixisset, expuit in terram: & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci, & dixit ei: Vade laua in piscina Siloę, quod si interpreteris, sonat missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini & qui uiderant eum prius, quod mēdicus esset, dicebãt: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, hic est: alij rursus, similis est ei. Ille dicebat, ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit, & inũxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinam Siloæ, & laua. Vt autem abij ac laui, uisum recepi. Dixerũt ergo ei: Vbi est ille? Ait Nescio. Adducunt ad pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. Erat autē sabbatũ cum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eum & pharisęi, quomodo uisum recepisset. Ille autē dixit eis: Lutũ mihi imposuit super oculos, & laui & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidã: Non est hic homo à deo, quia sabbatũ nõ obseruat. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa ædere? Et dissensio erat inter eos. Dicũt cæco iterũ: tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi oculo tuos? Ille autem dixit: Propheta est. Non crediderũt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuisset, & uisum recepisset, donec uocauerunt parētes eius, qui uisum receperat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quē uos dicitis cæcum natũ esse? Quomodo ergo nunc uidet? Responderũt ei parētes eius, & dixerunt: Scimus quod hic est filius noster & quod cæcus natus est, quomodo autem nũc uideat, nescimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos nescimus. Ipse ætatē habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt parentes eius, quod timerent Iudæos. Iam enim cõspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christũ, è synagoga eijceretur. Propterea parentes eius dixerũt, ætatem habet

Esa. 8 b

Matth. 12. a
Marc. 2 c
Luc. 6 a
Ioann. 5. 7

Matth. 21 b
Ioan. 7. 10. 12

A ET præteriens Iesus, uidit hominē cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit: hic aut parētes eius ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram: & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Silohe: quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit: & uenit uidens. Itaq; uicini & qui uiderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij autem nequaquã: sed similis est eius. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi, uade ad natatoriã Silohe, & laua: & abij B & laui, & uideo. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducũt eum ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus: & aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabant eum pharisæi quomodo uidisset? Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & laui: & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo à deo qui sabbatum nõ custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterũ: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset: donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester quē uos dicitis, quia cæcus natus est: quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autem nũc C uideat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus, ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi: ut si quis eum confiteretur esse Christũ, extra synagogã fieret. Propterea parentes eius dixerũt: quia ætatem habet

habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerũt ei: Da gloriam deo. Nos scimus quod hic homo peccator est. Respondit ergo ille, & dixit: An peccator sit, nescio, unum scio, quod cęcus cum fuerim nunc uideam. Dixerunt ergo illi iterum: quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, nec audistis: cur iterũ uultis audire? Num & uos uultis discipuli eius fieri? Conuitiati sunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius esto, nos autẽ Mosi discipuli sumus. Nos scimus, quod Mosi locutus est deus, hunc aũt nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddã est, quod uos nesciatis unde sit, & tamen aperuit meos oculos. Scimus autẽ, quod peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est, & uoluntati ipsius obtemperat, hunc audit: A seculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, non potuisset facere quicquam. Respõderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quod eiecissent eũ foras, cumq́ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filiũ dei? Respondit ille & dixit: Et quis est domine, ut credã in eum? Et dixit ei Iesus, Et uidisti eũ, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine. & adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum ueni: ut qui non uident, uideant, & qui uident cęci fiant. Et audierunt quidam ex pharisæis hæc, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatũ. Nũc uero dicitis, uidemus, idcirco peccatum uestrum manet.

Amen amen dico uobis: Qui non intrat per ostium in stabulum ouiũ, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostiũ, pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit, & oues uocẽ eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, quia nouerũt uocem eius. Alienum autẽ nõ sequentur, sed effugient ab eo, quia non nouerunt uocẽ alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus, Illi autem non cognouerunt, quæ essent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico uobis, Ego sum ostium ouium. Omnes quot

habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerũt ei: Da gloriam deo: nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est nescio: unum scio, quia cæcus cum essem modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respõdit eis: Dixi uobis iã & audistis: quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus: Nos scimus quia Moysi locutus est deus, hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est: quia uos nescitis unde sit: & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hũc exaudit. A sæculo nõ est auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati: Nisi esset hic à deo, non poterat facere quicquã. Respõderunt & dixerũt ei: In peccatis natus es totus: & tu doces nos. Et eiecerunt eũ foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filiũ dei? Respondit ille & dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine. Et procidens, adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mũdum ueni: ut qui non uident uideant, & qui uidẽt cæci fiant. Et audierũt quidã ex pharisæis qui cum ipso erant, & dixerũt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, quia uidemus, & peccatum uestrum manet.

Iosue 7

CAPVT X

De pastore uero & cõducti tio, oritur cõtẽtio propter Christũ: eum Iudæi lapidibus opprimere moliuntur

Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium: huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas uadit: & oues illum sequuntur: quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo: quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico uobis: quia ego sum ostiũ ouium. Omnes quot

quot ante me uenerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit, nisi ut furetur & mactet, ac perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animam dat pro ouibus. Mercenarius autē, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, ac deserit oues, fugitq;, & lupus rapit ac dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & oues nō sunt illi curæ. Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oues meas, & cognoscor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me adducere, & uocē meam audient: & fiet unum ouile, unus pastor. Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterū sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio igitur iterum facta est inter Iudæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dęmonium habentis. Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Facta sunt autem Encænia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Solomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animam nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respondit eis Iesus: Dixi uobis, nec creditis. Opera quę ego facio nomine patris mei, hæc testimoniū reddunt de me. Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, quēadmodum dicebam uobis: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, nec peribūt in æternum, neq; rapiet eas quisquā de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarēt eum. Respōdit eis Iesus: Multa bona opera ostēdi uobis ex patre meo, propter quod eorum operum me lapidatis

Esa.40 c
Ezech.34 d
Micheæ 5 a
Marc.10 a
Matth.9.12
Marc.3 c
Sup.7.8 9
3.Reg.6 a

quot uenerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur: & mactet & perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis. Mercennarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ: uidit lupum uenientem & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Mercennarius autem fugit, quia mercennarius est: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & uocem meam audient: Et fiet unum ouile & unus pastor. Propterea me diligit pater: quia ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam: & potestatē habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis. Dæmonium habet & insanit. Quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc uerba non sunt dęmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Facta sunt autem Encænia in Hierosolymis: & hyems erat & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animam nostram tollis: si tu es Christus, dic nobis palàm? Respondit eis Iesus: Loquor uobis & non creditis: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed uos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt: & ego cognosco eas: & sequuntur me. Et ego uitam æternam do eis: & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omībus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarēt eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis

B

C

D pidatis? Responderunt ei Iudęi, dicentes: Ob bonũ opus nõ lapidamus te, sed ob blasphemiã, & quia tu homo cũ sis, facis teipsum deũ. Respondit eis Iesus: Nõne scriptum est in lege uestra, ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ, uos dicitis me blasphemare quia dixerim, filius dei sum? Si nõ facio opera patris mei, nolite credere mihi. Sin uero facio, & si mihi non credatis, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quod pater in me est, & ego in eo. Quærebãt iterũ cũ apprehẽdere, & exiuit de manu eorũ, & abijt iterũ trans Iordanẽ in eũ locũ, ubi fuerat Iohãnes baptizãs primũ mãsitq; illic. Et multi uenerũt ad eum, ac dicebãt, Iohãnes quidẽ signũ ædidit nullũ. Om̃ia autem quæcunq; dixit Iohannes de hoc uera erant, & crediderunt multi illic in eum.

A Aegrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethaniensis à castello Mariæ & Marthæ huius sororis. Maria aũt erat ea quæ unxit dominũ unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quẽ amas ægrotat. Audiẽs aũt Iesus, dixit: Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eã. Diligebat aũt Iesus Martham & sororẽ eius & Lazarũ. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidẽ tẽporis mãsit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam iterum. Dicũt ei discipuli: Rabbi, modo quęrebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respõdit Iesus: Nõne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die nõ offendit: quia lucẽ huius mundi uidet. Si quis autẽ ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nõ est in eo. Hæc ait, & post hęc dicit B eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitẽ eum. Dixerũt ergo discipuli eius: Dñe, si dormit, saluus erit. Dixerat aũt Iesus de morte eius, at illi putauerũt, quod de dormitiõe somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quod nõ fuerim ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad discipulos: Eam⁹ & nos ut moriamur cũ eo. Venit itaq; Iesus, & inuenit eũ quatuor dies iã in monumẽto habentẽ. Erat

datis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum deũ. Respondit eis Iesus, Nõnne scriptum est in lege uestra: Quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est: & non potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ: uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum. Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aũt facio: & si mihi nõ uultis credere: operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. Quærebãt ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterum trans Iordanẽ in eum locũ, ubi erat Iohãnes baptizãs primũ: & mansit illic. Et multi uenerunt ad eũ, & dicebãt: quia Iohannes quidẽ signũ fecit nullũ. Oĩa aũt quæcũq; dixit Iohãnes de hoc, uera erãt: & multi crediderũt i eũ.

Psal. 81 a
Matth. 26 g
Mar. 14 g
Luc. 22 e
Ioan. 9.15
Matth. 12 a
Marc. 3 a

ERat autem quidam languens CAP. XI Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthę sororũ eius. Maria autem erat quę unxit dominum unguento: & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eũ, dicentes: Dñe, ecce quẽ amas infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc nõ est ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eũ. Diligebat aũt Iesus Marthã & sororẽ eius Mariã & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hæc, dicit discipulis suis: Eamus in Iudæã iterũ. Dicũt ei discipuli, Rabbi, nũc quærebãt te Iudæi lapidare, & iterũ uadis illuc? Respõdit Iesus: Nõne duodecim sunt horæ diei. Si quis ambulauerit in die nõ offendit quia lucẽ huius mundi uidet. Si autẽ ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nõ est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed uado, ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit: saluus erit. Dixerat aũt Iesus de morte eius: illi aũt putauerũt, qa de dormitiõe somni diceret: Tũc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazar⁹ mortuus est: & gaudeo ꝓpter uos, ut credatis: quoniã non erã ibi: sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui dicit̃ Didymus ad cõdiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaq; Iesus: & inuenit eũ quatuor dies iã in monumẽto habẽtẽ

Lazarus moritur, & resuscitatur à Christo, propterea Iudæi cõsultant de eo interimẽdo

Erat autẽ Bethania iuxta Hierosolymã ferè stadijs quindecim. Multiq; ex Iudæis uenerãt ad Marthã ac Mariam ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quod Iesus uenisset, occurrit illi: Maria uero domi desidebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio, quod quæcunq; poposceris à deo, daturus tibi sit deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: scio quod resurget in resurrectiõe in nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nõ morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi: Etiam domine. Ego credo, quod tu sis Christus ille filius dei, qui in mundũ uenturus erat. Et cũ hæc dixisset, abijt & uocauit Mariã sororẽ suã clanculũ dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondũ autẽ uenerat Iesus in castellũ, sed erat in eo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & cõsolabantur eã, cũ uidissent Mariã, quod cito surrexisset, & exisset, secuti sunt eam, dicẽtes, Vadit ad monumentũ, ut ploret ibi. Maria ergo cũ uenisset eo, ubi erat Iesus, uidẽs eũ accidit ad pedes eius, & dicit ei: Dñe, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantẽ, & Iudæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Dñe ueni, & uide. Lachrymatus est Iesus. Dixerũt ergo Iudęi: Ecce quõ amabat eũ. Quidã aũt ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cęci, facere, ut & hic nõ moreretur? Iesus ergo rursum fremẽs in semetipso, uenit ad monumentũ. Erat aũt spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Dñe iam olet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nõne dixi tibi, quod si credideris, uisura esses gloriã dei? Sustulerũt ergo lapidẽ à loco, ubi is qui mortuus fuerat, erat positus. Iesus aũt attollens sursum oculos, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me. Ego autẽ sciebã quod semper me audis, sed propter turbã quæ circũstat dixi, ut credãt, quod tu me miseris. Atq; hæc cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habẽs reuinctos fascijs sepul

Supra 3 a

Luc. 19 d

Supra 9 a

Erat autẽ Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs quindecim. Multi aũt ex Iudæis uenerant ad Marthã & Mariã, ut consolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit, quia Iesus uenit, occurrit illi: Maria aũt domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio: quia quęcũq; poposceris à deo: dabit tibi deus. Dixit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dixit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me etiã si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit & credit in me: nõ morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; dñe: Ego credidi quia tu es Christus filius dei uiui: qui in hunc mundum uenisti. Et cũ hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororẽ suam, silentio dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito & uenit ad eũ. Nõdum enim uenerat Iesus in castellũ, sed erat adhuc i illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cum ea in domo, & cõsolabantur eam: cum uidissent Mariam quia cito surrexit & exijt: secuti sunt eam dicẽtes, Quia uadit ad monumentũ ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidẽs eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Dñe si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantẽ, & Iudæos qui uenerãt cũ ea plorãtes: infremuit spiritu & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicũt ei: Dñe ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerũt ergo Iudæi: Ecce quõ amabat eũ. Quidam aũt ex ipsis dixerũt: Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem speluca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dixit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fetet: quatriduanus est enim. Dixit ei Iesus: Nonne dixi tibi: quoniam si credideris, uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniã audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi, ut credant, quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus & pedes institis

C

D

E

sepulchralibus, & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerãt ad Mariã, & uiderant quæ fecisset Iesus, crediderũt in eum. Quidam aũt ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecisset Iesus. Cõgregauerunt ergo pontifices & pharisæi conciliũ ac dicebãt: Quid facimus, quia hic homo multa signa ædit? Si permiserimus eũ sic, omnes credent ei. Venientq́ Rhomani, & tollẽt tum locum nostrum, tum gẽtem. Vnus autem ex ipsis Caiaphas nomine, cum esset põtifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquã, nec perpenditis, quod expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat

F Hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, uaticinatus est, quod Iesus moriturus esset pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erãt dispersi, cõgregaret in unum. Ab illo ergo die consultabant inuicẽ, ut interficerent eũ. Iesus ergo iam non propalàm ambulabat inter Iudæos, sed abijt in regionẽ iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephraim, & ibi uersabatur cum discipulis suis. Instabat autem pascha Iudæorũ, & ascenderunt multi Hierosolymã è regione ante pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Iesum: & colloquebãtur inter se, in templo stantes. Quid uidetur uobis, quod nõ uenerit ad diem festum? Dederant aũt pontifices & pharisæi præceptũ: ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum.

A IEsus ergo ante sex dies paschę uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit à mortuis. Fecerunt aũt ei cœnã, ibi & Martha ministrabat. Lazarus uero unus erat de numero discumbentiũ cũ eo. Maria ergo accepit librã unguenti nardi pisticæ preciosæ, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, domus autẽ impleta est ex odore unguẽti. Dicit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditurus: Quare hoc unguentũ nõ uenijt trecẽtis denarijs, & datũ est egenis? Dixit aũt hoc, nõ quod pauperes illi curæ essent, sed quia fur erat, ac marsupiũ habebat, eaq́ quæ mittebãtur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illã, in diẽ sepulturæ meę seruauit istud. Pauperes enim semper

B habetis uobiscũ, me uero nõ semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quod illic

tis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariã & Marthã & uiderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eũ. Quidam autẽ ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Collegerunt ergo pontifices & Pharisęi conciliũ & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eũ sic, omnes credẽt in eum: & uenient Romani & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam nec cogitatis: quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit: quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam nõ in palam ambulabat apud Iudæos: sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha ut sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis quia non uenit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pharisæi mãdatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehẽdant eũ. c. XII

Matth. 26 a
Marc. 14 a
Luc. 22 a

IEsus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus: quẽ suscitauit Iesus. Fecerunt aũt ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus uero erat unus ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici preciosi: & unxit pedes Iesu: & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Scariothis, qui erat eũ traditurus. Quare hoc unguentũ non uenijt trecẽtis denarijs, & datum est egenis? Dixit autẽ hoc non quia de egenis pertinebat ad eũ: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud: Pauperes enim semper habetis uobiscũ: me autẽ non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia

Iesum ungit Maria, Iudæi conãtur interimere Lazarũ. Græci desiderãt uidere Christum, & uox de cœlo auditur
Matth. 26 a
Marc. 14 a
Luc. 22 a

illic esset, & uenerunt non propter Iesum tan-tum, sed ut Lazarum quoque uiderent, quē suscitauerat à mortuis. Consultabant autē principes sacerdotū, ut & Lazarū interficerent, quia multi propter illū abibāt ex Iudæis, & credebāt in Iesum. Postero die turba multa quę uenerat ad diem festū, cum audissent quod ueniret Iesus Hierosolymā, acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiā ei, & clamabant: Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel. Nactus autem Iesus asellā, sedit super eam, sicut scriptū est. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinæ. Hæc autē nō cognouerūt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Iesus, tūc recordati sunt, quod hæc essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei. Testificabatur igitur turba, quæ erat cū eo, quādo Lazarū uocauit de monumento, & suscitauit eū à mortuis. propterea & obuiā uenit ei turba, quod audierāt eum ædidisse hoc signū. Pharisæi ergo dixerunt inter se: Videtis quod nihil proficitis? Ecce mūdus post eū abijt. Erant autē quidam Græci ex his qui ascēderant, ut adorarēt in festo. Hi ergo accesserunt ad Philippū qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Dñe, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora ut glorificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti deiectum in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet. Si uero mortuū fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animā suam in hoc mundo, in uitam æternam custodiet eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si mihi quis ministrauerit, cohonestabit eū pater. Nūc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, seruato me ex hora hac. Sed propterea ueni in horā hāc. Pater illustra nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo, dicens: Et illustraui, & rursus illustrabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruū esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. Respōdit Iesus, & dixit: Non propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nunc iudiciū est mūdi huius. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Hoc

Matth.21 a
Mar.11 a
Luc.19 e

Matth.10 e
Marc.8 e
Luc.9.17

Matth.26 d
Mar.14 d
Luc.22 c

illic est, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum uiderēt, quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, ut & Lazarū interficerēt, quia multi propter illū abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinum autē turba multa quæ uenerat ad diem festum, cū audissent quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiā ei, & clamabant: Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptū est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi sedens super pullū asinæ. Hæc nō cognouerūt discipuli eius primū, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cū eo quando Lazarum uocauit de monumēto, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiā uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. pharisęi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis, quia nihil proficimus, ecce mūdus totus post eum abijt. Erāt autem quidā gentiles ex his qui ascenderāt, ut adorarēt in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerūt Iesu. Iesus autē respōdit eis, dicēs: Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis: nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solū manet. Si autem mortuū fuerit, multū fructum affert. Qui amat animā suam, perdet eam: & qui odit animam suā in hoc mūdo, in uitā ęternā custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata est, & quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuū. Venit ergo uox de cœlo dicēs: Et clarificaui, & iterū clarificabo. Turba autē quæ stabat & audierat, dicebat tonitruū esse factum. Alij autē dicebāt: Angelus ei locutus est. Respōdit Iesus, & dixit: Nō propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nūc iudiciū est mūdi, nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Hoc

C D E

Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quod Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo ei Iesus: Adhuc ad breue tempus lumen uobiscũ est. Ambulate donec lucẽ habetis, ne uos tenebræ occupẽt. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ, ut filij lucis sitis. Hęc locutus est Iesus, ac digressus abscõdit se ab eis. Cũ autẽ tã multa signa fecisset corã eis, non credebant in eũ, ut sermo Hesaiæ prophetæ impleretur quẽ dixit: Dñe quis credidit sermõi nostro: & brachiũ domini cui reuelatũ est? Propterea non poterant credere, quia iterũ dixit Hesaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, ne uideãt oculis, & ne intelligãt corde, & cõuertãtur & sanẽ eos. Hæc dixit Hesaias, quando uidit gloriã eius & locutus est de eo. Verũtamẽ etiã ex principibus multi crediderũt in eũ, sed propter pharisæos nõ confitebãtur, ne è synagoga eijcerentur. Dilexerũt enim gloriã hominum magis q̃ gloriam dei. Iesus autẽ clamauit, & dixit: Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me. Ego lux in mundũ ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et si quis audierit uerba mea, & nõ crediderit, ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicẽ mundum, sed ut seruẽ mundum. Qui reijcit me nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipsum. Sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eũ in extremo die: quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et scio quod mandatum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Ante festum autem paschæ sciẽs Iesus, quod uenisset hora ipsius, ut trãsiret ex hoc mundo ad patrẽ, cum dilexisset suos qui erãt in mũdo, usq; ad finẽ dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iã immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotę ut proderet eũ, sciẽs Iesus q̃d omnia dedisset sibi pater in manus, & q̃ à deo exisset, & ad deũ iret, surgit à cœna, & ponit uestimenta: & cum accepisset linteum, pręcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum: & extergere linteo

Hoc autem dicebat significãs qua morte esset moriturus. Respõdit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quo modo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in uobis est: Ambulate dum lucẽ habetis, ut nõ uos tenebræ cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucẽ: ut filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt & abscõdit se ab eis. Cũ aũt tanta signa fecisset corã eis, non credebant in eũ: ut sermo Esaiæ impleretur quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ & indurauit cor eorũ, ut nõ uideant oculis, & non intelligant corde: & conuertantur & sanem eos. Hæc dixit Esaias quãdo uidit gloriam eius, & locutus est de eo. Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebãtur, ut de synagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Iesus autem clamauit & dixit. Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui uidet me, uidet eum qui misit me. Ego lux in mundum ueni: ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me & non accipit uerba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Et scio quia mandatum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. CAP. XIII

Esa.53 a
Esa.6 b

Ante diem festũ paschæ sciẽs Iesus quia uenit hora eius, ut trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ: cũ dilexisset suos qui erãt in mundo, in finẽ dilexit eos. Et cœna facta, cũ diabolus iã misisset in cor ut traderet eũ Iudas Simonis Scariothis, sciẽs q̃a oĩa dedit ei pater in man⁹ & q̃a à deo exiuit, & ad deũ uadit: surgit à cœna et ponit uestimẽta sua. Et cũ accepisset linteũ, p̃cinxit se. Deinde misit aquã in peluim, et cœpit lauare pedes discipulorũ: & extergere linteo

Abluit discipulis pedes, indicat Iudæ perfidiã, et cæterorũ apostolorũ inconstãtiam, exhortatq; eos ad mutuũ amorẽ
Matth.24 b
Mar.14 b
Luc.22 a

linteo,quo erat præcinctus. Venit ergo ad Si/
monem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine,
tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus,& dixit
ei:Quod ego facio,tu nescis nunc,scies autem
postea.Dicit ei Petrus:Non lauabis meos pe/
des in æternũ.Respōdit ei Iesus : Si non laue/
ro te,nō habes partẽ mecũ. Dicit ei Simō Pe/
trus:Dñe,nō tantũ pedes meos,sed & manus
& caput.Dicit ei Iesus:Qui lotus est non opus
habet,nisi ut pedes lauet,sed est mũdus totus
Et uos mũdi estis,sed nō oẽs. Sciebat eñ quis
nã esset qui proderet ipsum , propterea dixit,
nō estis mũdi oẽs.Postquam ergo lauisset pe
des eorũ,receptisq́ uestibus suis accubuisset,
iterũ dixit eis:Scitis quid fecerim uobis? Vos
uocatis me magistrũ ac dñm , & bene dicitis:
sum etenĩ.Si ergo ego laui pedes uestros dñs
& magister, uos quoque debetis inuicem a/
lij aliorum lauare pedes. Exẽplum enim præ/
bui uobis,ut quemadmodum ego feci uobis,
ita & uos faciatis.Amen amen dico uobis, nō
est seruus maior domino suo, neque legatus
maior est eo qui legauit ipsum. Si hæc noui/
stis,beati estis si feceritis ea. Non de omnibus
uobis loquor. ego scio quos elegerim. Sed ut
adimpleatur scriptura : Qui edit mecũ panẽ,
sustulit aduersum me calcaneũ suum.Nũc di/
co uobis priusq́ fiat,ut cũ factum fuerit,cre/
datis,quod ego sim. Amen amen dico uobis,
qui recipit quencunq; misero,me recipit. Qui
autem me recipit,recipit eum qui memisit.Cũ
hæc dixisset Iesus,turbatus est spiritu,& testi/
ficatꝰ est,dixitq́:Amẽ amẽ dico uobis,quod
unus ex uobis proditurus est me.Aspiciebant
ergo se inuicẽ discipuli, hæsitãtes de quo dice/
ret.Erat aũt unus ex discipulis Iesu recũbẽs in
sinu ipsius:nimirũ is quẽ diligebat Iesus Innuit
ergo huic Simō Petrꝰ,ut sciscitaret̃, quis esset
de q̃ loqueret̃. Itaq; cũ recubuisset ille sup pe
ctus Iesu,dicit ei:Dñe,quis est? Respōdet Ie/
sus : Ille est,cui ego intinctũ panẽ porrexero.
Et cũ intinxisset panẽ,dedit Iudæ Simōis Isca
riotæ.Et post offulã ingressus est in eum sata/
nas.Dicit igitur ei Iesus:Quod facis, fac citiꝰ.
Hoc aũt nemo intelligebat discumbentiũ ad
quid dixisset ei . Quidã eñ putabãt quia locu
los habebat Iudas,qđ dixisset ei Iesus,eme ea
quæ opꝰ sunt nobis ad diẽ festũ,aut egenis ut
aliquid daret.Cum ergo accepisset ille offulã,
exiuit continuo .Erat autem nox. Cum ergo
exisset

Marc.10 c
Marc.6 d
Luc.15 d

Psal.40 b

Matth.10 e
Marc.9 d
Luc.10 b

linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad
Simonẽ Petrum,& dixit ei Petrus: Domine,
tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit
ei:Quod ego facio,tu nescis modo, scies autẽ
postea.Dicit ei Petrus:Non lauabis mihi pe/
des in æternũ.Respondit ei Iesus:Si non laue/
ro te: non habebis partẽ mecum . Dicit ei Si/
mō Petrus: Domine, non tantũ pedes meos:
sed & manus & caput.Dicit ei Iesus:Qui lotus
est,non indiget nisi ut pedes lauet:sed est mũ/
dus totus.Et uos mundi estis,sed non omnes.
Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum:
propterea dixit:non estis mundi omnes.Post
quã ergo lauit pedes eorum, accepit uestimẽ/
ta sua:& cum recubuisset,iterũ dixit eis: Scitis
quid fecerim uobis, Vos uocatis me magister
& dñe, & bene dicitis: Sũ etenim.Si ergo ego
laui pedes uestros dñs & magister : & uos de/
betis alter alterius lauare pedes. Exẽplum eñ
dedi uobis, ut queadmodum ego feci uobis,
ita & uos faciatis.Amen amẽ dico uobis: non
est seruus maior domino suo, neq; apostolus
maior est eo qui misit illum.Si hæc scitis,beati
eritis si feceritis ea.Non de omnibus uobis di/
co: Ego scio quos elegerim : sed ut adimplea/
tur scriptura: Qui manducat mecum panẽ:le/
uabit contra me calcaneũ suum. Amodo dico
uobis priusq́ fiat, ut cum factũ fuerit , creda/
tis quia ego sum. Amen amen dico uobis: qui
accipit si quem misero, me accipit : qui autem
me accipit,accipit eum qui me misit.Et cũ hæc
dixisset Iesus,turbatꝰ est spiritu & testatus est,
& dixit:Amen amẽ dico uobis : quia unus ex
uobis tradet me.Aspiciebant ergo adinuicem
discipuli hæsitantes de quo diceret.Erat aũt re
cũbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu:quẽ
diligebat Iesus.Innuit ergo huic Simō Petrus
& dixit ei:Quis est de quo dicit?Itaq; cũ recu
buisset ille supra pectus Iesu dicit ei:Domine,
quis est?Respondit Iesus: ille est cui ego intin
ctum panem porrexero.Et cum intinxisset pa
nem:dedit Iudæ Simonis Scariothis.Et post
buccellam introiuit in eum sathanas . Et dicit
ei Iesus,Quod facis,fac citius. Hoc autem ne/
mo sciuit discumbentium , ad quid dixerit ei.
Quidam enim putabant (quia loculos habe/
bat Iudas) quod dixisset ei Iesus:Eme ea quæ
opus sunt nobis ad diem festum:aut egenis ut
aliquid daret.Cũ ergo accepisset ille buccellã,
exiuit continuo : erat autem nox. Cum ergo
exisset

B

C

D exiſſet, dixit Ieſus: Nunc glorificatus eſt filius
hominis, & deus glorificatus eſt per eum. Si
deus glorificatus eſt per eũ, & deus glorifica/
bit eũ per ſe, & cõtinuo glorificabit eum. Filio
li, adhuc pauliſper uobiſcum ſum. Quæretis
me, & ſicut dixi Iudæis: Quo ego uado, uos
nõ poteſtis uenire: ita & uobis dico nunc. Præ
ceptum nouum do uobis, ut diligatis uos mu
tuo, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis mutuo.
In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei
ſitis, ſi charitatem habueritis inter uos mutuã.
Dicit ei Simõ Petrus: Domine quo uadis? Re
ſpondit ei Ieſus: Quo ego uado, nõ potes me
nunc ſequi, ſequeris autem poſtea. Dicit ei Pe
trus: Domine, quare nõ poſſum te ſequi nũc?
Animam meam pro te ponam. Reſpondit ei
Ieſus. Animam tuam pro me pones? Amen
amen dico tibi, Non canet gallus, donec ter
me negaueris.

A ET ait diſcipulis ſuis: Ne turbetur cor ue/
ſtrum. Creditis in deum, & in me credite.
In domo patris mei mãſiões multæ ſunt. Qđ
ſi ſecus eſſet, dixiſſem uobis, uado paraturus
uobis locũ. Et ſi abiero ad parandũ uobis lo/
cum, iterũ ueniã & aſſumã uos ad meipſum,
ut ubi ſum ego, & uos ſitis. & quo ego uado,
ſcitis, & uiã ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine,
neſcimus quo uadis, & quomodo poſſumus
uiam ſcire? Dicit ei Ieſus, Ego ſum uia, & ueri/
tas & uita. Nemo uenit ad patrẽ, niſi per me.
Si cognouiſſetis me, & patrem meum utiq; co
gnouiſſetis. Et nunc cognoſcitis eum, & uidi/
ſtis eum. Dicit ei Philippus. Dñe, oſtende no/
bis patrẽ, & ſufficit nobis. dicit ei Ieſus: Tanto
tẽpore uobiſcũ ſum, & nõ cognouiſti me? Phi
lippe, qui uidit me, uidit patrẽ. Et quomodo tu
B dicis, oſtende nobis patrẽ? Non credis quod
ego in patre ſum, & pater in me? Verba quæ
ego loquor uobis, à meipſo non loquor. Pa-
ter aũt in me manens, ipſe facit opera. Credite
mihi, q; ego in patre ſum, & pater in me. Alio/
qui propter ipſa facta credite mihi. Amen a/
men dico uobis, qui credit in me, opera quæ e/
go facio, & ipſe faciet: & maiora his faciet,
quia ego ad patrem uado. Et quicquid petie/
ritis nomine meo hoc faciam, ut glorificetur
pater per filium. Si quid petieritis per nomen
meum, ego faciam. Si diligitis me, præcepta
mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ, & alium cõ
ſolatorem dabit uobis, ut maneat uobiſcum
in æternum

exiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius
hominis, & deus clarificatus eſt in eo. Si deus
clarificatus eſt in eo: & deus clarificabit eum in
ſemetipſo: & continuo clarificabit eum. Filio/
li, adhuc modicum uobiſcum ſum. Quæretis
me, & ſicut dixi Iudæis: Quo ego uado, uos
non poteſtis uenire. Et uobis dico modo,
Mandatum nouum do uobis: ut diligatis inui
cem: ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inui/
cem. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli
mei eſtis: ſi dilectionem habueritis adinuicem — *1. Iohan. 2. 3*
Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo uadis?
Reſpondit Ieſus: Quo ego uado, non potes
me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Dicit
ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modo?
Animam meam pro te ponam. Reſpondit
ei Ieſus: Animam tuam pro me pones. Amen
amen dico tibi: non cantabit gallus donec ter
me neges.

CAP. XIIII

ET ait diſcipulis ſuis: Nõ turbetur cor ue/
ſtrum. Creditis in deũ, & in me credite.
in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si
quo minus, dixiſſem uobis, quia uado parare
uobis locũ. Et ſi abiero & præparauero uobis
locũ, iterũ uenio & accipiã uos ad meipſum,
ut ubi ſum ego, & uos ſitis. Et quo ego uado
ſcitis, & uiã ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine,
neſcimus quo uadis: & quomodo poſſumus
uiã ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia ueritas &
uita. Nemo uenit ad patrẽ niſi per me. Si co/
gnouiſſetis me, & patrem meum utiq; cogno
uiſſetis. Et amodo cognoſcetis eum, & uidiſtis
eũ. Dicit ei Philippus. Domine, oſtẽde nobis
patrẽ & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tẽ/
pore uobiſcũ ſum, & nõ cognouiſtis me: Phi/
lippe, qui uidet me, uidet & patrem: quomo/
do tu dicis: oſtende nobis patrem? Non cre/
dis quia ego in patre, & pater in me eſt? Ver/
ba quæ ego loquor uobis, à meipſo non lo/
quor. Pater aũt in me manens, ipſe facit ope/
ra. Non creditis, quia ego in patre, & pater in
me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite.
Amen amen dico uobis: qui credit in me, ope/
ra quæ ego facio, & ipſe faciet: & maiora horũ
faciet, quia ego ad patrẽ uado. Et quodcunq;
petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam, ut
glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me
in nomine meo, hoc faciã. Si diligitis me, mã/
data mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ: & aliũ
paracletum dabit uobis: ut maneat uobiſcum
in æternum

Thomas Philippus et Thadæus nõ intelligunt Christi uerba, & promittitur eis paracletus

Matth. 21 e
Matt. 11 e

in æternum, ſpiritum ueritatis quem mundus non poteſt accipere : quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoſcitis eum : quia apud uos manet, & in uobis erit: Nõ relinquã uos orphanos: ueniã ad uos. Adhuc puſillum & mundus me iam non uidet: uos autem uidetis me. Quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis, quod ego ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet præcepta mea & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligã eum, & aperiam ei meipſum. Dicit ei Iudas non ille Iſcariotes : Domine: quid factum eſt, quod manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mũdo? Reſpõdit Ieſus & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum ueniemus, & mãſionẽ apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat, & ſermo quem auditis, nõ eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Hæc locutus ſum uobis apud uos manẽs. Paracletus autem ille qui eſt ſpiritus ſanctus, quẽ *ſpiritum* mittet pater nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixi uobis. Pacem relinquo uobis, pacẽ meam do uobis. Nõ quomodo mundus dat, ego do uobis, Ne turbetur cor ueſtrum, neq; formidet. Audiſtis qđ ego dixi uobis, uado, & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quod dixerim uado ad patrẽ, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis prius q̃ fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Poſthac non multa loquar uobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquã. Sed ut cognoſcat mundus, quod diligo patrem, & ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.

Matth.28 c

Iohan.13.16

De uite, palmitibus & agricola, dein exhortatio ad mutuam dilectionem

EGo ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnẽ palmitẽ in me non ferentẽ fructũ tollit, & omnem qui fert fructum purgat ut fructum copioſiorem afferat. Iam uos mundi eſtis propter ſermonẽ, quem locutus ſum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in uite, ſic nec uos, niſi in me mãſeritis. Ego ſum uitis, uos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructũ multũ: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ mãſerit, eiectus eſt foras ſicut palmes, & exaruit: & colligunt eos, & in ignem conijciunt & ardent

in æternum, ſpiritum ueritatis: quem mundus non poteſt accipere : quia non uidet eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum: quia apud uos manebit : & in uobis erit. Nec relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum, & mũdus iam me nõ uidet. Vos autẽ uidebitis me : quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur à patre meo: & ego diligã eum: & manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas : nõ ille Scariothis: Dñe quid factũ eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum: & nõ mundo? Reſpõdit Ieſus & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit, & pater meus diliget eũ: & ad eum ueniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Qui nõ diligit me : ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hæc locutus ſum uobis, apud uos manẽs. Paracletus autem ſpiritusſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia: & ſuggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis. Pacem relinquo uobis: pacem meam do uobis: Nõ quomodo mundus dat, ego do uobis. Nõ turbetur cor ueſtrum neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeritis me, gauderetis utique: quia uado ad patrem, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis prius quàm fiat: ut cum factũ fuerit credatis. Iam nõ multa loquar uobiſcũ. Venit enim princeps mundi huius : & in me non habet quicquam: Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Surgite eamus hinc.

C

D

CAP. XV

A

EGo ſum uitis uera: & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferẽtem fructum tollet eum: & omnem qui fert fructum purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quẽ locutus ſum uobis: Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in uite: ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis: uos palmites. Qui manet in me: & ego in eo: hic fert fructũ multũ: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si qs in me nõ mãſerit mittetur foras ſicut palmes, & areſcet: & colligent eũ, & in ignẽ mittent, & ardet

ardent. Si mãſeritis in me, & uerba mea in uo/
B bis manſerint, quicquid uolueritis, petetis, &
fiet uobis. In hoc glorificatus eſt pater meus,
ut fructum copioſum afferatis, & efficiamini
mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, ita & ego
dilexi uos. Manete in dilectiõe mea. Si præce/
pta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione
mea, ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui,
& maneo in eius dilectiõe. Hæc locutus ſum
uobis, ut gaudium meum in uobis maneat, &
gaudiũ ueſtrũ impleatur. Hoc eſt pręceptum
meum, ut diligatis uos inuicẽ ſicut dilexi uos.
Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, ut quis
animã ſuam ponat pro amicis ſuis. Vos amici
mei eſtis, ſi feceritis quæcunq; ego præcipio
uobis. Non poſthac uos dico ſeruos, quia ſer/
C uus neſcit quid faciat dominus eius. Vos au/
tem dixi amicos: quia omnia quæ audiui à pa
tre meo, nota feci uobis. Non uos me elegiſtis
ſed ego elegi uos & cõſtitui uos, ut eatis & fru
ctũ afferatis, & fructus ueſter maneat: ut quic
quid petieritis patrẽ nomine meo, det uobis.
Hæc præcipio uobis, ut diligatis uos mutuo.
Si mundus uos odit, ſcitis quod me prius ꝙ
uos odio habuerit. Si de mundo fuiſſetis, mũ/
dus quod ſuũ eſt, diligeret. Quia uero de mun
do nõ eſtis, ſed ego ſelegi uos de mundo, pro
pterea odit uos mũdus. Mementote ſermõis,
quem ego dixi uobis: Nõ eſt ſeruus maior do
mino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & uos perſe/
D quentur. Si ſermonem meũ ſeruauerunt, & ue
ſtrum ſeruabunt. Sed hæc omnia facient uo/
bis propter nomen meum, quia nõ nouerunt
eum qui miſit me. Si non ueniſſem & locutus
fuiſſem eis, peccatum nõ haberent. Nunc aũt
nõ habent quod prætexant peccato ſuo. Qui
me odit, is & patrẽ meum odit. Si opera nõ fe
ciſſem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatũ
nõ haberent. Nunc aũt & uiderunt & oderũt,
non ſolum me, uerumetiã patrẽ meũ. Sed *hoc*
accidit ut cõpleatur ſermo, qui in lege eorum
ſcriptus eſt: Odio habuerunt me gratis. Cum
aũt uenerit paracletus, quẽ ego mittam uobis
à patre, ſpiritus ueritatis, qui à patre procedit,
ille teſtimoniũ perhibebit de me. Quin & uos
teſtes eſtis, quia ab initio mecum eſtis.

A HÆc locutus ſum uobis, ut ne quid offen
damini. Alienos à ſynagogis faciẽt uos.
Sed ueniet tempus, ut quiſquis interficiet uos,
uideatur cultum præſtare deo. Et hæc facient
uobis

ardet. Si manſeritis in me, & uerba mea in uo/
bis manſerint: quodcunq; uolueritis petetis, &
fiet uobis. In hoc clarificatus eſt pater meus:
ut fructũ plurimũ afferatis: & efficiamini mei
diſcipuli. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi
uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta
mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea:
ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui: & ma
neo in eius dilectiõe. Hæc locutus ſum uobis:
ut gaudiũ meum in uobis ſit: & gaudiũ ueſtrũ
impleatur. Hoc eſt præceptũ meum, ut diliga
tis inuicem ſicut dilexi uos. Maiorem hac dile/
ctionem nemo habet: quam ut animam ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei e/
ſtis, ſi feceritis quæ ego pręcipio uobis. Iã non
dico uos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat
dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia
omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota fe
ci uobis. Non uos me elegiſtis: ſed ego elegi
uos: & poſui uos ut eatis & fructum afferatis:
& fructus ueſter maneat: ut quodcunq; petie
ritis patrẽ in nomine meo, det uobis. Hæc mã/
do uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos
odit: ſcitote quia me priorem uobis odio ha/
buit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuũ
erat diligeret. Quia uero de mundo non eſtis:
ſed ego elegi uos de mundo: propterea odit
uos mundus. Mementote ſermonis mei, quem
ego dixi uobis: Nõ eſt ſeruus maior domino
ſuo. Si me perſecuti ſunt: & uos perſequentur.
Si ſermonẽ meum ſeruauerũt: & ueſtrum ſer
uabũt. Sed hæc omnia facient uobis propter
nomẽ meum: quia neſciunt eum qui miſit me.
Si non ueniſſem, & locutus fuiſſem eis, pecca/
tum nõ haberent. Nunc autem excuſationem
nõ habent de peccato ſuo. Qui me odit & pa
trẽ meũ odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ
nemo alius fecit, peccatum nõ haberent. Nũc
aũt & uiderunt, & oderunt & me & patrẽ me/
um. Sed ut adimpleatur ſermo qui in lege eo/
rum ſcriptus eſt: Quia odio habuerũt me gra
tis. Cum autem uenerit paracletus, quem ego
mittam uobis à patre, ſpiritum ueritatis: qui à
patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de
me: & uos teſtimonium perhibebitis: quia ab
initio mecum eſtis.

CAP. XVI

HÆc locutus ſum uobis: ut non ſcandali/
zemini. Abſq; ſynagogis faciẽt uos. Sed
uenit hora ut omnis qui interficit uos, arbitre/
tur obſequium ſe præſtare deo. Et hęc facient
uobis

Matth. 21 c
Marc. 11 c
Iohan. 14. 16
Matth. 12 e
Marc. 10 e
Luc. 6 d
Chriſtus quæ ſuis ſectatoribus ſint euentura, & munus paracleti: tum patrẽ ſuo nomine orandũ, docet

uobis,quia non nouerunt patrē neq; me. Sed hæc locutus sum uobis, ut cū uenerit tēpus illud,reminiscamini eorum, quod ego dixerim uobis. Hæc aūt uobis ab initio non dixi, quia uobiscum erā. Nunc aūt uado ad eū,qui misit me,& nemo ex uobis interrogat me quò uadā. Sed quia hæc locutus sum uobis,mœstitudo impleuit cor uestrū. Sed ego ueritatē dico uobis,expedit uobis, ut ego uadā. Si enim nō abiero,cōsolator ille nō ueniet ad uos. Sin aūt abiero,mittā eū ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundū de peccato, & de iustitia,& de iudicio. De peccato quidē,quia nō credūt in me: de iustitia uero, qa ad patrē uado, & posthac non uidetis me. De iudicio aūt,quia princeps huius mūdi iā iudicatus est. Ad hæc multa habeo quæ uobis dicā, sed non potestis portare nunc. Cum aūt uenerit ille qui est spiritus ueritatis,ducet uos in omnem ueritatē. Non enim loquetur à semetipso,sed quæcūq; audierit,loquetur,& quæ futura sunt, annūciabit uobis. Ille me glorificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit uobis. Omnia quæcunq; habet pater,mea sunt.propterea dixi,quod de meo accipiet & annunciabit uobis. Pusillū,& nō uidetis me, & iterum pusillū, & uidebitis me, quia ego uado ad patrem. Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius inter se: Quid est hoc,quod dicit nobis:pusillū & non uidetis me,& rursus pusillum,& uidebitis me,& quia ego uado ad patrē? Dicebant ergo: Quid est hoc,quod dicit pusillū? Nescimus quid loquatur. Cognouit autem Iesus,quod uellent ipsum interrogare,& dixit eis: De hoc quæritis inter uos,quod dixi,pusillū & nō uidetis me, & iterū pusillū & uidebitis me. Amē amē dico uobis,plorabitis & lamentabimini uos, mundus contra gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini, sed mœror uester uertetur in gaudiū. Mulier cum parit dolorē habet,quia uenit hora eius. Cū autem pepererit puerum, iam non meminit anxietatis: propterea quod gaudeat hominem esse natum in mundo. Et uos igitur nunc quidem mœrorem habetis, sed iterū uidebo uos & gaudebit cor uestrum,& gaudiū uestrū nemo tollit à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquā. Amen amen dico uobis,quæcunq; petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Hactenus non petistis quicquam in nomine meo. Petite,& accipietis:ut gaudium uestrum

Supra 14. 15

Matth. 11 c

Luc. 10 c

Iohan. 20 c

Isa. 26 b

uobis,quia non nouerunt patrē neq; me. Sed hæc locutus sum uobis ut cū uenerit hora eorum,reminiscamini,quia ego dixi uobis. Hæc autem uobis ab initio nō dixi: quia uobiscum eram. Et nunc uado ad eum qui misit me: & nemo ex uobis interrogat me,quo uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis: tristicia implebit cor uestrum: Sed ego ueritatē dico uobis: expedit uobis ut ego uadam. Si enim nō abiero: paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero mittam eum ad uos: & cum uenerit ille,arguet mundum de peccato, & de iusticia,& de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia uero: quia ad patrē uado: & iam nō uidebitis me. De iudicio autem: quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunq; audiet loquetur: & quæ uētura sunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet,& annūciabit uobis. Oīa quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet: & annūciabit uobis. Modicū & iam nō uidebitis me: & iterum modicū & uidebitis me: quia uado ad patrē: Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicē, Quid est hoc quod dicit nobis: modicū & nō uidebitis me, & iterū modicū & uidebitis me: quia uado ad patrē. Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit aūt Iesus: quia uolebant eum interrogare,& dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi: Modicū & non uidebitis me,& iterū modicū & uidebitis me. Amen amē dico uobis: quia plorabitis & flebitis uos: mundus aūt gaudebit. Vos autē contristabimini: sed tristicia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristiciam habet: quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit pressuræ,propter gaudium: quia natus est homo in mūdum. Et uos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem uidebo uos: & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrū nemo tollet à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico uobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo non petistis quicquā in nomine meo: petite & accipietis: ut gaudiū uestrum

B

C

D

uestrum sit perfectum. Hæc per prouerbia locutus sum uobis. Veniet tempus, cum iam nõ per prouerbia loquar uobis, sed palã de patre meo annunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis: Et nõ dico uobis, quod ego rogaturus sim patrẽ pro uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis q à deo exiuerim. Exiui à patre, & ueni in mundũ: iterum relinquo mundũ, & uado ad patrẽ. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nũc aperte loqueris, nec prouerbiũ ullum dicis. Nunc scimus, q scis omnia, nec opus est tibi ut quis te interroget. Per hoc credimus, quod à deo existi. Respõdit eis Iesus. Nũc creditis. Ecce instat tẽpus & iã uenit, ut dispergamini unusquisq; in sua, meq; solũ relinquatis. & tamen nõ sum solus, quia pater mecũ est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacẽ habeatis. In mundo afflictionẽ habetis, sed bono animo sitis, ego uici mundum.

A HÆc locutus est Iesus, & sublatis oculis in cœlũ, dixit: Pater uenit hora, glorifica filiũ tuũ, ut & filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, ut q̃tquot dedisti ei, det eis uitã æternã. Hæc est aũt uita æterna, ut cognoscãt te solũ deũ uerũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Ego te glorificaui super terrã, opus cõsummaui, quod dedisti mihi ut facerẽ. Et nũc glorifica me tu pater apud temetipsum gloria, quã habui, priusq; hic mundus esset apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus, q̃s dedisti mihi de mũdo. Tui erãt, & mihi eos dedisti: et sermonẽ tuũ seruauerũt. Nũc cognouerunt, q omia quæcũq; dedisti mihi, B abs te sunt. Quia uerba quę dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperũt. & cognouerunt uere, q à te exiui: & crediderũt, quod tu me misisti. Ego pro eis rogo. Nõ pro mũdo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis Et iã nõ sum in mũdo, & hi in mũdo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte, serua eos per nomẽ tuũ, quos dedisti mihi: ut sint unũ, sicut & nos. Cum essem cum eis in mundo, ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt nisi filius ille C perditus, ut scriptura compleretur. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis. Ego tradidi eis sermonẽ tuũ: & mundus eos odio habuit: quia non sunt de mũdo, sicut & ego.

uestrum sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora cum iã non in prouerbijs loquar uobis: sed palam de patre meo annunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nõ dico uobis: quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: quia uos me amastis: & credidistis, quia à deo exiui. Exiui à patre & ueni in mundũ: iterũ relinquo mundũ & uado ad patrẽ. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris: & prouerbium nullũ dicis. Nũc scimus, quia scis omnia: & nõ opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis. Ecce uenit hora: & iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in propria: & me solũ relinquatis: & non sum solus, quia pater mecũ est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacẽ habeatis. In mundo pressurã habebitis: sed cõfidite, ego uici mundum. CAP. XVII

Matth. 26 c
Matt. 14 d

HÆc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, uenit hora: clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis: ut omne quod dedisti ei, det eis uitã æternã. Hæc est aũt uita æterna: ut cognoscant te solum deum uerũ: & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terrã, opus cõsummaui quod dedisti mihi, ut faciã. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui prius q mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuũ hominibus quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt, & mihi eos dedisti: & sermonem meum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperũt & cognouerunt uere, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti, Ego pro eis rogo. Nõ pro mundo rogo, sed pro his q̃s dedisti mihi: qa tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iã non sum in mũdo: & hi in mundo sunt: & ego ad te uenio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo q̃s dedisti mihi: ut sint unũ sicut & nos. Cũ essem cũ eis, ego seruabã eos in nomie tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: & nemo ex eis perijt nisi filius perditionis: ut scriptura impleat. Nũc autem ad te uenio: & hæc loquor in mũdo: ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuum: & mundus eos odio habuit: quia nõ sunt de mundo, sicut & ego

Ardens Christi oratio pro suis electis, ad patrem

Esa. 8 d

Matth.6 b

& ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos è mundo, sed ut serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mũdo. Sãctifica eos per ueritatem tuam. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundũ, ita & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati per ueritatem. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me, ut omnes unum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quod tu me miseris, & ego gloriã quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint cõsummati in unũ, & ut cognoscat mundus, quod tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego & illi sint mecũ, ut uideant gloriam meam, quã dedisti mihi,

Matth.11 c

quia dilexisti me ante conditum mũdum. Pater iuste: & mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerũt, quod tu me miseris. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit: & ego in ipsis.

Proditur Christus, capturi eũ sternuntur, amputatur Malchi auricula, Iesus ducitur ad Annam, Caiphã & Pilatũ

Matth.26 d
Marc.14 d
Luc.22 c

HÆc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Nouerat autem & Iudas, qui prodebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus ac pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ uẽtura erãt super se, processit ac dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ergo ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis, quod ego sum: Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt compleretur sermo quem dixerat: Ex ijs quos dedisti mihi, non perdidi quẽquam. Simon ergo Petrus cum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculã eius dextrã. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: Immitte gladium tuum in uaginã. An non

& ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mũdo, sed ut serues eos à malo. De mũdo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint: sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in eis sit, & ego in ipsis.

D

CAPVT XVIII

A

HÆc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas qui tradebat eũ, locũ: quia freqũeter Iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortẽ: & à põtificibus & pharisæis ministros: uenit illuc cũ laternis & facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ uentura erãt super eũ: processit, & dixit eis: Quem quæritis? Respõderunt ei: Iesum Nazarenum. Dixit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerũt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis, qa ego sum: Si ergo me quęritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexterã. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuũ in uaginã, calicem

non bibam poculum quod dedit mihi pater? Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eũ, & abduxerũt eum ad Annã primum: erat enim socer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat aũt Caiaphas is qui cõsiliũ dederat Iudæis, quod expediret unum hominẽ mori pro populo. Sequebatur aũt Iesum Simõ Petrus, & alius discipulus. Discipulus aũt ille erat notus põtifici, & introiuit cũ Iesu in atriũ pontificis. Petrus autẽ stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille alter, qui erat notus põtifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrũ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nõ sum. Stabant autem serui & ministri, qui prunas cõgesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat aũt cum eis & Petrus stans & calefaciẽs se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina ipsius. Respõdit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi cõueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciũt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Siccine respondes pontifici? Respõdit ei Iesus: Si male locutus sum, testificare de malo: sin bene, cur me cædis? Et misit eũ Annas uinctum ad Caiaphã pontificem. Stabat autem Simon Petrus & calefaciebat se. Dixerũt ergo ei: Num tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius absciderat Petrus auriculam: Nónne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit. Ducunt ergo Iesum à Caiapha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic nocens: haudquaquam tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestrã iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo

calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illũ? Cohors aũt & tribunus & ministri Iudęorum cõprehẽderunt Iesum & ligauerũt eum: & adduxerunt eum ad Annã primum. Erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis: quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autẽ Iesum Simon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus põtifici: & introiuit cum Iesu in atrium põtificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum, Stabant aũt serui & ministri ad prunas: quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. Põtifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palã locutus sum mũdo: ego semper docui in synagoga & in templo: quo omnes Iudæi cõueniunt: & in occulto locutus sum nihil: Quid me intetrogas? Interroga eos qui audierũt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. Hæc autem cũ dixisset, unus assistens ministrorũ, dedit alapã Iesu, dicens. Sic respõdes põtifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum testimoniũ perhibe de malo. Si autẽ bene, quid me cædis. Et misit eum Annas ligatũ ad Caiphã pontificẽ Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciẽs se. Dixerunt ergo ei: Nũquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. Dicit unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã, Nõne ego te uidi in horto cum illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum ad Caiphã in pretorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium: ut nõ cõtaminarentur: sed ut manducarnnt pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quã accusationẽ affertis aduersus hominem hũc? Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos: & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quẽquam. Vt sermo Iesu impleretur: quem dixit, significãs qua morte esset moriturus. Introiuit ergo

Sup. 7 b

Matth. 27 a
Mar. 15 a
Luc. 23 a

ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerũt tibi de me? Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gẽs tua & põtifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respõdit Iesus: Regnum meũ non est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei utiq; decertarent, ne traderer Iudæis. Nunc aũt regnũ meum nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quod rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium feram ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset, iterum prodijt ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullã inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ne ergo dimittam uobis illũ regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

Cõdemnatus crucifigitur, Iohannẽ Mariæ et uicissim Mariã Iohanni cõmendat, inde mortuus sepelitur Matth. 27 d Mar. 15 d Luc. 23 b

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronã de spinis imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circundederunt eum, ac dicebant: Aue rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eũ foras, ut cognoscatis, quod nullã in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus foras gestans spineã coronam, & purpureum palliũ. & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ uos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam. Respõderunt ei Iudæi: Nos legem habemus: & secundũ legẽ nostrã debet mori: quia filiũ dei se fecit. Cũ ergo audisset Pilatus hũc sermonem, magis timuit; Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset è supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris

ergo iterum in prætorium Pilatus: & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei utiq; decertarent ut non traderer Iudæis: nunc aũt regnum meũ nõ est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu. Respõdit Iesus Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: & ad hoc ueni in mundũ: ut testimoniũ perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit uocẽ meam. Dixit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem cõsuetudo, ut unum dimittam uobis in pascha: uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorũ? Clamauerunt rursum omnes, dicentes: Non hunc: sed Barrabã. Erat autem Barrabas latro. CAP. XIX

TVnc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectẽtes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & ueste purpurea circundederunt eum. Et ueniebant ad eum, & dicebãt: Aue rex Iudæorum. Et dabãt ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eum uobis foras: ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum uestimẽtum. Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: Nos legẽ habemus: & secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hũc sermonem, magis timuit: & ingressus est prætorium iterum, & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum nõ dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Et exinde quærebat Pilatꝰ dimittere eũ. Iudæi aũt clamabãt dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris

C saris. Quicunque se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hunc sermonem, produxit foras Iesum, seditque pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ, hora fermè sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi aūt clamabant: Tolle, tolle crucifige eū. Dicit eis Pilatus, Regē uestrū crucifigā? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum, & abduxerunt, atque is baiulans crucem suam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraice aūt Golgotha, ubi cruci D fixerunt eum, & cū eo alios duos hinc & hinc, mediū aūt Iesum. Scripsit aūt & titulū Pilatus, & posuit super crucē. Erat aūt scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorū. Hūc ergo titulū multi Iudæorum legerūt, quia prope ciuitatē erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptū Hebraice, & Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum, sed quod ille dixerit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta eius & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, à summo contexta per totū. Dixerunt ergo inter se: Ne scin E damus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem ac discipulum astantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Postea sciens Iesus, quod omnia iam consummata esset, ut consummaretur scriptura, dicit, Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi uero impleuerunt spongiam aceto & hysopo, & impositam admouerunt o- F ri eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. & inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, ut non remanerent corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) roga

saris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem Gabatha. (Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta) & dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Tūc ergo tradidit eis illum: ut crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum: Hebraice autem Golgotha, Vbi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat aūt scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hūc ergo titulū multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato pōtifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius: & fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi: & in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius: & soror matris eius, Maria Cleophæ & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dixit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciēs Iesus quia omnia consummata sunt: ut consummaretur scriptura, dixit: Sitio. Vas autem erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiā plenam aceto hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Cōsummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritū. Iudæi ergo quoniā parasceue erat, ut non remanerēt in cruce corpora sabbato. (erat enim magnus dies ille sabbati)

Heb. 13 b

Psal. 21 c

Psalm. 68 e

rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius fodit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimoniũ perhibuit, & uerum est testimonium eius. Et ille scit quod uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt em̃ hæc, ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et rursus alia scriptura dicit: Videbunt in quem pupugerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis: qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum: ut tolleret corpus Iesu, idq́ permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes ad libras fermè centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in eo loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumẽtum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.

Zach. 12 c

Christus quomodo resurrexerit & quib. apparuerit
Matth. 28 a
Marc. 16 a
Luc. 24 a

VNo uero die sabbatorum Maria Magdalene uenit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, uidetq́ lapidẽ sublatũ à monumento. Currit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterũ illum discipulũ, quẽ amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt dominum è monumẽto, & nescimus ubi posuerint eũ. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus & uenerũt ad monumentũ. Currebant aũt duo simul: & ille alius discipul⁹ præcucurrit citius Petro, uenitq́ prior ad monumẽtum. Et cũ se inclinasset, uidit posita linteamina, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eũ & introiuit in monumentũ: & uidit linteamina posita, & sudarium qđ fuerat super caput eius non cũ linteaminibus positũ, sed separatim inuolutũ in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui uenerat prior ad monumentum, uiditq́ & credidit, nondum enim nouerãt scripturam, quod oportuisset eum à mortuis resurgere. abierũt ergo rursus discipuli ad semetipsos. Maria autẽ stabat ad monumentũ foris plorãs. Dũ ergo fleret, inclinauit se in

Psal. 15

rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum G uenissent ut uiderunt eum iam mortuum: nõ fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit: & uerum est testimonium eius. Et ille scit quia uera dicit: ut & uos credatis. Facta sunt enim hęc ut scriptura impleret̃. Os non cõminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatũ Ioseph ab Arimathia: eo quod esset discipulus Iesu: occultus autem propter metum Iudæorũ: ut tolleret corpus Iesu: Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autẽ & Nicodemus qui uenerat ad Iesum nocte primũ ferẽs mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu: & ligauerũt eũ linteis cum aromatibus: sicut mos est Iudæis sepelire. Erat aũt in loco ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquã positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX

VNa autem sabbati Maria Magdalene A uenit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & uidit lapidem sublatum à monmẽto. Cucurrit ergo & uenit ad Simonẽ Petrum, & ad alium discipulũ quem amabat Iesus: & dixit illis: Tulerũt dominũ de monumẽto: & nescimus ubi posuerunt eũ. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & uenerũt ad monumentũ. Currebant aũt duo simul: & ille alius discipulus pręcucurrit citius Petro: & uenit primus ad monumentũ. Et cũ se inclinasset, uidit posita linteamina, nõ tamẽ introiuit. Venit ergo Simõ Petrus sequens eũ: & introiuit in monumentũ: & uidit linteamina posita & sudariũ quod fuerat super caput eius nõ cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumẽtum: & uidit & credidit. Nondũ enim sciebant scripturam quia oportuit eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo discipuli iterum ad semet ipsos. Maria autem stabat ad monumentum B foris, plorãs. Dum ergo fleret, inclinauit se & prospexit

se in monumĕtum,& uidet duos angelos amictos albis,sedentes unū ad caput, & alterū ad pedes illic,ubi posuerant corpus Iesu. Dicunt ei illi:Mulier quid ploras?Dicit eis:Sustulerūt dn̄m meū,nec scio ubi posuerūt eum. Hæc cū dixisset conuersa est retrorsum,& uidet Iesum stantē, nec sciebat quod Iesus esset. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quem quæris?Illa existimans ꝙ hortulanus esset, dicit ei: Dn̄e si tu asportasti eū,dicito mihi,ubi posueris eū, & ego eum tollā.Dicit ei Iesus:Maria.Cōuersa illa,dicit ei:Rabboni,quod dicitur magister Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondū enim C ascendi ad patrē meum. Sed uade ad fratres meos,& dic eis: Ascendo ad patrē meū & patrem uestrū,& deum meum, & deū uestrum. Venit Maria Magdalene,annūcians discipulis,quod uidisset dn̄m,& ea dixisset sibi. Cū ergo uespera esset die illo qui erat unus sabbatorum,& fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorū,uenit Iesus,stetitꝗ; in medio,& dicit eis:Pax uobis.Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suū. Gauisi sunt ergo discipuli,uiso dn̄o. Dixit ergo eis iterum:Pax uobis. Sicut misit me pater,ita & ego mitto uos.Hæc cū dixisset,flauit in eos,& dicit eis:Accipite spiritum sanctum. Quorūcūꝗ; remiseritis peccata,remittunť eis: & q̄rūcunꝗ; retinueritis,retēta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus,non erat cum eis quando uenit Iesus. Di D xerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominū Ille aūt dixit eis: Nisi uidero in manibus eius uestigiū clauorum, & mittā digitum meum in uestigium clauorū, & mittā manum meā in latus eius,nō credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis, Venit Iesus ianuis clausis,& stetit in medio,& dixit:Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas,& admoue manum tuam, & immitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed credens. Respōdit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & deus meus.Dicit ei Iesus:Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorū, quæ non sunt scripta in libro hoc.Hęc aūt scripta sunt,ut credatis, quod Iesus est Christus ille filius dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen eius.

Postea

prospexit in monumentū. Et uidit duos angelos in albis sedētes:unum ad caput: & unū ad pedes ubi positū erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras?Dicit eis: Quia tulerūt dominū meum: & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset,cōuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantē, & non sciebat quia Iesus est. Dixit ei Iesus: Mulier quid ploras: Quē quæris?Illa existimans quia hortulanus esset,dixit ei: Domine, si tu sustulisti eū, dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollā. Dixit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dixit ei: Rabboni,quod dicitur magister. Dixit ei Iesus:Noli me tāgere:nōdum enim ascendi ad patrē meū. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrē meum & patrem uestrū, deum meum & deum uestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: quia uidi dominum:& hæc dixit mihi. Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum & fores essent clausæ,ubi erāt discipuli cōgregati propter metū Iudæorum, uenit Iesus & stetit in medio: & dixit eis: Pax uobis:Et cum hęc dixit, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. Sicut misit me pater,& ego mitto uos.Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritū sanctū: Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis: & quorum retinueritis,retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis,quādo uenit Iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittā manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus,& Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis:& stetit in medio & dixit eis:Pax uobis,Deinde dixit Thomæ: Infer digitum tuum huc,& uide manus meas & affer manum tuam & mitte in latus meum:& noli esse incredulus,sed fidelis. Respondit Thomas & dixit: Dominus meus & deus meus. Dixit ei Iesus.Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderunt.Multa quidē & alia signa fecit Iesus in cōspectu discipulorū suorū,quæ nō sunt scripta i libro hoc:hæc aūt scripta sunt ut credatis:qa Iesus est Christus fili9 dei:& ut credētes uitā habeatis in nomine eius. c.xxi

Isa.61 d
Marc.16 b
Luc.4 a
Infra 21 d

Petro & alijs cũ eo piscantibus apparens cõmittit ei curam ouium

POstea manifestauit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus: & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, aliiq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscatum. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Exierunt & ascenderũt in nauim statim, & illa nocte nihil ceperunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quod Iesus esset. Dicit eis Iesus: Pueri, num quid opsonij habetis? Responderunt ei: Non. At ille dicit eis: Mittite in dexterã nauigij partem rete, & inuenietis. Miserunt ergo & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quẽ diligebat Iesus Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quod dominus esset, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigiolo uenerũt: nõ enim longe aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terrã, uiderũt prunas positas, & piscem superpositum, & panẽ. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prẽdidistis nũc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit ei Iesus: Venite prãdete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eũ, *dicens*: tu quis es? cum scirẽt quod dñs esset. Venit itaq; Iesus, & accipit panẽ, & dat eis, & piscem similiter. Hac iã tertia uice manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Cũ ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis, diligis me plus quàm hi? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quod amẽ te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei rursus iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu scis quod amem te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon Iohannis, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me, dixitq; ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quo uolebas: cum aũt senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non uis. Hoc aũt dixit, significans quà morte glorificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit

Luc. 5 a

Actor. 12 a

A POstea manifestauit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicit᷑ Didymus & Nathanael qui erat à Chana Galilęæ: & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicũt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ iam facto, stetit Iesus in littore: nõ tamẽ cognouerũt discipuli quia Iesus est: Dixit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica B succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt.

Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram: uiderunt prunas positas: & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete, Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es: scientes quia dominus est. Et uenit Iesus & accepit panem & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cũ C surrexisset à mortuis. Cum ergo prandissent, dixit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Iohannis diligis me? At ille: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Iohannis amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio, amas me: & dicit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amẽ amen dico tibi cũ esses iunior cingebas te & ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit significãs, qua morte clarificaturus esset deum, Et cum hoc dixisset, dicit

dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, uidet D illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequẽtẽ: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est ille qui tradit te? hunc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres quod discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Iesus, non moritur: sed, si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quod uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mũdus caperet eos qui scriberentur libros.

dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequẽtem: qui & recubuit in cœna super pectus eius & dixit: Domine quis est qui tradet te? Supra 13 a Hunc ergo cum uidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum uolo manere donec ueniam: quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: non moritur, sed sic eum uolo manere donec ueniam: quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula: nec ipsum arbitror mũdum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

EVANGELII SECVNDVM IOHANNEM FINIS.

PRAEFATIO BEATI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM ACTVVM APOSTOLORVM.

CANIT Psalmista: Ambulabunt de uirtutibus in uirtutes. Post apostoli Pauli epistolas dudum uno uobis uolumine translatas Domnion & Rogatiane charissimi, actus apostolorum compellitis ut transferam in Latinum, quem librum nulli dubium est à Luca Antiocheno, arte medico, qui postea inseruiens Paulo apostolo Christi factus est discipulus, fuisse æditum. Ceruices premit imposita sæpius oneris magnitudo, quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea quæ scribimus. Illorum nunquàm odio & detractione, iuuante Christo, meum silebit eloquium. Actus apostolorum nudam quidem uidentur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere, sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euãgelio, animaduertimus pariter omnia uerba illius animæ languentis esse medicinam.

LIBER ACTORVM
APOSTOLICORVM

ERASMI VERSIO

Christus ascēdit ad cœlos, apostoli redeunt Hierosolymā, ubi perseuerant in orationibus & Mathiā in Iudæ locum substituunt

Iohan. 15. 20

SVPERIORE quidem uolumine diximus Theophile, de omnibus quę cœpit Iesus tū facere, tū docere, ad eum usq; diē: quo postquā impartitus in hoc ipsum spiritū sanctum, mādata dedisset, q̄s delegerat Apostolis, sursum assumptus est, quibus etiā seipsum exhibuerat uiuētē, posteaq; supplicio fuisset affectus, idq; cōpluribus argumētis dū per dies quadraginta cōspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno dei: & cōgregans illos in idē loci, præcepit eis ne discederēt Hierosolymis, sed ut expectarēt promissum patris, de q̄ (inqt) audistis ex me: q̄m Ioānes baptizauit quidē aqua, uos aūt baptizabimini spiritu sācto post dies hosce nō multos. Illi igitur ubi cōuenissent, percōtabantur illū dicētes: Dñe, nū in tēpore hoc restituis regnū Israeli? Dixit aūt ad illos: Nō est uestrū nosse tēpora & articulos tēporū, quos pater in sua ipsius cōstituit potestate: sed accipietis uirtutē, posteaq; spiritus sanctus aduenerit super uos: & eritis mihi testes nō solū Hierosolymis uerū etiā in uniuersa Iudęa Samariaq;, deniq; usq; ad extrema terræ. Atq; hęc locutus, uidētibus ijsdē, in altū sublatus est: & nubes subduxit illū ab oculis eorū. Cūq; essent defixis in cœlū oculis, eūte illo, ecce uiri duo astiterūt illis amicti uestibus albis. qui & dixerūt. Viri Galilæi, quid statis intuētes in cœlū? hic Iesus q assumptus est à uobis in cœlū, sic ueniet, queādmodū uidistis eū euntē in cœlū. Tūc reuersi sunt Hierosolymā à mōte, qui uocatur olíueti, q abest ab Hierosolymis iter sabbati. & cū introissent, ascēderunt in cœnaculū ubi māsitabant & Petrus & Iacobus, & Iohānes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi frater: Hi omnes perseuerabant unanimiter in deprecatione & obsecratione cū mulieribus & Maria matre Iesu, cūq; fratribus illius. Et in diebus his exurgens Petrus in medio discipulorum, dixit (eratq; turba hominum simul ferè centum uiginti) Viri fratres oportuit impleri scripturam hanc, quam

Luc. 24 d

Matth. 3 b

Matth. 28 b
Marc. 15 a
Luc. 24 d

VVLGATA EDITIO

A

PRIMVM quidem sermonē feci de omnibus ò Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere usque in diem qua pręcipiēs Apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus & præbuit seipsum uiuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno dei. Et conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meum: quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum, dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos: & eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimum terræ, Et cum hæc dixisset, uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cūq; intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte qui uocatur olíueti, qui est iuxta Hierusalem sabbati habens iter. Et cum introissent in cœnaculum ascenderunt ubi manebat Petrus & Iohannes & Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes: & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratiōe cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. In diebus illis exurgēs Petrus in medio fratrum, dixit: (Erat autem turba hominum simul ferè centum uiginti) Viri fratres oportet impleri scripturam quam

B

C

quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux ijs qui cōprehenderunt Iesum: quia cooptatus erat in numerum nostrū, & sortitus erat partem ministerij huius. Et is quidē parauit agrū ex mercede iniquitatis, suspēsusq́ crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. Et innotuit omnibus habitātibus Hierosolymæ, ita ut appellaretur ager ille lingua illis uernacula Aceldama, hoc est Ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorū. Fiat cōmoratio eius deserta, & nō sit qui inhabitet in ea. Et episcopatū eius accipiat alter. Oportet igitur ut ex his uiris, qui nobiscū uersati sunt toto tēpore, quo dn̄s Iesus perpetuam uitæ consuetudinē egit nobiscum, exorsus à baptismo Iohānis ad eū usq́ diem, quo receptus est à nobis: unus quispiam constituatur, qui sit unà nobiscum testis resurrectionis eius. Et statuerunt duos, Ioseph qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiā. Et facta precatiōe dixerunt. Tu domine qui corda nosti omniū, ostende utrum elegeris ex his duobus, ut accipiat sortē ministerij huius & apostolatus: unde præuaricatus excidit Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederūt sortes eorū, & cecidit sors super Mathiā, & cooptatus est ad numerū undecim apostolorū.

ET cum compleretur dies pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem loco Et factus est repente de cœlo sonitus tanquā impetu uenientis flatus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ, sederūtq́ super singulos eorum, ac repleti sunt omnes spiritu sancto: cœperuntq́ loqui alijs linguis, prout spiritus ille dabat eloqui illis. Erāt autem Hierosolymis habitantes Iudæi, uiri religiosi ex omni natione earū, quæ sub cœlo sunt. Is rumor cum increbruisset, conuenit multitudo & confusa est, quod audiret unusquisq́ lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicentes inter se: Nónne ecce omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? Et quomodo nos audimus eos sua quisque lingua in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Iudææq́, & Cappadociæ, Ponti, & Asiæ, Phrygiæ, & Pamphyliæ, Aegypti, & partium Libyæ eius quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæique & Pro

quam prædixit spiritussanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorū qui cōprehenderūt Iesum: qui cōnumeratus erat in nobis: & sortitus est sortē ministerij huius. Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis: & suspēsus crepuit medius: & diffusa sunt omnia uiscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta: & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his uiris qui nobiscum sunt cōgregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Iohānis usq́ in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerūt duos: Ioseph qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Mathiam. Et orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quē elegeris ex his duobus unū accipere locū ministerij huius & apostolatus: de quo præuaricatus est Iudas: ut abiret in locum suū. Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiā: & annumeratus est cum undecim apostolis.

Psalm. 68 d. Psal. 108 a

CAP. II

ET cum complerentur dies pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de cœlo sonus tanquā aduenientis spiritus uehementis: & repleuit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis: seditq́ supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & cœperunt loqui uarijs linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi uiri religiosi, ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta autem hac uoce conuenit multitudo, & mente confusa est: quoniam audiebat unusquisq́ lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & mirabantur, dicentes: Nōne ecce omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus: Parthi & Medi & Elamitæ & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyæ, quę est circa Cyrenem: & aduenæ Romani: Iudæi quoque &

Die quinquagesima replētur apostoli sancto spiritu. Petri concio plurimos ad fidē cōuertit: deq́ resurrectiōe Christi & fructu eius

Luc. 24 d Marc. 16 e

& Proselyti Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica dei. Stupebant aũt omnes, ac mirabãtur, inter se dicẽtes: Quid nã uult hoc esse? Alij aũt irridẽtes, dicebant: Musto expleti sunt isti. Stãs aũt Petrus cum undecim, extulit uocẽ suã, ac locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierosolymis uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Non enim sicut uos existimatis, hi ebrij sunt, cũ sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel: Et erit in nouissimis diebus, dicit deus, effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Et prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiões uidebũt, & seniores uestri somnia somniabunt. Et quidẽ super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt, & dabo prodigia in cœlo superne, & signa in terra inferne, sanguinẽ & ignẽ & uaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequã ueniat dies ille domini magnus atq; illustris. Et futurũ est: ut omnis quicunq; inuocauerit nomẽ domini seruetur. Viri Israelitæ, audite uerba hæc: Iesum Nazarenũ, uirum exhibitũ à deo erga uos uirtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit per illum deus in medio uestri, sicut & ipsi scitis, hunc definito consilio & præscientia dei traditum, cum accepissetis per manus iniquorum, crucifixum interemistis, quẽ deus suscitauit solutis doloribus mortis, quatinus impossibile erat teneri illum ab ea. Dauid enim dicit de eo: Prouidebam dominum coram me semper, quoniã à dextris est mihi, ne cõmouear. Propter hoc lætatũ est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã nõ derelinques animã meam in inferno, nec sines ut sanctus tuus uideat corruptionẽ. Notas mihi fecisti uias uitę: replebis me iucũditate cũ facie tua. Viri fratres: quandoquidẽ licet libere dicere apud uos de patriarcha Dauid, quod & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrũ eius est apud nos usq; in hodiernũ diẽ. Propheta igitur cum esset, & sciret quod iureiurãdo iurasset sibi deus, futurum, ut de fructu lumbi ipsius, quantum ad carnẽ, Christus exoriretur ac sederet super sedẽ eius, præscius locutus est de resurrectiõe Christi, quod nõ derelicta sit in inferno anima eius, neq; caro eius uiderit corruptionem.

Ioel. 2 g
Rom. 10 b
Psal. 15 b
3. Reg. 2 b
Psal. 15

Hunc

& Proselyti, Cretes & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autẽ omnes, & mirabantur adinuicẽ dicentes: Quid nã uult hoc esse? Alij autẽ irridẽtes, dicebãt: Quia musto pleni sunt isti. Stans aũt Petrus cum undecim eleuauit uocem suã, & locutus est eis, Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalẽ uniuersi, hoc uobis notum sit: & auribus percipite uerba mea: Nõ enim sicut uos æstimatis hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnẽ carnem. Et prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebunt: & seniores uestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo & prophetabunt: & dabo prodigia in cœlo sursum: & signa in terra deorsum: sanguinem & ignem & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras: & luna in sanguinem antequam ueniat dies domini magnus & manifestus. Et erit omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Viri Israelitæ audite uerba hæc: Iesum Nazarenum uirum approbatum à deo in uobis uirtutibus & prodigijs & signis quæ fecit deus per illum in medio uestri, sicut scitis: hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi fecisti uias uitæ: replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad uos de patriarcha Dauid: quoniam defunctus est & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset: & sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi: quia neque derelictus est in inferno: neque caro eius uidit corruptionem.

C
D
E

Hunc

Hunc Iesum suscitauit deus, cuius omnes nos sumus testes. Dextera igitur dei exaltatus, & promissiõe spiritus sancti accepta à patre, effudit hoc quod nũc uos uidetis & auditis. Nõ enim Dauid ascendit in cœlos, sed dicit ipse: Dixit dominus domino meo, sede à dextris mihi, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Certo sciat ergo tota domus Israel, quod dominũ & Christum fecerit deus, hunc Iesum quem uos crucifixistis. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerũt ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus ait ad illos: Delictorũ pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim facta est repromissio & filijs uestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit dominus deus noster. Alijsq; uerbis plurimis testificatus est, & exhortatus est eos, dicens: Seruemini à generatione ista praua. Qui ergo libenter acceperunt sermonem eius, baptizati sunt: & accesserunt in die illo animæ circiter ter mille. Erant autẽ perseuerantes in doctrina apostolorum, & cõmunicatione, & fractione panis, & precationibus. Obortus est autẽ omni animæ timor, multaq; prodigia & signa per apostolos ædebantur. Omnes autẽ qui credebant erant cõiuncti, & habebant omnia cõmunia. Possessionesq; & substantias uendebãt, ac diuidebant illa omnibus prout cuiq; opus erat. Et quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangẽtes per singulas domos panem, inuicẽ sumebãt cibum, cum exultatione & simplicitate cordis laudantes deum, & habentes gratiam apud totũ populum. Dominus autem addebat qui salui fierent quotidie congregationi.

SImul autem Petrus & Ioãnes ascendebãt in templum, ad horam precatiõis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur, quem ponebãt quotidie ad portam templi, quę dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum uidisset Petrum ac Ioannem ingressuros in templũ, rogabat ut eleemosynã acciperet. Defixis autem in eum oculis Petrus cum Ioanne dixit: Aspice in nos. At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. Petrus autẽ dixit: Argentũ & aurum non est mihi

Hunc Iesum resuscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus & promissione spiritussancti accepta à patre, effudit hunc quem uos uidetis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlos. Dicit autẽ ipse: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia dñm eum & Christũ fecit deus hunc Iesum quẽ uos crucifixistis. His autem auditis cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrũ & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus autem ad illos: Pœnitentiam inquit agite: & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorũ uestrorũ, & accipietis donum spiritussancti. Vobis enim est repromissio & filijs uestris & omnibus qui lõge sunt, quoscũq; aduocauerit dñs deus noster. Alijs etiam uerbis plurimis testificatus est: & exhortabatur eos, dicẽs: Saluamini à generatiõe ista praua. Qui ergo receperunt sermonẽ eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia. Erãt autẽ perseuerãtes in doctrina apostolorũ, & cõmunicatiõe fractione panis & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoq; prodigia & signa per apostolos in Hierusalẽ fiebant: & metus erat magnus in uniuersis. Omes etiã qui credebãt erãt pariter & habebãt omia cõmunia: Possessiões & substãtias uendebant, & diuidebãt illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurantes unanimiter in tẽplo, & frãgentes circa domos panem, sumebãt cibum cũ exultatione & simplicitate cordis collaudãtes deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fiebant quotidie in idipsum.

CAPVT III

PEtrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suæ baiulabatur, quẽ ponebant quotidie ad portam templi, quę dicitur speciosa, ut peteret elemosynam ab introeũtibus in templum. Is cum uidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat ut elemosynam acciperet. Intuens autẽ in eũ Petrus cum Ioãne dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi

Psalm. 109 a

Zacha. 12 e

Petrus claudo restituit gressum, cuius facinoris gloriã deo adscribit & hortatur spectatores ad pœnitẽtiam

est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextra, erexit eum. Protinus autẽ consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. Et exiliẽs stetit & ambulabat, intrauitq; cum illis in tẽplum inambulãs & saliens ac laudans deũ. Et uidit eũ totus populus ambulantẽ ac laudantẽ deum. Agnoueruntq; illũ, quod ipse esset is qui ad eleemosynã sederat ad speciosam portã templi. Et impleti sunt admiratione & stupore super eo quod cõtigerat illi. Cũ teneret autẽ qui sanatus fuerat claudus, Petrũ & Ioannẽ, cucurrit totus populus ad eos in porticu quę appellatur Solomonis, stupefactus. Quo uiso Petrus respõdit ad populũ: Viri Israelitæ, quid miramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus ut hic ambularet? Deus Abrahã, & Isaac, & Iacob, deus patrũ nostrorum glorificauit filium suũ Iesum, quem uos tradidistis ac negastis in cõspectu Pilati, cũ ille iudicasset esse absoluendũ. Vos autem sanctum & iustũ negastis, & postulastis, ut uirum homicidã donaret uobis, autorem uero uitæ interfecistis. quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus: & per fiduciã nominis eius hunc quem uidetis, ac nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est dedit ei integritatẽ istam in conspectu omnium uestrum. Et nunc fratres scio, quod per ignorantiã fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum suorum, Christum passurum, impleuit sic. Pœniteat uos igitur erroris & conuertimini ut deleantur peccata uestra, ut cum uenerint tempora refrigerationis à conspectu domini, & miserit eum qui ante prędicatus est uobis Iesum Christũ, quem oportet quidem cœlum accipere usq; in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est deus per os omnium sanctorum suorum à seculo prophetarum. Moses quidem ad patres dixit. Prophetam suscitabit uobis dominus deus uester de fratribus uestris, mei similem. Audietis eum iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis. Futurum est autem, ut omnis anima quæ non audierit prophetam illũ, exterminetur è populo. Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot locuti sunt etiam annunciauerunt dies istos. Vos estis

3.Reg.6 a

Matth.27 c

Deut.18 c

est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens stetit & ambulabat, & intrauit cum illis in templum, ambulans & exiliens & laudans deum. Et uidit omnis populus eum ambulantem & laudantem deum. Cognoscebant autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cum uiderent autem Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini in hoc: aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraam & deus Isaac & deus Iacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis uirum homicidam donari uobis, auctorem uero uitæ interfecistis. Quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius hũc quem uos uidistis & nostis cofirmauit nomen eius, & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium uestrum: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri. Deus autem qui prænunciauit per os omnium suorum prophetarum pati Christum suum sic impleuit. Pœnitemini enim & conuertimini ut deleantur peccata uestra, ut cum uenerint tempora refrigerii à conspectu domini, & miserit eum qui prædicatus est uobis, Iesum Christum: quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium quæ locutus est deus per os sanctorũ suorum à seculo prophetarum. Moyses quidem dixit: Quoniam prophetam suscitabit uobis dominus deus uester de fratribus uestris, tanquam meipsum audietis iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis, Erit autem, omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophetæ à Samuel & deinceps qui locuti sunt annunciauerunt dies istos. Vos estis

B

C

D

estis filij prophetarum ac testamenti, quod testatus est deus erga patres nostros dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedictionē cōsequentur omnes familiæ terræ. Vobis primū deus, cum suscitasset filium suum Iesum, misit eum benedicētem uobis, ita ut unusquisque uestrum conuerteret se ab iniquitatibus suis.

A Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt illis sacerdotes, ac magistratus tēpli, & Sadducæi moleste ferentes, quod docerent populū, & annūciarent in nomine Iesu resurrectionē ex mortuis, & iniecerunt eis manus, posuerūtque eos in custodiā in posterū diem. Nam erat iam uespera. Multi uero eorum qui audierant sermonē crediderūt, & factus est numerus uirorum circiter quinque milia. Factum est autē postero die ut congregarētur principes eorū, & seniores, & scribæ Hierosolymis, & Annas princeps sacerdotum, & Caiaphas, & Ioannes, & Alexāder & quotquot erāt de genere pōtificio. Et cū statuissent eos in medio, interrogabant: Qua uirtute, aut quo nomine fecistis hoc uos? Tunc Petrus repletus spiritu sancto, dixit ad eos: Principes populi & seniores Israel, si nos hodie examinamur, de eo quod benefecerimus homini infirmo, qua ratiōe iste saluus factus sit: notū sit omnibus uobis, & toti plebi Israel, quod per nomen Iesu Christi Nazareni, quē uos crucifixistis, quē deus suscitauit à mortuis, per hūc iste B astat corā uobis sanus. Hic est lapis ille, qui reiectus est à uobis ædificātibus, qui factus est caput anguli, nec est in alio quoque salus. Nec enim aliud nomē est sub cœlo datū inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Vidētes autem Petri in dicendo libertatē ac Ioannis, cōpertoque, quod homines essent illiterati & idiotæ, admirabantur, & agnoscebant eos, quod cum Iesu fuissent: hominem autē uidentes stantē cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant cōtradicere. iussis autē illis è concilio secedere, cōferebant inter se, dicentes: Quid faciemus hominibus istis? nam conspicuū signū æditum esse per eos, omnibus habitantibus Hierosolymis manifestū est, nec possumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populū, minaciter interminemur eis, ne posthac loquātur in nomine hoc ulli hominū. E accersitis illis præceperunt, ne omnino loquerētur, neque docerēt in nomine Iesu. At Petrus & Ioannes

estis filij prophetarum & testamenti quod disposuit deus ad patres uestros, dicens ad Abraam: Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus suscitans filium suum, misit eum benedicentem uobis, ut conuertat se unusquisque à nequitia sua.

Gene. 22. c

CAPVT IIII

Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi, dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in eos manus: & posuerunt eos in custodiam in crastinum: Erat autem iam uespera. Multi autem eorum qui audierant uerbum, crediderunt: & factus est numerus uirorum quinque milia. Factum est autem in crastinū ut congregarentur principes eorum & seniores & scribæ in Hierusalem: & Annas princeps sacerdotum & Caiphas & Ioannes & Alexander: & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio interrogabant: In qua uirtute aut in quo nomine fecistis hoc uos? Tunc repletus spiritusancto Petrus dixit ad eos: Principes populi & seniores Israel audite: si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi: in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus uobis & omni plebi Israel: quia in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni: quem uos crucifixistis, quē deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat corā uobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est à uobis ædificantibus: qui factus est in caput anguli: & nō est in aliquo alio salus. Nec enim aliud nomē est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes autē Petri constantiā & Ioannis, cōperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabātur, & cognoscebant eos, quoniā cum Iesu fuerant: hominē quoque uidētes stantē cum eis qui curatus fuerat: nihil poterant cōtradicere. Iusserunt autē eos foras extra cōcilium secedere: & cōferebant adinuicem, dicētes: Quid faciemus hominibus istis? Quoniā quidem notum signū factum est per eos omnibus habitātibus Hierusalē: Manifestū est & nō possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in populū, cōminemur eis: ne ultra loquātur in nomine hoc ulli hominū. Et uocātes eos, denūciauerūt ne omnino loquerētur neque docerent in nomine Iesu. Petrus uero & Ioannes

Petrus et Ioannes capti sistūtur iudicio, et interdicitur eis prædicare Iesum. Itē qd' fuerit institutum primæ ecclesiæ.

1. Pet. 3. b

Psalm. 117 e
Matth. 21 e
1. Pet. 2 a

annes respondentes, dixerunt ad eos: An iustum sit in cōspectu dei, uos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim possumus quæ uidimus & audiuimus, non loq. At illi additis minis, dimiserunt eos, nihil inueniētes qua ratione punirent eos propter populū, quia omnes glorificabant deum super eo quod acciderat. Annorū enim erat amplius quadraginta homo in quo æditum fuerat signū istud sanationis. Dimissi autē uenerunt ad suos, & annunciauerunt quæcūq; sibi principes sacerdotum & seniores dixerant. Qui cū audissent, unanimiter attollebāt uocē ad deū, dixeruntq;: Domine, tu es deus qui fecisti cœlum ac terrā, mare & omnia quæ in eis sunt, qui per os Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in unum aduersus dn̄m, & aduersus Christum eius. Cōuenerunt enim uere aduersus sanctum filiū tuum Iesum quē unxeras, Herodes simul & Pōtius Pilatus cū gentibus & populis Israel, ad faciēdum quæcunq; manus tua, & cōsilium tuum prius decreuerat ut fierent. Et nūc domine aspice in minas eorū, & da seruis tuis, ut cum omni fiducia loquātur sermonem tuū, manum tuā porrigendo in hoc, ut sanatio & signa & prodigia ædantur per nomen sancti filij tui Iesu. Et cū orassent illi, motus est locus in quo erant cōgregati, & repleti sunt om̄es spiritu sancto, & loquebantur sermonem dei cum fiducia. Multitudinis autem credentiū erat cor unum & anima una, nec quisquam aliquid eorum quæ possidebāt, suum esse dicebat, sed erant illis om̄ia cōmunia. Et uirtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis dn̄i Iesu, & gratia magna erat super omnes illos. Neq; enim quisq̄ egēs erāt inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut ædium erant, uendentes afferebāt precia eorum quæ uendita fuerant, & ponebāt ad pedes apostolorū. Distribuebatur autē singulis prout cuiq; opus erat. Ioses uero, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est, filius cōsolationis, Leuites, Cyprius genere, cum haberet agrum uendidit eum: & attulit precium & posuit ad pedes apostolorum.

Psalm. 2 a

Luc. 23 b

Ananias & Sapphira fraudis luunt pœnas, apostoli capti liberātur ab angelo: rursum p̄ducti ad iudiciū, ex Gamalielis consilio dimittuntur, cæsi tamen prius.

Vir autē quidā nomine Ananias cū Saphira uxore sua uēdiderat possessionē, & seposuerat de precio, cōscia etiā uxore sua, & allatam

Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu dei uos potius audire quàm deū, iudicate. Nō enim possumus quæ uidimus & audiuimus non loqui. At illi cōminantes, dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirēt eos propter populum: quia omnes clarificabant id quod factum fuerat in eo quod acciderat. Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis. Dimissi autē uenerunt ad suos & annunciauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotū & seniores dixissent. Qui cum audissent, unanimiter leuauerūt uocem ad deū, & dixerunt: Domine tu qui fecisti cœlū & terram, mare & omnia quæ in eis sunt qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, et aduersus Christum eius? Conuenerūt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctum puerū tuum Iesum quē unxisti, Herodes & Pōtius Pilatus cū gentibus & populis Israel facere quæ manus tua & cōsilium tuū decreuerūt fieri. Et nunc dn̄e respice in minas eorum, & da seruis tuis cū omni fiducia loqui uerbū tuum: in eo quod manū tuam extēdas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cū orassent, motus est locus in quo erāt congregati. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & loquebātur uerbum dei cū fiducia. Multitudinis autē credentiū erat cor unū & anima una: nec quisq̄ eorū quæ possidebāt aliqd suum esse dicebat: sed erant illis om̄ia cōmunia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimoniū resurrectionis Iesu Christi dn̄i nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim quisq̄ egens erat inter illos. Quotquot em̄ possessores agrorū aut domorū erāt uendētes afferebāt precia eorū quæ uendebāt, & ponebāt ante pedes apostolorū. Diuidebatur autē singulis prout cuiq; opus erat. Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis: quod est interpretatū filius consolationis: Leuites, Cyprius genere, cū haberet agrū uēdidit eū: & attulit preciū & posuit ante pedes apostolorū.

CAP. V

Vir autem quidā nomine Ananias cum Saphira uxore sua uendidit agrum: & fraudauit de precio agri, conscia uxore sua, & affe

&allatam partem aliquam ad pedes aposto/lorum posuit. Dixit autē Petrus: Anania, cur impleuit satanas cor tuū, ut mentireris spiritui sancto, & fraudares de precio agri? Nonne prorsus tibi manebat & uenūdatus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo rem i/stam? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiēs autem Ananias hæc uerba, collapsus expirauit. Et ortus est timor magnus super o/mnes qui audierunt hæc. Surgentes autē iuue nes amouerunt eum, elatumq; sepelierunt. In tercessit aūt fermè horarum trium interuallū, uxor quoq; ipsius, nesciens quod factum fue rat, introiuit. Respondit autem ei Petrus: Dic B mihi, num tanti agrum uendidistis? At illa di/xit: Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam: Cur conspirastis inter uos, ut tentaretis spiritū do/mini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt uirū tuum, ad ostium adsunt, & efferent te. Confe stim autem concidit ad pedes eius, & expi/rauit. Ingressi autem iuuenes, repererunt il/lam mortuam, & extulerunt ac sepelierunt iu/xta uirum suum. Et ortus est timor magnus super uniuersam congregationem, & super omnes qui audiebant hæc. Per manus au/tem apostolorum ædebantur signa ac prodi/gia multa in populo. Et erant unanimiter om/nes in porticu Solomonis. Cæterorum au/tem nemo audebat se coniungere illis, sed ma gnificabat eos populus. Magis autem accre/scebat credentium domino multitudo uiro/C rum simul ac mulierū, ita ut in plateas expor/tarent infirmos, & ponerēt in lectulis ac grab/batis, ut uenientis Petri uel umbra obumbra ret aliquem illorū. Conueniebat autem & mul titudo uicinarum ciuitatum Hierosolymam, afferens ægros ac uexatos à spiritibus immun dis, qui sanabantur omnes. Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo e/rant, quæ est factio Sadducæorū, repleti sunt æmulatione, & iniecerūt manus in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Sed an/gelus domini per noctem aperuit ianuas car/ceris, eductisq; illis, dixit: Ite, & stantes loqua/mini in templo populo omnia uerba uitæ hu/ius. Illi uero cum hæc audissent, intrauerunt di D luculo in templum, ac docebāt. Adueniens au tem princeps sacerdotum & qui cum eo erant conuocauerunt cōcilium & uniuersum senio/rum ordinem filiorum Israel, miseruntq; ad carcerem

& afferens partem quandā ad pedes aposto-lorū posuit. Dixit autē Petrus ad Ananiā: A/nania, cur tentauit sathanas cor tuū mētiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nō/ne manens tibi manebat: & uenundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiens autem Ananias hæc uerba, cecidit & expirauit. Et factus est timor ma/gnus super omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferen/tes sepelierunt. Factum est autem quasi hora rum trium spacium, & uxor ipsius nesciens quod factū fuerat introiuit. Dixit autem ei Pe trus: Dic mihi mulier, si tāti agrū uendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad e/am: Quid utiq; conuenit uobis tentare spiri/tum domini? Ecce pedes eorum qui sepelie/runt uirum tuum ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius & expira/uit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam: & extulerunt & sepelierunt ad ui/rum suum. Et factus est timor magnus in uni/uersa ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc. Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant unanimi/ter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Magis autem au/gebatur credentiū in domino multitudo uiro rum ac mulierum: ita ut in plateas eijcerent in/firmos: & ponerent in lectulis ac grabatis: ut ueniente Petro, saltem umbra illius obumbra ret quenquam illorum: & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Hierusalem: afferentes ægros & uexatos à spiritibus im/mundis: qui curabantur omnes. Exurgens au tem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Saducæorum) re/pleti sunt zelo: & iniecerunt manus in aposto los, & posuerunt eos in custodia publica. An/gelus autem domini per noctem aperiens ia/nuas carceris & educens eos, dixit: Ite & stan/tes loquimini in templo plebi omnia uerba uitæ huius. Qui cum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adue/niens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium: & om/nes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem

Marc. 16 c

Act. 12. 16

carcerem qui adducerent eos. Cum autem uenissent ministri, nec reperissent illos in carcere, reuersi nunciauerũt, dicẽtes: Carcerẽ quidem inuenimus clausum cũ omni diligẽtia, & custodes foris stantes ante ianuas. Cũ aperuissemus autẽ, neminẽ intus reperimus. Vt autem audierunt hos sermones & sacerdos & magistratus tẽpli principesq; sacerdotum, ambigebant de illis, quid nam hoc futurum esset. Adueniẽs autẽ quidã nunciauit eis. Ecce uiri quos posueratis in carcere, sunt in templo stãtes, ac docẽtes populũ. Tunc abijt magistratus cum ministris, & adduxit illos sine ui. Timebant enim populum, ne lapidarẽtur. Et cũ adduxissent illos, statuerunt in cõcilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Nõne etiam atq; etiã pręcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto? Et ecce replestis Hierosolymã doctrina uestra, & uultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. Respõdẽs aũt Petrus & apostoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis, q̃ hominibus. Deus patrum nostrorũ suscitauit Iesum, quem uos interemistis suspendentes in ligno. Hũc principem & seruatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitẽtiam Israeli, remissionemq; peccatorum. ac nos sumus ei testes horum quæ dicimus: Insuper autem & spiritus sanctus, quẽ dedit deus obediẽtibus ipsi. Hæc autẽ cum audissent, dissecabantur, & cõsultabant, ut interficerẽt illos. Surgens autẽ quidã in cõcilio pharisæus nomine Gamaliel, legis doctor in precio habitus apud totum populũ, iussit ut paulisper secederent foras apostoli. Dixitq; ad illos: Viri Israelitæ attẽdite uobis super hominibus istis, q̃d acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorũ, qui occisus est: & omnes qui credebãt ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum multũ post se, & ipse perijt & omnes quotquot paruerãt ei dispersi sunt. Et nunc dico uobis, abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Quoniã si est ex hominibus cõsilium aut opus hoc, dissoluetur. Sin ex deo est, non potestis dissoluere, nequãdo & deo repugnare reperiamini. In huius autẽ sententiam pedibus itum est à cæteris: & cũ aduocassent apostolos, cæsis præceperunt, ne loquerẽtur in nomine

Infra, 22 a

Malac, 1 a

carcerem ut adducerentur. Cum autem uenissent ministri, & aperto carcere nõ inuenissent illos reuersi nunciauerunt, dicẽtes: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus. Vt autem audierũt hos sermones magistratus tẽpli & principes sacerdotũ, ambigebant de illis quidnam fieret. Adueniens autem quidam nunciauit eis: quia ecce uiri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes & docentes populum. Tunc abijt magistratus cum ministris: & adduxit illos sine ui. Timebant enim populum, ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Præcipiendo præcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Hierusalem doctrina uestra: & uultis introducere super nos sanguinẽ hominis istius. Respondens aũt Petrus & apostoli, dixerunt: Obedire oportet deo magis quàm hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum: quem uos interemistis, suspendentes in ligno: Hunc principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israel, & remissionem peccatorum: & nos sumus testes horum uerborum: & spiritussanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hæc autem cũ audissent, dissecabantur & cogitabant interficere illos. Surgens autẽ quidam in concilio pharisæus nomine Gamaliel legisdoctor, honorabilis uniuersę plebi, iussit foras ad breue homines fieri: dixitq; ad illos: Viri Israelitæ attẽdite uobis sup̃ hominibus istis, quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicẽs se esse aliquem, cui consensit numerus uirorum circiter quadringẽtorum: qui occisus est, & omnes quicunque credebant ei, dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis: & auertit populum post se. Et ipse perijt: & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaq; dico uobis: discedite ab hominibus istis, & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si uero ex deo est, non poteritis dissoluere: ne forte & deo repugnare uideamini. Consenserunt autem illi, & conuocantes apostolos, cæsis denunciauerunt, ne omnino loquerẽtur in nomine

E

F

G

mine Iesu,& dimiserunt eos. Et illi quidē ibant gaudentes à conspectu cōcilij, quod digni habiti essent, ut pro nomine eius contumelia afficeretur. Et quotidie in templo & in singulis domibus non cessabant docere & annunciare Iesum Christum.

A IN diebus autem illis crescēte numero discipulorum, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum. Cæterum duodecim illi, cum iussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est placitum, ut nos derelicto sermone dei, ministremus mēsis. Circūspicite ergo fratres, uiros ex uobis spectatæ probitatis septem plenos spiritu sancto & sapiētia, qbus delegabimus hoc negocij. Nos uero deprecationi et administrādo sermoni incūbemus. Et placuit hic sermo corā tota multitudine. Et elegerūt Stephanū B uirum plenum fide ac spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaū proselytum Antiochenum. Hos statuerunt in conspectu apostolorū: & cum orassent, imposuerunt eis manus. Et sermo dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorū Hierosolymis ualde, multaq́ turba sacerdotū obediebat fidei. Porrò Stephanus plenus gratia ac fortitudine ædebat prodigia & signa magna in populo. Exorti sunt autē quidam è synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & Cilicum, & Asianorum, C disputantes cum Stephano, nec poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Tūc subornarunt uiros, qui dicerent: Audiuimus eum dicentem uerba contumeliosa in Mosen ac deum. Commoueruntq́ plebem & seniores & scribas, atq́ inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, statueruntq́ falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui uerba contumeliosa aduersus locum sanctum hunc & legem. Audiuimus enim eū dicentē: Iesus Nazarenus iste demolietur locū hunc, & mutabit instituta, quæ tradidit nobis Moses. Et intuentes eū omnes qui sedebāt in cōcilio, uiderunt faciē eius tanq́ faciē angeli.

A DIxit autem princeps sacerdotum: Num hæc ita se habent? At ille ait: Viri fratres & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia

nomine Iesu: & dimiserūt eos. Et illi quidē ibāt gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizātes Iesum Christum.

CAPVT VI

IN diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est murmur Græcorū aduersus Hebræos: eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ eorum. Cōuocantes autem duodecim multitudinē discipulorū, dixerunt: Nō est æquū nos derelinquere uerbum dei: & ministrare mensis. Considerate ergo fratres uiros ex uobis boni testimonij septem, plenos spiritusancto & sapiētia quos cōstituamus super hoc opus. Nos uero orationi & ministerio uerbi instātes erimus. Et placuit sermo corā omni multitudine. Et elegerūt Stephanum uirū plenum fide & spiritusancto & Philippum & Prochorū & Nicanorem & Timonem & Parmenā & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum apostolorū: & orantes imposuerunt eis manus. Et uerbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem ualde. Multa etiam turba sacerdotū obediebat fidei. Stephanus autē plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autē quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorū qui erāt à Cilicia & Asia, disputātes cū Stephano, & nō poterant resistere sapientiæ & spiritui q loquebatur. Tunc submiserunt uiros qui dicerent se audiuisse eum dicentē uerba blasphemiæ in Moysen & deum. Cōmouerunt itaq́ plebem & seniores & scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in cōcilium: & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui uerba aduersus locū sanctū & legē. Audiuimus enim eum dicentem: quoniā Iesus Nazarenus hic destruet locum istum: & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in cōcilio uiderunt faciem eius tanquam faciem angeli. Dixit autem princeps sacerdotum, si hæc ita se haberent. Qui ait:

Eliguntur 7. diaconi qui ecclesiæ ministrēt, & oritur seditio aduersus Stepha num

Luc. 21 b

CAPVT VII

VIri fratres & patres audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cū esset in Mesopo-

Concio Stephani aduersus Iudæos, qua adeo sunt cōcitati, ut ipsum lapidibus interfecerint

ſopotamia priuſquam moraretur in Charran. & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in terrã quancunq; monſtrauero tibi. Tunc exijt è terra Chaldęorum & habitauit in Charrã. Et inde poſtquã mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terram hanc, in qua nunc uos habitatis. Et nõ dedit illi hæreditatem in ea, ne ueſtigium quidem pedis, & repromiſit illi eam ſe daturum poſſidendam, & ſemini eius poſt ipſum, cũ non haberet filiũ. Locutus eſt autẽ deus ſic, quod futurum eſſet ſemen eius inquilinum in terra aliena, quodq; ſeruituti illud ſubiecturi eſſent, & male tractaturi annis quadringentis. Et gentẽ cuicũq; ſeruierint iudicabo ego, dixit deus. Et poſt hæc exibunt & ſeruiẽt mihi in loco hoc. Et dedit illi teſtamentũ circunciſionis, atq; hic genuit Iſaac, & circuncidit eũ in die octauo. & Iſaac genuit Iacob, & Iacob genuit duodecim patriarchas. Et patriarchæ inuidia moti, Ioſeph uẽdiderunt in Aegyptũ. Et erat deus cũ eo, & eripuit eum ex omibus afflictionibus eius, & dedit ei gratiã & ſapientiã corã Pharaone rege Aegyptiorum. Et cõſtituit eum præfectum ſuper Aegyptum, & ſuper totam domum ſuã. Venit autẽ fames in uniuerſam terram Aegypti & Chanaan, & afflictio magna, nec inueniebãt cibos patres noſtri. Cum audiſſet autem Iacob eſſe frumenta in Aegypto, miſit patres noſtros primũ: & cũ iterum miſiſſet eos, agnitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & innotuit Pharaoni genus Ioſeph. Miſſo autẽ nuntio Ioſeph acceſiuit Iacob patrem ſuum, omnemq; cognationẽ ſuam in animabus ſeptuagintaquinq;. Et deſcendit Iacob in Aegyptum, defunctusq; eſt ipſe & patres noſtri. Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham precio argenti à filijs Emor filij Sichem. Cum autem appropinquaret tẽpus promiſſiõis, de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus eſt in Aegypto, donec exortus eſt alius rex, qui non nouerat Ioſeph. Hic circunueniens genus noſtrum, afflixit patres noſtros: ut exponerent infantes ſuos, ne fœtus eſſent uitales. Eodem tempore natus eſt Moſes, & fuit gratus deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris. Expoſitũ autem illum ſuſtulit filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi uice filij. Et eruditus eſt Moſes omni ſapientia Aegyptio-

Gene. 15 c
Exod. 12 f
Gene. 17
Gen. 21. 25. 29 37. 41. 42
Gene. 45. 46 49. 50
Gene. 23 d
Exod. 1 d
Pſalm. 104 c
Exod. 2 a

in Meſopotamia priuſq; moraretur in Charram, & dixit ad illum: Exi de terra tua & de cognatione tua & ueni in terram quam mõſtrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charrã. Et inde poſtquã mortuus eſt pater eius tranſtulit illum in terram iſtam: in qua nunc uos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec paſſum pedis: ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem & ſemini eius poſt ipſum, cum nõ haberet filium. Locutus eſt autem ei deus: quia erit ſemen tuum accola in terra aliena, & ſeruituti eos ſubijciẽt: & male tractabunt eos annis quadringentis triginta: & gentem cui ſeruierunt, iudicabo ego: dicit dominus. Et poſt hæc exibunt & ſeruient mihi in loco iſto. Et dedit illi teſtamentum circunciſionis: & ſic genuit Iſaac, & circuncidit eum die octauo: & Iſaac Iacob: & Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ æmulantes Ioſeph uendiderunt in Aegyptum. & erat deus cum eo: & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiam & ſapientiam in cõſpectu Pharaonis regis Aegypti: & conſtituit eum præpoſitum ſuper Aegyptum & ſuper omnem domum ſuam. Venit autem fames in uniuerſam Aegyptum & Chanaan, & tribulatio magna: & nõ inueniebant cibos patres noſtri. Cũ audiſſet autẽ Iacob eſſe frumentum in Aegypto, miſit patres noſtros primũ. Et in ſecundo cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & manifeſtatũ eſt Pharaoni genus eius. Mittẽs autem Ioſeph acceſiuit Iacob patrem ſuum: & omnem cognationem ſuã in animabus ſeptuagintaquinq;. Et deſcendit Iacob in Aegyptum, & defunctus eſt ipſe & patres noſtri. Et tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro, quod emit Abraham precio argenti à filijs Emor filij Sichem. Cum autẽ appropinquaret tẽpus promiſſionis quã confeſſus erat deus Abrahæ: creuit populus & multiplicatus eſt in Aegypto, quoadusq; ſurrexit alius rex in Aegypto qui non ſciebat Ioſeph. Hic circunueniens genus noſtrum, afflixit patres noſtros: ut exponerent infantes ſuos ne uiuificarentur. Eodem tempore natus eſt Moyſes: & fuit gratus deo, qui nutritus eſt tribus menſibus in domo patris ſui. Expoſito autem illo ſuſtulit eum filia Pharaonis: & nutriuit eum ſibi in filium. Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Aegyptio-

B
C

Aegyptiorum,& erat potens in factis & in dictis. Vt uero expletum est ei quadraginta annorum tempus, subijt in cor eius ut inuiseret fratres suos filios Israel. Et cum uidisset quendam iniuria affici, defendit eum, & ultus est uicē eius qui affligebatur, percusso Aegyptio. Existimabat aūt intelligere fratres suos, quod D deus per manū ipsius daret salutē illis. At illi nō intellexerūt. Et sequēti die cōspectus est illis litigantibus, & redegit eos in concordiā, dicens: Viri fratres estis, cur uos inuicem læditis? Cæterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te cōstituit principem ac iudicē super nos? Nunquid interficere me tu uis, quemadmodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moses ad dictum hoc, & factus est aduena in terra Madian, ubi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus domini in flāmeo incendio rubi. Moses autē ut cōspexit, admiratus est uisum. Porrò cum accederet ut attenderet, facta est ad eum uox domini: Ego sum deus patrū tuorum, deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob. Tremefactus autem Moses, non audebat attendere. Dixit autē illi dominus: Solue calciamentum pedum tuorum. Locus enim in quo stas terra sancta est. Vidi, uidi inquā, afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum E eorum audiui, & descendi ut eruam eos. Nunc uenito, & mittam te in Aegyptum. Hunc Mosen quem negauerunt, dicentes, quis te constituit principem & iudicem? hunc inquam deus principem & redemptorem miserat per manum angeli, qui apparuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, ædens prodigia & signa in Aegypto, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moses, qui dixit filijs Israel: Prophetā suscitabit uobis dn̄s deus uester è fratribus uestris similem mei, illū audietis. Hic est qui fuit in cōgregatione in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina: & cū patribus nostris, qui accepit sermonē uiuum ut daret nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt & auersi sunt corde suo in Aegyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Mosi enim huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et uitulū fecerūt in diebus illis, & obtulerunt hostiā simulacro, & lætabātur super operibus

operibus

Aegyptiorum: & erat potens in uerbis & in operibus suis. Dum autē impleretur ei quadraginta annorū tempus: ascēdit in cor eius ut uisitaret fratres suos filios Israel. Et cum uidisset quendam iniuriam patientem, uindicauit illū, & fecit ultionem ei qui iniuriā sustinebat, percusso Aegyptio. Existimabat autem intelligere fratres, quoniā deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi nō intellexerunt. Sequēti uero die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri fratres estis: ut quid nocetis alterutrum? Qui autē iniuriā faciebat proximo repulit eum, dicens: Quis te cōstituit principem & iudicē super nos? Nunquid interficere me tu uis, queādmodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moyses in uerbo isto: & factus est aduena in terra Madiam, ubi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto mōtis Sina angelus in igne flāmæ rubi. Moyses autem uidens admiratus est uisum. Et accedente illo ut cōsideraret, facta est ad eum uox domini, dicens: Ego sum deus patrum tuorū, deus Abraam, deus Isaac & deus Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat cōsiderare. Dixit autem illi dominus: Solue calciamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns uidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto: & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc ueni, & mittam te in Aegyptum. Hūc Moysen quem negauerunt dicentes: quis te constituit principem & iudicem? Hunc deus principem & redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Aegypti & in rubro mari: & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filijs Israel: Prophetā suscitabit uobis deus de fratribus uestris, tanquam meipsum audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina: & cum patribus nostris, qui accepit uerba uitę dare nobis. Cui noluerunt obedire patres uestri: sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Moysi enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit ei. Et uitulum fecerūt in diebus in illis: & obtulerunt hostiam simulacro: & lætabantur in operibus

Matth.21 Exod.3 Exod.2 Deut.18 Exod.19 Exod.32

operibus manuum suarum. Conuertit se autem deus,& tradidit eos, ut colerent militiam cœli,sicut scriptum est in libro prophetarum: Nũ uictimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernaculũ Moloch,& sydus dei uestri Rempham, figuras quas fecistis ad adorandum eas.Et transferam uos ultra Babylonem.Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis, loquens ad Moysen ut faceret illud secundum formam,quam uiderat.Quod & induxerunt, qui successerũt, patres nostri cum Iesu in possessionem gentiũ,quas expulit deus à facie patrum nostrorum usq; ad dies Dauid,qui inuenit gratiam coram deo, & petijt ut inueniret tabernaculũ deo Iacob.Solomon autem ædificauit illi domum. Sed excelsissimus ille non in manufactis templis habitat, sicut propheta dicit:Cœlũ mihi sedes est,terra autẽ scabellum pedum meorũ. Quã domũ ædificabitis mihi dicit dñs, aut quis locus requietiõis meæ est.Nonne manus mea fecit hæc omnia? Duri ceruice & incircuncisi corde & auribus, uos semper spiritui sancto resistitis,sicut patres uestri,ita & uos.Quem prophetarũ nõ sunt persecuti patres uestri?Et occiderunt eos,qui prænunciabãt de aduẽtu iusti illius,cuius uos nũc proditores & occisores fuistis:qui accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis.Audientes autẽ hæc dissecabantur cordibus suis,& stridebãt dentibus suis in eum.Cũ autẽ esset plenus spiritu sancto,intentis in cœlum oculis,uidit gloriã dei & Iesum stantem à dextris dei. Et ait: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Exclamantes autem uoce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerũt unanimiter in eum.Et eiectum eum è ciuitate lapidabant,ac testes deposuerunt uestimenta ad pedes adolescentis,qui uocabatur Saulus.Et lapidabant Stephanum inuocantem,ac dicentem:Domine Iesu,suscipe spiritum meum.Positis autem genibus, clamauit uoce magna: Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Et cum hoc dixisset obdormiuit.

Amos 5 g · *Exod.25 d* · *Iosuæ 3 4* · *Psalm.88 4* · *3.Reg.6 4* · *Esaiæ 66 4* · *Deute.9.c*

Persequuntur grauiter Christiãi, maxime à Saule.Simõ magus pecunia putãs dei dona parabilia obiurgatur.Eunuchus agnoscit Christum & baptizatur à Philippo.

SAulus autem consenserat in necem eius. Facta est autem in illo die persecutio magna aduersus ecclesiam, quæ erat Hierosolymis, & oẽs dispersi sunt per regiões Iudææ & Samariæ

operibus manuum suarum.Conuertit autem deus & tradidit eos seruire militiæ cœli, sicut scriptũ est in libro prophetarũ:Nũquid uictimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel?Et suscepistis tabernaculum Moloch & sidus dei uestri Remphã,figuras quas fecistis adorare eas:& transferam uos trans Babylonẽ.Tabernaculũ testimonij fuit cũ patribus nostris in deserto,sicut disposuit illis deus,loquens ad Moysen: ut faceret illud secundũ formã quã uiderat. Quod & induxerunt suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem gentiũ, quas expulit deus à facie patrum nostrorũ usq; in diebus Dauid,qui inuenit gratiã ante deũ: & petijt ut inueniret tabernaculũ deo Iacob. Salomon autẽ ædificauit illi domũ.Sed nõ excelsus in manufactis habitat,sicut per prophetã dicit:Cœlum mihi sedes est:terra autẽ scabellũ pedum meorũ. Quã domum ædificabitis mihi, dicit dñs:aut quis locus requietionis meæ est?Nonne manus mea fecit hæc omnia?Dura ceruice & incircũcisis cordibus & auribus,uos semper spirituisancto resistitis: sicut patres uestri ita & uos. Quẽ prophetarũ nõ sunt persecuti patres uestri?Et occiderunt eos qui prænũciabãt de aduentu iusti,cuius uos nunc proditores & homicidæ fuistis:qui accepistis legem in dispositione angelorũ & nõ custodistis. Audientes autem hæc dissecabãtur cordibus suis: & stridebant dentibus in eum,Cũ autẽ esset plenus spiritusancto intẽdens in cœlũ uidit gloriam dei & Iesum stantem à dextris uirtutis dei. Et ait:Ecce uideo cœlos apertos & filiũ hominis stantẽ à dextris uirtutis dei. Exclamãtes autẽ uoce magna cõtinuerunt aures suas: & impetum fecerũt unanimiter in eũ.Et ejciẽtes eum extra ciuitatem lapidabant: & testes deposuerunt uestimenta sua secus pedes adolescentis, qui uocabatur Saulus. Et lapidabãt Stephanum inuocantẽ & dicentẽ:Domine Iesu suscipe spiritũ meum.Positis autem genibus clamauit uoce magna,dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatũ: quia nesciũt quid faciunt. & cum hoc dixisset,obdormiuit in domino.

CAPUT VIII

SAulus autem erat consentiens neci eius. Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ

Samariæ præter apostolos. Curauerunt autem unà Stephanum uiri religiosi, feceruntq; planctum magnum super eum. Saulus uero deuastabat ecclesiam per singulas domos intrãs, trahensq; uiros ac mulieres tradebat in custodiã. Illi igitur dispersi peragrabãt, annũciãtes sermonem dei. Philippus autem peruenit in ciuitatem Samariæ, ac prædicabat illis Christum. Intendebant autẽ turbæ his, quę à Philippo dicebantur, unanimiter audiẽtes, & uidentes signa quæ ædebat. Spiritus enim immundi, è multis qui ab illis tenebantur, exibãt, clamantes uoce magna. Multi autem paralytici & claudi sanati sunt. Et factũ est gaudium magnũ in illa ciuitate. Vir autem quidã nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicã, ac gentẽ demẽtauerat Samarię, dicẽs se esse quempiã magnũ, cui auscultabant illi à minimo usq; ad maximũ, dicentes: B Iste est uirtus dei, quæ uocat magna. Auscultabant autẽ ei, propterea quod multo tẽpore magicis artibus demẽtasset eos. Cũ uero credidissent Philippo, euãgelizãti de regno dei, deq; nomine Iesu Christi, baptizabantur uiri simul ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhęrebat Philippo. Vidensq; signa & uirtutes fieri stupẽs admirabatur. Cũ aũt audissent apostoli, qui erãt Hierosolymis, quod recepisset Samaria sermonem dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem. Qui cum descendissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Nõdum enim in quẽquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant in nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantq; spiritum sanctum. Cum uidisset autem Simon, quod per impositionẽ manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date & mihi potestatẽ istam, ut cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctũ. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecũ sit in perditionem, quoniam C donum dei existimasti pecunijs parari. Non est tibi pars neq; sors in ratione hac. cor enim tuum non est rectum coram deo. resipisce igitur ab ista malicia tua, & roga deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precemini uos pro me apud dominum, ne quid

Samariæ, præter apostolos. Curauerunt autem Stephanũ uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat ecclesiam, per domos intrans, & trahẽs uiros ac mulieres tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant, pertransibant euãgelizantes uerbum dei. Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbę his quę à Philippo dicebantur unanimiter audientes, & uidentes signa quæ faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamãtes uoce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon qui ante fuerat in ciuitate Magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum, cui auscultabãt omnes à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est uirtus dei quæ uocatur magna. Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos. Cum uero credidissent Philippo euangelizanti de regno dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur uiri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & uirtutes maximas fieri, stupens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erant in Hierosolymis, quia recepisset Samaria uerbum dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis ut acciperẽt spiritũ sanctum. Nondum enim in quenquam illorum uenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Cum uidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritussanctus, obtulit eis pecuniã, dicens: Date & mihi hanc potestatẽ, ut cuicũq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctũ. Petrus autẽ dixit ad eũ: Pecunia tua tecũ sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Nõ est enim tibi pars neque sors in sermone isto. Cor em̃ tuũ non est rectũ corã deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Respondẽs autem Simon, dixit: Precamini uos pro me ad dñm, ut nihil

Infra. 19 a

ne quid eueniat in me horum quæ dixistis. Et illi quidem testificati & locuti sermonem dei, reuersi sunt Hierosolymam, & multis oppidu lis Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade meridiem uersus ad uiam quæ descendit ab urbe Hierosolymorum ad ciuitatem Gazam; hæc est deserta. Et surgens abijt, & ecce uir Aethiops, eunuchus, præfectus Cãdaces reginæ Aethiopum, quem præfecerat uniuersæ gazæ suæ, uenerat adoraturus Hierosolymam, & reuertebatur sedens super currum suum, legebatq; Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit: Intelligisne quę legis? At ille ait: Qui nam enim possim, nisi aliquis dux uiæ mihi fuerit? Rogauitq; Philippum, ut ascenderet, sederetq; secum. Argumentum autem scripturæ quam legebat, erat hoc: Tanq; ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non apperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autẽ eius quis enarrabit? Quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autẽ eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiam? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum. Et dum irent per uiam, uenerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua. quid uetat quo minus baptizer? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respõdens ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit sisti currum. Ac descenderunt ambo in aquam, Philippus simul & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autẽ ascendissent ex aqua, spiritus domini rapuit Philippum, nec amplius uidit eum eunuchus. Ibat enim per uiam suã gaudens. Philippus autem repertus est Azoti, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cũctis, donec ueniret Cęsareã.

Esaiæ 53.c

Paulus cum Christianos persequi statuisset, consternitur à deo, quo agnito nullũ periculũ non subit, Aeneas paralyticus sanatur, et restituitur uitæ Tabitha

SAulus autẽ adhuc spirãs minas ac cædem aduersus discipulos dñi, accessit ad principem sacerdotũ, & petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascũ ad synagogas: ut si quos inuenisset eius uiæ seu uiros seu mulieres, uinctos duceret Hierosolymam. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco. Et subito

ut nihil ueniat super me horum quæ dixistis. Et illi quidem testificati & locuti uerbum domini, redibant Hierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade cõtra meridianũ ad uiam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abijt: & ecce uir Æthiops eunuchus potẽs Cãdacis reginę Aethiopũ, qui erat super omnes Gazas eius: uenerat adorare in Hierusalem: & reuertebatur sedens supra currum suũ: legensq; Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo: Accede & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit: Putasne intelligis quæ legis? Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippum ut ascenderet & sederet secum. Locus autem scripturæ quam legebat erat hic: Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suũ. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra uita eius. Respondens autem eunuchus, dixit Philippo: Obsecro te de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum: & incipiens à scriptura ista euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per uiam, uenerunt ad quãdam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autẽ Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondẽs, ait: Credo filium dei esse Iesum Christũ. Et iussit stare currum. Et descenderũt uterq; in aquam, Philippus & eunuchus & baptizauit eum. Cum autem ascendisset de aqua, spiritus domini rapuit Philippũ, & amplius non uidit eum eunuchus. Ibat enim per uiã suam gaudẽs. Philippus autem inuẽtus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaream.

D

CAPVT IX

SAulus autem adhuc spirans minarum & cędis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos inuenisset huius uiæ uiros ac mulieres, uinctos perduceret in Hierusalem. Et cum iter faceret: contigit ut appropinquaret Damasco. Et subito

A

subito circunfulgurauit eum lux de cœlo, collapsusq; in terram, audiuit uocem, dicētem sibi: Saul saul, quid me persequeris? Dixit autem: Quis es domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Is tremens ac stupens dixit: Domine, quid me uis facere? Et dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere.
B Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem uocem, neminem tamen uidentes. Surrexit autem Saulus è terra, apertisq; oculis, nemine uidebat. Sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum per uisum dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: Surge & uade in uicum qui uocatur rectus, & quære in domo Iudæ, Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat. Et uidit per uisum uirum, Ananiam nomine introeuntem, & imponētem sibi manum, ut uisum reciperet. Respondit au
C tem Ananias: Domine, audiui ex multis de uiro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis Hierosolymæ. Et hoc loco habet potestatem à principibus sacerdotum, uinciendi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: Vade, quoniam organum electum est mihi iste, ut portet nomen meū coram gentibus & regibus ac filijs Israel. Ego enim ostendam illi, quāta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domū, & imponēs ei man⁹, dixit: Saul frater, dominus misit me, q apparuit tibi in uia qua ueniebas, ut uisum recipias, & implearis spiritu sancto. Et confestim deciderunt ab oculis eius tanq̃ squamæ, & uisum recepit, & surgens baptizatus est. Cumq; cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autē Saulus cum discipulis, qui erant
D Damasci, per dies aliquot. Et continuo in synagogis prædicabat Christum, quod is esset filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ac dicebant: Nonne hic est qui expugnabat Hierosolymis eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principē sacerdotum? Saulus autem multo magis inualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans

subito circunfulsit eum lux de cœlo. Et cadēs in terram audiuit uocem dicentem sibi, Saule Saule quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris: Durum est tibi cōtra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit: Domine quid me uis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem: & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabātur cum illo, stabant stupefacti: audiētes quidem uocem: neminem autem uidentes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil uidebat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non uidens: & non manducauit neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in uisu dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: Surge & uade in uicum qui uocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. Et uidit uirum Ananiam nomine introeūtem & imponentem sibi manus: ut uisum recipiat. Respōdit autem Ananias: Domine audiui à multis de uiro hoc: quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem. Et hic potestatem habet à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: Vade, quoniam uas electionis est mihi iste: ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, dominus Iesus misit me: qui apparuit tibi in uia qua ueniebas: ut uideas, & implearis spiritusancto. Et cōfestim ceciderunt ab oculis eius tanquā squamæ, & uisum recepit. Et surgens baptizatus est: & cum accepisset cibum confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas prædicabat Iesum, quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant & dicebant: Nonne hic est q expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem multo magis cōualescebat & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci: affirmans

Sup. 84

2. Cor. 11

mans quod is esset Christus. Expletis autem diebus compluribus, inierũt inter se Iudæi cõsilium, ut illum occiderent. Sed intellectę sunt Saulo insidiæ eorũ. Asseruabantq́ portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli nocte per murum demiserunt, summitẽtes in sporta. Cum autem Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credẽtes, quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad apostolos, ac narrauit illis, quomodo in uia uidisset dominũ & quod locutus esset ei, & quomodo in Damasco fortiter egisset in nomine Iesu. Et erat cũ illis intrãs & exiẽs Hierosolymis, cũ fiducia loquens in nomine domini Iesu. Loquebaturq́ & disputabat aduersus Græcos. illi uero quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum. Igitur ecclesiæ quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, & ædificabantur uersantes in timore domini, & cõsolatione sancti spiritus multiplicabantur. Factum est autem, ut Petrus dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos, qui habitabant Lyddæ. Reperit autem ibi hominem quendam nomine Aeneã, annis iam octo decumbentẽ in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea sanet te dominus Iesus Christus. Surge, & sterne tibiipsi. Et continuo surrexit. Et uiderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Assarone, qui conuersi sunt ad dominum. Ioppæ autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas præstabat. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt in cœnaculo. Cum autem uicina esset Lydda Ioppæ, ac discipuli audissent, quod Petrus esset in ea, miserunt ad eum rogantes, ne grauaretur uenire usq́ ad se. Exurgens autem Petrus, uenit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circunsteterunt illum omnes uiduæ flentes, & ostendẽtes tunicas uestesq́, quas faciebat cũ esset cum ipsis Dorcas. Eiectis autẽ omnibus foras, Petrus positis genibus orauit. & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, uisoq́ Petro, resedit. Data autem

Gala.2.b

mans quoniam hic est Christus. Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in unum Iudæi: ut eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidię eorũ. Custodiebant autem & portas die ac nocte: ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius, nocte per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. Cum autẽ uenisset in Hierusalem, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos: & narrauit illis quomodo in uia uidisset dominum: & quia locutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cũ illis intrãs & exiens in Hierusalem, fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoq́ gẽtibus: & disputabat cum Græcis. Illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream: & dimiserunt Tharsum. Ecclesia quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebat pacem: & ædificabatur ambulãs in timore domini: & cõsolatione sanctispiritus replebatur. Factum est autẽ ut Petrus dum transiret uniuersos, deueniret ad sanctos q habitabãt Lyddę. Inuenit autem ibi hominẽ quendam nomine Aeneam ab annis octo iacentem in grabato, q erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te dominus Iesus Christus, surge & sterne tibi. Et continuo surrexit. Et uiderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Sarone: qui conuersi sunt ad dñm. In Ioppe autẽ fuit quædam discipula, nomine Thabita, quę interpretata dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus bonis & elemosynis quas faciebat. Factũ est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. Cum autem prope esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea: miserunt duos uiros ad eum, rogantes: Ne pigriteris uenire usque ad nos. Exurgens autem Petrus uenit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum & circunsteterunt illum omnes uiduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & uestes quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Thabita surge. At illa aperuit oculos: & uiso Petro resedit. Dans autem illi

E

F

G

autem illi manu, erexit eam, & cum uocasset sanctos ac uiduas, exhibuit eam uiuam. Id autem innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in dominum. Factum est autem ut dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

A VIr autem quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte, quæ dicitur Italica, religiosus ac timens deum cum tota domo sua, præstans eleemosynas multas plebi, deprecansq; deum semper. Is uidit per uisum manifeste fermè hora diei nona angelum dei introeuntem ad se, dicentemq; sibi: Corneli. At ille intuens eum, ac timore correptus, dixit: Quid est dn̄e? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuę ascenderūt in memoriam coram deo. Et nunc mitte uiros Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus. Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. B Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, uocauit duos famulos suos, & militem religiosum ex his qui sibi adhærebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos Ioppen. Postridie uero facientibus illis iter & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora domus, ut oraret, circa horam sextam. Et cum esuriret, uoluit gustare cibum. Parantibus autem illis, irruit super eum mentis excessus. Et uidet cœlum apertum, ac descendēs ad se uas quoddam uelut linteum magnum, quatuor initijs alligatum, summitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terrę bestiæq; & reptilia, & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eum: Surge Petre, macta & uescere. Ait autē Petrus: nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune uel immundum. Et C uox rursus iterum ad eum: Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tertio. Et rursum receptum est uas in cœlum. Et dum apud sese hæsitaret Petrus quæ nam esset uisio quā uidisset, ecce uiri qui missi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, astiterunt ad ianuam. Et euocato quopiam interrogabāt an Simon qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium. Petro uero cogitante de uisione, dixit spiritus ei: Ecce uiri quærunt te. Surge itaq; & descende, & uade cum eis, nihil hæsitans, propterea quod

tem illi manum, erexit eam. Et cum uocasset sanctos & uiduas, assignauit eam uiuā. Notū autē factum est per uniuersam Ioppen & crediderunt multi in domino. Factum est autem ut dies multos moraretur in Ioppe apud Simonem quendam coriarium.

CAPVT X

VIr autem quidam erat in Cęsarea nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica: religiosus & timens deum cum omni domo sua: faciens elemosynas multas plebi: & deprecans deum semper. Is uidit in uisu manifeste quasi hora diei nona angelū dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: Corneli. At ille intuens eum, timore coreptus dixit: Quis es domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuę ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et nunc mitte uiros in Ioppen: & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur apud Simonem quendam coriarium: cuius est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Et cū discessisset angelus, qui loquebatur illi: uocauit duos domesticos suos & militem metuentem dominum ex his qui illi parebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera autem die iter illis facientibus appropinquantibus ciuitati ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, uoluit gustare. Parantibus autem illis: cecidit super eum mentis excessus. Et uidit cœlum apertū: & descendens quoddam uas uelut linteum magnum quatuor initijs submitti de cœlo in terram: in quo erāt omnia quadrupedia & serpentia terræ & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autē Petrus: Absit domine: quia nunquam manducaui omne commune & immundum: Et uox iterum secundo ad eum: Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factū est per ter. Et statim receptum est uas in cœlū. Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset uisio quam uidisset, ecce uiri qui missi erant à Cornelio inquirentes domum Simonis astiterunt ad ianuā. Et cum uocassent, interrogabant si Simō qui cognominat̄ Petrus illic haberet hospitiū. Petro autē cogitāte de uisione dixit spiritus ei: ecce uiri tres quærūt te. Surge itaq; & descēde & uade cū eis, nihil dubitans, quia

Cornelius cēturio uir integer, baptizatur à Petro cū mltis alijs Cæsariēsibus: Itē de Petri ecstasi.

Eccl. 35 b

quod ego miſi illos. Deſcendens autem Petrus ad uiros, qui miſſi erant à Cornelio ad ipſum, dixit: Ecce ego ſum ille quem quæritis. Quæ cauſa eſt propter quam ueniſtis? Qui dixerunt: Cornelius centurio, uir iuſtus ac timens deum & teſtimonium habens ab uniuerſa gente Iudæorum, oraculo admonitus eſt ab angelo, ut accerſeret te in domũ ſuam, & audiret uerba abs te. Intro uocatos igitur eos, recepit hoſpitio. Sequenti uero die Petrus profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus Ioppenſibus comitati ſunt eum. Poſtri die uero introierunt Cæſaream. Porrò Cornelius expectabat illos conuocatis cognatis ſuis ac neceſſarijs amicis. Vt autem factum eſt ut introiret Petrus, obuiam progreſſus ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adorauit eum. Petrus uero erexit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Et colloquens cum illo, intrauit, & offendit multos qui conuenerant, dixitq́ʒ ad illos: Vos ſcitis, non eſſe fas uiro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam. ſed mihi oſtendit deus, ne quem communem aut immundum dicerem hominem, quapropter & incunctanter ueni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis me? Et Cornelius ait: Die abhinc quarto uſque ad hanc horam, ſedebam ieiunus, & hora nona precabar in domo mea, & ecce uir ſtetit ante me in ueſte ſplendida, & ait: Corneli exaudita eſt deprecatio tua, & eleemoſynæ tuæ in memoria habitæ ſunt coram deo. Mitte ergo qui eant Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus, hic diuerſatur in ędibus Simonis coriarij iuxta mare, qui ſimul atqʒ uenerit loquetur tibi. Cõfeſtim ergo miſi ad te, & tu bene feciſti qui adueneris. Nunc ergo omnes nos teſte deo, adſumus, ut audiamus omnia quęcũqʒ tibi pręcepta ſunt à deo. Aperiens autem Petrus os dixit: Reipſa comperio, quod non ſit perſonarum reſpectus apud deum, ſed in quauis gente, qui timet ipſum & operatur iuſtitiam, is acceptus eſt illi. Sermonem quẽ miſit deus filijs Iſrael, annunciaus pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium dñs. Ipſi noſtis, de quo ſermone fama diuulgatũ fuit in tota Iudęa, rumore primũ orto à Galilæa, poſt baptiſma quod pręedicabat Ioãnes, ut Ieſum Nazarenũ unxerit deus ſpiritu ſctõ & uirtute, q obambulauit benefacien do &

Infra.11.a — Exod.23.d — Deut.7.a — Ephe.6.b — Eſa.56.b — Matth.4.b — Eſa.61.a

quia ego miſi illos? Deſcendens autem Petrus ad uiros, dixit: Ecce ego ſum quem quæritis. Quæ cauſa eſt propter quam ueniſtis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio uir iuſtus & timens deum, & teſtimonium habens ab uniuerſa gente Iudæorum: reſponſum accepit ab angelo ſancto, accerſiri te in domum ſuam & audire uerba abs te. Introducens ergo eos, recepit hoſpitio. Sequenti autem die ſurgẽs, profectus eſt cũ illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati ſunt eum. Altera autem die introiuit Cæſaream. Cornelius uero expectabat illos: conuocatis cognatis ſuis & neceſſarijs amicis. Et factum eſt cum introiſſet Petrus, obuius uenit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius, adorauit eum. Petrus uero eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Et loquens cum illo intrauit: & inuenit multos qui conuenerant. Dixitq́ʒ ad illos: Vos ſcitis quomodo abominatum ſit uiro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam. Sed mihi oſtendit deus neminem communem aut immundum dicere hominem, propter quod ſine dubitatione ueni accerſitus. Interrogo ergo quam ob cauſam accerſitis me? Et Cornelius ait: A nudiuſquarta die uſque ad hanc horam orans eram hora nona in domo mea: & ecce uir ſtetit ante me in ueſte candida & ait: Corneli, exaudita eſt oratio tua: & elemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei. Mitte ergo in Ioppen & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare. Confeſtim ergo miſi ad te, & tu bene feciſti ueniendo. Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo aſſumus audire omnia quæcunque tibi præcepta ſunt à domino. Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit: In ueritate comperi: quoniam non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſticiam, acceptus eſt illi. Verbum miſit deus filijs Iſrael, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum: hic eſt omnium dominus. Vos ſcitis quod factum eſt uerbum per uniuerſam Iudæam. Incipiens enim à Galilæa poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes, Ieſum à Nazareth: quomodo unxit eum Deus ſpiritu ſancto & uirtute: qui pertranſijt benefaciendo & ſanando

D E F

do & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorum & Hierosolymis, quem occiderũt suspensum in ligno. Hunc deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum ut manifestus fieret non toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à deo nimirũ nobis, qui comedimus ac bibimus una cum illo, posteaquam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis ut prædicaremus populo ac testificaremur, quod ipse sit ille qui constitutus erat à deo iudex uiuorum ac mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius quisquis crediderit in eum. Adhuc loquente Petro uerba hęc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebãt sermonem. Et obstupuerunt hi qui ex circuncisorum genere credebant, quotquot uenerant cum Petro, quod & in gentes donum spiritus sancti effusum esset. Audiebant enim illos loquentes linguis ac magnificantes deum. Tũc respõdit Petrus: Num quis prohibere potest quominus aqua baptizentur hi qui spiritũ sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini. Tunc rogauerunt eum, ut remaneret aliquot dies.

A AVdierunt autem apostoli & fratres qui erãt in Iudæa, quod & gẽtes recepissent sermonem dei. Cumq́ ascẽdisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione, dicentes: Ad uiros præputium habentes introisti, & edisti cum illis. Petrus autem rem ab initio repetens, exposuit illis ordine, dicẽs: Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & uidi raptus extra me uisionem, descẽdere uas quoddam ceu linteum magnum, quatuor initijs emissum è cœlo, & uenit usq; ad me. In quod cum intendissem oculos, animaduerti & uidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia, & uolatilia cœli. Audiui autẽ & uocem, dicẽtem mihi: Surge Petre, macta & uescere. Dicebam aũt: Nequaquã domine, quia nihil commune aut immundum unquam introiuit in os meum. Respondit autẽ mihi uox

B rursum è cœlo: quæ deus mũdauit, tu ne communia dixeris. Idq́ accidit tertio, & rursum omnia subducta sunt in cœlum. Et ecce extemplo tres uiri prǽsto aderant in ædibus in quibus eram, è Cæsarea missi ad me. Dixerat autem

& sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalem: quem occiderunt suspendẽtes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus prænordinatis à deo nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo postquã resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari: quia ipse est qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui uenerant cum Petro: quia & in nationes gratia spiritussancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus: Nũquid aquam quis prohibere potest, ut nõ baptizentur hi qui spiritumsanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.

Esa. 43. 53
Ierem. 50 d

CAPVT XI

AVdierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa: quoniam & gentes receperunt uerbum dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & uidi in excessu mentis meę uisionem, descendens uas quoddam uelut linteum magnum quatuor initijs submitti de cœlo: & uenit usque ad me. In quod intuens considerabam, & uidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia & uolatilia cœli. Audiui autem & uocem dicentem mihi: Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem, nequaq́ domine: quia commune aut immundum nunquam introiuit in os meum. Respondit autẽ uox secũdo de cœlo: Quæ deus mũdauit, tu ne cõmune dixeris. Hoc autẽ factũ est per ter: & recepta sunt omĩa rursum in cœlũ. Et ecce uiri tres cõfestim astiterũt in domo in qua erã, missi à Cæsarea ad me. Dixit

Obiurgatur Petrus, q. gentibus euãgeliũ nunciasset, de cõuictu Barnabæ et Pauli: quãdo primũ cœperint dici Christiani, ac de uaticinio Agabi.

tem mihi spiritus,ut congrederer cum illis, nihil hæsitãs. Porrò comitati me sunt & sex fratres hi. Et ingressi sumus in domũ uiri:isq; retulit nobis,ut uidisset angelum domi suæ, qui astitisset ac dixisset sibi:Emitte uiros Ioppen, & accerse Simonem cognomento Petrum, q tibi ea dicturus est,per quæ serueris & tu & uniuersa domus tua. Cum autẽ exorsus essem sermonem,illapsus est spiritus sanctus in illos, quemadmodum & in nos fuerat illapsus initio. Veniebat autem in mentem quod dixerat dominus. Ioannes quidem baptizauit aqua, cæterũ uos baptizabimini spiritu sancto. Proinde si par donũ dedit illis deus, quemadmodum & nobis cum credidissemus in dominũ Iesum Christum: ego porrò quis eram, qui possem obsistere deo? His autem auditis obticuerunt,& glorificauerunt deum,dicentes: Igitur & gentibus deus pœnitentiam cõcessit ad uitam. Et illi quidem qui dispersi fuerãt ex afflictione quæ orta fuerat ob Stephanum,per ambulauerũt usq; ad Phœnicen, & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes sermonem illum,nisi solis Iudæis. Erãt autem quidam ex eis uiri Cyprij & Cyrenẽses,qui cum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, prædicantes dominum Iesum. Et erat manus domini cũ eis,multusq; numerus credentium conuersus est ad dominum. Peruenit autẽ rumor ad aures ecclesię,quę erat Hierosolymis, super his,& miserunt Barnabã ut iret ad Antiochiam. Qui cum peruenisset,& uidisset gratiam dei,gauisus est,& hortabatur omnes, ut proposito cordis perseuerarent adhærere domino. Nã erat uir bonus,ac plenus spiritu sancto & fide. Et addita est multa turba domino. Profectus est autẽ Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum,quẽ cum inuenisset,perduxit Antiochiã. Accidit autẽ ut annum totum consuetudinẽ agerent cum ea congregatione, docerẽtq; turbam multã, & discipuli cognominarẽtur primum Antiochiæ Christiani. In his autẽ diebus superuenerunt ab urbe Hierosolymorum prophetæ Antiochiam,surgẽsq; unus ex eis nomine Agabus,significabat per spiritum, famẽ magnam futuram in toto terrarum orbe,quæ accidit sub Claudio Cęsare. Discipuli autem prout cuiq; suppetebat, proposuerunt in subsidium mittere habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt, mittentes ad

Sup. 8 a

Infra 13 e

autem spiritus mihi,ut irem cum illis,nihil hæsitans: Venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum uiri. Narrauit autem nobis quomodo uidisset angelum in domo sua stantem & dicentem sibi: Mitte in Ioppen: & accersi Simonem qui cognominatur Petrus:qui loquetur tibi uerba in quibus saluus eris tu & uniuersa domus tua. Cũ autem cœpissem loqui, cecidit spiritussanctus super eos sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem uerbi domini, sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua: uos autem baptizabimini spiritusancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum: ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt: & glorificauerunt Deum,dicentes:Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad uitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt usque Phœnicem & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes uerbum, nisi solis Iudæis. Erant autem quidam ex eis uiri Cyprij & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos annunciantes Dominum Iesum. Et erat manus domini cum eis: multusq; numerus credentium conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Hierosolymis super istis. Et miserunt Barnabam usque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset & uidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino: quia erat uir bonus & plenus spiritusancto & fide: & apposita est multa turba domino:Profectus est autem Tharsum ut quæreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum conuersati sunt in ecclesia: & docuerunt turbam multã,ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani. In his autem diebus superuenerunt ab Hierosolymis prophetæ Antiochiam: & surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum famem magnam futuram in uniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem prout quisque habebat proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt mittentes ad senio

C

D

tes ad seniores per manū Barnabæ ac Sauli.

A EOdem autem tempore iniecit Herodes rex manus, ut affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autem Iacobū fratrē Ioannis gladio: uidens autem quod gratum esset Iudæis, perrexit comprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum etiā apprehendisset, posuit in carcerem, tradēs quatuor quaternionibus militum asseruandum, uolēs post pascha producere eū populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Cæterum precatio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum aūt producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus, & B custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri excitauit eū, dicens: Surge uelociter. Et exciderūt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas. Et fecit sic: Et dicit illi: Circunda tibi uestimentū tuū, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quod uerū esset quod fiebat per angelū, sed putabat se uisum uidere. Cū autē præterissent primā ac secundā custodiā, uenerunt ad portā ferreā quę ducit in ciuitatē, quę ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum, & continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio uere, quod miserit dominus angelum suum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni C expectatione plebis Iudæorum: reęq; perpensa uenit ad domū Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi cōgregati & orantes. Cum pulsasset autem Petrus ostium uestibuli, processit puella ut subauscultaret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocem Petri, præ gaudio non aperuit uestibulū, sed introcurrens renunciauit stare Petrum ante uestibulum. At illi dixerūt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat, sic se habere. At illi dicebant: Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent, uiderunt eum, & obstupuerunt. Cum innuisset autem eis mota manu ut tacerent, narrauit illis, quomodo dn̄s eduxisset ipsum de carcere. Dixit autem: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locum. Portò ubi diluxit, erat turbatio non parua inter milites

ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

CAPVT XII

EOdem autem tempore misit Herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio: uidens autem quia placeret Iudęis, apposuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerē: tradensq; quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, uolēs post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri excitauit eum, dicens: Surge uelociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere & calciate caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi uestimentum tuum & sequere me. Et exiens sequebatur eum: & nesciebat quia uerum esset quod fiebat per angelum. Existimabat autem se uisum uidere. Transeuntes autē primam & secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum: & continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio uere quia misit dn̄s angelum suū, & eripuit me de manu Herodis, & de om̄i expectatiōe plebis Iudæorū. Cōsideransq; uenit ad domum Mariæ matris Ioannis: qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi cōgregati & orantes. Pulsante aūt eo ad ostiū ianuę, processit puella ad uidendū, nomine Rhode. Et ut cognouit uocē Petri, præ gaudio nō aperuit ianuā, sed intro currēs nunciauit stare Petrū ante ianuā. At illi dixerūt ad eā: Insanis. Illa autē affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus eius est. Petrus autē perseuerabat pulsans. Cū autem aperuissent ostiū, uiderunt eum & obstupuerunt. Annuens autē eis manu ut tacerēt, narrauit quomodo dn̄s eduxisset eum de carcere. Dixitq;: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locum. Facta autem die erat non parua turbatio inter milites

Herodes Iacobū interficit, & Petrū capit, qui noctu educitur carcere per angelū, perit misere Herodes

Act. 5. d

Gene. 28. d
Dan. 6 d

milites, quidnam accidisset Petro. Herodes autem cum requisisset eum, nec inuenisset, examinatis custodibus, iussit eos duci: descendensque à Iudæa Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem Herodes infensus Tyrijs ac Sidonijs. At illi uno animo uenerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem, eo quod aleretur regio ipsorum *annona* regia. Statuto autem die Herodes uestitus ueste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: uox dei, & nō hominis. Confestim autē percussit eum angelus domini, eo quod non dedisset gloriam deo, & erosus à uermibus, expirauit. Porrò sermo domini crescebat ac multiplicabatur. Barnabas autem & Paulus reuersi sunt Hierosolymam, expleto ministerio, assumpto & Ioanne, cui cognomen erat Marcus.

De ministris ecc'iæ Antiochenæ: Paulus & Barnabas præficiuntur Euāgelij præconio, Barieu excæcatur, Sergius credit Paulus apud Iudæos nihil proficit, apud gētes plurimum

ERant autem quidam in ecclesia, quę erat Antiochiæ, prophetæ ac doctores, Barnabasque & Simon q uocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Cū autem illi sacrificarent domino, ieiunarentque, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabā & Saulū in opus ad quod accersiui eos. Cumque ieiunassent & orassent, imposuissentque eis manus, dimiserūt. Et ipsi quidem emissi à spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt in Cyprum. Et cum essent Salamine, annunciauerunt sermonem dei in synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioannem ministrum. Et peragrata insula usque ad Paphum, inuenerunt quendam magum pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Bariesu, qui erat cum proconsule Sergio Paulo uiro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire sermonem dei. Resistebat autē illis Elymas magus, sic enī interpretatur nomen eius, quęrens auertere procōsulem à fide. Saulus autē qui idem Paulus, repletus spiritu sancto, intentis in eum oculis, dixit: O plene omni dolo & omni uersutia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis inuertere uias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus non uidens solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo ac tenebræ, & circumiens quærebat, qui se manu duceret. Tunc procōsul cum uidisset

milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cū requisisset eum & nō inuenisset: inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendensque à Iudæa in Cæsaream, ibi cōmoratus est. Erat autē iratus Tyrijs & Sidonijs. At illi unanimes uenerūt ad eū: & persuaso Blasto qui erat super cubiculū regis postulabant pacē: eo quod alerentur regiones eorū ab illo. Statuto autem die, Herodes uestitus ueste regia, sedit pro tribunali: & concionabatur ad eos, Populus autē acclamabat, dei uoces & non hominis. Cōfestim autem percussit eum angelus domini: eo quod non dedisset honorem deo: & cōsumptus à uermibus expirauit. Verbum autē domini crescebat & multiplicabatur. Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Hierosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.

CAPVT XIII

ERant autem in ecclesia quę erat Antiochiæ prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui uocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. ministrantibus autem illis domino & ieiunantibus dixit illis spiritussanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponētesque eis manus, dimiserūt illos. Et ipsi quidem missi à spiritusancto abierunt Seleuciam: & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum uenissent Salaminam, prædicabant uerbum dei in synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioānem in ministerio. Et cum perambulassent uniuersam insulam usque ad Paphum, inuenerūt quēdam uirum magum pseudoprophetā Iudæum: cui nomen erat Barieu: qui erat cum proconsule Sergio Paulo uiro prudente. Hic accersitis Barnaba & Paulo desiderabat audire uerbum dei. Resistebat autē illis Elimas Magus: sic enim interpretatur nomē eius, quærēs auertere procōsulem à fide. Saulus autem qui & Paulus repletus spiritusancto, intuens in eū dixit: O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iusticiæ: nō desinis subuertere uias domini rectas. Et nūc ecce manus domini super te: & eris cæcus non uidens solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum uidisset

uidisset quod acciderat, credidit, admirans super doctrina domini. Cum autem à Papho soluisset Paulus, qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphyliæ. Ioãnes autem digressus ab eis, reuersus est Hierosolymam. Cæterum ipsi peragratis regionibus, à Perga uenerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. post lectionem autem legis ac prophetarum miserũt principes synagogæ ad eos, dicẽtes: Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentio indicto, ait: Viri Israelitę, & qui timetis deum, audite. Deus populi huius delegit patres nostros, & populum in altum extulit, cum essent incolæ in terra Aegypti, & brachio excelso eduxit eos ex ea, & circiter quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Ac deletis gẽtibus septem in terra Chanaã, sorte distribuit eis terram eorum. Et post hæc annis circiter quadringentis quinquaginta dedit iudices usque ad Samuelem prophetam. Et exinde postulauerunt regem, deditque illis deus Saul filium Cis uirum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Et amoto illo, suscitauit illis Dauid ut esset rex, cui testimonium reddens dixit: Inueni Dauid filium Iessæ, uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Huius è semine deus ita, ut promiserat, adduxit Israeli seruatorẽ Iesum, cum ante prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum pœnitentiæ Israeli. Cum autem impleret Ioannes cursum, dixit: Quem me arbitramini esse? Non is sum ego, sed ecce uenit post me, cuius non sum dignus soleam pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter uos timent deum, uobis sermo salutis huius missus est. Qui enim habitabãt Hierosolymis, & principes eorum cum ignorarent illum, & uoces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, condemnato eo impleuerunt: nullaque causa mortis inuenta petierunt à Pilato ut interficeret illum. Cumque consummassent omnia quæ de eo scripta erãt depositum de ligno posuerunt in monumento. Deus autem suscitauit eum à mortuis, qui uisus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo à Galilæa Hierosolymam qui sunt testes eius apud plebem. Et nos uobis annunciamus, quod eam repromis-

uidisset factum, credidit, admirans super doctrina domini. Et cum à Papho nauigasset Paulus & qui cum eo erant, uenerunt Pergen Pamphiliæ. Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam. Illi uero pertranseuntes Pergen, uenerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentium indicens, ait: Viri Israelitę, & qui timetis deum audite: Deus plebis Israel elegit patres nostros: & plebem exaltauit cum essent incolæ in terra Aegypti: & in brachio excelso eduxit eos ex ea: & per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringẽtos & quinquaginta annos: & post hæc dedit iudices usque ad Samuel prophetã. Et exinde postulauerunt regem & dedit illis Saul filium Cis, uirum de tribu Beniamin annis quadraginta. Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem: cui & testimonium perhibens dixit: Inueni Dauid filium Iesse uirum secundum cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas. Huius deus ex semine secundũ promissionem eduxit Israel saluatorem Iesum, prædicante Ioanne ante faciẽ aduẽtus eius baptismum pœnitẽtiæ omni populo Israel. Cũ impleret autẽ Ioannes cursum suũ, dicebat: Quẽ me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce uenit post me, cuius nõ sum dignus calciamenta pedum soluere. Viri fratres filij generis Abraham, & qui in uobis timẽt deũ: uobis uerbum salutis huius missum est. Qui enim habitabãt Hierusalem & principes eius hunc ignorantes & uoces prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato ut interficerent eum. Cumque consummassent omnia quę de eo scripta erãt, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumẽto. Deus uero suscitauit eum à mortuis tertia die: qui uisus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem: qui usque nunc sunt testes eius ad plebem: & nos uobis annunciamus eam quæ ad patres

Exod.1.13.14.16 Iosu.13 b Iud.14 1.Reg.10.16 Psalm.80 e Psal.131.4 Luc.23.24

repromissionem, quæ ad patres facta est deus adimpleuerit filijs illorum nimirum nobis, resuscitato Iesu, sicut & in psalmo primo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis, iam non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit: Dabo uobis sancta Dauid fidelia. Ideo & alias dicit: Non permittes ut sanctus tuus uideat corruptionem. Nam Dauid quidem cum suæ ætati inseruisset, consilio dei dormiuit, & appositus est ad patres suos, uiditque corruptionem. At is quem deus suscitauit, non uidit corruptionem. Notum igitur sit uobis uiri fratres, quod per hunc uobis remissio peccatorum annunciatur & ab omnibus à quibus non potuistis per legem Mosi iustificari: per hunc omnis qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat uobis, quod dictum est in prophetis: Videte contemptores, & admiramini, & euanescite: quia opus operor ego in diebus uestris, quod non credetis, si quis enarrauerit uobis. Egressis autem è cœtu Iudæorũ, rogabant gentes, ut sequenti sabbato loquerentur sibi uerba. Soluto autem cœtu, secuti sunt multi Iudæi & religiosi proselyti Paulum ac Barnabam, qui alloquentes suadebant eis ut perseuerarent in gratia dei. Sequenti uero sabbato penè uniuersa ciuitas conuenit ad audiendum sermonem dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur contradicentes, ac loquentes blasphemias. Tũc sumpta fiducia Paulus ac Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui sermonem dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes, sic enim nobis præcepit dominus: Posui te in lucem gentium ut sis salus usque ad extremum terræ. Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonem domini, & crediderunt quotquot erant ordinati ad uitam æternam. Diuulgabatur autem sermo domini per uniuersam regionem. Iudæi uero extimulauerũt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis. & excitauerunt persecutionem in Paulum ac Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum suorum in eos, uenerũt Iconium. Porrò discipuli replebantur gaudio & spiritu sancto.

Hebr.1.b
Esaiæ 55 a
Psalm.15 b
3.Reg.2 b
Esaiæ.49 b

Factum

ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filijs uestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo uobis sancta Dauid fidelia. Ideoque & alibi dicit: nõ dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Dauid enim in sua generatione cum administrasset uolũtati dei, dormiuit & appositus est ad patres suos: & uidit corruptionem. Quem uero deus suscitauit non uidit corruptionem. Notum igitur sit uobis uiri fratres: quia per hunc uobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo ne superueniat uobis quod dictũ est in prophetis: Videte contemptores & admiramini & dispergimini: quia opus operor ego in diebus uestris, opus quod non creditis si quis enarrauerit uobis. Exeuntibus autem illis, rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi uerba hæc. Cũque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Iudæorum & colentium deum aduenarum, Paulum & Barnabam: qui loquẽtes suadebant eis ut permanerent in gratia dei. Sequenti uero sabbato penè uniuersa ciuitas cõuenit audire uerbum dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerũt: Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniã repellitis illud & indignos uos iudicatis æternæ uitæ: ecce conuertimur ad gẽtes. Sic enim præcepit nobis dominus: Posui te in lumen gentibus ut sis in salutem usque ad extremum terrę. Audientes autem gentes, gauisę sunt, & glorificabant uerbũ domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitã æternam. Disseminabatur autem uerbum domini per uniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas & primos ciuitatis & excitauerunt persecutionem in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos, uenerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto.

F
G

CAPVT XIIII

Factum

A FActum est autē Iconij ut simul introirent synagogā Iudæorū, & loquerentur sic, ut crederet Iudæorū simul & Græcorū copiosa multitudo. Qui uero increduli erant Iudæi, cō citauerūt & corruperūt animos gentiū aduersus fratres. Multo igitur tēpore demorati sunt fortiter agētes præsidio dñi, qui testimonium perhibebat sermoni gratiæ suæ, dabatq; ut signa & prodigia fierēt per manus eorū. Diuisa est autē multitudo ciuitatis: & quidā quidem stabant à Iudæis, quidam uero ab apostolis. Cum autem factus esset impetus gentium pariter ac Iudæorum unà cum principibus suis, ut uim afferrent ac lapidarent eos, re intellecta, confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram, & Derben, & finitimam undique regionem, & ibi prædicabant Euangelium. Et B quidam uir Lystris debilis pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquētem. Qui intuitus eum & uidens, quod fidem haberet fore, ut saluus fieret, dixit magna uoce: Surge in pedes tuos rectus. Et exilijt, ambulabatq;. Turbæ uero cum uidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt uocem suam Lycaonice, dicentes: Dij in specie hominum descenderunt ad nos. Et uocabant Barnabam, Iouē: Paulum uero Mercurium, quod is esset dux sermonis. Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, tauros & coronas ad uestibula afferens, cum turbis uolebat sacrificare. Quod ubi audierunt apostoli Barnabas & Paulus, conscissis uestibus suis insilierūt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri, cur ista facitis? C Nos quoque ijsdem quibus uos, obnoxij malis sumus homines, annunciantes, ut ab istis uanis cōuertamini ad deum uiuum, qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis ætatibus sinebat omnes gentes ingredi uijs suis. Quanquam non expertē testimonij seipsum esse sinebat, dum beneficia conferret, de cœlo nobis dans pluuias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Et hæc dicentes, uix compescuerunt turbas ne sibi immolarent. Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi, qui cum persuasissent turbis, ac Paulum lapidassent, extraxerunt eum è ciuitate, existimātes illum mortuum esse. Circundantibus autem eū discipulis, surrexit & intrauit

FActum est autē in Iconio ut simul introirent synagogam Iudæorum & loquerentur, ita ut crederet Iudæorum & Græcorū copiosa multitudo. Qui uero increduli fuerūt Iudæi, suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas gētium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agētes in domino, testimonium perhibēte uerbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autē multitudo ciuitatis: & quidam quidē erant cum Iudæis: quidam uero cum apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium & Iudæorum cū principibus suis ut cōtumelijs afficerent & lapidarent eos: intelligentes cōfugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lystrā & Derben, & uniuersam in circumitu regionē: & ibi euāgelizātes erāt. Et cōmota est omnis multitudo in doctrina eorum: Paulus autē & Barnabas morabātur Lystris. Et quidā uir Lystris infirmus pedibus sedebat claudus ex utero matris suæ, qui nunq; ambulauerat. Hic audiuit Paulū loquentem. Qui intuitus eū, & uidēs quia fidē haberet ut saluus fieret, dixit magna uoce: Surge super pedes tuos rectus: & exiliuit & ambulabat. Turbę autē cum uidissent q̄d fecerat Paulus, leuauerunt uocē suā Lycaonice, dicentes. Dij similes facti hominibus descēderunt ad nos. Et uocabāt Barnabam Iouem: Paulum uero Mercurium: quoniam ipse erat dux uerbi. Sacerdos quoq; Iouis qui erat ante ciuitatē: tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis uolebat sacrificare. Quod ubi audierunt apostoli Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas, clamātes & dicentes: Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes uobis homines: annunciantes uobis ab his uanis cōuerti ad deum uiuum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias & tēpora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorū. Et hoc dicentes, uix sedauerūt turbas ne sibi immolarent. Super uenerunt autē quidā ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis lapidantesq; Paulum, traxerunt extra ciuitatem, æstimantes eum mortuum esse. Circundantibus autem eum discipulis, surgens intrauit

Iudæi incitāt gentes aduersus Christianos. Paulus fugiens Lystrā curat claudū, ibi sacrificare sibi uolētes, prohibet, lapidatur, nec tamē desistit prædicare Christū

Infra 26 a

Psalm. 145 a

intrauit ciuitatem. Ac postero die profectus est cum Barnaba Derben. Cumq; euangelizassent ciuitati illi, ac docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam, denuo cõfirmantes animas discipulorũ, exhortãtesq; ut perseuerarẽt in fide, & quod per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum dei. Et cum suffragijs creassent illis per singulas ecclesias presbyteros, precatiq; essent cum ieiunijs, commendauerunt eos domino in quẽ crediderant. Peragrataq; Pisidia uenerunt in Pamphyliã, & cum locuti essent sermonẽ Pergæ, descẽderunt in urbem Attaliam, & inde soluerunt Antiochiam, unde erãt traditi gratiæ dei in opus quod compleuerũt. Cum autem uenissent & congregassent ecclesiam, retulerũt quæcunq; fecisset deus secum, & quod aperuisset gentibus ostium fidei. Cõmorati sunt autem illic multũ temporis cum discipulis.

Luc. 24. d
2. Timo. 3. b

Cogitur synodus Hierosolymæ, ppter schisma ob circuncisionẽ ortũ, disceptant inter se Paulus & Barnabas
Galat. 2. 5

ET quidam qui descenderant à Iudæa, docebãt fratres, nisi circũcidamini secundũ morem Mosi, non potestis esse salui. Cum orta ergo seditio & disceptatio esset non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt ut ascenderẽt Paulus & Barnabas & quidam alij ex illis, ad apostolos ac presbyteros Hierosolymam, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, narrãtes conuersionem gentium, & adferebant gaudiũ magnum omnibus fratribus. Cum aũt uenissent Hierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis ac presbyteris, annunciaueruntq; quæcunq; deus fecisset cum ipsis. Surrexerunt autem quidam de factione pharisæorum, qui crediderant, dicentes quod oporteret circuncidere eos ac præcipere, ut seruarent legem Mosi. Conueneruntq; apostoli ac presbyteri, ut dispicerent de hoc negocio. Cum autem magna disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, uos scitis, quod ab antiquis diebus deus inter nos elegit, ut per os meum audirent gentes uerbum euangelij, crederentq;.

Act. 1. 10

Et qui nouit corda deus, testimonium prębuit illis, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, nihilq; discreuit inter nos & illos, cum fide purificauerit corda illorum. Nunc ergo quid tentatis deũ, ut imponatis iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri neq; nos portare

intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumq; euangelizassent ciuitati illi & docuissent multos: reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum exhortantesq; ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus: commendauerunt eos domino in quem crediderunt. Transeuntesq; Pisidiam, uenerũt in Pamphyliam: & loquentes uerbum domini in Pergen, descenderunt in Attaliam & inde nauigauerunt Antiochiam, unde erant traditi gratię dei in opus quod compleuerunt. Cum autem uenissent & congregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset deus cum illis: & quia aperuisset gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

CAPVT XV

ET quidam descendentes de Iudæa docebant fratres: quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditiõe nõ minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt ut ascenderẽt Paulus & Barnabas & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem gentium: & faciebãt gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem uenissent Hierosolymam suscepti sunt ab ecclesia & ab apostolis & senioribus, annũciantes quanta deus fecisset cum illis. Surrexerunt autem quidam de hæresi pharisæorum qui crediderunt, dicentes quia oportet circuncidi eos: præcipere quoq; seruare legem Moysi. Conueneruntq; apostoli & seniores uidere de uerbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres uos scitis, quoniam ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum euangelij & credere. Et qui nouit corda deus, testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis deum? imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos neq; patres nostri portare

portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu Christi credim9 nos saluos futuros, quẽadmodum & illi. Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam ac Paulum narrãtes, quę deus ædidisset signa & prodigia inter gẽtes per ipsos. Et postquã cõticuissent, respõdit Iacobus, dicẽs. Viri fratres, audite me. Simeon narrauit quẽadmodũ primũ deus uisitauerit, ut sumeret ex gẽtibus populũ in nomine suo, & huic cõsonant uerba prophetarũ, sicut scriptũ est: Post hæc reuertar, ac rursus ædificabo tabernaculum Dauid, qđ collapsum est, & diruta eius instaurabo: & erigã illud, ut requirãt qui reliqui sunt homines dñm, & oẽs gẽtes super quas inuocatũ est nomen meũ, dicit dñs, qui facit hęc oĩa. Nota à sæculo sunt deo omnia hæc opera sua. Propter quod ego cẽseo, nõ obturbandũ esse illis, qui ex gẽtibus cõuertũtur ad deũ, sed scribendũ ad eos, ut abstineãt se ab inqnamentis simulacrorũ, & scortatiõe, & suffocato, & sanguine. Moses eñ ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicẽt in synagogis, ubi ꝑ omne sabbatũ legitur. Tũc placuit apostolis & senioribus cũ tota ecclesia, ut delectos ex sese uiros mitterent Antiochiã cũ Paulo & Barnaba, Iudã cognomẽto Barsabã & Silã, uiros primarios inter fratres, missis per manus eorũ literis in hãc sententiã: Apostoli & presbyteri & fratres, his qui sunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus qui sunt ex gẽtibus, salutem. Quoniã audiuim9, quod quidã è nobis egressi, turbauerũt uos uerbis, labefactãtes animas uestras, iubentes uos circũcidi & seruare legẽ, quibus nõ mãdaueramus: uisum est nobis unanimiter cõgregatis, delectos uiros mittere ad uos, cũ dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui exposuerũt animas suas ꝓ nomine dñi nostri Iesu Christi. Misim9 ergo Iudã & Silã, qui & ipsi uobis uerbis referẽt eadẽ. Visum est eñ spiritui sancto ac nobis, ne quid ampli9 imponeremus uobis oneris, ꝙ hæc necessaria, uidelicet, ut abstineatis ab his quę sũt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & scortatiõe. A qbus si cõseruaueritis uosipsos, benefacietis. Valete. Illi ergo dimissi uenerũt Antiochiã, & cõgregata multitudĩe reddiderũt epistolã. Quã cũ legissent, gauisi sunt sup cõsolatione. Iudas aũt & Silas cũ essent & ipsi ꝓphetę, sermõe copioso adhortati sũt fratres

portare potuimus: sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quẽadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquàm tacuerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres audite me. Simon narrauit quemadmodũ primum deus uisitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic cõcordant uerba prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit: & diruta eius reædificabo, & erigam illud: ut requirant cęteri hominum dominum: & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. Notum à seculo est domino opus suũ. Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum, sed scribere ad eos ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine. Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia eligere uiros ex eis, & mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba: Iudam qui cognominabatur Barsabas & Silam, uiros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentibus salutem: Quoniam audiuimus quod quidam ex nobis exeuntes turbauerunt uos uerbis euertẽtes animas uestras, quibus nõ mandauimus: placuit nobis collectis in unum eligere uiros, & mittere ad uos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderũt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam: qui & ipsi uobis uerbis referent eadem. Visum est enim spirituisancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris quàm hæc necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum & sanguine & suffocato & fornicatiõe, à quibus custodientes uos bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam, & congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas autem & Silas & ipsi cũ essent prophetæ, uerbo plurimo consolati sunt fratres

Amos 9 c

Gen. 9 a

Gal. 2 a

tres, confirmauerunt͂q. Commorati autem illic aliquātum temporis, dimissi sunt cum pace à fratribus ad apostolos. Visum est autem Silæ manere ibidem, Paulus uero & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & annunciātes cum alijs etiam compluribus sermonem domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: reuertentes iam uisitemus fratres nostros per oms ciuitates, in quibus annunciauimus sermonē domini, quo modo se habeant. Barnabas autem consulebat ut assumerent & Ioannem, cognomento Marcum: Paulus autem nolebat, ut is qui defecisset ab ipsis ex Pamphylia, nec isset cum eis in opus, adiungeretur. Tam acris autē fuit inter eos disceptatio, ut alter ab altero seiūgeretur, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret in Cyprum. Paulus uero allecto Sila profectus est traditus gratiæ dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans ecclesias.

De pfectionibus Pauli & assumpto Timotheo, Lydia baptizatur, puella diuinatrix curatur, Paulus & Sylas uirgis cæsi incarcerātur, ubi custodē carceris lucri faciūt Christo.

Galat. 2 a

Act. 18. 25

PEruenit autem Derben & Lystram, & ecce discipulus quidam erat ibi, nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, cæterum patre Græco. Huic testimonium bonum reddebant qui Lystris erant & Iconij fratres. Hunc uoluit Paulus secum proficisci, & assumptum circuncidit eum p ropter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater eius erat Græcus. Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis seruanda decreta, quæ erant ordinata ab apostolis & presbyteris, qui erant Hierosolymis. Itaq͂ ecclesiæ confirmabantur fide, & abūdabant numero quotidie. Cum peragrassent autem Phrygiam & Galaticam regionem, uetiti͂q essent à spiritu sancto loqui sermonem in Asia, profecti in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem. & uisio per noctem Paulo uisa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, ac dicens: Profectus in Macedoniam, succurre nobis. Vt autem uisum uidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod uocasset nos dominus ad euangelizandum eis. Cum soluissemus igitur à Troade, recto cursu uenimus Samothracen & postero die Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia.

Eramus

tres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum pace à fratribus ad eos qui miserāt illos. Visum est autē Silæ ibi remanere: Iudas aūt solus abijt Hierusalem. Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum alijs pluribus uerbum domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes uisitemus fratres per uniuersas ciuitates in quibus prædicauimus uerbum domini: quomodo se habeant. Barnabas autem uolebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eum: ut qui discessisset ab eis de Pamphilia, & non isset cum eis in opus, nō debere recipi. Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab inuicem: & Barnabas quidem assumpto Marco, nauigaret Cyprum. Paulus uero electo Syla profectus est, traditus gratiæ dei à fratribus. Perambulabat autem Syriā & Ciliciā, confirmans ecclesias: præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum.

G

CAPVT XVI

A

PEruenit autem in Derbē & Lystram. Et ecce discipulus quidā erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris uiduę fidelis, patre gētili. Huic testimonium bonum reddebant qui in Lystris erāt & Iconio fratres. Hunc uoluit Paulus secum proficisci: & assumens circuncidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebāt enim omnes quod pater eius erat gētilis. Cū aūt pertrāsirent ciuitates, tradebāt eis custodire dogmata, quæ erāt decreta ab apostolis & senioribus qui erāt Hierosolymis. Et ecclesiæ quidē confirmabātur fide, & abundabant numero quotidie. Trāseuntes autem Phrygiā & Galatiæ regionē, uetati sunt à spiritu sancto loqui uerbū dei in Asia. Cū uenissent autē in Mysiā, tentabant ire in Bithyniā: & nō permisit eos spiritus Iesu. Cum autē pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & uisio per noctem Paulo ostēsa est. Vir Macedo quidā erat stans & deprecās eū & dicēs: Transiens in Macedoniā adiuua nos. Vt aūt uisum uidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniā, certi facti quod uocasset nos deus euāgelizare eis. Nauigātes autē à Troade, recto cursu uenimus Samothraciā: & sequenti die Neapolim: & inde Philippos quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas Colonia.

Eramus

B Eramus autem in eadem urbe diebus aliquot cõmorantes,& die sabbatorum egressi sumus è ciuitate iuxta flumen,ubi solebat esse precatio,& sedẽtes loquebamnr mulieribus quæ cõuenerant.Et quædã mulier nomine Lydia purpurarũ uẽditrix ciuitatis Thyatirorũ,colẽs deum,audiuit,cui9 dñs aperuit cor, ut intẽderet his quæ dicebantur à Paulo. Cum aũt baptizata esset & domus eius, deprecata est dicẽs: Si iudicastis me fidelẽ dño esse, introite in domum meam & manete.& adegit nos. Accidit autem euntibus nobis ad precationem,ut puella quædam habens spiritum Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando.Hęc subsecuta Paulũ ac nos, clamabat dicens : Isti homines serui dei excelsissimi sunt, qui annunciant nobis uiã salutis.Hoc autẽ faciebat multos dies.
C Sed ægre ferens Paulus, & conuersus,spiritui dixit:Præcipio tibi per nomẽ Iesu Christi, ut exeas ab ea. Et exijt eadem hora. Videntes autem domini eius,quod abisset spes quęstus sui,apprehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus, dixerunt : Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi, & annunciant instituta quæ non licet nobis suscipere, neqꝫ seruare,cum simus Rhomani.Et concurrit turba aduersus eos, ac magistratus scissis uestibus suis, iusserunt eos uirgis cædi. Cúmque multas plagas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerem,præcipientes custodi carceris,ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset,coniecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant deum . Exaudiebant autẽ eos, qui
D uincti erant . Subito uero terræmotus factus est magnus:ita ut concuterentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & omnium uincula soluta sunt.Experrectus aũt custos carceris cum uideret ianuas apertas carceris, euaginato gladio, erat seipsum interfecturus,existimãs aufugisse uinctos.Clamauit aũt Paulus uoce magna,dicens: Ne quid feceris tibipsi mali, uniuersi enim hic sumus.Postulatoqꝫ lumine, irrupit, ac tremefactus accidit Paulo & Silæ *ad pedes*, & productis illis foras,ait:Domini,quid me oportet facere,ut salus fiam? At illi dixerũt: Crede in dominum Iesum

Eramus autẽ in hac urbe diebus aliquot consistentes. Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen ubi uidebatur oratio esse,& sedentes loquebamur mulieribus quæ cõuenerant:& quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum colens deum audiuit, cuius dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. Cum autẽ baptizata esset, & domus eius, deprecata est dicens:Si iudicastis me fidelem domino esse:introite in domum meam & manete:& coegit nos. Factum est autem eũtibus nobis ad orationem,puellam quandam habẽtem spiritum Pythonem obuiare nobis : quæ quæstum magnum pręstabat dominis suis diuinãdo,Hæc subsecuta Paulum & nos,clamabat dicens : Isti homines serui dei excelsi sunt: qui annũciant uobis uiã salutis: hoc autem faciebat multis diebus . Dolẽs autem Paulus & cõuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.Et exijt eadẽ hora. Videntes autem domini eius quia exiuit spes quæstus eorum : apprehendentes Paulum & Sylam perduxerunt in forum ad principes:& offerentes eos magistratibus,dixerunt,Hi homines conturbãt ciuitatem nostram cum sint Iudæi : & annunciant morem quem non licet nobis suscipere neque facere, cum simus Romani.Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos uirgis cædi . Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem : præcipientes custodi,ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset,misit eos in interiorem carcerem : & pedes eorum strinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Sylas adorantes laudabant deum : & audiebant eos qui in custodia erãt.Subito uero terręmotus factus est magnus:ita ut mouerentur fundamẽta carceris.Et statim aperta sunt omnia ostia: & uniuersorum uincula soluta sunt. Expergefactus autem custos carceris & uidẽs ianuas apertas carceris:euaginato gladio uolebat se interficere,æstimans fugisse uinctos. Clamauit autem Paulus uoce magna,dicens: Nihil tibi mali feceris, Vniuersi enim hic sumus.Petitoqꝫ lumine introgressus est : & tremefactus procidit Paulo & Sylæ ad pedes:& producens eos foras ait:Domini,quid me oportet facere ut saluus fiam? At illi dixerũt : Crede in dominum Iesum

Infra 17 b

2. Cor. 11 c

Iesum, & saluus eris tu & domus tua. Et locuti sunt ei sermonem domini, & omnibus qui erant in domo eius. Et assumptis illis in illa hora noctis, abluit plagas, & baptizatus est ipse & omnes domestici illius, continuo. Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam & exultauit, quod cum uniuersa domo sua credidisset deo. Et cum dies ortus esset, miserunt magistratus uiatores, dicentes: Dimitte homines illos. Nunciauit autem custos carceris sermones hos Paulo: miserunt magistratus ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes, ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publice indicta causa, cum simus Rhomani, coniecerunt in carcerem, & nunc occulte nos eiiciunt? Non profecto, sed ueniant ipsi ac nos educant. Nunciauerunt autem magistratibus uiatores uerba hæc: Timueruntque, audito quod Rhomani essent, & uenientes deprecati sunt eos, & eductos rogabant ut egrederentur è ciuitate. Egressi autem è carcere, introierunt ad Lydiam, & uisis fratribus, consolati sunt eos & profecti sunt.

Thessalonicensibus & Atheniensibus nunciat Christum Paulus, tumultus excitatur, euadit ipse cum Sila

Cum autem iter fecissent per Amphipolim & Apolloniam, uenerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem suam Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis è scripturis adaperiens & allegans, quod Christum oportuisset pati & resurgere à mortuis, & quod hic esset Christus Iesus, quem ego *inquit*, annuncio uobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresque primariæ non paucæ. Zelo autem commoti Iudæi increduli, & assumptis quibusdam circumforaneis uiris malis, ac turba coacta concitauerunt ciuitatem, & urgentes domum Iasonis, quærebant eos producere ad populum. Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Hi qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoque uenerunt, quos clanculum excepit Iason. & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem turbam, & magistratus ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione ab Iasone & à cæteris, dimiserunt eos. Fratres uero confestim per noctem emiserunt Paulum, simul & Silam in Berrhœam. Qui cum aduenissent, abierunt in synagogam Iudæorum. Hi autem erant summo genere na

Luc. 24 g

Ioan. 18 g

Iesum & saluus eris tu & domus tua. Et locuti sunt ei uerbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum. Et baptizatus est ipse & omnis domus eius continuo. Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam & lætatus est cum omni domo sua credens deo. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores: dicentes: Dimitte homines illos. Nunciauit autem custos carceris uerba hæc Paulo: quia miserunt magistratus ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem: & nunc occulte nos eiiciunt? Non ita, sed ueniant & ipsi nos eiiciant. Nunciauerunt autem magistratibus lictores uerba hæc. Timueruntque audito quod Romani essent: & uenientes deprecati sunt eos: & educentes rogabant ut egrederentur de urbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & uisis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt. B

CAP. XVII

Cum autem perambulassent Amphipolim & Apolloniam, uenerunt Thessalonicam: ubi erat synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos: & per sabbata tria disserebat eis de scripturis, adaperiens & insinuans: quia Christum oportuit pati & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus quem ego annuncio uobis. Et quidam ex eis crediderunt: & adiuncti sunt Paulo & Silæ: & de colentibus gentilibusque multitudo magna: & mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autem Iudæi, assumentesque de uulgo uiros quosdam malos: & turba facta concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis quærebant producere in populum. Et cum non inuenissent eos trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes: quoniam hi qui urbem concitant, & huc uenerunt, quos suscepit Iason: & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem plæbem & principes ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone & cæteris, dimiserunt eos. Fratres uero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beroam. Qui cum uenissent in synagogam Iudæorum, introierunt. Hi autem erant nobiliores A B C

re nati inter eos qui erãt Thessalonicæ, qui re-
ceperant sermonem cum omni animi prompti-
tudine quotidie scrutantes scripturas, an hæc
ita se haberent. Et multi quidẽ crediderunt ex
eis, & Græcę mulieres honestæ, & uiri nõ pau
ci. Cum aũt cognouissent Thessalonicenses
Iudæi, quod & Berrhœæ annunciatus esset à
Paulo sermo dei, uenerũt, & illic quoq; cõmo-
uebant turbas. Statimq; tunc Paulum emise-
runt fratres, ut iret uelut ad mare. Silas aũt &
Timotheus remanserunt ibi. Porrò qui prose
D quebantur Paulũ, deduxerunt eum Athenas
usq;. & accepto mandato ad Silam ac Timo-
theum, ut q̃ celerrime uenirẽt ad se, profecti
sunt. Paulus aũt cũ Athenis eos expectaret,
incãdescebat spiritus eius in ipso, cum uideret
simulacrorum cultui deditã ciuitatẽ. Disputa-
bat igitur in synagoga cũ Iudæis & religiosis,
& in foro quotidie cũ ijs qui ipsum forte adis-
sent. Quidã aũt Epicurei & Stoici philosophi
cõflictabantur cũ eo, & quidã dicebãt: Quid
uult spermologus hic dicere? Alij uero, nouo-
rũ, *inquiebant*, dæmoniorũ uidetur annũciator
E esse, quod Iesum & resurrectionẽ annunciaret
eis. Et apprehẽsum eum ad Martiũ uicum du
xerunt, dicẽtes: Possumus ne scire quæ sit ista
noua quæ à te refertur doctrina? Noua enim
quædã ingeris auribꝰ nostris. Volumus ergo
scire, quid nã uelint hæc esse. Athenienses aũt
oẽs, & qui illic uersabãtur hospites, ad nihil a-
liud uacabãt, nisi ad dicendũ aut audiendũ ali
quid noui. Stans aũt Paulus in medio Martij
uici, ait: Viri Atheniẽses, per omnia fere super
stitiosiores uos uideo. Præteriẽs enim & contẽ
plãs culturas uestras, inueni & aram in qua in
F scriptũ erat: Ignoto deo. Quẽ ergo ignorãtes
colitis, hunc ego annuncio uobis. Deus qui fe-
cit mundũ & omnia quę in eo sunt, hic cœli &
terræ cũ sit dñs nõ in manufactis tẽplis habi-
tat, nec manibus humanis colitur indigens ali
quo, cũ ipse det omnibus uitã & halitũ per o-
mnia: fecitq; ex uno sanguine omne genꝰ ho
minũ, ut inhabitaret super uniuersam faciẽ ter
ræ: præfinijtq; præstituta tẽpora, præfixitq;
terminos habitatiõis eorũ: ut quærerẽt deũ, si
forte palpẽt eum & inueniãt, quãuis nõ lõge
absit ab unoquoq; nostrũ. Per ipsum em̃ uiui
mus & mouemur & sumus, sicut & quidã ue-
stratiũ poetarũ dixerũt: Nã huius ꝓgenies e-
G tiã sumus. Genus ergo cũ simus dei, non debe
mus

res eorum qui sunt Thessalonicæ qui suscepe-
runt uerbum cũ omni auiditate: quotidie scru-
tantes scripturas, si hæc ita se haberẽt. Et mul-
ti quidem crediderunt ex eis: & mulierum gẽ-
tilium honestarum, & uiri non pauci. Cum au
tem cognouissent in Thessalonica Iudęi: quia
& Beroæ prædicatum est à Paulo uerbũ dei,
uenerunt & illuc commouentes & turbantes
multitudinem. Statimq; tunc Paulum dimise-
runt fratres, ut iret usq; ad mare. Silas autem
& Timotheus remãserunt ibi. Qui autem de-
ducebant Paulum, perduxerunt eum usq; A-
thenas: & accepto mandato ab eo ad Silam
& Timotheum, ut quam celeriter uenirent ad
illum, profecti sunt. Paulus autem cum Athẽ
nis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in
ipso, uidens Idolatriæ deditam ciuitatem. Di-
sputabat igitur in synagoga cum Iudæis & co
lentibus: & in foro per omnes dies ad eos qui
audierãt. Quidã aũt Epicurei & Stoici philo-
sophi disserebant cum eo: & quidam dicebãt
Quid uult seminiuerbius hic dicere? Alij uero:
nouorum dæmoniorum uidetur annunciator
esse: quia Iesum & Resurrectionẽ annũciabat
eis. Et apprehensum eum ad Ariopagum du
xerunt, dicentes: Possumus scire quæ est hæc
noua quæ à te dicitur doctrina? Noua enim
quædam infers auribus nostris. Volumus er-
go scire quidnam uelint hæc esse. Atheniẽses
autẽ omnes & aduenæ hospites ad nihil aliud
uacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid no
ui. Stans autem Paulus in medio Ariopagi,
ait: Viri Atheniẽses per omnia quasi supersti-
tiosos uos uideo. Præteriens enim & uidens si
mulacra uestra: inueni & Arã in qua scriptum
erat: Ignoto deo. Quod ergo ignorãtes colitis
hoc ego annũcio uobis. Deus qui fecit mun-
Supra 14 g
dum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terrę
cum sit dominus non in manufactis tẽplis ha
bitat: nec manibus humanis colitur indigẽs a-
liquo: cum ipse det omnibus uitam & inspira-
tionẽ & omnia: fecitq; ex uno omne genus ho
minum inhabitare super uniuersam faciẽ ter-
ræ, definiens statuta tempora & terminos ha
bitationis eorum: quærere deum si forte attre
ctent eum aut inueniant: q̃uis non lõge sit ab
unoquoq; nostrũ. In ipso enim uiuimꝰ & mo
uemur & sumus: sicut & quidam uestrorum
poetarum dixerunt. Ipsius enim & genus su-
mus. Genus ergo cum simus dei, non debe-

mus existimare auro aut argento, aut lapidi arte sculpto, & inuento hominis, numen esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiæ cum hactenus dissimularit deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; resipiscant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia, per eum uirũ per quem decreuerat, fide præstita omnibus, cum excitarit illum ex mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem irridebant, alij uero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. sic Paulus exiuit è medio eorum. Quidam uero uiri adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, alijq; cum eis.

Paulus Corinthũ ueniens illic docet Christũ, inde quorundã malitia pulsus nauigat Ephesum, inde Cæsariã: docet et Apollos Iesum esse Christum

POst hæc Paulus digressus Athenis, uenit Corinthum: & nactus quendã Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, eo quod præcepisset Claudius, omnes Iudæos Rhoma decedere, accessit ad eos: & quia eiusdem erat artificij, manebat apud eos & operabatur. Erat autem ars illorum texere tabernacula. Disputabat autẽ in synagoga per omne sabbatum, suadebatq; Iudæis pariter & Græcis. Cum uenissent autem è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis Christum esse Iesum. Contradicentibus autem eis ac blasphema loquentibus, excussis uestimentis, dixit ad eos: Sanguis uester super caput uestrum. Mũdus ego posthac ad gentes uadam. Et migrãs inde intrauit in domum cuiusdam, nomine Iusti, colentis deum, cuius domus erat contigua synagogæ. Crispus autem archisynagogus credidit domino cum tota domo sua, multiq; Corinthiorum audientes credebant, ac baptizabantur. Dixit autem dominus nocte per uisionem Paulo: Noli timere, sed loquere & ne taceas, propterea quod ego sim tecum. & nemo adorietur te ut affligat te, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autẽ ibi annum & sex menses, docens eos sermonem dei. Cæterum cum Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: contra legem hic suadet hominibus colere deum. Cum autem Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: si qua iniuria esset aut facinus malum, ò Iudæi

mus æstimare auro & argento aut lapidi sculpturæ artis & cogitationis hominis diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens deus nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; pœnitentiam agant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate in uiro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum: quidam quidem irridebant: quidam uero dixerunt: Audiamus te de hoc iterum Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam uero uiri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Ariopagita & mulier nomine Damaris: & alij cum eis.

CAP. XVIII

A POst hæc egressus ab Athenis, uenit Corinthum: & inueniens quendam Iudęum nomine Aquilam põticum genere, qui nuper uenerat ab Italia & Priscillam uxorem eius: eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma, accessit ad eos: & quia eiusdem erat artis, manebat apud eos & operabatur. Erant autem scenofactoriæ artis. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen domini Iesu: suadebatq; Iudæis & Græcis. Cum uenissent autem de Ma- B cedonia Silas & Timotheus, instabat uerbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens uestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis uester super caput uestrum. Mundus ego ex hoc ad gẽtes uadam. Et migrans inde intrauit in domum cuiusdam nomine Titi iusti colentis deum: cuius domus erat coniuncta synagogæ. Crispus autem archisynagogus credidit domino cum omni do- C mo sua, & multi Corinthiorum audientes, credebant & baptizabantur. Dixit aũt dominus nocte per uisionem Paulo: Noli timere: sed loquere & ne taceas. Propter quod ego sum tecum & nemo apponetur tibi ut noceat te, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit aũt ibi annum & sex menses, docens apud eos uerbum dei. Gallione autem proconsule Achaiæ insurrexerunt uno animo Iudæi in Paulum: & adduxerunt eum ad tribunal, di- D centes quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Incipiente autem Paulo aperire os: dixit Gallio ad Iudæos: Siquidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum, Quiri

ò Iudæi merito uos sustinerem. si uero quæstio est de sermone ac nominibus & lege uestrate, uos ipsi uideritis. Iudex enim ego horũ nolo esse. Et abegit eos à tribunali. Apprehẽsum autem omnes Græci Sosthenem principem synagogę percutiebant ante tribunal, neque quicquã eorũ Gallioni curæ erat. Paulus uero deinde commoratus dies multos, ualedicto fratribus, abnauigauit in Syriam, comitãtibus eum Priscilla & Aquila, posteaq́ raserat caput in Cenchreis, habebat enim uotum. Deuenitq́ Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse uero ingressus synagogam, disputabat cũ Iudæis. Rogantibus autem eis ut tempore ampliori maneret apud se, nõ annuit, sed ualedixit illis, dicens: Oportet omnino me festum quod instat, agere Hierosolymis, sed iterũ reuertar ad uos, deo uolente. Et soluit Epheso. Cumq́ descendisset Cæsareã, ascendissetq́ & salutasset ecclesiam, descẽdit Antiochiam. Et cõmoratus illic aliquantum temporis, profectus est perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiã, confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidã Apollos nomine, Alexandrinus genere, uir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis. Hic erat institutus in uia domini, & feruens spiritu loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt dñi, sciens tãtum baptisma Ioannis. Et hic cœpit libere loqui in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eũ, atq́ exactius exposuerunt ei uiã dei. Cum autẽ uellet ire Achaiam, exhortati fratres scripserũt discipulis, ut susciperent eum. Qui cũ uenisset contulit multũ his q̃ crediderũt per gratiã. Vehementer enim Iudæos reuincebat, publice, ostẽdens per scripturas, q̃d Iesus esset Christus.

Factum est autẽ cũ Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis supioribus partibus, ueniret Ephesum, & repertis quibusdã discipulis, dixit ad eos: Num spiritũ sanctũ accepistis, posteaq́ credidistis? At illi dixerũt ad eum: Imò neq́, sit ne spiritus sanctus, audiuimus. Et ait ad illos. Quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt: Ioãnis baptismate. Dixit aũt Paulus: Ioãnes quidem baptizauit baptismo pœnitẽtiæ populo loquẽs de eo, q̃ uẽturus esset post ipsum, ut crederẽt: hoc est, de Christo Iesu. His auditis baptizati sunt in nomine dñi Iesu. Et cũ imposuisset illis man9 Paulus, uenit spiritus

O uiri Iudęi, recte uos sustinerem: si uero quęstiones sunt de uerbo & nominibus legis uestræ, uos ipsi uideritis. Iudex ego horum nolo esse: & minauit eos à tribunali. Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ, percutiebant eum ante tribunal, & nihil eorum Gallioni curæ erat. Paulus uero cum adhuc sustinuisset dies multos fratribus ualefaciens nauigauit in Syriam: & cum eo Priscilla & Aquila qui sibi totonderat in Cenchris caput: Habebat enim uotum. Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse uero ingressus synagogam disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non consensit: sed ualefaciens & dicens: iterum reuertar ad uos deo uolẽte, profectus est ab Epheso. Et descendens Cæsaream ascendit & salutauit ecclesiam: & descendit in Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, uir eloquens deuenit Ephesum potens in scripturis. Hic erat edoctus uiã domini: et feruens spiritu loquebatur: & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum baptisma Ioannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum & diligentius exposuerunt ei uiam domini. Cum autẽ uellet ire Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis, ut susciperent eum. Qui cum uenisset, contulit multum his qui crediderunt. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice ostẽdens per scripturas esse Christum Iesum.

CAPVT XIX

Factum est autẽ cũ Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis supioribus partibus ueniret Ephesum & inueniret quosdã de discipulis. Dixitq́ ad eos: Si spiritũsanctũ accepistis credentes? At illi dixerunt ad eũ: Sed neq́ si spiritussanctus est audiuimus. Ille uero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: in eum qui uenturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritussan

De 12. Ephesij à Paulo baptizatis, deque prædicatione eius in Asia, & tumultu cõtra eum excitato.

Sup. 1. 11 Matth. 3 c

spiritus sanctus super eos: & loquebantur linguis & prophetabant. Erant autem omnes uiri fere duodecim. Introgressus autẽ synagogã libere loquebatur ad tres mẽses disputans, & suadens de regno dei. Cum aũt quidam indurarentur nec crederent, male loquentes de uia domini coram multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent sermonem domini Iesu, Iudæi simul & Græci. Virtutesq́ non uulgares ædebat deus per manus Pauli, ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinthia: & recederent ab eis morbi & spiritus mali egrederentur. Tentauerunt autem quidam è circum euntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes: Adiuramus uos per Iesum, quem Paulus prædicat. Erant aũt quidã filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotũ septem, qui hoc faciebant. Respondens aũt spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio, uos autem qui estis? Et insiliẽs in eos homo, in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit cõtra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis, qui habitabant Ephesi, & incidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu. Multiq́ credentium ueniebant confitentes & annunciantes facta sua. Multi autem ex eis, qui curiosas artes exercuerant, cõportatos libros exusserunt coram omnibus, & supputatis precijs illorum, repererunt pecuniæ quinquaginta millia. Ita fortiter crescebat sermo dei, & confirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Hierosolymam, dicens: postquam fuero ibi: oportet me & Rhomam uidere. Missis autem in Macedoniam duobus ex ijs, qui ministrabant sibi, uidelicet Timotheo & Erasto, ipse remansit ad tempus in Asia. Ortus est autem illo tempore tumultus non exiguus de illa uia. Nam quidam nomine Demetrius, faber argẽtarius, qui faciebat delubra argẽtea Dianę, præstabat artificibus nõ exiguum quæstum: quibus conuocatis & ijs qui similiũ rerũ erant opifices, dixit: Viri scitis quod ex hoc opificio quæstus

Rom. 15 d

spiritussanctus super eos: & loquebantur linguis & prophetabant. Erant aũt omnes uiri fere duodecim. Ingressus autem synagogam cũ fiducia loquebatur per tres mẽses disputans, & suadens de regno dei. Cum aũt quidã indurarẽtur & nõ crederent, maledicentes uiam domini corã multitudine, discedẽs ab eis segregauit discipulos quotidie disputans in schola tyranni cuiusdã. Hoc aũt factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabãt in Asia, audirent uerbũ dñi, Iudæi atq́ gẽtiles. Virtutesq́ nõ modicas quaslibet faciebat deus per manũ Pauli: ita ut etiã super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia: & recedebant ab eis languores: & spiritus nequã egrediebantur. Tentauerunt aũt quidã & de circũeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebãt spiritus malos nomen domini Iesu dicẽtes: Adiuro uos per Iesum quem Paulus prædicat. Erant autem cuiusdam Iudęi nomine Sceuę principis sacerdotum septem filij qui hoc faciebant. Respõdens autem spiritus nequam dixit eis: Iesum noui & Paulum scio: Vos autem qui estis? Et insiliens homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum inualuit cõtra eos: ita ut nudi & uulnerati effugerẽt de domo illa. Hoc aũt notum factũ est omnibus Iudæis atq́ gẽtilibus qui habitabãt Ephesi. Et cecidit timor super omnes illos: & magnificabatur nomen dñi Iesu: Multiq́ credentiũ ueniebant cõfitentes & annunciantes actus suos. Multi aũt ex eis qui fuerant curiosa sectati: contulerunt libros & combusserunt eos coram omnibus: & computatis precijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter crescebat uerbum dei & confirmabatur. His autem expletis proposuit Paulus in spiritu transita Macedonia & Achaia ire Hierosolymam dicẽs: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam uidere. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum & Erastum: ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de uia domini. Demetrius enim quidam nomine, argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum, quos conuocans & eos qui eiusmodi erant opifices, dixit. Viri scitis quia de hoc artificio est nobis

B C D E

quæstus nobis est. & uidetis, & auditis, quod nō solū in Ephesina ciuitate, sed penè per totā Asiā Paulus hic persuasit, & auertit multā turbam dicens: quod nō sint dij, qui manibus fiant. Non solū aūt hæc pars nobis in periculū uenit, ne reprobetur, uerūetiā ne magnæ deæ Dianæ tēplū pro nihilo habeatur, futurumq́ sit ut etiā destruatᶜ maiestas eiꝰ quā tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, & exclamauerūt, dicētes: Magna Diana Ephesiorū. Et impleta est ciuitas tota cōfusione, & impetū fecerūt uno animo in theatrū, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo aūt uolente intrare ad populum non permiserunt discipuli. Quidam aūt & ex Asiæ primoribus, qui erāt amici eius, miserūt ad eum rogātes, ne se daret in theatrum. Alij quidē igitur aliud clamabant. Erat enim cōcio confusa, & pleriq; nesciebant qua ex causa cōuenissent. De turba aūt protraxerunt Alexādrum, propellētibus eum Iudęis. Alexāder autem manu silentio postulato, uolebat rationē reddere populo. Quē ut cognouerunt Iudæū esse, uox orta est una omniū, ferme ad horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorū. Cum autē sedasset scriba turbā, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatē cultricē esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi simulacri. Cū igitur his nemo cōtradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitāter agere. Adduxistis eñ homines istos, neq; sacrilegos, neq; cōtumeliosos in deam uestram. quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem causam, *conuentus* forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. Siquid aūt de rebus alijs quæritis, in legitima cōcione dirimetur. Nam periculum est, ne seditiōis hodiernę rei fiamus cum nulla subsit causa, unde poterimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit concionem.

Postquàm autem cessauit tumultus, uocatis ad se Paulus discipulis, cōplexusq́ illos profectus est, ut iret in Macedoniā. Cū autē perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, uenit in Græciam, & ibi peractis mēsibus tribus, cū essent illi structæ insidiæ à Iudæis soluturo in Syriā, habebat in animo, ut reuerteretur per Macedoniā. Comitatus est aūt eū usq; ad Asiam Sopater Berrhœ

est nobis acquisitio, & uidetis & auditis: quia non solum Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens, auertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionē uenire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius quam tota Asia & orbis colit. His auditis, repleti sunt ira: & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas tota confusione: & impetum fecerunt uno animo in theatrum rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem uolente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum rogātes ne se daret in theatrum. Alij autem aliud clamabant: Erat enim ecclesia confusa & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. De turba autem detraxerant Alexandrum propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, uolebat reddere rationem populo. Quem ut cognouerunt Iudæum esse uox facta est una omnium quasi per horas duas clamantiū: Magna Diana Ephesiorum. Et cū sedasset scriba turbas, dixit: Viri Ephesij: quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisq́ prolis? Cum ergo his cōtradici nō possit, oportet uos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis eñ homines istos neque sacrilegos neq; blasphemātes deam uestram. Qđ si Demetrius & qui cū eo sunt artifices habēt aduersus aliquē causam, cōuentus forēses aguntur, & procōsules sunt, accusent inuicē. Si quid aūt alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolui. Nā & periclitamur argui seditiōis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit de quo possumus reddere rationē cōcursus istius Et cū hæc dixisset, dimisit ecclesiam. c. xx

Postquam autem cessauit tumultus, uocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos ualedixit: & profectus est ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas & exhortatus eos fuisset multo sermone, uenit ad Græciā: ubi cum fuisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriā: habuitq́ consiliū ut reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est aūt eum Sosipater Pyrrhi

Psal. 113

Quō Eutychū mortuum uitæ restituerit Paulus, inde nauigauerit & quō Ephesinæ ecclesiæ ministris commissa sit eius administratio

Berrhœensis, Thessalonicensium uero Aristarchus & Secũdus,& Gaius Derbæus ac Timotheus, Asiani uero Tychicus & Trophimus. Hi cũ præcessissent, expectarũt nos Troade: nos uero abnauigauimus post dies azymorũ à Philippis, & uenimus ad eos Troadẽ intra dies quinqꝫ, ubi demorati sumus dies septẽ. Vno aũt die sabbatorũ, cum côuenissent discipuli ad frãgendũ panẽ, Paulus disserebat eis profecturus postridie, protraxitqꝫ sermonem usqꝫ in mediã noctem. Erant aũt lucernæ multæ in cœnaculo ubi eramus cõgregati. Sedens aũt quidã adolescens nomine Eutychus in fenestra, cũ degrauaret somno profundo disserente diu Paulo magis depressus somno, decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descẽdisset aũt Paulus, incubuit super eũ, & cõplexus dixit: Nolite turbari. Anima enim eius in ipso est. Cũ ascẽdisset aũt, fregissetqꝫ panẽ ac degustasset, diu collocutus usqꝫ ad diluculũ, ita demũ profectus est. Adduxerunt aũt puerũ uiuentẽ, & refocillati sunt nõ mediocriter. Nos aũt cõscensa naui soluimus Asson, inde excepturi Paulũ, Sic enim ordinauerat, ipse per terrã iter facturus. Cum aũt côuenissemus Asson recepto eo, uenimus in Mitylenẽ. Et inde nauigantes, sequẽti die uenimus cõtra Chiũ. Postridie uero appulimus Samũ, & cõmorati Trogylij proximo die uenimus in Miletũ: proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diẽ pentecostes ageret Hierosolymis. A Mileto aũt missis Ephesum nuncijs, accersiuit presbyteros Ecclesiæ, qui cũ peruenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiã, quomodo uobiscum per omne tẽpus fuerim, seruiẽs dñо cũ omni animi humilitate, cũqꝫ multis lachrymis & tẽtationibus, quæ mihi acciderũt ex insidijs Iudæorũ: ut nihil suffugerim eorũ quæ essent in rem uestrã, quin annunciarẽ uobis & docerẽ uos publice ac per singulas domos testificans Iudæis simul & Græcis, eam quę erga deũ est pœnitentiã, ac fidẽ quæ est erga dñm nostrũ Iesum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu proficiscor Hierosolymã, quę ĩ ea obuẽtura sint mihi ignorãs, nisi quod spiritussanctus per singulas ciuitates testificatur, dicẽs: quod uincula & afflictiões me manent. Verũ nihil me mouet, neqꝫ

3.Reg.17 c
4.Reg.4 d

Pyrrhi Beroensis: Thessalonicensium uero Aristarch9 & Secũdus, & Gaius Derbæus & Timotheus: Asiani uero Tychicus & Trophimus. Hi cum præcessissent sustinuerunt nos Troade: nos uero nauigauimus post dies azymorũ à Philippis, & uenimus ad eos Troadẽ in diebus quinqꝫ, ubi demorati sumus diebus septẽ. Vna aũt sabbati cũ côuenissem9 ad frãgendũ panẽ, Paulus disputabat cũ eis profectur9 in crastinũ: protraxitqꝫ sermonẽ usqꝫ in mediã noctẽ. Erãt autẽ lampades copiosæ in cœnaculo ubi eramus cõgregati. Sedens autẽ quidã adolescẽs nomine Eutychus super fenestrã, cum mergeretur somno graui disputãte diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum: & sublatus est mortuus: ad quẽ cũ descendisset Paulus, incubuit super eũ, & cõplexus dixit: Nolite turbari: Anima enim ipsius in ipso est. Ascendẽs aũt, frangensqꝫ panẽ & gustans, satisqꝫ allocutus est usqꝫ in lucẽ: & sic profectus est. Adduxerunt aũt puerũ uiuentẽ: & cõsolati sunt nõ minime. Nos autẽ ascẽdẽtes nauẽ nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulũ: Sic enim disposuerat ipse per terrã iter facturus. Cum aũt côuenissemus in Asson, assumpto eo uenimus Mytilenẽ. Et inde nauigantes sequenti die uenimus contra Chium: & alia die applicuimus Samum: & sequẽti die uenimus Miletũ. Proposuerat enim Paulus trãsnauigare Ephesum: ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim si possibile sibi esset ut diem Pentecosten faceret Hierosolymis. A Mileto autem mittens Ephesum, uocauit maiores natu ecclesiæ. Qui cũ uenissent ad eum & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter uobiscum per omne tempus fuerim seruiens domino cum omni humilitate & lachrymis & tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim uobis utilium, quo minus annunciarem uobis & docerem uos publice & per domos, testificans Iudæis atque gentilibus in deum pœnitentiam & fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu uado in Hierusalem: quæ in ea uentura sunt mihi ignorãs: nisi quod spiritussanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicẽs: Quoniã uincula & tribulatiões Hierosolymis me manent. Sed nihil horum uereor: nec

B
C
D

B neq; uita mea chara est mihi ipsi, ut consum mẽ cursum meũ cum gaudio, & ministerium quod accepi à dño Iesu, ad testificandũ euangeliũ gratiæ dei. Et nunc ecce ego scio, q; post hac nõ uidebitis faciem meã, uos omnes per quos trãsiui, prędicãs regnũ dei. Quapropter cõtestor uos hodierno die, quod mũdus ego sum à sanguine omniũ. Nõ enim subterfugi, quo minus annunciarim omne consiliũ dei uobis. Attendite igitur uobis & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos ad regendũ ecclesiã dei, quã acquisiuit sanguine F suo. Ego enim noui hoc, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graues in uos, non parcẽtes gregi. Et ex uobisipsis exorietur uiri, loquẽtes peruersa, ut abducãt discipulos post se. Propter quod uigilate, memores quod per trienniũ nocte & die nõ cessauerim cũ lachrymis monere unumquenq;. Et nunc cõmendo uos fratres deo & sermõi gratiæ ipsius, qui potens est superstruere & dare uobis hæreditatẽ inter sanctificatos omnes. Argentum & aurum, aut uestẽ nullius cõcupiui. Imo ipsi scitis G quod necessitatibus meis & his qui mecũ sunt suppeditauerunt manus hæ. Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerborum domini Iesu: quoniã ipse dixit: Beatum est dare potius quàm accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis, orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus coortus est omniũ, & ruentes in collum Pauli, osculabantur eum dolentes: maxime ob sermonem quem dixerat, quod amplius faciem eius non essent uisuri. Et deducebant eum ad nauem.

A CVm autem factum esset ut soluissemus auulsi ab eis, recto cursu uenimus Coũ, & sequẽti die Rhodum, & inde Patarã. Et nacti nauẽ, quæ traijceret in Phœnicẽ, ea cõscensa soluimus. Cũ aũt cœpisset nobis apparere Cyprus, relicta ea ad sinistrã, nauigauimus in Syriã, ac uenimus Tyrũ. Nã huc nauis exponebat onus. Repertisq; discipulis, mansimus ibidẽ diebus septẽ. Qui Paulo dicebãt per spiritum, ne ascenderet Hierosolymã. Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus unà cum uxoribus & filijs, donec exissemus ciuitatem: & positis genibus in litore, precati sumus. Et consalutatis nobis inuicem conscendimus nauim, illi autem redierunt ad sua

nec facio animam meam preciosiorem quàm me: dũmodo ego cõsumem cursum meum & ministeriũ uerbi quod accepi à dño Iesu, testificari euangelium gratiæ dei. Et nunc ecce ego scio, quia amplius nõ uidebitis faciẽ meã uos omnes per quos trãsiui prædicãs regnum dei. Quapropter cõtestor uos hodierna die, quia mũdus sum à sanguine omniũ. Nõ enim subterfugi, quo minus annunciarẽ omne consiliũ dei uobis. Attẽdite uobis & uniuerso gregi in quo uos spiritussanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabũt post discessionem meam lupi rapaces in uos: nõ parcentes gregi. Et ex uobisipsis exurgent uiri loquẽtes peruersa, ut adducant discipulos post se. Propter quod uigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessaui cum lachrymis monẽs unumquenq; uestrum. Et nunc cõmendo uos deo & uerbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argentum & aurum aut uestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniã ad ea quæ mihi opus erãt, & his qui mecũ sunt, ministrauerũt manus istæ. Omnia ostẽdi uobis: quoniã sic laborãtes oportet suscipere infirmos: ac meminisse uerbi dñi Iesu: quoniã ipse dixit: Beatius est magis dare q̃ accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orauit cũ omnibus illis. Magnus aũt fletus factus est omniũ: & procũbentes super collũ Pauli, osculabãtur eũ, dolentes maxime in uerbo quod dixerat: quoniã amplius faciẽ eius non essent uisuri. Et deducebant eum ad nauem.

[1. Tim. 4]

CAPVT XXI

CVm aũt factum esset ut nauigaremus, abstracti ab eis, recto cursu uenimus Coum: & sequẽti die Rhodum: & inde Patarã. Et cum inuenissemus nauẽ transfretantẽ in Phœnicẽ, ascendẽtes nauigauimus. Cũ apparuissemus aũt Cypro, relinquentes eã ad sinistrã, nauigauimus in Syriã, & uenimus Tyrũ. ibi enim nauis expositura erat onus. Inuentis aũt discipulis, mãsimus ibi diebus septẽ: Qui Paulo dicebãt per spiritũ: ne ascẽderet Hierosolymã. Et expletis diebus, profecti ibamus: deducẽtibus nos omnibus cum uxoribus & filijs usq; foras ciuitatem: & positis genibus in litore orauimus. Et cum ualefecissemus inuicem, ascẽdimus in nauem: illi autem redierunt ad sua

Inde soluẽtes redeunt Cæsaream, prophetat Agabus. Abeunt Ierusalẽ, illic Paulus cõuenit Iacobũ & presbyteros, ac capitur in tẽplo

ad sua. Nos uero nauigatione explicita à Tyro, descendimus Ptolemaidam,& salutatis fratribus, mansimus diem unum cum illis. Postri die uero nos qui eramus cum Paulo, uenimus Cæsaream. Et ingressi domum Philippi euangelistæ, qui erat unus è septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ uirgines, prophetantes. Et cum permaneremus dies complures, aduenit quidam à Iudæa propheta nomine Agabus. Is cũ uenisset ad nos, tulit cingulũ Pauli,& alligãs sibi pedes ac manus dixit: Hæc dixit spiritus sanctus: Virũ cuius est cingulũ hoc, sic alligabũt Hierosolymæ Iudæi, tradẽtq́ in manus gẽtium. Cũ autẽ audissemus hæc, rogabamus & nos & cæteri qui loci illius erãt, ne ascẽderet Hierosolymã. Tũc respõdit Paulus, ac dixit: Quid facitis flẽtes & affligẽtes cor meũ? Ego uero nõ solũ uinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis ꝑ nomine dñi Iesu. Cũ uero illi nõ ꝑsuaderetur, acquieuimus dicẽtes: Domini uolũtas fiat. Post dies autem istos sublatis sarcinis conscendebamus Hierosolymam. Venerunt autem unà quidam ex discipulis à Cęsarea nobiscum, ad ducentes secũ apud quẽ hospitaremur, Mnasonẽ quendã Cypriũ, antiquum discipulũ. Et cum uenissemus Hierosolymã, libẽter exceperũt nos fratres. Postero aũt die, introibat Paulus nobiscũ ad Iacobũ, omnesq́ cõuenerunt presbyteri. Quos cum salutasset narrabat per singula, quæ deus fecisset inter gẽtes per ministeriũ ipsius. At illi cũ audissent, glorificabant dñm, dixerũtq́ ei: Vides frater, qt millia sunt Iudæorũ qui crediderũt, & omnes studiosi sectatores sunt legis. Audierunt aũt de te, quod defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens, non debere eos circumcidere filios, neq́ secundum instituta uiuere. Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinem. Audient enim te uenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habẽtes super se. His assumptis purifica te cum illis, & impende super illis, ut radãt capita: & scient omnes quod quę de te audierunt, nihil sunt, sed ambulas & ipse custodiens legẽ. De his aũt qui crediderũt ex gẽtibus nos scripsimus: decernẽtes, ne quid huiusmodi obseruent, nisi ut caueant & ab his quæ sunt immolata simulacris, & à sanguine & suffocato, & scortatione. Tunc Paulus assum

Supra 11 d

Nume. 6 d

ad sua. Nos uero nauigatione expleta à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die una apud illos. Alia autem die profecti uenimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi euangelistæ, qui erat unus de septem, mãsimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ uirgines prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, superuenit quidam uir à Iudæa propheta nomine Agabus. Is cum uenisset ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans sibi pedes & manus dixit: Hæc dicit spiritussanctus Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalam Iudæi, & tradent in manus gentium. Quod cum audissemus rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Hierosolymam. Tunc respondit Paulus & dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego autem non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Et cum ei suadere non possemus, quieuimus dicentes: Domini uoluntas fiat. Post dies autem istos præparati ascẽdebamus in Hierusalem. Venerunt autem quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, ad ducẽtes secum apud quẽ hospitaremur, Iasonẽ quendã Cyprium antiquũ discipulũ. Et cũ uenissemus Hierosolymã libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autẽ die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesq́ collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula quæ deus fecisset in gentibus per ministerium illius. At illi cũ audissent, magnificabãt deum: dixeruntq́ ei: Vides frater quot milia sunt in Iudęis qui crediderunt: & omnes æmulatores sunt legis. Audierũt autem de te quia discessionẽ doceas à Moyse eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens nõ debere eos circuncidere filios suos: neq́ secundũ consuetudinẽ ingredi. Quid ergo est? Vtiq́ oportet cõuenire multitudinẽ. Audient enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotũ habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis ut radãt capita: & sciẽt oẽs quia quæ de te audierunt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. De his autẽ qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus, iudicãtes ut abstineant se ab idolis immolato & sanguine & suffocato & fornicatione. Tunc Paulus assum

B C D E

assumptis uiris postero die purificatus cum illis intrauit in templum, annūcians expletionē dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio. Dum autem septem dies iam pene essent expleti, hi qui ab Asia erant Iudæi cum uidissent eum in templo, conturbarunt totum populum, & iniecerūt ei manus, clamantes: Viri Israelitæ, succurrite, Hic est ille homo qui aduersus populum & legem & locum hunc omnes ubiq; docet, insuper & Græcos induxit in templum, & prophanauit sanctum locum hunc. Viderāt enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem existimauerunt, quod in templum introduxisset Paulus. Commotaq; est ciuitas tota & factus est cōcursus populi. Et apprehēsum Paulum, protrahebant è templo, statimq; clausæ sunt fores. Quærentibus autem illis eum occidere, nūciatum est tribuno cohortis, quod tota conturbata esset Hierosolyma. Qui statim assumptis militibus ac centurionibus, decucurrit ad illos. At illi cum uidissent tribunum ac milites cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit alligari catenis duabus, & interrogabat quis nam esset, & quid fecisset? Alij autē aliud clamabant in turba. Et cum nō posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eū in castra. Et cum uenisset ad gradus, contigit ut portaretur à militibus propter uiolentiam turbæ. Sequebatur enim multitudo populi clamans tolle eū. Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licet ne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græce nosti? Nonne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia uirorum sicariorum? Dixit autē Paulus: Ego sum homo quidē Iudæus Tarsensis, non obscuræ Cilicum ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebē: & magno silētio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens:

Viri, fratres & patres, audite meam, quā nūc apud uos utor, excusationē. Cū audissent aūt, quod Hebræa lingua sibi loqueretur, magis præstiterūt silētiū. Et dicit: Ego quidē sum uir Iudæus, nat⁹ in Tarso Ciliciæ, cæterū educat⁹ in hac ciuitate ad pedes Gamalielis: institutus accurate in patria lege, sectator dei, sicut

assumptis uiris postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. Dum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia erāt Iudæi cum uidissent eum in templo: cōcitauerunt omnē populum & iniecerunt ei manus clamantes: Viri Israelitę adiuuate: Hic est homo qui aduersus populum & legē & locum hunc omnes ubiq; docēs, insuper & gentiles induxit in templum: & uiolauit sanctū locum istum. Viderant enim Trophimū Ephesium in ciuitate cum ipso: quem æstimauerūt, quoniā in templum introduxisset Paulus. Cōmotaq; est ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum trahebāt eum extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ. Quærentibus autem eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis: quia tota confunditur Hierusalem. Qui statim assumptis militibus & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum uidissent tribunum & milites, cessauerūt percutere Paulum. Tunc accedēs tribunus apprehendit eum & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum nō posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eū in castra. Et cū uenisset ad gradus, cōtigit ut portaretur à militibus propter uim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamās, tolle eum. Et cum cœpisset induci in castra, Paulus dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græce nosti? Nōne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultū cōcitasti: & eduxisti in desertum quatuor millia uirorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidem Iudæus à Tharso Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te permitte mihi loqui ad populū. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus annuit manu ad plæbem: & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens:

CAP. XXII

Viri fratres & patres audite quam ad uos nunc reddo rationē. Cum audissent aūt quia Hebręa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silētium. Et dixit: Ego sum uir Iudæus natus Tharso Ciliciæ: nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis: eruditus iuxta ueritatem paternæ legis: æmulator legis sicut

2.Tim.4 c

Act.9.22

Paulus accusationē refellit, & torquendus Romanū se esse indicās liberatur

sicut & uos omnes estis hodie, qui hãc uiã per
secutus sum usq; ad mortẽ, alligãs ac tradens
in carceres uiros pariter ac mulieres: sicut &
princeps sacerdotũ mihi testis est, & tot⁹ senio
rũ ordo: à quibus etiam epistolis ad fratres ac-
ceptis Damascũ pergebã, adducturus & illos
qui illic essent uinctos Hierosolymã, ut punirẽ
tur. Accidit aũt mihi iter facienti & appropin-
quãti Damasco circiter meridiẽ, ut subito de
cœlo circũfulguraret me lux multa, cecidiq;
in solũ, & audiui uocẽ dicentẽ mihi: Saul Saul:
quid me psequeris? Ego uero respõdi: Quis es
dñe? Dixitq; ad me: Ego sum Iesus ille Naza-
renus, quẽ tu persequeris. Et qui mecũ erãt, lu
men quidẽ uiderũt, & exterriti sunt: uocẽ autẽ
non audierũt eius qui loquebatur mecũ. Dice-
bam autẽ, Quid faciã dñe? Dñs autẽ dixit mi
hi: Surge, ac uade Damascũ, & ibi tibi dicetur
de omĩbus, quæ ordinata sunt tibi ut facias. Et
cũ non uiderẽ præ gloria luminis illius, per ma
nũ deductus à comitibus qui erãt mecũ, ueni
Damascũ. Ananias aũt quidã, uir pius, secun-
dũ legẽ, testimonio pbatus omniũ illic habitã
tiũ Iudæorũ, ueniẽs ad me & astãs, dixit mihi:
Saul frater, recipe uisum. Et ego eadẽ hora re
cepto uisu, uidi illũ. At ille dixit: Deus patrum
nostrorũ pparauit te, ut cognosceres uolunta
tẽ suã, & uideres id qd iustũ est, & audires uo-
cẽ ex ore eius: quia eris testis illi apud omnes
homines, eorũ quæ uidisti & audisti. Et nunc
qd cõtaris? Exurge & baptizare & ablue pec-
cata tua inuocato nomine dñi. Factũ est autẽ
cũ essem reuersus Hierosolymã, & orarem in
tẽplo, ut raperer extra me, & uiderẽ eum dicẽ-
tẽ mihi: Festina & exi uelociter Hierosolymis,
quoniã non recipiẽt testimoniũ tuũ de me. Et
ego dixi: Dñe, ipsi sciũt, quod ego pertrahe-
bã in carcerẽ, & cædebã in singulis synagogis
eos qui credebãt in te. Et cum funderetur san-
guis Stephani testis tui, ego q̃q; adsistebã &
assentiebar morti illius, & custodiebã uestimẽ
ta interficientium illum. Et dixit ad me: Vade,
quoniã ego ad gentes procul mittã te. Audie
bãt aũt eũ usq; ad hoc uerbũ, atq; sublatis uo
cibus, dicebant: Tolle de terra hominẽ istius-
modi, non enim phas est eum uiuere. Vocife-
rantibus autem eis, & proijcientibus uestimẽ-
ta, & puluerem iactantibus in aerem, iussit tri-
bunus induci eum in castra, & imperauit e-
um flagris examinari, ut sciret propter quam
causam

Cor.15 b
Galat.1 c

sicut & uos omnes estis hodie: qui hanc uiam
persecutus sum usq; ad mortẽ, alligans & tra-
dens in custodias uiros ac mulieres: sicut prin-
ceps sacerdotũ mihi testimoniũ reddit, & oẽs
maiores natu: à quibus & epistolas accipiẽs ad
fratres Damascum pergebã ut adducerem in
de uinctos in Hierusalẽ ut punirentur. Factũ
est autem eunte me & appropinquãte Dama
sco, media die subito de cœlo circumfulsit me
lux copiosa, & decidẽs in terrã audiui uocem
dicẽtem mihi. Saule Saule quid me perseque
ris? Ego autem respondi: Quis es domine? Di
xitq; ad me: Ego sum Iesus Nazarenus quem
tu persequeris. Et qui mecum erant lumen qui
dem uiderunt: uocem autẽ eius non audierũt
qui loquebatur mecum. Et dixi: Quid faciam
domine? Dominus autẽ dixit ad me: Surgens
uade Damascum: & ibi tibi dicetur de omni-
bus quæ te oporteat facere. Et cum non uide-
rẽ præ claritate luminis illius, ad manum de-
ductus à comitibus, ueni Damascũ. Ananias
aũt quidã uir secundum legem testimonium
habens ab omnibus cohabitãtibus Iudæis, ue
niens ad me & stans dixit mihi: Saule frater re
spice. Et ego eadem hora respexi in eum. At
ille dixit: Deus patrum nostrorũ præordina-
uit te, ut cognosceres uoluntatem eius & uide-
res iustum: & audires uocem ex ore eius: quia
eris testis illius ad omnes homines eorũ quæ
uidisti & audisti. Et nunc quid moraris? Exur
ge & baptizare & ablue peccata tua inuocato
nomine ipsius. Factum est autẽ reuertenti mi-
hi in Hierusalem & oranti in templo fieri me
in stupore mẽtis & uidere illum dicentẽ mihi:
Festina & exi uelociter ex Hierusalẽ: quoniã
non recipient testimonium tuum de me. Et e-
go dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram cõ-
cludens in carcere & cædẽs per synagogas eos
qui credebãt in te. Et cum funderetur sanguis
Stephani testis tui, ego astabam & consentie-
bam & custodiebam uestimenta interficien-
tium illum. Et dixit ad me: Vade quoniam e-
go in nationes lõge mittam te. Audiebant au-
tem eum usq; ad hoc uerbum: & leuauerunt
uocem suam, dicentes: Tolle de terra huius-
cemodi: Non enim fas est eum uiuere. Voci-
ferantibus autem eis & proijcientibus uesti-
menta sua & puluerem iactantibus in aerem,
iussit tribunus induci eum in castra, & flagel-
lis cædi, & torqueri eum: ut sciret propter quã
causam

B C D

causam sic acclamarent ei. Et cum astrinxisset eum loris, dixit astanti sibi centurioni Paulus: Num hominē Rhomanum & indemnatum licet uobis flagellare? Quo audito, centurio accessit ad tribunū, & nunciauit ei, dicens: Quid facturus es? Hic enim homo Rhomanus est. Accedēs aūt tribunus dixit illi: Dic mihi, num tu Rhomanus es? At ille dixit: Etiā. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem istā comparaui. At Paulus ait: Ego uero & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eū fuerant examinaturi. Tribunus quoq; timuit postquàm resciuit, quod Rhomanus esset, & quod uinxisset eum. Postero autem die uolēs scire certū, qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eū à uinculis, & iussit principes sacerdotū cōuenire totumq; concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis.

A INtentis aūt oculis in cōcilium, Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona cōuersatus sum corā deo usq; in hodiernū diē. Princeps aūt sacerdotū Ananias pcepit astātibus sibi, ut percuterēt os eius. Tūc Paulus dixit ad eū. Percussurus est te deus, paries dealbate. Et tu sedes iudicās me secundū legē, & contra legē iubes me percuti? Et qui astabant, dixerunt: Sūmo sacerdoti dei maledicis? Dixit aūt Paulus: Nesciebam fratres, quod pōtifex esset. Scriptū est enim: Principi populi tui non maledices. Sciens aūt Paulus, quod una pars esset Saducæorum, & altera pharisæorum, exclamauit in cōcilio: Viri fratres ego pharisæus

B sum, filius pharisæi, de spe & resurrectiōe mortuorum ego iudicor. Et cū hoc dixisset, facta est dissensio inter pharisæos ac Sadducæos, & dissecta est multitudo. Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse resurrectionē, neq; angelum, neq; spiritū: pharisæi aūt utraq; cōfitentur. Factus est aūt clamor magnus: & cum surrexissent scribæ de factione pharisæorum, depugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quod si spiritus locutus est ei aut angelus, ne repugnemus deo. Et cum magna seditio coorta esset, ueritus tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descēdere & rapere eū de medio eorū, ac deducere eū

C in castra. Sequenti aūt nocte assistens ei dñs, ait: Bono animo esto Paule. Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet & Rhomę testificari. Facto aūt die collegerūt se quidam

causam sic acclamarent ei. Et cum astrinxisset eum loris, astanti sibi centurioni Paulus dixit: Si hominem Romanum & indemnatum licet uobis flagellare? Quo audito centurio accessit ad tribunum & nūciauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo ciuis Romanus est. Accedens autem tribunus dixit illi: Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum, Et Paulus ait: Ego autē & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Tribunus quoq; timuit postquam resciuit quia ciuis Romanus esset: & quia alligasset eum. Postera autē die uolens scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eū & iussit sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum statuit inter illos.

CAP. XXIII

INtendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres ego omni cōscientia bona conuersatus sum ante deum usq; in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius. Tūc Paulus dixit ad eum: Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem: & cōtra legem iubes me percuti? Et qui astabant, dixerūt: Summum sacerdotem dei maledicis. Dixit aūt Paulus: Nesciebā fratres, quia princeps est sacerdotū. Scriptū est enim Principē populi tui non maledices. Sciens aūt Paulus quia una pars esset Saducæorū, & altera pharisæorū: exclamauit in concilio: Viri fratres, ego pharisæus sum, filius pharisæorum: de spe & resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter pharisæos & Saducæos: & soluta est multitudo. Saducæi autem dicunt nō esse resurrectionem mortuorū, neq; angelum neq; spiritum: pharisæi aūt utraq; cōfitentur. Factus est aūt clamor magnus. Et exurgentes quidam pharisæorum pugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto: Quid si spiritus locutus est ei aut angelus? Et cū magna dissensio facta esset, timēs tribunus, ne discerperet Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei dominus ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierusalem: sic te oportet & Romæ testificari. Facta autem die collegerunt se quidam

Productus excusat se Paulus, dissentiūt Pharisæi & Sadducæi, nocte apparet dominus Paulo, in cuius mortē coniurant 40. inde deducitur Cæsaream

Exod.22 d

Matth.22 c

quidam ex Iudæis,& deuouerunt se,dicentes: neq; esuros se, neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autem plures quàm quadraginta uiri,qui hanc coniurationem fecerāt. Qui accesserūt ad principes sacerdotum ac seniores,& dixerunt: Deuotiōe deuouimus nos ipsos,nihil gustaturos,donec occidamus Paulum. Nunc ergo uos significate tribuno & cōcilio,ut cras producat illū ad nos,tanquam aliquid certius cognituros de eo. Nos uero priusquàm appropinquet, parati sumus interficere illum. Cum autē audisset filius sororis Pauli insidias,uenit & intrauit in castra,nūciauitq; Paulo. Accersito autem Paulus ad se uno ex centurionibus,ait: Adolescentem hunc abduc ad tribunum. Habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem assumens eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus accersitum me rogauit, ut hunc adolescentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem tribunus manu illius, secesSit cum eo seorsum, & percontatus est illum, Quid est quod habes significādum mihi? Ille autem dixit. Iudæi conspirarunt ut rogarēt te, uti crastino die educeres Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo, tu uero ne morem gesseris illis. Insidiantur enim ei ex eis uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne uel edant uel bibant, donec interficiant eum,& nunc parati sunt expectantes,ut promittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcepitq; ei,ne cui effutias,inquiens, quod hæc indicaueris mihi. Et accersitis duobus quibusdā centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut eant Cæsaream, & equites septuaginta,& lancearios ducentos,à tertia hora noctis, & iumenta præbete,ut impositum Paulum, saluum perducant ad Felicem præsidem, scriptis literis in hanc formam. Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, cum iam esset interficiendus ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito, quod Rhomanus esset. uolénsque scire causam, ob quam accusarent illum, deduxi eum in concilium eorum. Quem comperi accusari de quæstionibus legis ipsorum, nullum dignum morte aut uinculis habentem crimen. Et cum indicatum esset mihi de insidijs, quas parauerant illi Iudæi, protinus misi

Supra 21 e

quidam ex Iudæis,& deuouerunt se dicentes: neq; manducaturos neq; bibituros,donec occiderēt Paulum. Erant autem plus quàm quadraginta uiri qui hanc coniurationem fecerāt: qui accesserunt ad principem sacerdotum & seniores,& dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum: Nunc ergo uos notum facite tribuno cū cōcilio,ut adducat illum ad uos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos uero priusquam appropiet,parati sumus interficere illū. Quod cū audisset filius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Vocans autem Paulus ad se unum ex centurionibus, ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum:habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumēs eum, duxit ad tribunum & ait: Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te,habentem aliquid loqui tibi. Apprehēdens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum: & interrogauit illum: Quid est quod habes indicare mihi? Ille autem dixit: Iudæis conuenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in concilium: quasi aliquid certius inquisituri sint de illo:tu uero ne credideris illis. Insidiantur enim ei ex eis uiri amplius quàm quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neq; bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt,expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem præcipiens ei ne cui loqueretur,quoniā hæc nota sibi fecisset. Et uocatis duob. cēturionibus, dixit illis: Parate milites ducētos: ut eant usq; Cæsareā: & equites septuaginta: & lancearios ducētos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate: ut imponentes Paulū,saluum perducerent ad Felicē præsidē. Timuit enim ne forte raperēt eū Iudæi & occiderent: & ipse postea calumniam sustineret tāquam accepturus pecuniam: scribens ei epistolam continentem hæc: Claudius Lysias optimo præsidi Felici, salutem. Virum hunc comprehensum à Iudæis: & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu eripui: cognito quia Romanus est: uolensq; scire causam quam obijciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorū: nihil uero dignum morte, aut uinculis habētem crimen. Et cum mihi perlatum esset de insidijs quas parauerant illi: misi

D E F G

miſi eum ad te, præcepto dato etiã accuſatori/
bus: ut quæ habẽt aduerſus eũ, dicãt apud te:
Vale. Milites uero iuxta quod ſibi iniunctum
erat receptũ Paulum duxerunt per noctẽ An
tipatridẽ. Poſtero autẽ die dimiſſis equitibus
ut cũ eo irẽt, reuerſi ſunt in caſtra. Qui cum ue
niſſent Cæſareã, ac tradidiſſent epiſtolã præſi
di, ſtatuerunt corã eo & Paulũ. Cum legiſſet
autẽ præſes, & interrogaſſet ex qua prouincia
eſſet, & cognouiſſet quod ex Cilicia, audiã te,
inquit, cum accuſatores quoq; tui aduenerint.
Iuſſitq; in prætorio Herodis cuſtodiri eum.

A POſt quinq; aũt dies deſcẽdit princeps ſa
cerdotũ Ananias cum ſenioribus & Ter/
tullo quodã oratore, qui adierunt præſidẽ cõ/
tra Paulũ. Et citato Paulo, cœpit accuſare Ter
tullus, dicens: Cũ in multa pace agamus per
te, & multa recte gerantur in populo hoc per
tuã prouidentiã, & ſemper & ubiq; cõproba/
mus præſtantiſſime Felix, cum omni gratiarũ
actiõe. Sed ne diutius te detineã, oro te, ut au/
dias nos paucis pro tua humanitate. Nacti e/
nim ſumus uirum hunc peſtiferum & cõcitan
tem ſeditionẽ omnibus Iudæis in uniuerſo or
be, & autorẽ ſectæ Nazarenorum: qui etiã tẽ/
plum prophanare conatus eſt, quẽ & appre/
henſum uoluimus ſecundum legẽ noſtrã iudi
care. Sed ſuperueniẽs tribunus Lyſias, cũ ma
gna ui eripuit eũ è manibus noſtris, iubens ac
cuſatores eius ad te uenire, ex quo poteris ipſe
B inquiſitiõe facta de omnibus iſtis cognoſcere
de quibus nos accuſamus eũ. Adiecerunt aũt
& Iudæi, dicentes hæc ita ſe habere. Reſpõdit
aũt Paulus, cum annuiſſet ipſe præſes, ut dice
ret: Æquiore animo pro meipſo cauſam dico,
cum ſciã te multis iam annis iudicem fuiſſe gẽ
ti huic: qui poſſis cognoſcere, quod nõ plures
ſunt mihi dies q̃ duodecim, ex quo aſcendi a/
doraturus Hieroſolymã, & neq; in tẽplo cõpe
rerunt me cum aliquo diſputantẽ, aut cõcur/
ſum facientẽ turbę, neq; in ſynagogis, neq; in
ciuitate, neque probare poſſunt ea de quibus
me accuſant. Cõfiteor aũt tibi, quod iuxta ui/
am, quã uocãt hæreſim, ſic colo patriũ deum,
credẽs omnibus quæ in lege & prophetis ſcri/
pta ſunt, ſpẽ habens in deũ, fore, quã & hi ipſi
expectãt, reſurrectionẽ mortuorũ, iuſtorũ ſi/
C mul & iniuſtorum. Quin in hoc & ipſe ſtudeo
ſine offendiculo cõſcientiã habere erga deũ, &
erga homines ſemper. Poſt annos aũt plures
acceſsi

miſi eum ad te, denũcians & accuſatoribus ut
dicant apud te. Vale. Milites uero ſecundum
præceptum ſibi aſſumentes Paulum, duxerũt
per noctẽ in Antipatridẽ: & poſtera die dimiſ/
ſis equitibus, ut cũ eo irent: reuerſi ſunt ad ca/
ſtra. Qui cum ueniſſent Cæſareã & tradidiſ/
ſent epiſtolã præſidi: ſtatuerunt ante illum &
Paulum. Cum legiſſet aũt & interrogaſſet de
qua prouincia eſſet: & cognoſcens quia de Ci
licia: Audiam te inquit, cum accuſatores tui ue
nerint. Iuſſitq; in prætorio Herodis cuſtodi/
ri eum.

CAP. XXIIII

POſt quinq; autẽ dies deſcendit princeps
ſacerdotũ Ananias cum ſenioribus qui/
buſdã & Tertullo quodam oratore: qui adie/
runt præſidẽ aduerſus Paulum. Et citato Pau
lo, cœpit accuſare Tertullus, dicens: Cum in
multa pace agamus per te: & multa corrigan/
tur per tuam prouidentiã, & ſemper & ubiq;
ſuſcipimus optime Felix cum omni gratiarũ
actione. Ne diutius aũt te protraham, oro bre
uiter audias nos pro tua clementia. Inuenimus
hũc hominẽ peſtiferum cõcitantem ſeditiões
omnibus Iudæis in uniuerſo orbe: & auctorẽ
ſeditionis ſectæ Nazarenorũ: qui etiam tem/
plũ uiolare conatus eſt. Quẽ & apprehẽſum
uoluimus ſecundũ legẽ noſtrã iudicare: ſuper
ueniens aũt tribunus Lyſias cum ui magna eri
puit eum de manibus noſtris: iubens accuſato
res eius ad te uenire: à quo poteris ipſe iudicãs
de omnibus iſtis cognoſcere: de quibus nos
accuſamus eum. Adiecerunt aũt & Iudæi di/
centes hæc ita ſe habere. Reſpondit autẽ Pau
lus annuente ſibi præſide dicere: Ex multis an
nis te eſſe iudicem genti huic ſciens, bono ani/
mo pro me ſatisfaciam: Potes enim cognoſce
re quia non plus ſunt mihi dies q̃ duodecim
ex quo aſcẽdi adorare in Hieruſalem: & neq;
in templo inuenerunt me cum aliquo diſputã
tem, aut cõcurſum facientem turbæ: neq; in ſy
nagogis, neq; in ciuitate: neque probare poſ/
ſunt tibi de quibus me nunc accuſant. Confi/
teor autem hoc tibi, quod ſecundum ſectam
quã dicunt hæreſim: ſic deſeruio patri & deo
meo: credens omnibus quæ in lege & prophe
tis ſcripta ſunt: ſpem habens in deum: quam
& hij ipſi expectant, reſurrectionem futuram
iuſtorum & iniquorum. In hoc & ipſe ſtudeo
ſine offendiculo conſcientiã habere ad deũ &
ad homines ſemper. Poſt annos autẽ plures
tt 5 eleemo

Paulus ſiſti/tur iudicio & cauſam ſuã defendit. Felix cũ uxore ſua audit eum docentem

Act. 21 d

accessi, eleemosynas exhibiturus in gentẽ meam, & oblationes, in quibus compererunt me purificatum in templo, haud cum turba, neq; cum tumultu. Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse & accusare, si quid haberent aduersum me. aut hi ipsi dicant, si quid deprehenderunt in me iniquitatis, cum stem in concilio, nisi de una hac uoce, qua clamaui inter eos stans, de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à uobis. Auditis autẽ his, Felix distulit illos, certo sciens quę ad eam uiam attinebant, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, pernoscam causam uestram. Iussitq; Centurioni, ut custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & ne quem ex illius familiaribus uetaret subministrare ei, aut adire eum. Post aliquot autẽ dies cum aduenisset Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulũ, & audiuit ab eo fidẽ, quæ est in Christum. Disputãte autem illo de iusticia & temperãtia & de iudicio futuro, tremefactus Felix respõdit: In præsentia abi, cæterum oportunitatem nactus accersam te, simul & illud sperans fore, ut pecunia sibi daretur à Paulo ut solueret ipsum, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit successorẽ Felix Porcium Festũ. Volens autẽ gratiã præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum uinctum.

Quæ sub Festo Portio facta sint de Paulo, & quomodo puocarit ad Cæsarem, deq; Agrippa & Bernice

Festus ergo suscepta prouincia, post triduum ascendit Hierosolymam ab urbe Cæsarea. Significaruntq; illi princeps sacerdotũ ac primores Iudæorum de Paulo, & rogabãt eum postulantes fauorem aduersus eum, ut accerseret eum Hierosolymam, insidias tendentes ut interficerent eum in uia. Festus autem respondit, ut seruaretur quidem Paulus Cæsareæ, se uero breui illo profecturum. Qui ergo inter uos, inquit, potentes sunt unà nobiscum descendant, & si quod est in hoc uiro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos diebus amplius quàm decem, descendit Cæsaream: & postero die sedit pro tribunali, iussitq; Paulum adduci. Qui eum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolymis descenderant Iudęi, multa & grauia crimina intendentes aduersus Paulum, quæ nõ poterant probare, Paulo pro se respondente, quod neque in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; in Cæsarem quicquam peccasset.

Act. 24. 28

Festus

elemosynas facturus in gentem meam ueni, & oblationes & uota, in quibus inuenerũt me purificatum in templo: non cum turba neque cum tumultu. Et apprehenderunt me, clamãtes & dicentes: Tolle inimicũ nostrum. Quidã autem ex Asia Iudæi quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, si quid haberẽt aduersum me. Aut hi ipsi dicant, si quid inuenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio: nisi de una hac solummodo uoce, qua clamaui inter eos stans: quoniã de resurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à uobis. Distulit autẽ illos Felix, certissime sciens de uia hac, dicẽs: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam uos. Iussitq; centurioni custodire eum & habere requiẽ: nec quenquam de suis prohibere ministrare ei. Pòst aliquot autem dies ueniens Felix cũ Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, uocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. Disputante autem illo de iusticia & castitate & de iudicio futuro: tremefactus Felix, respondit: Quod nunc attinet uade: tempore autem opportuno accersiam te: simul & sperans quod pecunia ei daret à Paulo: propter quod & frequẽter accersiens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam pręstare Iudæis Felix reliquit Paulum uinctum.

CAPVT XXV

Festus ergo cum uenisset in prouinciam, post triduum ascendit Hierosolymam à Cæsarea. Adieruntq; eum principes sacerdotum & primi Iudæorũ aduersus Paulũ: & rogabant eũ postulantes gratiã aduersus eum: ut iuberet perduci eum in Hierusalẽ, insidias tendentes, ut interficerẽt in uia. Festus autem respondit seruari quidem Paulum in Cæsarea: se autem maturius profecturum. Qui ergo in uobis ait potentes sunt, descendentes simul si quod est in uiro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem: descendit Cæsareã & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulũ adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eũ qui ab Hierosolyma descenderant Iudæi: multas & graues causas obijcientes: quas nõ poterant probare, Paulo rationẽ reddẽte: quoniam neq; in legem Iudæorũ neq; in templum neq; in Cæsarem quicquam peccaui.

Festus

Festus autē uolens gratificari Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Hierosolymā ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudæis nullam iniuriā feci, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignū morte aliquid feci, non recuso mori. Si uero nihil est eorum, de quibus hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarē appello. Tunc Festus cum consilio collocutus respondit: Cæsarē appellasti? ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cęsaream salutaturi Festum. Et cum dies complures ibi commorarentur, Festus regi retulit causam Pauli, dicens: Vir quidā est relictus à Felice uinctꝰ, de quo cum uenissem Hierosolymam, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudæorum postulantes aduersus illum sententiā. Quibus respondi: Non est Rhomanis consuetudo ob gratiam donare aliquem hominem ut pereat, priusquā is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq́ꝫ defendendi accipiat de crimine. Cum ergo huc cōuenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci uirum. De quo cum stetissent accusatores, nullum crimen intendebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar, sed quęstiones quasdā de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam, num uellet ire Hierosolymam, & ibi iudicari super istis. Paulus aūt cum appellasset ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mitterem eum ad Cæsarē. Agrippa aūt dixit ad Festum: Volebam & ipse hominē audire. Cras, inquit, audies eum. Postero aūt die cum uenisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introissent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis: iubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa rex & omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hūc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me, & Hierosolymis & hic, acclamantes non oportere eū uiuere amplꝰ. Ego uero cōperi nihil dignū morte eū admisisse. Cæterū cū is ipse appellasset Augustum statui mittere eū. De quo quid certū scribam domino, non habeo. Quapropter produxi

C D E F G

Festus autem uolens gratiā præstare Iudæis: respōdēs Paulo, dixit: Vis Hierosolymā ascēdere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit aūt Paulꝰ: Ad tribunal Cæsaris sto: ibi me oprtet iudicari. Iudæis nō nocui: sicut tu meliꝰ nosti. Si em̄ nocui: aut dignū morte aliquid feci: nō recuso mori. Si uero nihil est eorū quę hi accusant me: nemo potest me illis donare. Cæsarē appello. Tunc Festus cum cōsilio locutus, respōdit: Cæsarem appellasti: ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsareā ad salutandum Festum. Et cū dies plures ibi morarētur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice uinctus: de quo cum essem Hierosolymis, adierunt me principes sacerdotum & seniores Iudæorum postulantes aduersus illum damnationem. Ad quos respondi: quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores locumq́ꝫ defendendi accipiat: ad abluenda crimina quæ ei obiiciuntur. Cum ergo huc cō uenissent sine ulla dilatione: in sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci uirum. De quo cū stetissent accusatores, nullā causam deferebāt: de quibus ego suspicabar malū. Quæstiones uero quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum: & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si uellet ire Hierosolymam: & ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante, ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum: donec mittam eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras inquit audies eum. Altera autem die cum uenisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione: & introissent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente festo adductus est Paulus. Et dixit Festus: Agrippa rex & omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hunc hominem de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Hierosolymis, petentes & acclamantes: non oportere eum uiuere amplius. Ego uero comperi nihil dignum eum morte admisisse. Ipso autem hoc appellante, ad Augustum iudicaui mittere. De quo quid certum scribam domino, non habeo: propter quod

Supra 24 d

produxi eum ad uos, & maxime ad te rex A/
grippa, ut examinatione facta, habeā qđ scri
bā. Iniquū enim mihi uidetur mittere uinctū,
& crimina de quibus accusatur nō significare.

Agrippæ re/gis permissu suā uocationē recenset Pau/lus ab origine

AGrippa uero ad Paulū ait: Permittitur
tibi loqui pro temetipso. Tūc Paulus ex
tēta manu pro se dicebat: Super omnibus de
quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existi/
mo me beatū, qui causam dicturus sim apud
te hodie, cū tu maxime sis gnarus earū, quę a/
pud Iudæos sunt, & cōsuetudinum & quęstio
nū. Quapropter obsecro te, ut patiēter me au
dias. Itaq; uitam quidem meam quam egi ab
adolescentia, quæ ab initio fuit in gente mea
Hierosolymis nouerūt oēs Iudęi, qui prius no
uerant me ab initio, si uelint testimoniū ferre,
quod secundū exquisitissimā sectā nostræ reli
giōis, uixerim pharisæus. Et nunc ob spem re/
promissiōis, quæ ad patres nostros facta est à
deo, sto iudicio subiect9, ad quā duodecim tri
bus nostræ instāter nocte & die colentes deū,
sperāt se peruēturas: De qua spe accusor, rex
Agrippa, à Iudæis. Cur incredibile iudicatur
apud uos, si deus mortuos suscitat? Et ego qui
dē existimabā me aduersus nomē Iesu Naza
reni multa repugnādo facturum, quod & feci
Hierosolymis. Et multos sanctorū ego carceri
bus inclusi, à principibus sacerdotū potestate
accepta: & cū occiderētur, detuli sententiā. Et
per oēs synagogas frequēter puniēs eos, com
pellebā blasphemare, & amplius insaniens in
eos, persequebar etiā in exteras usq; ciuitates.
Quarū rerū studio cū irē Damascū cū autori/
tate & permissu pricipū sacerdotū, die medio,
rex, in uia uidi è cœlo supra splendorē solis cir
cūfulsisse me lumē, & eos qui mecū faciebāt i/
ter. Cū aūt om̄es nos decidissemus in terram,
audiui uocē loquētē ad me, ac dicētē Hebrai
ca lingua: Saul, Saul, qđ me persequeris? Du/
rū est tibi cōtra stimulos calcitrare. Ego aūt di
xi: Quis es dn̄e? At ille dixit: Ego sum Iesus
quē tu persequeris. Sed exurge & sta super pe
des tuos. Ad hoc enim apparui tibi, ut consti/
tuā te ministrū ac testē & eorū quæ uidisti, &
eorū in quibus apparebo tibi, eripiēs te à po/
pulo & gētibus, i quas nūc te mitto: ut aperias
oculos eorū, ut cōuertantur à tenebris ad lucē
& à potestate satanæ ad deū: ut accipiāt remis
sionē peccatorū, & sortem inter eos qui sancti
ficati sunt per fidē, quæ est erga me, Vnde rex
Agrippa

quod perduxi eū ad uos: & maxime ad te rex
Agrippa: ut interrogatiōe facta, habeā quid
scribā. Sine ratiōe enim mihi uidetur mittere
uinctū, & causam eius nō significare. c. XXVI

AGrippa uero ad Paulū ait: Permittitur A
tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus
extenta manu cœpit rationē reddere. De om̄i
bus quibus accusor à Iudæis rex Agrippa æ/
stimo me beatū apud te: cum sim defensurus
me hodie, maxime te sciēte omnia quæ apud
Iudæos sunt cōsuetudines & quæstiōes: pro/
pter quod obsecro, patiēter me audias. Et qui/
dē uitā meā à iuuētute quæ ab initio fuit in gē
te mea in Hierosolymis, nouerunt omnes Iu/
dęi præsciētes me ab initio: si uelint testimoniū
perhibere: quoniā secundum certissimā sectā
nostræ religionis uixi pharisæus. Et nūc in spe
quæ ad patres nostros repromissiōis facta est
à deo, sto iudicio subiectus: in qua duodecim
tribus nostræ nocte ac die seruiētes sperāt de
uenire. De qua spe accusor à Iudæis rex, quid
incredibile iudicatur apud uos, si deus mor/
tuos suscitat? Et ego quidē æstimauerā me ad B
uersus nomē Iesu Nazareni debere multa cō
traria agere: qđ & feci Hierosolymis. Et mul/
tos sanctorum ego in carceribus inclusi, à prin
cipibus sacerdotum potestate accepta: & cum
occiderētur, detuli sententiā. Et per omnes sy/
nagogas frequenter puniens eos, compellebā
blasphemare: & amplius insaniens in eos, per/
sequebar usque in exteras ciuitates. In quibus
dum irem Damascum cum potestate & per/
missu principum sacerdotum: die media in uia
uidi rex de cœlo supra splendorem solis circū/
fulsisse me lumē: & eos qui simul mecum erāt:
omnesq; nos cum decidissemus in terram, au
diui uocem loquentē mihi Hebraica lingua:
Saule, Saule, quid me persequeris? Durū est
tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem di
xi: Quis es domine? Dominus autem dixit: E/ C
go sum Iesus Nazarenus, quem tu persequc/
ris. Sed exurge & sta supra pedes tuos. Ad
hoc enim apparui tibi: ut constituam te mini/
strum & testem eorum quæ uidisti: & eorum
quibus apparebo tibi, eripiens te de populis
& gentibus: in quas nunc ego mitto te aperire
oculos eorum, ut conuertantur à tenebris ad
lucem: & de potestate sathanæ ad deum: ut ac
cipiant remissionem peccatorum, & sortem in
ter sanctos, per fidē quæ est in me. Vnde rex
Agrippa

Agrippa, nõ fui inobediens cœlesti uisioni, sed his qui sunt Damasci primũ & Hierosolymis, & per omnẽ regionẽ Iudææ, deinde & gentibus annunciabã, ut pœnitentiã agerent & cõuerterẽtur ad deum, opera faciẽtes digna his qui resipuissent. Hac ex causa Iudæi me in tẽplo cõprehensum tentauerunt interficere. Auxilium igitur nactus dei, usq; in hodiernũ diẽ sto, testificans tum paruo tum magno, nihil aliud dicens, q̃ ea quæ prophetæ prædixerant futura esse, & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorũ lumen annũciaturus sit populo & gẽtibus. Hæc autẽ cũ pro se diceret, Festus magna uoce ait: D Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniã conuertunt. Et Paulus, non insanio, inquit, optime Feste, sed ueritatis & sobrietatis uerba eloquor. Scit ẽm de his rex, apud quẽ & libere loquor. Latere ẽm eũ nihil horũ arbitror. Neq; enim hoc in angulo gestũ est. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quod credis. Agrippa aũt ad Paulũ ait: Modica ex parte persuades mihi ut fiã Christianus. Et Paulus ait: Optarim à deo, nõ solũ modica ex parte, uerumetiã magna: nõ te modo, sed omnes etiam qui me audiunt hodie, esse tales, qualis ego sum, exceptis uinculis his. Et hęc eo locuto, surrexit rex, ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur inter se dicẽtes, Nihil morte aut uinculis dignum facit homo iste. Agrippa aũt Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

A POstq; autẽ decretum est, ut nos nauigaremus in Italiã, tradiderũt & Paulum & quosdã alios uinctos cẽturioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ. Cõscensa autem naue Adramyttina nauigaturi iuxta loca Asiæ, soluimus, perseuerante nobiscũ Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti aũt die appulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur. Et inde cũ soluissemus, subnauigauimus iuxta Cyprum, propterea quod essent uenti cõtrarij. Et Pelagus quod est contra Ciliciam & Pamphyliã, emensi, peruenimus Myram, quæ est Lyciæ, & ibi nactus cẽturio nauẽ Alexandrinã, nauigantẽ in Italiã imposuit nos in eã. Et cũ multis diebus tarde nauigaremus, uixq; deuenissemus cõtra Gnidũ, prohibente nos uento, adnauigauimus Cretæ

iuxta

Agrippa non fui incredulus cœlesti uisiõi: sed his qui sunt Damasci primũ & Hierosolymis, & in omnẽ regionẽ Iudææ & gentibus annunciabam, ut pœnitentiã agerent: & cõuerterentur ad deum, digna pœnitentię opera faciẽtes. Hac ex causa me Iudæi cum essem in tẽplo cõprehensum tentabant, uolẽtes me interficere. Auxilio aũt adiutus dei, usq; in hodiernũ diẽ sto testificãs minori atq; maiori: nihil extra dicens quàm ea quæ prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses: si passibilis Christus: si primus ex resurrectiõe mortuorũ lumen annunciaturus est populo & gentibus. Hæc loquente eo, & rationẽ reddente Festus magna uoce dixit: Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniã cõuertunt. Et Paulus: Non insanio inquit optime Feste: sed ueritatis & sobrietatis uerba eloquor: Scit enim de his rex: ad quem & constãter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: neq; enim in angulo quicquã horum gestũ est. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autẽ ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus: Opto apud deum & in modico & in magno: non tãtum te, sed etiã omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis & ego sum, exceptis uinculis his. Et exurrexit rex & præses & Bernice, & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur adinuicem dicentes: quia nihil morte aut uinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

1. Cor. 7.

CAPVT XXVII

Quibus locis appulerint cũ Paulo Romã nauigantes, quõ ei apparuerit angelus, & quale acciderit naufragium

VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodijs cẽturioni nomine Iulio cohortis Augustæ. Ascendentes aũt nauẽ Hadrumetinã, incipiẽtes nauigare circa Asiæ loca sustulimus perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicẽse: sequẽti aũt die uenimus Sidonẽ. Humane aũt tractans Iulius Paulũ, permisit ad amicos ire, & curã sui agere. Et inde cũ sustulissemus, subnauigauimus Cyprum, propterea quod essent uẽti cõtrarij. Et pelagus Ciliciæ & Pãphyliæ nauigantes, uenimus Listrã quæ est Lyciæ: Et ibi inueniens centurio nauẽ Alexandrinã nauigantẽ in Italiã, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde nauigaremus: & uix deuenissemus contra Gnidũ, prohibẽte nos uento: adnauigauimus Cretæ

iuxta

iuxta Salmonem. Et uix præter legētes illam, peruenimus in locū quendā qui uocatur Pulchri portus, cui uicina erat ciuitas Lasæa. Multo autem tempore peracto, & cum esset iam periculosa nauigatio, quod iam ieiunij quoq; tempus præterisset, admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quod cum iniuria multoq; dāno, non solum oneris & nauis, sed etiā animarū nostrarū futura sit nauigatio. Cēturio aūt gubernatori & nauclero magis credebat, q̄ his quæ à Paulo dicebantur. Et cum aptus portus nō esset ad hybernandum, cōplures ceperunt cōsilium soluendi illinc, si quo modo possent peruecti Phœnicē illic hybernare. Is est portus Cretæ spectās ad Africum & ad Chorum. Aspirante autē Austro, rati se propositi cōpotes, cū soluissent Asson, præterlegebāt Cretā. Verum haud multo post coortus est cōtra ipsam uentus Typhonicus, qui uocatur Euroaquilo. Cumq; correpta esset nauis, nec posset obniti uento, data naue flatibus, ferebamur. In insululā aūt quandā deuecti, quæ uocatur Clauda, uix potuimus obtinere scaphā. Qua sublata adiutorijs utebātur: subcingentes nauē timentes ne in Syrtim inciderent: demisso uase, sic ferebātur. Cum aūt uehemēti tēpestate iactaremur sequenti die iactum fecerunt, ac tertio die nostris manibus armamēta nauis proiecimus. Porrò neq; sole neq; sideribus apparentibus ad cōplures dies, & tempestate non exigua imminente, iā ablata erat spes omnis salutis nostræ. Cum autē multa iā esset inedia, tunc stans Paulus in medio eorū, dixit: Oportebat quidem ô uiri audito me nō soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriam hāc & iacturā. Et nūc hortor, ut bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex uobis, sed tātum nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei cuius sum ego, quem & colo, dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote uiri. Credo enim deo, quod sic erit quēadmodum dictum est mihi. In insulam aūt quandā oportet nos eijci. Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautę apparere sibi aliquam regionem. Qui & demissa bolide, repererunt passus uiginti, ac pusillum inde digressi, rursumq; demissa bolide repererunt

Supra 12, 23

iuxta Salmonem: & uix iuxta nauigantes, uenimus in locum quendā qui uocatur Boniportus: cui iuxta erat ciuitas, Thalassa. Multo aūt tēpore peracto, & cū iam non esset tuta nauigatio, eo quod ieiuniū iam præterisset: consolabatur eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quoniā cum iniuria & multo damno nō solū oneris & nauis, sed etiam animarū nostrarum incipit esse nauigatio. Centurio aūt gubernatori & nauclero magis credebat quàm his quæ à Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non esset ad hyemandū: plurimi statuerunt consilium nauigare inde si quo modo possent deuenientes Phœnicem hyemare portū Cretæ respicientē ad Aphricum & ad Chorum. Aspirante autē Austro æstimantes propositum se tenere: cū sustulissent de Asson, legebant Cretam, Non post multum aūt misit se contra ipsam uentus Typhonicus: qui uocatur Euroaquilo. Cumq; arrepta esset nauis, & nō posset conari in uētū, data naue flatibus ferebamur. In insulam aūt quandam decurrentes, quæ uocatur Cauda, potuimus uix obtinere scaphā. Qua sublata adiutorijs utebantur, accingētes nauem: timentes ne in Sirtim inciderent submisso uase sic ferebātur. Valida autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt: & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neq; autem sole neq; sideribus apparentibus per plures dies: & tēpestate nō exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cū multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidē, ô uiri, audito me nō tollere à Creta lucriq; facere iniuriā hanc & iacturā. Et nunc suadeo uobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex uobis, præterq; nauis. Astitit ēm mihi hac nocte angelus dei cuius sum ego & cui deseruio, dicens: Ne timeas Paule: Cæsari te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote uiri. Credo enim deo: quia sic erit quēadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos deuenire. Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in hadria circa mediam noctem suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Qui & submittētes bolidem inuenerunt passus uiginti: & pusillum inde separati inuenerunt

B C D E

ierunt passus quindecim. Timentesq́ ne in a-
spera loca inciderent, de puppi iactis ancoris
quatuor, optabant diẽ oriri. Nautis uero quæ
rentibus fugere è naui, cũ demisissent scaphã
in mare, sub prætextu uelut è prora ancoras
extẽsuri, dixit Paulus centurioni & militibus:
Nisi hi in naui manserint, uos salui fieri nõ po
testis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ,
F & passi sunt eam excidere. Et cum dies incipe-
ret apparere, hortabatur Paulus omnes sume
re cibum, dicẽs: Dies hic decimusquartus est,
quod expectantes ieiuni permanetis, nihil ac-
cipientes, propter quod hortor uos ut suma-
tis cibum: hoc enim ad salutẽ uestrã pertinet,
quia nullius uestrum capillus de capite cadet.
Et cum hęc dixisset, sumpto pane gratias egit
deo in cõspectu omnium, & cum fregisset cœ
pit edere. Porro animis iam recreatis omni-
um, sumpserunt & ipsi cibum. Eramus uero u-
niuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta-
sex. Et satiati cibo, alleuabant nauem, eĳcien-
tes triticum in mare. Cum autem dies esset,
terrã non agnoscebant: sinum uero quendam
G animaduerterunt, habentem litus in quod co-
gitabant, si possent impingere nauem. Et cum
ancoras sustulissent, committebant se mari, si-
mul laxatis iuncturis gubernaculorum, & su-
blato artemone ad auræ flatum, tendebãt ad
litus. Et cum incidissent in locum bimarem, im
pegerũt nauẽ. Ac prora quidem infixa mane-
bat immobilis: puppis uero soluebat᷑ à ui un-
darũ. Militum aũt consiliũ erat, ut uinctos oc-
ciderent, ne quis cum enatasset, effugeret. At
centurio uolens seruare Paulum, compescuit
eos à cõsilio. iussitq́ ut qui possent natare, ab-
ĳcerent se primos, & in terram euaderent, cæ-
teriq́ partim in tabulis, partim in quibusdam
nauis fragmentis. Et sic factum est, ut omnes
incolumes euaderent in terram.

A ET cum euasissent, tunc cognouerunt,
quod Melite insula uocaretur. Barba-
ri uero præstabant non uulgarem humani-
tatem nobis. Accensa enim pyra recipiebant
nos omnes propter imbrem qui imminebat,
& propter frigus. Cum congregasset au-
tem Paulus sarmentorum multitudinem, &
imposuisset in ignem, uipera è calore prore-
pens, inuasit manum eius. Vt uero uiderunt
Barbari pendentem bestiam de manu eius,
inter sese dicebant: Omnino homicida est
homo

nerunt passus quindecim. Timẽtes autem ne
in aspera loca incideremus: de puppi mitten-
tes ancoras quatuor, optabãt diem fieri. Nau
tis uero quærentibus fugere de naui, cũ misis-
sent scaphã in mare: sub obtẽtu quasi incipe-
rent à prora ancoras extendere: dixit Paulus
cẽturioni & militibus: Nisi hi in naui mãserint
uos salui fieri nõ potestis. Tunc absciderũt mi
lites funes scaphæ: & passi sunt eã excidere. Et
cũ lux inciperet fieri rogabat Paulus omẽs su
mere cibũ, dicẽs: Quartadecima die hodie ex-
pectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes.
Propter quod rogo uos accipere cibum pro
salute uestra: quia nullius uestrum capillus de
capite peribit. Et cum hæc dixisset, sumens pa
nem gratias egit deo in cõspectu omniũ: & cũ
fregisset, cœpit mãducare. Animæquiores aũt
facti omnes, & ipsi assumpserũt cibũ. Eramus
uero uniuersæ animæ in naui ducentæ septua-
gintasex. Et satiati cibo, alleuiabãt nauẽ, iactã
tes triticũ in mare. Cum aũt dies factus esset,
terrã non agnoscebãt: sinum uero quendã cõ
siderabant habentem litus: in quẽ cogitabant
si possent eĳcere nauem. Et cum ancoras sustu
lissent, cõmittebant se mari simul laxãtes iun-
cturas gubernaculorũ: & leuato artemone se-
cundum auræ flatum tendebant ad littus. Et
cum incidissemus in locum Bithalassum: im-
pegerunt nauem: & prora quidem fixa mane
bat immobilis: puppis uero soluebatur à ui
maris. Militum autem cõsilium fuit, ut custo-
dias occiderent: ne quis cum enatasset, effuge-
ret: centurio uero uolens seruare Paulum, pro-
hibuit fieri. Iussitq́ eos qui possent natare e-
mittere se primos & euadere & ad terram exi
re: & cæteros alios in tabulis ferebant, quos-
dam super ea quæ de naui erãt. Et sic factum
est, ut omnes animæ euaderent ad terram.

CAPVT XXVIII

ET cum euasissemus tunc cognouimus:
quia Mitilene insula uocabatur. Barba-
ri uero præstabant non modicam humanita-
tem nobis. Accẽsa enim pyra reficiebant nos
omnes, propter imbrem qui imminebat & fri
gus. Cum congregasset autem Paulus sarmẽ-
torum aliquãtam multitudinem: & imposuis-
set super ignem: uipera à calore cum proces-
sisset, inuasit manum eius. Vt uero uide-
runt Barbari pendentem bestiam de manu
eius, adinuicem dicebant: Vtiq́ homicida est
homo

In Melite Paulo nihil officit morsus uiperæ, Publiũ cũ aliquot aliis ægrotis curat, quõ inde nauigauit Romã, quæq́ ibi gesserit

homo hic, quẽ seruatum è mari ultio non si-nit uiuere. Et ille quidem excussa uipera in ignem, mali nihil passus est. At illi existimabãt futurũ ut incenderetur, aut cõcideret repente mortuus. Diu aũt illis expectãtibus, & intuẽti bꝰ nihil mali ei accidere, mutata mẽte dicebãt eum esse deũ. In locis aũt illis erant prædia primati insulæ, nomine Publio, qui nos exceptos triduo benigne tractauit hospitio. Cõtigit aũt patrẽ Publij febribus ac dysenteria uexatum decũbere. Ad quẽ Paulus intrauit: & cũ orasset imposuissetq; ei manus, sanauit eũ. Hoc igitur facto, cæteri quoq; qui habebãt infirmitates in insula, accedebant, & sanabãtur: qui etiã multis honoribus nos honorauerunt, & soluẽtibus imposuerunt quæ necessaria erant. Post menses aũt tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux. Et cũ uenissemus Syracusas, mansimus triduo. Inde circũlegentes deuenimus Rhegium, & post unum diẽ afflãte austro, postridie uenimus Puteolos: ubi repertis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septẽ, & sic uenimus Rhomã. Et inde cũ audissent fratres de nobis prodierũt in occursum nobis usq; ad Appij forum ac tres tabernas. Quos cũ uidisset Paulꝰ, gratijs actis deo, sumpsit fiduciã. Cũ aũt uenissemus Rhomã, centurio tradidit uinctos principi exercitus. Permissum est aũt Paulo, ut maneret solus cũ custodiente ipsum milite. Post tertium autem diem cõuocauit Paulus Iudæorum primores. Cumq; uenissent, dicebat eis. Ego uiri fratres cum nihil fecerim aduersus plæbẽ, aut instituta maiorũ, uinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Rhomanorũ. qui cum examinassent, uoluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me. Sed contradicentibus Iudæis, coactus sum appellare ad Cæsarẽ, non quasi habeã de quo gentem meã accusem. Propter hanc igit causam aduocaui uos, ut uiderẽ & alloquerer. propter spẽ enim Israelis catena hac circũdatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa, neq; adueniens aliquis fratrũ nunciauit, aut locutus est aliqd de te mali. Volumus aũt ex te audire quæ sentias. Nam de secta ista notum est nobis, quod ubique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, uenerunt ad eum in hospitium complures, quibus expone

homo hic: qui cum euaserit de mari, ultio non sinit eum uiuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem cõuertendum & subito casurum & mori. Diu autem illis expectantibus, & uidentibus nihil mali in eo fieri: conuertentes se, dicebãt eum esse deum. In locis autem illis erant prædia principis insulæ nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit. Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria uexatum iacere, ad quem Paulus intrauit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum. Quo facto, & omnes qui in insula habebant infirmitates accedebãt, & curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt: & nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexãdrina: quæ in insula hyemauerat: cui erat insigne castorũ. Et cũ uenissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post unum diem flante austro: secunda die uenimus Puteolos: ubi inuentis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem. Et sic uenimus Romam. Et inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis usq; ad Appij forum tribus tabernis. Quos cum uidisset Paulus, gratias agẽs deo accepit fiduciam. Cum autem uenissemus Romam, permissum est Paulo permanere sibimet cum custodiente se milite. Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumq; uenissent, dicebat eis: Ego uiri fratres nihil aduersus plæbem facies aut morem paternum, uinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum: qui cum interrogationem de me habuissent: uoluerunt me dimittere eo qd nulla esset causa mortis in me. Contradicentibus autem Iudęis coactus sum appellare Cęsarem: non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogaui uos uidere & alloqui. Propter spẽ enim Israel catena hac circundatus sum. At illi dixerunt ad eum, Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa: neq; adueniens aliquis fratrum nũciauit: aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ sentis. Nam de secta hac notum est nobis: quia ubiq; ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem: uenerunt ad eum in hospitium plurimi: quibus expo

exponebat testificans regnum dei, suadensq́ eis de Iesu ex lege Mosi & prophetis, à mane usq́ ad uesperam. Et quidam credebant his quæ dicebātur, quidam uero non credebant. Cumq́ inter se non essent concordes, discedebant, ubi dixisset Paulus unum uerbum: Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicēs: Vade ad populum istum, & dic: Auribus audietis & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & couertantur & sanem eos. Notum ergo sit uobis, quod gentibus missum est hoc salutare dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se disceptationem. Māsit autem Paulus biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicās regnum dei, ac docens quæ sunt de domino Iesu, cum omni fiducia, nemine prohibente.

exponebat testificans regnum dei, suadensq́ eis de Iesu ex lege Moysi & prophetis à mane usque ad uesperam. Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam uero non credebant. Cumq́ inuicem non essent consentientes, discedebant: dicēte Paulo unum uerbum: quia bene spiritussanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos suos compresserunt: ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant: & conuertantur, & sanē eos. Notum ergo sit uobis, quoniā gentibus missum est hoc salutare dei: & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autē biennio toto in suo conductu: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum: prædicans regnum dei: & docens quæ sunt de domino Iesu Christo, cum omni fiducia sine prohibitione.

Esa.6

ACTORVM FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

PAVLVS apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apostolorū, de tribu Beniamin, & oppido Iudææ Gischalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tharsum Ciliciæ commigrauit. à quibus ob studia legis missus Ierosolymam, à Gamaliele uiro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in actibus apostolorū scribitur, in uas electionis de persecutore translatus est. Cūq́ primum ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomē Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, reuertensq́ Ierosolymam, à Petro Iacoboq́ & Ioanne, gentium apostolus ordinatur. Et quia in actibus apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem domini uicesimoquinto anno, id est secūdo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudææ, successit Felici, Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manēs custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit. Sciēdum autem in prima satisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrāt historiæ, Paulum à Nerone dimissum, ut euangelium Christi, in occidentis quoq́ partibus prædicaret, sicut ipse scribit, in secūda epistola ad Timotheum, eo tempore quo & passus est, de uinculis dictat epistolam, In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & cōfortauit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequētibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnū suum cœleste. quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iā immolor, & tēpus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusq́ est in uia Ostiensi, anno post passionem domini tricesimoseptimo. Scripsit autem decem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad

Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur propter stili sermonisque distantiam: sed uel Barnabæ iuxta Tertullianum, uel Lucæ euangelistę iuxta quosdam: uel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quem aiūt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. uel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiā sui apud eos nominis, titulū in principio salutationis amputauerat, scripserat ut Hebræus Hebræis Hebraice, id est suo eloquio disertissime, ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius uerterentur in Græcum. & hanc causam esse, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare uideatur. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

ROMANI, sunt partis Italiæ. Hi præuenti sunt à falsis apostolis: & sub nomine domini nostri Iesu Christi, in legem & prophetas erant inducti. Hos reuocat apostolus ad ueram & euangelicam fidem, scribens eis à Corintho, per Phœben ministram ecclesiæ Cenchreensis.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

ERASMI VERSIO

Indicat suā uocationē Romanis, gratulaturque de fide ipsorū, & si dei uirtutē depingit.

Act.15 a

PAVLVS seruus Iesu Christi uocatus ad munus apostolicum, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid, secundum carnem: qui declaratus fuit filius dei cum potētia, secundum spiritū sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus dominus noster: per quē accepimus gratiam ac muneris apostolici functionē, ut obediatur fidei inter omnes gētes, super ipsius nomine, quorū de numero estis & uos, uocati Iesu Christi. Omnibus qui Rhomæ estis dilectis dei, uocatis sanctis, gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Primū quidē gratias ago deo meo per Iesum Christū super omnibus uobis, quod fides uestra annūciatur in toto mundo. Testis em̄ mihi est deus, quē colo spiritu meo, in euāgelio filij ipsius, quod indesinēter mētionē uestri faciā, semper in precibus meis orans, si quo modo tandē aliquando prosperū iter cōtingat, uolente deo ut ueniā ad uos. Desidero em̄ uidere uos, ut aliquod impertiar uobis donū spirituale, quo cōfirmemini: hoc est, ut cōmunem capiā consolationē in uobis, per mutuā fidē, uestram simul & meā. Nolo autē uos ignorare fratres, quod sæpe proposuerā uenire ad

VVLGATA EDITIO

A

PAVLVS seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus segregatus in euāgeliū dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectiōe mortuorū Iesu Christi domini nostri: per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & uos uocati Iesu Christi: omnibus qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis: Gratia uobis et pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis: quia fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Testis enim mihi est deus cui seruio in spiritu meo, in euangelio filij eius: quòd sine intermissiōe memoriam uestri facio semper in orationibus meis: obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquid impertiar uobis gratię spiritalis ad cōfirmandos uos, id est simul consolari in uobis per eam quę inuicem est fidem uestram atque meam. Nolo autem uos ignorare fratres: quia sæpe proposui uenire ad

B

nire ad uos,licet præpeditus fuerim ad hūc usque diē,quo fructū aliquem haberē inter uos quoque quemadmodū & inter reliquas gentes. Græcis simul & barbaris,eruditis pariter ac rudibus,debitor sum.ita quantū in me est, paratus sum uobis quoque qui Rhomæ estis euāgelizare. Nō enim me pudet euangelij Christi. Potētia siquidē est dei,ad salutē omni credēti Iudæo primū simul & Græco. Iustitia enī dei per illud patefit ex fide in fidē. Sicuti scriptū est:Iustus aūt ex fide uicturus est.Palā fit enī ira dei de cœlo aduersus omnē impietatem,& iniustitiā hominū,qui ueritatē in iniustitia detinent:propterea quod id quod de deo cognosci potest,manifestū est in illis.Deus enim illis patefecit.Siquidē quæ sunt inuisibilia illius,ex creatiōe mūdi,dum per opera intelligunt,peruidētur,ipsaque æterna eius potentia ac diuinitas,in hoc,ut sint inexcusabiles: propterea quod cum deū cognouerint, nō ut deū glorificauerunt,neque grati fuerunt, sed frustrati sunt per cogitatiōes suas,& obtenebratū est insciēs cor eorū.Cū se crederent esse sapiētes, stulti facti sunt,mutaueruntque gloriā immortalis dei,per imaginē,non solū ad mortalis hominis similitudinē effictā,uerum etiā uolatiliū & quadrupedum & reptiliū. Quapropter tradidit illos deus per cupiditates cordiū suorū,in immunditiā,ut ignominia afficiāt corpora sua,inter se mutuo.qui cōmutarunt ueritatē eius mendacio,& uenerati sunt colueruntque ea quæ cōdita sunt,supra eum qui cōdidit,qui est laudandus in secula amē.Quāobrem tradidit eos deus in cupiditates ignominiosas.Nā & fœminę illorū mutauerunt naturalē usum, in eum qui est præter naturā.Similiterque & masculi, relicto naturali usū fœminæ,exarserūt per appetentiā sui alius in aliū,masculi in masculos fœditatē perpetrātes,& præmiū quod oportuit, erroris sui in sese recipiētes. Et quemadmodū nō probauerunt,ut deū agnoscerent:ita tradidit eos deus in reprobā mentē,ut facerēt quæ nō cōueniebat, repleti omni iniustitia, scortatiōe,uersutia,auaritia,malitia,pleni inuidia,cęde,cōtentione,dolo,malis præditi moribus,susurrones,obtrectatores,dei osores,cōtumeliosi,elati,gloriosi,excogitatores malorū,parentibus immorigeri,expertes intelligentiæ,pactorum haudquaque tenaces,alieni à charitatis affectu,nescij fœderis,immisericordes. qui cum dei iu-

nire ad uos:& prohibitus sum usque adhuc, ut aliquem fructum habeam in uobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris,sapientibus & insipientibus debitor sum: ita quod in me promptum est & uobis qui Romæ estis euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti: Iudæo primum & Græco. Iusticia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidē:sicut scriptum est: Iustus autem ex fide uiuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniusticiam hominum,eorum qui ueritatem dei in iniusticia detinent:quia quod notum est dei,manifestum est in illis.Deus enim illis manifestauit.Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas,ita ut sint inexcusabiles.Quia cum cognouissent deum,non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis:& obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes,stulti facti sunt.Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immundiciam,ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.Quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium:& coluerunt & seruierunt creaturę potius quàm creatori:qui est benedictus in secula: amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum,in eum usum qui est contra naturam.Similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ: exarserunt in desiderijs suis in inuicem: masculi in masculos turpitudinem operantes: & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in noticia: tradidit illos Deus in reprobum sensum,ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia,fornicatione,auaritia,nequitia,plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate:susurrones,detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes,incompositos,sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam

Marginalia: C; D; 1.Cor.1 b; Abac.2 a; Hebr.10 d; Hierem.2 d; Prouer.16

dei iuſtitiã nouerint, nempe, ꝙ ij qui talia faciunt, digni ſint morte: non ſolum ea faciunt, uerumetiam aſſentiuntur ijs, qui faciunt.

Nõ temere iudicandũ, et gẽtes & Iudæos peccatores eſſe, quiq; ſint ueri Iudæi

QVapropter inexcuſabilis es ô homo, quiſquis es qui iudicas. Nam hoc ipſo ꝙ iudicas alterũ, teipſum condẽnas. Eadẽ enim facis tu, qui iudicas. Scimus autẽ, quod iudicium dei eſt ſecundũ ueritatẽ aduerſus eos qui talia agũt. Cogitas autẽ hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia faciũt, & facis eadẽ, ꝙ tu ſuffugies iudiciũ dei? Aut diuitias bonitatis illius, ac tolerãtiæ, lenitatiſq; cõtemnis, ignorãs, ꝙ bonitas dei ad pœnitentiã te inuitat? Sed iuxta duritiã tuã, & cor pœnitere neſciũ, colligis tibiipſi irã in die iræ, quo patefiet iuſtũ iudicium dei, qui redditurus eſt unicuiq; iuxta facta ſua: his quidem qui perſeuerãtes in benefaciẽdo, gloriã & honorem & immortalitatẽ quærũt, uitam æternã: ijs uero qui ſunt contentioſi, & qui ueritati quidẽ nõ obtemperãt, ſed obtemperant iniuſtitię, uentura eſt indignatio & ira, afflictio & anxietas, aduerſus omnem animã hominis perpetrãtis malũ, Iudęi primũ ſimul & Græci. Gloria uero & honor & pax omni operãti bonum, Iudæo primũ ſimul & Græco. Nõ enim eſt perſonarum reſpectus apud deũ. Quicunq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege & peribũt: & quicunq; in lege peccauerũt per legẽ iudicabuntur. Nõ enim qui audiũt legem, iuſti ſunt apud deum: ſed qui legẽ factis exprimũt, iuſti habebuntur. Nã cum gentes quæ legẽ nõ habent, natura quæ legis ſunt, fecerint, eæ legem nõ habẽtes, ſibi ipſis ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis ſimul atteſtãte illorum cõſcientia, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut etiã excuſantibus, in eo die, cum iudicabit dñs occulta hominum, iuxta euangeliũ meum per Ieſum Chriſtũ. Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti uoluntatẽ, ac probas eximia, inſtitutus ex lege: cõfidiſq; teipſum ducem eſſe cæcorũ, lumen in tenebris uerſantiũ, eruditorem inſipiẽtium doctorem imperitorũ, habentem formã cognitionis ac ueritatis per legem. Qui igitur doces aliũ, teipſum nõ doces. qui prædicas nõ furãdum, furaris, qui dicis nõ adulterandũ, adulterium cõmittis, qui execraris ſimulacra, ſacrilegium admittis: qui de lege gloriaris, per legis trãſgreſſionem deũ dehoneſtas. Nã nomen dei pro-

Eſa. 50. c

Act. 10 d
Ephe. 6 a
Gal. 2 a

iuſtitiam dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniã qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolũ qui ea faciũt, ſed etiã qui cõſentiunt facientibus.

CAPVT II

PRopter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim alterũ iudicas teipſum cõdemnas. Eadẽ enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniã iudiciũ dei eſt ſecũdũ ueritatẽ in eos qui talia agũt. Exiſtimas autẽ hoc ô homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea ꝙ tu effugies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & lõganimitatis contẽnis? Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiã te adducit. Secundũ autẽ duritiã tuã & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddit unicuiq; ſecundũ opa eius. His quidẽ ſecundũ patientiã boni operis gloriã & honorẽ & incorruptionẽ quærẽtibus uitã ęternã. His autẽ qui ſunt ex cõtentione, & qui non acquieſcũt ueritati, credũt aũt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia, in oẽm animã hoĩs operãtis malũ, Iudæi primũ & Græci. Gloria aũt & honor & pax omĩ operãti bonũ, Iudæo primũ & Græco. Nõ enim eſt acceptio perſonarũ apud deũ. Quicũq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribũt. Et quicũq; in lege peccauerunt, per legẽ iudicabunt. Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. cum enim gẽtes quæ legẽ non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis cõſcientia ipſorum, & inter ſeinuicem cogitationum accuſantium: aut etiã defendẽtium in die cũ iudicabit deus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Si autẽ tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti uoluntatẽ eius, & probas utiliora inſtructus ꝑ legem, cõfidis teipſum eſſe ducẽ cęcorum, lumẽ eorum qui in tenebris ſunt, eruditorẽ inſipientium, magiſtrum infantium, habentẽ formã ſcientię & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim dei per

A *B* *C*

D dei propter uos male audit inter gẽtes: quem admodũ scriptum est. Nã circuncisio quidem prodest, si legẽ seruaris. Quod si trãsgressor legis fueris, circuncisio tua in pręputiũ uersa est. Ergo si pręputiũ iustificatiões legis seruauerit, nõne præputiũ illius pro circuncisiõe imputabit? & iudicabit quod est ex natura præputiũ, si legem seruauerit, te qui per literã & circuncisionem trãsgressor es legis? Nõ is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est: nec ea quæ in manifesto fit carnis circuncisio, circuncisio est: sed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: & circuncisio cordis circuncisio est, quæ spiritu constat, non litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo.

A QVid igitur habet in quo pcellat Iudęus? aut quę utilitas circuncisiõis? Multũ per omnẽ modũ. Nã primũ quidẽ illud, ꝙ illis cõmissa sunt oracula dei. Quid enĩ, si quidã fuerunt increduli? Nũ incredulitas illorũ fidẽ dei faciet irritã? Absit. Imò sit deus uerax, omnis autẽ homo mẽdax. Quẽadmodũ scriptũ est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Quod si iniustitia nostra, dei iustitiã cõmendat, quid dicemus? Num iniustus deus q inducat irã? Humano more loquor. Absit. Nã quomõ iudicabit deus mundũ? Etenim si ueritas dei, p meum mẽdaciũ excelluit, in gloriã ipsius, quid posthac & ego ueluti pctõr iudicor? Ac nõ potius (quẽadmodum de nobis B male loquũtur & sicut quidã aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniãt bona. quorũ dãnatio iusta est. Quid igitur? pcellimus eos? Nullo modo. Nã ante causis redditis ostendimus & Iudæos & Græcos omnes peccato esse obnoxios, sicut scriptũ est. Nõ est iustus, ne unus quidẽ, non est qui intelligat, nõ est qui exquirat deum, omnes deflexerũt: simul inutiles facti sunt, nõ est qui exerceat bonitatẽ, non est usq; ad unum. Sepulchrum apertũ guttur eorum, linguis suis ad dolum usi sunt, uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorũ os execratione & amarulentia plenum est, ueloces pedes illorum ad effundẽdum sanguinẽ. Cõtritio & calamitas in uijs eorum, & uiã pacis nõ C cognouerunt. Nõ est timor dei corã oculis eorum. Scimus autẽ, quod quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt dicat: ut omne os obturet, & obnoxius fiat totus mundus deo, propterea quod ex opibus legis nõ iustificabitur omnis caro

dei per uos blasphematur inter gentes. Sicut scriptum est: Circũcisio quidem prodest si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est præputium legem consummãs, te qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

Esaiæ 52 a
Ezech. 36 d

CAPVT III

QVid ergo amplius Iudæo est, aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autẽ deus uerax: omnis autem homo mendax. Sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Si autẽ iniquitas nostra iusticiã dei cõmendat, quid dicemus? Nũquid iniquus est deus qui infert irã? Secundũ hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hũc mundũ? Si enĩ ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanquã peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur: & sicut aiunt quidã nos dicere: Faciamus mala, ut ueniant bona. Quorum dãnatio iusta est. Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaꝗ. Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse. Sicut scriptum est. Quia nõ est iustus quisꝗ: nõ est intelligens: nõ est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui faciat bonũ: nõ est usq; ad unũ. Sepulchrum patẽs est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictiõe & amaritudine plenum est: ueloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Contritio & infelicitas in uijs eorum: & uiam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcunq; lex loquitur: his qui in lege sunt loquitur: Vt omne os obstruatur: & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro

Quo gentili præstet Iudæus, et unde uera iustitia proueniat.
Psalm. 50 d
Psal. 13. 52
Psalm. 5 b
Psalm. 139 a
Psalm. 9
Esa. 59 a
Psalm. 35 a

nis caro in cõspectu eius. Per legẽ enim agnitio peccati. Nunc uero absq; lege iustitia dei manifestata est, dum cõprobatur testimonio legis ac prophetarũ. Iustitia uero dei per fidẽ Iesu Christi in oẽs, & super oẽs eos q credũt. Nõ enim est distinctio. Oẽs enim peccauerũt ac destituũtur gloria dei. Iustificãtur aũt gratis per illius gratiã, per redẽptionẽ quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus recõciliatorẽ per fidẽ interueniẽte ipsius sanguine, ad ostensionẽ iustitiæ suæ, ꝑpter remissionẽ præteritorũ pctõrum, quæ deus tolerauit, ad ostendẽdã iustitiã suã in præsenti tẽpore: in hoc, ut ipse sit iustus: & iustificãs eũ qui est ex fide Iesu. Vbi igitur gloriatio? Exclusa est. per quã legem? Operũ? Nõ, imò per legẽ fidei. Arbitramur igitur fide iustificari hominem absq; operibus legis. An Iudæorũ deus tantũ? An nõ & gentium? Certe & gentiũ. Quandoquidem unus deus, qui iustificabit circuncisionẽ ex fide, & præputium per fidem. Legẽ igitur irritã facimus per fidẽ? Absit. Imò legẽ stabilimus.

Hebr. 5

De fiducia Abraã, & iustificatione nõ ex opibus, sed fide esse

QVid igitur dicemus inuenisse Abraham patrẽ nostrũ secũdũ carnẽ? Nã si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at nõ apud deũ. Quid em̃ scriptura dicit? Credidit aũt Abrahã deo, & imputatũ est ei ad iustitiã. Ei uero qui operatur, merces nõ imputatur secundũ gratiã, sed secundũ debitũ. Porrò ei qui nõ operatur, sed credit in eũ qui iustificat impiũ, imputatur fides sua ad iustitiã. Quẽadmodũ & Dauid explicat beatificationẽ hominis, cui de⁹ imputat iustitiã absque operibus. Beati, quorũ remissę sunt iniquitates, & quorũ obtecta sunt pctã. Beatus uir, cui nõ imputabit dñs peccatũ. Beatificatio igĩẽ hæc, in circũcisionẽ tãtum, an & in præputium deuenit? Dicimus enim, quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iustitiã. Quomodo ergo imputata est? cũ esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Nõ in circuncisiõe, sed in præputio. Et signũ accepit circuncisiõis, signaculũ iustitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, ut esset pater omniũ credentiũ per prępuitiũ, ut imputaretur & illis iustitia, & pater circuncisiõis, ijs qui nõ solũ genus ducerent à circũcisis, uerum etiam ingrederẽtur uestigijs fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahę. Nõ enim per legẽ promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, illum hæredẽ fore mundi, sed per iustitiã fidei

Gene. 15 a

Psalm. 31 a

Gene. 17 d

caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iusticia autẽ dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credũt in eũ. Nõ enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egẽt gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu: quẽ proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionẽ iusticiæ suæ propter remissionẽ præcedentiũ delictorũ in sustentatione dei, ad ostensionẽ iusticiæ eius in hoc tẽpore: ut sit ipse iustus & iustificãs eũ, qui ex fide est Iesu Christi. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legem? Factorum? Non. Sed per legẽ fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorũ deus tantum? Nõne & gentium? Imò & gentiũ. Quoniã quidem unus est deus qui iustificat circũcisionem ex fide: & præputiũ per fidem. Legẽ ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

D

CAPVT IIII

QVid ergo dicemus inuenisse Abraã patrẽ nostrũ secundũ carnẽ? Si em̃ Abraã ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã sed non apud deũ. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraã deo: & reputatũ est illi ad iusticiã. Ei aũt qui operatur, merces nõ imputatur secundũ gratiã, sed secundũ debitũ. Ei uero qui nõ operatur, credẽti autẽ in eũ, qui iustificat impiũ, reputatᷣ fides eius ad iusticiã secũdũ propositũ gratiæ dei: sicut & Dauid dicit beatitudinẽ hominis cui deus accepto fert iusticiã sine operibus. Beati quorũ remissæ sunt iniqtates: & quorũ tecta sunt pctã. Beatus uir cui nõ imputauit dñs peccatum. Beatitudo ergo hæc in circũcisione tantũ manet: an etiã in præputio? Dicimus enim quia reputata est fides Abraę ad iusticiã. Quomõ ergo reputata est? In circuncisiõe, an in præputio? Nõ in circuncisiõe, sed in præputio. Et signũ accepit circuncisionis signaculũ iusticiæ fidei quæ est in prępuitio: ut sit pater omniũ credentiũ per prępuitium: ut reputetur & illis ad iusticiã: Vt sit pater circuncisionis: nõ his tãtum qui sunt ex circũcisione: sed & his qui sectãtur uestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abraæ. Non enim per legem promissio Abraæ aut semini eius, ut hæres esset mũdi: sed per iusticiã fidei

A

B

fidei. Etenim si ij qui ad legē pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. nā lex irā operatur. Siquidē ubi nō est lex ibi nec trāsgressio est. Idcirco ex fide datur hæreditas, ut secundū gratiā, ut firma sit promissio uniuerso semini: nō ei, q̄d est ex lege tantū, uerum etiā ei, quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omniū nostrū. Sicut scriptum est: Patrē multarum gentium constitui te, nimirum ad exemplum dei cui crediderat, qui uitæ restituit mortuos: ac uocat ea quæ nō sunt tanquā sint: qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gentium, iuxta id quod dictū est: Sic erit semen tuum. Ac nō infirmat⁹ fide, haud cōsiderauit suū ipsius corpus iam emortuū, cum centū ferè natus esset annos, nec emortuam uuluā Saræ: uerum ad promissionem dei non hæsitabat ob incredulitatē, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam deo: certa persuasione cōcepta, quod is qui promiserat, idem potens esset & præstare. Quapropter etiā imputatum est illi ad iustitiam. Nō scriptum est autē propter illū tantū, imputatum fuisse illi, sed etiā propter nos, quibus imputabitur, credentibus in eum, qui excitauit Iesum dominum nostrū à mortuis, qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

IVstificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum, per dn̄m nostrum Iesum Christum: per quem & contigit nobis, ut fide perduceremur in gratiā hāc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ dei. Nec id solū, uerum etiā gloriamur super afflictionibus: scientes quod afflictio patientiā pariat, patientia uero probationē, probatio autē spem. Porrò spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris, per spiritū sanctū qui datus est nobis. Christ⁹ enim, cū adhuc essemus infirmi iuxta temporis rationē, pro impijs mortuus est. Nā uix pro iusto quisq; morietur. Si quidē pro bono forsitan aliquis etiā mori sustinet. Cōmendat autem suā charitatem erga nos deus, quod cū adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eū ab ira. Nā si cū inimici essemus, reconciliati fuimus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per uitā ipsius. Non solum autem hoc, uerum etiā glo riantes

fidei. Si enim qui ex lege hæredes sunt: exinanita est fides: abolita est promissio. Lex enim irā operatur. Vbi enim nō est lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide ut secundū gratiā firma sit promissio omni semini. Non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omniū nostrū: sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentiū posui te ante deum cui credidisti: qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non sunt, tanq̄ ea quæ sunt. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium: secundum quod dictū est ei: Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli & arena maris. Et non est infirmatus in fide: nec considerauit corpus suum emortuum cum iā ferè centum esset annorū, & emortuā uuluā Saræ. In repromissione etiam dei nō hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissime sciens: quia quæcunq; promisit deus potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam: Non est autem scriptum tantum propter ipsum: quia reputatum est illi ad iustitiam, sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis: qui traditus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAPVT V

IVstificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum per dn̄m nostū Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidē in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe glorię filiorū dei. Non solum autē sed etiā gloriamur in tribulatiōibus, sciētes quod tribulatio patientiā operatur, patiētia autē probationem, probatio uero spem. Spes autē non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis. Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impijs mortuus est? Vix eñ pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cōmendat autem charitatem suā deus in nobis: quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tēpus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erim⁹ ab ira p ipsum. Si eñ cū inimici essemus recōciliati sumus deo per mortē filij eius: multo magis recōciliati salui erimus in uita ipsius. Nō solū autē, sed & glo riamur

Ioann. 15 c

Esaiæ 51 a

Quæ bona fidē comitētur, quantus dei erga nos amor, qui Adæ peccato collapsos restituit in integrū per Christum.

Esa. 57 b

riantes in deo per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum,per quem nunc recõciliationem aſſecuti ſumus. Propterea, quemadmodum per unum hominem peccatum in mundũ introijt, ac per peccatum mors, & ſic in omnes homines mors peruaſit, quatenus omnes peccauimus. Vſq; ad legẽ enim peccatum erat in mũdo:porrò peccatum nõ imputatur,cũ non eſt lex.Imò regnauit mors ab Adã uſq; ad Moſen,in eos quoq; qui nõ peccauerant ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adã, qui typum gerit illius futuri.At nõ ut peccatũ,ita & donum. Nam ſi unius delicto multi mortui ſunt,multo magis gratia dei,& donum per gratiã,quę fuit unius hominis Ieſu Chriſti,in multos exuberauit.Et nõ ſicut per unum qui peccauerat uenerat mors,ita donum. Nam cõdemnatio quidẽ ex uno delicto ad cõdemnationem,donum autẽ ex multis delictis ad iuſtificationẽ. Etenim ſi per unius delictũ mors regnauit per unum,multo magis ij,qui exuberantiã gratiæ & doni iuſtitiæ accipiunt, per uitã regnabunt. autore uno Ieſu Chriſto.Itaq; ſicut per unius delictum propagatum eſt malũ in omnes homines ad cõdemnationem,ita & per unius iuſtificationẽ propagatur bonum in omnes homines ad iuſtificationẽ uitæ. Quemadmodũ enim per inobedientiã unius hominis, peccatores cõſtituti fuimus multi, ita per obedientiam unius,iuſti cõſtituentur multi. Cæterum lex obiter ſubijt,ut abundaret delictũ. Vbi uero exuberauit peccatũ, ibi magis exuberauit gratia:ut queadmodum regnauerat peccatũ in morte, ſic & gratia regnaret per iuſtitiã ad uitam æternam per Ieſum Chriſtum.

Gene.3 a — *Gala.3 c*

Nec peccato nec legi ius eſſe in fidelem. Colo.2.3

QVid igitur dicemus? Manebimus in peccato,ut gratia abundet? Abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo poſthac uiuemus in eodẽ? An ignoratis,quod quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum,in mortem eius baptizati ſumus? Sepulti igitur ſumus unà cũ illo per baptiſmum in mortẽ,ut queadmodũ excitatus eſt Chriſtus ex mortuis, per gloriã patris,ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nã ſi inſititij facti ſumus illi per ſimilitudinem mortis eius,nimirum & reſurrectiõis participes erimus:illud ſcientes,quod uetus ille noſter homo cũ illo crucifixus eſt, ut aboleretur corp9 peccati,ut poſthac nõ ſeruiamus peccato.Etenim qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à

riamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,per quẽ nunc recõciliationẽ accepimus.Propterea ſicut per unum hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit:& per peccatum mors:& ita in omnes homines mors pertranſijt:in quo omnes peccauerunt. Vſq; ad legẽ enim peccatum erat in mundo.Peccatum aũt non imputabatur,cũ lex nõ eſſet:ſed regnauit mors ab Adã uſq; ad Moyſen etiã in eos qui nõ peccauerunt in ſimilitudinẽ præuaricatiõis Adæ,qui eſt forma futuri. Sed nõ ſicut delictum,ita & donum. Si eñi unius delicto multi mortui ſunt,multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.Et non ſicut per unum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex uno in condemnationem: gratia autẽ ex multis delictis in iuſtificationẽ.Si enim in unius delicto mors regnauit per unum:multo magis abundantiã gratiæ & donationis & iuſticiæ accipientes in uita regnabunt per unum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per unius iuſticiam in omnes homines in iuſtificationẽ uitæ.Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per unius obedientiam iuſti conſtituentur multi. Lex autẽ ſubintrauit,ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Vt ſicut regnauit peccatum in mortem,ita & gratia regnet per iuſtitiam in uitam æternam: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

CAPVT VI

QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato: ut gratia abundet? Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato:quomodo adhuc uiuemus in illo? An ignoratis fratres: quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes:quia uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati:ut ultra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à

est à peccato. Quod si mortui sumus cũ Christo, credimus quod & uiuemus cum illo. Sciẽtes quod Christus excitatus à mortuis, nõ amplius moritur: mors illi non amplius dñatur. Nã quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autẽ uiuit, uiuit deo. Ita & uos reputate uosipsos, mortuos quidẽ esse peccato, uiuentes autẽ deo per Christum Iesum dñm nostrũ. Ne regnet igitur peccatum in mortali uestro corpore, ut obediatis illi per cupiditates eius. Neq; accõmodetis membra uestra, arma iniustitiæ pctõ, sed accõmodetis uosmetipsos deo uelut ex mortuis uiuentes, & mẽbra uestra arma iustitiæ deo. Peccatũ enim uobis non dñabitur. Nõ enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid igitur? Peccabimus quod nõ simus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, q̃d cui accõmodatis uosipsos seruos ad obediẽdũ, eius serui estis, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? Gratia autem deo quod fuistis quidem serui peccati, sed obedistis ex animo, in eam in quã traducti estis formã doctrinæ. Cæterum liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum quiddã dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Quemadmodum enim præbuistis membra uestra serua immunditiæ & iniquitati, ad aliã atq; aliam iniquitatẽ, sic & nũc præbete membra uestra serua iustitiæ ad sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quẽ igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ mors. Nunc uero manumissi à peccato, serui autẽ facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationẽ, finẽ autem uitam æternam. Etenim autoramenta peccati mors: donum autem dei, uita ęterna, per Christum Iesum dominum nostrum.

AN ignoratis fratres, sciẽtibus eñ legẽ loquor, quod lex tãtisper dñetur homini, quoad ea uixerit? Nã uiro obnoxia mulier uiuẽti uiro alligata est p legẽ: q̃d si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri. Proinde uiuente uiro, adultera uocabit̃, si se iũxerit alteri uiro. Sin aũt mortuus fuerit uir, libera est à iure uiri: ut nõ sit adultera, si iũcta fuerit alteri uiro. Itaq; fratres mei, uos quoq; mortificati estis legi p corp⁹ christi, ut iũgeremini alteri, nimirũ ei q̃ ex mortuis surrexit, ut fructificemus deo. Cũ eñ essemus in carne, affectus pctõrũ, qui sunt

est à peccato. Si autẽ mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam uiuemus cum illo. Sciẽtes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. Quod autem uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos quidem esse peccato: uiuẽtes autem deo, in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis cõcupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes: & mẽbra uestra arma iustitiæ deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus: quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortem: siue obeditionis ad iustitiam. Gratias autem deo quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iusticiæ. Humanum dico propter infimitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iusticiæ. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis in quibus nũc erubescitis? Nã finis illorum mors est. Nunc uero liberati à peccato: serui autem facti deo, habetis fructum uestrũ in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Stipendia enim peccati mors: gratia autem dei uita æterna: in Christo Iesu domino nostro.

CAPVT VII

AN ignoratis fratres: scientibus enim legem loquor: quia lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Nam quę sub uiro est mulier: uiuente uiro alligata est legi. Si aũt mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuẽte uiro uocabitur adultera, si fuerit cũ alio uiro. Si aũt mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri ut nõ sit adultera, si fuerit cũ alio uiro. Itaq; fratres mei & uos mortificati estis legi p corpus Christi, ut sitis alterius, q ex mortuis resurrexit ut fructificetis deo. Cũ enim essemus in carne, passiones pctõrũ quæ per le-

1. Pet. 4 a

Ioan. 8 c
2. Pet. 2 d

Carnẽ hominis legi dei repugnare: & de libertate Christiana.
1. Cor. 7 d

sunt per legem, uigebant in membris nostris ad fructificandum morti. Nunc autē liberati sum⁹ à lege, mortui ei in qua detinebamur: ut seruiamus per nouitatē spiritus, & nō per uetu statem literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatū non cognoui, nisi per legem. Nam & cōcupiscentiam nō nouissem, nisi lex dixisset: non cōcupisces. Sed occasione accepta, peccatum per præceptū genuit in me omnē concupiscentiā. Siquidem absq; lege, peccatū erat mortuū. Ego autē uiuebam sine lege quondā. Porrò ueniēte mādato, peccatum reuixit: ego uero mortuus sum. Et repertū est, mandatū quod institutū erat ad uitam, mihi cedere ad mortē. Nam peccatū occasione accepta per præceptū, decepit me: & per illud occidit. Itaq; lex ipsa quidem sancta, & præceptum sanctum ac iustum & bonum. Ergo quod bonum erat, mihi factū est mors? Absit. Imò peccatū. Vt appareret peccatum, per id quod erat bonū mihi gignere mortem, ut fieret maiorē in modum peccans peccatū per præceptū. Scimus enim quod lex spiritualis est. At ego carnalis sum uēditus sub peccatū. Quod em̄ ago, nō pbo. Nō em̄ quod uolo, hoc facio: sed qđ odi hoc ago. Si uero qđ non uolo, hoc facio, cōsentio legi, quod bona sit. Nunc autem non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Noui enim, quod nō habitet in me, hoc est in carne mea, bonū. Nam uelle adest mihi: at ut faciam bonum, non reperio. Non enim quod uolo facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc ago. Porrò si quod non uolo ego, hoc facio: non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Reperio igitur per legem uolenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiunctum sit. Delectat enim me lex dei secundum internum hominem. Sed uideo aliam legem in membris meis, rebellantē legi mentis meæ: & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in mēbris meis. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago deo per Iesum Christum dominum nostrum. Itaq; idem ego mente quidem seruio legi dei, carne uero legi peccati.

Exod.20 c *Deut.5 c* *Esa.48 d*

NVlla igitur nunc est condemnatio, his q insiti sunt Christo Iesu, q nō iuxta carnē uersantur, sed iuxta spiritū. Nā lex spiritus uitæ per Christū Iesum, liberum me reddidit à iure

Videtib. Christo omnia uergere in bonū, neq; eos unq̄ à suo deseri duce.

per legem erant, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Nunc autē soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate litteræ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est. Absit. Sed peccatum nō cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebā, nisi lex diceret: Non cōcupisces. Occasione autem accepta, peccatū per mandatū operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatū mortuum erat. Ego autem uiuebam sine lege aliquādo: Sed cum uenisset mādatum, peccatū reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentū est mihi mandatū quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Nā peccatum occasione accepta per mandatū seduxit me: & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta & mandatū sanctū & iustum & bonum. Quod ergo bonū est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatū ut appareat peccatū, per bonū operatum est mihi mortē, ut fiat supra modū peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritalis est: Ego autem carnalis sum, uænūdatus sub peccato. Quod em̄ operor, nō intelligo. Nō enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod odio malū illud facio. Si autem quod nolo illud facio: cōsentio legi, quoniam bona est. Nūc autē iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Scio enim qa nō habitat in me hoc est in carne mea bonū. Nam uelle adiacet mihi: perficere autē bonum non inuenio. Nō enim quod uolo bonum hoc facio, sed quod nolo malū hoc ago. Si autem quod nolo illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum: quoniā mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secūdum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati quæ est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei: carne autem legi peccati.

B C D

CAPVT VIII

NIhil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege

A

à iure peccati & mortis. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio, misso sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac de peccato condẽnauit peccatũ per carnẽ, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui nõ secundum carnẽ uersamur, sed secundũ spiritũ. Nã qui carnales sunt, quæ carnis sunt curãt. at qui spirituales, quæ spiritus sunt. Nã affectus carnis, mors est: affectus uero spiritus, uita & pax. Propterea quod affectus carnis, inimicitia est aduersus deũ: nam legi dei nõ subditur, siquidẽ ne potest quidem. Qui uerò in carne sunt, deo placere nõ possunt. Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu: siquidẽ spiritus dei habitat in uobis. Quod si quis spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Porrò si Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritus autẽ uita est propter iustificationẽ. B Quod si spiritus eius q̃ excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, is q̃ excitauit Christũ ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter ipsius spiritũ inhabitantẽ in uobis. Proinde fratres debitores sumus, non carni, ut secundũ carnẽ uiuamus. Nam si secũdum carnẽ uixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta corporis mortificetis uiuetis. Etenim quicunq; spiritu dei ducuntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis: per quẽ clamamus, abba pater. Idẽ spiritus testatur unà cum spiritu nostro, quod simus filij dei. Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidẽ dei, cohæredes autẽ Christi. Siquidẽ simul cũ eo patimur, ut & unà cũ illo glorificemur. Nam reputo, nõ esse pares afflictiones præsentis tẽporis ad gloriã, quę reuelabitur erga nos. Etenim solicita creaturæ expectatio expectat ut palàm fiant filij dei. Quippe uanitati creatura subiacet: non uolens, sed propter C eum, qui subiecit illã sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simulq; nobiscum parturit usq; ad hoc tẽpus. Nõ solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobisipsis gemimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Siquidem spe seruati sumus. Porrò spes si uideatur non est spes. Quod enim quis cernit

à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittẽs in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnẽ ambulamus, sed secundum spiritũ. Qui enim secundũ carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundum spiritũ sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est: prudẽtia autem spiritus uita & pax. Quoniã sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autẽ in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatũ: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantẽ spiritum eius in uobis. Ergo fratres, debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicunq; enim spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Nõ enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptiõis filiorũ dei: in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei: cohæredes autẽ Christi: si tamen compatimur ut & conglorificemur. Existimo enim quod nõ sunt cõdignæ passiões huius tẽporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non uolens, sed propter eũ qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc. Non solum autẽ illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorũ dei, expectantes redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Nam quod uidet quis quid

Hebr. 7 c
Esaiæ 55 c
2. Tim. 1 d
Hebr. 1 a

cernit, cur idem ſperet? Si uero quod non uidemus, ſperamus, id per patientiam expectamus. Cõſimiliter autem & ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris. Siquidem hoc ipſum, quid oraturi ſimus, ut oportet, non nouimus: uerum ipſe ſpiritus intercedit pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. At ille qui ſcrutatur corda, nouit quis ſit ſenſus ſpiritus: quoniam ſecũdum deum intercedit pro ſanctis. Scimus autem, quod his qui diligũt deum, omnia ſimul adiumento ſunt in bonum, nimirum his qui iuxta propoſitum uocati ſunt. Quoniã quos præſciuerat, eoſdem & præfiniuit, conformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porrò quos ꝓdefinierat, eoſdẽ & uocauit. Et quos uocauit, eos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, qui fieri poteſt, ut non & cum eodẽ omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis ille, qui condẽnet? Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, imò qui & ſuſcitatus eſt, qui etiam eſt ad dexterã dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos ſeparabit à dilectiõe dei? nũ afflictio? num anguſtia? nũ perſecutio? nũ fames? nũ nuditas? num periculũ? nũ gladius? Quemadmodum ſcriptũ eſt: Propter te morti tradimur tota die habiti ſumus uelut oues deſtinatæ mactatiõi. Verũ in his omĩbus ſuperamus, per eum qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum habeo, ꝙ neque mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; inſtantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; ꝓfunditas, neq; ulla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Eſa. 26. c — Eſaie. 50 b — Pſalm. 43 c

Hoc & duob. ſequẽtib. capitib. inuitat Iudæos ad fidẽ in Chriſtũ, docẽs ipſorũ fuiſſe ꝓmiſſionem ſalutis, à qua ꝓpter incredulitatẽ exciderint, & gẽtes eam occupauerint

VEritatem dico in Chriſto, non mentior, atteſtante mihi ſimul conſcientia mea, per ſpiritum ſanctũ, ꝙ dolor mihi ſit magnus & aſſiduus cruciatus cordi meo. Optarim enĩ ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis meis ſecũdum carnem, qui ſunt Iſraelitæ quorum eſt adoptio, & gloria, & teſtamenta, & legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones, quorum ſunt patres, & ij, ex quibus eſt Chriſtus quãtum attinet ad carnem, qui eſt in omnibus deus laudandus in ſecula, amen. Non autem hęc loquor ꝙ exciderit ſermo dei

quid ſperat? Si autem quod nõ uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Similiter autem ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ: quomodo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus quis iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: imò qui & reſurrexit qui eſt ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die. Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis: Sed in his omnibus ſuperamus: propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neq; mors, neque uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.

D

CAPVT IX

VEritatem dico in Chriſto Ieſu: non mẽtior: teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto: quoniam triſticia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis qui ſunt cognati mei ſecundum carnem qui ſunt Iſraelitæ: quorũ adoptio eſt filiorũ, & gloria & teſtamentũ & legiſlatio & obſequiũ & promiſſa: quorum patres ex quibus eſt Chriſtus ſecundũ carnẽ qui eſt ſuper omĩa deus benedictus in ſecula: amẽ. Nõ autem quod exciderit uerbum dei

A

mo dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel: neq; quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filij, sed per Isaac nominabitur tibi semen: hoc est, non qui filij carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissiõis, recensentur in semen. Promissiõis enim sermo hic est. In tēpore hoc ueniā, & erit Saræ filius. Nō solum aūt hoc, sed & Rebecca ex uno conceperat Isaac patre nostro. nondū enim natis pueris, cū neque boni quippiā fecissent neq; mali, ut secundum electionē propositū dei maneret: non ex operibus, sed ex uocante, dictū est illi: Maior seruiet minori. sicut scriptū est: Iacob dilexi, Esau uero odio habui. Quid igit̄ dicemus? Nū iniustitia est apud deū? Absit. Nā Mosi dicit: Miserebor cuiuscūq; misereor: & cōmiserabor quęcunq; commisereor. Itaq; nō uolentis est, neq; currentis, sed miserētis dei. Dicit em̄ scriptura Pharaōi: In hoc ipsum te excitaui, ut ostendā in te potentiā meā, & ut annūcietur nomē meū in tota terra. Itaq; cui uult, miseretur: quē aūt uult, indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc cōqueritur? Nā uolūtati illi⁹ quis restitit? Atqui, ó homo, tu quis es, qui ex aduerso respōdes deo? Nū dicet figmētū, ei qui finxit: cur me finxisti ad hunc modū? An non habet potestatē figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidē uas in honorem, aliud uero in ignominiā? Quod si deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiā suam, tulit multa animi lenitate uasa iræ, apparata in interitū, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ, erga uasa misericordiæ, quæ pręparauerat in gloriam. Quos & uocauit nimirum nos, non solum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus. Quēadmodum & Osee dicit: Vocabo populū qui meus nō erat, populum meum, & eam quæ dilecta non erat, dilectam. & erit in loco, ubi dictū fuerat eis: Non populus meus uos, ibi uocabuntur filij dei uiuētis. Esaias autem clamat super Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel, ut arena maris, reliquiæ saluæ erunt. Sermonē enim perficiens & abbreuians cum iusticia, quoniā sermonē abbreuiatū faciet dominus in terra. Et quēadmodum prius dixit Esaias: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semē, ut Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. Quid igit̄ dicemus? Quod gētes quæ non sectabantur iusticiā, apprehenderūt iusticiam, iusticiam autē eam quæ est ex fide. Contra

bum dei: Non enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt Abraæ omnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis hi filij dei, sed qui filij sunt promissiõis, æstimantur in semine. Promissionis enim uerbū hoc est: Secūdum hoc tempus ueniā: & erit Sarę filius. Nō solum aūt illa, sed & Rebecca ex uno cōcubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim non dū nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionē propositum dei maneret: nō ex operibus, sed ex uocāte, dictū est ei: quia maior seruiet minori: sicut scriptum est: Iacob dilexi: Esau autē odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deū? Absit. Moysi enim dixit: Miserebor cui misertus sum: & misericordiā præstabo cui miserebor. Igitur non uolētis neq; currentis, sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te ut ostendā in te uirtutē meā: & ut annūcietur nomē meū in uniuersa terra. Ergo cui⁹ uult, miseretur: & quē uult, indurat. Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Volūtati em̄ eius quis resistit? O homo tu qui es, qui respōdeas deo? Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An nō habet potestatē figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē uas in honorē: aliud uero in cōtumeliā? Qď si deus uolēs ostēdere irā & notam facere potētiā sustinuit in multa patiētia uasa iræ apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ i uasa misericordiæ quę præparauit in gloriā. Quos & uocauit: non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus: sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam cōsecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis, Nō plebs mea uos: ibi uocabuntur filij dei uiui. Esaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate: quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Esaias: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus: & sicut Gomorra similes fuissemus. Quid ergo dicemus, quod gentes quæ non sectabantur iusticiam, apprehenderunt iusticiam? Iusticiam autem quæ ex fide est. Israel

Gen.25 e
Malach.1 a
Exod.33 d
Exod.9 c
Osee 1 a
Esa.10 c
Esa.1 b

Cōtra Israel, q sectabatur legē iustitię, ad legē iustitiæ nō puenit. Propter qd? Quia nō ex fide, sed tanq̄ ex operib⁹ legis. Impegerūt em̄ in lapidē offendiculi. Queadmodū scriptū est: Ecce pono i Siō lapidē offendiculi, & petrā offensiōis, & omnis qui credit in eo, nō pudefiet.

Esa.28 c

Cū præcedēti

FRatres, propensa quidem uolūtas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad deū, pro Israel est ad salutē. Testimoniū enim illis perhibeo, quod studiū dei habent, sed nō secūdum scientiā. Nā ignorantes dei iusticiā, & propriā iusticiā quærentes cōstituere, iustitiæ dei nō fuerunt subditi. Nā perfectio legis Christus, ad iustificationē omni credenti. Moses enim scribit de iusticia quæ est ex lege, qd' qui fecerit ea homo, uiuet per illa. Cæterum quæ ex fide est iustitia, ea sic loquitur: Ne dixeris i corde tuo: Quis ascendet in cœlū? Hoc est Christum ex alto deducere. Aut quis descēdet in abyssum? Hoc est Christū ex mortuis reducere. Sed qd dicit? Prope te uerbū est in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est, uerbū fidei quod prædicamus. Nēpe si confessus fueris ore tuo dn̄m Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illū excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiā, ore aūt confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet. Non enim est distinctio uel Iudæi, uel Græci. Nā idem dn̄s omniū, diues in omnes inuocantes se: quisquis enim inuocauerit nomē domini, saluus erit. Quomodo igitur inuocabunt eū, in quē nō crediderūt? Quō aūt credēt ei, de quo nō audierūt? Quō aūt audiēt absq̄ prædicāte? Quō autem prædicabūt nisi missi fuerint? Sicut scriptū est: Quàm speciosi pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. At non omnes obedierunt euāgelio. Esaias enim dicit: Domine quis credidit sermonibus nostris? Ergo fides ex auditu est: auditus aūt per uerbū dei. Sed dico, an nō audierūt. Atqui in omnē terrā exiuit son⁹ eorū, & in fines orbis terrarū uerba illorū. Sed dico: Nū qd nō cognouit Israel? Prim⁹ Moses dicit: Ego ad æmulationē ꝓuocabo uos ꝑ gentē quę nō est gēs, per gentē stultā ad irā cōmouebo uos. Esaias aūt post hunc audet, ac dicit: Inuētus fui his qui me non quærebāt: cōspicuus factus sum his qui de me non interrogabāt. Ad uersus Israel aūt dicit: Toto die expādi manus meas ad populū nō credentē, & cōtradicentē.

Matth.5 c

Deut.30 c

Esa.28 c

Esa.25 b

Esa.53 a

Deut.32 c

Esa.52 c

Dico

Israel uero sectando legē iustitiæ, in legem iusticiæ nō peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderūt em̄ in lapidem offensiōis, sicut scriptū est: Ecce pono in Siō lapidē offensiōis, & petrā scādali: & om̄is qui credit in eum non cōfundetur. CAP. X

FRatres: Voluntas quidē cordis mei & obsecratio ad deū fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis: quod æmulationē quidē dei habent, sed non secūdum sciētiam. Ignorātes enim iusticiā dei, & suam quærentes statuere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus: ad iusticiā omni credenti. Moyses enim scripsit: quoniā iusticiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea. Quæ aūt ex fide est iusticia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum, id est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum, hoc est Christū à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbū in ore tuo & in corde tuo, hoc est uerbū fidei qd' prædicamus: quia si cōfitearis in ore tuo dn̄m Iesum, & in corde tuo credideris, quod deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illū, non cōfundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem dn̄s omnium diues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicunq̄ inuocauerit nomen dn̄i, saluus erit. Quomodo ergo inuocabūt in quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierūt? Quō aūt audient sine prædicante? Quō uero prædicabūt: nisi mittātur, sicut scriptū est: Quàm speciosi pedes euangelizantiū pacē, euāgelizātiū bona? Sed nō oēs obediūt euāgelio. Esaias enim dicit: Dn̄e, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus aūt per uerbū Christi. Sed dico: Nunquid nō audierūt? Et quidē in omnē terrā exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorū. Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dixit: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem: in gentem insipientem in iram uos mittam. Esaias autem audet & dicit: inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui his qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed cōtradicentem mihi. CAP. XI

A B C D

Dico

A Dico igitur: Num repulit deus populum suũ? Absit. Nã & ego Israelita sum, ex semine Abrahæ, tribus Beniamin. Non repulit deus populũ suũ, quẽ ante agnouerat. An nescitis, de Elia qd dicat scriptura? Quõ interpellat apud deum aduersus Israel, dicens: Dñe, ꝓphetas tuos occiderũt, altaria tua subruerũt: & ego relictus fui solus, & insidiãtur uitę meę. Sed quid dicit ei diuinũ respõsum: Reliqui mihi ipsi septẽ millia uirorũ, qui non inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tẽpore, reliquiæ secundũ electionem gratiæ fuerunt. Quod si per gratiã, non iã ex operibus. Quandoquidẽ gratia, iã non est gratia. Sin ex operibus, iam non est gratia. Quandoquidẽ opus, iã non est opus. Quid igitur? Quod quærit Israel, hoc non assecutus est: sed electio consecuta est, reliqui uero excæcati sunt. queadmodũ B scriptũ est: Dedit eis deus spiritũ cõpunctiõis: oculos, ut non uideãt: & aures, ut non audiãt, usq; ad hodiernum diẽ. Et Dauid dicit Vertatur mensa illorũ in laqueũ, & in captionẽ, & in offẽdiculũ, & in retaliationẽ ipsis. Obtenebrẽtur oculi eorũ, ut non uideãt, & tergũ illorum semper incurua. Dico igitur: Num ideo impegerunt, ut conciderẽt? Absit. Sed per lapsum illorũ salus cõtigit gẽtibus, in hoc ut eos ad æmulandũ prouocaret. Quod si lapsus illorũ diuitiæ sunt mũdi: & diminutio illorum, diuitiæ gentiũ, quanto magis plenitudo illorũ. Vobis enim dico gentibus: quatenus ego quidẽ sum apostolus gentiũ, ministeriũ meum illustro, si quo modo ad æmulãdũ prouocẽ carnẽ meã, & saluos reddã nõnullos ex illis. Nã si reiectio illorum, est reconciliatio mũdi: quæ erit assumptio, nisi uita ex mortuis? Quod si primitiæ C sanctę, sãcta est & cõspsio. Et si radix sancta, sancti erunt & rami. Quod si nõnulli rami defracti sunt, tu uero cũ esses oleaster, insitus fuisti illis, & cõsors radicis & pinguitudinis oleæ factus es, ne glorieris aduersus ramos: ꝙ si gloriaris, non tu radicẽ portas, sed radix te. Dices igitur, defracti sunt rami, ut ego insererer. bene dicis. ꝑ incredulitatẽ defracti sunt, tu uero fide cõstitisti. Ne efferaris animo, sed timeas. Nã si deus naturalibꝰ ramis nõ pepercit, uide ne quã fiat, ut nec tibi parcat. Vide igitur bonitatẽ ac seueritatẽ dei: in eos qdẽ, q ceciderũt, seueritatẽ: in te uero bonitatẽ, si ꝑmãseris in bonitate. Alioq & tu excideris: & illi rursum, si nõ permanse

Dico ergo: Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraam, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suã quã præsciuit. An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deũ aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt: altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus: & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septẽ millia uirorũ qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundũ electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Si aũt gratia iam non ex operibus: Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem consecuta est: cæteri uero excæcati sunt: sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritũ compunctionis: oculos ut non uideant: & aures ut non audiant: usq; in hodiernum diem. Et Dauid dixit: Fiat mensa eorũ corã ipsis in laqueũ: & in captionẽ & in scandalũ, & in retributionẽ illis. Obscurẽtur oculi eorũ ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo: Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorũ delicto salus est gentibus ut illos æmulentur. Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi: & diminutio eorum diuitiæ gentium: quãto magis plenitudo eorũ. Vobis enim dico gentibus: quãdiu quidẽ ego sum gentiũ apostolus: ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam: & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi uita ex mortuis? Quod si delibatio sancta est, & massa. Et si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt: tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis: & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem: in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate: Alioquin & tu excideris. Sed & illi si non perman

Idem cũ duobus præcedentibus

3.Reg.19 b

Esa.6 b

Psalm.68 d

1.Tim.2 a

Eccli.7 c

permanserint in incredulitate, inserentur. Potest enim deus denuo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & prçter naturam insitus es in ueram oleã, quãto magis hi, qui naturales sunt, inserẽtur propriæ oleæ? Non enim uolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati animo, quod excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit. Sicut scriptum est. Adueniet ex Sion ille qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me testamentũ, cum abstulero peccata ipsorum. Secundũ euangelium quidem, inimici propter uos, secundũ electionem autẽ dilecti propter patres. Nam dona quidem & uocatio dei, eiusmodi sunt, ut eorum illũ pœnitere non possit. Quemadmodũ enim & uos quondã increduli fuistis deo, nũc autẽ misericordiã estis consecuti per illorũ incredulitatem: sic & isti nũc increduli facti sunt, ex eo quod uos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiã consequãtur. Cõclusit enim deus omnes sub incredulitatem, ut omniũ misereretur. O profunditatem diuitiarũ & sapientię & cognitionis dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit mentem domini? Aut quis illi fuit à consilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia. Ipsi gloria in secula. Amen.

Psalm. 13 a

Esa. 40 b

Esa. 44 c

Exhortatio ad pios, ut sua corpora deo sacrificent

OBsecro igitur uos fratres, per miserationes dei, ut præbeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, acceptã deo, rationalem cultũ uestrum. Et ne accõmodetis uos ad figuram seculi huius, sed transformemini per renouationẽ mẽtis uestrę, ut probetis quę sit uolũtas dei, quod bonũ est, acceptumq́ & perfectum. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, cuilibet uersanti inter uos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quàm oportet de se sentire, sed ita sentiat, ut modestus sit & sobrius, ut cuiq; deus partitus est mensurã fidei. Quemadmodũ enim in uno corpore membra multa habemus, mẽbra uero nõ omnia eundẽ habent actũ: sic multi unum corpus sumus in Christo, singulatim aũt alij aliorũ mẽbra: sed tamen habẽtes dona iuxta gratiã datam nobis uaria, siue prophetiã iuxta portionem fidei, siue ministerium in administratiõe, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhor-

1. Cor. 12 b

permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus iterũ inserere illos. Nã si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis hi qui secundũ naturam inserentur suæ oliuæ? Nolo enim uos ignorare fratres mysteriũ hoc: ut nõ sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret: & sic omnis Israel saluus fieret. Sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatẽ ab Iacob. Et hoc illis à me testamentũ cum abstulero peccata eorũ. Secundũ euangelium quidẽ inimici propter uos: secundũ electionẽ autem charissimi propter patres. Sine pœnitẽtia enim sunt dona & uocatio dei. Sicut enim aliquando & uos nõ credidistis deo: nunc autẽ misericordiã consecuti estis propter incredulitatẽ illorũ: ita & isti nunc nõ crediderũt in uestrã misericordiã, ut & ipsi misericordiã consequantur. Cõclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis cõsiliarius eius fuit: aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria in secula seculorum: Amen.

D

CAPVT XII

OBsecro itaque uos fratres per misericordiam Dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter uos: non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, & unicuiq; sicut Deus diuisit mensurã fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autem donationes secũdum gratiam quæ data est nobis differentes. Siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhor-

A

B

in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilari
C tate. Dilectio sit non simulata, sitis odio prosequentes quod malum est, adhærētes ei, quod bonum est, per fraternā charitatē, ad mutuo uos diligēdos propensi, honore alius aliū præuenīētes, studio nō pigri, spiritu feruētes, tēpori seruiētes, spe gaudētes, in afflictiōe patiētes, precatiōi instātes, necessitatibus sanctorū cōmunicātes, hospitalitatē sectātes. Bene loquamini de ijs qui uos insectantur: bene loquamini, inquā, & ne male precemini. Gaudete cum gaudētibus, & flete cū flentibus: eodē animo alij in alios affecti, nō arrogāter de uobisipsis
D sentientes, sed humilibus uos accōmodantes. Ne sitis arrogātes apud uosmetipsos: neq; cuiquā malū pro malo reddatis, Prouide parantes honesta in cōspectu omniū hominū: si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus in pace uiuentes, nō uosmetipsos ulciscentes dilecti, quin potius date locū iræ. Scriptum est enim: Mihi ultio, ego repēdam dicit dominus. Si igitur esurit inimic9 tuus, pasce illum: si sitit, da illi potum. Hoc enim si feceris carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne uincaris à malo, imò uince bono malum.

A OMnis anima potestatibus supereminētibus subdita sit. Nō enim est potestas nisi à deo: quæ uero sunt potestates, à deo ordinatæ sunt. Itaq; q̄squis resistit potestati, dei ordinatiōi resistit. Qui aūt restiterint, sibiipsis iudiciū accipiēt. Nā principes nō terrori sunt bene agētibus, sed male. Vis aūt non timere potestatē? Quod bonū est facito: & feres laudē ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum. q̄ si feceris id quod malū est, time. Nō enim fru
B stra gladium gestat. Nā dei minister est, ultor ad irā, ei qui quod malum est fecerit. Quapropter oportet esse subditos, nō solum propter irā, uerumetiā propter conscientiam. Propter hoc enim & uectigalia soluitis. Siquidē ministri dei sunt, in hoc ipsum incumbētes. Reddite igitur omnibus quod debetur: cui tributū, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorē, ti
C morem: cui honorē, honorē. Nemini quicq̄ debeatis, nisi hoc, ut inuicē diligatis. Nam qui diligit alterum, legē expleuit. Siquidē illa: Nō mœchaberis, nō occides, nō furaberis, nō falsum testimoniū dices, non cōcupisces: & si q̄d aliud præceptum, in hoc sermone summatim compre

in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui pręest in sollicitudine: qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odiētes malum, adhærētes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem præuenientes. Sollicitudine nō pigri: spiritu feruentes: domino seruientes. Spe gaudentes: in tribulatiōe patientes: orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicātes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus uos. Benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Idipsum inuicē sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona: non tātum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi uindictam, & ego retribuam dicit dominus. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

Deut. 32 e

CAP. XIII

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à deo. Quę autem sunt, à deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes nō sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudē ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, nō solum propter irā, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt: in hocipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquām debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo

De magistratuum, & præsidum autoritate

Sap. 6 a

Exod. 20 a

Deut. 5 a

comprehenditur: Nempe, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximo malũ non operatur. Cõsummatio itaq; legis, est dilectio. Præsertim cum sciamus tẽpus, quod tẽ pestiuum sit, nos iã à somno expergisci. Nũc eñ propius adest nobis salus, q̃ tum, cum credebamus. Nox progressa est, dies aũt appropinquat. Abijciam⁹ igitur opera tenebrarũ, & induamur arma lucis: tãquam in die cõposite ambulemus, nõ comessationibus & ebrietatibus, nõ cubilib⁹ ac lasciuijs, nõ cõtentiõe & æmulatiõe, sed induamini dñm Iesum Christũ. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.

Leuit. 19 c

Infirmum nõ offendendum nec temere iudicãdũ quenq̃

PORrò eum qui infirmatur fide, assumite, nõ ad dijudicatiões disceptationũ. Alius quidẽ credit uescendũ esse q̃buslibet. Alius autẽ qui infirmus est, holeribus uescitur. Qui uescitur, nõ uescentẽ ne despiciat. Et qui nõ uescitur uescentẽ ne iudicet. Deus enim illũ assumpsit. Tu quis es, qui iudicas de alieno famulo? Proprio dño stat, aut cadit, imò fulciet̃ ut stet. Potens enim est deus efficere ut stet. Hic quidẽ iudicat, diẽ ad diem cõferens: ille autẽ idem iudicat de quouis die. Vnicuiq; sua mens satis faciat. Qui curat diem, domino curat. Et qui non curat diem, domino non curat. Qui uescitur, domino uescitur, gratias enim agit deo: & qui non uescitur, domino non uescitur, & gratias agit deo. Nullus enim nostrũ sibĳpsi uiuit, & nullus sibĳpsi moritur. Nam siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue igitur uiuamus, siue moriamur, domini sumus. In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, ut mortuis ac uiuẽtibus dominetur. Tu uero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu, cur despicis fratrẽ tuũ? Omnes enim statuemur apud tribunal Christi. Scriptũ est enim: Viuo ego dicit dñs: Mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua cõfitebitur deo. Igitur unusquisq; nostrũ de se ipso rationẽ reddet deo. Ne posthac igitur alius aliũ iudicemus, uerũ illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. Noui siquidem, & persuasum habeo per dominum Iesum, nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, illi cõmune est. Verum si propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. Ne uestrum igitur

Colos. 2 c

Esa. 45 c

instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus. Non in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitijs: non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

D

CAP. XIIII

INfirmum autem in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia. Qui autem infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit: stabit autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: Alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat: & gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi uiuit: & nemo sibi moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptũ est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Scio & cõfido in domino Iesu: quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid cõmune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo

A

B

C

igitur bonum, hominum maledicentiæ sit ob noxium. Non enim est regnum dei cibus ac potus, sed iusticia & pax & gaudiũ, in spiritu sancto. Etenim qui per hæc seruit Christo, acceptus est deo, & probatus hominibus. Itaq; quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificatiõis, alius erga alium. Ne cibi causa, destruas opus dei. Omnia quidẽ pura, sed malum est homini qui per offendiculum uescitur. Bonũ est nõ edere carnes, neq; bibere uinum, neq; quicq̃, per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes? Apud temet ipsum habe corã deo. Beatus qui non iudicat seipsum, in eo quod probat. At qui diiudicat, si ederit condẽnatus est: quoniã non edit ex fide. Porrò quicquid ex fide nõ est, peccatũ est.

Debemus autem nos qui potẽtes sumus, infirmitates impotentiũ portare, ac non placere nobisipsis. Nam unusquisq; nostrum proximo placeat in bonũ ad ædificationẽ. Et enim Christus non placuit sibiipsi, sed quemadmodum scriptum est: Opprobria opprobrantium tibi, inciderunt in me. Nã quæcunq; præscripta sunt, in nostrã doctrinam præscripta sunt: ut per patientiã & cõsolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & cõsolationis det uobis idem mutuo inter uos sentire secundum Iesum Christũ, ut unanimiter uno ore glorificetis deũ, ac patrẽ domini nostri Iesu Christi. Quapropter assumite uos inuicem, queadmodum & Christus assumpsit nos in gloriam dei. Illud autem dico, Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis pro ueritate dei, ad confirmandas promissiones patrum. Cæterum ut gẽtes pro misericordia glorificẽt deum. Sicut scriptum est: Propter hoc cõfitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canam. Et rursum dicit: Gaudete gentes cum populo eius. Et rursum: Laudate dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et rursum Esaias dicit: Erit radix Iesse, & qui exurget ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt. Deus autem spei, impleat uos omni gaudio & pace, in credendo in hoc, ut exuberetis in spe per potentiam spiritus sancti. Persuasum enim habeo fratres mei, & ipse ego de uobis, quod & ipsi pleni estis bonitate, impleti omni scientia, ualentes etiam inuicem alius alium admonere. Sed tamen audacius scripsi uobis fratres

ex parte

ergo blasphemetur bonum nostrum. Nõ est enim regnum dei esca & potus, sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus, Itaque quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculũ manducat. Bonum est non manducare carnem & non bibere uinum: neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temetipsum, habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit si manducauerit, damnatus est: quia nõ ex fide: Omne aũt quod nõ est ex fide, peccatũ est. CAP. XV

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere: & non nobis placere. Vnusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Et enim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij det uobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: ut unanimes uno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem sicut & Christus suscepit uos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deum: sicut scriptũ est: Propterea cõfitebor tibi in gentibus domine: & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plæbe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in credendo: ut abundetis in spe & uirtute spiritussancti. Certus sum autem fratres mei, & egoipse de uobis: quoniam & ipsi pleni estis dilectione: repleti omni scientia: ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi uobis fratres

1. Cor. 8 b

Infirmos tolẽrãdos & instituẽdos: Christum esse ministrũ circuncisionis: deq; uocatiõe gentiũ

Psal. 17 e

Deut. 31 f
Psal. 116 a

Esa. 11 b

ex parte ueluti commonefaciens uos,propter
gratiam quę data est mihi à deo,in hoc ut sim
minister Iesu Christi in gentes, administrans
euãgelium dei, ut fiat oblatio gẽtium accepta
bilis, sanctificata per spiritũ sanctum.Habeo
igitur quod glorier per Christũ Iesum, in his
quæ ad deum pertinent. Non enim ausim lo-
qui quicq̃ eorum, quæ non effecit Christus
per me,in obedientiam gentium, uerbo & fa-
cto per potentiã signorum ac prodigiorũ,per
potentiã spiritus dei,ut ab Hierusalem & in cir
cuniacentibus regionibus usq; ad Illyricũ im-
pleuerim euangeliũ Christi,ita porrò annitẽs
Esa.52.c prædicare euangeliũ, non ubi nominatus erat
Christus,ut ne super alienũ fundamentũ ædi
ficarẽ, sed queãdmodũ scriptum est: Quibus
non est annunciatũ de eo,uidebunt, & qui nõ
audierãt,intelligent.Quapropter & præpedi-
tus sum sæpe, q̃ minus uenirẽ ad uos. Nũc ue
ro cũ non amplius habeã locum in regiõibus
his,desideriũ aũt habeã ueniendi ad uos mul-
tis iam annis,quãdocunq; iter instituero in Hi
spaniã,ueniã ad uos.Spero enim fore,ut istac
iter faciens, uideã uos, & à uobis producar il-
luc, si tamen uestra consuetudine prius ex par
te fuero expletus.Nunc aũt proficiscor Hiero
solymã,ministrans sanctis. Visum est eñ Ma
cedoniæ & Achaiæ, cõmunicationem aliquã
1.Cor.9.c facere in pauperes sanctos, qui sunt Hieroso-
lymis. Nã ita uisum est ipsis,& debitores illo-
rũ sunt. Etenĩ si spiritualia sua cõmunicauerũt
gẽtibus, debẽt & hæ in carnalibus ministrare
illis. Hoc igitur ubi perfecero, & obsignauero
illis fructũ hunc,reuertar per uos in Hispaniã.
Scio nanq;,q; ubi uenero ad uos,cũ plenitudi
ne benedictiõis euãgelij Christi uẽturus sim.
Obsecro aũt uos fratres per dñm nostrum Ie
sum Christũ,& per dilectionẽ spirit⁹,ut me la
borantẽ adiuuetis precatiõibus,p me ad deũ,
ut liberer ab incredulis in Iudæa, utq; ministe
riũ hoc meũ,qđ exhibebo Hierosolymis, ac-
ceptũ sit sanctis ,ut cum gaudio ueniã ad uos,
per uoluntatẽ dei, unaq; uobiscum refociller.
Deus aũt pacis, sit cũ omnibus uobis.Amen.

Salutat Christianos Romæ,& monet ut deuitent pseudoeuangelistas

COmmendo aũt uobis Phœben, sororẽ
nostrã, q̃ est ministra ecclesiæ Cenchre
ensis, ut illam suscipiatis in Christo, ita ut de-
cet sanctos,& adsitis ei, in q̊cunq; uobis egue-
rit negocio.Nam hæc cum multis adfuit,tum
mihi etiam ipsi. Salutate Priscam & Aqui-
lam

ex parte,tanquam in memoriã uos reducens,
propter gratiã quæ data est mihi à deo:ut sim
minister Christi Iesu in gentibus sanctificans
euãgeliũ dei, ut fiat oblatio gentiũ accepta, &
sanctificata in spiritusancto.Habeo igitur glo
riã in Christo Iesu ad deũ.Nõ enim audeo a-
liquid loqui eorũ quæ per me nõ efficit Chri- C
stus,in obedientiã gentium,in uerbo & factis,
in uirtute signorũ & prodigiorũ,in uirtute spi-
ritussancti: ita ut ab Hierusalẽ per circũitum
usq; ad Illyricũ repleuerim euangeliũ Christi.
Sic aũt prædicaui euangeliũ hoc:nõ ubi nomi
natus est Christus: ne super alienũ fundamẽ-
tum ædificarẽ:sed sicut scriptum est: Quoniã
quibus nõ est annunciatum de eo,uidebũt: &
q̃ non audierũt de eo,intelligẽt:propter quod
& impediebar plurimũ uenire ad uos: & pro-
hibitus sum usq; adhuc.Nũc uero ulterius lo-
cum nõ habẽs in his regiõibus: cupiditatẽ aũt
habẽs ueniendi ad uos ex multis iã præceden
tibus annis: cũ in Hispaniã proficisci cœpero,
spero quod præteriẽs uideã uos: & à uobis de
ducar illuc,si uobis primũ ex parte fruitus fue
ro.Nunc igitur proficiscar in Hierusalẽ, mini-
strare sanctis. Probauerũt eñ Macedonia & D
Achaia collationẽ aliquã facere in pauperes
sanctorũ, qui sunt in Hierusalẽ. Placuit enim
eis & debitores sunt eorum. Nam si spiritua-
lium eorum participes facti sunt gentiles: de-
bent & in carnalibus ministrare eis.Hoc igitur
cum cõsummauero, & assignauero eis fructũ
hunc:per uos proficiscar in Hispaniã. Scio au
tem quoniã ueniens ad uos: in abundantia be
nedictiõis Christi ueniam.Obsecro ergo uos
fratres per dominum nostrum Iesum Chri-
stum, & per charitatem sancti spiritus:ut ad-
iuuetis me in orationibus uestris pro me ad
deum: ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iu-
dæa: & obsequij mei oblatio accepta fiat in
Hierusalem sanctis: ut ueniam ad uos in gau-
dio per uoluntatem dei, & refrigerer uobis-
cum. Deus autem pacis sit cum omnibus
uobis: Amen.

CAPVT XVI

COmmendo aũt uobis Phœbẽ sororem A
nostram,quæ est in ministerio ecclesiæ,
quæ est Cenchris: ut eam suscipiatis in dño di
gne sanctis:& assistatis ei in quocunque nego
cio uestri indiguerit.Etenim ipsa quoq; assistit
multis & mihi ipsi.Salutate Priscam & Aqui-
lam

lam, adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suam ipsorū ceruicē supposuerūt. Quibus nō ego solus gratias ago, sed & om̄es ecclesiæ gentiū, itē quæ in domo illorum est cō gregationē. Salutate Epęnetum dilectū meū, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Salutate Mariā, quæ multum laborauit erga nos. Salu

B tate Andronicum, & Iuniā, cognatos meos, & cōcaptiuos meos, qui sunt insignes inter apostolos, qui etiā ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliam dilectum meuum in dn̄o. Salutate Vrbanum, adiutorem nostrū in Christo, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellā, probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Herodionem cognatū meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi familiaribus, hos qui sunt in domino. Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidem dilectā, quæ multū laborauit in dn̄o. Salutate Rufum, electum in domino, & matrem illius ac meā. Salutate Asyncritum, Phlegon

C tem, Hermā, Patrobā, Mercurium, & qui cū his sunt fratres. Salutate Philologū, & Iuliā, Nereum & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate uos inuicē cum osculo sancto. Salutant uos ecclesiæ Christi. Obsecro aūt uos fratres, ut cōsideretis eos, qui dissidia & offendicula cōtra doctrinā, quā uos didicistis gignunt, & declinetis ab illis. Nā qui eiusmodi sunt, domino Iesu Christo non seruiunt sed suo uentri: & per blandiloquentiā, & assentationē decipiūt corda simplicium. Nam uestra obediētia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sane de uobis. Sed uolo uos sapientes quidē esse ad bonum, synceros aūt ad malum. Deus aūt pacis conteret sa

D tanā sub pedes uestros, breui. Gratia domini nostri Iesu Christi sit uobiscum. Salutant uos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat uos Gaius hospes meus & ecclesiæ totius. Salutat uos Erastus quæstor ærarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi, sit cū omnibus uobis. Amen.

Ei aūt qui potens est uos confirmare secundū Euangeliū meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti, manifestati uero nunc, & per scriptu

lam adiutores meos in Christo Iesu: qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: Quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gētium: & domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectū mihi: qui est primitiuus ecclesiæ Asiæ in Christo Iesu. Salutate Mariā, quæ multum laborauit in uobis. Salutate Andronicum & Iuniā cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in apostolis: qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliatum dilectissimū mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrū in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellem probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Salutate Triphęnā & Tryphosam: quę laborant in domino. Salutate Persidam charissimam: quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino: & matrem eius & meam: Salutate Asincretū, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermem: & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologū & Iuliā, Nereum & sororē ei9, & Olympiadē: & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes ecclesiæ Christi. Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiōes & offendicula præter doctrinam quam uos didicistis faciunt: & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt: sed suo uentri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obediētia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed uolo uos sapiētes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem pacis conterat sathanam sub pedibus uestris uelociter. Gratia domini nostri Iesu Christi, uobiscum. Salutat uos Timotheus adiutor meus, & Lucius & Iason & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius qui scripsi epistolam hanc in domino. Salutat uos Caius hospes meus, & uniuersa ecclesia. Salutat uos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis: Amen.

Ei aūt qui potens est uos cōfirmare iuxta euangeliū meum, & prædicationē Iesu Christi, secundū reuelationem mysterij tēporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scriptu

Coloss.2 b

1.Cor.1 b

scripturas propheticas iuxta delegationē æterni dei, in obedientiā fidei, in omnes gentes patefacti, soli sapienti deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula. Amen.

scripturas prophetarū, secūdum præceptū æterni dei, ad obedientiā fidei in cūctis gētibus cogniti, soli sapiēti deo, per Iesum Christū: cui honor & gloria in secula seculorum. Amen

AD ROMANOS FINIS.

Missa fuit a Corintho per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

ARGVMENTVM IN PRIMAM EPISTOLAM PAVLI AD CORINTHIOS.

Corinthii, sunt Achaici. & hi similiter ab apostolo audierunt uerbum ueritatis: & subuersi sunt multifarie à falsis apostolis, quidam à philosophiæ uerbosa eloquentia: alij secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat apostolus ad ueram fidem & euangelicam sapientiam scribens eis ab Epheso per Timotheum discipulum suum.

EPISTOLA PAVLI
AD CORINTHIOS PRIMA.

ERASMI VERSIO

Inuitat Corinthios dissentiētes ad cōcordiā & crucis humilitatē, refellens fastum & mundi sapientiam

Paulus, uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatē dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ dei, quę est Corinthi, sanctificatis ꝑ Christū Iesum uocatis sanctis, unà cū omnibus qui inuocāt nomē dñi nostri Iesu Christi, in quouis loco, uel suo uel nostro Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper ꝓ uobis, de gratia dei, quæ data est uobis per Christū Iesum, ꝙ in omnibus ditati estis ꝑ ipsum, in omni sermōe, & omni cognitiōe, quibus rebus testimoniū Iesu Christi cōfirmatū fuit in uobis, adeo, ut non destituamini in ullo dono, expectātes reuelationē dñi nostri Iesu Christi, qui & cōfirmabit uos usq; ad finē inculpatos, in die dñi nostri Iesu Christi, Fidelis deus, per quē uocati estis in cōsortiū filij ipsius Iesu Christi dñi nostri. Obsecro aūt uos fratres, per nomen dñi nostri Iesu Christi, ut idē loquamini omnes, & nō sint inter uos dissidia sed sitis integrū corpus eadē mente, & eadem sentētia. Significatū est em̄ mihi de uobis fratres mei, à familiaribus Chloæ, ꝙ cōtentiōes sint inter uos. Dico aūt illud, quod unusquisq; uestrū dicit: Ego quidē sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephę, ego uero Christi. Nū diuisus est Christus? num Paulus crucifixus est

VVLGATA EDITIO

A Paulus uocatus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei: & Sosthenes frater ecclesiæ dei, quæ est Corinthi: sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis, cū om̄ibus qui inuocāt nomen dñi nostri Iesu Christi in omni loco ipsorū & nostro. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei, quæ data est uobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo in om̄i uerbo & in omni sciētia: sicut testimoniū Christi cōfirmatū est in uobis: ita ut nihil uobis desit in ulla gratia expectātibus reuelationē dñi nostri Iesu Christi. qui & cōfirmabit uos usq; in finē sine crimine, in die aduētus dñi nostri Iesu Christi. Fidelis deus per quē uocati estis in societatē filij B eius Iesu Christi dñi nostri. Obsecro aūt uos fratres per nomē dñi nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicatis oēs: & nō sint in uobis schismata. Sitis aūt ꝑfecti in eodē sensu, & in eadē sciētia. Significatū est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Cloes: quia cōtentiōes sunt inter uos. Hoc autē dico, quod unusquisq; uestrum dicit. Ego quidē sum Pauli: ego aūt Apollo: ego uero Cephe: ego aūt Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est

est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati fuistis? Gratias ago deo meo, quod neminẽ ue-strũ baptizauerim, nisi Crispũ & Gaiũ: ne quis dicat, quod in meo nomine baptizauerim. Baptizaui autem & Stephanæ familiã. præterea haud scio, nunquẽ alium baptizauerim. Non enim misit me Christus, ut baptizarẽ, sed ut euangelizarẽ, non erudito sermone, ne inanis reddatur crux Christi. Nam sermo crucis, ijs quidẽ qui pereunt, stultitia est, at nobis qui salutẽ cõsequimur, potentia dei est. Scriptũ est enim: Perdã sapientiã sapientium, & intelligẽtiam intelligẽtium reijciã. Vbi sapiens? ubi scriba? ubi disputator seculi huius? Nõne infatuauit deus sapientiã mundi huius? Nam postquam in sapientia dei, nõ cognouit mũdus per sapiẽtiam deũ, uisum est deo, per stultitiã prædicatiõis saluos facere credẽtes. Quandoquidẽ & Iudæi signum postulant, & Græci sapientiam quærunt. Nos aũt prædicamus Christũ crucifixum: Iudæis quidẽ offendiculũ, Græcis uero stultitiã, sed ijsdem uocatis, Iudæis pariter & Græcis, Christũ dei potentiã, ac dei sapientiã. Quoniã stultitia dei sapiẽtior est quam homines, & imbecillitas dei robustior est quam homines. Videtis enim uocationẽ uestrã fratres, quod nõ multi sapientes secundũ carnẽ: nõ multi potentes: nõ multi claro genere nati: uerum quæ stulta erãt secundũ mundum, delegit deus, ut pudefaceret sapientes: & quæ erant imbecillia in mũdo, delegit deus, ut pudefaceret ea quæ sunt robusta. & quæ ignobilia erãt in mundo cõtẽptaque, delegit deus, & ea quæ nõ erãt, ut ea quæ sunt obliteraret, ut ne gloriaretur ulla caro corã ipso. Ex eodẽ aũt uos estis, in Christo Iesu, qui factus fuit nobis sapiẽtia à deo, iustitiaque & sãctificatio, & redẽptio. Vt queãdmodũ scriptũ est: Qui gloriatur in dño glorietur.

Et ego cũ uenirẽ ad uos fratres, nõ ueniebam cũ eminẽtia sermõis aut sapiẽtiæ, annunciãs uobis testimoniũ dei. Nõ em̃ me iudicaui quicquam scire inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Et ego per infirmitatẽ, & cum timore, ac in tremore multo apud uos uersatus sum. & sermo meus, & prædicatio mea nõ erat in persuasorijs humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in ostẽsione spiritus ac potẽtiæ, ut fides uestra nõ sit in sapiẽtia hominũ, sed in potẽtia dei. Porrò sapiẽtiã loquimur inter perfectos: sapiẽtiã aũt, non seculi huius, neque principũ seculi huius

est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo, quod neminẽ uestrũ baptizaui, nisi Crispũ & Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterũ nescio, si quem alium uestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientia uerbi: ut non euacuetur crux Christi. Verbũ enim crucis pereuntibus quidem stulticia est: his autem qui salui fiũt: id est nobis, dei uirtus est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientiũ: & prudentiã prudentium reprobabo. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiã huius mundi? Nã quia in dei sapientia nõ cognouit mundus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam prædicatiõis saluos facere credẽtes. Quoniam & Iudæi signa petũt: & Græci sapientiã quærunt: Nos aũt prædicamus Christũ crucifixũ: Iudæis quidem scandalum: gẽtibus aũt stulticiã, ipsis aũt uocatis Iudæis atque Græcis Christum dei uirtutẽ & dei sapiẽtiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmũ est dei, fortius est hominibus. Videte enim uocationẽ uestrã fratres: quia nõ multi sapiẽtes secundũ carnem: nõ multi potẽtes: non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũdi elegit deus, ut cõfundat sapiẽtes: & infirma mundi elegit deus, ut cõfundat fortia: & ignobilia mundi & cõtemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapientia à deo & iusticia & sanctificatio & redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur.

Esa. 29 e

Iohan. 7 e

CAPVT II

Et ego cum uenissem ad uos fratres: ueni non in sublimitate sermõis aut sapiẽtiæ annunciãs uobis testimoniũ Christi. Non em̃ iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christũ, & hũc crucifixũ. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos: & sermo meus & prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostẽsione spiritus & uirtutis: ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiã uero non huius seculi, neque principum huius

Mysteria dei nemini innotescere nisi cui ipse reuelarit

huius qui abolentur: sed loquimur sapientiam dei in mysterio, quæ est recōdita, quā prefinierat deus ante secula, in gloriā nostram, quā nemo principum seculi huius cognouit. Nā si cognouissent, haudquaquàm dnm gloriæ crucifixissent. Sed queādmodum scriptū est: Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascenderūt, quæ præparauit deus diligentibus se. Nobis autē deus reuelauit per spiritum suū. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates dei. Quis enim hominū nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus dei. Nos uero non spiritum mūdi accepimus, sed spiritum, qui est ex deo, ut sciamus, quæ à Christo donata sint nobis, quæ & loquimur, nō sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia cōparantes. Animalis aūt homo non accipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere, quod spiritualiter dijudicatur. At spiritualis dijudicat quidem omnia: ipse uero à nemine dijudicat. Quis enim cognouit mentem domini, qui cōsilium daturus sit illi? Nos autem mentem Christi tenemus.

Esa. 64 a

Eccli. 36 c

Sap. 9 b

Dehortatur eos à fiducia in traditiōib. humanis, & hortatur ut stabili & firmo fundamento Christo superædificent

ET ego fratres, non potui loqui uobis, ut spiritualibus, sed loquendum fuit ut carnalibus, ut infantibus in Christo. Lactis potu uos alui, & non cibo. Nondū enim poteratis, imo ne nunc quidē adhuc potestis: nā adhuc carnales estis. Siquidē cū in uobis sit emulatio & cōtētio, & factiōes, nōne carnales estis, & secūdum hominē ambulatis? Etenim cum dicat aliquis: ego quidem sum Pauli, alter uero, ego Apollo, nonne carnales estis? Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo nisi ministri, per quos credidistis, & ut cuiq; dñs dedit. Ego plātaui, Apollo rigauit, sed deus dedit incrementum. Itaq; neq; qui plātat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui dat incremētum deus. Cæterum is qui plātat, & is qui rigat, unum sunt. Vnusquisq; tamen suam mercedem accipiet, iuxta suum laborē. Etenim dei sumus cooperarij, dei agricolatio, dei ædificatio estis, iuxta gratiam dei, quæ data est mihi. Vt sapiens architectus fundamētum posui, alius autem super illud ædificat. Porrò quisq; uideat quomodo superstruat. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod

1. Cor. 1. 16

huius seculi, qui destruūtur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est: quam predestinauit deus ante secula in gloriā nostram: quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sicut scriptū est: quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit: quæ præparauit deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur: etiam profunda dei. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quę dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ uerbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & nō potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur: sicut scriptum est: Quis enim cognouit sensum domini: aut quis instruxit eū? Nos autem sensum Christi habemus. CAP. III

C

D

ET ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquā paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter uos zelus & contētio: nonne carnales estis: & secundum hominē ambulatis? Cum enim quis dicat, ego quidē sum Pauli: alius autē, ego Apollo: nonne homines estis? Quid igit est Apollo? quid uero Paulus. Ministri eius cui credidistis: & unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui: Apollo rigauit: sed deus nunc incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Qui aūt plātat & qui rigat unum sunt. Vnusquisq; autem propriā mercedem accipiet: secundū suum laborē. Dei enim sumus adiutores: dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius aūt superædificat. Vnusquisq; autem uideat, quomodo superædificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod

A

B

C

quod est Iesus Christus. Quod si quis superstruit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulã, cuiusq; opus manifestum fiet. Dies enim declarabit, quod igne reuelatur. & cuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superstruxit, mercedẽ accipiet: si cuius opus exustum fuerit, damnum patietur: ipse uero saluus fiet, sed sic tanquam per ignẽ. An nescitis quod tẽplum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis templum dei prophanat, hũc perdet deus. Nam templum dei sanctum est, quod estis uos. Ne quis seipsum fallat. Si quis sibi uidetur sapiẽs esse inter uos, in seculo hoc stultus fiat, ut reddatur sapiens. Etenim sapientia mundi huius, stulticia est apud deum. Scriptum est enim: Qui cõprehẽdit sapiẽtes in astutia ipsorum. Et rursum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quod sint uanæ. Itaq; ne quis glorietur in hominibus. Omnia nanq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia inquam uestra sunt, uos autem Christi, Christus uero dei.

A SIc nos æstimet homo, ut ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum dei: quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliqs reperiatur. Mihi uero pro minimo est, ut à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio, imò nec meipm dijudico. Nullius enim rei mihi cõscius sum, sed nõ per hoc iustificatus sum. Cęterum qui me iudicat, dñs est. Proinde ne ante tẽpus quicq; iudicetis, donec uenerit dñs, qui & illustraturus est occulta tenebrarũ, & patefaciet cõsilia cordium, ac tunc laus erit unicuiq; à deo. Hęc autẽ fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo, B propter uos, ut in nobis disceretis, ne quis supra id quod scriptũ est, de se sentiat: ut ne, hic illius ille huius nomine inflemini, alius aduersus alium. Quis enim te iudicat? Quid autẽ habes, quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam ditati estis, absq; nobis regnum adepti estis: atq; utinam sanè adepti sitis, ut & nos simul uobiscũ regnemus. Arbitror enim quod deus nos, qui sumus apostoli postremi, ostenderit tanq; morti addictos. Quoniã spectaculum facti sumus mũdo & angelis, & hominibus

quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam: uniuscuiusq; opus manifestũ erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templum Dei estis: & spiritus dei habitat in uobis? Si quis autem templum Dei uiolauerit disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Nemo uos seducat. Si quis uidetur inter uos sapiẽs esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiẽs: sapientia enim huius mũdi, stulticia est apud deũ. Scriptum est enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum: Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium: quoniam uanæ sunt. Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt: uos autem Christi: Christus autem Dei.

Esa.28 c
1.Pet.1.4
Iob.5 b
Psalm.39 b

CAPVT IIII.

SIc nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tẽpus iudicare: quousq; ueniat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarũ: & manifestabit cõsilia cordiũ: & tunc laus erit unicuiq; adeo. Hæc autẽ fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos, ut in nobis discatis, ne supra q; scriptũ est, unus aduersus alterũ infletur pro alio. Quis eñ te discernit? Quid autem habes quod nõ accepisti: si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis: iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis. Et utinam regnetis: ut & nos uobiscum regnemus. Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus

Docet modestiã Christianã, & arguit uanam arrogantiam
Iob.9 a
Psalm.43.12

minibus. Nos stulti propter Christũ, uos autem prudentes per Christum: nos imbecilles, uos autem ualidi: uos clari, nos contempti. Ad hoc usq; tempus & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis uagamur sedibus, & laboramus operantes proprijs manibus, male audientes benedicimus, persecutionẽ patientes sustinemus, conuitijs affecti obsecramus, ueluti excrementa mundi facti sumus, omnium reiectamentum ad hũc usq; diem. Non quo uos pudore suffundam hæc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo. Nam etiamsi innumeros pædagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres. Siquidem in Christo Iesu, per euangelium ego uos genui. Adhortor itaq; uos, ut imitatores mei sitis. Hac de causa misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino, qui uobis in memoriam reducet uias meas, quæ sunt in Christo, quemadmodum ubiq; in omni ecclesia doceo. Perinde quasi nõ sim uenturus ad uos, inflati sunt quidam. Sed ueniã breui ad uos, si dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem istorũ qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum est dei, sed in uirtute. Quid uultis? Cum uirga uenio ad uos, an cum charitate, & spiritu lenitatis?

Roma. 12 b

Prouer. 20 d

Omnino auditur inter uos stuprum, & huiusmodi stuprũ, quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati estis, ac nõ potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum, qui facinus hoc perpetrasset. Nam ego quidẽ, ut absens corpore, præsens autem spiritu, iam decreui tanquam præsens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, unà cũ potestate domini nostri Iesu Christi, tradatur satanę ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Non est bona gloriatio uestra. An nescitis, quod paululum fermenti totã cõspersionem fermẽtat? Expurgate itaq; uetus fermẽtum, ut sitis noua conspersio, sicut estis infermẽtati. Nam & pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Itaq; festum celebremus, non in fermento ueteri, nec in fermento maliciæ & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & ueritate. Scripsi uobis per epistolã: Ne cõmisceremini cum

Iubet adulterorũ & aliorũ sceleratorũ cõmercia uitare pios

Leuit. 18 a

Exod. 13. b

Exod. 12 a

minibus. Nos stulti propter Christum: uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: uos autem fortes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vsq; in hanc horam & esurimus & sitimus & nudi sumus: & colaphis cædimur, & instabiles sumus: & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur & benedicimus. persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tanquàm purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsima usque ad huc. Non ut confundam uos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euãgelium ego uos genui. Rogo ergo uos imitatores mei estote: sicut & ego Christi. Ideo misi ad uos Timotheum: qui est filius meus charissimus & fidelis in domino: qui uos commonefaciat uias meas, quæ sunt in Christo Iesu: sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non uenturus sim ad uos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad uos cito si dominus uoluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum dei: sed in uirtute. Quid uultis? in uirga ueniam ad uos: an in charitate & spiritu mansuetudinis?

C

D

CAPVT V

Omnino auditur inter uos fornicatio: & talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis: & non magis luctum habuistis: ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu: iam iudicaui ut præsens, eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu cum uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis: ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio uestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento ueteri, neque in fermento maliciæ & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis & ueritatis. Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs

A

B

C

cum scortatoribus,ac non omnino cum scor/ D tatoribus mundi huius,aut cũ auaris,aut cum rapacibus aut simulacrorum cultoribus.Alio/ qui utinam uidelicet è mundo exissetis.Nunc autem scripsi uobis, ne cõmisceamini. Si quis cũ frater appelletur,fuerit scortator, aut aua/ rus,aut simulachrorũ cultor,aut conuiciator, aut ebriosus,aut rapax,cũ eiusmodi ne cibum quidem capiatis.Quid enim ad me attinet, e/ tiam de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt,iudicatis?eos uero qui foris sunt,deus iudicat. Etiam profligate istum qui malus est ex uobisipsis.

A SVstinet aliquis uestrũ,negociũ habens cũ altero iudicari sub iniustis,& nõ magis sub sanctis? An nescitis, q, sancti mundum iudi/ cabunt?Et si per uos iudicatur mundus, indi/ gni estis minimis iudicijs? an nescitis, quòd angelos iudicabimus, nõ tantum ista quæ ad uictum pertinent?Proinde iudicia siquidẽ ha bueritis de ijs,quæ ad uitæ usum attinent, qui contempti sunt in ecclesia,eos constituite. Ad erubescentiam uestram dico. Adeo non est in ter uos sapiens,ne unus quidẽ, qui possit diju B dicare inter fratrẽ suũ & fratrem? Sed frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus? Itaq; iam quidem omnino delictum in uobis est, quod lites habetis inter uos inuicem. Cur nõ potius iniuriam patimini, cur non potius da/ mnum accipitis? Imò uos iniuriam facitis, & dãno afficitis, idq; fratres? An nescitis,quod iniusti regni dei hæreditatem non consequen tur? Ne erretis:Neq; scortatores neq; culto/ res simulacrorũ,neq; adulteri,neq; molles,ne que qui cõcumbunt cum masculis,neq; fures, neq; auari,neq; ebriosi,neq; maledici,neq; ra paces,regni dei hæreditatem accipient.Atque C hæc eratis quidem,sed abluti estis, sed sancti/ ficati estis, sed iustificati estis per nomen dñi Iesu,& per spiritum dei nostri. omnia mihi li/ cent,at non omnia conducunt. Omniũ mihi potestas est,at ego non redigar sub ullius po/ testatem.Escæ uentri destinatæ sunt,& uenter escis:deus autem & hunc & illas abolebit.cor/ pus uero nõ stupro,sed domino,& dñs corpo ri.Deus autem & dñm suscitauit, & nos susci/ tabit per potentiam suã.An nescitis,quod cor pora uestra membra sunt Christi? Num igi/ tur tollens membra Christi,faciã scorti mem/ bra?absit.An nescitis, quod q adglutinat̃ scor to,unum

nicarijs. Non utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus,aut idolis seruienti/ bus, alioquin debueratis de hoc mũdo exisse. Nunc autem scripsi uobis non commisceri.Si is qui frater nominatur inter uos est fornica/ tor,aut auarus,aut idolis seruiens,aut maledi/ cus,aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nõne de his qui intus sunt uos iudicatis?Nam eos qui foris sunt,deus iu/ dicabit.Auferte malum ex uobisipsis.

Hierem.15 a

Deut.16 a

CAPVT VI

AVdet aliquis uestrum habens negoci/ um aduersus alterum,iudicari apud ini quos,& non apud sanctos? An nescitis quo/ niam sancti de hoc mundo iudicabunt.Et si in uobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis?Nescitis quoniam ange/ los iudicabimus:quanto magis secularia? Se/ cularia igitur iudicia si habueritis:cõtemptibi/ les qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iu/ dicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud in/ fideles. Iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniu/ riam facitis: & fraudatis: & hoc fratribus. An nescitis,quia iniqui regnum dei non possi/ debunt? Nolite errare:neq; fornicarij,neque idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neque auari,neque ebriosi,neq; maledici, ne/ que rapaces: regnum dei possidebunt.Et hæc aliquando quidem fuistis:sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis:in nomi/ ne domini Iesu Christi: & in spiritu dei no/ stri.Omnia mihi licent, sed non omnia expe/ diunt. Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestate.Esca uentri,& uenter escis: deus autem hũc & hanc destruet. Corpus au tem non fornicationi sed domino:& dominus corpori.Deus uero & dñm suscitauit:& nos su scitabit per uirtutem suã.Nescitis quoniã cor/ pora uestra membra sunt Christi?Tollens er go membra Christi, faciã mẽbra meretricis? Absit.An nescitis,quoniam qui adhæret me/ retrici

Cõtentiões a/ pud iudices ui tãdas, iniuri/ as cõdonãdas & fugiẽdã li/ bidinem

Deut.25 a

Galat.5 a
Ephes.5 a

Eccle.37 d

to, unum corpus est? Redigetur enim, inquit, duo in carnem unã. At qui adglutinatur dño, unus spiritus est. Fugite scortationẽ. Omne peccatum, quodcũq; fecerit homo, extra corpus est. sed qui scortatur, in proprium corpus peccat. An nescitis, quod corpus uestrũ templũ est habitãtis in uobis spiritus sancti, quem habetis à deo, & non estis ipsi uestri iuris? Nã empti estis ꝑcio. Glorificate iam deũ in corpore uestro, & in spiritu uestro, quæ sunt dei.

Gene.2 d

Cõiugij conditio, & eius cultus qualis debeat esse apud Christianos

CAeterum de quibus scripsistis mihi: Bonum est homini, uxorem nõ attingere. Attamen propter stupra uitãda, suam quisq; uxorẽ habeat: & suũ quęq; uirũ habeat. Vxori uir debitã beneuolentiam reddat: similiter autẽ & uxor uiro. Vxor proprij corporis ius nõ habet, sed maritus. Similiter & marit⁹ proprij corporis ius non habet, sed uxor. Ne fraudetis uos inuicẽ, nisi si quid ex cõsensu, pro tẽpore ut uacetis ieiunio & precatiõi: & rursum in unum cõueniatis, ne tentet uos satanas propter intemperantiã uestrã. Hoc autem dico iuxta indulgentiã, nõ iuxta præceptũ. Nã uelim oẽs homines esse, ut & ipse sum. Sed unusquisque propriũ donũ habet ex deo, alius quidẽ sic, alius aũt sic. Dico aũt incõiugatis & uiduis: bonũ eis est, si manserint, ut & ego. quod si se non continent, contrahãt matrimonium. Nã satius est matrimonium cõtrahere, ꝗ̃ uri. At coniugatis præcipio, non ego, imò dñs. Vxor à uiro ne separetur: quod si separata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur: & maritus uxorẽ ne dimittat. Reliquis autẽ ego dico, non dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc assentitur ut habitet cũ illo, ne dimittat eam: & mulier quæ habet maritum infidelem, & is assentitur ut habitet cum ea, ne dimittat illũ. Sanctificatus est enim maritus incredulus per uxorẽ, & sanctificata est uxor incredula per maritum. Alioqui filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si incredulus discedit, discedat. Nõ est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, sed in pace uocauit nos deus. Qui nanque scis mulier, an maritum sis seruatura? Aut qui scis uir, an uxorem sis seruaturus? Vtcunque fuerit, unusquisq; ut ipsi partitus est deus, unusquisq; ut illum uocauit dominus, ita ambulet, & sic in ecclesijs omnibus ordino. Circumcisus aliquis uocatus est? ne accersat præputium

Tob.6.8
Iohel.2 c
Deut.24 a
Matth.5.19
1.Esd.9.10
1.Pet.3 a

retrici, unum corpus efficitur. Erunt enim inqt duo in carne una. Qui autem adhęret deo, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatũ quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra uestra templum sunt spiritussancti, qui in uobis est? quẽ habetis à deo: & non estis uestri. Empti enĩ estis precio magno: glorificate & portate deũ in corpore uestro.

D

CAP. VII

DE quibus autẽ scripsistis mihi, bonũ est homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationẽ autem unusquisq; suã uxorẽ habeat: & unaquæq; suum uirũ habeat. Vxori uir debitum reddat: similiter autẽ & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ non habet, sed uir. Similiter autẽ & uir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ: nisi forte ex cõsensu ad tẽpus: ut uacetis oratiõi: & iterum reuertimini in idipsum: ne tentet uos satanas propter incõtinentiam uestram. Hoc autẽ dico secundũ indulgentiam, & nõ secundum imperium. Volo autẽ omnes uos esse sicut meipsum. Sed unusquisq; proprium donũ habet ex deo: alius quidẽ sic; alius uero sic. Dico autẽ nõ nuptis & uiduis: bonum est illis si sic permanserint sicut & ego. Quod si non se continẽt, nubãt. Melius est enim nubere quàm uri. His autẽ qui matrimonio iuncti sunt præcipio: non ego, sed dominus: uxorem à uiro nõ discedere. Quod si discesserit, manere innuptã: aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem nõ dimittat. Nã cæteris dico ego, non dominus: Si quis frater uxorẽ habet infidelem: & hæc consentit habitare cum illo: nõ dimittat illã. Et si qua mulier fidelis habet uirũ infidelẽ: & hic cõsentit habitare cum illa: nõ dimittat uirum. Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem. Alioquin filij uestri immundi essent: nũc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater uel soror in eiusmodi. In pace autẽ uocauit uos deus. Vnde enim scis mulier, si uirum saluũ facies? Aut unde scis uir, si mulierem saluam facies? Nisi unicuique sicut diuisit dominus. Vnumquenq; sicut uocauit deus, ita ambulet: & sicut in omnibus ecclesijs doceo. Circumcisus aliquis uocatus est, non adducat præputium

A

B

putiũ. In præputio aliquis uocatus est? ne circũcidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Vnusquisq; in ea uocatione, in qua uocatus fuit maneat. Seruus uocatus es? ne sit tibi curæ, quinetiã si potes liber fieri, potius utere. Etem qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi. Pretio empti fuistis, nolite fieri serui hominũ. Vnusquisq; in eo, in quo uocatus fuit, fratres, maneat apud deum. De uirginibus autem præceptum domini nõ habeo: consilium tamen do, tanquàm misericordiam consecutus à domino, in hoc ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum esse propter præsentem necessitatem. Nam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? ne quære diuortium. Solutus es ab uxore? ne quęras uxorẽ. Quod si duxeris uxorem, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri sunt huiusmodi. Ego uero uobis parco. Cęterum illud dico fratres, tempus contractũ est, superest, ut qui habẽt uxores, sint tanq; nõ habeant: & qui plorãt, tanq; nõ plorẽt, & qui gaudẽt, tanq; nõ gaudeãt, & qui emunt, tanquam non possideant: & qui utuntur mundo hoc, tanq; non utantur. Præterit enim habitus huius mũdi. Velim aũt uos absque sollicitudine esse. Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt domini, quomodo placiturus sit domino. At qui duxit uxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori. Diuisa sunt hæc duo, mulier & uirgo. Innupta curat ea, quæ sunt domini, ut sit sancta cum corpore tum spiritu. Contra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt mũdi, quomodo placitura sit uiro. Hoc autem ad id, quod uobis conducibile est, dico: non uti laqueum uobis iniĳciam: sed ut quod honestum ac decorum est, sequamini, & adhæreatis domino, absque ulla distractione. Quod si quis indecorum uirgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod uult faciat, non peccat, iungantur matrimonio. Cæterum qui stat firmus in corde, non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ uoluntatis: & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suã uirginem, bene facit. Itaq; qui elocat nuptum, bene facit. Attamen qui non elocat nuptum, melius facit. Vxor alligata est matrimonio, quamdiu uiuit

putium. In præputio autẽ aliquis uocatus est, non circuncidatur. Circũcisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mãdatorũ dei. Vnusquisq; in qua uocatiõe uocatus est: in ea permaneat. Seruus uocatus es, nõ sit tibi curę: sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui em in dño uocatus est seruus: libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo uocatus est frater: in hoc permaneat apud deum. De uirginibus autem præceptum domini non habeo: consilium autem do tanquàm misericordiam consecutus à domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instãtem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori: noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi, ego autem uobis parco. Hoc itaque dico fratres: Tempus breue est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquàm non habentes sint: & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquã non gaudentes: & qui emunt tanquàm non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur, Pręterit enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Porrò hoc ad utilitatem uestram dico, nõ ut laqueum uobis iniĳciam, sed ad id quod honestum est: & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem: potestatem autem habens suæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare uirginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginẽ suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore

1. Timo. 6 a
Psalm. 89 a
Esaiæ 40 a
Rom. 7 a

uiuit maritus eius. Quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui uelit nubēdum, modo in domino. Attamen beatior est, si sic maneat, iuxta meam sententiam. Opinor autem quod & ipse spiritum dei habeam.

De esu idolothytorum & scandalo uitando

CAeterum de ijs quæ simulacris immolantur, scimus, quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas uero ædificat. Quod si qs sibi uidetur aliquid scire, nondum quicq̃ nouit, quemadmodum oporteat scire. At si quis diligit deum, hic cognitus est ab illo. De esu igitur eorū quæ simulacris immolantur, scimus, quod nullū est simulacrum in mūdo: & quod nullus sit deus alius, nisi unus. Nā etiāsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen unus est deus, qui est pater ille, ex quo omnia, & nos in illum: & unus dn̄s Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illū: sed nō in omnibus est sciētia. Nōnulli uero cū consciētia simulacri usq; ad hoc tempus, tanq̃ simulacris immolatū edunt, & consciētia illorū infirma cum sit, polluitur. Atqui esca nos nō commendat deo, neq; si comedamus, aliquid nobis superest: neq; si nō comedamus, quicq̃ nobis deest. Sed uidete ne quo modo facultas illa uestra offendiculo sit ijs, q infirmi sunt. Etenim si quis conspexerit te, qui habes scientiā, in epulo simulacrorū accumbētem, nōne consciētia eius qui infirmus est, ædificabitur ad edendum ea, quæ sunt simulacris immolata? Et peribit frater, qui infirmus est, in tua scientia, propter quē Christus fuit mortuus. Sic autem peccantes in fratres & uulnerantes illorum conscientiam infirmā, in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit fratrem meum, haudquaquam uescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offendiculo.

Deut. 4. 6
Esa. 44. b
Rom. 14. c

Quomodo se gerere debeat apostolus aut ecclesiastes

AN nō sum apostolus? an nō sum liber? an nō Iesum Christum dn̄m nostrum uidi? an non opus meum uos estis in dn̄o? Si cæteris nō sum apostolus, at sanè uobis sum. Siquidem sigillū apostolatus mei, uos estis in domino. Mea respōsio apud eos qui me interrogant, hæc est: An non habemus potestatē edendi ac bibendi? An non habemus potestatem, sororē mulierē circūducendi? quēadmodum & cæteri apostoli, & fratres dn̄i, & Cephas? Aut solus ego & Barnabas nō habem⁹ potestatem hoc faciendi? Quis militat suis stipendijs

Act. 9. a

tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius: liberata est à lege. Cui autem uult nubat tantum in domino. Beatior autē erit, si sic permanserit secundum meum cōsilium. Puto autem quod & ego spiritum dei habeam.

CAPVT VIII

A

DE his autem quæ idolis sacrificantur scimus: quia omnes scientiā habemus. Scientia inflat: charitas uero ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid: nondum cognouit quēadmodum oporteat eum scire. Si quis autē diligit deum, hic cognitus est ab eo. De escis autē quæ idolis immolātur scimus, quia nihil est idolū in mūdo: & quod nullus est deus, nisi unus. Nā & si sunt qui dicātur dij: siue in cœlo siue in terra: siquidem sunt dij multi & dn̄i multi: nobis tamē unus est deus pater, ex quo omnia: & nos in illo: & unus dominus Iesus Christus: per quem omnia, & nos per ipsum. Sed nō in omnibus est scientia. Quidam autē cum conscientia usq; nunc idoli, quasi idolothytum māducant: & conscientia ipsorū cū sit infirma polluitur. Esca autē nos non cōmendat deo. Neq; enim si manducauerimus, abundabimus: neq; si non māducauerimus, deficiemus. Videte ne fortè hæc licētia uestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum qui habet scientiā in idolio recumbentem: nonne conscientia eius cū sit infirma ædificabitur ad māducandū idolothyta? Et peribit infirmus in tua conscientia frater: propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccātes in fratres & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christo peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meū: non mānducabo carnem in æternum: ne fratrem meum scandalizem.

B

C

CAPVT IX

A

NOn sum liber, non sum apostolus: nonne Christū Iesum dominū nostrum uidi? Nonne opus meum uos estis in domino? Et si alijs non sum apostolus, sed tamē uobis sum: nā signaculū apostolat⁹ mei uos estis in dn̄o. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est: Nunquid nō habemus potestatem māducandi & bibēdi? Nūquid nō habemus potestatē sororē mulierculā circūducēdi: sicut & cæteri apostoli & fratres dn̄i & Cephas? Aut solus ego & Barnabas nō habem⁹ potestatē hoc operandi? Quis militat suis stipendijs

pendijs unquam? quis plantat uineã,& de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem & de lacte gregis nõ edit? Num secundum hominem hæc dico? An non & lex eadem dicit? B Etenim in Mosi lege scriptũ est: Non obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt deo? An hoc propter nos omnino dicit? Propter nos em̃ hoc scriptũ est: quod sub spe debeat is, qui arat, arare:& q triturat sub spe, spei suę particeps esse debeat. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est, si nos uestra carnalia messuerimus? Si cæteri potestatis erga uos participes sunt, cur nõ potius nos? Atqui nõ usi fuimus potestate ista, sed oĩa sufferimus ne quod offendiculum demus euãgelio Christi. An nescitis, quod ij qui in sacris operãtur, ex sacrificio uiuũt? Qui sacrario assistũt, C unà cũ sacrario partem accipiũt? Sic & dominus ordinauit, ut qui euangelium annunciant, ex euãgelio uiuãt. Ego tamẽ nullo horũ usus fui. Quanq̃ non scripsi hæc, ut ita fiat in me. Nam bonũ est mihi mori potius, q̃ ut gloriationem meã aliquis inanem reddat. Etenim si euãgelizem, non est quod glorier. Necessitas em̃ mihi incũbit. Væ autẽ mihi est, nisi euãgelizem. Nam si uolens hoc faciã, præmium habeo: sin inuitus, dispensatio cõmissa est mihi. Quod igitur mihi est præmium? Vt cũ euangelizem, gratuitum efficiã euangeliũ Christi, in hoc, ne abutar potestate mea in euangelio. Etenim cũ liber sim ab omnibus, oĩbus meipsum seruũ feci, quo pluréis lucrifaciã: & factus sum Iudæis, quasi Iudæus, ut Iudæos lu D crifaciã: ijs qui sub lege sunt, quasi sim sub lege, ut eos qui sub lege sunt, lucrifaciã: his qui sine lege sunt, tanq̃ sim sine lege: cum non sim sine lege deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaciam eos qui sunt sine lege. Factus sum infirmis quasi infirmus ut infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia, ut omnino aliquos seruem. Hoc autẽ facio propter euangeliũ, ut particeps illius fiã. An nescitis, quod qui in stadio currunt, omnes quidẽ currunt, sed unus accipit præmiũ? Sic currite, ut cõprehendatis. Omnis autem qui certat, per omnia temperans est: illi quidẽ igitur, ut perituram coronam accipiant, nos autẽ ut æternã. Ego itaq̃ sic curro, ut nõ in incertũ: sic pugilem ago, nõ uelut aerem feriens: uerũ subijcio corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne quomodo fiat, ut cum

pendijs unq̃? Quis plãtat uineã:& de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregẽ,& de lacte gregis nõ manducat? Nunquid secundũ hominẽ hæc dico? An & lex hæc nõ dicit? Scriptũ est enim in lege Moysi: Nõ alligabis os boui triturãti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utiq̃ hæc dicit? Nã propter nos utiq̃ scripta sunt: quoniã debet in spe qui arat arare:& qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminauimus: magnũ est, si nos carnalia uestra metamus? Si alij potestatis uestræ participes sunt: quare nõ potius nos? Sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus ne quod offendiculum demus euãgelio Christi. Nescitis, quoniã qui in sacrario operãtur, quæ de sacrario sunt, edũt? Et qui altario deseruiũt: cũ altario participãt? Ita & dñs ordinauit his qui euãgeliũ annũciãt de euangelio uiuere. Ego aũt nullo horũ usus sum. Non aũt scripsi hæc, ut ita fiãt in me. Bonum est enim mihi magis mori: q̃ ut gloriam meã quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est si nõ euangelizauero. Si enim uolẽs hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea: ut euangelium prę dicans sine sumptu ponã euangelium: ut non abutar potestate mea in euãgelio? Nam cum liber essem ex omnibus omnium me seruũ feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquã Iudæus, ut Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cũ ipse non essem sub lege: ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem. His qui sine lege erant tanquam sine lege essem: cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: ut omnes facerẽ saluos. Omnia autem facio propter euangelium: ut particeps eius efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite ut cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet:& illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: nos autẽ incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerberans. Sed castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne fortè cum

Deut. 25 a
Matth. 10 a
Act. 20 e
Act. 22 c
Act. 16. 18. 21

cum alijs prædicarim, ipſe reprobus efficiar.

Ceremonias externas non ſanctificare, idolatriam fugiendã: et quo modo liceat idolothytis uesci.

Exod.13.14.16.17

NOlim autem uos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube erant, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moſen baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritualem comedebant, & omnes eundem potum ſpiritualem bibebant. Bibebant enim de ſpirituali, quæ illos comitabatur, petra: petra uero fuit Chriſtus. Sed plures illorũ non approbauit deus, proſtrati ſunt enim in deſerto. Hæc autem figuræ noſtri fuerunt, ne nos ſimus concupiſcẽtes rerum malarum, quemadmodũ & illi concupierunt. Neq; ſimulacrorum ſitis cultores, ſicuti quidam illorum, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus ut ederet ac biberet, & ſurrexerũt ad ludendum. Neq; ſtupris inquinemur, ſicuti quidam illorum ſtupris polluti ſunt, & conciderunt uno die uiginti tria milia. Neq; tentemus Chriſtum, ſicut & quidam illorum tentauerunt, & à ſerpentibus extincti ſunt. Neq; murmuretis, ſicut & quidam illorum murmurauerunt, & interempti ſunt ab extinctore. Hęc autem omnia figuræ contigerunt illis. Scripta uero ſunt propter admonitionem noſtri, in quos termini ætatum inciderunt. Proinde qui ſibi uidetur ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos non cepit, niſi humana. Sed fidelis eſt deus, qui nõ ſinet uos tẽtari, ſupra id quod poteſtis, imò faciet unà cũ tentatione euẽtum, quo poſſitis ſufferre. Quapropter dilecti mei, fugite ab ſimulacrorum cultu, ut prudentibus loquor iudicate uos quod dico. Poculum benedictionis, cui benedicimus, nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Panis quẽ frãgimus, nõne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? Quoniã unus panis, unũ corpus multi ſumus. Nã oẽs ex eodẽ pane participamus. Videte Iſraelem iuxta carnẽ. Nõne qui edunt uictimas, participes ſacrarij ſunt? Quid ergo dico, ꝙ ſimulachrũ aliqd ſit? aut ꝙ ſimulachris immolatũ aliquid ſit? Nõ, uerũ illud dico, quod quæ immolãt gẽtes, dæmonijs immolãt, & non deo. Nolim aũt uos cõſortes dæmoniorũ eſſe. Nõ poteſtis poculũ dñi bibere, & poculũ dæmoniorũ. Nõ poteſtis mẽſę dñi participes eſſe, & mẽſę dæmoniorũ. An prouocamus dñm? Nũ fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, at nõ omnia cõducũt. Omnia mihi licẽt, ſed nõ omnia ædificant. Nemo quod ſuũ eſt, quęrat, ſed quiſq;

Num.14 c

Exod.32 b

Num.25 a

Num.21 a

Eccli.37 d

cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar.

CAPVT X

NOlo enim uos ignorare fratres, quoniã patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & oẽs mare tranſierũt, & oẽs in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & oẽs eandẽ ſpiritalem eſcã manducauerunt, & oẽs eũdem potum ſpiritalẽ biberunt. Bibebant autẽ de ſpiritali cõſequẽte eos petra: Petra aũt erat Chriſtus. Sed nõ in pluribus eorũ beneplacitũ eſt deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, ut non ſimus cõcupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. Neque idolatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere: & ſurrexerũt ludere. Neq; fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt: & ceciderunt una die uigintitria milia. Neq; tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis: ſicut quidam eorum murmurauerunt: & perierũt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura cõtingebant illis, ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos non apprehẽdat niſi humana. Fidelis aũt deus eſt, qui nõ patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiã cũ tẽtatione prouentũ: ut poſſitis ſuſtinere. Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorũ cultura. Vt prudẽtibus loquor, uoſipſi iudicate quæ dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini eſt? Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus: omnes quidem de uno pane & de uno calice participamus. Videte Iſrael ſecundũ carnem. Nõne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Quid ergo? Dico quod idolis immolatũ ſit aliquid: aut quod idolũ ſit aliquid? Sed quæ immolant gẽtes, dęmonijs immolant, & nõ deo. Nolo autẽ uos ſocios fieri dæmoniorũ. Non poteſtis calicẽ dñi bibere: & calicẽ dæmoniorũ. Nõ poteſtis mẽſę dñi participes eſſe, & mẽſæ dęmoniorũ. An æmulamur dñm? Nũquid fortiores illo ſum9? Omia mihi licẽt: ſed nõ omnia expediũt. Omia mihi licẽt: ſed nõ omia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod

A

B

C

quisque quod alterius est. Omne quod in macello uenditur, edite: nihil interrogantes, propter conscientiam. Domini siquidem est terra D & plenitudo eius. Quod si quis uocat uos infidelium, & uultis ire, quicquid apponitur uobis, edite: nihil interrogantes propter conscientiam. Quod si quis uobis dixerit, hoc simulacris immolatũ est: ne edatis propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Domini siquidem est terra, & plenitudo eius. Porrò conscientiam dico, non tuã, sed illius alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Quod si ego cum gratia participo, cur ob id mihi male dicitur, pro quo ego gratias ago? Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Tales estote, ut nullum præbeatis offendiculum, neque Iudæis, neque Græcis, neque ecclesiæ dei: quemadmodum ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius utilitatem, sed multorum ut salui fiant.

A IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Collaudo aũt uos fratres, quod omĩa mea memoria tenetis: & quemadmodũ tradidi uobis, instituta tenetis. Sed uolo uos scire, quod omnis uiri caput, Christus est: caput autẽ mulieris, uir: caput uero Christi, deus. Omnis uir orãs, aut prophetãs, quicquid habens in capite, probro afficit caput suum. Omĩs uero mulier orãs aut prophetãs nõ uelato capite, dehonestat caput suũ. Nã id perinde est prorsus, ac si rasa esset. Etenim si nõ uelatur mulier, etiã tondeatur. Quod si fœdũ est mulieri tonderi aut radi, uelctur. Vir quidẽ non debet uelare caput, cũ is imago sit & gloria dei. At mulier gloria uiri est. Nõ enim est uir ex muliere, sed mulier ex uiro. Neque enim cõditus est uir propter B mulierẽ, sed mulier propter uirũ. Propter hoc debet mulier potestatẽ habere in capite, propter angelos: alioqui neque uir absque muliere, neque mulier absque uiro in domino. Nã quemadmodũ mulier ex uiro est, ita & uir per mulierem, omnia uero ex deo. Inter uosipsos iudicate, num decorũ est, mulierẽ nõ uelatã deũ orare? An ne natura quidẽ ipsa hoc docet uos, quod uiro quidẽ si comatus fuerit, probro sit? Cõtra, mulieri si comata fuerit, gloriæ sit? eo quod coma pro uelamine data sit. Cæterũ si quis uidetur cõtentiosus esse, nos huiusmodi consuetudinẽ nõ habemus, neque ecclesiæ dei.

Illud

quod alterius. Omne quod in macello uenit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra & plenitudo eius. *Psalm. 23 a* Si quis uocat uos infidelium ad cœnam, & uultis ire: omne quod uobis apponitur manducate: nihil interrogantes, propter conscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idolis: nolite manducare, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite *Colo. 3 b* Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

CAPVT XI

IMitatores mei estote, sicut ego Christi. Laudo autẽ uos fratres, q̃d per omnia mei memores estis: & sicut tradidi uobis, præcepta mea tenetis. Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput Christus est: caput autem mulieris uir: caput uero Christi deus. Omnis uir orans uel prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est ac si decaluetur. Nam si non uelatur mulier, tondeatur. Si uero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari: uelet caput suum. Vir quidem non debet uelare caput suum, quoniam imago & gloria dei est: mulier autem gloria uiri est. Non enim uir ex muliere est, sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem: sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere super caput suum, & propter angelos. Veruntamen neque uir sine muliere: neque mulier sine uiro in domino. Nam sicut mulier de uiro, ita & uir per mulierem. Omnia autem ex Deo. Vosipsi iudicate, decet mulierem non uelatam orare deum. Nec ipsa natura docet uos. Quod uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier uero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro uelamine dati sunt ei. Si quis autem uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.

De distinctione psonarũ in ecclesia, deque ritu cœnæ dominicæ, qua perperã utebantur Corinthij.

Deut. 22 d

Gene. 2 d

Malach. 2 b

Hoc au-

Illud tamen præcipiens non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Nam primum quidem, cum conuenitis in ecclesia audio, dissidia in uobis esse, & aliqua ex parte credo. Oportet enim & sectas in uobis esse, quo qui probati sunt, manifesti fiant inter uos. Igitur cum conuenitis in eundem locum, nō licet dominicam cœnam edere, quod unusquisque propriam cœnam occupat in edendo. Et hic quidem esurit, ille uero ebrius est. Num sanè domos non habetis ad edēdum & bibēdum? An ecclesiam dei contemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid uobis dicam? Laudabo uos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis, quod dominus Iesus, in ea nocte qua traditus est, accepit panem: & postquam gratias egisset, fregit, ac dixit: Accipite, edite, Hoc meum est corpus, quod pro uobis frāgitur, hoc facite in mei cōmemorationem. Ad eundem modum & poculum, peracta cœna, dicens: hoc poculū nouum testamentū est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationē. Quotiescunque enim comederitis panem hūc, & de poculo hoc biberitis, mortem domini annunciatis, donec uenerit. Itaque quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem homo seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit & bibit indigne, iudiciū sibi ipsi edit & bibit, non diiudicās corpus domini. Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipsos diiudicassemus, haudquaquam iudicati fuissemus. At cum iudicamur, à domino corripimur, ne cum mundo condemnemur. Itaque fratres mei, cum conuenitis ad comedendum alius alium expectate. Quod si quis esurit, domi edat, ne ad condemnationem conueniatis. Cætera uero, cum uenero disponam.

Matth. 18 a · Matt. 26 c · Marc. 14 b · Luc. 22 c · Eccli. 18 c

De uarietate donorum dei.

Porrò de spiritualibus fratres, nolo uos ignorare. Scitis quod gentes fuistis, & ad simulacra muta utcunque ducebamini sequentes. Quapropter notum nobis facio, quod nullus per spiritum Dei loquens dicit anathema Iesum: & nemo potest dicere dominum Iesum, nisi per spiritum sanctum. Diuisiones autem donorum sunt, sed idem spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, & idē dominus: & diui-

Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem conueniētibus uobis in ecclesiam audio scissuras esse inter uos: & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse: ut & qui probati sunt manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unum iam non est dominicam cœnā manducare. Vnusquisque enim suam cœnā præsumit ad manducandū. Et alius quidem esurit: alius autē ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandū & bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis? Laudo uos: in hoc non laudo. Ego enī accepi à dn̄o, quod & tradidi uobis: quoniam dn̄s Iesus in qua nocte tradebatur: accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: hoc est corpus meū: quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter & calicē postquam cœnauit dicēs: Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc facite quotienscūque bibetis, in meā cōmemorationē. Quotienscunque enim mādu cabitis panē hunc: & calicem bibetis: mortem dn̄i annunciabitis, donec uenit. Itaque quicunque māducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: nō utique diiudicaremur. Dum iudicamur autem à domino corripimur: ut nō cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cū conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: ut non in iudicium conueniatis. Cætera autem cum uenero disponam.

C · D

CAPVT XII

De spiritualibus autem nolo uos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio: quod nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus: nisi in spiritusancto. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisio-

A

& diuisiones operationum sunt, sed idem est deus, efficiēs omnia in omnibus. Vnicuiq; uero datur manifestatio spiritus, ad id quod expedit. Nā huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scientiæ, secundum eundē spiritum: alij uero fides per eundem spiritum: alij uero dona sanationum per eundem spiritū: alij uero efficaciæ potentiarū: alij uero prophetia, alij uero discretiones spirituum, alij uero genera linguarum, alij uero interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus ille & idem spiritus, diuidens peculiariter unicuiq; sicuti uult. Quēadmodum enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia uero membra corporis unius, multa cum sint, unū sunt corpus, sic & Christus. Etenim per unum spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi. & omnes unum spiritū hausimus. Etenim corpus nō est unum membrū, sed multa. Si dicat pes, non sum manus, non sum de corpore, num idcirco non est de corpore? Et si dicat auris, nō sum oculus, nō sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi olfactus? Nunc autem deus posuit membra, unumquodq; singulatim in corpore, quemadmodum uoluit. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem mēbra, unum uero corpus. At non potest oculus dicere manui, non est mihi opus te: aut rursum caput pedibus, non est mihi opus uobis, imò multo potius, quæ uidentur membra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt, & quæ putamus minus honesta esse corporis, his honorē uberiorem apponimus: & indecora nostri, copiosiorē decorem habēt. Cæterū quę decora sunt nostri, non indigēt: sed deus simul tēperauit corpus, ei cui deerat, copiosiorem addens honorē, ne sit dissidium in corpore, sed inuicem alia pro alijs eandem sollicitudinē gerant membra. Et siue patit̃ unū membrū, simul patiūtur om̄ia mēbra: siue glorificatur unū mēbrum, simul gaudēt omnia mēbra. Vos autē estis corpus Christi, & mēbra ex parte. Et alios quidē posuit deus in ecclesia, primū apostolos, deinde ꝓphetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona sanationū, subsidia, gubernationes, genera linguarū. Nū oēs apostoli? nū oēs

prophetæ

Et diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientiæ secūdum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in uno spiritu: alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituū, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa: Omnia autem mēbra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, Ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes: quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit deus membra, unum quodque eorum in corpore sicut uoluit. Quod si essent omnia unum membrum: ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra: unum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora mēbra esse corporis: his honorem abundantiorē circūdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorē honestatē habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed deus tēperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuēdo honorem: ut nō sit scisma in corpore: sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unū membrū, cōpatiūtur omnia mēbra: siue gloriatur unū mēbrū, congaudēt omnia mēbra. Vos autē estis corpꝰ Christi: & mēbra de mēbro. Et quosdā quidē posuit deꝰ in ecclesia, primo apostolos, secūdo ꝓphetas, tertio doctores: deinde uirtutes: exinde gratias curationū, opitulationes, gubernatiōes, genera linguarū, interpretatiōes sermonū. Nūquid oēs apostoli? Nūquid oēs

prophetæ

Roma. 12 a
Ephes. 4 b
Esa. 55 a
Matth. 10 a
Act. 13 a

prophetæ? num omnes doctores? num omnes potestates? num omnes dona habent sanationum? nũ omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur? Sectemini uero dona potiora. Et adhuc his excellentiorem uiam uobis ostendo.

De præstãtia charitatis eius que natura

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autẽ non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens. Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnemq; sciẽtiam: & si habeam omnem fidem, adeo ut montes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si insumam in alimoniam omẽs facultates meas, & si tradam corpus meum, ut comburar, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio. Charitas patiẽs est, benigna est, charitas nõ inuidet: charitas non est procax, non inflatur, non est fastidiosa, nõ quærit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniustitia, sed cõgaudet ueritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ abolebũtur, siue linguæ cessabunt, siue scientia abolebitur. Ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetamus. Ast ubi uenerit q̃d perfectum est: tunc quod ex parte est, abolebitur. Cum essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam. At ubi factus sum uir, aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc cognosco ex parte, tunc uero cognoscam quemadmodum & cognitus sum. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas.

Philip. 2 b

Linguarũ donum q̃ conferat ecclesiæ, & quomodo in ea loqui, q. busq; conueniat.

SEctemini charitatem, æmulemini spiritualia, magis tamen ut prophetetis. Nã qui loquitur lingua non hominibus loquitur, sed deo: nullus enim audit: spiritu uero loquitur mysteria. Cæterũ qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: at qui prophetat, cõgregationem ædificat. Volo autem omnes uos loqui linguis, magis tamen ut prophetetis. Maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si ueniam ad uos linguis loquens, quid uobis prodero? nisi uobis loquar aut per reuelationem, aut per sciẽtiã aut per

prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes gratiam habẽt curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro.

CAPVT XIII

SI linguis hominum loquar & angelorum: charitatem autẽ non habeam: factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam: & nouerim mysteria omnia, & omnẽ sciẽtiam, & si habuero omnem fidem: ita ut mõtes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur: nõ agit perperã: non inflatur, nõ est ambitiosa, nõ quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniq̃tate, cõgaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabũt, siue sciẽtia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cũ autẽ uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cũ essem paruulus, loquebar ut paruulus: sapiebã ut paruulus, cogitabã ut paruulus. Quãdo autẽ factus sum uir, euacuaui quę erãt paruuli. Videmus nũc per speculũ in ænigmate: tũc autẽ facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte, tunc autẽ cognoscã sicut & cognitus sum. Nũc autẽ manẽt, fides, spes, charitas, tria hæc maior aũt horũ est charitas.

CAP. XIIII

SEctamini charitatẽ: æmulamini spiritalia magis aũt ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nõ hominibus loq̃tur, sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autẽ loquitur mysteria. Nã qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationẽ & exhortationẽ & consolationẽ. Qui loquitur lingua, semetipsum ędificat: qui autẽ prophetat, ecclesiã dei ædificat. Volo autem oẽs uos loqui linguis, magis aũt prophetare. Nã maior est qui prophetat, q̃ qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, ut ecclesia ædificationẽ accipiat. Nũc aũt fratres si uenero ad uos linguis loquẽs: q̃d uobis prodero, nisi uobis loquar, aut in reuelatiõe, aut in sciẽtia, aũt in

aut per prophetiam,aut per doctrinã? Quin & inanima,uocem reddentia,siue tibia,siue cithara,nisi distinctionẽ sonis dederint:quomodo cognoscet,quod tibia canitur,aut cithara? Etenim si incertã uocem tuba dederit,quis apparabitur ad bellum? Sic & uos per linguã nisi significantem sermonẽ dederitis, quomodo B intelligetur, qđ dicitur? eritis eñi in aerẽ loquẽtes. Tam multa,uerbi gratia,genera uocũ sunt in mundo,& nihil horum mutum. Itaq; si nescіero uim uocis, ero ei qui loquitur barbarus, & qui loquitur,apud me barbarus. Itaque & uos, quandoquidẽ sectatores estis spirituum, ad ædificationẽ ecclesiæ quærite,ut excellatis. Quapropter qui loquitur linguа,oret,ut interpretetur. Nam si orẽ lingua, spiritus meus orat,at mẽs mea fructu uacat. Quid igitur est? Orabo spiritu,sed orabo & mente. Canã spiritu,sed canã & mente. Alioqui si benedixeris spiritu,is qui implet locum indocti,quomodo dicturus est Amen, ad tuam gratiarum actionẽ? Quandoquidẽ,quid dicas,nescit. Nam tu C quidẽ bene gratias agis, uerũ alius non ædificatur. Gratias ago deo meo, quod magis quàm omnes uos,linguis loquor. Sed in ecclesia uolo quinq; uerba mente mea loqui, ut & alios instituã, potius quàm decem milia uerborum lingua. Fratres,ne sitis pueri sensibus,sed malicia pueri sitis: sensibus uero perfecti sitis. In lege scriptum est: Varijs linguis & labijs uarijs loquar populo huic, & ne sic quidem audient me, dicit dominus. Itaque linguæ signi uice sunt non ijs qui credunt, sed incredulis: contra prophetia, non incredulis, sed credentibus. Ergo si conuenerit ecclesia tota simul, & omnes linguis loquantur:ingrediantur aũt indocti aut increduli, nõne dicent uos insanire? D Quod si omnes prophetetis, ingrediatur aũt incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus,dijudicatur ab omnibus:& sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atq; ita procidens in faciem adorabit deum, renũcians,quod deus reuera in uobis sit. Quid igit̃ est fratres? Quoties conuenitis, unusquisq; uestrũ canticũ habet,doctrinam habet,linguam habet, reuelationẽ habet,interpretationẽ habet: omnia ad ædificationem fiant. siue lingua quis loquitur, fiat per binos,aut ad summum ternos,idq; uicissim,& unus interpretetur. quod si non sit interpres,taceat in ecclesia, cæterum sibi ipsi loquatur

aut in prophetia, aut in doctrina? Tamẽ quæ sine anima sunt,uocem dantia:siue tibia,siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint: quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam uocem det tuba,quis parabit se ad bellum? Ita & uos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis:quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa utputa genera linguarum sunt in hoc mundo:& nihil sine uoce est. Si ergo nescіero uirtutem uocis:ero ei cui loquar barbarus:& qui loquitur mihi barbarus. Sic & uos quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem ecclesiæ quærite ut abundetis. Et ideo qui loquitur lingua:oret ut interpretetur. Nam si orem lingua,spiritus meus orat:mens autem mea sine fructu est. Quid est ergo? Orabo spiritu:orabo & mente:Psallam spiritu:psallam & mente. Cæterum si benedixeris spiritu: quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet amen super tuam benedictionem? Quoniam quid dicas,nescit. Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago deo meo,quòd omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinq; uerba sensu meo loqui,ut & alios instruam:quàm decem milia uerborum in lingua. Fratres,nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est:Quoniam in alijs linguis & in alijs labijs loquor populo huic:& nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaque linguæ in signum sunt, non fidelibus sed infidelibus:prophetiæ autem non infidelibus sed fidelibus. Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum:& omnes linguis loquantur:intrent autem idiotæ aut infideles:nónne dicent,quid insanitis? Si autem omnes prophetent:intret autem quis infidelis uel idiota,conuincitur ab omnibus,dijudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta fiunt:& ita cadens in faciem,adorabit deum:pronuntians quòd uerè deus in uobis sit. Quid ergo est fratres? Cum cõuenitis, unusquisq; uestrũ psalmũ habet,doctrinã habet,apocalypsim habet,linguam habet,interpretationẽ habet:omnia ad ædificationẽ fiãt. Siue lingua quis loquitur secũdũ duos,aut ut multũ tres,& per partes, & unus interpretet̃. Si aũt nõ fuerit ĩterpres,taceat in ecclesia:sibi aũt loquatur

Eph.4.a

Isa.28.c

quatur & deo. Prophetæ uero duo aut tres loquant̃,& cæteri dijudicēt. Porrò si alij fuerit reuelatū assidēti, prior taceat. Potestis enim singulatim omnes prophetare, ut omnes discāt, & omnes consolationem accipiant, & spiritus prophetarum prophetis subijciuntur. Non enim est confusionis autor deus, sed pacis, ut in omnibus congregationibus sanctorum. Mulieres uestræ in ecclesijs sileant: nec enim permissum est illis ut loquant̃, sed ut subditæ sint: quemadmodum & lex dicit. Quod si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. Nā turpe est mulieribus in cœtu loqui. An à uobis sermo dei profectus est? An in uos solos incidit? Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis, agnoscat quæ scribo uobis, quod domini sint præcepta: cęterum si quis ignorat, ignoret. Proinde fratres, ad id enitamini, ut prophetetis, & loqui linguis ne uetueritis. Omnia decenter, & secundum ordinem fiant.

Roma. 15 b

Resurrectionē mortuorū ꝓbat, & quomodo ea futura sit docet

NOtum autem uobis facio fratres euangelium, quod euangelizaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutem consequimini, quo pacto annūciarim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperā: quod Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris, secundum scripturas: & quod sepultus sit, & quod resurrexerit tertio die, secūdum scripturas, & quod uisus sit Cephæ, deinde duodecim illis, postea uisus est plusq̃ quingētis fratribus simul. Ex quibus plures manēt ad hūc usq; diem: quidam autem & obdormierunt. Deinde uisus est Iacobo, post apostolis omnibus. Postremo uero omnium uelut abortiuo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui non sum idoneus, ut dicar apostolus, propterea quod persecutus sum ecclesiam dei: sed gratia dei sum, id quod sum. Et gratia eius quæ profecta est in me nō fuit inanis, sed copiosius quàm illi omnes laboraui: nō ego tamen, sed gratia dei, quæ mihi adest. Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicunt quidā inter uos nō esse resurrectionem mortuorū? Porrò si resurrectio mortuorum non est, ne Christus quidē resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, inanis uidelicet est prædicatio nostra, inanis autem est & fides uestra. Repe-

Esa. 53
Dani. 9

Ephes. 3 b

timur

loquatur & deo. prophetæ autē duo aut tres dicant: & cæteri dijudicēt. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est. Non enim dissensionis est deus, sed pacis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Mulieres in ecclesijs taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem uolunt discere: domi uiros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à uobis uerbum Dei processit: aut in uos solos peruenit? Si quis uidetur propheta esse, aut spiritualis: cognoscat quæ scribo uobis: quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant in uobis.

CAPVT XV

A NOtum autem uobis facio fratres euangelium quod prædicaui uobis: quod & accepistis, in quo & statis: per quod & saluamini: qua ratione prædicauerim uobis, si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die secundum scripturas: & quia uisus est Cephæ: & post hoc undecim: Deinde uisus est plusquàm quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc: quidam autem dormierūt. Deinde uisus est Iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui non sum dignus uocari apostolus: quoniā persecutus sum ecclesiam dei. Gratia aūt dei sum id qđ sum: & gratia eius in me uacua nō fuit, sed abūdantius illis omnibus laboraui. Nō ego aūt, sed gratia dei mecū. B Siue enim ego siue illi, sic pręaicauimus & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in uobis: quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurexit: inanis est prædicatio nostra: inanis est & fides uestra. Inue-

nimur

rimur autem & falsi testes dei, quoniā testifi-
cati sumus de deo, quod excitauerit Christū,
quē nō excitauit, si uidelicet mortui non resur
gunt. Et enim si mortui nō resurgunt, ne Chri
stus quidē resurrexit. Quod si Christus nō re
surrexit, superuacanea est fides uestra: adhuc
estis in peccatis uestris. Igitur & q obdormie
runt in Christo, perierūt. Si in uita hac spē in
C Christo tantū fixā habemus, maxime misera
biles omniū hominū sumus. Nunc aūt Chri-
stus surrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui
dormierāt, fuit. Postq̃ eñ per hominē mors,
etiā per hominē resurrectio mortuorū. Quē-
admodū enim per Adā oēs moriūtur, ita &
per Christū omnes uiuificabūtur: unusquisq;
aūt in proprio ordine: primitiæ Christus, dein
de ij qui sunt Christi in aduētu ipsius: mox fi-
nis, cū tradiderit regnū deo & patri, cum abo-
leuerit omnem principatum, & omnem po-
testatem, ac uirtutem. Nam oportet eum re-
gnare, donec posuerit omnes inimicos sub pe
D des suos. Nouissimus hostis aboletur mors.
Nā omnia subiecit sub pedes illius. Atqui cum
dicat, quod omnia subiecta sint, palā est, exci-
piendū eum, qui subiecit illi omnia. Cum aūt
subiecta fuerint illi omnia, tūc & ipse filius sub
ijcietur ei, qui illi subiecit omnia, ut sit deus o-
mnia in oībus. Alioqui quid faciēt ij, qui ba
ptizātur pro mortuis, si omnino mortui nō re
surgūt? Cur & baptizant pro mortuis? Quid
& nos periclitamur omni tēpore? In dies mo-
rior per nostram gloriationē, quam habeo in
Christo Iesu dño nostro. Si secundū hominē
cum bestijs depugnaui Ephesi, quæ mihi utili
E tas, si mortui non resurgunt? Edamus & biba-
mus, cras eñ morimur. Ne decipiamini. Mo-
res bonos colloquia corrūpunt mala. Expergi
scimini iuste, & ne peccetis. Nam ignorationē
dei nōnulli habent. Ad pudorē uobis loquor.
At dicet aliquis: Quomodo resurgūt mortui?
Quali aūt corpore uenient? Stulte. Tu quod
seminas, non uiuificatur, nisi mortuū fuerit. Et
hoc quod seminas, nō corpus, quod nascetur,
seminas, sed nudū granū, exempli causa, tritici
aut alicui⁹ ex cæteris. Sed deus illi dat corpus
ut uoluit, & unicuiq; seminū suū corpus. Non
F omnis caro, eadē caro, sed alia quidē caro ho-
minū, alia uero caro pecorū, alia uero pisciū,
alia uero uolucriū. Et sunt corpora cœlestia, &
sunt corpora terrestria. Verum alia quidē cœ-
lestium

nimur aūt & falsi testes dei: quoniam testimo-
niū dixim⁹ aduersus deū, qđ suscitauerit Chri
stū, quē nō suscitauit: si mortui non resurgunt
Nā si mortui nō resurgūt: neq; Christus resur
rexit. q si Christ⁹ nō resurrexit: uana est fides
uestra. Adhuc eñ estis in peccatis uestris. Er-
go & q dormierunt in Christo, perierūt. Si in
hac uita tātū in Christo sperātes sum⁹ misera
biliores sumus omnibus hominibus. Nūc aūt
Christ⁹ resurrexit à mortuis primitiæ dormiē
tium: quoniā quidē per hominē mors: & per
hominē resurrectio mortuorū. Et sicut in A-
dam omnes moriuntur: ita & in Christo om-
nes uiuificabuntur: Vnusquisq; aūt in suo or-
dine, primitiæ Christus: Deinde hi qui sunt
Christi: qui in aduentu eius crediderunt. De-
inde finis: cū tradiderit regnū deo & patri: cū
euacuauerit omnē principatū & potestatē &
uirtutē. Oportet aūt illum regnare: donec po- Psal.109 a
nat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouis-
sime aūt inimica destruetur mors. Omnia eñ
subiecit sub pedibus eius. Cū autem dicat, o-
mnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum
qui subiecit ei omnia. Cum aūt subiecta fue-
rint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit
illi qui subiecit sibi omnia: ut sit deus omnia in
omnibus, Alioquin quid facient qui baptizan
tur pro mortuis? Si omnino mortui non re-
surgunt: ut quid & baptizantur pro illis? Vt
quid & nos periclitamur omni hora. Quotidie
morior propter uestram gloriam fratres, quā
habeo in Christo Iesu domino nostro. Si se-
cundum hominem ad bestias pugnaui Ephe
si: quid mihi prodest, si mortui nō resurgunt?
Manducemus & bibamus, cras enim morie- Esa.22 b
mur. Nolite seduci. Corrūpunt mores bonos Menander
colloquia mala. Euigilate iusti: & nolite pecca-
re. Ignorantiā enim dei quidā habent. Ad re-
uerentiā uobis loquor. Sed dicet aliquis: Quo
modo resurgunt mortui? Quali autem corpo
re uenient? Insipiens tu, quod seminas non ui- Ioan.12 c
uificatur, nisi prius moriatur. Et quid semi-
nas? Non corpus quod futurum est seminas:
sed nudum granum, ut puta, tritici: aut ali-
cuius cæterorum. Deus autem dat illi cor-
pus sicut uult: & unicuique seminum propri-
um corpus. Non omnis caro eadem caro:
sed alia hominum, alia pecorum, alia uolu-
crum, alia autem piscium. Et corpora cœle-
stia & corpora terrestria. Sed alia quidem cœ-
lestium

lestium gloria, alia uero terrestrium, alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella siquidē à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptiōe, resurgit in incorruptibilitate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potētia. Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Est corpus animale, & est corpus spirituale: quemadmodum & scriptum est: Factus est prius homo Adam in animā uiuētem, extremus Adā in spiritum uiuificātem. At nō primum, quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo, ipse dominus de cœlo. Qualis terrenus ille, tales & hi q terreni sunt. Et qualis ille cœlestis, tales & ij qui cœlestes sunt. Et quēadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus & imaginem cœlestis. Hoc autē dico fratres quod caro & sanguis regni dei hæreditatem consequi non possunt. Neq; corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit. Ecce mysterium uobis dico. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamē immutabimur in puncto tēporis, in momēto oculi per extremam tubā. Canet enim tuba, & mortui resurgēt incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autē corruptibile hoc induerit incorruptibilitatē, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uictoriā. Ubi tu9 mors aculeus? ubi tua inferne uictoria? Aculeus autem mortis, peccatū: potētia uero peccati, lex. Sed deo gratia, qui dedit nobis uictoriā, per dominū nostrum Iesum Christum. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere domini semper, cum sciatis, quod labor uester non est inanis in domino.

Gene. 2 b · *Esaiæ 25 b* · *Osee 13 a*

De eleemosyna cōferenda in usus sanctorū & de suo ad eos aduētu

CAeterum de collatiōe in sanctos, quēadmodum ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite. In una sabbatorū unusquisq; uestrum apud se seponat, recōdens quicquid cōmodum fuerit: ne cū uenero, tunc collationes fiant. Ubi uenero autem, quoscunq; probaueritis per epistolas, hos mittā ut perferant munificentiam uestrā Hierosolymā. Quod si fuerit operæpreciū, ut & ipse proficiscar, mecum proficiscētur. Veniā autē ad uos, cum Macedoniam

lestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis: alia claritas lunę: & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in uirtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & spirituale: sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem: nouissimus Adam in spiritū uiuificantem. Sed non prius quod spirituale est: sed quod animale est: deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus: tales & terreni. Et qualis cœlestis: tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres: quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria: Ubi est mors uictoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in omni opere domini, semper scientes quod labor uester non est inanis in domino.

G

CAPUT XVI

A

DE collectis autem quæ fiunt in sanctos: sicut ordinaui in ecclesijs Galatiæ: ita & uos facite per unam sabbati. Unusquisque uestrum apud se reponat, recōdens quod ei bene placuerit: ut non cum uenero tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam uestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad uos: cum Macedoniam

doniam trãsiero. Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud uos aũt forte permanebo, aut etiã hybernabo, ut uos me deducatis quocunq; proficiscar. Nolo enĩ uos nunc in transcursu uidere, sed spero tẽpus aliquantum mãsurũ me apud uos, si dominus permiserit. Cõmorabor aũt Ephesi, usq; ad diẽ quinquagesimũ. Nam hostiũ mihi apertum est magnum, & efficax, & aduersarij multi. Quod si uenerit Timotheus, uidete ut absque metu sit apud uos: opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cum pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Porrò de Apollo fratre: Multum hortatus sum illum, ut iret ad uos cum fratribus: & omnino non erat uoluntas nunc eundi. Venturus est autem cum oportunitatem erit nactus. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, estote fortes. Omnia uobis cum charitate fiant. Obsecro autem uos fratres: Nostis familiam Stephanæ, esse primitias Achaiæ, & quod in ministerium sanctis ordinarunt seipsos, ut & uos subditi sitis talibus, & omni adiuuanti & laboranti. Gaudeo uero de aduentu Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod mihi deerat uestri, hi suppleuerunt. Refocillauerunt enim spiritum meum ac uestrum. Agnoscite itaque huiusmodi. Salutant uos ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo est ipsorum ecclesia. Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis nõ diligit dominum Iesum Christũ, sit anathema maranatha. Gratia domini Iesu Christi sit uobiscum. Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.

cedoniam pertrãsiero. Nam Macedoniã pertransibo. Apud uos autem forsitan manebo: uel etiam hyemabo: ut uos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim uos modo in trãsitu uidere. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud uos: si dominus permiserit. Permanebo autẽ Ephesi usq; ad Pentecosten. Ostiũ enim mihi apertũ est magnũ & euidẽs, & aduersarij multi. Si autẽ uenerit Timotheus: uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite aũt illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illũ cum fratribus. De Apollo aũt fratre uobis notum facio: quoniam multũ rogaui eum: ut ueniret ad uos cũ fratribus: & utiq; nõ fuit uoluntas eius ut nũc ueniret. Veniet aũt cum ei uacuũ fuerit. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & cõfortamini: omnia enim uestra in charitate fiant. Obsecro aũt uos fratres: nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam sunt primitiæ Achaiæ: & in ministerium sanctorũ ordinauerunt seipsos: ut & uos subditi sitis eiusmodi: & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo aũt in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod uobis deerat, ipsi suppleuerũt. Refecerunt enim & meũ spiritũ & uestrũ. Cognoscite ergo quæ eiusmodi sunt. Salutãt uos ecclesiæ Asię. Salutat uos in domino multum Aquila & Prisca, cũ domestica sua ecclesia: apud quos & hospitor. Salutant uos omnes fratres. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea, manu Pauli. Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia domini nostri Iesu Christi, uobiscum. Charitas mea cum omnibus uobis in Christo Iesu: Amen.

Actor. 19 c

Supra 1 b

AD CORINTHIOS PRIORIS FINIS.

Missa fuit e Philippis, per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

ARGVMENTVM.

POST actam à Corinthijs pœnitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus à Troade per Titum: & collaudans eos hortatur ad meliora, contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS SECVNDA

ERASMI VERSIO

Solatur afflictos propter Christum

PAVLVS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei: ac Timotheus frater congregationi dei, quæ est Corinthi, unà cũ sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarũ, & deus omnis consolationis, consolans nos in omni afflictione nostra, in hoc, ut possimus consolari, eos qui sunt in quauis afflictione, per consolationem, qua nosipsos consolatur deus. Quoniam sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra. Siue aũt affligimur, id fit pro uestri consolatione ac salute, quæ operatur in tolerãtia earundẽ afflictionũ, quas & nos patimur: siue cõsolationẽ accipimus pro uestri cõsolatiõe ac salute, spes etiã nostra firma est ꝑ uobis, cum sciamus, quod queãdmodum participes estis afflictionũ sic futuri sitis & consolationis. Nõ enim uolumus uos ignorare fratres, de afflictione nostra, quæ nobis accidit in Asia, quoniã supra modũ grauati fuimus supra uires adeo ut desperauerim⁹ etiã de uita. Quin ipsi in nobisipsis, sententiam mortis acceperamus, ne cõfideremus in nobisipsis, sed in deo qui ad uitã suscitat mortuos, qui ex tãta morte eripuit nos, & eripit: in quo spẽ fixã habemus, q̄ & iã posthac erepturus sit, simul adiuuantibus & uobis, per deprecationẽ pro nobis, ut ex multis personis, pro dono in nos collato, ꝑ multos gratiæ agãtur pro nobis. nã gloriatio nostra hæc est, testimoniũ cõscientię nostrę, quod cũ simplicitate & synceritate dei: nõ sapiẽtia carnali, sed per gratiã dei cõuersati fuerimus in mundo, abundantius aũt erga uos. Nõ enim alia scribimus uobis, q̄ꝫ quæ legitis, aut etiã agnoscitis. Spero aũt, quod usqꝫ ad finẽ quoqꝫ agnoscetis, queãdmodũ & agnouistis nos ex parte, quoniã gloria uestra sumus, queãdmodũ & uos nostra, in die dñi Iesu. Et hac fiducia uolebã ad uos uenire prius, ut geminam

Colos. 1 c

Act. 19 c

VVLGATA EDITIO

A

PAVLVS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater ecclesiæ dei: quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo: quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abũdat cõsolatio nostra. Siue autem tribulamur pro uestra exhortatiõe & salute: siue cõsolamur ꝑ uestra consolatione: siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute quæ operatur tolerantiã earundẽ passionum quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro uobis. Scientes quoniam sicut socij passionũ estis: sic eritis & cõsolatiõis: nõ enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quæ facta est in Asia: quoniã supra modum grauati sumus supra uirtutem: ita ut tæderet nos etiam uiuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus: ut non simus fidentes in nobis: sed in deo qui suscitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem speramus: quoniam & adhuc eripiet adiuuantibus & uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum personis facierum eius quæ in nobis est donationis: per multos gratiæ agantur pro nobis. Nã gloria nostra hæc est testimoniũ cõsciẽtiæ nostræ: quod in simplicitate cordis & sinceritate dei: & nõ in sapientia carnali: sed in gratia dei cõuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad uos. Nõ enim alia scribimus uobis q̄ꝫ quę legistis & cognouistis. Spero aũt quod usqꝫ in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria uestra sumus sicut & uos nostra, in die dñi nostri Iesu Christi. Et hac cõfidentia uolui prius uenire ad uos ut secundam

B

C

minā apud uos inirem gratiā, & per uos pertransire in Macedoniā, & rursum à Macedonia uenire ad uos, ac à uobis deduci in Iudæā. Hoc igit̃ cū in animo uersarē, nūcubi leuitate sum usus? aut num quę cogito, secundū carnē cogito? Vt sit apud me, q̃d est etiā, etiā, & q̃d est nō, non. Imò fidelis deus quod sermo noster erga uos, nō fuit etiā, et nō. Nā dei filius Iesus Christus, qui inter uos per nos prędicatus est, per me, & Syluanū ac Timotheū, nō fuit etiā & nō, sed etiam per ipsum fuit. Quotq̃t enim sunt pmissiones dei per ipsum etiā, & per ipsum amen, deo ad gloriam per nos. Porrò qui confirmat nos unà uobiscū in Christū: & qui unxit nos, deus est q etiā obsignauit nos, deditq; arrā spiritus in cordibus nostris. Ego uero testē deū inuoco in animā meam, q parcens uobis, nondū uenerim Corinthū, nō q dominemur uobis nomine fidei, sed adiutores sumus gaudij uestri: nam fide statis.

SEd decreui apud memetipsum hoc, nō iterum cū dolore ad uos uenire. Nam si ego mœrore uos afficiam, & quis est qui exhilaret me, nisi is qui mœrore afficitur ex me? Et scripsi uobis hoc ipsum: ne si uenissem ad uos, dolorē caperē ex his, ex quibus oportebat me capere uoluptatē: fiduciā hanc habens erga uos oēs, quod meum gaudiū omnium uestrū sit. Nam ex multa afflictione & anxietate cordis scripsi uobis, per multas lachrymas, nō ut mœrore afficeremini, sed ut cognosceretis charitatem, quam habeo abundantius erga uos. Quod si quis dolore affecit, nō me dolore affecit, sed ex parte, ne aggrauem omneis uos. Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus: adeo ut ediuerso magis cōdonare debeatis & cōsolari, ne quo modo fiat, ut immodico dolore absorbeatur huiusmodi. Quapropter obsecro uos, efficite ut ualeat in illum charitas. Nam & in hoc scripseram, ut cognoscerem probationem uestri, an ad omnia obedientes sitis. Cui uero condonatis aliquid, & ego condono. Nā & ego si quid condonaui, cui condonaui, propter uos condonaui in cōspectu Christi, ne occuparemur à satana. Non enim illius cogitationes ignoramus. Cæterum cum uenissem Troadem in euangeliū Christi, & ostium mihi esset apertū per dn̄m, non habui relaxationē spiritu meo, eo quod nō inuenissem Titum fratrē meum, sed

cundam gratiam haberetis: & per uos transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia uenirem ad uos, & à uobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc uoluissem, nūquid leuitate usus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est & non? Fidelis autē deus: quia sermo noster qui fuit apud uos: nō est in illo, est & nō: sed est, in illo est. Dei enim filius Iesus Christus qui in uobis per nos prædicatus est, per me & Siluanum & Timotheum, nō fuit in illo, est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo est. Ideo & per ipsum dicimus amen deo ad gloriā nostrā. Qui autem cōfirmat nos uobiscum in Christo & qui unxit nos deus & qui signauit nos & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autē testem deum inuoco in animam meam, quod parcens uobis nō ueni ultra Corinthū: nō quia dominamur fidei uestræ: sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide statis.

Roma. 8 b

CAPVT II

STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterū in tristicia uenirem ad uos. Si enim ego cō tristo uos, & quis est qui me lætificet, nisi qui cōtristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi uobis, ut nō cum uenero tristiciam super tristiciā habeam: de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus uobis, quia meum gaudiū omnium uestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, nō ut contristemini, sed ut sciatis quā charitatē habeā abundantius in uobis Si quis autē cōtristauit me, nō me cōtristauit: sed ex parte ut nō onerem omnes uos. Sufficit illi q eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita ut econtrario magis donetis & cōsolemini, ne forte abundantiori tristicia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos ut confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi uobis, ut cognoscam experimentū uestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter uos in persona Christi: ut non circūueniamur à sathana. Nō enim ignoramus cogitationes eius. Cum uenissem autē Troadem propter euangelium Christi: & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiē spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meū, sed

Scortatorem resipiscentem recipit in ecclesiam ne desperet.

1. Cor. 5

Act. 16 b

ſed dimiſſis illis abij in Macedoniam. Deo autem gratia, qui ſemper triumphat per nos in Chriſto, & odorē noticiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Quoniam Chriſti bona fragrantia ſumus deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, his quidem odor mortis ad mortem, illis uero odor uitæ ad uitam. Et ad hæc quis idoneus? Nō enim ſumus ut pleriq; cauponantes ſermonem dei, ſed uelut ex ſynceritate, ſed uelut ex deo in conſpectu dei, per Chriſtum loquimur.

Patrocinatur ſibi aduerſus pſeudo apoſtolos. Deq; litera & ſpiritu

INcipimus rurſus noſipſos commendare. Num egemus ut nonnulli commendatitijs epiſtolis apud uos, aut à uobis commendatitijs? Epiſtola noſtra uos eſtis, inſcripta in cordibus noſtris: quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus, dū declaratis, quod eſtis epiſtola Chriſti, ſubminiſtrata, à nobis inſcripta, non atramento, ſed ſpiritu dei uiuentis, nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carneis. Fiduciam autē huiuſmodi habemus per Chriſtū erga deum, non quod idonei ſimus, ex nobiſipſis cogitare quicquam tanquam ex nobiſipſis: ſed ſi ad aliquid idonei ſumus, id ex deo eſt, qui & idoneos fecit nos miniſtros noui teſtamēti, non literæ, ſed ſpiritus. Nam litera occidit, ſpiritus aūt uiuificat. Quod ſi adminiſtratio mortis in literis, deformata in ſaxis, fuit in gloria, adeo ut non poſſent oculos intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam uultus eius, quæ aboletur: cur non potius adminiſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi adminiſtratio cōdemnationis gloria, multò magis excellit adminiſtratio iuſtitiæ in gloria. Quandoquidem ne glorificatum quidē fuit, quod glorificatū eſt in hac parte, propter eminentem gloriā. Etenim ſi quod aboletur, fuit in gloria, multò magis id quod manet, eſt in gloria. Itaq; cū habeamus huiuſmodi ſpem, multa libertate utamur: & nō quemadmodū Moyſes ponebat uelamē in facie ſua, ne intenderent filij Iſrael in finē eius q̄d abolebat. Sed obcæcati ſunt ſenſus illorū. Nam uſq; ad diē hodiernū, idē uelamē in lectione ueteris teſtamēti manet, nec tollitur uelū, q̄d per Chriſtū abolet. Sed ad hūc uſq; diē, cū legit Moyſes, uelamen cordibus illorū impoſitū eſt. At ubi cōuerſi fuerint ad dominū, tolletur uelamen. Dn̄s autē ſpūs eſt. Porrò ubi ſpūs domini, ibi libertas. Nos autē oēs retecta facie, gloriā dn̄i

Exod. 24. c — *Deut. 9. 10* — *Exod. 34. d* — *Roma. 11. e*

in

ſed ualefaciens eis profectus ſum in Macedoniam. Deo aūt gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu: & odorē noticiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus deo in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortē: alijs autem odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes uerbū dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex deo coram deo in Chriſto loquimur.

CAP. IIII

INcipimus iterum noſmetipſos cōmendare. Aut nunquid egemus ſicut quidam commendaticijs epiſtolis ad uos aut ex uobis. Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtati: quoniam epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis & ſcripta non atramento: ſed ſpiritu dei uiui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad deum. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non litera ſed ſpiritu. Litera enim occidit: ſpiritus autem uiuificat. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloriam: ita ut non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam uultus eius quæ euacuatur: quomodo nō magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo magis abundat miniſterium iuſticiæ in gloria. Nam nec glorificatum eſt quod clatuit in hac parte: propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam eſt: multomagis quod manet in gloria eſt. Habentes igitur talem ſpem multa fiducia utimur. Et non ſicut Moyſes ponebat uelamē ſuper faciem ſuam: ut non intenderent filij Iſrael in faciem eius quod euacuatur, ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſque in hodiernum diem idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamenti manet non reuelatum quod in Chriſto euacuatur: ſed uſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, uelamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſus fuerit ad deum, auferetur uelamen. Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi autem ſpiritus domini: ibi libertas. Nos uero omnes reuelata facie gloriā domini

ſpecu

in speculo repræsentantes, ad eandem imagi/ nem transformamur à gloria in gloriam, tan/ quam à domini spiritu.

A PRropterea cũ ministeriũ hoc habeam9, ut nostri misertus est deus, haud degene ramus, sed reiecimus occultaméta dedecoris, non uersantes per astutiam, neq; dolo tractã/ tes uerbum dei, sed manifestatiõe ueritatis, cõ mendantes nos ipsos apud omnẽ conscientiã hominũ, in cõspectu dei. Quod si adhuc uela tum est euãgelium nostrũ, in his qui pereunt, uelatum est: in quibus deus huius seculi excæ/ cauit sensus incredulorũ, ne illucesceret illis lu mẽ euãgelij gloriæ Christi, qui est imago dei. B Nõ enim nosmetipsos prędicamus, sed Chri/ stum Iesum dominũ: nos autẽ seruos uestros propter Iesum. Quoniã deus est, qui iussit è te nebris lucẽ illucescere, qui luxit in cordibus no stris, ad illuminationẽ cognitionis gloriæ dei, in facie Iesu Christi. Habemus autem thesau rum hunc in testaceis uasculis, ut uirtutis emi/ nentia sit dei, & non ex nobis, dum in omni/ bus premimur, at nõ anxij reddimur: labora/ mus, at nõ destituimur: persecutionẽ patimur, at non in ea deserimur: deijcimur, at non peri/ C mus: semper mortificationem domini Iesu in corpore circumferentes, ut & uita Iesu in cor/ pore nostro manifestetur. Sẽper enim nos qui uiuimus, in mortẽ tradimur ꝑpter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in mortali carne nostra. Itaq; mors quidem in nobis agit, uita uero in uobis. Cæterum cum habeamus eun/ dem spiritum fidei, iuxta illud quod scriptum est: Credidi & ideo locutus sum: & nos credi/ mus, quapropter & loquimur scientes, quod qui suscitauit dominum Iesum, nos quoq; per Iesum suscitabit, & cõstituet uobiscum. Nam D omnia propter uos, ut beneficium quod ex/ undauit, pluribus gratias agentibus, exuberet in gloriam dei. Propterea non defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrum/ pitur, internus tamen renouatur in dies singu/ los. Nam momentanea leuitas afflictionis no stræ mire supra modum æternum põdus glo riæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, temporaria sunt: at quæ non ui/ dentur, æterna.

A SCimus enim quod si terrenum nostrũ do/ micilium huius tabernaculi destructũ fuerit, ædifica

speculantes, in eandem imaginem trãsforma/ mur à claritate in claritatem tanquam à domi ni spiritu.

CAP. IIII

IDeo habẽtes hanc administrationẽ, iuxta quod misericordiã cõsecuti sumus, non de/ ficimus, sed abdicamus occulta dedecoris: nõ ambulãtes in astutia: neq; adulterãtes uerbũ dei: sed in manifestatiõe ueritatis, cõmendan/ tes nosmetipsos ad omnẽ cõsciẽtiã hominũ corã deo. Quod si etiã opertũ est euãgeliũ no strum, in his qui pereunt est opertũ: in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ, ut nõ fulgeat illuminatio euãgelij gloriæ Chri sti, qui est imago dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christũ dñm nostrũ. Nos autem seruos uestros per Iesum: quoniã deus qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: ip/ se illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ claritatis dei in facie Christi Iesu. Ha/ bemus aũt thesaurũ istum in uasis fictilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei: & nõ ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur: sed nõ angu/ stiamur. Aporiamur: sed nõ destituimur. Per/ secutionẽ patimur: sed nõ derelinquimur. Hu miliamur: sed nõ cõfundimur. Deijcimur: sed non perimus. Sẽper mortificationẽ Iesu Chri sti in corpore nostro circũferẽtes: ut & uita Ie/ su manifestetur in corporibus nostris. Sẽper enim nos qui uiuimus in mortẽ tradimur pro pter Iesum: ut & uita Iesu manifestetur in car/ ne nostra mortali. Ergo mors in nobis opera/ tur: uita aũt in uobis. Habentes aũt eundẽ spi/ ritum fidei: sicut scriptũ est: Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur: scientes quoniã qui suscita/ uit Iesum: & nos cũ Iesu suscitabit, & cõstituet uobiscũ. Omnia enim propter uos: ut gratia abundans per multos in gratiarum actione a/ bundet in gloriã dei. Propter quod non defi/ cimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diẽ. Id enim quod in præsenti est mo mentaneum & lẽue tribulationis nostræ, su/ pra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplan/ tibus nobis quæ uidentur, sed quæ non ui/ dentur. Quæ enim uidentur, temporalia sunt: quæ aũt non uidentur, æterna sunt.

CAP. V

SCimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: ꝙ ædifica

Quibus non/ dum illuxerit Euangeliũ: & quæ pericu/ la sunt obeun/ da euãgelizã/ tibus

Psalm. 115 a

De duplici do micilio animi. Et Christũ co gnosci per spi ritum, nõ per carnem

ædificationem ex deo habemus, domicilium non manufactũ, æternum in cœlis. Nã in hoc gemimus, domicilio nostro, quod è cœlo est, superindui desiderantes. Si tamen induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati: propterea quod nolimus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas à uita. Porrò q parauit nos in hoc ipsum, deus est: qui idẽ dedit nobis arrabonẽ spiritus. Itaq; bono animo sumus semper, & scimus, quod cũ domi sumus in corpore, peregrinamur à deo. Per fidẽ enim ambulamus, non per speciẽ. Confidimus aũt & probamus magis, peregre abesse à corpore: & præsentes adesse apud deũ. Quapropter cõtendimus, siue domi præsentes, siue foris peregre agẽtes, ut illi placeamus. Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malũ. Sciẽtes igitur terrorem illum domini, suademus hominibus, deo uero manifesti sumus. Spero autẽ nos & in cõscientijs uestris manifestos esse. Non enim iterum nosipsos cõmendamus uobis, sed occasionem damus uobis gloriãdi de nobis, ut aliquid habeatis aduersus eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Nam siue insanimus, deo insanimus: siue sani sumus, uobis sani sumus. Charitas enim Christi cõstringit nos, iudicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, posthac non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem. Porrò etiam si cognouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus. Proinde si quis est in Christo, noua creatura est. Vetera præterierunt, ecce noua facta sunt omnia. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, deditq; nobis ministerium reconciliationis: quandoquidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonẽ reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatiõe fungimur: tanquam deo uos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, recõciliemini deo: eum enim qui nõ nouit peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iustitia dei per illum.

Rom. 8 b
Matth. 25 c
1. Thess. 5 b
Deut. 15 c

Quia

ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes: si tamẽ uestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri: ut absorbeatur quod mortale est à uita. Qui autẽ efficit nos in hoc ipsum deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audẽtes igitur semper & scientes quoniã dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidẽ enim ambulamus & non per speciem. Audemus autem & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad dominum: & ideo contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero autem & in cõscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos uobis: sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur & non in corde. Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Charitas enim Christi urget nos, æstimãtes hoc, quoniam si unus pro nobis mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis uerbum recõciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iusticia dei in ipso.

B C D

CAPVT VI.

Adiuuan

A QVin & adiuuantes obsecramus, ne in uacuũ gratiã dei receperitis. Dicit enim: In tẽpore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tẽpus acceptum, ecce nũc dies salutis. Ne quã usquam demus offensionem, ne reprehendatur ministeriũ, sed in omnibus cõmendemus nos ipsos ut dei ministri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatib9, in plagis, in carceribus, B in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in puritate, in scientia, in animi lenitate, in benignitate, in spiritu sancto, in charitate nõ simulata, in sermõe ueritatis, in potentia dei, per arma iustitiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiã, p cõuitia & laudes, quasi impostores, & tamen ueraces: quasi ignoti, & tamẽ noti: quasi morientes & ecce uiuimus: quasi correpti, & nõ occisi: quasi dolentes, semper tamen C gaudẽtes: quasi pauperes multos tamẽ ditantes: ut nihil habentes, & tamen omnia possidẽtes. Os nostrum apertum est erga uos Corinthij. Cor nostrum dilatatum est. Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in uisceribus uestris. Eandẽ autem remunerationem, ut à filijs exigo. Dilatemini & uos, ne ducatis iugũ cũ incredulis. Quod enim consortium iusticiæ cum iniusticia. aut quæ cõmunio luci cum tenebris? D aut quę cõcordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cũ infideli? aut quid conuenit templo dei cum simulacris? Nam uos templum estis dei uiuentis, quemadmodum dixit deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorũ deus: & ipsi erũt mihi populus. Quapropter exite de medio illorum, & separemini ab illis: dicit dominus: & immundũ ne tetigeritis, & ego suscipiam uos, & ero uobis loco patris, & uos eritis mihi uice filiorum ac filiarum: dicit dominus omnipotens.

A HAs igitur promissiones cum habeamus charissimi, mũdemus nosipsos ab omni inquinamẽto carnis ac spiritus perficiẽtes sanctimoniã cum timore dei. Capaces estote nostri: neminẽ lęsimus, neminẽ corrupim9, neminẽ fraudauim9. Nõ hoc ad cõdemnationẽ uestri dico. Siquidẽ iam ante dixi uobis, quod in cordibus nostris estis ad cõmoriendũ & cõuiuẽdũ. Multa mihi fiducia erga uos, multa mihi gloriatio de uobis: implet9 sum cõsolatiõe, uehemẽter exũdo gaudio in omni afflictione nostra. Etenim cũ uenissemus in Macedoniã, nullam

ADiuuãtes aũt exhortamur: ne in uacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dãtes ullam offensionẽ, ut nõ uituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditiõibus: in laboribus: in uigilijs: in ieiunijs. In castitate: in scientia: in longanimitate: in suauitate: in spiritusancto: in charitate non ficta: in uerbo ueritatis: in uirtute dei. Per arma iusticiæ à dextris & à sinistris: per gloriã & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam. Vt seductores & ueraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati & non mortificati. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes: & omnia possidẽtes. Os nostrũ patet ad uos ò Corinthij: cor nostrum dilatatũ est. Non angustiamini in nobis: angustiamini aũt in uisceribus uestris. Eandẽ aũt habẽres remunerationem: tanquam filijs dico, dilatamini & uos. Nolite iugũ ducere cũ infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ cũ iniquitate: aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem cõuentio Christi ad belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli? Qui aũt consensus tẽplo dei cum idolis? Vos eñ estis templũ dei uiui, sicut dicit deus: Quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorũ deus: & ipsi erunt mihi populus. Propter qđ exite de medio eorũ: & separamini dicit dñs: & immundũ ne tetigeritis: & ego recipiam uos & ero uobis in patrem: & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

Monet ut gratiæ dei occurrant, & recẽset quantũ ipse propter Christũ sit perpessus.

Deut. 7.

CAP. VII

HAs ergo habẽtes promissiones charissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminẽ læsimus: neminẽ corrupimus: neminem circumuenimus. Nõ ad condẽnationem uestram dico. Prædiximus eñ quod in cordibus nostris estis ad cõmoriendũ & ad cõuiuendũ. Multa mihi fiducia est apud uos: multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum cõsolatiõe: superabundo gaudio: in omni tribulatione uestra. Nam & cum uenissemus in Macedoniam: nullam

Suadet ut supra cap. 2. ignoscendum esse fornicario pœnitenti

nullam habuit relaxationem caro nostra, sed in omnibus affligebamur. Foris pugnæ, intus terrores. Verum qui cõsolatur humiles, cõsolatus est nos deus per aduentũ Titi. Non solũ aũt per aduentum illius, uerumetiã per cõsolationẽ, quã ille accepit de uobis, cum annunciaret nobis uestrum desideriũ, uestrũ fletum, uestrum pro me studiũ, adeo ut magis gauisus fuerim. Nã etiã si cõtristaui uos per epistolã, non me pœnitet, etiã si pœnituisset. Video nã que ꝙ epistola illa, tametsi ad tẽpus, cõtristauit uos. Nũc gaudeo, nõ ꝙ cõtristati fueritis, sed ꝙ cõtristati sitis ad pœnitẽtiã. Nã cõtristati estis secundũ deũ, sic ut nulla in re detrimento sitis affecti per nos. Nã qui secundũ deum est dolor, is pœnitentiã ad salutem haud pœnitendam parit: cõtra mundi dolor mortẽ adfert. Ecce enim istuc ipsum, q̃d secũdũ deũ cõtristati fuistis, quãtã in uobis genuit solicitudinẽ, imò satisfactionẽ, imò indignationẽ, imò timorẽ, imò desideriũ imò æmulationẽ, imò uindictã. Siquidẽ ubiq; cõmẽdastis uosipsos, quod puri sitis in eo negocio. Proinde tametsi scripsi uobis, nõ id feci eius causa q læserat, nec eius causa qui læsus fuerat, sed ob id, ut palã fieret studium uestrum pro nobis apud uos in cõspectu dei. Idcirco consolationẽ accepimus ex consolatiõe uestri: quin uberius insuper gauisi fuimus ob gaudiũ Titi, quod refocillatus sit spiritus illius ab omnibus uobis: quod si q̃d apud illum de uobis gloriatus sum, nõ fuerim pudefactus, sed ut omnia cũ ueritate locuti sumus uobis, ita & gloriatio nostra, qua usus eram apud Titum, ueritas facta est. Et uiscera illius maiorẽ in modum erga uos affecta sunt, dum recolit omnium uestrum obedientiam, quemadmodum cum timore ac tremore excepertis ipsum. Gaudeo quod in omnibus confidam uobis.

Eccli. 30 e

Exemplo Macedonum inuitat eos ut liberaliter conferant in subsidia pauperũ

CErtiores autem uos facio fratres de gratia dei, quæ data fuit in ecclesijs Macedoniæ, quoniam per multã probationẽ afflictionis exuberauit gaudium illorũ, & profunda paupertas illorũ exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum. Nã pro uiribus, testor, etiã supra uires prompti fuerunt, multa cum obtestatione rogantes nos, ut beneficium & societatẽ ministerij susciperemus in sanctos: ac nõ quatenus sperabamꝰ, quinetiã semetipsos dediderunt primum domino, deinde & nobis per

1. Cor. 16 a

nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulationẽ passi sumus. Foris pugnæ: intus timores. Sed qui cõsolatur humiles consolatus est nos deus in aduentu Titi. Nõ solum autem in aduentu eius: sed etiã in consolatione in qua consolatus est in uobis, referens nobis uestrum desideriũ: uestrum fletum, uestrã æmulationẽ pro me: ita ut magis gauderem. Quoniam & si cõtristaui uos in epistola, non me pœnitet. Et si pœniteret, uidens quod epistola illa & si ad horã uos cõtristauit, nũc gaudeo: nõ quia contristati estis: sed quia cõtristati estis ad pœnitentiam. Cõtristati enim estis secundum deum: ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum deum tristicia est: pœnitentiam in salutẽ stabilem operatur: seculi autẽ tristicia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundũ deum cõtristari uos: quantam in uobis operatur sollicitudinem: sed defensionẽ: sed indignationem: sed timorem: sed desiderium: sed æmulationẽ: sed uindictam. In omnibus exibuistis uos incontaminatos esse negocio. Igitur & si scripsi uobis: non propter eum qui fecit iniuriam: nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro uobis coram deo. Ideo quoque consolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi: quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis. Et si quid apud illum de uobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus ita & gloriatio nostra quę fuit ad Titum, ueritas facta est. Et uiscera eius abundantius in uobis sunt: reminiscentis omnium uestrum obedientiam quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in uobis.

CAP. VIII

NOtam aũt facimus uobis fratres gratiã dei quę data est in ecclesijs Macedonię: & quod in multo experimẽto tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit: & altissima paupertas eorũ abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundũ uirtutẽ testimoniũ illis reddo: & supra uirtutẽ uoluntarij fuerunt: cũ multa exhortatiõe obsecrãtes nos gratiã & communicationem ministerij quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus: sed semetipsos dederunt primum domino: deinde nobis per

per uoluntatē dei,in hoc ut adhortaremur Titum, ut quemadmodū ante cœpisset,ita & cō summaret hāc quoq; erga uos beneficentiā. Imò quemadmodū ubiq; abūdatis fide,& sermone,& sciētia,& omni diligētia, & in ea quæ B ex uobis erga nos est charitate,facite ut in hac quoq; beneficētia abundetis. Nō secundū imperiū loquor, sed per sollicitudinē, erga alios etiā uestræ dilectionis synceritatē approbās. Nostis enim beneficētiā dn̄i nostri Iesu Christi,quod propter uos pauper factus sit,cū esset diues, ut uos illius paupertate ditesceretis. Et consiliū in hoc do, nā hoc uobis conducit: qui quidē non solū facere, uerū etiā uelle iam cœpistis anno superiore. Nunc autē & illud, quod facere cœpistis perficite:ut quemadmodum uolūtas prompta fuit,ita et perficiatis ex eo quod potestis. Etenim si prius adsit animi promptitudo, ea iuxta quicqd illud est,quod possidet aliquis accepta est,nō iuxta id, quod non possidet. Non enim,ut alijs relaxatio sit, C uobis aūt angustia, sed ut ex æquabilitate in præsenti tēpore uestra copia illorū succurrat inopiæ,& illorū copia uestræ succurrat inopiæ: ut fiat æquabilitas,quemadmodū scriptū est: Qui multum habebat,huic nihil superfuit: & qui paulum habebat, is nihilominus habuit. Gratia aūt deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde Titi, qui exhortationem acceperit:quin potius cū esset diligentior suapte sponte ad uos uenerit.Misimus autem unà cum illo fratrem eū,cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias: nec id solum, uerū etiam delectus est ab ecclesijs,comes peregrinationis nostræ,cū hac beneficētia quæ administratur à nobis ad eiusdem dn̄i gloriā,& ani D mi uestri promptitudinē: declinantes hoc, ne quis nos carpat in hac exuberantia, quæ administratur à nobis,procurātes honesta,nō tantum coram dn̄o,sed etiā corā hominibus.Misimus aūt unà cum illis fratrem nostrū, quem probaueramus in multis sæpenumero diligentem,nunc aūt multo diligentiorē, ob multā fiduciā,quam habeo erga uos,siue Titi nomine qui socius meus est, & erga uos adiutor, siue aliorū, qui fratres nostri sunt & legati ecclesiarum,gloria Christi. Proinde documentū charitatis uestræ,& nostræ de uobis gloriationis, in eos demonstretis etiam in conspectu ecclesiarum.

Nam

per uoluntatem dei: ita ut rogaremus Titum: ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in uobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, spe & sermone & scientia: & omni sollicitudine insuper & charitate uestra in nos: ut & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem etiam uestræ charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi: quoniam propter uos egenus factus est cum esset diues:ut illius inopia uos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est qui non solum facere: sed & uelle cœpistis ab anno priore. Nunc uero & facto perficite:ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut alijs sit remissio,uobis aūt tribulatio:sed ex æqualitate in præsenti tempore, uestra abundantia, illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia uestræ inopiæ sit supplementum,ut fiat æqualitas: sicut scriptum est: Qui multum non abundauit: & qui modicum non minorauit. Gratias autem ago deo qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde Titi:quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset sua uoluntate profectus est ad uos. Misimus autem cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad domini gloriam: & destinatam uoluntatem nostrā. Deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autē cum illis & fratrem nostrū, quē probauimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autē multo sollicitiorem confidentia multa in uos,siue pro Tito qui est socius meus & in uobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. Ostensionem ergo quæ est charitatis uestræ & nostræ gloriæ pro uobis in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

Luc.21 d

Exo.16 b

CAPUT IX

AA Nam

NAm de subministratiōe quidē quæ fiat in sanctos, superuacuū est mihi scribere uobis. Noui enim promptitudinem animi uestri, quam de uobis iacto apud Macedones, quod Achaia parata est ab anno superiore, & uestrum exemplum prouocauit complures. Misi tamen hos fratres, ne gloria nostra qua glorior de uobis, inanis fiat in hac parte, ut quemadmodū dicebā, parati sitis, ne quo pacto fiat, ut si mecum uenerint Macedones, & offenderint uos imparatos, nos pudore suffundamur ut ne dicā uos, in hoc argumento gloriationis. Proinde necessarium arbitratus sum, adhortari fratres, ut prius accederent ad uos, & præpararent iā ante promissam bonā collationē uestrā, ut ea sit in promptu, sic tanquam bona collatio, & nō tanq̃ fraudatio. Illud aūt dico: Qui sementē facit parce, is parce messurus est. Et qui sementē facit, libenter ac benigne largiēdo, copiose messurus est: unusquisq; secundū propositū cordis, non ex molestia, aut ex necessitate. Nā hilarē datorē diligit deus. Potens est aūt deus efficere, ut totū beneficiū in uos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiā habētes, exuberetis in omne opus bonū, quemadmodū scriptū est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū. Porrò qui suppeditat semen seminanti, is & panē in cibū suppeditet, & multiplicet sementē uestrā, & augeat prouētus iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletemini, in omnē simplicitatē, quę per nos efficit, ut gratię agātur deo. Nam functio huius ministerij non solū supplet ea quæ desunt sanctis, uerumetiā exuberat in hoc, q; per multos agantur gratiæ deo, qui p probationē ministerij huius, glorificant deū super obedientia cōsensus uestri in euangeliū Christi, & de simplicitate cōmunicationis in ipsos, & in omneis, & in illorū oratione pro uobis, qui desiderāt uos propter eminentem gratiā dei in uobis. Gratia autem deo, super inenarrabili suo munere.

Prou.11.c — Deut.16.35 — Eccl.37.a — Psal.111.d

Quæ arma Christianū deceant docet, & suos obtrectatores aliquantum uellicat.

CAeterum ipse ego Paulus obsecro uos per lenitatem & mansuetudinem Christi, qui iuxta faciē quidem humilis sum inter uos, absens tamen audax sum erga uos. Rogo autem uos, ne præsens audeam ea fiducia, qua cogito audax fuisse in quosdam, qui putant nos ueluti secundum carnem ambulare: nam in carne ambulantes, non secun

A NAm de ministerio qđ fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere uobis. Scio enim promptū animum uestrum pro quo de uobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno pręterito, et uestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus aūt fratres ut ne quod gloriamur de uobis, euacuetur in hac parte, ut quemadmodū dixi parati sitis, ne cū uenerint Macedones mecū & inuenerint uos imparatos, erubescamus nos, ut non dicamus uos in hac substātia. B Necessarium ergo existimaui rogare fratres, ut præueniant ad uos, & præparēt repromissam benedictionē hāc paratā esse, sic quasi benedictionem, non quasi auariciam. Hoc aūt dico: Qui parce seminat, parce & metet. Et q seminat in benedictiōibus: de benedictiōibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē eñ datorē diligit deus. Potens est aūt deus omnē gratiā abundare facere in uobis, C ut in omnibus semper omnē sufficientiā habentes, abūdetis in omne opus bonum. Sicut scriptū est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autē administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit. Et multiplicabit semen uestrum, & augebit incremēta frugum iustitiæ uestræ, ut in omnibus locupletati abundetis in omnē simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. D Quoniam ministerium huius officij non solum suppletea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino, per probationē ministerij huius, glorificantes deū in obedientia confessionis uestræ, in euangelio Christi & simplicitate communicationis uestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro uobis, desiderantium uos propter eminentem gratiam dei in uobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

CAPVT X

A IPse autē ego Paulus, obsecro uos per mansuetudinem & modestiā Christi, qui in facie quidem humilis sum inter uos: absens autem confido in uobis. Rogo autem uos ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non tamen secun

secundum carnē militamus. Siquidē arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potētia deo, ad demolitionē munitionū, quibus cōsilia demolimur, & omnē celsitudinē quæ extollitur aduersus cognitionē dei, & captiuā ducimus omnē cogitationē ad obediendū Christo, & in promptu habemus uindictam aduersus omnem inobedientiā, cū impleta fuerit uestra obedientia. Quæ in cōspectu sunt, uidetis? Si quis de seipso cōfidit, quod Christi sit, illud rursum perpēdat ex seipso: quod quemadmodū ipse Christi est, ita & nos Christi sumus. Nā si & amplius quippiā glorier de potestate nostra, quam dedit dn̄s nobis in ædificationē, & non in destructionē uestri, nō pudefiā, ne uidear ceu perterrefacere uos per epistolas. Nā epistolæ quidē, inquit, graues sunt & robustę, at pręsentia corporis infirma, & sermo cōtemptus. Hoc reputet, qui istiusmodi est, quod quales sumus sermone, per epistolas cū absumus, tales sumus & cū adsumus, facto. Non em̄ sustinemus inserere, aut cōferre nosipsos cum quibusdā, qui seipsos cōmendāt. Sed isti non intelligūt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur, & cōparant semetsibi. At nos non in immensum gloriabimur, uerū iuxta mensurā regulæ, qua partitus est nobis deus, mensura pertingendi etiā usque uos. Nō enim quasi nō pertingamus usque ad uos, extendimus nos ipsos supra modum. Nam usque ad uos quoque peruenimus in euangelio Christi, non in immensum gloriātes super alienis laboribus, sperantes futurū, ut subolescēte fide uestra in uobis, magnificemur iuxta regulā nostrā in exuberantiam, ut ijs quoque regionibus, quæ ultra uos sunt, euangelizē, non per alienā regulā, ut de his quæ parata sūt, gloriemur, sed qui gloriatur, in dn̄o glorietur. Nō em̄ qui seipsum cōmendat, ille probatus est, sed is quē dn̄s cōmēdat.

VTinam tolerassetis me paulisper in insipientia mea: imò & suffertis me: nam zelotypus sum erga uos, dei zelo. Adiunxi enim uos uni uiro, ut uirginē castā exhiberetis Christo, sed metuo, ne qua fiat, ut quēadmodum serpens Euā decepit uersutia sua, ita corrumpantur sensus uestri à simplicitate, quæ erat erga Christū. Nam si is, qui uenit, aliū Iesum prædicat, quē non prædicauimus, aut si spiritum aliū accipitis, quē nō accepistis, aut euangelium aliud quod non accepistis, recte sustinuissetis. Arbitror enim me nihilo inferiorem fuisse

secundum carnē militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potētia deo ad destructionē munitionū consilia destruentes, & omnem altitudinē extollentē se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequiū Christi, & in promptu habētes ulcisci omnē inobedientiam, cum impleta fuerit uestra obedientia. Quæ secundū faciem sunt uidete. Si quis confidit Christi se esse, hoc cogitet iterū apud se: quia sicut ipse Christi est: ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis dn̄s in ædificationē, & non in destructionem uestram, nō erubescam. Vt autem non existimer tanquam terrere uos per epistolas, quoniamquidem epistolæ inquiunt graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma & sermo contemptibilis: hoc cogitet qui eiusmodi est: quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem nō in immensum gloriabimur, sed secundum mensurā regulæ qua mensus est nobis deus mensurā pertingendi usque ad uos. Non enim quasi non pertingentes ad uos, super extendimus nos. Vsque ad uos enim peruenimus in euangelio Christi, non in immensum gloriātes in alienis laboribus. Spem aūt habentes crescentis fidei uestræ in uobis magnificari secundū regulam nostram in abundantia: etiā in illa quæ ultra uos sunt euangelizare, nō in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Qui aūt gloriatur, in dn̄o glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat.

Ephe. 6. b

Infra. 13. b

CAPVT XI

VTinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Aemulor enim uos dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Timeo aūt ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus uestri, & excidāt simplicitate quæ est in Christo Iesu. Nam si is qui uenit alium Christum prædicat quem nō prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud euangelium quod non recepistis, recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse

Propter calumniatores suos recenset quantum laborarit in ædificatione euangelij, et id gratis.

fuisse eximijs apostolis. Cæterũ licet imperitus sim sermone, nõ tamen scientia. Verũ ubique manifesti fuimus in omnibus erga uos. Num illud peccaui, quod meipsum humiliatim, ut uos exaltaremini? quod gratuito euangelium dei prædicauerim uobis? Cæteras ecclesias deprędatus sum accepto ab illis stipẽdio, quo uobis inseruirẽ. Et cũ apud uos essem & egerẽ, non onerosus fui cuiquam. Nam quod mihi deerat, suppleuerũt fratres, qui uenerãt à Macedonia, & in omnibus sic me seruabã, ne cui essem onerosus, atque ita seruabo. est ueritas Christi in me, quod hæc gloriatio nõ interrumpetur contra me in regionibus Achaiæ, qua propter? an quod nõ diligã uos? Deus nouit. Verũ quod facio, idẽ & faciã, ut amputẽ occasionẽ ijs, qui cupiũt occasionẽ, ut in eo de quo gloriãtur, reperiãtur, queẽadmodũ & nos. Siquidẽ istiusmodi pseudapostoli, operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorũ Christi, atque haud mirũ, quãdoquidẽ ipse satanas transfiguratur in angelũ lucis. Nõ magnũ est igitur, si & ministri illius, personã in se transferũt quasi sint ministri iustitiæ, quorũ finis erit iuxta opa eorũ. Iterũ dico, ne quis me putet insipientẽ esse, alioquin etiã ut insipientẽ accipite me, ut paululũ quiddã & ego glorier. Quod dico, non dico secundũ dominũ, sed uelut per insipientiã, in hoc argumẽto gloriatiõis. Quãdoquidẽ multi gloriãtur secũdũ carnẽ, & ego gloriabor. Libẽter enim suffertis insipiẽtes, cũ sitis sapiẽtes. Suffertis enim, si quis uos in seruitutẽ adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis attollit sese, si quis uos in faciẽ cædit, iuxta cõtumeliã loquor, perinde quasi nos infirmi fuerimus: imò in quocunque audet aliquis, per insipientiã loquor, audeo & ego. Hebræi sunt, sum & ego. Israelitę sunt, sum & ego. Semen Abrahę sunt, sum & ego. Ministri Christi sunt, desipiẽs loquor, excellẽtius sum ego, in laboribus copiosius, in uerberibus supra modũ, in carceribus abundantius, in mortibus frequẽter. à Iudæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi. Ter uirgis cæsus fui, semel fui lapidatus: ter naufragiũ feci: noctẽ ac diem in profundo egi, in itineribus sæpe, in periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres, in labore & molestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore, & nuditate, præter

1. Cor. 9 b

Act. 20 c

Act. 16. 14. & 27

fecisse magnis apostolis. Nam & si imperitus sermone, sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum uobis. Aut nunquid peccatum feci meipsum humilians, ut uos exaltemini? Quoniam gratis Euangelium dei euangelizaui uobis: alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium uestrum. Et cum essem apud uos & egerem: nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui uenerunt de Macedonia, & in omnibus sine onere me uobis seruaui & seruabo. Est ueritas Christi in me: quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non diligo uos: Deus scit. Quod autem facio & faciam, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionẽ, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: Ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Non ergo est magnum si ministri eius transfigurentur uelut ministri iustitiæ, quorũ finis erit secundum opera ipsorũ. Iterum dico ne quis putet me insipientẽ esse. Alioquin uelut insipientem accipite me, ut & ego modicũ quid glorier. Quod loquor nõ loquor secũdũ deũ, sed quasi in insipientia in hac substantia gloriæ: quoniã multi gloriãtur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis uos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet, in insipientia dico audeo & ego. Hebræi sunt & ego. Israelitæ sunt & ego. Semen Abrahæ sunt & ego. Ministri Christi sunt & ego. Vt minus sapiens dico plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & ęrũna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. In frigore & nuditate: præter

B

C

D

præter ea quæ extrinsecus accidũt, incumbẽs mihi quotidiana cura omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur,& ego nõ infirmor? Quis offenditur,& ego non uror? Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ sunt,gloriabor. Deus & pater dñi nostri Iesu Christi,qui est laudandus in secula, nouit, quod nõ mentiar. In Damasci ciuitate, gẽtis præfectus noĩe Aretę regis excubias posuerat ĩ Damascenorũ urbe, cupiẽs me cõprehendere,ac p fenestrã in sporta demissus fui p mœnia, effugiq́ manus ei9.

A GLoriari sanè nõ expedit mihi, ueniã eñ ad uisiones & reuelationes dñi. Noui hominẽ in Christo ante annos quatuordecim, an in corpore nescio, an extra corpus,nescio, deus nouit,raptũ huiusmodi in tertiũ usq́ cœlum, & scio huiusmodi hominẽ, an in corpore,an extra corpus,nescio,deus nouit:raptum fuisse in paradisum, & audisse arcana uerba, quæ fas nõ sit homini loqui. Super huiusmodi homine gloriabor, de meipso uero nõ gloriabor,nisi sup infirmitatibus meis. Nã si uoluero gloriari,non ero insipiens, ueritatẽ enim dicã, sed parco *uobis*, ne quis de me cogitet,

B supra id quod uidet esse me, aut q̃d audit ex me. Et ne excellentia reuelationũ supra modũ efferrer, datus fuit mihi stimulus per carnem, nuncius satanæ, ut me colaphis cæderet, ne supra modũ efferrer. Super hoc ter dñm rogaui,ut discederet à me,& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea:nã uirtus mea per infirmitatem perficitur. Libentissime igitur gloriabor potius super infirmitatib. meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quamobrẽ placeo mihi in infirmitatibus,in cõtumeliis,in necessitatibus,in persecutionibus,in anxietatibus pro Christo.

C Cũ enim infirmus sum,tũc robustus sum. Factus sum insipiens gloriando. Vos me coegistis,nã ego debuerã à uobis cõmendari. Nulla enim in re inferior fui summis apostolis:tametsi nihil sum. Signa quidẽ apostoli peracta fuerũt inter uos cũ omni patientia & signis & prodigiis,& potentibus factis. Nã quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis, nisi q̃ ipse ego non fuerim uobis onerosus? Condonate mihi hanc iniuriã. Ecce tertio propensus animo sum,ut ueniã ad uos,nec ero uobis onerosus. Nõ eñ quæro quæ uestra sunt,sed uos. Non enim debẽt filii parẽtibus recõdere, sed filiis parẽtes. Ego uero libentissime impendã, & expendar pro animabus uestris, licet uberius uos

præter illa quæ intrinsecus sunt instantia mea, quotidiana sollicitudo omniũ ecclesiarũ. Quis infirmatur,& ego nõ infirmor? Quis scandalizatur,& ego nõ uror? Si gloriari oportet quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater dñi nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula quòd nõ mẽtior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehẽderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

Act. 9 d

CAPVT XII

SI gloriari oportet, nõ expedit quidem. Veniam autẽ ad uisiones & reuelationes dñi. Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpe, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum huiuscemodi usq́ ad tertiũ cœlũ. Et scio huiuscemodi hominẽ siue in corpore siue extra corpus, nescio, deus scit, quoniam raptus est in paradisum & audiuit arcana uerba quę non licet homini loqui. Pro huiuscemodi gloriabor:pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uoluero gloriari,non ero insipiens,ueritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet in me,aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui ut discederet à me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tũc potẽs sum. Factus sum insipiens, uos me coegistis. Ego enim à uobis debui cõmendari. Nihil eñ minus feci ab his qui sunt supra modũ apostoli. Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super uos in omni patientia, in signis & prodigiis & uirtutibus. Quid est eñ quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quod egoipse non grauaui uos? Donate mihi hãc iniuriã. Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, & non ero grauis uobis. Non enim quæro quæ uestra sunt sed uos. Nec eñ debẽt filii parẽtibus thesaurizare, sed parẽtes filiis. Ego autẽ libentissime impendã, & super impendar egoipse pro animabus uestris, licet plus uos

Quæ ipsi deus reuelauerit enumerat, citra ostentationem tamen.

Iob. 1 b

Deut. 5 d

Act. 20 e

Exod. 20 b

us uos diligens, minus diligar. Sed esto, ipse non grauaui uos, uerū cū essem astutus, dolo uos cepi. Nū per quenquā eorū quos misi ad uos, expilaui uos? Rogaui Titū, & unà cū illo misi fratrē. Num qd à uobis extorsit Titus? An non eodem spiritu ambulauimus? an nō ijsdem uestigijs? Rursum arbitramini, q nos uobis excusemus? In cōspectu dei, in Christo loquimur, sed omnia charissimi pro uestri ædificatione. Nam metuo, ne qua fiat, ut si uenero, nō quales uelim, reperiā uos, & ego reperiar uobis qualē nolitis, ne quomodo sint, contentiones, æmulatiōes, iræ, cōcertationes, obtrectationes, susurri, tumores, seditiones. Ne iterū ubi uenero, humilem faciat me deus meus apud uos, & lugeam multos eorū, qui ante peccauerūt, nec eos pœnituit immundiciæ libidinisq;, & impudicitiæ quam patrarunt.

Gal. 5 c

Obiurgat inobediētes, hortaturq; ut se ante suum aduentum emendent, ne peius audiant.

HIc tertius erit aduentus meus ad uos. In ore duorū testiū aut triū cōstituetur omne uerbū. Prædixi & prædico, ut præsens cum essem iterū, ita & absens nūc scribo ijs, q ante peccauerūt, & reliquis omnibus, quod si uenero denuo, non parcā. Quandoquidē experimentū quæritis in me loquentis Christi, qui erga uos nō est infirmus, sed potens est in uobis. Nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex uirtute dei. Siquidē & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus cū illo ex uirtute dei erga uos. Vosipsos tentate, nū sitis in fide. Vosipsos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, q Iesus in uobis est? Nisi sicubi reprobi estis. At spero uos cogituros, quod nos non simus reprobi. Opto aūt apud deum, ne quid mali faciatis, nō quo nos probati appareamus, sed ut uos, quod honestum est, faciatis, nos uero ueluti reprobi simus. Nō enim possumus quicq̃ aduersus ueritatē, sed pro ueritate. Gaudemus enim, cū nos infirmi fuerimus, uos aūt ualidi fueritis. Hoc aūt insuper optamus, uestrā integritatem. Propterea hæc absens scribo, ne cū pręsens fuero, rigidus sim iuxta potestatē, quā dedit mihi dn̄s in extructionē, & nō in destructionē. Quod superest fratres, ualete, integri estote, cōsolationē habete, unanimes sitis, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit uobiscum. Salutate uos mutuo sancto osculo. Salutāt uos sancti oēs. Gratia dn̄i Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunicatio spiritus sancti sit cū omnib. uobis, Amē.

Deut. 19 c

1. Cor. 11 d

Supra 10 c

plus uos diligens minus diligar. Sed esto: Ego uos nō grauaui, sed cū essem astutus dolo uos cepi. Nunqd p aliquē eorū quos misi ad uos, circūueni uos? Rogaui Titū, & misi cū illo fratrem. Nunquid Titus uos circūuenit? Nonne eodē spiritu ambulauimus? Nonne eisdē uestigijs? Olim putatis q excusemus nos apud uos. Corā deo in Christo loquimur. Omnia D aūt charissimi propter ædificationē uestrā. Timeo eñ ne forte cū uenero, non quales uolo inueniā uos, & ego inueniar à uobis qualē nō uultis, ne forte cōtentiōes, æmulatiōes, animositates, dissensiōes, detractiones, susurratiōes, inflatiōes, seditiōes sint inter uos. Ne iterū cū uenero humiliet me deus apud uos, & lugeā multos ex his qui ante peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiā super immūdicia & fornicatione, & impudicitia quā gesserūt. CAP. XIII

ECce tertio hoc uenio ad uos, ut in ore A duorū uel triū testiū stabit omne uerbū. Prædixi enim & prædico, ut præsens uobis & nūc absens his qui ante peccauerūt & cæteris omnibus, quoniā si uenero, iterū non parcam. An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in uobis nō infirmatur, sed potens est in uobis. Nā & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Nā & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus cū eo ex uirtute dei in uobis. Vosmetipsos tētate si estis in fide, ipsi uos probate. An nō cognoscitis uosB metipsos: qa Christus Iesus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero aūt quod cognoscitis, quia nos nō sumus reprobi. Oramus autē deum ut nihil mali faciatis, nō ut nos probati pareamus, sed ut uos quod bonū est faciatis. Nos autem ut reprobi simus. Non possumus enim aliquid aduersus ueritatē, sed pro ueritate. Gaudemus eñ quoniā nos infirmi sumus, uos aūt potentes estis. Hoc & oramus uestrā consummationē. Ideo enim hæc absens scribo, ut nō præsens durius agam secundum potestatem quam dn̄s dedit mihi in ædificationem & nō in destructionē. De cætero autem C fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini idipsum sapite. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis, Amen.

Ad Corinthios secunda. Missa fuit a Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam.

ad Paulam & Eustochium Prooemium.

ARgumentum epistolæ huius breuiter comprehendens: hac præfatione commoneo, ut sciatis eandem esse materiã & epistolæ Pauli ad Galatas: & quæ ad Romanos scripta est. Sed hoc differre inter utrunq, quod in illa altiori sensu & profundioribus usus est argumẽtis: hic quasi ad eos scribens de quibus in cõsequentibus ait: O insensati Galatæ, & sic insipiẽtes estis, tali se sermone moderatus est, quod increparet potius quàm doceret, & quẽ possent stulti intelligere, ut communes sententias, cõmuni oratione uestiret: & quos ratio suadere nõ poterat, reuocaret autoritas. Nullus quidem apostoli sermo est, uel per epistolã uel præsentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera deposita, & omnia illa quæ in typis & imaginibus præcesserũt: id est ociũ sabbati circũcisionis iniuriam: kalendarũ & trium per annũ solennitatũ recursus, scrupulositatẽ ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia euangelij subrepente cessasse: quam nõ sanguis uictimarũ, sed fides animæ credentis impleret. Verũ alibi pro parte, & ut se aliud agenti hæc quæstio obtulerat, ex latere disputatum est, & penè perstrictum. In his aũt duabus ut dixi epistolis, specialiter antiquæ legis cessatio & nouæ introductio cõtinetur. Sed ad Galatas hoc propriũ habet: quod non scribit ad eos qui ex Iudæis in Christũ crediderant, & paternas putabant ceremonias obseruandas, sed ad eos qui ex gentibus fidem euangelij receperant, & rursum retro lapsi, quorundam fuerant autoritate deterriti: asserentium Petrũ quoq & Iacobũ, & totas Iudææ ecclesias, euangeliũ Christi cum lege ueteri miscuisse. Ipsum etiã Paulum aliud in Iudæa facere, aliud nationibus prædicare, & frustra eos in crucifixũ credere si id negligendũ putarent, quod apostolorũ principes obseruarent. Quamobrem ita caute inter utrunq & medius incedit, ut nec euangelij prodat gratiã pressus pondere & auctoritate maiorũ, nec præcessoribus faciat iniuriã, dum assertor est gratiæ: oblique uero, & quasi per cuniculos latenter incedens, ut Petrum doceat pro cõmissa sibi circumcisionis plæbe facere, ne ab antiquo repentè uiuendi more desciscens, in crucem scandalizata non crederet: & sibi prædicatione gentiũ credita, æquum esse id pro ueritate defendere quod alius pro dispensatione simularet. Quod nequaquã intelligẽs Bataneotes & sceleratus ille Porphyrius, in primo operis sui aduersum nos libro: Petrũ à Paulo obiecit esse reprehensum, quod nõ recto pede incederet ad euangelizandum, uolens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis, & in cõmune ficti dogmatis accusare mendacium, dum inter se ecclesiarum principes discrepent. Quæ quidem & nunc orantibus uobis leuiter quo sensu sint dicta contingimus, & in suis locis plenius exequemur.

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

A

ERASMI VERSIO

PAVLVS apostolus, non ab hominibus, neq per hominẽ, sed per Iesum Christũ, ac deum patrem, qui suscitauit illũ ex mortuis, quiq mecum sunt oẽs fratres, ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo patre, & dño nostro Iesu Christo, q dedit seipsum ꝓ peccatis nostris, ut eriperet nos ex ꝓsenti seculo malo, iuxta uoluntatẽ dei & patris nostri, cui gloria in secula seculorũ, Amen. Miror q, à Christo, q uocauit nos ꝑ gratiã, adeo cito transferamini in aliud euangeliũ, q̃d non est aliud, nisi quod quidã sunt, q turbant uos, & uolũt inuertere euangeliũ Christi. Cæterum etiã si nos, aut angelus è cœlo prædica-

B

uerit uobis euangeliũ, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. Quemadmodum ante diximus, & nunc iterum dico: si quis uobis prędicauerit euangeliũ, præter id quod accepistis anathema sit. Nunc enim utrũ hominibus suadeo, an deo? aut quæro hominib. placere? Nã si hactenus hominib. placuissem Christi

VVLGATA EDITIO

PAVLVS apostolus non ab hominibus neq per hominẽ, sed ꝑ Iesum Christũ & deũ patrem, qui suscitauit eũ à mortuis, & q mecum sunt oẽs fratres ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo & patre nostro & à domino Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum uoluntatem dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorũ Amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo q uos uocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium, quod non est aliud nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangeliũ Christi. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis, præterq quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus & nũc iterũ dico: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerẽ, Christi

Increpat Galatas quod tã statim ab euangelio cœlitus dato resilierint, & indicat suam functionem.

Act. 15 c

1. Cor. 15 a

Christi seruus haud quaq̃ essem. Notũ aũt uobis facio fratres, euangeliũ quod prędicatũ est à me, nõ esse secundũ hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed p̃ reuelationẽ Iesu Christi. Audistis enim meã conuersationẽ quondã in Iudaismo, q̃ supra modũ persequebar ecclesiã dei, ac depopulabar illã, & proficiebã in Iudaismo supra multos æquales in genere meo, cũ uehementer essem studiosus à maioribus meis traditorũ institutorũ. Ast ubi deo, q̃ segregauerat me ab utero matris meæ, & uocauit per gratiã suã in hoc, ut reuelaret filiũ suũ per me, uisum est, ut prædicarẽ ipsum inter gentes, cõtinuo nõ contuli cũ carne & sanguine, neq; redij Hierosolymã, ad eos q̃ ante me fuerãt apostoli, sed abij in Arabiã, ac denuo reuersus sum Damascũ. Deinde post annos treis redij Hierosolymã, ut viderẽ Petrũ, & mansi apud illũ dies quindecim. Aliũ aũt ex apostolis nõ uidi quenquã nisi Iacobũ fratrem dñi. Porrò quæ scribo uobis, ecce corã deo, non mentior. Deinde ueni in regiones Syriæ Ciliciæq;. Eram autẽ ignotus iuxta faciem, ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. Sed tantũ hic rumor apud illos erat, qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam quondam expugnabat, & glorificabant in me deum.

Act. 2. 9. 22 *Phil. 3 a* *2. Cor. 11 d*

Recitat contentionem suã cũ Petro Hierosolimis habitam, & docet iustificationẽ non ex operibus sed fide esse. Act. 15. 16

DEinde post annos quatuordecim rursũ ascendi Hierosolymã unà cũ Barnaba, assumpto simul & Tito. Ascendi aũt iuxta reuelationem, & contuli cũ illis euangeliũ, quod prædico inter gentes, sed primatim cũ ijs qui erant in precio, ne quo modo in uanũ currerẽ, aut cucurrissem. Sed neq; Titus, q̃ mecũ erat, cum esset Græcus, cõpulsus fuit circũcidi, propter obiter ingressos falsos fratres, qui subintroierãt ad explorandũ libertatẽ nostrã, quã habemus in Christo Iesu, quo nos in seruitutem adigerẽt. Quibus ne ad tẽpus quidẽ cessimus p̃ subiectionẽ, ut ueritas euãgelij permaneret apud uos. Ab ijs aũt, qui uidebantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea refert. Personã hois deus nõ accipit. Nã mihi qui uidebantur esse in precio, nihil cõtulerũt. Imò cõtra, cũ uidissent, mihi concreditũ fuisse euangeliũ præputij, quemadmodũ Petro circumcisiõis. Nã q̃ efficax fuit in Petro ad apostolatũ circũcisionis, efficax fuit & in me erga gentes. Cũq; cognouissent gratiã mihi datã Iacobus & Cephas, & Ioannes qui uideban-

Act. 10 d *Rom. 2 b* *Ephe. 6 a*

tur

Christi seruus nõ essem. Notũ enim uobis facio fratres euangeliũ quod euangelizatũ est à me: quia nõ est secundũ hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed p̃ reuelationẽ Iesu Christi. Audistis enim cõuersationẽ meã aliquando in Iudaismo, quoniã supra modum persequebar ecclesiã dei, & expugnabã illam, & proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, C abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cum aũt placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiã suam ut reuelaret filiũ suum in me, ut euangelizarẽ illũ in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abij in Arabiã, & iterũ reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymã uidere Petrũ, & mansi apud eum diebus quindecim. Aliũ aũt apostolorũ uidi neminẽ, nisi Iacobũ fratrẽ dñi. D Quæ autẽ scribo uobis: ecce corã deo: quia nõ mẽtior. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Erã aũt ignotus facie ecclesijs Iudææ quę erãt in Christo. Tantum aũt auditũ habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquãdo, nũc euãgelizat fidẽ quã aliquãdo expugnabat, & in me clarificabant deum.

CAP. II

A DEinde post annos quatuordecim iterũ ascendi Hierosolymã cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi aũt secundũ reuelationẽ, & cõtuli cũ illis euangeliũ quod prædico in gentibus. Seorsum aũt his qui uidebantur aliquid esse, ne forte inuacuũ currerẽ aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis cõpulsus est circumcidi, sed p̃pter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatẽ nostrã q̃ habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutẽ redigerent, quibus neq; ad horã cessimus subiectioni, ut ueritas euãgelij p̃maneat apud uos. Ab his aũt qui uidebãtur esse aliquid, quales aliquãdo fuerint, nihil mea interest. Deus ẽm personã hominis non accipit: Mihi aũt qui uidebãtur esse aliquid, nihil cõtulerũt, sed econtra cũ uidissent quod creditũ est mihi euangelium pręputij sicut & Petro circũcisionis: Qui enim operatus est Petro in apostolatum circũcisionis, operatus est & mihi inter gẽtes. Et cum cognouissent gratiam quę data est mihi, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui uideban-

tur

tur esse columnę dextras dederũt mihi ac Barnabæ, societatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circuncisionem apostolatu fungeremur, tantum ut pauperum memores essemus. In quo B & diligens fui, ut hoc ipsum facerem. Cum aũt uenisset Petrus Antiochiã, palàm illi restiti, eo quod reprehensus esset. Nã antequã uenissent quidã à Iacobo, unà cũ gentibus sumebat cibũ. Cum aũt uenissent, subduxit ac separauit se ab illis, metuens eos qui erãt ex cicũcisione, ac simulabãt unà cũ illo cæteri quoq; Iudæi, adeo ut Barnabas simul abduceretur in illorũ simulationẽ. Verum ubi uidissem quod non recto pede incederent ad ueritatẽ euangelij, dixi Petro corã omnibus: Si tu, cũ sis Iu- C dæus, gentiliter uiuis, ac nõ Iudaice, cur gentes cogis Iudaissare? Nos natura Iudæi, & nõ ex gentibus peccatores: quoniã scimus non iustificari hominẽ ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christũ Iesum credidimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propterea q; nõ iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Quod si dũ quærimus iustificari p Christũ, reperimur & ipsi peccatores, nũ ergo Christus peccati minister est? Absit. Nã si quæ destruxi, eã rursũ ædifico, transgressorẽ meipsum cõstituo. Ego D enim per legẽ legi mortuus fui, ut deo uiuerẽ, una cũ Christo crucifixus sum. Viuo tamen, non iam ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem, quam nũc uiuo in carne, per fidẽ uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Nõ aspernor gratiã dei. Nã si p legẽ est iustitia, igit' Christus frustra mortuus est.

A O Stulti Galatę, quis uos fascinauit, ut nõ crederetis ueritati? quibus præ oculis Iesus Christus ante fuit depictus, inter uos crucifixus. Hoc solum cupio discere à uobis, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex prædicatione fidei? Adeo stulti estis, cũ spiritu cœperitis, nũc carne cõsummamini? Tam multa passi estis frustra, si tñ & frustra. Qui igit' subministrat uobis spiritũ, & operatur uirtutes in uobis, utrũ ex operibus legis, an ex prædicatione fidei id facit? Quemadmodũ Abrahã credidit deo, & imputatũ est illi ad iustitiã. Scitis igit', quod q ex fide sunt, ij sint filij Abrahæ. Præuidens aũt scriptura, quod ex fide iustificet gentes deus, prius rem lætam nunciauit Abrahæ: Benedicẽtur, inquiẽs, in te oẽs gentes. Itaq; qui ex fide sunt benedicũtur cum fideli Abraham

tur colũnæ esse, dextras dederũt mihi & Barnabę societatis, ut nos in gentes, ipsi aũt in circumcisionẽ, tantũ ut pauperũ memores essemus. Quod etiã sollicitus fui hocipsum facere. Cũ autẽ uenisset Cephas Antiochiã, in faciẽ ei restiti: qa reprehẽsibilis erat. Prius enim q̃ uenirent quidã à Iacobo, cũ gẽtibus edebat. Cum aũt uenissent, subtrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circũcisione erant, & simulationi eius cõsenserũt cæteri Iudæi: ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illã simulationem. Sed cũ uidissem q; nõ recte ambularẽt ad ueritatẽ euangelij, dixi Cephæ corã omnibus: Si tu cũ Iudæus sis, gentiliter uiuis & non Iudaice: quomodo gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & nõ ex gentibus peccatores. Sciẽtes aũt quod nõ iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus ut iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi iterũ hæc reædifico, prævaricatorẽ me cõstituo. Ego enim per legẽ legi mortuus sum ut deo uiuã: Christo cõfixus sum cruci. Viuo aũt iam nõ ego, uiuit uero in me Christus. Quod aũt nũc uiuo in carne: in fide uiuo filij dei: qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Non abijcio gratiam dei. Si enim per legem iustitia: ergo gratis Christus mortuus est. *Hierem. 31*

CAPVT III

O Insensati Galathæ qs uos fascinauit nõ obedire ueritati? Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in uobis crucifixus. Hoc solũ à uobis uolo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit uobis spiritũ, & operatur uirtutes in uobis ex operibus legis, an ex auditu fidei, sicut scriptum est? Abraã credidit deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Cognoscite ergo qa qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidẽs aũt scriptura: quia ex fide iustificat gẽtes deus: prænũciauit Abrahæ, quia benedicentur in te oẽs gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicẽtur cum fideli Abraam

Docet hic etiam, unde sit nostra iustitia. *Gen. 15 b* *Rom. 4 a* *Gene. 12, 22*

Abraham. Nam quotquot ex operibus legis sunt, execrationi sunt obnoxij. Scriptū est em̄: Execrabilis omnis, qui non manserit in omnibus, quę, scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quod aūt in lege nullus iustificetur apud deum, palā est. Siquidē iustus ex fide uiuet, lex autē nō est ex fide, sed qui fecerit ea homo, uiuet in ipsis. Christus nos redemit ab execratione legis, dū pro uobis factus est execratio. Scriptū est enim: Execrabilis oīs, q pendet in ligno, ut in gētes benedictio Abrahæ ueniret per Christū Iesum, ut promissionē spiritus acciperemus per fidē. Fratres, secundū hominē dico. Hominis licet testamentū, tamē si sit cōprobatū, nemo reijcit, aut addit aliqd. Porrò Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Nō dicit, & seminib. tanq̄ de multis, sed tanq̄ de uno, & in semine tuo, q est Christus. Hoc autē dico, testamentū ante cōprobatū à deo erga Christū, lex quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, nō facit irritū, ut abroget promissionē. Nā si ex lege est hęreditas, nō iam ex promissione. Atqui Abrahæ p̄ promissionē donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones addita fuit, donec ueniret semen, cui promissū fuerat, ordinata per angelos in manu intercessoris. Intercessor aūt unius nō est, at deus unus est. Lex igitur num est aduersus promissiōes dei? Absit. Etenim si data fuisset lex, quæ posit uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura oīa sub peccatū, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Cæterū antequā uenisset fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eam fidē, quæ erat reuelāda. Itaq; lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. At postq̄ uenit fides, non amplius sub pædagogo sumus. Omnes enim filij dei estis, eo q̄d credidistis Christo Iesu. Nam quicūq; baptizati estis, Christū induistis. Non est Iudæus, neq; Græcus. Nō est seruus, neq; liber. Nō est masculus, ac fœmina. Omnes em̄ uos unus estis in Christo Iesu. Quod si uos estis Christi, igitur Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem hæredes.

Deut. 27 c · *Abac. 2 a* · *Leuit. 18 a* · *Deut. 21 d* · *Gen. 15 e* · *Deut. 5*

DIco autē, quàm diu hæres puer est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usque ad tēpus, quod pater præscripserit. Sic & nos cū essemus pueri, sub elemētis mūdi eramus, in seruitutē adacti. At ubi uenit plenitudo tēporis

Legē in Christum tendere, per quem liberati ab ea simus, & de obseruatiōe temporū.

Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quę scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deū: manifestū est, quia iustus ex fide uiuit. Lex aūt nō est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū: quia scriptū est: Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationē spiritus accipiamus per fidē. Fratres, secūdum hominē dico: tñ hominis cōfirmatū testamentū nemo spernit aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiōes & semini eius: Nō dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus. Hoc aūt dico testamētū cōfirmatū à deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritū facit ad euacuandā promissionē. Nam si ex lege hæreditas: iam nō ex promissione. Abrahæ autē per repromissionē donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionē posita est, donec ueniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator aūt unius non est: deus autē unus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius aūt q̄ ueniret fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eā fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides: iam nō sumus sub pædagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Quicūq; enim in Christo Iesu baptizati estis, Christū induistis. Nō est Iudęus neq; Græcus, nō est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Si autē uos Christi, ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem hæredes.

B · C · D

CAPVT IIII

DIco aūt: Quanto tēpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruiētes: At ubi uenit plenitudo temporis

A

poris, emisit deus filiũ suũ, factũ ex muliere,
factũ legi obnoxiũ,ut eos q legi erãt obnoxij,
redimeret,ut adoptiõe ius filiorũ acciperem9.
Quoniã autẽ estis filij, emisit deus spiritũ filij
sui in corda nostra, clamãtẽ,abba pater.Itaq;
iam non es seruus, sed filius, quod si filius, &
hæres dei per Christũ.Sed tum quidem cum
ignoraretis deũ,seruiebatis ijs,qui natura non
sunt dij. At nũc postea quã cognouistis deũ,
B quin potius cogniti estis à deo, quomodo cõ-
uertimini denuo ad infirma & egena elemen-
ta,quibus iterũ ab integro seruire uultis? Dies
obseruatis,& menses,& tẽpora,& annos.Me
tuo de uobis,ne frustra laborauerim erga uos.
Estote,ut ego sum:quandoquidẽ & ego sum,
ut uos:fratres rogo uos. Nihil me læsistis.No
stis,ꝗ per infirmitatẽ carnis euangelizauerim
uobis prius,&experimentũ mei,qd erat in car
ne mea,nõ estis aspernati, neq; respuistis, sed
me uelut angelũ dei suscepistis,uelut Christũ
Iesum.quæ est igitur beatitudo uestra? Testi
moniũ enim reddo uobis,quod si fieri potuis-
C set,oculos uestros effossos dedissetis mihi.Igi
tur inimicus factus sum uobis,uera loquendo
uobis? Ambiũt uos non bene,imò excludere
uos uolunt,ut ipsos æmulemini.Bonũ aũt est
æmulari in re bona semper,& nõ solũ cũ præ-
sens sum apud uos filioli mei,quos iterũ partu
rio,donec formetur Christus in uobis. Vellẽ
aũt adesse apud uos nũc,& mutare uocẽ meã,
quoniã cõsilij inops sum in uobis. Dicite mihi
qui sub lege uultis esse,legẽ ipsam nõ auditis?
Scriptũ est em̃,quod Abraã duos filios habe
bat,unũ ex ancilla,& unũ ex libera. Verũ is q
ex ancilla natus est,secundũ carnẽ natus est:q
uero ex libera,p repmissionẽ:quæ p allegoriã
D dicũtur. Nã hæc sunt duo testamẽta,unũ qui-
dem à monte Sina, in seruitutẽ generãs, q est
Agar.Nã Agar,Sina mons est in Arabia,cõ-
finis est aũt ei,quæ nũc uocat Hierusalẽ:seruit
aũt cũ filijs suis.At quæ sursum est Hierusalẽ,
libera est,quę est mater omniũ nostrum.Scri-
ptũ est em̃:Lætare sterilis,quę nõ paris,erum
pe & clama quæ nõ parturis: quoniã multi li-
beri desertę, magis quàm eius quę habet uirũ.
Nos aũt fratres secundũ Isaac promissionis fi
lij sumus.Sed quẽadmodũ tũc is qui secundũ
carnẽ natus erat psequebatur eũ, q natus erat
secũdũ spiritũ,ita &nũc.At qd dicit scriptura?
Eijce ancillam & filiũ illius,nõ enim hæres erit
filius

poris, misit deus filiũ suum factũ ex muliere,
factum sub lege,ut eos qui sub lege erant redi
meret, ut adoptionem filiorum reciperemus.
Quoniam autem estis filij dei,misit deus spiri
tum filij sui in corda uestra clamantem, abba
pater.Itaq; iam non est seruus,sed filius:quod
si filius & hæres per deum. Sed tunc quidem
ignorantes deum his qui natura non sunt dij,
seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis de
um, imò cogniti sitis à deo, quomodo con-
uertimini iterũ ad infirma & egena elementa,
quibus denuo seruire uultis? Dies obseruatis
& menses,& tẽpora,& annos: Timeo ne forte
sine causa laborauerim in uobis. Estote sicut
ego,quia & ego sicut uos.Fratres obsecro uos
nihil me læsistis. Scitis aũt quia per infirmita-
tem carnis euangelizaui uobis iampridem, &
tentationẽ uestrã in carne mea non spreuistis,
neq; respuistis, sed sicut angelũ dei excepistis
Malach.2
me sicut Christũ Iesum. Vbi est ergo beatitu
do uestra? Testimoniũ enim perhibeo uobis
quia si fieri potuisset oculos uestros eruissetis,
& dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis factus
sum:uerũ dicens uobis? Aemulantur uos non
bene,sed excludere uos uolunt,ut illos æmu-
lemini. Bonum autem æmulamini in bono
semper & non tantũ cum præsens sum apud
uos. Filioli mei quos iterum parturio, donec
formetur Christus in uobis. Vellem autẽ esse
apud uos modo & mutare uocem meã, quo-
niam confundor in uobis. Dicite mihi qui sub
lege uultis esse? Legem nõ legistis: Scriptum
est enim: quoniam Abraam duos filios ha-
buit,unum de ancilla,& unum de libera. Sed
qui de ancilla,secundum carnẽ natus est: qui
autem de libera per repromissionẽ, quæ sunt
per allegoriã dicta. Hæc enim sunt duo testa-
menta:unũ quidem in monte Sina,in seruitu-
tem generãs,quę est Agar. Sina enim mõs est
in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nunc est
Hierusalem,& seruit cũ filijs suis. Illa aũt quæ
sursum est Hierusalẽ,libera est,quæ est mater
Apoc.21.a
nostra,sicut scriptũ est: Lætare sterilis quæ nõ
Esa.54.a
paris: erumpe & clama quæ nõ parturis:quia
multi filij desertę magis ꝙ ei9 quę habet uirũ.
Nos aũt fratres secundũ Isaac ꝓmissionis filij
sumus. Sed quomodo tũc is qui secundũ car-
Gene.21.b
nẽ natus fuerat persequebatur eũ q secundũ
spiritum:ita & nunc. Sed quid dicit scriptura?
Eijce ancillã & filiũ eius: Non enim hæres erit
filius

filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

De usu libertatis Christianæ, & charitate: deq; carne & spiritu.

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico uobis: quod si circumcidamini, Christus nihil uobis proderit. Contestor autem omnē hominem qui circūciditur, quod debitor est totius legis seruandæ. Christus uobis factus est ociosus, quicunque per legē iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio quicquam ualet, neq; præputiū, sed fides per dilectionem operans. Currebatis bene, quis uos impediuit, ut non crederetis ueritati? Nempe persuasio non ex eo profecta, qui uocat uos. Paulum fermēti totā conspersionem fermentat. Ego cōfido de uobis in dño, quod nihil aliud sensuri sitis. Cæterū qui conturbat uos, portabit iudiciū, quisquis fuerit. Ego aūt fratres, si circumcisionē adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Abolitum est igitur offendiculum crucis. Vtinam & abscindantur qui uos labefactāt. Vos enim in libertatem uocati fuistis fratres, tantum ne libertatem in occasionē detis carni, sed per charitatē seruite uobis inuicē. Nam tota lex in uno uerbo completur, nempe hoc: Diliges proximū tuum ut teipsum. Quod si alius aliū uicissim mordetis, & deuoratis, uidete ne uicissim alius ab alio consumamini. Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscentiā carnis nō perficietis. Nam caro cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus aūt aduersus carnem. Hæc aūt inter se mutuo aduersantur, ut nō quæcunq; uolueritis eadē faciatis. Quod si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Porrò manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulteriū, scortatio, immūdicia, lasciuia, simulacrorū cultus, ueneficium, inimicitię, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, de quibus prædico uobis, quemadmodum & prædixi, quod qui talia agunt, regni dei hæredes non erunt. Contra, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperātia. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui uero sunt Christi, carnē crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.

Infra. 6 b — *Matth. 16 b* — *1. Cor. 15 a* — *Hierem. 23 d* — *1. Tim. 5 c* — *Ephe. 5. b*

Si uiuimus

filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres nō sumus ancillę filij, sed liberę: qua libertate nos Christus liberauit. CAP. V

STate & nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam si circūcidamini: Christus uobis nihil proderit. Testificor autē rursus omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est uniuersę legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neq; circūcisio aliqd ualet neq; præputiū, sed fides quæ per charitatē operatur. Currebatis bene, qs uos impediuit ueritati nō obedire? Nemini cōsenseritis. Persuasio hæc non est ex eo qui uocat uos. Modicū fermentum, totā massam corrumpit. Ego confido in uobis in dño, quod, nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos, portabit iudicium quicunq; est ille. Ego autem fratres si circūcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis? Vtinam abscindantur qui uos conturbant. Vos enim in libertatem uocati estis fratres: tantū ne libertatem in occasionē detis carnis: sed per charitatē spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis: uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut nō quæcunque uultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt aūt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ, rixę, dissensiōes, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei nō consequentur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerūt cum uitijs & concupiscentijs.

A B C D

CAPVT VI

Si spiritu

A SI uiuimus spiritu, spiritu & incedamus. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē nos prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres etiā si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mā̄suetudinis, cō̄siderans temetipsum, ne & tu tenteris. Inuicem alij aliorū onera portate: & sic complete legē Christi. Nam si quis sibi uidetur aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animū. B Opus autē suum probet unusquisq;, & tunc in semetipso tātum gloriationē habebit, & nō in alio. Vnusquisq; enim propriā sarcinā baiulabit. Cōmunicet aūt qui catechizatur sermōe, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Ne erretis, deus non irridetur. Quicquid e͂m seminauerit homo, hoc & metet. Nā qui seminat per carnē suā, de carne metet corruptionē: sed qui seminat per spiritum, de spiritu metet uitam æternā. Bonum autem faciē do ne defatigemur. C Tempore enim suo metemus nō defatigati. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum: tum erga omnes, tū uero maxime erga domesticos fidei. Videtis quanta uobis epistola scripserim mea manu. Quicunq; uolunt iuxta faciē placere in carne, ij cogunt uos circūcidi, tantum, ne ob crucem Christi persecutionē patiantur. Nā qui circūciduntur, ne ipsi quidem legem seruāt: sed uolunt uos circuncidi, D ut in uestra carne glorientur. Ego uero, absit, ut glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Nā in Christo Iesu neq; circuncisio quicquā ualet, neq; præputiū, sed noua creatura. Et quicunq; iuxta regulā hāc incedūt, pax sup eos & misericordia, & sup Israelē dei. De cætero ne qs mihi molestias exhibeat. Ego enim stigmata dn̄i Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

SI spiritu uiuimus: spiritu & ambulemus. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicē inuidentes. Fratres & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto: uos qui spirituales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis: cō̄siderans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legē Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque & sic in semetipso tantum gloriā habebit: & nō in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit. Cōmunicet aūt is qui catechizatur uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus nō irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniā qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui aūt seminat in spiritu: de spiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes nō deficiamus: tempore enim suo metemus nō deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quicunq; enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos circuncidi, tantum ut crucis Christi persecutionem nō patiantur. Neque enim qui circunciduntur legem custodiunt: sed uolunt uos circuncidi, ut in carne uestra glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, & super Israel dei. De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

Exhortatio ad dilectionē mutuā, et mortificationem carnis

Ioan. 13 b

Roma. 14 b

FINIS.

Ad Galatas missa fuit e Roma.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD EPHESIOS AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROOEMIVM.

SI quicquam eſt Paula & Euſtochium, quod in hac uita ſapientem uirum teneat, & inter preſſuras & turbines mundi æquo animo manere perſuadeat: id eſſe uel primũ reor, meditationẽ & ſcientiam ſcripturarũ. Cum enim à cæteris animantibus hoc uel maxime differamus, quod rationale animal ſumus, & loqui poſſumus: Ratio autem omnis & ſermo, diuinis libris continetur: per quos & deum diſcimus: & quare creati ſumus, non ignoramus: miror quoſdã extitiſſe qui aut ipſi ſe inertiæ & ſomno dantes, nolint quæ præclara ſunt diſcere: aut cæteros qui id ſtudij habent reprehendendos putent. Quibus cum poſſim diſtrictius reſpondere: & breuiter eos uel offenſos dimittere uel placatos, multò eſſe melius ſcripturas legere quàm augendis & cumulandis opibus inhiare: Illud dicam, quod uel apud iniquiſſimum iudicem obtineam: placere mihi ocium meum: & ſolitudinẽ omni celebritate iucundiorem uideri. Et quomodo ego non reprehendo, non damno quod faciunt: ita illos ineptias meas mihi debere cõcedere. Parum eloquens ſum, quid ad te? diſertiorẽ lege. Non digne græca in latinum transfero: Aut græcos lege, ſi eiuſdẽ linguæ habes ſcientiã: aut ſi tantũ latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & ut uulgare prouerbium eſt: Equi dentes inſpicere donati. Nunquid te manu conſerta in ius traho, quia noſtra non ſcribas? Me imperitior quiſq; lecturus eſt: tua forſitan dicta ſi ſcripſeris, Tullius admirabitur. Nunquid aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianũ: aut Cyprianus Lactantiũ, aut Lactantius Hilarium deterruit à ſcribẽdo? Taceo de cæteris minutalibus qui mecum in libris ſuis garriunt. Niſi & parua fuerint, magna eminere nõ poſſunt. Primum non dicitur, niſi ſecundũ ſequatur & tertium. Ad ſumma non ſcandimus, niſi per ima gradiamur. Quamobrem obſecro tam uos quæ in præſentiarũ eſtis, quàm ſanctam Marcellã unicũ uiduitatis exemplar, ne facile maledicis & inuidis opuſcula mea tradatis, neq; detis ſanctũ canibus, & margaritas mittatis ante porcos. Qui cum bona imitari non queant, quod ſolũ facere poſſunt inuident: & in eo ſe doctos eruditosq; arbitrantur, ſi de alijs detrahant: Quibus obſecro reſpondeatis ut figant ipſi ſtilum: tria ut dicitur uerba cõiungant: ſudent paululum: experiãtur ſemetipſos: & ex labore proprio diſcant ignoſcere laborantibus. Scitis enim & ipſæ quod ad hoc me explanationũ opus, inuitum & retrectantem compuleritis. Non quo ab adoleſcentia, aut legere unquam, aut doctos uiros ea quæ neſciebam interrogare ceſſauerim, & meipſum tantũ (ut pleriq;) habuerim magiſtrũ. Deniq; nuper ob hanc uel maxime cauſam Alexandriã perrexi, ut uiderem Didymum, & ab eo in ſcripturis omnibus quæ habebam dubia ſciſcitarer. Sed cum aliud ſit proprios libros componere: uerbi gratia, de auaritia, & de fide, de uirginitate, uiduis: & ſuper unaquaq; materia teſtimonijs ſcripturarum hinc inde quæſitis, eloquentiam iungere ſecularem, & pene in cõmunibus locis, pompaticum iactare ſermonem: Aliud in ſenſum prophetæ & apoſtoli ingredi, intelligere cur ſcripſerint, qua ſententiã ſuam ratione firmauerint, quid habeant in ueteri lege propriũ, Idumæi, Moabitæ, Ammanitæ, Tyrij, Philiſtijm, Ægyptij & Aſſyrij. Quid rurſum in nouo teſtamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenſes, Theſſalonicẽſes, Hebræi, Coloſſenſes: & quã nunc ad Epheſios epiſtolã habemus in manibus. Neceſſe eſt enim ut iuxta diuerſitates locorum & temporũ, & hominum quibus ſcriptæ ſunt, diuerſas & cauſas & argumenta & origines habeãt. Et quomodo beatus Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, in unaquaq; earum ſpecialia uel uitia reprehẽdit uel uirtutes probat: ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias uulneribus medetur illatis, nec ad inſtar imperiti medici uno collyrio omnium oculos uult curare. Et quia iam ad Galatas orantibus uobis ante paucos dies quid nobis uideretur, expreſſimus: nunc ad Epheſios tranſeundũ eſt, mediã apoſtoli epiſtolã, ut ordine ita & ſenſibus. Mediam autem dico, non quo primas ſequens, extremis maior ſit, ſed quomodo cor animalis in medio eſt: ut ex hoc intelligatis quãtis difficultatibus, & quàm profundis quæſtionibus inuoluta ſit. Scribebat ad Epheſios Dianam colentes, non hanc uenatricẽ quæ arcum tenet atq; ſuccincta eſt, ſed illam multimammiam quam Græci πολύμαστον uocant, ut ſcilicet ex ipſa quoq; effigie, mentirentur omnium eam beſtiarũ & uiuentium eſſe nutricem. Scribebat autẽ ad metropolim Aſiæ ciuitatem, in qua ita idololatria, & quod ſemper idololatriam ſequitur artium magicarum præſtigiæ uiguerant, ut Demetrius diceret & magnæ deæ templum Dianæ in nihilũ reputabitur, deſtruetur quoq; magnitudo eius, quam cuncta Aſia & uniuerſus orbis colit. Deniq; triennio ibi Apoſtolus moratus eſt, nocte & die dei euangeliũ prædicans, ut idololatriæ arce deſtructa, facile minorũ urbium templa caperentur. Hoc ipſum ſcriptura refert quomodo Paulus ad Epheſios ſermocinetur, dicẽs: Quapropter uigilate, recordantes quia triennio nocte ac die non ceſſaui cum lachrymis monere unũquenq; ueſtrum, & nunc cõmendo uos deo & uerbo gratiæ eius, qui potens eſt ædificare & dare uobis hæreditatem in ſanctificatis omnibus. Indigebant enim commendatione Apoſtoli ad deum, quos tanto tempore dæmonum error tenuerat, & ſciebãt eſſe ſpiritales aliquas poteſtates, & in extis atq; augurijs & diuinationibus quandam ſimilitudinem diuinitatis agnouerant. Vnde rurſum ad eos loquitur: Propter quod cõteſtor uos in die hac, quia mundus ſum ego a ſanguine omnium. Non enim ſubtraxi quominus annunciarem uobis omnem uoluntatẽ dei. Et in alio loco: Quomodo nihil ſubtraxerim eorum

quæ

quæ uobis proderant, quin annunciarẽ & docerẽ publicè & domesticè. Legerant in Ezechiele quod speculator qui populo hostiũ non prædixisset aduentũ, sanguis ciuium exigeretur de manibus eius, & propterea omnem se uoluntatem dei & uniuersa quæ illis utilia forent annunciasse memorauit, ut liber esset à sanguine eorum. Vt autẽ sciatis eos qui in Epheso crediderant, dæmoniacis præstigijs & magicæ fuisse artibus obligatos, in eisdem apostolorum actibus replicatur & dicitur: Plurimi quoqꝫ eorum qui curiosa gesserant, cõportantes libros, combusserunt coram omnibus, & computauerunt precium eorum, & inuenerunt argenti quinquaginta millia, sic potenter uerbũ domini crescebat & confortabatur. Hæc idcirco uniuersa replicauimus, ut ostenderemus quare Apostolus in hac uel potissimũ epistola obscuros sensus & ignota seculis sacramẽta cõgesserit, & de sanctarũ contrariarumqꝫ uirtutum docuerit potestate qui sunt dæmones, quid ualeant, quid ante fuerint, & quomodo post aduentum Christi sunt diruti atqꝫ destrũcti. De quibus ait: Nõ est nobis pugna aduersum carnem & sanguinem, sed aduersum principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarũ istarum, aduersum spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et in alio loco: Permanebo aũt Ephesi usqꝫ ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & efficax, sed aduersarij multi. Permansit autem Ephesi usqꝫ ad pentecosten, tempus lætitiæ atqꝫ uictoriæ, quo non flectimus genua, nec curuamur in terrã, sed cum domino resurgentes ad cœlorũ alta sustollimur. Et permansit, quia apertũ ei erat ostium, & non ostium modicum sed magnum: ut uincto forti atqꝫ superato, domũ eius inuaderet, spoliaret, euerteret, & captiuam duceret captiuitatem, qui satellitũ suorum agminibus congregatis, tota cõtra Apostolũ acie dimicauit, & uictus est. Qui sint autem Ephesij, & hinc uel maxime cõprobatur, quod sicut Ioannes mysterium natiuitatis antiquæ domini relaturus in pectus eius recubuit, & de purissimo fonte hausit riuulum doctrinarum: ita & hi in abeuntis Pauli collum ruentes, osculis atqꝫ complexibus suis indicauerunt unũ se cum eo scientiæ habere thesaurũ, & magistri desyderiũ lachrymis cõtestati sunt.

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS

ERASMI VERSIO.

A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, sanctis qui agunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedict⁹ deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictiõe spirituali in cœlestib⁹ Christo. Quẽadmodũ elegit nos in ipso, anteqꝫ iacerentur fundamẽta mũdi, ut essemus sancti & irreprehensibiles corã illo per charitatẽ: qui prædestinauit nos, ut adoptaret in filios ꝑ Iesum Christũ in sese, iuxta beneplacitũ uoluntatis suę, ut B laudetur gloria gratiæ suæ, qua charos reddidit nos per dilectũ. Per quẽ habemus redemptionẽ per sanguinẽ ipsius, remissionẽ peccatorũ, iuxta diuitias gratiæ suæ, de qua ubertim nobis impartiuit in omni sapiẽtia & prudẽtia, patefacto nobis arcano uoluntatis suæ, iuxta beneplacitũ suũ, qđ ꝓposuerat in seipso, usqꝫ ad dispensationem plenitudinis temporũ, ut summatim instauraret omnia per Christũ, & quæ in cœlis sunt & quæ in terra per eundem, per

VVLGATA EDITIO.

PAVLVS apostolus Iesu Christi, per uolũtatem dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi: & fidelibus omnibus in Christo Iesu. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictiõe spirituali, in cœlestibus in Christo: Scut elegit nos in ipso ante mũdi cõstitutionẽ: ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorũ per Iesum Christũ in ipsum secundũ propositũ uoluntatis suæ in laudẽ gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in q̃ habemus redemptionẽ, per sanguinẽ eius in remissionẽ peccatorũ, secundũ diuitias gratiæ eius: quę superabundauit in nobis in omni sapientia & prudẽtia: ut notum faceret nobis sacramentũ uoluntatis suæ, secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso.

De immensa gratia dei, ꝑ Christũ nobis exhibita, quis sit Christus, & quid per eum simus assequuti

Matth. 3. 17

per quem & in sortem asciti sumus, prædesti/nati secundum propositũ ipsius, cuius ui fiunt uniuersa, iuxta decretum uoluntatis ipsius, ut simus nos in laudẽ glorię illius, qui priores spe rauimus in Christo, in quo speratis & uos, au dito uerbo ueritatis, Euangelio salutis uestræ, in quo etiam posteaquam credidistis obsigna ti estis spiritu promissionis sancto, qui est ar/rabo hæreditatis nostræ, in redemptionem ac quisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Quapropter & ego cum audissem eam quæ in uobis est fidẽ in domino Iesu, & charitatem in omnes sanctos, non desino gratias agere ꝑ uobis, mentionem uestri faciens in precibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi, pa/ter gloriæ det uobis spiritũ sapientiæ & reuela tiõis, per agnitionẽ sui, illuminatos oculos mẽ tis uestræ, ut sciatis quæ sit spes ad quã ille uo/cauit, & ꝗ̃ opulenta gloria hęreditatis illius in sanctis, & quæ sit excellens magnitudo poten tiæ illius in nos, qui credimus secundũ effica/ciã roboris fortitudinis eius quam exercuit in Christo, cum suscitaret eum ex mortuis, & se dere fecit ad dexteram suam in cœlestibus, su pra omnẽ principatũ ac potestatẽ, & uirtutẽ, & dominium, & omne nomen quod nomina/tur, nõ solum in seculo hoc, uerumetiam in fu/turo. Et omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput super omnia ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Psal. 8 b

Quales ante acceptũ Euangelium fuerimus, & quod per Christum patefactus sit nobis aditus ad deum

ET uos cum essetis mortui delictis ac pec/catis, in quibus aliquãdo ambulastis iu/xta seculũ mũdi huius, iuxta principẽ, cui po/testas est aeris, & spiritus, nunc agentis in fi/lijs cõtumacibus, inter quos & nos omnes cõ/uersabamur aliquando in concupiscentijs car nis nostræ, facientes quæ carni ac menti libe/bant, & eramus natura filij irę, quemadmodũ & cæteri. Sed deus qui diues est in misericor/dia propter multam charitatẽ suam, quã dile/xit nos etiã cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos unà cum Christo: per gra/tiam estis seruati, simulq́ꝫ cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes, in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis superue/nientibus eminentem opulentiam gratiæ suæ, benignitate erga nos per Christum Iesum. Gratia enim estis seruati per fidem, idq́ꝫ non ex uobis. Dei donum est, non ex operibus, ne quis

Esa. 25 b

In quo etiam nos sorte uocati sumus, prædes/stinati secundum propositum eius qui opera/tur omnia secundum consiliũ uoluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante speraumus in Christo. In quo & uos cum au/dissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestræ: in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto: qui est pignus hæredita/tis nostræ in redemptionẽ acquisitionis in lau/dem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem uestram, quę est in Christo Iesu, & dile ctionem in omnes sanctos: non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciẽs in o/rationibus meis: ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det uobis spiritum sapiẽ tię & reuelationis in agnitionem eius, illumina tos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæredi/tatis eius in sanctis. Et quæ sit superueniẽs ma gnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus secũ dum operationem potentiæ uirtutis eius, quã operatus est in Christo Iesu, suscitans illum à mortuis: & constituens ad dexteram suã in cœlestibus, super omnem principatum & po/testatẽ & uirtutem & dominationem: & omne nomen quod nominatur: non solum in hoc se culo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ipsum dedit caput super om/nem ecclesiam: quæ est corpus ipsius & pleni/tudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

C

D

CAPVT II

ET uos conuiuificauit cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus ali/quando ambulastis secundum sæculum mun di huius secũdum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffi/dentiæ: in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filij iræ sicut & cæteri. De/us autem qui diues est in misericordia, pro/pter nimiam charitatem suam qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis, conuiuifica/uit nos in Christo: cuius gratia estis saluati: & conresuscitauit & cõsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu: ut ostenderet in sæculis super uenientibus abundantes diuitias gratię suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia e/nim estis saluati per fidem: & hoc non ex uo/bis. Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne

A

B

ne quis glorietur. Nam ipsius sumus opus, cō/
diti in Christo Iesu ad opera bona, quæ præ/
parauit deus, ut in eis ambularemus. Quapro
pter mementote, quod uos quondam gentes
in carne, uocabamini præputium, ab ea quæ
C uocatur circuncisio in carne, quæ circuncisio
manibus fit: quod inquā eratis in tempore illo
sine Christo, abalienati à re publica Israelis, &
extranei à testamentis promissionis, spem nō
habentes, deoq; carentes in mundo. Nunc au
tem per Christum Iesum uos, qui quondam
eratis longinqui, propinqui facti estis per san
guinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui
fecit ex utrisq; unum, & interstitium maceriæ
diruit, simultatem per carnem suam, legē man
datorū in decretis sitam abrogans, ut duos cō
D deret in semetipso in unum nouum hominē,
faciens pacē: & ut reconciliaret ambos in uno
corpore deo per crucem, perempta inimicitia
per eā: & ueniens euangelizauit pacem uobis,
qui procul aberatis, & ijs qui prope. Quoniā
aūt per illum habemus aditū utriq; in uno spi
ritu ad patrē. Iam igitur non estis hospites &
incolæ, sed cōciues sanctorū ac domestici dei,
superstructi super fundamentum apostolorū
ac prophetarum, summo angulari lapide ipso
Iesu Christo, in quo quæcunque structura
coagmētatur, ea crescit in templum sanctum
in domino, in quo & uos coędificamini in ha/
bitaculum dei per spiritum.

A HVius rei gratia ego Paulus uinctus sum
Christi Iesu pro uobis gentibus. Siqui/
dem audistis dispensationem gratiæ dei, quæ
data est mihi in uos, quod secundū reuelatio/
nē notum mihi fecit mysterium, quemadmo/
dum ante scripsi paucis, ex quibus potestis le/
gentes intelligere cognitionē meam in myste/
rio Christi, quod in alijs ætatibus nō innotuit
filijs hominū, quemadmodū nunc reuelatum
est sanctis apostolis eius & prophetis per spi/
ritum, ut sint gentes cohæredes, & eiusdē cor/
B poris, cōsortesq; promissiōis eius in Christo,
per euangeliū, cuius factus sum minister secū/
dū donū gratiæ dei, q̄d datū est mihi secundū
efficaciā potētię illius. Mihi minimo omnium
sanctorū data est gratia hæc, ut inter gētes e/
uangelizē imperuestigabiles diuitias Christi,
& in lucē proferā omnibus, quæ sit cōmunio
mysterij, quod erat abscōditū à seculis in deo,
qui uniuersa cōdidit per Iesum Christū, ut no
ta fiat

ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factu
ra creati in Christo Iesu in operib9 bonis: quę
præparauit deus ut in illis ambulemus. Pro/
pter quod memores estote, quod aliquando
uos qui gentes eratis in carne: qui dicebami/
ni præputium ab ea quæ dicitur circūcisio in
carne manufacta: qui eratis illo in tempore
sine Christo, alienati à conuersione Israel: &
hospites testamentorum, promissionis spem
non habētes, & sine deo in hoc mūdo. Nunc
autem in Christo Iesu uos qui aliquando e/
ratis longe: facti estis prope in sanguine Chri/
sti. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq;
in unum: & medium parietem maceriæ sol/ *Esaie 9 b*
uens inimicitias in carne sua: legem mandato/
rum decretis euacuans, ut duos condat in se/
metipso in uno nouo homine faciens pacem:
ut reconciliet ambos in uno corpore deo: per
crucem interficiens inimicitias in semetipso: &
ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe
fuistis: & pacem his qui prope: quoniam per
ipsum habemus accessum ambo in uno spiri/
tu ad patrem. Ergo iam non estis hospites &
aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domesti
ci dei, superædificati super fundamētum apo/
stolorum & prophetarum ipso summo angu
lari lapide Christo Iesu: in quo omnis ædifica
tio constructa, crescit in templum sanctum in
domino. In quo & uos coædificamini in taber
naculum dei in spiritu sancto. CAP. III

De uocatione gentiū, quas ad cōstantiam in aduersis incitat

HVius rei gratia ego Paulus uinctus
Christi Iesu pro uobis gentibus: si ta/
men audistis dispensationem gratiæ dei, quæ
data est mihi in uobis: quoniam secundum
reuelationem notum factum mihi est sacra/
mentum: sicut supra scripsi in breui: prout po/ *Gal. 1 b*
testis legentes intelligere prudentiam meam
in ministerio Christi: quod alijs generationi/
bus non est agnitum filijs hominum: sicuti
nunc reuelatū est sanctis apostolis eius & pro
phetis in spiritu: esse gentes cohæredes & con
corporales & comparticipes promissionis in
Christo Iesu per euāgelium: cuius factus sum
ego minister secundum donum gratiæ dei
quæ data est mihi secundum operationē uir/
tutis eius. Mihi ēm omnium sanctorum mini *1. Cor. 15 d*
mo data est gratia hæc in gētibus euangeliza
re inuestigabiles diuitias Christi: & illumina/
re omnes, quæ sit dispensatio sacramenti ab/
scōditi à seculis in deo qui omnia creauit: ut in/
notescat

ta fiat nunc principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiā, uehementer uaria sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ est per fidem illius. Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro uobis tolero, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis à cōmuni patre cognatio in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis iuxta diuitias gloriæ suæ, ut fortitudine corroboremini per spiritū suū, in internum hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris, fixis in charitate radicibus, & fundamento iacto: ut ualeatis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & profunditas, & sublimitas, cognoscerérque præeminentem cognitioni dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei uero qui potest cumulate facere ultra omnia, quæ petimus, aut cogitamus, iuxta uim agentem in nobis, sit gloria in ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates seculi seculorum. Amen.

1.Thess.3.a

Exhortatur eos ad innocētiam uitæ: & docet quæ sint discrimina administrantiū in ecclesia

HOrtor itaque uos ego uinctus in domino, ut ambuletis: ita ut dignum est uocatione, qua uocati estis, cum omni submissione, ac mansuetudine, cum animi lenitate, tolerantes uos inuicē per charitatē, studentes seruare unitatē spiritus per uinculū pacis. Vnū corpus & unus spiritus, quēadmodū & uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unū baptisma, unus deus & pater omniū qui est super omnia & per omnia, & in omnibus uobis. Verū unicuiqꝫ nostrum data est gratia iuxta mensuram donatiōis Christi. Quapropter dicit: Cum ascendisset in altū, captiuā duxit captiuitatē, & dedit dona hominibus. Cæterū illud ascendit, quid est, nisi quod etiā descēderat prius in infimas partes terræ? Qui descēdit idē ille est, qui etiā ascēdit supra omēs cœlos, ut impleret omnia. Et idē dedit, alios quidē apostolos, alios uero prophetas, alios aūt euāgelistas, alios aūt pastores ac doctores, ad instaurationē sanctorū in opꝰ administrationis, in ædificationē corporis Christi, donec pueniamus oēs in unitatē fidei & agnitiōis filij dei, in uirum perfectum, in mēsurā ætatis plene adultę Christi, ut nō ampliꝰ simus pueri

notescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapientia dei secundum præfinitionē seculorum, quā fecit in Christo Iesu domino nostro: in quo habemꝰ fiduciam & accessum in cōfidentia per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur: ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine Christum habitare per fidē in cordibus uestris in charitate radicati & fundati: ut possitis cōprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus secundum uirtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen. CAP. IIII

OBsecro itaqꝫ uos ego uinctus in domino: ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & māsuetudine, cum patientia supportātes inuicem in charitate: solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus: sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnus deus & pater omnium qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas: alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli

pueri,qui fluctuemus & circunferamur quo/
uis uento doctrinæ,per uersutiam hominum,
per astutiã,qua nos adoriuntur,ut imponant
nobis:sed ueritatem sectãtes in charitate,ado
lescamus in illum per omnia,qui est caput,nẽ/
pe Christus:in quo totum corpus,si coagmẽ/
tetur, & compingatur per omnem cõmissurã
subministrationis,iuxta actum in mensura u/
niuscuiusq; partis incrementum corporis fa/
cit,in ædificationem sui ipsius per charitatem.
Hoc itaq; dico & testor per dominũ, ne post/
C hac ambuletis,quemadmodum & reliquæ gẽ
tes ambulant in uanitate mẽtis suæ dum men
tem habent obtenebratam , abalienati à uita
dei,propter ignorantiã quæ est in illis,& excæ
cationẽ cordis eorũ:qui posteaq; peruenerũt
eò ut dolere desierint,semetipsos dediderũt la
sciuiæ,ad patrandum immundiciã omnẽ cum
auiditate. Vos autẽ non sic didicistis Christũ:
siquidẽ illũ audistis,& in eo docti fuistis, quẽ/
admodum est ueritas in Iesu, deponere iuxta
priorem conuersationẽ ueterẽ hominem, qui
corrumpitur iuxta concupiscentias erroris:re/
nouari uero spiritu mentis uestræ, & induere
nouũ hominẽ,qui iuxta deum cõditus est per
iustitiã & sanctitatem ueritatis. Quapropter
deposito mẽdacio,loquamini ueritatẽ quisq;
D proximo suo,quoniã sumus inuicem mẽbra.
Irascimini,& non peccetis. Sol ne occidat su/
per irã uestram,neq; detis locũ calumniatori.
Qui furabatur,nõ amplius furetur:magis au/
tem laboret operãdo manibus quod bonum
est,ut possit impartiri ei q opus habuerit. O/
mnis sermo spurcus ex ore uestro ne ꝓcedat:
sed si quis est bonus ad ædificationẽ, quoties
opus est,ut det gratiã audientibus. Et ne con/
tristetis spiritũ sanctũ dei, per quẽ obsignati
estis in diem redẽptionis. Omnis amarulẽtia,
& tumor,& ira,& uociferatio,& maledicentia
tollatur à uobis cum omni malicia. Sitis autẽ
inuicem alius in aliũ comes,misericordes, lar/
gientes uobis inuicem,quẽadmodum & deus
per Christum largitus est uobis.

A SItis igitur imitatores dei tanquàm filij dile
cti,& ambuletis in dilectione quemadmo
dum & Christus dilexit nos, & tradidit se/
metipsum ꝓ nobis oblationẽ ac uictimã deo
in odorẽ bonæ fragrãtiæ. Cæterũ scortatio,et
omĩs immũdicia,aut auaricia ne nominetur qui
dẽ inter uos:sicut decet sctõs: aut obscœnitas,
aut stulti/

paruuli fluctuantes, & circunferamur omni
uento doctrinæ in nequitia hominum,in astu
tia ad circunuentionem erroris. Veritatem au
tem faciẽtes in charitate, crescamus in illo per
omnia qui est caput, Christus: ex quo totum
corpus compactum & connexum per omnẽ
iuncturam subministrationis secundum ope/
rationem in mensuram uniuscuiusq; membri
augmentum corporis facit, in ædificationem
sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in
domino: ut iam non ambuletis sicut & gen/
tes ambulant, in uanitate sensus sui, tenebris
obscuratum habentes intellectum: alienati à
uita Dei per ignorantiam, quæ est in illis pro/
pter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperan/
tes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in o/
perationem immundiciæ omnis in auariciam.
Vos autem non ita didicistis Christum: si ta/
men illum audistis: & in ipso edocti estis: sicut
est ueritas in Iesu. Deponite uos secundum
pristinam conuersationem ueterem hominẽ:
qui corrumpitur secundum desideria erroris.
Renouamini autem spiritu mentis uestræ: &
induite nouum hominem, qui secundum de/
um creatus est in iusticia & sanctitate uerita/
tis. Propter quod deponentes mendacium
loquimini ueritatem unusquisque cum proxi/
mo suo: quoniam sumus inuicem membra.
Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat
super iracundiam uestram. Nolite dare lo/
cum diabolo. Qui furabatur, iam non fure/
tur: magis autem laboret operando manibus
suis, quod bonum est: ut habeat unde tribuat
necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex
ore uestro non procedat: sed si quis bonus est
ad ædificationem fidei: ut det gratiam audi/
entibus. Et nolite cõtristare spiritum sanctum
Dei: in quo signati estis in die redemptionis.
Omnis amaritudo & ira & indignatio & cla/
mor & blasphemia tollatur à uobis cum om/
ni malicia. Estote autem inuicem benigni: mi/
sericordes, donantes inuicem, sicut & deus in
Christo donauit uobis.

CAP. V

ESTote ergo imitatores Dei sicut filij cha/
rissimi: & ambulate in dilectione, sicut
& Christus dilexit nos: & tradidit semetip/
sum pro nobis oblationem & hostiam Deo
in odorem suauitatis. Fornicatio autem & om
nis immundicia aut auaricia nec nominetur
in uobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo,
aut stulti/

Ephes.1.g

Zacha.8.c

Psalm.4.a

Qualis ui/ta debeat esse Christianorũ, & cõiugũ & solutorũ:deq; mystico cõnubio Christi et ecclesiæ

aut stulti/

aut stultiloquium, aut urbanitas, quæ nō conueniunt, sed magis gratiarū actio. Nā hoc scitis quod omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui est simulacrorū cultor, non habet hæreditatē in regno Christi & dei. Ne quisquā uos decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim uenire solet ira dei in filios inobedientes. Ne sitis igitur cōsortes illorum. Eratis enim quondā tenebræ, nūc aūt lux in dño. Vt filij lucis ambulate. nam fructus spiritus situs est in omni bonitate & iustitia & ueritate, probantes quid sit acceptū domino. Et ne cōmercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, quin ea potius etiam arguite. Nam quæ secreto fiunt ab istis, turpe est uel dicere. sed omnia dum produntur à luce manifesta fiunt. Nam quicquid manifestum redditur, lumen est. Quapropter dicit: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Videte igitur, quomodo circunspecte ambuletis: non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionē, quod dies mali sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes, quæ sit uoluntas domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est, sed impleamini spiritu, loquentes uobisipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales, canentes ac psallētes in corde uestro domino, gratias agētes semper de omnibus, in nomine dñi nostri Iesu Christi, deo & patri. Subditi uicissim aliꝰ alij cum timore dei. Vxores proprijs uiris subditæ sitis, ueluti domino: quoniā uir est caput uxoris, quēadmodum & Christus est caput ecclesiæ: & idem est, qui salutem dat corpori. Itaqꝫ quēadmodum ecclesia subdita est Christo, sic & uxores suis uiris subditæ sint in omnibus. Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiā, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret, mundatā lauacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eam sibijpsi gloriosam, ecclesiam, non habētem maculam, aut rugam, aut quicquā eiusmodi, sed ut esset sancta & irreprehensibilis. Sic debent uiri diligere suas uxores, ut sua ipsorum corpora. Qui diligit suam uxorem, seipsum diligit. Nullus enim unquam suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit, ac fouet eam, sicut & dominus ecclesiam. Quoniam membra sumus corporis eiusdem, ex carne eius, & ex ossibus eius. Huius rei gratia relinquet homo

Esa.60 a

Psalm.97 a

aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem nō pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intelligētes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus: quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis: propter hæc enim uenit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate: probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis: & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Videte itaqꝫ fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipiētes: sed ut sapientes redimentes tempus: quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto: loquentes uobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus: cātantes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agē semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino: quoniam uir caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam: & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam: no habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam: sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo

B C D

homo patrem ac matrem, & adiungetur u/xori suæ, atque è duobus fiet una caro. My/sterium hoc magnum est, uerum ego loquor de Christo, & de ecclesia. Quanquam & uos singulatim hoc præstate, ut suam quisque u/xorem diligat tanquam seipsum: uxor autem ut reuereatur uirum.

A Filij obedite parentibus uestris in domi/no, nam id est iustũ. Honora patrẽ tuum, & matrẽ, quod est præceptum primum in pro missione, ut bene tibi sit, & sis longæuus in ter/ra. Patres, ne prouocetis ad iram liberos ue/stros, sed educetis eos per eruditionẽ, & corre ptionẽ domini. Serui obedite ijs, qui domini sunt iuxta carnẽ, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis uestri, tanquam Christo, non ad oculũ seruientes, uelut hominibus pla cere studentes, sed tanquam serui Christi, fa/cientes quæ uult deus, ex animo, cum beneuo B lentia, seruientes domino, & non hominibus: illud sciẽtes, quod unusquisq; quod fecerit bo ni, hoc reportabit à deo, siue seruus fuerit, siue liber. Et uos domini eadem facite erga illos, re mittentes minas, scientes, quod & uester ipso/rum dominus est in cœlis, nec personæ respe/ctus est apud illũ. Quod superest fratres mei sitis fortes per dñm, perq; potentiã roboris il/lius. Induite totã armaturã dei, ut possitis sta/re aduersus assultus diaboli. Quoniam nõ est nobis lucta aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, ad C uersus mundi dominos rectores tenebrarũ se culi huius, aduersus spirituales astutias in cœ/lestibus. Quapropter assumite uniuersam ar/maturam dei, ut possitis resistere in die malo, & omnibus peractis stare. State igitur, lumbis circuncinctis balteo per ueritatem, & induti thoracem iusticiæ, & calciati pedibus, ut para/ti sitis ad euangelium pacis, super omnia as/sumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. Galeamq; saluta ris accipite, & gladiũ spiritus, qui est uerbum dei, in omni deprecatiõe & obsecratiõe orãtes in omni tẽpore, in spiritu, & ad hoc ipsum uigi lãtes cũ omni sedulitate, & deprecatiõe pro o/D mnibus sanctis, & pro me, ut mihi det sermo in apertiõe oris mei cũ libertate, ut notũ faciã mysteriũ euãgelij mei, sup q̃ legatiõe fungor in catena, ut in eo libere loquar, sicut oportet me loqui. Vt autem sciatis & uos quæ ad me pertinent

homo patrem & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacra/mentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & uos singuli unusquisque uxorem suam sicut seip/sum diligat: uxor autem timeat uirum suum.

CAPVT VI

Filij obedite parentibus uestris in domi/no. Hoc enim iustũ est. Honora patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primũ in promissione: ut bene sit tibi: & sis lon gæuus super terrã. Et uos patres nolite ad ira/cũdiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tre more, in simplicitate cordis uestri sicut Chri/sto. Non ad oculum seruientes, quasi homi/nibus placentes: sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uolun/tate seruientes sicut domino, non hominibus: scientes quoniam unusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber. Et uos domini eadem faci/te illis, remittentes minas, scientes quia & il/lorum & uester dominus est in cœlis: & per/sonarum acceptio non est apud deum. De cætero fratres confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus car/nẽ & sanguinẽ: sed aduersus principes & po/testates: aduersus mundi rectores tenebra/rum harum contra spiritalia nequitiæ in cœ/lestibus. Propterea accipite armaturam dei ut possitis resistere in die malo: & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos ue stros in ueritate: & induti loricam iusticiæ: & calciati pedes in præparationem euangelij pa cis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingue re. Et galeam salutis assumite: & gladium spiri tus: quod est uerbum dei, per omnem oratio/nem & obsecrationem, orantes omni tempo/re in spiritu: & in ipso uigilantes in omni instan tia & obsecratiõe pro omnibus sanctis & pro me: ut detur mihi sermo in apertiõe oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euan/gelij: pro quo legatione fungor in catena ista: ita ut in ipso audeam prout oportet me lo/qui. Vt autem & uos sciatis quæ circa me sunt

De obseruãtiã liberorũ erga parẽtes, & familiæ erga dominos, tũ quibus armis uitia expugnentur

Eccli. 33 d

Esa. 11 a

Luc. 18 a

pertinent,quid agam,de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater & fidus minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum,ut cognosceretis de rebus nostris,& cõsolaretur corda uestra.Pax fratribus,& charitas cũ fide,à deo patre, & domino Iesu Christo. Gratia sit cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christum cum synceritate. Amen.

sunt quid agam: omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister in domino:quẽ misi ad uos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra.Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

FINIS.

Missa fuit e Roma ad Ephesios per Tychicum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Ad Philippenses.

PHILIPPENSES sunt Macedones.Hi accepto uerbo ueritatis, perstiterunt in fide nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat Apostolus,scribẽs eis à Roma de carcere per Epaphroditũ

EPISTOLA PAVLI AD PHILIPPENSES.

ERASMI VERSIO

Agit gratias deo, propter acceptũ à Philippensib.Euãgeliũ: queritur de quibusdã insynceris ecclesiastis

PAVLVS ac Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, q sunt Philippis, unà cum episcopis ac diaconis. Gratia uobis & pax à deo patre nostro,& dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri semp in oĩ̄ pre catione mea pro oĩ̄bus uobis,cũ gaudio precationẽ faciẽs,q̄ ueneritis in cõmunionẽ euangelij,à primo die usq; ad hoc tẽpus: ꝑsuasum habẽs hoc ipsum, q̄ is q cœpit in uobis opus bonũ,ꝑficiet usq; ad diẽ Iesu Christi: sicut iustũ est mihi, ut hoc sentiã de omnibus uobis, ꝑpter ea q̄ habeã uos in corde, & in uinculis meis,& in defensiõe, & cõfirmatiõe euangelij, cũ sitis omnes mihi cõsortes gratię. Testis eĩ̄ mihi est deus,q̄ desiderẽ uos omnes in uisceribus Iesu Christi.Et illud oro,ut charitas uestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitiõe omniq; intelligẽtia,ut probetis quæ sunt pręstãtia,ut sitis synceri,ac tales,ut nemini sitis offendiculo in diẽ Christi, impleti fructu iusticiæ, qui cõtingit per Iesum Christũ ad gloriam & laudem

Ioan.6 d

VVLGATA EDITIO

A

PAVLVS & Timotheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis,cũ episcopis & diacõibus: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri,semper in cunctis oratiõibus meis, pro omnibus uobis cum gaudio deprecationẽ faciens super cõmunicatione uestra in euãgelio Christi,à prima die usq; nunc, cõfidẽs in hoc ipsum:quia qui cœpit in uobis opus bonũ, perficiet usq; in diẽ Christi Iesu. Sicut est mihi iustũ hoc sentire pro omnibus uobis, eo quod habeã uos in corde & in uinculis meis,& in defensiõe &cõfirmatione euangelij socios gaudij mei omnes uos esse. Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes uos esse in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia & in omĩ sensu:ut probetis potiora, ut sitis sinceres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iusticiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem

B

laudem dei. Scire autē uos uolo fratres, quod
quę mihi acciderunt, magis ad profectū euan
gelij euenerunt: ita ut uincula mea manifesta
facta sint in Christo in toto prætorio ac cæte
ris omnibus: utq; plures ex fratribus in domi
no, freti uinculis meis, uberius auderēt, impaui
de sermonē loqui. Nōnulli quidē per inuidiā
& cōtentionem, nōnulli uero & propter bonā
uoluntatē Christum prædicant. Alij quidem
C ex cōtentione Christū annunciant nō pure, e-
xistimantes sese afflictionem addere uinculis
meis: alij rursus ex charitate, scientes quod in
defensionē euāgelij cōstitutus sim. Quid em?
Attamē quouis modo siue per occasionē, siue
per ueritatē, Christus tamen annūciatur, & in
hoc gaudeo, quinetiā gaudebo. Noui em, q
hoc mihi cedet in salutē, per uestrā deprecatio
nē, & subministrationē spiritus Iesu Christi,
secundū expectationē & spē meā, quod nulla
in re pudefiā, sed cū omni libertate, ut semper,
ita nūc quoq; magnificabitur Christus in cor
pore meo, siue per uitā, siue per mortē. Nam
mihi uita Christus est, & mors lucrū. Quod si
contingat uiuere in carne, ea res mihi fructus
est operis, & quid eligā, ignoro. Coartor enim
ex his duobus, desiderans dissolui, & esse cum
D Christo, multo lōgeq; melius est. Cæterū ma
nere in carne, magis necessarium propter uos.
Et hoc certo scio, quod mansurus sim, & cum
omnibus uobis permāsurus sim, in uestrū pro
fectum, & gaudium fidei, ut gloriatio uestra
exuberet per Christū Iesum, in me, per meū
ad uos reditum. Tantum ut dignum est euan
gelio Christi, cōuersemini, ut siue cum uenero
& uidero uos, siue absens sim, audiā de rebus
uestris, quod stetis in uno spiritu, una anima,
adiuuantes decertantē fidem euangelij, nec in
ullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis quidē
est causa perditiōis, uobis autem salutis: & hoc
à deo: quia uobis donatum est pro Christo,
non solum ut in eum credatis, uerumetiam ut
pro illo patiamini, idem certamen habentes,
quale uidistis in me, & nunc auditis in me.

A SI qua igitur consolatio in Christo, si quod
solatiū dilectiōis, si qua cōmunio spiritus, si
qua uiscera ac miserationes, complete meum
gaudiū, ut similiter affecti sitis, eādē charitatē
habētes, unanimes idē sentientes, ne quid fiat
per cōtentionem aut per inanē gloriā, sed per
humilitatē animi, aliū quisq; se prestantiorem
existi

laudem dei. Scire autem uolo uos fratres: quia
quæ circa me sunt, magis ad profectum uene
rūt euangelij: ita ut uincula mea manifesta fie
rent in Christo, in omni prætorio, & in cæteris
omnibus: ut plures è fratribus in dño, cōfiden
tes in uinculis meis abundātius auderent sine
timore uerbum dei loqui. Quidā quidē & pro
pter inuidiam & cōtentionem. Quidam aūt &
propter bonam uoluntatē Christū prædicāt.
Quidā ex charitate, scientes quoniā in defen-
sione euangelij positus sum. Quidam autē ex
cōtentione Christum annunciant non since-
re: existimantes pressuram se suscitare uinculis
meis. Quid enim? Dum omni modo siue per
occasionem siue per ueritatem Christus an-
nuncietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.
Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutē
per uestram orationē, & subministrationem
spiritus Iesu Christi, secundum expectationē
& spem meam: quia in nullo confundar: sed in
omni fiducia sicut semper, & nunc magnifica-
bitur Christus in corpore meo: siue per uitā,
siue per mortem. Mihi enim uiuere Christus
est: & mori lucrum. Quod si uiuere in carne
hic mihi fructus operis est: & quid eligam, i-
gnoro: coartor autem è duobus, desiderium
habens dissolui & esse cum Christo: multo
magis melius: permanere autem in carne ne-
cessarium propter uos. Et hoc confidens scio,
quia manebo & permanebo omnibus uobis
ad profectum uestrum & gaudium fidei: ut
gratulatio uestra abundet in Christo Iesu in
me, per meum aduentum iterum ad uos. Tan
tum digne euangelio Christi conuersamini:
ut siue cum uenero & uidero uos: siue absens
audiā de uobis: quia statis in uno spiritu unani
mes, collaborantes fidei euangelij: & in nullo
terreamini ab aduersarijs: quæ est illis causa p-
ditiōis, uobis aūt salutis. Et hoc à deo. Quia
uobis donatū est ꝑ Christo, ut non solū in eū
credatis: sed ut etiā pro illo patiamini: idē cer-
tamē habētes, quale & uidistis in me, & nunc
audistis de me.

CAP. II

SI qua ergo consolatio in Christo: si quod
solatium charitatis: si qua societas spiritus:
si qua uiscera miserationis: implete gaudium
meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem
habentes, unanimes idipsum sentientes. Ni-
hil per contentionem neque per inanem glo-
riam: sed in humilitate superiores sibijnuicem
arbi

2. Cor. 1 b

Hortatur ad charitatē unanimitatēq;, patientiā & obedientiā: deq; Timotheo ac Epaphrodito

existimet: ne sua quisque spectetis sed unusquisque quæ sunt aliorum. Is enim affectus sit in uobis, qui fuit & in Christo Iesu: qui cũ esset in forma dei, non rapinã arbitratus est, ut esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta in similitudine hominũ cõstitutus, & figura repertus ut homo, humilẽ præbuit semetipsum, factus obediẽs usque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Quapropter & deus illũ in summã extulit sublimitatem, ac donauit illi nomẽ, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium ac terrestriũ, & infernorum, omnisque lingua cõfiteatur, quod dñs sit Iesus Christus ad gloriã dei patris. Proinde dilecti mei, queadmodum semper obedistis, non tanquam in præsentia mea solum, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore, uestrã ipsorum salutẽ operemini. Nã deus est is qui agit in uobis, & ut uelitis, & ut efficiatis pro bono animi proposito. Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus, tales ut nemo de uobis quæri possit, synceriq; filij dei irreprehẽsibiles in medio nationis prauæ ac tortuosæ, inter quos lucete tanquam luminaria in mundo, sermonẽ uitæ sustinẽtes, ut gloriari possim in diẽ Christi, quod non in uanum cucurrerim, nec in uanum laborauerim. Quinetiã si immolor super hostia, sacrificioque fidei uestræ, gaudeo & cõgaudeo omnibus uobis. Ob id ipsum autem & uos gaudetis, & cõgaudetis mihi. Spero autem in domino Iesu, me Timotheum breui missurum uobis, ut & ego læto sim animo, cognito statu uestro. Neminem enim habeo pari mecum animo præditum, qui germane res uestras curaturus sit. Nã omnes quæ sua ipsorum sunt, quærunt, nõ quæ Christi Iesu. Porrò probationem eius nostis, quod ut filius mecum ueluti cum patre seruierit in euangelium. Hunc igitur spero me missurum, mox ubi uidero mea negotia. Cõfido autem in domino, quod & ipse breui uẽturus sim. Sed operæpretium arbitratus sum, Epaphroditum fratrẽ, & collegam, & cõmilitonem meum, uestrum autem apostolum, quique mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad uos. Quandoquidẽ desiderabat omnes uos anxius animi propter ea quod audissetis eum infirmatũ fuisse. Et certe fuit infirmus, ita ut esset uicinus morti, sed deus misertus est illius: at nõ illius tantum, sed & mei

Esaiæ 45 b
Dan. 7 c
Deut. 8 d
Phil. 1 d

arbitrantes: nõ quæ sua sunt singuli cõsiderantes: sed & ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus ut homo: humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illũ: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Itaque charissimi mei sicut semper obedistis: non in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore uestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Omnia autem facite sine murmuratiõibus & hæsitationibus: ut sitis sine querela: & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis prauæ atque peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: uerbum uitæ continentes: ad gloriam meam in die Christi, quia non in uacuum cucurri: neque in uacuum laboraui. Sed & si æmulor supra sacrificium & obsequium fidei uestræ: gaudeo & congratulor omnibus uobis. Idipsum autem & uos gaudete & cõgratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos: ut & ego bono animo sim cognitis quæ circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimen, qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt: non quæ Iesu Christi, Experimentum autem eius cognoscite: quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad uos mox ut uidero quæ circa me sunt.

Confido autem in domino: quoniam & ipse ueniam ad uos cito. Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum: uestrum autem apostolum, & ministrũ necessitatis meæ mittere ad uos: quoniam quidem omnes uos desiderabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed deus misertus est eius. Non solum autem, eius uerumetiam & mei

B C D

& mei, ne dolorem haberem super dolorem. Studiosius itaq; misi illũ, ut cum uideritis illũ, denuo gaudeatis, & ego magis uacẽ dolore. Excipite igit̃ illũ in dño, cũ omi gaudio, & qui huiusmodi sunt eos in precio habete: quoniã propter opus Christi eò accessit, ut morti ꝓxi mus fuerit, nõ habita ratiõe uitæ, ut suppleret id q̃d in uestro erga me officio fuit diminutũ.

QVod superest fratres, gaudete in domi/ A no. Eadem scribere uobis, me quidem haud piget, uobis autem tutũ est. Cauete ca/ nes, cauete malos operarios, cauete concisio/ nem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu deũ colimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non confidimus in carne, quanquã ego confi/ dam etiam in carne. Si quisquã alius uidetur fi duciam habere in carne, ego magis habeo, cir cumcisus octauo die, Israel ex genere, tribus Beniamin, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem pharisæus, iuxta studium persequens ecclesi/ B am, iuxta iustitiam quæ est in lege, factus irre prehensibilis. Sed quæ mihi erant lucra, ea ar/ bitratus sum propter Christum damnũ esse. Quinetiam arbitror omnia damnũ esse pro/ pter excellẽtiam cognitionis Christi Iesu do/ mini mei, propter quem omnia pro dãnis du/ xi, habeoq; pro reiectamentis, ut Christũ lu/ crifaciam, utq; reperiar in illo non habẽs me/ am iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidẽ est Christi, quę est ex deo iustitiam super fide, ut cognoscam illum, & potentiã resurrectionis il lius, & cõmunionem afflictionum illius, dum C conformis fio morti eius, si quo modo pertin/ gam ad resurrectionem mortuorũ: non quod apprehenderim, aut iam perfectus sim, sed se ctor, si etiam apprehendam, quatenus & ap/ prehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego meipsum nondũ arbitror assecutũ esse. Vnũ autem illud ago, ea quidem quæ à tergo sunt obliuiscens, ad ea uero quæ à fronte sunt eni/ tens, iuxta præfixum signum insequor ad pal mam supernæ uocationis dei, per Christũ Ie/ sum. Quotquot itaq; perfecti sumus, hoc sen/ tiamus: & si quid aliter sentitis, hoc quoq; uo/ bis deus reuelabit. Attamen ad id quod asse/ D cuti sumus, eadem procedamus regula, ut si/ mus concordes. Pariter estote imitatores mei fratres, & considerate eos qui sic ambulant, quemadmodum habetis nos pro exemplari. Nam complures ambulãt, de quibus sæpe di xi uobis

& mei: ne tristiciam super tristiciam haberem. Festinantius ergo misi illum: ut uiso illo iterũ gaudeatis: & ego sine tristicia sim. Excipite ita que illum cũ omni gaudio in domino: & eius/ modi cum honore habetote: quoniam pro/ pter opus Christi usq; ad mortem accessit, tra dens animã suam: ut impleret id quod ex uo/ bis deerat erga meum obsequium.

CAPVT III

DE cætero fratres mei gaudete in domi/ no: eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum, uobis autem necessarium. Vide/ te canes, uidete malos operarios, uidete conci/ sionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spi/ ritu seruimus deo: & gloriamur in Christo Ie/ su: & non in carne fiduciam habẽtes: quanquã & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius uidetur confidere in carne: ego magis cir cumcisus octauo die ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis: secundum legem Pharisæus, secundum æmulationẽ per sequens ecclesiam dei: secũdum iusticiam quę in lege est conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus sum pro/ pter Christum detrimenta. Veruntamen exi/ stimo omnia detrimentũ esse propter eminẽ/ tem sciẽtiã Iesu Christi dñi mei: propter quẽ oĩa detrimentũ feci: & arbitror ut stercora, ut Christũ lucrifaciã: ut & inueniar in illo, non habẽs meam iusticiam quæ ex lege est: sed il/ lã quæ ex fide est Christi Iesu, quę ex deo est iusticia in fide, ad cognoscendum illum & uir/ tutem resurrectiõis eius, & societatem pasio/ nis illius: configuratus morti eius: si quo mo/ do occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod iam acceperim: aut iam perfectus sim. Sequor autem si quo modo cõ prehendam: in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres ego me non arbitror cõ/ prehendisse. Vnum autem: quæ quidem re/ tro sunt obliuiscens: ad ea uero quæ sunt prio/ ra extendens meipsum, ad destinatum perse- quor ad brauiũ supernæ uocatiõis dei in Chri sto Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc uobis reuelabit deus. Veruntamẽ ad quod perueni/ mus ut idem sapiamus: & in eadem perma/ neamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos q ita ambulant, sicut habetis formã nostrã. Multi em̃ ambulant quos sæpe

Iubet eos uita re pseudapo/ stolos, quorũ deus uẽter est

Esa. 56 c

Gene. 49 d

Rom. 6 a

xi uobis,nunc autē & flens dico, inimici crucis Christi, quorū finis perditio est, quorū deus uēter,& gloria in dedecore ipsorum,qui terre/stria curant.Nam nostra conuersatio in cœlis est,ex quo & seruatorem expectamus,domi/num Iesum Christum,qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut cōforme reddat cor/pori suo glorioso,secundum efficaciā,qua po/test etiam subijcere sibi omnia.

Rom.16 b

Docendo eos oēm fiduciam in deū collocandā,hortatur ad uitā inculpabilem:agitq; gratias pro beneficijs & beneuolentia quib. eum sint p̃sequuti.

PRoinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudium & corona mea , sic state in do/mino dilecti.Euodiam obsecro,& Syntychē obsecro,ut sint cōcordes in domino. Sanè ro/go & te compar germana , adiuua eas quæ in euāgelio decertarunt mecū unà cum Clemē/te quoq; & reliquis cooperarijs meis,quorum nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domi/no semper,& iterum dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Domi/nus prope est. De nulla re solliciti sitis, sed in omni precatione & obsecratione cum gratia/rum actione petitiones uestræ innotescant a/pud deū,& pax dei quæ superat omnem intellectū,custodiet corda uestra,& sensus uestros per Christum Iesum. Quod reliquum est fratres , quæcunque sunt uera, quæcunque honesta, quæcunque iusta, quæcunque pu/ra,quæcunque accommoda, quæcunque bo/ni ominis : si qua uirtus, & si qua laus:hæc co/gitate, quæ didicistis, & accepistis, & audi/stis, & uidistis in me: hæc facite, & deus pa/cis erit uobiscum. Gauisus sum autem in dño magnopere,q̃ iam tandē reuiguit uestra pro me sollicitudo in eo,in quo & soliciti eratis, uerum deerat oportunitas.Non quod iuxta pe/nuriā loquar. Nam ego didici, in quibus sum his cōtentus esse.Noui & humilis esse,noui & excellere,ubiq; & in omnibus institutus sum, & saturari,& esurire, & abundare, & penuriā pati.Omnia possum per Christū,qui me cor/roborat.Attamē recte fecistis,quod simul cō/municastis meæ afflictioni. Nostis autem & uos Philippenses,q̃ in principio euangelij cū proficiscerer à Macedonia, nulla mihi eccle/sia cōmunicauerit in rationē dandi & accipiendi,nisi uos soli.Nam & in Thessalonica cū es/sem,semel & iterū,quod opus erat, mihi misi/stis, non q̃ requiram munus,sed requiro fru/ctum exuberantē in rationem uestram. Re/cepi tamen omnia & abundo. Expletus sum,

Esa.9 b

posteaq̃

dicebā uobis,nunc autē & flens dico,inimicos crucis Christi: quorū finis interitus: quorum deus uenter est:& gloria in confusione ipsorū qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersa/tio in cœlis est.Vnde etiam saluatorem expe/ctamus dominum nostrum Iesum Christū: qui reformabit corpus humilitatis nostræ,cō/figuratum corpori claritatis suæ, secundum operationē uirtutis suæ,qua etiam possit sub/ijcere sibi omnia.

CAPVT IIII

A ITaq; fratres mei charissimi & desideratissi/mi:gaudium meum & corona mea: sic sta/te in domino charissimi. Euhodiam rogo & Syntycen deprecor idipsum sapere in domi/no.Etiam rogo & te germane compar: adiu/ua illas quæ mecum laborauerunt in euange/lio,cum Clemēte & cæteris adiutoribus meis: quorum nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semper:iterum dico gaudete. Mo/destia uestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione,petitiones uestræ innotescant B apud deū.Et pax dei quæ exuperat omnē sensum custodiat corda uestra & intelligētias uestras in Christo Iesu.De cætero fratres,quæ/cunq; sunt uera,quæcūq; pudica,quæcūq; iu/sta,quæcūq; sancta,quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ:si qua uirtus,si qua laus di/sciplinæ:hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me.Hæc agite:& deus pacis erit uobiscū. Gauisus sum autē in dño uehemēter:quoniā tandem aliquādo re/floruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autē eratis. Nō quasi propter penu C riā dico.Ego enī didici in quibus sum sufficiēs esse.Scio & humiliari,scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abūdare & penuriā pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene fe/cistis,cōmunicātes tribulationi meæ.Scitis autem & uos Philipenses, q̃ in principio euāge/lij quādo profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati & accepti,nisi uos soli:q̃a & Thessalonicā semel & bis in usum mihi misistis, non q̃a quæro datū sed requiro fructū abūdantē in ratiōe uestra. D Habeo autē omnia & abūdo.Repletus sum

exceptis

postea[que] accepi ab Epaphrodito, quę à uobis missa fuerant, odorem bonæ fragrantiæ, hostiam acceptam grata[m]q[ue] deo. Deus autem meus supplebit quicquid opus fuerit uobis, secundum diuitias suas cum gloria, per Christum Iesum. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctũ in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti, maxime uero qui sunt ex cæsaris familia. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrum secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro: Amen.

Rom. 12 a
Hebr. 13 c

Scripta est e Rhoma per Epaphroditum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM
Pauli Ad Colossenses.

COlossenses, & hi, sicut Laodicenses, sunt Asiani. Et ipsi præuenti erant à pseudapostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus: sed & hos per epistolam corrigit. Audierãt enim uerbum ab Archippo: qui & ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus, scribit eis ab Ephesio per Tychicum diaconum & Onesimum acolythum.

EPISTOLA PAVLI
AD COLOSSENSES.

ERASMI VERSIO

A

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, ijs qui sunt Colossis sanctis ac fidelibus fratribus in Christo. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi, semper de uobis, cum oramus: quoniam audiuimus fidem uestram in Christo Iesu, & charitatem erga omnes sanctos, propter spem repositam uobis in cœlis, de qua prius audieratis per sermonem ueracem Euãgelij, quod peruenit ad uos

B

quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat, sicut & in uobis, ex eo die quo audistis & cognouistis gratiam dei per ueritatẽ. Quẽadmodũ & didicistis ex Epaphra dilecto cõseruo nostro, qui est fidus pro uobis minister Christi, qui exposuit nobis uestram dilectionẽ in spiritu. Propterea & nos, ex quo die audiuimus, nõ desinimus pro uobis orare, & po scere

VVLGATA EDITIO

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia uobis & pax à deo patre nostro. Gratias agimus Deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes: propter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euangelij quod peruenit ad uos: sicut & in uniuerso mundo est: & fructificat & crescit sicut in uobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in ueritate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro: qui est fidelis pro uobis minister Christi Iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu. Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro uobis orantes & postulantes

Cõmonefaciẽs Colossenses suæ professionis docet eos quod gratiæ assecuti sint, Christo deberent

scere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia, & prudentia spirituali, ut ambuletis digne dño, ut per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionē dei, omni robore corroborati, iuxta potentiā gloriæ illius, ad omnē tolerantiā ac patientiā cum gaudio, gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorū in lumine: qui eripuit nos à potestate tenebrarū, ac transtulit in regnum filij sibi dilecti, per quē habemus redemptionem per sanguinē ipsius, remissionē peccatorum: qui est imago dei inconspicui, primogenitus uniuersæ creaturæ, quod per illum creata sint omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Oīa per illū, & in illū creata sunt, & ipse est ante omnia: & omnia per illum consistūt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, q est principiū primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens: quoniā in illo cōplacitum est patri uniuersam plenitudinē inhabitare, & per eum recōciliare cūcta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis. Et uos qui quondā eratis abalienati, & inimici mente in operibus malis: nūc tamē recōciliauit in corpore carnis suæ per mortē, ut exhiberet uos sanctos, & irreprehensibiles, & inculpatos in conspectu suo. Siquidē permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini à spe euāgelij, quod audistis, quod prędicatū est apud uniuersam creaturā, quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Nunc gaudeo super afflictionibus meis p uobis, & suppleo quod deerat afflictionū Christi in carne mea, pro corpore ipsius, qđ est ecclesia, cuius ecclesię factus sum ego minister iuxta dispensationē dei, quæ data est mihi in uos implendi sermonē dei, mysteriū quod reconditū fuit à seculis, & à generationibus. Nunc autē patefactū est sanctis illius, quibus uoluit deus notū facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius inter gentes, qui est Christus in uobis, spes gloriæ: quē nos annunciamus, admonētes omnē hominē, & docentes omnē hominē in omni sapientia, ut exhibeamus omnē hominem perfectū in Christo Iesu, ad quod etiā enitor, decertās secūdū efficaciā eius, agentem in me per uirtutem.

Heb.1.a Psalm.32.a Ephes.3.b

Nam

stulantes: ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali: ut ambuletis digne deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes: & crescentes in scientia Dei, in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia & longanimitate cū gaudio gratias agētes deo & patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cœlis & in terra uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates, Omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes: & omnia in ipso cōstant. Et ipse est caput corporis ecclesię q est principiū primogenit9 ex mortuis: ut sit in oībus ipse primatū tenēs. Quia in ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis inhabitare: & per eum recōciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinē crucis eius: siue quę in cœlis, siue quæ in terris sunt. Et uos cū essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autē reconciliauit in corpore carnis eius per mortē exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehēsibiles corā ipso. Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles à spe euāgelij quod audistis: quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub cœlo est. Cuius factus sum ego Paulus minister: qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis: & adimpleo ea quę desunt passionū Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secūdū dispensationē dei, quæ data est mihi in uobis: ut impleam uerbum dei, mysterium quod absconditū fuit à seculis & generationibus: nunc autem manifestatū est sanctis eius: quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramēti huius in gentibus: quod est Christus in uobis spes gloriæ: quem nos annunciamus: corripientes omnem hominem: & docentes in omni sapiētia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: in quo & laboro, certando secundum operationem eius quam operatur in me in uirtute.

C D

CAPVT II

Nam

A NAm uolo uos scire, quantam sollicitudinem habeam de uobis, & his qui sunt Laodiciæ, & quotquot nō uiderūt faciem meam in carne, ut consolationē accipiant corda illorū, cum fuerint cōpacti in charitate, et in omnem opulentiā certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionē mysterij dei, & patris, & Christi, in quo sunt omnes thesauri sapiētiæ ac scientiæ recōditi. Hoc autem dico, ne quis uobis imponat probabilitate sermonis. Etenim quāuis carne sim absens, tamen spiritu uobiscum sum, gaudens ac uidens uestrū ordinem, & soliditatem uestræ in Christū fidei. Quēadmodum igitur accepistis Christum Iesum dn̄m: B ita in eo ambulate, sic ut radices habeatis in illo fixas, & in illo superstruamini confirmemini per fidem, sicut edocti estis, exuberantes in ea cum gratiarūactione. Videte, ne quis sit, qui uos deprædetur per philosophiā & inanē deceptionem, iuxta constitutionē hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christū. Quoniā in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, & estis in illo completi, qui est caput omnis principatus ac potestatis, per quem & circūcisi estis circūcisione, quæ fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorū carnis per circumcisionem Christi, cōsepulti C simul cum illo per baptismū, in quo simul etiā cum illo resurrexistis per fidē operationis dei, qui excitauit illum ex mortuis. Et uos cū essetis mortui per delicta & per præputiū carnis uestræ, simul cū illo uiuificauit, condonans nobis omnia delicta, deleto, quod aduersus nos erat, chirographo, quod erat cōtrarium nobis per decreta, & illud sustulit è medio, affixū cruci, expoliatosq́ principatus ac potestates ostentauit palā, triumphans de illis per semetipsum. Ne qs igitur uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbatorū, quæ sunt umbra rerum futurarū, corpus autem Christi. Ne quis uobis palmā inD teruertat data opera per humilitatē & superstitionē angelorum, in ijs quæ nō uidit fastuosus incedēs, frustra inflatus à mēte carnis suæ, nec obtinēs caput, ex quo totum corpus per cōmissuras & cōpagines subministratū, & cōpactum, augescit augmento dei. Itaq; si mortui estis cū Christo ab elementis mundi, quid quasi uiuentes in mundo, decretis tenemini? Ne tetigeris, ne gustaris, neque contrectaris, quæ

VOlo enim uos scire qualem sollicitudinem habeam pro uobis & pro his qui sunt Laodiciæ: & quicunque non uiderunt faciem meam in carne: ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate: & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij Dei patris & Christi Iesu: in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonum. Nam & si corpore absens sum: sed spiritu uobiscum sum, gaudens & uidens ordinem uestrum & firmamentum eius quæ in Christo est fidei uestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum nostrum, in ipso ambulate radicati & superædificati in ipso: & confirmati in fide: sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum: secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circumcisi estis, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circumcisione Iesu Christi consepulti ei in baptismo: in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ: conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta delens quod aduersus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm, triumphans illos in seipso. Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi. Nemo uos seducat uolens in humilitate & religione angelorum quæ non uidit ambulans frustra, inflatus sensu suæ carnis: & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemētis huius mundi: quid adhuc tanquam uiuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis: quæ

Anxie monet eos, ne pseudapostolorū blanditijs seducti à Christi cultu ad creaturas deficiant

Galat. 3 d

Rom. 5 a
Ephes. 2 a

Gala. 4 a

quæ om̃ia ipso pereũt abusu, iuxta præcepta, & doctrinas hominũ, quæ uerbotenus quidẽ habent speciem sapiẽtiæ per superstitionẽ, ac humilitatem animi, & læsionem corporis, non per honorẽ aliquẽ ad expletionem carnis.

Inuitat eos ad uitã sincerã, describitq́; officia coniugũ inter se, liberorũ itẽ erga parẽtes, & seruorũ erga heros ac uicissim horum erga illos

ITaq; si resurrexistis unà cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens. Superna curate, nõ terrestria. Siquidem emortui estis, & uita uestra abscondita est cũ Christo in deo. Quãdocũq; Christus manifestatus fuerit, uita nostra, tunc & uos cũ illo manifestabimini in gloria. Mortificate igitur mẽbra uestra terrestria, stuprũ, immundiciã, mollitiem, cõcupiscentiã malam, & auaritiã, quæ est simulacrorũ cultus, ob quæ uenire solet ira dei in filios intractabiles, inter quos ambulabatis quondã, cũ uiueretis in his. Nunc autẽ deponite & uos omnia, iram, indignationẽ, maliciam, maledicentiã, turpiloquẽtiam ab ore uestro. Ne mẽtiamini alius aduersus alium, posteaq; exuistis ueterem hominẽ cum factis suis, & induistis nouũ, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui cõdidit illum, ubi nõ est Græcus & Iudæus, circũcisio & præputium, barbarus, Scytha, seruus, liber, sed omnia in omnibus Christus. Sitis igitur induti tanq; electi dei, sancti ac dilecti, uiscera miserationum, comitatẽ, modestiã, mansuetudinẽ, lenitatem, sufferentes uos inuicem, & cõdonantes uobis mutuo, si quis aduersus aliquẽ habuerit querelam, quemadmodũ & Christus cõdonauit uobis, ita & uos. Super omnia autẽ hæc, charitatem, quæ est uinculum perfectionis, & pax dei palmã ferat in cordibus uestris, in quã & uocati estis in uno corpore, & grati sitis. Sermo Christi inhabitet in uobis opulente cũ omni sapientia. Doceteq; & cõmonete uos inuicẽ, cãtionib9 & laudibus & cantilenis spiritualibus cum gratia canentes in corde uestro dño. Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine dñi Iesu facite, gratias agentes deo & patri per illũ. Vxores, subditæ estote proprijs uiris, sicuti cõuenit, in domino. Viri, diligite uxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas. Filij, obedite parentibus in omnibus: hoc enim bene placet domino. Parẽtes, ne prouocetis liberos uestros, ne despondeant animum. Serui obedite per omnia ijs qui domini sunt secundum carnem, non obsequijs ad oculum exhibitis, tan-

Rom.6.13
Ephes.5.4.c
Matth.22.b

quàm

quæ sunt omnia in interitũ ipso usu secundum præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapiẽtiæ in superstitione & humilitate: & nõ ad parcendũ corpori, non in honore aliquo ad saturitatẽ carnis.

CAPVT III

IGitur si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite: ubi Christus est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite: nõ quæ super terrã. Mortui eñ estis: & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra: tũc & uos apparebitis cum ipso in gloria. mortificate ergo mẽbra uestra quæ sunt super terrã, fornicationem, immundiciã, libidinẽ, concupiscentiã malam: & auariciã, quæ est simulachrorum seruitus: propter quæ uenit ira dei super filios incredulitatis, in quibus & uos ambulastis aliquando cũ uiueretis in illis. Nunc autẽ deponite & uos omnia: iram, indignationẽ, maliciam, blasphemiam, turpẽ sermonẽ de ore uestro. Nolite mentiri inuicem: expoliantes uos ueterẽ hominem cũ actibus suis: & induẽtes nouũ: eum qui renouatur in agnitione dei, secundũ imaginem eius qui creauit eum: ubi nõ est masculus & fœmina, gentilis & Iudæus, circũcisio & præputiũ, barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in om̃ibus Christus. Induite uos ergo sicut electi dei sancti & dilecti uiscera misericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patiẽtiã: supportãtes inuicẽ & donãtes uobismetipsis si qs aduersus aliquẽ habet querelã: sicut & dñs donauit uobis, ita & uos. Sup omnia autẽ hæc charitatẽ habete: quod est uinculum pfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus uestris: in qua & uocati estis in uno corpore: & grati estote. Verbũ Christi habitet in uobis abundãter: in om̃i sapiẽtia docẽtes & cõmonẽtes uosmetipsos in psalmis & hymnis et cãticis spiritualibus, in gratia cãtantes in cordibus uestris dño. Om̃e quodcũq; facitis in uerbo aut in opere: omnia in noĩe dñi nostri Iesu Christi, gratias agẽtes deo & patri per ipsum. Mulieres subditæ estote uiris uestris, sicut oportet in dño. Viri diligite uxores uestras: & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus p omnia: hoc eñ placitũ est in dño. Patres nolite ad indignationẽ puocare filios uestros, ut nõ pusillo animo fiãt. Serui obedite p omnia dñis carnalibus: nõ ad oculũ seruiẽtes,

quasi

quam hominibus placere ſtudentes, ſed cum ſimplicitate cordis, timentes deũ. Et quicquid feceritis ex animo facite, tanq̃ domino, & nõ hominibus, ſcientes, quod à domino recipietis mercedem hæreditatis: nam dño Chriſto ſeruitis. Cæterum qui peccarit, reportabit peccatũ ſuum, & nõ eſt perſonarum reſpectus.

A VOs domini, æquitatem & æquabilitatẽ ſeruis exhibete, ſcientes, quod & uos habeatis dominum in cœlis. Obſecrationi inſtate, uigilãtes in ea cum gratiarũactione, orãtes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ut loquamur myſteriũ Chriſti, propter quod & uinctus ſum, ut manifeſtem illud, ſicut oportet me loqui. Sapienter ambulate erga extraneos, oportunitatẽ redimentes. B Sermo ueſter ſemper cũ gratia, ſit ſale cõditus, ut ſciatis, quomodo oporteat uos unicuiq; reſpõdere. De om̃ibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter, & cõſeruus in domino, quẽ miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſcat quid agatis & cõſoletur corda ueſtra, unà cũ Oneſimo fido & dilecto fratre, q eſt ex uobis: de om̃ibus, uobis exponent, quæ hic agãtur. Salutat uos Ariſtarchus cõcaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata. C Si uenerit ad uos, excipite eũ, & Ieſus qui uocatur Iuſtus, qui ſunt ex circuncisione. Hi ſoli cooperarij ſunt ad regnum dei, qui fuere mihi ſolatio. Salutat uos Epaphras, q ex uobis eſt ſeruus Chriſti, ſemper anxie laborans pro uobis in precationibus, ut ſtetis perfecti & cõpleti in omni uoluntate dei. Teſtimoniũ enim illi perhibeo, quod habeat multum ſtudium pro D uobis, & his qui ſunt Laodiceę, & his qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus dilectus, & Demas. Salutate fratres, qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo illius eſt congregationem. & cum recitata fuerit à uobis epiſtola, facite, ut in Laodicenſium eccleſia recitetur, & eam quæ ſcripta eſt ex Laodicea, ut uos quoq; legatis. Et dicite Archippo: uide miniſteriũ quod accepiſti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores ſitis uinculorum meorum. Gratia uobiſcum. Amen.

quaſi hominibus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dominum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini ſicut domino & non hominibus, ſcientes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis: domino Chriſto ſeruite. Qui enim iniuriam facit: recipiet id quod inique geſſit. Et non eſt perſonarum acceptio apud deum.

CAPVT IIII.

DOmini quod iuſtum eſt & æquum ſeruis præſtate: ſciẽtes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orationi inſtate, uigilantes in ea in gratiarũactione, orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendũ myſterium Chriſti: propter quod etiam uinctus ſum, ut manifeſtem illud: ita ut oportet me loqui. In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſunt, tẽpus redimẽtes. Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus: ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpõdere. Quæ circa me ſunt, omnia uobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater & fidelis miniſter, & cõſeruus in dño: quẽ miſi ad uos ad hoc ipſum: ut cognoſcat quę circa uos ſunt: & cõſoletur corda ueſtra cũ Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui ex uobis eſt: qui omnia quæ hic agũtur, nota faciẽt uobis. Salutat uos Ariſtarchus cõcaptiuus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ: de quo accepiſtis mãdata. Si uenerit ad uos, ſuſcipite illũ. Et Ieſus qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex circũciſiõe. Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerũt ſolatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſollicitus ꝓ uobis in orationibus, ut ſtetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habet multũ laborem pro uobis, et pro his qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus chariſſimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiciæ, & Nympham & quæ in domo eius eſt eccleſiã. Et cum lecta fuerit apud uos epiſtola hæc, facite ut & in Laodicenſium eccleſia legatur: & ea quæ Laodicenſiũ eſt, uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide miniſteriũ quod accepiſti in dño, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote uinculorũ meorũ. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti uobiſcum: Amen.

Hortatur eos ad orationes & uigilias

Ephe. 6 a

Phile. 1 b

Act. 27 a

1. Timo. 4 b

Miſſa e Rhoma per Tychicum & Oneſimum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PRIMAM AD THESSALONICENSES.

THessalonicenses, sunt Macedones. Hi in Christo Iesu accepto uerbo ueritatis, perstiterunt in fide: etiam in persecutione ciuium suorum. Praeterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quae à falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus: scribēs eis ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesimum acolythum.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

ERASMI VERSIO

Laudat Thessalonicēses q̄ à mutis idolis ad Christū uerum deum se conuerterint

PAVLVS & Siluanus & Timotheus ecclesiae Thessalonicēsium, in deo patre & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agimus deo semper de omnibus uobis, mētionem uestri facientes in precibus nostris, indesinenter memores uestri propter opus fidei ac laborē charitatis, & quod permansistis in spe domini nostri Iesu Christi, coram deo & patre nostro, scientes fratres dilecti à deo, electionem uestram: quoniam euangelium nostrum fuit erga uos non per sermonem solum, uerumetiam per uirtutem, & per spiritum sanctum, perq́ certitudinem multā, quemadmodum nostis, quales fuerimus inter uos, uestra causa. Et uos imitatores nostri facti fuistis, & domini, recipientes sermonem cum afflictione multa, cum gaudio spiritus sancti, adeo ut fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia, & Achaia. A uobis enim pertonuit sermo domini: non solum in Macedonia, & Achaia, uerumetiam in omni loco fides uestra quae est in deum, dimanauit, ut non sit nobis necesse loqui quicquam. Siquidem ipsi de uobis annunciant, qualē ingressum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi fueritis ad deū à simulacris, ut seruiretis deo uiuenti & ueraci, & expectaretis filium eius de coelis, quem excitauit à mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uentura.

1. Cor. 2. 4

Q̄uàm sincere ipse docuerit infert, quo cautos eos reddat aduersus pseudaplos

NAm ipsi nostis fratres, introitum nostrū ad uos, q̄ non fuerit inanis, sed q̄ ante malis

VVLGATA EDITIO

A PAVLVS & Siluanus & Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in Deo patre nostro, & domino Iesu Christo: Gratia uobis & pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei uestrae & laboris & charitatis & B sustinentiae spei domini nostri Iesu Christi ante deum & patrem nostrum. Scientes fratres dilecti à deo electionem uestram: quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum: sed & in uirtute & in spiritusancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos. Et uos imitatores nostri facti estis & domini, excipientes uerbum in tribulatione multa cum gaudio spiritussancti ita ut facti sitis forma om̄ibus credentibus in C Macedonia & in Achaia. A uobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia: sed & in omni loco fides uestra quę est ad deum profecta est: ita ut nō sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos: & quo modo conuersi estis ad deum à simulacris seruire deo uiuo & uero: & expectare filium eius de coelis quem suscitauit ex mortuis Iesum: qui eripuit nos ab ira uentura.

CAPVT II

A NAm & ipsi scitis fratres introitum nostrū ad uos: quia nō inanis fuit: sed ante passi

malis afflicti & contumelijs affecti, quemad/
modũ scitis Philippis, audacter egerimus in
dño nostro ad loquendũ apud uos euangeliũ
dei, in multo certamine. Siquidem exhortatio
nostra non fuit ex impostura, neq; ex immũ/
dicia, neq; cum dolo, sed queadmodum pro/
bati fueramus à deo, ut nobis committeretur
euangelium, ita loquimur, non ut hominibus
placẽtes, sed deo q probat corda nostra. Ne/
que enim unquam per sermonem adulatiõis
uersati sumus, queadmoduш nostis, nec per
B occasionem auaritiæ, deus est testis, neq; quæ
rẽtes ex hominibus gloriam, nec à uobis, nec
ab alijs, cum possemus in autoritate esse, tan/
quam apostoli Christi, sed fuimus placidi in
medio uestri, perinde ac si nutrix foueat suos
filios, sic affectu propensi in uos, animo cupie
bamus impertire uobis, non solum euangeliũ
dei, uerumetiam nostras ipsorũ animas, pro/
pterea quod chari nobis facti estis. Memini/
stis enim fratres laboris nostri, ac sudoris. No
cte enim ac die opus facientes ob id, ne cui ue
strum essemus oneri, prędicauimus apud uos
euangelium dei. Vos autem testes estis & de/
C us, quàm sancte & iuste & inculpate uobiscũ
qui credebatis, uersati fuerimus: quemadmo/
dum nostis, ut erga unumquenq; uestrum, tã
quam pater erga filios suos, fuerimus affecti,
obsecrantes uos, & consolãtes & obtestantes,
ut ambularetis digne deo, qui uocasset uos in
suum regnum ac gloriã. Quapropter & nos
gratias agimus Deo indesinenter: quod cum
acciperetis sermonem à nobis, quo deum di/
scebatis, accepistis non sermonem hominum,
sed sicut erat uere sermonem dei, qui & agit
in uobis credentibus. Vos enim imitatores fa
cti estis fratres, ecclesiarum dei, quæ sunt in Iu
dæa, in Christo Iesu, quod eadem passi sitis et
uos à proprijs contribulibus, quemadmodũ
D & ipsi nos à Iudæis, qui ut & dominum occi/
derunt Iesum, & proprios ꝓphetas, ita & nos
persecuti sunt, & deo non placent, & omnibus
hominibus aduersantur, qui obsistunt nobis,
ne loquamur gentibus, quo salui fiant, ut ex/
pleant sua peccata semper. peruenit autem in
illos ira in finem. Cæterum nos fratres, or/
bati uobis ad spatiũ tẽporis, aspectu, non cor/
de, uehemẽtius studuimus uidere faciẽ uestrã
cũ multo desiderio. Quapropter uoluimus ue
nire ad uos ego quidẽ Paulus, & semel & iterũ
& obstitit

passi multa & cõtumelijs affecti (sicut scitis) in
Philippis, fiduciã habuimus in deo nostro lo
qui ad uos euangelium Dei in multa sollicitu/
dine. Exhortatio enim nostra non de errore
neque de immundicia, neque in dolo: sed si/
cut probati sumus à Deo, ut crederetur à
nobis euangelium, ita loquimur: non quasi
hominibus placentes, sed Deo, qui probat
corda nostra. Neque enim aliquando fui/
mus in sermone adulationis sicut scitis, neque
in occasione auariciæ: Deus testis est: neque
quærentes ab hominibus gloriam neque à
uobis, neque ab alijs: cum possemus uobis
oneri esse, ut Christi apostoli. Sed facti su/
mus paruuli in medio uestrum, tanquam si
nutrix foueat filios suos: ita desiderantes uos
cupide, uolebamus tradere uobis: non so/
lum euangelium Dei: sed etias animas no/
stras: quoniam charissimi nobis facti estis.
Memores enim facti estis fratres laboris no/
stri & fatigationis, nocte & die operantes, ne Act.20.e
quenquam uestrum grauaremus, prædica/
uimus in uobis euangelium Dei. Vos testes
estis & Deus, quàm sancte & iuste & sine
querela uobis qui credidistis affuimus: sicut
scitis qualiter unumquenque uestrum tan/
quam pater filios suos deprecantes uos &
consolantes, testificati sumus ut ambulare/
tis digne Deo qui uocauit uos in suum re/
gnum & gloriam. Ideo & nos gratias agimus
Deo sine intermissione: quoniam cum ac/
cepissetis à nobis uerbum auditus Dei: acce/
pistis illud non ut uerbum hominum, sed
sicut est uere uerbum Dei: qui operatur in
uobis qui credidistis. Vos enim imitato/
res facti estis fratres ecclesiarum Dei quæ
sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem
passi estis & uos à contribulibus uestris,
sicut & ipsi à Iudæis: qui & dominum oc/ Matth.23.d
ciderunt Iesum & prophetas: & nos per/
secuti sunt: & Deo non placent: & omni/
bus hominibus aduersantur: prohibentes
nos gentibus loqui, ut salui fiant: ut im/
pleant peccata sua semper. Peruenit enim
ira Dei super illos usque in finem. Nos au/
tem fratres desolati à uobis ad tempus ho/
ræ, aspectu non corde, abundantius festi/
nauimus faciem uestram uidere cum mul/
to desiderio. Quoniam uoluimus uenire ad
uos: ego quidem Paulus & semel & iterum:
sed impe/

& obstitit nobis satanas. Nam quę est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriationis, an non & uos in conspectu domini nostri Iesu Christi in eius aduentu? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Per Timotheum solatur eos & hortatur ad tolerantiā malorū ac cōstantiam

Act. 17 c

PRoinde cum non amplius ferremus, uisum est nobis, ut Athenis resideremus soli, ac misimus Timotheum fratrem nostrum, ac ministrum dei, & adiutorem operis nostri in euangelio Christi, ut cōfirmaret uos, & consolaretur uos de fide nostra, ne quisquā turbaretur in afflictionibus his. Nā ipsi nostis, nos in hunc usum positos esse. Etenim cum apud uos essemus, prædicebamus uobis fore, ut afflictionē pateremur, quemadmodum & euenit, & nostis. Quapropter & ego nō amplius ferens, misi ad hoc, ut cognoscerem fidem uestram: ne quo pacto tentasset uos ille qui tentat, & inanis factus esset labor noster. Nuper autem cum uenisset Timotheus ad nos à uobis, & annunciasset nobis fidem ac dilectionē uestrā, & quod habeatis memoriā nostri bonā semp, desiderātes nos uidere, queādmodū nos quoq; uos. Idcirco consolationem accepimus fratres per uos super omni afflictione & necessitate nostra, per uestrā fidem. Quoniā nūc uiuimus, si uos statis in dn̄o. Quā em̄ gratiarum actionem possumus deo repēdere de uobis super omni gaudio, quod gaudemus propter uos in conspectu dei nostri, nocte ac die supra modū orantes, ut uideamus uestrā faciem, & suppleamus quæ desunt fidei uestræ. Ipse uero deus & pater noster & dominus noster Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem dominus abundantes & exuberantes faciat mutua inter uos charitate, & in omnes, queādmodū & nos in uos: ut confirmet corda uestra, irreprehensibilia in sanctimonia coram deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius.

Iubet eos honeste uiuere, docēs simul resurrectionem mortuorum

Tob. 6 b

QVod superest igitur fratres, rogamus uos & adhortamur per dominū Iesum quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat uos uersari, & placere Deo, ut abundetis magis. Nostis enim, quæ præcepta dederimus uobis per dominum Iesum. Hęc enim est uolūtas dei, sanctificatio uestra ut abstineatis à scortatiōe, & sciat unusquisq; uestrum suum uas possidere, cū sanctificatiōe & hono-

sed impediuit nos sathanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAPVT III

A PRopter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis solis: & misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum Dei in euangelio Christi, ad cōfirmādos uos & exhortādos pro fide uestra: ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam & cum apud uos essemus, prædicebamus uobis passuros nos tribulatiōes: sicut & factū est & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens misi ad cognoscendum fidem uestram: ne forte tentauerit uos is qui tentat: & inanis fiat labor noster. B Nunc autem ueniēte Timotheo ad nos à uobis, & annunciante nobis fidem & charitatem uestram: & quia memoriā nostri habetis bonam, semper desiderantes nos uidere: sicut & nos quoq; & uos. ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem uestram: quoniam nunc uiuimus si uos statis in domino. Quam enim gratiarumactionem possumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante domi- C num deum nostrum: nocte ac die abundantius orantes, ut uideamus faciem uestram: & compleamus ea quæ desunt fidei uestræ. Ipse autem deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitatem uestram in inuicem & in omnes: quemadmodum & nos in uobis ad cōfirmanda corda uestra sine querela in sanctitate ante deum & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius: Amen.

CAPVT IIII

A DE cætero ergo fratres rogamus uos & obsecramus in domino Iesu: ut quemadmodū accepistis à nobis, quomodo oporteat uos ambulare & placere deo: sic & ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dominum Iesum. Hęc est em̄ uolūtas dei, sanctificatio uestra: ut abstineatis uos à fornicatiōe: ut sciat unusquisq; uestrum uas suū possidere in sanctificatione & honore

& honore, non cum affectu concupiscentiæ, B quemadmodum & gentes, quæ non nouerūt deum. ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrem suū, propterea quod ultor est dominus de omnibus his, quemadmodum & ante diximus uobis, ac testati sumus. Non enim uocauit nos deus immūdiciæ causa, sed ad sanctificationē. Proinde qui reijcit, non reijcit hominem, sed deum, qui dedit spiritum suū sanctum in uos. Cæterum de fraterna charitate non necesse habetis, ut scribam uobis. Ipsi nāque diuinitus docti estis, ut diligatis uos inuicem. Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui sunt in tota Macedonia. C Obsecramus autem uos fratres, ut abundetis magis, & in hoc incumbatis, ut quieti sitis, & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus uestris, sicuti uobis precepimus, ut uos geratis honeste erga extrarios, & nulla re uobis sit opus. Cæterum nolo uos ignorare fratres de ijs qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet D cum illo. Hoc enī uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuemus & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt. Quoniam ipse dominus cum hortatu & uoce archangeli, ac tuba dei descēdet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cum domino erimus, Proinde consolemini uos mutuo sermonibus his.

A PORrò de temporibus & articulis temporum fratres, non est opus ut uobis scribā. Ipsi enim planè scitis, quod dies ille domini, ut fur in nocte, ita uenturus sit. Cum enim dixerint, pax & tuta omnia, tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At uos fratres, nō estis in tenebris, ut dies ille uos tanquam fur opprimat. Omnes uos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum. Proinde ne dormiamus, sicut & cęteri, sed uigilemus & sobrij simus. Nā qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, noctu sunt ebrij. B at nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thoracem fidei & charitatis, & pro galea spem salutis. Quoniam

& honore: non in passione desiderij: sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam uindex est dominus de his omnibus: sicut prædiximus uobis & testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in immundiciam: sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit: non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere uobis: Ipsi enim uos à deo didicistis, ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis & operam detis ut quieti sitis: & ut uestrum negocium agatis: & operemini manibus uestris: sicut præcipimus uobis, ut & honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus: ut non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Hoc enī uobis dicimus in uerbo domini: quia nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: Deinde nos qui uiuimus qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicē in uerbis istis.

Matth.24 e
Ioan.5 c
2.Thes.2 a

CAPUT V

DE temporibus autem & momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis: Ipsi enim diligēter scitis, quia dies dn̄i sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint, pax & securitas: tunc repētinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & nō effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Om̄es enim uos filij lucis estis & filij diei. Non sumus noctis neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri: sed uigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiūt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus induti loricam fidei & charitatis & galeam spem salutis: quoniam

Christi aduētus nouissimus quomodo expectādus: & quō fouendi sint euangelij præcones
Hierem.15 b

Esa.59 e
Ephes.6 b

Quoniam nõ constituit nos deus,ut iram no/bis concitemus,sed ut salutem consequamur per dominum nostrum Iesum Christum,qui mortuus est pro nobis,ut siue uigilemus, siue dormiamus,simul cum illo uiuamus.Quapropter adhortemini uos mutuo, & ædificetis singuli singulos,sicut & facitis.Rogamus autem uos fratres,ut agnoscatis eos,qui laborant inter uos,& qui præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo precio per charitatem propter opus illorum: pacem habete cum illis.Obsecramus autem uos fratres,monete inordinatos,consolamini pusillanimes,subleuate infirmos,patientes estote erga omneis. Videte ne quis malũ pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est,sectemini, tum erga uos inuicẽ, tum erga omneis.Semper gaudete,indesinenter orate, in omnibus gratias agite.Hæc enim est uoluntas dei per Christũ Iesum erga uos.Spiritum ne extinguatis, prophetias ne aspernemini. Omnia probate: quod bonum fuerit,tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse autẽ deus pacis sanctificet uos totos.Et integer uester spũs,& anima & corpus,ita ut in nullo possitis culpari,in aduẽtu dñi nostri Iesu Christi seruetur.Fidelis est qui uocauit uos, q̃ idẽ efficiet. Fratres,orate pro nobis.Salutate fratres omneis cũ osculo sancto.Adiuro uos per dñm,ut recitet hęc epistola omĩbus sanctis fratribus. Gratia dñi nostri Iesu Christi sit uobiscum.

1.Cor.14 d

quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum: qui mortuus est pro nobis: ut siue uigilemus,siue dormiamus,simul cum illo uiuamus.Propter quod consolamini inuicem,& ædificate alterutrũ:sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos,& præsunt uobis in domino:& monent uos:ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: & pacem habete cũ eis. Rogamus autem uos fratres:corripite inquietos:consolamini pusillanimes:suscipite infirmos:patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat:sed semper quod bonum est,sectamini in inuicem & in omnes.Semper gaudete:sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hæc est enim uoluntas dei in Christo Iesu in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere:prophetias nolite spernere. Omnia autem probate:quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete uos. Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia: ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos: qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro uos per dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.Amen.

C D

AD THESSALONICENSES PRIMA SCRIPTA FVIT EX ATHENIS.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES.

Ad Thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus:& notum facit eis de temporibus nouissimis,& de aduersarij deiectione.Scribit hãc epistolam ab Athenis per Titum diaconum & Onesimum acolytum.

EPISTOLA PAVLI AD TESSALONICENSES SECVNDA.

ERASMI VERSIO.

A PAVLVS & Siluanus ac Timotheus ecclesiæ Thessalonicẽsiũ, in deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia sit uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus deo semper de uobis fratres, ut par est, quod uehementer augescit fides uestra, & exuberat mutua uestra omniũ charitas, cuiusq; in alterum, B adeo ut nos ipsi de uobis gloriemur in ecclesijs dei, de tolerãtia uestra & fide, super omnibus persecutionibus uestris & afflictionibus, quas sustinetis documentũ iusti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Siquidẽ iustum est apud deum, reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem, & uobis qui affligimini relaxationem nobiscum, C cum reuelabitur dominus Iesus de cœlo, cum angelis potentiæ suæ, cum incendio flammæ, qui infligit ultionem ijs, qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnam luent, interitũ æternum, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, cum uenerit, ut glorificetur in sanctis D suis, & admirandus fiat in omnibus credentibus: quod fides habita sit testimonio nostro erga uos in die illo, ad quod etiam oramus semper pro uobis, ut uos dignos habeat ista uocatione deus noster, & compleat omne bonum propositum bonitatis, & opus fidei cum potentia, ut illustretur nomen domini nostri Iesu Christi per uos, & uos per illũ, iuxta gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

A ROgamus autem uos fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri aggregationẽ in illũ, ne cito dimoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per spiritum, neque per sermonem, neq; per epistolam, tanq̃ nobis autoribus, quasi instet dies Christi, ne quis uos decipiat ullo modo, quoniam non adueniet domin⁹, nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille scelerosus, filius perditus

VVLGATA EDITIO.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus ecclesiæ Tessalonicensiũ, in deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper deo pro uobis fratres, ita ut dignũ est quoniã supercrescit fides uestra: & abundat charitas uniuscuiusq; uestrũ in inuicẽ: ita ut & nosipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei, p patientia uestra & fide: in omnibus persecutionibus uestris & tribulatiõibus quas sustinetis in exẽplum iusti iudicij dei: ut digni habeamini in regno dei: pro quo & patimini. Si tamen iustum est apud deũ retribuere retributionẽ his qui uos tribulant: & uobis qui tribulamini, requiẽ nobiscum in reuelationem domini Iesu de cœlo cum angelis uirtutis eius in flãma ignis, dantis uindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. Qui pœnas dabunt in interitu ęternas à facie domini, & à gloria uirtutis eius, cũ uenerit glorificari in sanctis suis: & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo. In quo etiam oramus semper pro uobis: ut dignetur uos sua uocatiõe deus noster: & impleat omnem uoluntatem bonitatis suę: & opus fidei in uirtute, ut clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo, secundum gratiam dei nostri & domini Iesu Christi.

Inculcat eis animositatẽ in afflictionibus, quod eas deus uita æterna sit repensurus

Matt. 24. 25

CAPVT II

ROgamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nostræ congregationis in ipsum: ut non cito moueamini à uestro sensu, neque terreamini: neque per spiritum: neque per sermonem, neq; per epistolã tanquàm per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit discessio primum: & reuelatus fuerit homo peccati filius perdi

Monet eos ne moueantur dictis eorũ qui iã instare diẽ aduentus domini asseuerabant

perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnē, qui dicitur deus aut numen, adeo ut in tēplo dei sedeat, ostentans seipsum esse deum. An nō meministis, quod cū adhuc essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nūc quid detineat scitis, nempe, ut ille reueletur in suo tempore. Nā mysterium nunc agit iniquitatis, tantū qui tenet, in præsentia teneat, donec è medio tollatur, & tunc patefiet iniquus ille, quem dominus cōficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui, cuius est aduentus secundum operationem sathanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniusticiæ, in ijs qui pereunt, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt in hoc, ut salui fierent. Et propterea mittit illis deus efficaciam illusionis, ut credant mēdacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed approbauerunt iniusticiam. Nos autem debemus gratias agere deo semper de uobis, fratres dilecti à domino, quod elegerit uos deus ab initio in salutem, per sanctificationem spiritus, ac fidem ueritatis, ad quod uocauit uos per euāgelium nostrum, in acquisitionem gloriç domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state, & tenete institutiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse uero dominus noster Iesus Christus, & deus ac pater noster, qui dilexit nos, & dedit cōsolationem æternā, & spē bonā per gratiā, cōsoletur uestra corda, & stabiliat uos in omi sermōe: & opere bono.

1. Iohan. 2 c

Dan. 8 d

Zach. 5 a

QVod superest, orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat & glorificetur, sicut & apud uos, & ut eripiamur ab absurdis ac peruersis hominibus. Nō enim omniū est fides, sed fidelis est dominus, qui stabiliet uos, & custodiet à malo. Confidimus aūt per dominum de uobis, quod quæ præcipimus uobis, & faciatis, & facturi sitis. Porrò dominus dirigat uestra corda in dilectionē dei, & in expectationem Christi. Præcipimus autem uobis fratres, per nomē domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, qui inordinate se gerit, & nō iuxta institutionem quā accepit à nobis. Nam ipsi scitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam non inordinate gessimus nos inter uos, neq; gratis panem accepimus à quoquam, sed cum labore & sudore nocte dieq; faciētes opus, ad hoc ne cui uestrum

Ocio & curiositati indulgētes uult coerceri, adq; opus adigi

perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat, ostendēs se tanquam sit deus. non retinetis, quod cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis. Et nūc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantū ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione aduentus sui eum cuius est aduentus secundum operationem sathanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mēdacibus: & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt: eo quod ueritatem charitatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro uobis fratres dilecti à deo: quod elegerit uos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & in fide ueritatis: in qua & uocauit uos per euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

B C D

CAP. III

DE cætero fratres orate pro nobis: ut sermo dei currat & clarificetᵗ, sicut & apud uos: & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui confirmabit uos & custodiet à malo. Confidimus autem de uobis fratres in domino: quoniā quæcunq; præcipimus & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda uestra in charitate dei & patientia Christi. Denūciamus autem uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi: ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate: & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter uos, neq; gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes: ne quem uestrum

A B

strum essemus oneri. Nõ quod id nobis non liceat, sed ut nosmetipsos formam exhibeamus uobis ad imitãdum nos. Etenim cum essemus apud uos, hoc praecipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdam uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, praecipimus & obsecramus per dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operãtes, suum ipsorum panem edant. Vos autem fratres, ne defatigemini in benefaciendo. Quod si quis non obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate: & ne commercium habeatis cum illo, ut pudore suffundatur: neq; uelut inimicũ habeatis, sed admonete ut fratrem. Ipse aũt dominus pacis det uobis pacem semper omnibus modis. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis. Amen.

strum grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem: sed ut nosmetipsos formã daremus uobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud uos, haec denunciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete: nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam hanc, notate: & non commisceamini cum illo ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare: sed corripite ut fratrem. Ipse autem deus pacis det uobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus uobis: Amen.

2. Ioan. 1 b

Missa fuit ex Athenis.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PAVLI
Ad Timotheum Primam.

TIMOTHEVM instruit & docet de ordinatione episcopatus & diaconij & omnis ecclesiasticae disciplinae, scribens ei à Laodicea per Tychicum diaconem.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

ERASMI VERSIO

PAVLVS apostolus Iesu Christi iuxta delegationẽ dei seruatoris nostri, & dñi Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo dño nostro. Queãdmodũ rogaui te, ut remaneres Ephesi, cum pficisceret in Macedoniã: ita facito: ut denũcies qbusdã, ne diuersam sequant doctrinã, nec attẽdant fabulis & genealogijs nũquã finiẽdis, q̃ quaestiões praebent

VVLGATA EDITIO

PAVLVS apostolus Iesu Christi secundum imperiũ dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostrae: Timotheo dilecto filio in fide, gratia & misericordia: & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro. Sicut rogaui te, ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam: ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neq; intenderet fabulis & genealogijs interminatis: quae quaestiones praestant

De sana doctrina, usu legis, & gratia dei

bent magis quàm ædificationem dei, quæ est
per fidem. Porrò finis præcepti, est charitas
ex puro corde, & cõscientia bona, & fide non
simulata. A quibus quod aberrarunt quidam,
deflexerunt ad uaniloquiũ, uolentes esse legis
doctores, nõ intelligẽtes quæ loquuntur, neq;
Gal.5.c de quibus asseuerant. Scimus autẽ, quod bo-
na sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud,
quod iusto lex nõ sit posita, sed iniustis & in-
obsequentibus, impijs & peccatoribus, irreue-
rẽtibus & prophanis, patricidis & matricidis,
homicidis, scortatoribus, masculorũ concubi-
toribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si
quid aliud est, qđ sanæ doctrinæ aduersetur
secundũ euangeliũ gloriæ beati dei, quod con
creditum est mihi. Et gratiã habeo, qui me po
tentem reddidit Christo Iesu domino nostro,
quia fidelem me iudicauit, ponẽdo in ministe-
riũ, qui prius erã blasphemus, & persecutor, &
uiolentus, sed & misericordiam adeptus sum,
quod ignorans fecerim per incredulitatẽ. Exu
berauit autẽ supra modũ gratia domini nostri
cum fide & dilectione, quæ est per Christum
Iesum. Certus sermo & dignus, quem modis
omnibus amplectamur, quod Christus Iesus
uenit in mundũ, ut peccatores saluos faceret,
quorũ primus sum ego. Verũ ideo misericor-
diam sum adeptus, ut in me primo ostẽderet
Iesus Christus omnem clementiam ad expri-
mendum exemplar ijs, qui credituri essent in
ipso, in uitam æternam. Regi autẽ seculorum
immortali, inuisibili, soli sapienti deo honor,
gloria, in secula seculorũ, amen. Hoc præceptũ
cõmendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias
quę de te præcesserũt, ut milites in eis bonã mi
litiã habens fidẽ & bonã cõscientiã, qua repul-
sa nonnulli circa fidẽ naufragiũ fecerunt: quo-
rum de numero est Hymenæus & Alexãder,
quos tradidi satanæ ut discãt non maledicere.

Instruitur cœtus ecclesiasticus

Adhortor igitur, ut ante omnia fiãt depre
cationes, obsecrationes, interpellatiões,
gratiarũ actiones, pro omnib. hominibus, pro
regibus, & omnibus in eminentia cõstitutis, ut
placidam ac quietã uitã degamus cum omni
pietate & honestate. Nam hoc bonũ est & ac
ceptum coram seruatore nostro deo, qui cun-
ctos homines uult saluos fieri, & ad agnitionẽ
ueritatis uenire. Vnus enim deus, unus etiam
conciliator dei & hominum, homo Christus
Iesus, qui dedit semetipsum preciũ redẽptio-
nis

stant magis quàm ædificationem dei quæ est
in fide. Finis autem præcepti est charitas de
corde puro & conscientia bona, & fide non fi B
cta. A quibus quidã aberrantes conuersi sunt
in uaniloquium, uolentes esse legis doctores,
non intelligentes, neque quæ loquuntur, neq;
de quibus affirmant. Scimus autem quia bo-
na est lex si quis ea legitime utatur: sciẽtes hoc
quia lex iusto nõ est posita, sed iniustis & non
subditis: impijs & peccatoribus: sceleratis &
contaminatis, parricidis & matricidis, homi-
cidis, fornicarijs, masculorum cõcubitoribus,
plagiarijs, mendacibus & periuris: & si quid
aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est se-
cundum euangeliũ gloriæ beati dei quod cre- C
ditum est mihi. Gratias ago ei qui me confor-
tauit in Christo Iesu domino nostro, quia fi-
delem me existimauit ponens in ministerio.
Qui prius blasphemus fui & pſecutor & con-
tumeliosus: sed misericordiam dei consecutus
sum: quia ignorans feci in incredulitate. Su-
perabundauit autẽ gratia domini nostri cum
fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Fi-
delis sermo & omni acceptione dignus, quia
Christus Iesus uenit in hunc mundum pec-
catores saluos facere: quorũ primus ego sum.
Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut D
in me primo ostenderet Christus Iesus om-
nem patientiam ad informationẽ eorum qui
credituri sunt illi in uitam æternam. Regi au-
tem seculorũ immortali, inuisibili: soli deo ho
nor & gloria in secula seculorum, amen. Hoc
præceptum commendo tibi fili Timothee se-
cundum præcedentes in te prophetias, ut mili
tes in illis bonam militiã habens fidem & bo-
nam conscientiã. Quam quidam repellentes
circa fidem naufragauerũt, ex quibus est Hy-
menęus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut
discant non blasphemare.

CAP. II

OBsecro igitur primum omnium fieri ob A
secrationes, orationes, postulationes,
gratiarum actiones, pro omnibus hominibus,
pro regibus & omnibus qui in sublimitate
sunt, ut quietam & tranquillam uitam aga-
mus in omni pietate & castitate. Hoc enim
bonum est & acceptum coram saluatore no-
stro deo, qui omnes homines uult saluos fie-
ri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Vnus e-
nim deus, unus & mediator dei & hominum,
homo Christus Iesus, qui dedit redemptio-
nem

B his pro omnibus,ut esset testimonium tempo ribus suis,in quod positus sum ego præco & apostolus. Veritatē dico in Christo,non mentior,doctor gentiū cum fide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco sustollētes puras manus absq; ira & disceptatione. Cōsimiliter & mulieres in amictu modesto,cū uerecundia & castitate ornare semetipsas,nō tortis crinibus aut auro aut margaritis aut uestitu sumptuoso,sed quod decet mulieres, profitentes

C pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Cæterum mulieri docere non permitto,neq; autoritatē usurpare in uiros,sed esse in silētio. Adam enim prior formatus est,deinde Eua:& Adā non fuit deceptus, sed mulier seducta obnoxia facta est transgresioni,salua tamen fiet per generationem liberorū,si māserint in fide ac dilectione & sanctificatione cum castitate.

A INdubitatus sermo:Si quis episcopi munus appetit,honestū opus desiderat. Oportet igitur episcopū irreprehensibilem esse, unius uxoris maritū,uigilantē,sobriū,modestū, hospitalē,aptum ad docendū,non uinolentū, nō turpiter lucri cupidū:sed æquum,alienū à pugnis,alienum ab auaritia,qui suæ domui bene præsit,qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerētia. Quod si quis propriæ domui præesse nō nouit,quomodo ecclesiam dei curabit? Non nouitiū,ne inflatus in condemnationē incidat calūniatoris. Oportet autem illū & bonum habere testimoniū ab extraneis:ne in probrum incidat,& laqueum calūniatoris. Ministros itidē cōpositos, non bilingues, non

B multo uino deditos,non turpiter lucri auidos, tenētes mysteriū fidei cū pura consciētia.atq; hi probentur prius,deinde ministrēt sic,ut nemo possit illos criminari. Vxores similiter modestas,nō calūniosas,sobrias,fidas in oībus. Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte præsint & ,pprijs familijs. Nā qui bene ministrauerint,gradū sibi bonū acquirūt:& multam libertatē in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo, sperās fore,ut ueniā ad te cito. Quod si tardius uenero, ut noris quō oporteat in domo dei uersari,quæ est ecclesia dei uiuētis,colūna & stabilimentū ueritatis. Et citra cōtrouersiā magnū est pietatis mysteriū. De9 manifestatus est in carne,iustificatus est in spi

C ritu,uisus est angelis,ꝑdicatus est gētib9,fides illi

nem semetipsum pro oībus. Cuius testimoniū tēporibus suis confirmatū est:in quo positus sum ego prædicator & apostolus. Veritatē dico,nō mētior,doctor gentiū in fide & ueritate. Volo ergo uiros orare in omni loco:leuātes puras manus sine ira & disceptatiōe. Similiter & mulieres in habitu ornato cū uerecūdia & sobrietate ornantes se: & nō in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueste preciosa:sed quod decet mulieres promittētes pietatē per opera bona. Mulier in silētio discat cū omni subiectione. Docere aūt mulieri nō permitto,neq; dominari in uirum,sed esse in silentio. Adā enim primus formatus est, deinde Eua. Et Adam nō est seductus:mulier aūt seducta in præuaricatiōe fuit. Saluabitur autē per filiorum generationē si permanserit in fide & dilectiōe:& sanctificatiōe cū sobrietate. c. III

Gen.2.3

FIdelis sermo. Si quis episcopatum desiderat,bonum opus desiderat. Oportet eñ episcopum irreprehensibilē esse, unius uxoris uirum,sobrium,ornatum,prudētem, pudicū, hospitalē,doctorem, non uinolentum,nō percussorē:sed modestum,nō litigiosum, nō cupidum:sed suæ domui bene præpositum: filios habentē subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? Non neophytum:ne in superbiā elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet aūt & illum testimoniū habere bonū ab his qui foris sunt:ut nō in opprobriū incidat & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos:nō bilingues: nō multo uino deditos:nō turpe lucrum sectātes:habētes mysterium fidei in cōsciētia pura. Et hi aūt probentur primum:& sic ministrent nullū crimē habētes. Mulieres similiter pudicas: nō detrahentes:sobrias: fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris uiri: qui filijs suis bene præsint & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent: & multā fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans me uenire ad te cito. Si autem tardauero: ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari quæ est in ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ueritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū: quod manifestatum est in carne, & iustificatum est in spiritu: apparuit angelis:prædicatum est gentibus,creditū

Quales debeāt esse episcopi & ecclesiæ ministri eorūq; familia
Leuit.21 b
Ezech.44 d

illi habita est in mundo, receptus est in gloria.

Ne recipiant aniles fabulas de ciborum delectu & ui/tando coniu/gio, monet

SPiritus aũt certo loquitur, quod in poste/
rioribus tẽporibus descíscent quidã à fide,
attendẽtes spiritibus impostoribus, ac doctri/
nis dæmoniorũ per simulationẽ falsiloquorũ,
cauterio notatã habẽtium cõscientiã, prohibẽ
tiũ cõtrahere matrimoniũ, iubentium abstine
re à cibis, q̃s deus creauit ad sumendum cum
gratiarũactiõe fidelibus, & ijs qui cognouerũt
ueritatẽ, q̃ quicquid creauit deus, bonũ sit: &
nihil reijciẽdũ, si cum gratiarũactiõe sumatur.
Sanctificatur eñ per sermonẽ dei, ac precatio
nẽ. De his, si cõmonefeceris fratres, bonus eris
minister Iesu Christi enutritus in sermõibus fi
dei, bonæq̃ doctrinę, quã usq; secutus es. Cę
terũ prophanas & aniles fabulas reijce, quin
potius exerce temetipsum ad pietatẽ. Nã cor/
poralis exercitatio, paululũ habet utilitatis: at
pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissiões
habeat uitæ præsentis ac futuræ. Indubitatus
sermo dignusq̃, qui omĩbus modis approbe/
tur. Nã in hoc & laboram⁹ & ,pbris afficimur,
quod spẽ fixã habemus in deo uiuente, qui est
seruator omniũ hominũ maxime fideliũ. Præ
cipe hæc & doce. Nemo tuã iuuẽtutem despi/
ciat, sed esto forma fideliũ in sermõe, in cõuer
satiõe, in dilectione, in spiritu, in fide, in purita/
te. Donec uenero attẽde lectiõi, exhortationi,
doctrinæ. Ne neglexeris quod in te est donũ,
q̃d datũ est tibi ,p prophetiã cum impositiõe
manuũ, autoritate sacerdotij. Hæc exerce ĩ his
esto, ut tu⁹ ,pfectus manifestus sit in omĩbus.
Attẽde tibi ipsi & doctrinę, ,psiste in his. Nã id
si feceris, teipsũ seruabis, & eos q te audierint.

Ratione insti tuendorũ cu/iusq; ætatis hominũ docet

SEniorem ne sæuius obiurges, sed adhorta
re ut patrẽ, iuniores ut fratres, mulieres na
tu grãdiores ut matres, iuniores ut sorores cũ
omni castitate. uiduas honora, quæ uere ui-
duę sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepo
tes habet, discant primum propriã domũ pie
tractare, & uicẽ rependere maioribus. Hoc e/
nim est honestum & acceptũ corã deo. Porro
quæ uere uidua est ac desolata, sperat in deo,
& perseuerat in obsecrationibus ac precationi
bus noctu dieq̃. Porrò quæ in delitijs uersa/
tur, ea uiuẽs mortua est. Et hæc pręcipe, ut irre
prehẽsibiles sint. Q̃d si qua suis & maxime fa
miliarib⁹ nõ prouidet, fidẽ abnegauit, & est in
fideli deterior. Vidua allegat̃ nõ minor annis
sexaginta, quę fuerit uni⁹ uiri uxor, in oꝑibus
bonis

1. Cor. 7 d

est in mundo, assumptũ est in gloria. C. IIII

A SPiritus aũt manifeste dicit: quia in nouissi/
mis temporibus discedẽt quidã à fide, at/
tendẽtes spiritibus erroris & doctrinis dæmo
niorum in hypocrisi loquentiũ mẽdacium, &
cauteriatã habentiũ suã cõscientiã, prohiben/
tium nubere, abstinere à cibis quos deus crea
uit ad percipiẽdum cum gratiarumactiõe fide
libus: & his qui cognouerunt ueritatẽ. Quia o/
mnis creatura dei bona est, & nihil reijciendũ B
quod cum gratiarumactiõe percipitur. Sãcti/
ficatur enim per uerbum dei & orationẽ. Hæc
proponẽs fratribus bonus eris minister Chri/
sti Iesu, enutritus uerbis fidei & bonæ doctri/
næ quam assecutus es. Ineptas aũt & aniles fa
bulas deuita. Exerce aũt teipsum ad pietatem:
Nã corporalis exercitatio ad modicum utilis
est. Pietas autẽ ad omnia utilis est: promissio/
nem habens uitæ quę nunc est & futuræ. Fide C
lis sermo & omni acceptiõe dignus. In hoc e/
nim laboramus & maledicimur, quia spera/
mus in deum uiuum, qui est saluator omniũ
hominum maxime fidelium. Præcipe hæc &
doce. Nemo adolescentiã tuã contemnat: sed
exemplum esto fidelium in uerbo: in cõuersa/
tione: in charitate: in fide: in castitate. Dum ue
nio attẽde lectioni, exhortationi & doctrinæ,
Noli negligere gratiã quæ in te est: quæ data D
est tibi per prophetiam cum impositione ma
nuum presbyteri. Hæc meditare, in his esto:
ut profectus tuus manifestus sit omnibus. At
tende enim tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc
enim faciens: & teipsum saluum facies: & eos
qui te audiunt. CAPVT V

A SEniorem ne increpaueris, sed obsecra ut
patrẽ. Iuuenes ut fratres: anus ut matres:
iuuenculas ut sorores in omni castitate. Vi/
duas honora quæ uere uiduæ sunt. Si qua au/
tem uidua aut filios aut nepotes habet, discat
primum domum suam regere: & mutuam ui/
cẽ reddere parẽtibus. Hoc enim acceptum est
coram deo. Quę autem uere uidua est & deso
lata, speret in deum: & instet obsecrationibus
& orationibus nocte ac die. Nam quæ in deli
tijs est uiuens, mortua est. Et hoc præcipe ut
irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum
& maxime domesticorum curam non ha/
bet: fidem negauit: & est infideli deterior.
Vidua eligatur non minus sexaginta anno/ B
rum quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus
bonis

bonis hominum testimonio cõprobata, si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorũ pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bono fuit assidua. Porrò iuniores uiduas reijce, cũ enim lasciuire cœperint aduersus Christum, nubere uolunt, habẽtes condẽnationem, quod primã fidem reiecerint: simul autem & ociosæ discunt circũire domos. Imò nõ solũ ociosæ, uerumetiã garrulæ & curiosæ, loquentes quæ nõ oportet. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domũ administrare, nullã occasionem dare aduersario, ut habeat maledicẽdi causam. Iã eñ nõnullę defluxerũt secutę satanã. Quod si quis fidelis, aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illis, & nõ oneretur ecclesia: ut ijs quæ uere uiduæ sunt, suppetat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur: maxime ij, q laborant in sermone & doctrina. Dicit eñ scriptura: Boui triturãti nõ obligabis os. Et: Dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterũ accusationẽ ne admiseris, nisi sub duob9 aut trib9 testibus. Eos q peccãt, corã omnibus argue, ut & cęteri timorẽ habeãt. Obtestor in cõspectu dei & dñi Iesu Christi & electorũ angelorũ, ut hæc serues sine pcipitatione iudicij, nihil faciẽs iuxta propẽsionẽ animi. Manus cito ne cui imponas, neqꝫ cõmunices peccatis alienis. Temetipsum purũ serua. Ne posthac bibas aquã, sed uino paululo utere propter stomachũ tuũ, & crebras tuas infirmitates. Quorũdã hominũ peccata ante manifesta sunt, pcedẽtia ad iudiciũ, quosdã uero & subsequũtur. Cõsimiliter & bona opa ante manifesta sunt, & ea quæ secus habẽt, occultari non possunt.

QVicunqꝫ sub iugo sunt serui, suos dños omni honore dignos ducant, ne nomen dei & doctrina male audiat. Qui uero fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint, sed magis inseruiant, quod fideles sint ac dilecti qui beneficentiæ participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis diuersam sequitur doctrinam, & nõ accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secũdũ pietatẽ est doctrinæ, is inflatus est, nihil sciẽs, sed insaniẽs circa quæstiones ac disputationũ pugnas, ex qbus nascitur inuidia, cõtentio, maledicentia, suspiciones malæ, superuacaneæ cõflictationes hominũ mẽte corruptorũ, & quibus adempta est ueritas, qui existimant quæstum

bonis testimonium habens: si filios educauit: si hospitio recepit: si sanctorum pedes lauit: si tribulationẽ patientibus subministrauit: si omne opus bonũ subsecuta est. Adolescentiores autem uiduas deuita. Cũ enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt, habentes damnationẽ: quia primã fidẽ irritã fecerunt. Simul autem & ociose discunt circũire domos, nõ solũ ociose, sed & uerbose & curiose loquentes quæ nõ oportet. Volo autẽ iuniores nubere: filios procreare: matres familias esse: nullã occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam conuersæ sunt retro post sathanã. Si quis fidelis habet uiduas, subministret illis ut non grauetur ecclesia: ut his quæ ueræ uiduę sunt, sufficiat. Qui bene pręsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non infrenabis os boui trituranti: & dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue: ut & cæteri timorẽ habeant. Testor corã deo & Christo Iesu & electis angelis eius, ut hæc custodias sine piudicio: nihil faciens in alterã partẽ declinãdo. Manus cito nemini imposueris: neqꝫ cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsum castũ custodi. Noli adhuc aquã bibere, sed modico uino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominũ peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: quorundam autem & subsequũtur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

Deut. 25 a
1. Cor. 9 b

CAPVT VI

QVicunqꝫ sunt sub iugo serui, dños suos omni honore dignos arbitrẽtur: ne nomen dñi & doctrina blasphemetur. Qui autẽ fideles habent dños, non contẽnant: quia fratres sunt: sed magis seruiãt: quia fideles sunt & dilecti: quia beneficij participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet, & nõ acquiescit sanis sermonib9 dñi nostri Iesu Christi: & ei quæ secundũ pietatẽ est doctrinæ, superbus est, nihil sciens: sed languens circa quęstiones & pugnas uerborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ, cõtentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, cõflictationes hominũ mẽte corruptorũ: & qui à ueritate priuati sunt, existimãtium

Quid seruis, qd dominis, qd diuitibus conueniat: & cauendas esse quæstiones cõtentiosas

quæstum esse pietatem. Seiungere ab ijs qui eiusmodi sunt. Est autẽ quæstus magnus, pietas cũ animo sua sorte cõtento. Nihil enim intulimus in mundũ, uidelicet nec efferre quicq̃ possumus: sed habẽtes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti erimus. Cæterum qui uolunt ditescere, incidunt in tẽtationẽ, & laqueũ & cupiditates multas, stultas, ac noxias, quæ demergunt homines in exitiũ & interitum. Siquidẽ radix omnium malorum est studiũ pecuniæ, quam quidam dum appetunt, aberrauerunt à fide, & seipsos implicuerunt doloribus multis. Tu uero homo dei, ista fuge: secta re autem iusticiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinẽ. Certa bonum certamen fidei: apprehende uitam æternam, ad quã & uocatus es, & professus es bonam professionẽ coram multis testibus. Præcipio tibi in cõspectu dei, qui uiuificat omnia, & Iesu Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, ut serues præceptum immaculatum, irreprehẽsibilis, usq; ad apparitionẽ dñi nostri Iesu Christi, quam tẽporibus suis ostensurus est ille beatus & solus princeps, rex regnantium, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatẽ, lucẽ habitans inaccessam, quem uidit nemo hominum, neq; uidere potest. cui honor & imperiũ sempiternum, Amen. His qui diuites sunt in præsenti seculo præcipe, ne elato sint animo, neq; spẽ ponant in diuitijs incertis, sed in deo uiuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, ut bene faciãt, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad impartiendum, libenter cõmunicantes, recõdentes sibijpsis fundamentum bonum in posterum, ut apprehẽdant æternam uitam. O Timothee depositum serua, deuitans prophanas uocum inanitates, & oppositiones falso nominatæ sciẽtiæ: quam nõnulli profitentes, circa fidem aberrauerunt. Gratia sit tecum. Amen.

Iob.1.c

Pro.23.a

Apoc.17.19

quæstum esse pietatem. Est aũt quæstus magnus pietas cum sufficiẽtia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: Haud dubiũ, quia nec auferre quid possumus. Habentes autẽ alimẽta & quibus tegamur: his cõtenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidã appetentes errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ò homo dei hęc fuge. Sectare uero iusticiam, pietatem, fidẽ, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende uitam æternam: in qua uocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia: & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usq; in aduentum domini nostri Iesu Christi: quem suis temporibus ostendet beatus, & solus potens, rex regum, & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem: & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit: sed nec uidere potest, cui est honor & imperium sempiternum: Amen. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamẽtum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

C

D

FINIS.

Missa fuit ex Laodicea, quæ est Metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PAVLI

Ad Timotheum Secundam.

ITEM Timotheo scribit de exhortatione martyrij, & de omni regula ueritatis, & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione, scribens ei ab urbe Roma.

EPISTOLA PAVLI
AD TIMOTHEVM SECVNDA

ERASMI VERSIO.

A P AVLVS apostolus Iesu Christi, per uoluntatē dei secundū promissionē uitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo dilecto filio. Gratia, misericordia, pax à deo patre, & Christo Iesu dn̄o nostro. Gratiā habeo deo, cui seruio à maioribus cū pura cōscientia, quod citra ullā intermissionē faciā de te mētionem in precationibus meis noctu dieq́ue, desiderās te uidere, memor tuarū lacry- B marū, ut gaudio replear, ubi cōmonefactus fuero eius, quæ est in te non simulatæ fidei, quæ habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunica. Certum aūt scio, quod in te quoq́ue. Quam ob causam cōmonefacio te, ut suscites donū dei, quod est in te per impositionē manuum mearū. Nō enim dedit nobis deus spiritū timiditatis, sed potentiæ ac dilectiōis & sobrietatis. Ne igitur te pudeat testimonij dn̄i nostri, neq́ue te pudeat mei, qui sum uinctus illius, sed esto particeps afflictionū euāgelij iu- C xta potentiā dei, qui saluos fecit nos, & uocauit uocatiōe sancta, nō secundū opera nostra, sed secundū suū propositū & gratiā, quæ data quidē est nobis per Christū Iesum ante tēpora æterna, sed palā facta est nūc per apparitionē seruatoris nostri Iesu Christi: q̄ mortē quidē aboleuit, uitā aūt in lucē p̄duxit, ac immortalitatē per euangeliū: in quod positus sum ego præco & apostolus, ac doctor gentiū, quā ob causam & hæc patior, attamē nō erubesco. Noui enim certusq́ue sum, quod is cui credidi, D potēs sit depositū meum custodire in illū diē. Formā habeto sanorū sermonū, q̄s à me audisti cū fide & charitate, quæ est ī Christo Iesu. Egregiū depositū seruato p̄ spiritū sanctū, qui inhabitat in nobis. Nosti hoc q̄, auersati fuerint me oēs, qui sunt in Asia, quorū est Phygelus & Hermogenes. Det misericordiā dn̄s Onesiphori familiæ, quoniā sæpe me refocillauit, & de catena mea nō erubuit: sed cum esset Romę, studiosius quęsiuit me, & inuenit, Det ei dominus, ut inueniat misericordiā apud dominum in die illo. Et in q̄ multis Ephesi ministrauerit

VVLGATA EDITIO.

P AVLVS apostolus Iesu Christi, per uoluntatem dei secundum promissionē uitæ quæ est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio: Gratia & misericordia & pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo meo: cui seruio à progenitoribus meis in cōscientia pura: q̄ sine intermissiōe habeā tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderās te uidere. Memor lachrymarū tuarū ut gaudio implear. Recordationē accipiens eius fidei quę est in te nō ficta: quæ & habitauit primū in auia tua Loide: & matre tua Eunice: certus sum aūt quod & in te. Propter quā causam admoneo te, ut resuscites gratiā dei quę est in te per impositionem manuum mearū. Non enim dedit nobis deus spiritū timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis. Noli itaq́ue erubescere testimonium dn̄i nostri: neq́ue me uinctū eius, sed collabora euangelio secundum uirtutem dei: qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta, non secundū opera nostra, sed secundum propositum suū & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia. Manifestata est autē nunc per illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem: illuminauit autem uitam & incorruptionem per euangelium: in quo positus sum ego prædicator & apostolus & magister gentium Ob quam causam etiam hæc patior: sed non cōfundor. Scio enim cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habens sanorum uerborum quæ à me audisti in fide & in dilectiōe in Christo Iesu. Bonum depositū custodi per spiritūsanctū qui habitat in nobis. Scis enim hoc quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Philetus & Hermogenes. Det misericordiā dn̄s Onesiphori domui: q̄a sæpe me refrigerauit: & catenā meam nō erubuit, sed cū Romā uenisset, sollicite me quæsiuit & inuenit. Det illi dn̄s inuenire misericordiam à domino in illa die. Et quāta Ephesi ministrauit

Cōfirmat Timotheum litēris ne persecutionū procellis deijciatur

Rom. 8

strauerit, melius tu nosti.

Vt supra, iubet esse forti animo in euãgelio adnunciando, & afflictionib. tolerandis

TV igitur fili mi, fortis esto in gratia, quæ est per Christũ Iesum, & in his, quæ audisti à me per multos testes. Hæc cõmenda fidelibus hominibus, q erũt idonei, ut alios quoque doceãt. Tu igitur feras afflictionẽ, ut bonus miles Iesu Christi. Nemo qui militat, implicatur uitæ negocijs, ut ei qui se in militiã delegit, placeat. Quod si certet etiã aliquis nõ coronatur, nisi legitime certauerit. Laborantẽ agricolã oportet primũ de fructib9 percipere. Cogita quæ dico. Det enĩ tibi dñs in omnibus intellectũ. Memento, Iesum Christũ resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid, secundum euangeliũ meũ, in quo malis affligor, quasi facinorosus usq; ad uincula. At sermo dei non fuit uinctus. Propterea oĩa suffero propter electos, ut & ipsi salutẽ consequatur, quæ est in Christo Iesu, cũ gloria æterna. Certus sermo: Nam si cõmortui sumus, & cõuiuemus, si sufferimus, & cõregnabimus: si negamus, & ille negabit nos: si increduli sum9, ille fidelis manet, negare seipsum nõ potest. Hæc admone, cõtestans corã dño ne uerborũ pugnas sequãtur, ad nullã utilitatem, ad subuersionẽ audientium. Stude teipsum probatũ exhibere deo, operariũ nõ erubescendũ, recte secantem sermonẽ ueritatis. Cæterũ prophanas uocũ inanitates prætermittito: ad maiorẽ enim proficient impietatẽ: & sermo illorũ, ut cãcer morb9 pastionẽ habebit, quorũ de numero est Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatẽ aberrarunt, dicẽtes, resurrectionẽ iã esse factã, & subuertũt quorundã fidẽ. Solidũ tamẽ fundamẽtum dei stat, habẽs signaculũ hoc: Nouit dñs qui sint sui, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomẽ Christi. Cæterũ in magna domo nõ tantũ sunt uasa aurea & argentea, uerũ etiã lignea ac testacea, & alia quidẽ in honorẽ, alia uero in cõtumeliã. Si quis igitur expurgarit seipsum ab his, erit uas in honorẽ sanctificatum, accõmodum usibus dñi, ad oẽe opus bonũ præparatum. Iuueniles autẽ cõcupiscentias fuge, sectare uero iusticiã, fidem, charitatem, pacem, cũ his qui inuocant dñm ex puro corde. Stultas aũt & ineruditas quæstiões respuẽ, sciẽs, eas parere pugnas. Porrò seruũ dñi nõ oportet pugnare, sed placidũ esse erga oẽs, ppẽsum ad docendũ, tolerantẽ malos cũ mansuetudine, erudientẽ eos q obsistunt, si quãdo det illis

1. Cor. 9 b — *Rom. 6 b* — *1. Tim. 6 b*

det illis

strauit mihi, tu melius nosti.

CAPVT II.

TV ergo fili mi confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus qui idonei erũt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi legitime certauerit. Laborantẽ agricolã oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico: Dabit enĩ tibi dñs in omnibus intellectum. Memor esto dñm Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secũdum euangeliũ meũ in quo laboro usq; ad uincula quasi male opans, sed uerbũ dei nõ est alligatũ. Ideo omnia sustineo propter electos: ut & ipsi salutẽ cõsequantur quæ est in Christo Iesu cũ gloria cœlesti. Fidelis sermo: nã si cõmortui sumus, & cõuiuemus: si sustinem9, & cõregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si nõ credim9, ille fidelis pmanet: negare seipsum nõ potest. Hæc cõmone testificans corã deo. Noli cõtendere uerbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Sollicite autẽ cura teipsum probabilẽ exhibere deo: operariũ inconfusibilem, recte tractantẽ uerbũ ueritatis. Prophana autem & uaniloquia deuita. Multũ enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est Hymenęus & Philetus, qui à ueritate exciderũt, dicentes resurrectionẽ iam factã: & subuerterunt quorũdam fidem. Sed firmũ fundamentum dei stat, habens signaculũ hoc. Cognouit dñs qui sunt eius: & discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autẽ domo, non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædã quidem in honorem: quædam autẽ in cõtumeliã. Si quis ergo se emũdauerit ab istis, erit uas in honorem sanctificatũ, & utile domino ad omne opus bonũ paratũ. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare uero iusticiam, fidem, spem, charitatem: & pacem cum his qui inuocant dñm de corde puro. Stultas autẽ & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem dñi non oportet litigare, sed mansuetum esse ad oẽs, docibilẽ, patientẽ cũ modestia, corripientẽ eos qui resistunt ueritati: ne quando det illis

det illis

det illis deus pœnitentiam ad agnoscendum ueritatem, & resipiscant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipsius uoluntatem.

A Illud autē scito, quod in extremis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parētib⁹ immorigeri, ingrati, impij, carētes affectu, nescij fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes bonorū, proditores, præcipites, inflati, uoluptatum amantes potius quàm amantes dei, habentes formam pietatis, sed qui uim eius abnegarint.

B Et istos auersare. Ex his enim sunt qui subeūt in familias, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducuntur cōcupiscentijs uarijs, semper discentes, nec unquā ad cognitionē ueritatis uenire ualentes. Quemadmodum autē Iannes & Iambres resistebāt Moysi, ita & hi resistunt ueritati homines mēte corrupti, reprobi circa fidem: sed non proficient amplius. Siquidem amentia istorum euidens erit omnibus, quēadmodum & illorū fuit. Tu

C uero assectatus es doctrinā meam, institutionem, propositū, fidē, lenitatem, charitatē, patientiam, persecutiones, afflictiones, quę mihi acciderunt Antiochiæ, Iconij, Lystris, quas persecutiones sustinuerim. Et ex omnibus eripuit me dominus, sed & omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Porrò mali homines, & impostores proficient in peius, dum & in errorem adducunt &

D errant ipsi. At tu persistito in his quę didicisti, & quæ tibi cōcredita sunt, sciens à quo didiceris, & quod à puero sacras literas noueris, quę te possunt eruditum reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis ad doctrinā, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia, ut integer sit dei homo, ad omne opus bonum apparatus.

A Obtestor igitur ego coram deo, & domino Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos in apparitiōe sua, & in regno suo. Prædica sermonē, insta tēpestiue, intēpestiue, argue, increpa, exhortare cū omī lenitate & doctrina. Nā erit tēpus, cum sanā doctrinā nō sustinebūt, sed iuxta cōcupiscētias suas coaceruabūt sibi doctores, ij quibus pruriunt aures, & à ueritate quidē aures auertent, ad fabulas uero cōuertētur. At tu uigila in omnibus

obdura

det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatē: & resipiscant à diaboli laqueis: à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatē. CAP. III

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines semetipsos amantes: cupidi, elati, superbi, blasphemi: parētibus non obedientes: ingrati, scelesti, sine affectione: sine pace: criminatores: incontinentes, immites: sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: cęci: & uoluptatum amatores magis q̄ dei. Habentes speciem quidem pietatis: uirtutē aūt eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs semper discētes & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt ueritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed ultra non proficient. Insipientia enim eorū manifestata erit omnibus: sicut & illorum fuit. Tu autē assecutus es meam doctrinā, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Tu uero permane in his quę didicisti: & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris: Et quia ab infantia sacras literas nosti quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguēdum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia: ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

CAPVT IIII

Testificor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius: prædica uerbū, insta oportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu uero uigila: in omnibus

labora

Monet eū de periculosis tēporibus, et falsis doctrinis cauēdis: deq; usu sacræ scripturæ

Exod. 7 b

Indicat diem obitus sui imminere, seq; à plerisq; iam destitutum

obdura in afflictionibus, opus perage Euan/gelistæ, ministerium tuum ad plenum proba tum reddito. Nam ipse iam immolor, & tem/pus meæ resolutionis instat. Certamen bonũ decertaui, cursum consummaui, fidem serua/ui. Quod superest, reposita est mihi iusticiæ corona, quã reddet mihi dominus in illo die, qui est iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum ipsius. Da operã, ut uenias ad me cito. Nam Demas me reliquit, amplexus pręsens seculũ, & profe ctus est Thessalonicã, Cresces in Galatiã. Ti/tus in Dalmatiã. Lucas mecum est solus. Mar cũ assumptũ adducito unà tecũ, est enim mihi perutilis ad ministeriũ. Porrò Tychicum misi Ephesum. Penulã quã reliqui Troade apud Carpum, cum uenies apporta, & libros maxi me autem membranas. Alexander faber æ/rarius multis malis me affecit, reddat illi do/minus iuxta facta ipsius, quem & tu caue. Vehementer enim restitit sermõibus nostris. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerũt. Ne illis imputetur: sed dominus mihi adfuit, & corroborauit me, ut per me præconium expleretur, & audirent omnes gentes, & ereptus fui ex ore leonis, & eripiet me dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnũ suũ cœleste, cui gloria in secula seculorũ, Amen. Saluta Priscã & Aqui lam, & Onesiphori familiã. Erastus mãsit Co rinthi. Trophimum aũt reliqui in Mileto lan/guentẽ. Da operã, ut uenias ante hyemẽ. Sa/lutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Clau/dia, & fratres omnes. Dominus Iesus Chri/stus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

2. Pet. 1 c

1. Timo. 1 *

Roma. 16 a

labora: opus fac euangelistę: ministeriũ tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat. Bonum cer/tamen certaui: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me uenire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc seculum: & abijt Thessalonicam, Crescens in Galatiam: Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum solus. Marcum assume & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministe/rio. Tychicum autem misi Ephesum. Penu/lam quam reliqui Troade apud Carpum ue/niens affer tecum & libros: maxime autem & membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi dominus secundum opera eius: quem & tu deuita. Valde enim re/stitit uerbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit & confortauit me, ut per me præ/dicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Liberauit me do/minus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta Priscam & Aqui/lam & Onesiphori domum. Erastus reman/sit Corinthi. Trophimum autem reliqui in/firmum Mileti. Festina ante hyemem ueni/re. Salutant te Eubolus & Prudens & Linus & Claudia & fratres omnes. Dominus Ie/sus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobis/cum. Amen.

B C D

Scripta e Roma ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sisteretur Cæsa/ri Neroni.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD TITVM AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROOEMIVM

Licet non sint digni fide, qui fidem primam irritam fecerunt, Marcionē loquor & Basilidem, & omnes hæreticos qui uetus laniant testamentum, tamen eos aliqua ex parte ferremus, si saltem in nouo continerent manus suas, & non auderent Christi (ut ipsi iactitant) boni dei filij, uel euangelistas uiolare, uel apostolos. Nunc uero & cū euangelia eius dissipauerint, & apostolorū epistolas, non apostolorum Christi fecerint esse, sed proprias: miror quomodo sibi christianorum nomen audeant uindicare. Vt enim de cæteris epistolis taceam, de quibus quicquid contrarium suo dogmati uiderant, eraserunt, nonnullas integras repudiandas crediderunt, ad Timotheum uidelicet utramq;, ad Hebræos, & ad Titum, quam nunc conamur exponere. Et si quidem redderēt causas cur eas apostoli non putarent, tentaremus aliquid respondere, & forsitan satisfacere lectori. Nunc uero cum hæretica autoritate pronuncient & dicant: illa epistola Pauli est, hæc non est, ea autoritate refelli se pro ueritate intelligant, qua ipsi non erubescunt falsa simulare. Sed Tatianus Encratitarum patriarches, qui & ipse nonnullas Pauli epistolas repudiauit, hanc uel maxime, hoc est ad Titum, apostoli pronunciandam credidit, paruipendens Marcionis & aliorum qui cum eo in hac parte cōsentiunt assertionē. Scribit igitur apostolus, O Paula & Eustochium de Nicopoli, quæ in Actiaco littore sita, nunc possessionis uestræ pars uel maxima est, & scribit ad Titum discipulum suum, & in Christo filiū, quem Cretæ reliquerat ad ecclesias instruendas, præcipitq; ei ut cum e duobus Artemas seu Tychicus Cretam fuerit appulsus, ipse Nicopolim ueniat. Iustum quippe erat, ut ille qui dixerat, sollicitudo mea omnium ecclesiarum, & qui euangelium Christi usque ad Illyricum de Hierosolymis proficiscēs fundauerat, non pateretur & sui & Titi absentia Cretenses esse desertos, à quibus primum idolatriæ semina pullularunt, sed mitteret eis pro se & Tito Artemam uel Tychicum, quorum doctrina & solatio confouerentur.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

ERASMI VERSIO

A PAVLVS seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi iuxta fidem electorum dei, & agnitionē ueritatis, quæ est secundum pietatē in spe uitæ æternæ, quā promisit is, qui mentiri nescit deus ante tēpora æterna, patefecit aūt tēporibus suis sermonē suū per prædicationē, quæ cōmissa est mihi secundum delegationē seruatoris nostri dei, Tito germano filio iuxta cōmunē fidem. Gratia, misericordia, pax à deo patre, & domino Iesu Christo seruatore nostro. Huius rei gratia reliq te in Creta, ut quę desunt, pergas corrigere, & cōstituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinarā. B Si quis est inculpatus unius uxoris uir, liberos habens fideles, non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint intractabiles. Oportet enim episcopū inculpatum esse, tanquam dei dispensatorem, non præfractum, non iracundum, non uinosum, non percussorem, non turpiter lucro deditum, sed hospitalem, bonarum rerum studiosum, sobrium, iustum

VVLGATA EDITIO

CAPVT I

PAVLVS seruus dei Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei, & agnitionem ueritatis, quæ secundum pietatē est in spem uitæ æternę, quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia, manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem: Gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi: Si quis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habēs fideles, nō in accusatiōe luxuriæ, aut nō subditos. Oportet enim episcopū sine crimine esse sicut dei dispensatorē, nō superbū, nō iracundū, nō uinolentū, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum

Monet Titū, ut quod ipse Cretæ ceperat, cōsumet singulis ecclesijs suos presbyteros præficiēdos, quorū officia describit.

1. Tim. 3 a

Ephe. 5 b

stum, pium, temperantem, tenacem eius qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes cõuincere. Sunt enim multi intractabiles, & uaniloqui, & mentium seductores, maxime ij, qui sunt ex circumcisione, quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex istis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, male bestiæ, uentres pigri, testimonium hoc est uerum. Quam ob causam redarguito illos seueriter, ut sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auersantium ueritatẽ. Omnia quidem pura puris. Porrò pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorũ & mens & cõscientia. Deũ profitentur se scire, cæterũ factis negãt, cũ sint abominabiles, & dicto nõ audientes, & ad omne opus bonum reprobi.

Epimenides

TV uero loquere, quæ decent sanã doctrinam. Senes, ut sobrij sint, graues, modesti, sani fide, charitate, patientia. Anus itidẽ, ut in habitu sint, q religionẽ deceat, nõ calumniatrices nõ uino multo seruiẽtes, ut honesta doceãt, quo possint modestas reddere adolescẽtulas, ut maritos suos diligãt, ut liberos amẽt, ut sobriæ sint, puræ, domus custodes, bonæ, subditæ suis uiris, ne sermo dei male audiat. Adolescentes cõsimiliter adhortare, ut sobrij sint, p omnia temetipsum præbẽs formã bonorũ operũ in doctrina, integritatem, grauitatem, sermonẽ sanũ, irreprehensibilẽ, ut is qui repugnet rubore suffundatur, nihil habens, quod de uobis dicat mali. Seruos hortare, ut suis dominis pareant, in omnibus illis placeant, non responsatores, non suffurantes, sed fidem omnem ostendentes bonam, ut doctrinam seruatoris nostri dei ornent in omnibus. Illuxit enim gratia dei, salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate & mundanis concupiscentijs, sobrie & iuste, & pie uiuamus in præsenti seculo, expectantes beatam illam spem, & illustrationem gloriæ magni dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorẽ bonorũ operũ. Hæc loquere, & hortare, & argue cum omni præcipiendi studio. Nemo te despiciat.

De officijs personarum ætatumq; & de duplici aduentu Christi.

1.Timot.4.a

Ephe.6 a Col.3 c

Admoneto

stum, sanctũ, continentẽ, amplectentem eum qui secundum doctrinã est fidelẽ sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt em̃ multi etiã inobedientes, uaniloqui & seductores, maxime aũt qui de circũcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertũt, docentes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidã ex illis proprius ipsorũ propheta: Cretenses semp mendaces, malę bestię, uẽtris pigri. Testimoniũ hoc uerũ est. Quã ob causam, increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis & mandatis hominũ auertentiũ se à ueritate. Omnia mũda, mundis: coinquinatis aũt & infidelibus nihil est mundũ, sed inquinatæ sunt eorũ & mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis aũt negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

C D

CAPVT II

TV autẽ loquere quæ decent sanã doctrinam. Senes, ut sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patiẽtia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, nõ multo uino seruiẽtes, bene docẽtes, ut prudentiã doceant: Adolescentulas, ut uiros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut nõ blasphemetur uerbũ dei. Iuuenes similiter hortare ut sobrij sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorũ operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbũ sanũ irreprehẽsibile, ut is qui ex aduerso est uereaẽ nihil habens malũ dicere de nobis. Seruos dñis suis subditos esse, in omnib. placentes, nõ contradicentes, nõ fraudantes, sed in omnibus fidẽ bonã ostendentes, ut doctrinã saluatoris nostri dei ornẽt in omnibus. Apparuit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatã spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorẽ bonorũ operũ. Hæc loquere & exhortare, & argue cũ omni imperio. Nemo te contemnat.

A B C

CAPVT III

Admone

A ADmoneto illos, ut principatibus ac potestatibus subditi sint, ut magistratibus pareāt, ut ad omne opus bonū sint parati, ne de quoquā maledicant, ne sint pugnaces, sed humani, omnē exhibētes mansuetudinē erga omnes homines. Nā eramus quondā & nos stulti, inobedientes, errantes, seruiētes desiderijs ac uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia degentes, odiosi, inuicem odio prosequentes. At postq̄ bonitas, & erga homines amor apparuit seruatoris nostri dei, nō ex operibus quæ sunt in iustitia, quæ faciebamus nos, sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, ac renouatiōis spi B ritus sancti, quem effudit in nos opulente, per Iesum Christū seruatorem nostrū, ut iustificati illius gratia, hęredes efficeremur iuxta spem uitæ æternæ. Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo solliciti sint, ut bonis operibus præsint qui crediderūt deo. Hæc em̄ sunt honesta & utilia hominibus. Stultas aūt quęstiones, & genealogias, & contentiones, ac pugnas legales omitte, sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarū autorem hominē, post unam & alterā admonitionē fuge, sciēs, quod euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Cum aūt misero Arteman ad te, C aut Tychicum, da operā, ut uenias ad me Nicopolim, nam illic decreui hybernare. Zenā legisperitum & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discāt aūt & nostri, bonis operibus præesse, ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te, qui mecū sunt omnes. Saluta eos, qui diligunt nos in fide. Gratia cū omnibus uobis, Amen.

ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonū paratos esse. Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad oēs homines. Eramus enim aliquando & nos insipientes & increduli, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malicia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicē. Cū aūt benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiā suam saluos nos fecit, per lauacrū regenerationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christū saluatorē nostrū, ut iustificati gratia ipsius, hęredes simus secundum spem uitæ æternæ. Fidelis sermo est. Et de his uolo te cōfirmare, ut curent bonis operibus præesse qui credūt deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas autē quæstiones & genealogias & cōtentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & uanæ. Hæreticū hominē post unā & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cū sit proprio iudicio condemnatus. Cū misero ad te Arthemā aut Tychicū, festina ad me uenire Nicopolim: Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitū & Apollo sollicite præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & uestri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus uobis, Amen.

Principes ac magistratus patienter ferendos, stultas quæstiones, hæreses & schismata deuitanda.

2. Tim. 2 b

Ioan. 3 a

Matth. 18 b

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM AD PAULAM ET EUSTOCHIUM PROOEMIUM

QVi nolunt inter epistolas Pauli eam recipere quæ ad Philemonem scribitur, aiunt non semper apostolum, nec omnia Christo in se loquente dixisse: quia nec humana imbecillitas unum tenorem sancti spiritus ferre potuisset, nec huius corpusculi necessitates sub præsentia domini semper complerentur, uelut disponere prandium, cibum capere, esurire, saturari, ingesta digerere, exhausta complere, taceo de cæteris quæ exquisite & coacte replicant, ut affirment fuisse aliquod tempus in quo Paulus dicere non auderet: Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Et illud: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Quale inquiunt experimentum Christi est audire: Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens tecum affer: Et illud ad Galatas: Vtinam & excidantur qui uos conturbant. Et in hac ipsa epistola: Simul autem & præpara mihi hospitium? Hoc autem non solum apostolis, sed prophetis quoque similiter accidisse. Vnde sæpius scriptum feratur: Factum est uerbum domini ad Ezechiel, siue ad quemlibet alium prophetarum: quia post ex

pletum uaticinium, rursum in semet reuertens, homo cõmunis fieret e propheta, & excepto dño no stro Iesu Christo, in nullo sanctum spiritum remansisse. Quod signum & Ioannes baptista acceperat, ut super quem uidisset spiritum sanctum descendentem & manentem in eo, ipsum esse cognosceret. Ex quo ostendit super multos quidem descendere spiritum sanctum, sed proprium, hoc est saluatoris insigne: quia permaneat in eo. His & cæteris istiusmodi, uolunt aut epistolam non esse Pauli quæ ad Philemonem scribitur, aut etiam si Pauli sit, nihil habere quod ædificare nos possit, & à plerisq; ueteribus repudiatam, dum commendandi tantum scribatur officio, non docendi. At econtrario qui germanæ autoritatis eam esse defendunt, dicunt nunquam in toto orbe à cunctis ecclesijs fuisse susceptã nisi Pauli apostoli crederetur, & hac lege ne secundam quidem ad Timotheum, & ad Galatas eos debere suscipere, de quibus & ipsi humanæ imbecillitatis exempla protulerunt: Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, ueniens tecum affer: Et utinam excidantur qui uos conturbant. Inueniri plurima & ad Romanos & ad cæteras ecclesias, maximeq; ad Corinthios remissius & quotidiano pene sermone dictata, in quibus apostolus loquatur: Cæteris autem ego dico non dominus: Quas & ipsas quia aliquid tale habeant, aut Pauli epistolas non putandas, aut si istæ recipiuntur, recipiendam esse & ad Philemonem, ex præiudicio similium receptarum. Valde autem eos & simpliciter errare, si putent cibum emere, hospitium præparare, uestimenta conquirere, esse peccatum, & asserere à se refugari spiritum sanctum, si corpusculi paulisper necessitatibus seruiamus: Nolite, inquit Apostolus, contristare spiritum sanctum in quo signati estis in die redemptionis. Quibus operibus spiritus sanctus contristetur, propheta commemorat, multis in ordine uitijs peccatisq; digestis, ad extremum inferens: In omnibus istis contristabas me. Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere, pedes lauare, immolare uitulum, prandium præparare, peccatum sit, cum sciamus ex his rebus in dei quosdam filios adoptari. Non est huius temporis ad omnia respondere: quia nec omnia quę illi proponere solent intulimus. Quod si non putant eorum esse parua, quorum & magna sunt, alterum mihi conditorem, iuxta Valentinum, Marcionem & Apellen, formicæ, uermium, culicum, locustarum, alterũ cœli, terræ, maris & angelorum debent introducere. An potius eiusdem potentiæ est, ingenium quod in maioribus exercueris etiam in minoribus non negare. Et quoniam Marcionis fecimus mentionẽ, Pauli esse epistolam ad Philemonem, saltem Marcione autore doceantur. Qui cum cæteras epistolas eiusdem, uel non susceperit, uel quædam in his mutauerit atq; corroserit, in hanc solam manus non est ausus mittere, quia sua illam breuitas defendebat. Sed mihi uidentur dum epistolã simplicitatis arguũt, suam imperitiam prodere, non intelligentes quid in singulis sermonibus uirtutis ac sapientiæ lateat, quæ orantibus uobis, & ipso nobis sancto spiritu suggerente, quo scripta sunt, suis locis explanare cona bimur. Si autem breuitas habetur contemptui, contemnatur Abdias, Nahum, Sophonias & alij duodecim prophetæ, in quibus tam mira & tam grandia sunt quæ feruntur, ut nescias utrum breuitatem sermonum in illis admirari debeas, an magnitudinem sensuum. Quod si intelligerẽt hi qui epistolam ad Philemonem repudiant, nunquam breuitatem despicerent, quæ pro laciniosis legis oneribus, euangelico decore cõscripta est, dum breuiatũ consummatũq; sermonẽ facit dominus super terram.

EPISTOLA PAVLI
AD PHILEMONEM

Paulus rogat Philemonem, ut seruo suppi latori & fugi tiuo ignoscat, eumq; ut fratrem suscipiat.

ERASMI VERSIO

PAVLVS uinctus Christi Iesu & Timotheus frater Philemoni dilecto & collegæ nostro, & Apphiæ dilectæ, & Archippo cõmilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, congregationi. Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis, cum audiam tuã charitatẽ ac fidem, quam habes erga dominum Iesum, & erga omnes sanctos, ut cõmunicatio fidei tuę efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in uobis erga Christũ Iesum. Gaudium

VVLGATA EDITIO

A PAVLVS uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori nostro, et Appiæ sorori charissimę, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ, quæ in domo tua est: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quàm habes in domino Iesu et in omnes sanctos, ut communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in Christo Iesu. Gaudium

dium enim habemus multum, & cõsolationẽ in dilectione tua, quod uiscera sanctorũ refocillata sunt per te frater. Quapropter quamuis multam in Christo fiduciam habeã iniungendi tibi, id quod officij tui erat, tamen propter charitatẽ potius rogo, cũ talis sim, nempe Paulus senex, nunc aũt etiã uinctus Iesu Christi. Rogo aũt pro filio meo quem genui in uinculis meis, Onesimo, quondã tibi inutili, nũc uero tibi & mihi perutili, quem remisi. Tu aũt eum, hoc est, uiscera mea suscipe, quẽ ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in uinculis euangelij, sed absq; tua sententia nihil uolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut seruum, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum, maxime mihi, quanto aũt magis tibi, & in carne, & in domino? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquã me. Quòd si quid læsit te, aut debet, hoc mihi imputato. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego dependam, ut ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. Etiam frater. Ego te fruar in domino. Refocilla mea uiscera in dño. Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens, quod etiam ultra quàm dico facturus sis. Simul autem etiã præpara mihi hospitium. Spero enim quod auxilio precũ uestrarũ donabor uobis. Salutant te Epaphras cõcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu uestro, Amen.

dium enim magnũ habui & consolationem in charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu, imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem & uinctus Iesu Christi obsecro te pro meo filio quem genui in uinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nũc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autẽ illum ut mea uiscera suscipe. Quem ego uolueram mecũ detinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelij. Sine consilio autẽ tuo nihil uolui facere, uti ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horã à te, ut in æternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi. Quanto autẽ magis tibi, & in carne & in domino. Si ergo me habes socium suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam, ut non dicam tibi, q̃d & teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino, refice uiscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes uestras donari me uobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei: Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro, Amen.

Colos. 4. a

Missa fuit e Roma per Onesimum seruum.

EPISTOLA PAVLI
AD HEBRAEOS

A

ERASMI VERSIO

Deus olim multiphariam, multisq; modis locutus patribus p prophetas, extremis diebus hisce locutus est nobis p filiũ, quẽ cõstituit hæredem omniũ, per quẽ etiã secula cõdidit, qui cũ sit splendor gloriæ, & expressa imago substãtiæ illius, moderetur q; omnia uerbo potentiæ suæ per semetipsum purgatione facta peccatorũ nostrorũ, cõsedit in dextera maiestatis in excelsis, tanto præstantior

VVLGATA EDITIO

Multifarie multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portans que omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram maiestatis eius in excelsis, tanto melior

Quomodo deus filiũ suũ Christum miserit in mundum, deq; eius autoritate.

præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Nam cui dixit unquam angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum, Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rursum autẽ cum inducit primogenitũ in orbem terrarũ, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammã. Ad filium aũt: Thronus tuus deus in seculũ seculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus, oleo exultationis ultra consortes tuos. Et tu in initio domine terræ fundamenta iecisti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes ut uestimentum ueterascent ac uelut amictum circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit unquam? Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Nonne omnes sunt administratorij spiritus qui in ministerium emittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

Psal.2.a *Psal.96.a* *Psal.103.a* *Psal.44.b* *Psal.101.d* *Esa.51.b* *Psal.109.a*

Anxie salutẽ esse amplectendam, quam nemo impune negligit. *Gen.18.19*

PRopterea oportet nos uehementius attendere, ijs quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus. Etenim si is, qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, & omnis transgressio & inobedientia iustam pręmij recompensationem accepit, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum primum enarrari cœperit per ipsum dominum, ab ijs qui audierant, in nos confirmata fuit, attestante deo & signis, & prodigijs simul, uarijsq; uirtutibus, & spiritussancti distributionibus, iuxta ipsius uoluntatẽ. Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autẽ alicubi quidam, dicens: Quid est homo, q̃ memores es eius, aut filius hominis, quod inuisis illum? Fecisti eũ paulisper inferiorẽ angelis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manuum tuarũ. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim, quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectum. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta. Eum uero qui paulisper diminutus fuerat infra angelos, cernimus Iesum, propter cruciatũ mortis, gloria & honore coronatũ, ut per gratiã dei, p omni gustaret

Psal.8.b *1.Cor.15.c*

melior angelis effectus, quãto differẽtius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorũ: filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Ad filiũ aũt: Thronus tuus deus in seculum seculi, uirga æquitatis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultatiõis præ participibus tuis. Et tu in principio domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut uestimentum ueterascent. Et uelut amictum mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?

B C

CAPVT II

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea quę audiuimus, ne forte peffluamus. Si enim q per angelos dictus est sermo factus est firmus, & omnis pręuaricatio & inobedientia accepit iustã mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus si tantã neglexerimus salutem? Quæ cum initiũ accepisset enarrandi per dominũ, ab eis qui audierũt in nos confirmata est, contestante deo signis & portentis & uarijs uirtutibus, & spiritussancti distributionibus secundum suam uoluntatẽ. Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum de quo loquimur. Testatus est autẽ quodam loco quis, dicens. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit nõ subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei. Eum autem qui modico quàm ab angelis minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, ut gratia dei pro omnibus gustaret

A B

C gustaret mortem. Decebat enim eũ, propter quẽ sunt omnia, & per quẽ sunt omnia, ut multis filijs in gloriã adductis, principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet. Quandoquidẽ & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno sunt oẽs. Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicens: Annunciabo nomen tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et rursum: Ego ero fidens in illo. Et iterum: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Posteaq̃ igit̃ pueri cõmerciũ habent cũ carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundẽ, ut per mortẽ aboD leret eũ qui mortis habebat imperiũ, hoc est, diabolũ, & liberos redderet eos, quicunq̃ metu mortis per omnẽ uitam obnoxij erant seruituti. non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud deũ forẽt agenda, ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & ijs qui tentãtur succurrere.

A VNde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate apostolũ & pontificem confessionis nostræ Christum Iesum, quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moyses in tota domo ipsius. Tanto nanq̃ maiore gloria, q̃ Moses, hic dignus est habitus, quãto maiorẽ habet honorem is qui cõstruxit domũ, quàm ipsa domus. Omnis enim domus construitur ab aliquo. Porrò qui cõdidit omnia, deus est. Et Moses quidẽ fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister, in testimoniũ eorum, quę post dicenda B erant. At Christus tanquã filius administrauit domũ ipsius, cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriationẽ spei, ad finẽ usq̃ firmã tenuerimus. Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatiõe, in die tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt me, & uiderũt opera mea quadraginta annis. Quapropter infensus erã generationi illi, & dicebam: SemC per errant corde, ipsi uero non cognouerunt uias meas, sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sunt in requiẽ meã. Videte fratres, ne quando sit in ullo uestrũ cor prauũ, obnoxiũ incredulitati, ut desciscat à deo uiuẽte, sed exhortemini uos

gustaret mortẽ. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriã adduxerat autorem salutis eorum per passionẽ cõsummare. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare, dicẽs: Nunciabo nomen tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum: Ego ero fidens in eum. Et iterum: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus. Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdẽ, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperiũ, id est diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erãt seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad deum, & ut repropitiaret delicta populi. In eo eñ in quo passus est ipse & tentatus, potẽs est & eis qui tentantur auxiliari.

Psal. 21 e
Psal. 17 a
Esa. 8 d

CAPVT III

VNde fratres sancti uocationis cœlestis participes, considerate apostolũ & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorẽ honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus uero tanquam filius in domo sua. Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundũ diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probarũt & audierunt opa mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generatiõi huic, & dixi semper, hi errant corde. Ipsi aũt non cognouerũt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo. Sed adhortamini uosmet

Christianitio diligenter auscultandum & obsequendum.
Deut. 18 e
Psal. 94 b
Exod. 17 a
Deut. 11 a

uos inuicem quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex uobis induret seductione peccati. Christi participes facti sumus, si ta nè initium substantiæ, usq; ad finem firmum tenuerimus. In hoc quod dicitur: hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra sicut in exacerbatione. Nam quidam cum audissent, exacerbauerunt, at non omnes qui profecti fuerãt ex Aegypto per Mosen. Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nónne ijs, qui peccauerant? quorum membra conciderunt in deserto? Quibus autem iurauit, non ingressuros in requiem suam, nisi ijs, qui nõ obedierant? Et uidemus, quod non potuerint ingredi propter incredulitatem.

Num.14 c

Credentibus cõtingere promissionem, & per quem nobis accessus detur ad deum.

Metuamus igitur, ne quando derelicta promissione introeundi in requiẽ eius, uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus. Etenim nobis annunciatũ est, quemadmodum & illis. At nõ profuit illis audisse sermonẽ, quod is non esset cum fide coniunctus, ijs qui audierant. Introimus enim in requiem, nos qui credidimus, quemadmodũ dixit: Sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam, licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis. Dixit enim quodã in loco de septimo die sic: Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc rursum: Si introibunt in requiẽ meam. Posteaquã igitur illud reliquum est, aliquos introire in eã, & quibus prius annunciatũ fuit, non introierũt propter incredulitatẽ, rursum quendam præfinit diem, hodie, in Dauid dicens, post tantũ temporis, quemadmodum dictum est: Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nã si eis Iesus requiem præstitisset, nequaquã de alio posthac die locutus fuisset. Itaq; relinquitur sabbatismus populo dei. Nam qui ingressus est in requiẽ illius, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodũ à suis deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiẽ, ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio utrinque incidente, ac pertingens usque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionũ cordis, nec est ulla creatura, quę nõ manifesta sit in cõspectu illius. Sed oĩa nuda, & resupinata oculis eius, ad quem

Gene.2 a *Psal.94 a* *Psal.10* *Esa.49 a* *Eccl.12 c* *Eccl.15 c*

uosmetipsos p singulos dies donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Participes em̃ Christi effecti sumus, si tamen initiũ substantiæ eius usq; ad finem firmũ retineamus dum dicitur: Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non uniuersi qui profecti sunt ab Aegypto p Moysen. Quibus aũt infensus est quadraginta annis? Nónne illis qui peccauerunt, quorũ cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit nõ introire in requiẽ ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et uidemus quia nõ potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem.

CAP. IIII

Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, nõ admixtus fidei ex his quæ audierũt. Ingrediemur enim in requiem eius qui credidimus quemadmodum dixit: Sicut iuraui in ira mea, si introibũt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis, dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & hi quibus prioribus annunciatũ est, non introierunt propter incredulitatẽ, iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus: compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: Omnia autem nuda & aperta sunt oculus eius ad quem

A B C

ad quem nobis est sermo. Habētes igitur pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium dei, teneamus professionē. Non enim habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinē absq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiā, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.

A NAm omnis pontifex qui ex hominibus assumitur pro hominibus constituitur in his quæ apud deum aguntur, ut offerat donaria & uictimas pro peccatis, qui placabilis esse possit ignorātibus & errantibus, quando quidem & ipse circūdatus est infirmitate. Et propter hāc debet, quemadmodū pro populo, ita & pro seipso immolare ꝓ peccatis. Nemo sibiipsi usurpat honorē, sed qui uocatur etiam à deo, quemadmodū & Aaron. Ita & Christus non semetipsum glorificauit, ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem B Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ, cū & precationes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, cū clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiā, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierūt fuit causa salutis æternæ, cognominatus à Deo pōtifex secundū ordinationē Melchisedec. de quo nobis multa forēt dicenda, eaq; difficilia explicatu, quandoquidem segnes facti estis auribus. Etenim cum debeatis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus habetis, C ut doceamus uos quæ sint elementa initij eloquiorum dei: factiq; estis ij, quibus lacte sit opus, & non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iustitiæ, infans enim est. Porrò perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem, sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali.

A QVapropter omisso, q̄ in Christo rudes inchoat, sermōe, ad pfectionē feramur, non rursum fundamentū iacientes pœnitētiæ ab operibus mortuis, & fidei in deū baptismatū, doctrinæ, ac manuū impositiōis, & resurrectionis mortuorū, & iudicij æterni. Atq; id faciemus

---

ad quē nobis sermo. Habētes ergo pontificē magnū qui penetrauit cœlos Iesum filiū dei, teneamus spei nostrę cōfessionē. Non em̄ habemus pontificē qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris. Tentatū aūt per omnia pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratię eius, ut misericordiam consequamur, et gratiā inueniamus in auxilio oportuno.

Infra 6.8.9

Rom.3 c

CAP. V

OMnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus cōstituitur in his quę sunt ad deū, ut offerat dona & sacrificia ꝓ peccatis. Qui cōdolere possit his q̄ ignorant & errāt quoniā & ipse circūdatus est infirmitate; & propterea debet queādmodū pro populo, ita etiā pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq; sumit sibi honorē, sed q̄ uocatur à deo tanquā Aaron. Sic & Christus nō semetipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eū: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodū & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedec. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eū qui posset illū saluū facere à morte, cū clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Et quidē cū esset filius dei: didicit ex his quæ passus est obedientiā, & cōsummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex iuxta ordinem Melchisedec. De quo nobis grandis sermo et interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei, et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

Collatio sacerdotij Aaronis cum sacerdotio Christi.
Leuit.9 b
Exo.28 a
Num.17 a
Psal.2. a
Psal.109. a
Luc.23 c
Ioan.17 a
1.Cor.3 a

CAPVT VI

QVapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē ad pfectiora feramur, nō rursum iaciētes fundamentū pœnitētiæ ab operibus mortuis & fidei ad deū baptismatū doctrinę, impositiōis quoq; manuū ac resurrectionis mortuorū & iudicij æterni. Et hoc faciemus

Promissioni dei constantissime fidendum, quum eam iureiurando affirmarit.

ciemus, si quidem permiserit deus. Nam fieri nō potest, ut q semel fuerint illuminati, gustauerintq́ donū cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq́ bonū dei uerbū, ac uirtutes futuri seculi, si prolabantur, denuo renouentur ꝑ pœnitentiā, ab integro crucifigentes sibimetipsis filiū dei, & ludibrio exponentes. Siquidē terra, quæ imbrem sæpius in se uenientē cōbiberit, & progenuerit herbā accōmodā eis, opera quorū & colitur, recipit benedictionem à deo. At quæ produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni cōfinis, cuius exitus huc tendit ut exuratur. Cæterū persuasimus nobis de uobis dilecti, quæ his sint meliora, & cū salute cōiuncta, tametsi sic loquamur. Non enim iniustus est deus, ut obliuiscatur operis uestri, & laboris ex charitate suscepti, quē exhibuistis erga nomen illius, q ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus aūt ut unusquisq; uestrū idē præstet studium ad plenā spei certitudinē, usq; ad perfectionē, ne sitis imbecilles, sed imitatores eorū, qui per fidem ac patientiā hæreditatē accipiūt promissionis. Deus enim pollicitus Abrahæ, cum nō posset per quenquā maiorē iurare, iurauit per seipsum dicens, nisi benedicens benedixero tibi, & multiplicans multiplicauero te. Atq; ita cum patienter expectasset, cōsecutus est promissum. Nā homines quidem per eū iurant, qui sit maior, atq; ijsdem omnis cōtrouersiæ finis est, si accedat iusiurandi cōfirmatio. Qua in re deus cum eximie uellet hæredibus promissionis ostendere firmitatē consilij sui, interposuit iusiurandū, uti per duas res immutabiles, in quibus fieri nō posset, ut mentiretur deus, ualidam cōsolationē haberemus, qui huc cōfugimus, ut potiamur ꝓposita spe, quam uelut ancorā tenemus animæ, tum tutam, tum firmā, & introeuntē usq; ad ea, quæ sunt intra uelū, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus iuxta ordinem Melchisedec, pontifex factus in æternum.

Nam hic erat Melchisedec, rex Salem, pontifex dei altissimi, qui occurrit Abrahæ, reuertēti à cæde regū, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impartitus est Abraā, qui primū quidē ex interpretatiōe dicitur rex iustitię, deinde uero etiā rex Salem, q̃d est rex pacis, ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initiū dierū, neq; uitæ finem habēs, sed

asimilatus

ciemus, siquidē permiserit deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiā donū cœleste, & participes facti spiritus sancti: gustauerūt nihilominus bonū dei uerbū uirtutesq́ seculi uenturi, & prolapsi sūt rursus renouari ad pœnitentiā, rursum crucifigentes sibimetipsis filiū dei, & ostentui habentes. Terra enim sæpe uenientē sup se bibēs imbrem, & germinās herbam opportunā illis à quibus colit̃, accipit benedictionē à deo: proferens autē spinas ac tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius cōsummatio in cōbustionē. Confidimus aūt de uobis dilectissimi meliora & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur. Non enim iniustus est deus ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis quā ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus autē unumquenq; uestrū eandem ostentare sollicitudinē, ad expletionē spei usq; in finem, ut nō segnes efficiamini, uerum imitatores eorū qui fide & patientia hæreditabūt promissiones. Abrahæ nempe promittens deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorē, iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis cōtrouersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentū. In quo abundantius uolens deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum, ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam & incedentem usque ad interiora uelaminis, ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum.

CAPVT VII

Hic enim Melchisedec rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum nec finem uitę habens,

asimila

Matth.25 a

Gene.22 c

Melchisedec Christi typū gerere, uetus sacerdotium abolitum esse per Christū. Gen.14 d

B C D A

assimilatus filio dei, manet sacerdos in perpe
tuum. Considerate uero, quantus hic fuerit,
cui etiā decimas dederit Abrahā patriarcha
de spolijs? Atq; hi quidē, qui quod sint de nu
mero filiorum Leui, sacerdotij functionē su/
munt, præceptū habent, ut decimas accipiāt
à populo iuxta legē, hoc est à fratribus suis, li
cet egressis ex lumbis Abrahæ. At is cuius ge/
nus nō recensetur ex illis, decimas accepit ab
B Abrahā, & habenti promissiones benedixit.
Porrò nemo negat, quin id q̄d minus est, ab
eo quod maius est benedictionē accipiat. At/
que hic quidē homines, q̄ moriūtur, decimas
accipiūt. Illic aūt is de quo testatū est, quod ui
uat, & ut ita loquar, in Abrahā decimatus est
est etiā ipse Leui, q̄ decimas solet accipere. Nā
is adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret
Abraæ Melchisedec. Proinde si cōsummatio
per Leuiticū sacerdotiū erat, siquidē per hoc
populus legē acceperat, q̄d p̄terea fuit opus,
aliū exoriri sacerdotē, q̄ secundū ordinē Mel/
chisedec, & nō secūdū ordinē Aaron diceret?
quādoquidē translato sacerdotio, necesse est,
ut legis quoq; translatio fiat. Nā is de quo di/
cunt hæc, ad aliā tribū pertinet, de qua nullus
altari astitit. Palam est em̄, q̄ è tribu Iuda ex/
ortus sit dn̄s noster. At nihil locutus est de sa/
C cerdotio Moses, q̄ ad hāc tribū p̄tineat. Idq;
magis etiā liquet si quidē ad similitudinē Mel
chisedec exorit' sacerdos alius, q̄ nō iuxta legē
mandati carnalis factus sit, sed iuxta potentiā
uitæ indissolubilis. Testificatur em̄ ad hūc mo
dum: Tu sacerdos in æternū secundū ordinē
Melchisedec. Abrogatur enim q̄d' præcessit
præceptū propter imbecillitatē, & inutilitatē.
Nā nihil ad p̄fectionē adduxit lex, uerū erat
introductio ad spem potiorē, p̄ quā appropin
quamus deo, atq; hoc potiorē, q̄ nō absq; iu/
reiurando res acta sit. Nā illi quidē citra iusiu/
randū sacerdotes facti sunt, hic uero cū iureiu
rando, p̄ eū qui dixit ad illū: Iurauit dn̄s & nō
pœnitebit eū, tu sacerdos in æternū secundū
D ordinationē Melchisedec. Tanto potioris te/
stamenti sponsor factus est Iesus, & illi quidē
plures facti fuerūt sacerdotes, p̄pterea q̄ per
mortē nō sinerētur p̄manere. at hic q̄ idē ma/
neat ī æternū, p̄petuū habet sacerdotiū, unde
& saluos facere ad plenū potest, q̄ per ipsum
adeunt deum, semper uiuens, ad hoc ut in/
terpellet pro illis. Talis enim decebat ut esset
nobis

assimilatus autem filio dei manet sacerdos in
perpetuum. Intuemini autem quantus sit hic,
cui & decimas dedit de præcipuis Abrahā pa
triarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium
accipientes, mandatum habent decimas su/
mere à populo secundum legem, id est à fra/
tribus suis, quanquam & ipsi exeierūt de lum/
bis Abrahæ. Cuius autem generatio non an/
numeratur in eis, decimas sumpsit ab Abra/
ham, & hunc qui habebat repromissiones be/
nedixit. Sine ulla autem cōtradictione quod
minus est à meliore benedicitur. Et hic qui/
dem decimas morientes homines accipiunt,
ibi autem contestatur quia uiuit. Et ut ita di/
ctum sit, per Abrahā & Leui qui decimas ac/
cepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis
patris erat quando obuiauit ei Melchisedec.
Si ergo consummatio per sacerdotiū Leuiti/
cum erat, populus enim sub ipso legē accepit,
quid adhuc necessariū fuit secundū ordinem
Melchisedec aliū surgere sacerdotē, & non se/
cundū ordinē Aaron dici? Translato enim sa
cerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. In
quo enim hæc dicūtur, de alia tribu est de qua
nullus altario præsto fuit. Manifestū est enim
quod ex Iuda ortus sit dn̄s noster, in qua tri/
bu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.
Et amplius adhuc manifestum est, si secun/
dum similitudinem Melchisedec exurgat ali/
us sacerdos qui non secundum legē mandati
carnalis factus est, sed secundum uirtutem ui
tæ insolubilis. Contestatur enim, quoniam tu
es sacerdos in æternū secundum ordinē Mel/
chisedech. Reprobatio quidem fit pręceden/
tis mandati propter infirmitatē eius & inuti/
litatem. Nihil enim ad perfectū adduxit lex.
Introductio uero melioris spei per quā proxi
mamus ad deū. Et quantū est, non sine iureiu
rando. Alij quidē sine iureiurando sacerdotes
facti sunt: Hic autē cum iureiurando per eum
qui dixit ad illum: Iurauit dominus & non
pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum. In
tantum melioris testamenti sponsor factus
est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacer
dotes, idcirco quod morte prohiberētur per/
manere: hic aūt eo quod maneat in æternum,
sempiternum habet sacerdotiū. Vnde & sal/
uare in perpetuum potest accedens per se/
metipsum ad deum semper uiuens ad inter/
pellandum pro nobis. Talis enim decebat ut
nobis

Num. 18
2. Par. 31 b
Rom. 3 b
Gal. 2 c
Matth. 1 a
Psal. 109 a

nobis pontifex pius,innocens,impollutus,se/ gregatus à peccatoribus,& sublimior cœlis fa ctus,cui nō sit quotidie necesse, quēadmodū illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Siquidem lex homines constituit pontifices, habentes infirmitatem. Porrò sermo iusiuran di,qui supra legem fuit, filiū constituit in æter num consummatum.

Leuit.9 b

De nouo testa mento institu/ to, & abroga tis ceremonijs

CAeterum eorum quæ dicimus illud est caput, quod talem habemus pontificē, qui consedit ad dextram throni maiestatis in cœlis, sanctorum administrator, ac ueri ta/ bernaculi, quod fixit deus,& non homo. O/ mnis enim pontifex ad offerendū donaria & uictimas constituitur,unde necesse est, ut hic etiā habeat aliquid, quod offerat. Nā si esset in terra,ne sacerdos quidē esset, ubi sunt sacer dotes qui offerūt iuxta legē donaria,quę qui/ dem exēplari & umbræ deseruiūt cœlestium. quemadmodū oraculo responsum est Mosi, cum esset absoluturus tabernaculū: nā uide, inquit, ut facias omnia secundum exemplar, quod ostensum est tibi in monte, nunc uero hoc excellentius sortitus est sacerdotiū, quo pręstantioris est testamenti intercessor,quod in præstantioribus promissis sancitū est. Ete/ nim si prius illud tale fuisset,ut nihil in eo pos set reprehendi, haudquaquā fuisset secundo quæsitus locus. Nam incusans eos loquitur il/ lis:Ecce dies uenient, dicit dn̄s, & cōsummabo super domū Israel,& super domū Iuda,testa/ mentū nouū,nō iuxta testamētū ꝙ feci patri bus illorū in die cū apprehēderē manū illorū, ut educerem eos ex Aegypto, quoniā ipsi nō ꝑstiterūt in testamento meo,& ego neglectui eos habui,dicit dn̄s. Nā hoc est testamētū, ꝙ disponā domui Israel post dies illos,dicit dn̄s: dans leges meas in mentē illorū,& in corde il- lorū inscribā illas, & ero illis deus & ipsi erunt mihi populus. Et nō docebūt quisq; proximū suū,& unusquisq; fratrē suū,dicentes: Cogno sce dn̄m, quod oēs cognituri sint me, ab eo q pusillus fuerit inter eos, usq; ad eū q magnus est inter illos,quoniā placatus ero sup iniusti/ cijs illorū, & peccatis eorū, & iniquitatū illorū non recordabor amplius. Per hoc quod dicit nouū,antiquauit prius. Porrò quod antiqua/ tur ac senescit,in propinquo est,ut euanescat.

Hiere.31 e

Zach.8 b

Igitur

nobis esset pontifex sanctus,innocens, impol lutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Qui non habet necessitatē quo/ tidie quemadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre,deinde ꝓ populi. Hoc enim fecit semel seipsum offerēdo. Lex enim constituit homines sacerdotes infirmitatē ha bentes, sermo autē iurisiurandi qui post legē est filium in æternum perfectum.

CAPVT VIII

CApitulum aūt super ea quæ dicūtur. Ta lem habemus pontificem qui consedit in dextra sedis magnitudinis in cœlis sancto/ rū minister & tabernaculi ueri qd' fixit deus & non homo. Omnis em̄ pontifex ad offe/ renda munera & hostias constituitur. Vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offe/ rat. Si ergo esset super terram nec esset sacer/ dos,cum essent qui offerrēt secundum legem munera qui exemplari & umbræ deseruiunt cœlestiū,sicut responsum est Moysi cum con summaret tabernaculum: Vide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi osten/ sum est in monte. Nunc autē melius sortitus est ministerium,quanto & melioris testamen ti mediator est,quod in melioribus repromis/ sionibus sancitum est. Nam si illud prius cul/ pa uacasset non utiq; secundi locus inquirere/ tur. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies ueni ent dicit dominus,& consummabo super do/ mum Israel, & super domum Iuda testamen/ tum nouū: Non secundum testamentū quod feci patribus eorum in die qua apprehēdi ma num eorū ut educerē illos de terra Aegypti, quoniā ipsi non permanserūt in testamento meo,& ego neglexi eos dicit dominus: Quia hoc est testamentum quod disponā domui Israel post dies illos dicit dominus: dando le/ ges meas in mentem eorum, & in corda eo/ rum superscribam eas, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisq; proximum suum, & unusquisque fratrem suum,dicens: Cognosce dominum, quoniam oēs scient me à minore usq; ad ma/ iorē eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum,& peccatorum eorum iam nō memo/ rabor. Dicendo autē nouum ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit,prope in/ teritum est.

A B C D

CAPVT IX

Habuit

A IGitur habebat quidem etiam prius illud, iustificationes, cultus, ac sanctum mundanū. Siquidē tabernaculū factū fuit primū in quo erant & lucernę, & mensa, & propositio panū quam uocant, sancta. Post secundum autē uelum erat tabernaculū, quod uocatur sanctum sanctorum, aureū habens thuribulum, & arcam testamēti, undiq; circumtectam auro, in qua urna aurea habens manna, & uirga Aarō quæ germinauerat, & tabulæ testamenti. Supra hanc autē Cherubim gloriæ obumbrantia propiciatorium. de quibus nō est nunc dicendum singulatim. His autem ad hunc ordinatis modū, in prius quidem tabernaculū semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorum ritus peragant: in secundū autem semel quotānis solus pōtifex, nō sine sanguine, quē offert pro seipso, & p populi ignorātijs. Illud signi-
B ficante spiritusancto, nondum manifestatam esse sanctorum uiā, adhuc priore tabernaculo consistente, quæ erat similitudo pro tempore tum præsente, in quo dona sacrificiaq; offerūtur, quæ non possint iuxta conscientiam perfectum reddere cultorem, in cibis dūtaxat & potionibus, & diuersis ablutionibus ac iustificationibus carnis usq; ad tēpus correctionis imposita. At Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculū, non manu factum, hoc est, non huius structuræ, neq; per sanguinē hircorum ac uitulorum, sed per propriū sanguinē ingressus est semel in sancta, æterna redēptione reperta. Nam si sanguis taurorū & hircorum, & cinis iuuencæ, aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purificationē, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritū æternum seipsum obtulit immaculatū deo, purgabit conscientiā uestram à mortuarijs operibus, ad seruiendum deo uiuenti? Et ob id noui testamenti concilia-
C tor est, ut morte intercedente, ad redēptionē earū præuaricationū, quæ fuerāt sub priori testamento, ŋ qui uocati sunt, promissionem accipiant æternæ hæreditatis. Siquidē ubi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nā testamentum in mortuis ratum est, quandoquidem nondū ualet, cum uiuit testator. Vnde ne prius quidē illud, absq; sanguine dedicatum fuit. Cum enim Moyses omne præceptū iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorū & hircorum, cum

HAbuit quidem & prius iustificatiōes culturæ & sanctum seculare. Tabernaculū enim factum est primum: in quo erant candelabra & mensa & propositio panum quæ dicitur sancta. Post uelamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thuribulum & arcā testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna: & uirga Aaron quæ fronduerat: & tabulæ testamenti: super quæ erant Cherubin gloriæ obumbrātia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His uero ita compositis, in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritusancto, nondum propalatā esse sanctorū uiam adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis iuxta quam munera & hostiæ offeruntur: quæ non possunt iuxta consciētiam perfectum facere seruientem: solummodo in cibis & in potibus & in uarijs baptismatibus & iusticijs carnis usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorū bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est nō huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut uitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum: & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritumsanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit cōscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti. Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant qui uocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis cōfirmatū est: alioquin nondū ualet dum uiuit qui testat⁹ est. Vnde nec primū quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse uniuerso populo: accipiens sanguinem uitulorum & hircorum

De duplici tabernaculo, ueteri & nouo: & qualē hostiā Christus in nouo offerat.

Exod. 25 a

Exod. 26 f

Nume. 17 a

Exod. 40 e

Exod. 30 b

Leuit. 16 g

Esa. 33 e

cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum & totum populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit uobis deus. Insuper autē & tabernaculum, & omnia uasa ministerij, sanguine cōsimiliter aspergebat. Et omnia ferè secundū legem sanguine purificātur, & absq; sanguinis effusione non fit remissio. Itaq; necesse est, ut exemplaria quidem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificentur, cæterum ipsa cœlestia potioribus quàm hæ sint, uictimis mundentur. Non enim in manu facta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlū, ut appareat nunc in conspectu dei pro nobis, non ut sæpius offerat semetipsum, quēadmodum pontifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinē alienum. Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse à cōdito mundo. Nunc autem semel, sub consummationem seculorū ad profligationem peccati, per immolationem sui ipsius apparuit. Et quatenus illud manet homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium, ita & Christus semel oblatus, ut multorum peccata tolleret, rursus absq; peccato conspicietur, ijs qui illum expectant in salutem.

Exod.24.b

Lenit.16.g

Christi sacrificiū quantum præcellat uictimas ueteris testamenti.

NAm lex umbram obtinens futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum his hostijs quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Alioqui nōne desiissent offerri? propterea, quod nullam iam habuissent conscientiam peccatorū, qui sacrificassent, ac semel purgati essent. Atqui in istis commemoratio fit peccatorum quotannis. Nō enim potest sanguis taurorum & hircorū auferre peccata. Quapropter cū ingressurus est mūdum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti. Corpus autē aptasti mihi, holocautomata & pro peccato non comprobasti. Tūc dixi: Ecce adsum, in capite libri scriptum est de me, ut faciā deus uolūtatem tuam. Superius cum dicit, sacrificium, & oblationem, & holocautomata, & pro peccato noluisti, neq; cōprobasti, quæ iuxta legem offerūtur, tunc dixit: Ecce adsum, ut faciam deus uoluntatem tuā: tollit prius, ut posterius statuat: p quā uoluntatē sanctificati sumus per oblationē coporis Iesu Christi semel peractā. Et omnis quidē sacerdos assistit quotidie, sacra peragēs, & easdē sæpius offerens

Psalm.39.b
Esa.50.b

cum aqua & lana coccinea & hysopo: ipsum quoq; librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia pene sanguine secundū legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est erga exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostijs quàm istis. Non enim in manufactis sanctis Iesus introijt exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis, Neque ut sępe offerat semetipsum: quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparebit omnibus expectātibus se in salutem.

D

CAPVT X

VMbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: Alioquin cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati: sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata: ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata, & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce uenio, in capite libri scriptū est de me, ut faciā deus uolūtatem tuam. Superius dicens, quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur: Tunc dixi, ecce uenio, ut faciam deus uoluntatem tuam: aufert primum ut sequens statuat. In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias

A

B

rens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata. Hic uero, una pro peccatis oblata uictima, perpetuo sedet ad dexterā dei id quod superest expectans, donec reddantur inimici ipsius, scabellum pedum eius. Vnica enim oblatiōe perfectos effecit in perpetuum, eos qui sanctificantur. Testificatur autem nobis & ipse spiritus sanctus, nimirum cum prædixerit, Hoc est testamentū, quod condam erga illos, post dies illos, dicit dn̄s, dās leges meas in corde illorū, & in mentibus illorum inscribā eas, & peccatorum atq; iniquitatū illorum non recordabor amplius. Porrò ubi horū est remissio, nō est amplius oblatio pro peccato. Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi C in sancta per sanguinem Iesu, ea uia quam dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentum, hoc est, per carnem suā, cumq; habeamus sacerdotem magnum præfectum domui dei: accedamus cū uero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa cōscientia mala, & abluti corpore, aqua pura, teneamus confessionē spei, non uacillantē: fidelis em̄ qui promisit: & cōsideremus nos inuicem, in hoc, ut prouocemus ad charitatē & bona opera, nō deserentes aggregationē nostri mutuā, sicuti mos est nōnullis, sed adhortantes inuicē, idq; hoc magis, quod uidetis appropinquantem diē. Nā si uolentes peccauerimus post acceptā cognitionē ueritatis, nō ultra pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædā expectatio iudicij, & ignis uehementia, qui deuoraturus est aduersarios. Qui aspernat⁹ fuerit Moysi legē, absq; misericordia, sub duob⁹ aut tribus testibus moritur. Quāto putatis peioribus afficietur supplicijs, qui filiū dei conculcarit, & sanguinē testamenti, ceu rem prophanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus, D & spiritū gratiæ contumelia affecerit. Nouimus enim eum qui dixit: Meū est ulcisci, ego rependā, dicit dn̄s. Et rursum: Dn̄s iudicabit populū suū. Horrendū est incidere in manus dei uiuentis. Redeant autem uobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen sustinuistis afflictionū, partim quidē, dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus, partim dum consortes ita cōuersantium facti estis. Siquidē & afflictionū, quę ex uinculis meis cōtigerunt, participes fuistis. & direptionē facultatū uestrarū cum

hostias quæ nunquam possint auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera dei: de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spiritussanctus. Post quam enim dixit: Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum: & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam initiauit nobis uiam nouam & uiuentem per uelamen, id est carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. Fidelis enim est qui repromisit. Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram: sicut consuetudinis est quibusdam: sed consolantes & tanto magis quanto uideritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam noticiam ueritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis dereriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est: & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Scimus enim qui dixit: Mihi uindictam & ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobrijs & tribulatiōibus spectaculum facti, in altero autē socij taliter conuersantium effecti. Nam & uinctis cōpassi estis: & rapinā bonorū uestrorum

Psalm.109 a
Hierem.31 e
Nume.15 c
Deut.17.14
Deut.31 e
Prou.32

cum gaudio accepistis, scientes uos habere in uobis, potiorem substantiã in cœlis ac manentem. Ne abieceritis igitur fiduciã uestrã, quæ magnã habet præmij retributionẽ. Nã patiẽtia uobis est opus, ut ubi uoluntatẽ dei peregeritis, reportetis promissionẽ. Adhuc enim per pusillũ temporis, & qui uenturus est ueniet, & nõ tardabit. Iustus autẽ ex fide uicturus est, & si se subduxerit, non probabit' animo meo. At nos nõ sumus q subducam⁹ nos in pditionẽ, sed ad fidẽ ptinemus in acqsitionẽ animæ.

Quid fides, et quæ eius uirtus ac energia

EST autem fides earũ rerum quæ sperantur, substãtia, argumentũ eorũ, quæ non uidentur: per hanc enim testimonium meruerunt seniores. Per fidem intelligimus perfecta fuisse secula uerbo dei, ut ex his quæ nõ apparebant, ea quæ uidentur, fierent. Per fidem uberiorem hostiam Abel obtulit deo, q̃ Cain: per quam testimonium meruit, q̃ esset iustus testimonium perhibẽte de donarijs illius deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur. Per fidẽ

Eccli. 44. 49

Enoch fuit trãslat⁹, ne uideret mortẽ, nec fuit inuẽtus, ppterea quod trãstulerat illum deus. priusq̃ enim transferret', testimonium meruerat, quod placuisset deo. Atqui sine fide, fieri nõ potest, ut quis illi placeat. Nam qui accedit ad deũ, hunc credere oportet, esse deũ, & esse remuneratorẽ quærentibus se. Per fidẽ admo

Gene. 6 d

nitus oraculo Noe, ea quæ nondum uidebantur, uerit⁹, apparauit arcã ad salutẽ domus suę per quã arcã condẽnauit mundũ, & eius quæ secundũ fidẽ est, iusticiæ factus est hæres. Per

Gene. 12. 13

fidem, appellatus Abrahã, obedijt, ut exierit in locum quẽ accepturus erat in hæreditatẽ, & exiuit, nesciens quò esset uenturus. Per fidem cõmigrauit in terrã promissionis, ueluti pegrinã, cũ in tabernaculis habitasset cũ Isaac & Iacob cohæredibus eiusdẽ promissionis. Expectauerat eñ habentẽ fundamenta ciuitatẽ, cu

Gene. 21 a

ius opifex & cõditor est deus. Per fidẽ & ipsa Sara uim ad cõcipiendũ ac retinendũ semen accepit, ac præter ætatis rationẽ pepit, quod fidelẽ iudicaret eũ qui promiserat. Quapropter & ex uno prognati sunt posteri, eoq̃ iam annis effœto, tãto numero quãto sunt stellæ cœli, & uelut arena, quæ est iuxta marginẽ maris innumerabilis. Iuxta fidẽ mortui sunt hi oẽs, cũ nõ accepissent pmissiones, sed procul eas ui

Gene. 47 b

dissent, & credidissent, salutassentq̃, & cõfessi fuissent, se hospites atq̃ aduenas esse in terra. Nam

cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentẽ substantiam. Nolite itaq̃ amittere confidentiam uestram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est: ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum qui uenturus est ueniet & non tardabit: iustus autem meus ex fide uiuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non simus subtractionis filij in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

CAPVT XI

A EST autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac eñ testimoniũ consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse secula uerbo dei: ut ex inuisibilibus uisibilia fierẽt. Fide plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit Deo: per quam testimonium cõsecutus est esse iustus, testimonium perhibẽte muneribus eius deo: & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est ne uideret mortem: & non inueniebatur: quia transtulit illũ deus: Ante translationem enim testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est: & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe respõso accepto de his quę adhuc nõ uidebãtur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam dãnauit mũdum: & iusticiæ quæ per fidem est hæres est institutus. Fide qui uocatur Abrahã obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tãquam in aliena: in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatẽ: cuius artifex & conditor deus. Fide & ipsa Sara sterilis uirtutem in conceptione seminis accepit etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. Propter q̃d & ab uno orti sunt: & hoc emortuo tanquam sidera cœli in multitudinẽ: & sicut harena quæ est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nõ acceptis repromissionibus: sed à longe eas aspicientes & salutantes & confitentes: quia peregrini & hospites sunt super terram. B

Qui

Nam hæc qui dicunt, declarãt se patriã inquirere. Et si illius quidẽ memores fuissent, unde fuerãt profecti, habebãt oportunitatẽ reuertendi. Nunc autẽ meliorẽ expetũt, hoc est, cœlestem. Quapropter nõ erubescit ipse deus uocari deus illorũ. parauerat enim illis ciuitatem. Per fidẽ obtulit Abrahã Isaac, cũ tentaretur, & unigenitum obtulit, in quo promissiões acceperat, ad quẽ dictũ fuerat: In Isaac uocabitur tibi semen: cũ illud secũ perpendisset, deũ uel à mortuis excitare posse, unde illum etiã re surrectionis typo reduxit. Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Iacob, & Esau. Per fidem Iacob moriẽs, singulis filijs Ioseph benedixit, & adorauit fastigium uirgæ illius, Per fidem Ioseph moriẽs, de egressiõe filiorũ Israel meminit, deq; ossibus suis mãdauit. Per fidẽ, cũ natus esset Moyses, occultatus est menses treis, à parẽtibus suis, propterea quod uiderãt elegantẽ puellũ, nec ueriti sunt edictum regis. Per fidẽ Moses iã grandis, renuit uocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens simul malis affici cũ populo dei q̃ temporarijs peccati cõmodis frui, maiores arbitrat⁹ diuitias probrũ Christi, q̃ Aegyptiorũ thesauros. Respectũ enim habebat remunerationis. Per fidem reliquit Aegyptũ, haud ueritus ferociã regis. Per inde enim quasi uidisset eũ qui est inuisibilis, ita obdurauit. Per fidem fecit pascha, & effusionẽ sanguinis: ne is qui perimebat primogenita, tãgeret ipsos. Per fidem transierũt rubrũ mare, ueluti per siccã terrã, quod cũ tentassent Aegyptij, absorpti sunt. Per fidẽ mœnia Hiericho cõciderunt, circundata ad dies septem. Per fidẽ Raab meretrix nõ perijt unà cum ijs qui nõ obedierãt, cum excepisset hospitio exploratores pacifice. Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tẽpus, cõmemorantẽ de Gedeone, de Barac, & Sampsone, & Hiephthae, necnõ Dauid & Samuele, ac prophetis, q per fidem expugnauerũt regna, operati sunt iustitiam, assecuti sunt promissiones, occluserũt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt acies gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, incursiones auerterunt exterorũ. Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij uero distenti sunt aspernati redemptionẽ, ut potiorẽ sortirentur resurrectionem. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis, & carcere, lapi-

Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem illius meminissent de qua exierunt: habebant utique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideo non confunditur Deus uocari Deus eorum. Parauit enim illis ciuitatem. Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur: & unigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones. Ad quem dictum est: Quia in Isaac uocabitur tibi semen: arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus. Vnde eum & in parabolam accepit. Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob & Esau. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium uirgæ eius. Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit. Fide Moyses natus occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo quod uidissent elegantem infantem: & non timuerunt regis edictum. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias ęstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Fide reliquit Aegyptum non ueritus animositatem regis. Inuisibilem enim tanquam uidens sustinuit. Fide celebrauit pascha & sanguinis effusionem: ne qui uastabat primitiua tangeret eos. Fide transierunt mare rubrum tanquam per aridam terram: quod experti Aegyptij deuorati sunt. Fide muri Hiericho corruerunt circumitu dierum septem. Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem, de Gedeon, Barach, Samson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra uerterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, nõ suscipientes redemptionem: ut inuenirẽt meliorẽ resurrectionem. Alij uero ludibria & uerbera experti, insuper, & uincula, & carceres

Marginal notes: C; D; Gene. 22 d; Eccli. 44 c; Gene. 50 d; Exod. 2 a; Exod. 12; Exod. 14; Iosu. 2 c; 1 Reg. 14; Hiere. 20

3.Reg.20 re: lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerunt, oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus, in desertis errãtes, & montibus, ac speluncis, & cauernis terrę. Atque omnes hi testimonium promeriti per fidem, non acceperãt promissionẽ, quod deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consummarentur.

Exhortatur ad cõstantiam in tolerandis malis, et quod eorũ sit praemium docet

PRoinde nos quoque, cum tãta septi simus nube testium, deposito onere omni, & tenaciter inhærente peccato, per tollerantiam curramus in proposito nobis certamine, respicientes ad fidei ducẽ & consummatorem Iesum, qui pro ꝓposito sibi gaudio, pertulit crucem ignominia contẽpta, & ad dexterã throni dei consedit. Reputate enim quod is talem sustinuerit à peccatoribus aduersus se contradictionẽ, ne defatigemini, animis defecti. Nõdum usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis exhortationis, quæ uobis tanquam filijs loquitur: Fili mi, ne neglexeris correptionem domini, neque deficias cum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autẽ omnem filium, quem recipit. Si castigationem sustinetis, ueluti filijs uobis offert se deus. Quis enim est filius, quẽ non castigat pater? Quod si alieni estis à castigatione, cuius participes sunt omnes: igitur spurij estis, nõ filij. Itaque cum carnis nostrę patres habuerimus castigatores, & reueriti simus illos, an non multo magis subijciemur patri spirituum, & uiuemus. Atque illi quidem ad paucos dies, pro arbitratu suo nos erudiebant: hic autẽ ad commodum nostrũ in hoc ut impartiat nobis sanctimoniã suam Omnis autem castigatio in præsens quidem, nõ uidetur esse gaudij, sed molestiæ. At postea fructum tranquillum iusticiæ reddit, ijs qui per illã fuerint exercitati. Quapropter manus remissas, & genua soluta surrigite, & facite, ut recti sint gressus pedibus uestris: ne claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius. Pacem sectemini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit dominum, curam agentes, ne quis sit qui deficiat à gratia dei, ne qua radix amarulentiæ suppullulãs obturbet, & per hanc inquinentur multi: ne quis scortator aut prophanus, uelut Esau, qui unico edulio permutauit ius primogeniti. Scitis enim, quod & postea

Prou.3 b

Esa.35 a

Gene.25.27

res: lapidati sunt: secti sunt: tẽtati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circũierunt in melotis, in pellibus caprinis egẽtes, angustiati, afflicti: qbus dign⁹ nõ erat mũdus: in solitudinib⁹ errantes, in mõtibus & speluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, nõ acceperũt repromissionẽ, deo ꝓ nobis melius aliquid prouidẽte, ut non sine nobis consummarentur.

CAPVT XII

IDeoque & nos tantam habẽtes impositã nubem testiũ, deponẽtes omne pondus & circunstãs nos peccatũ, per patiẽtiam curramus ad propositũ nobis certamẽ: aspicientes in auctorẽ fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucẽ, confusione contẽpta: atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatum repugnãtes: & obliti estis cõsolationis: quæ uobis tanquã filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinã domini: neque fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enim diligit dñs, castigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit. In disciplina perseuerate. Tanquã filijs uobis offert se deus. Quis enim filius quẽ nõ corripit pater? Quod si extra disciplinã estis: cuius participes facti sunt omnes: Ergo adulteri & non filij estis. Deinde patres quidẽ carnis nostræ eruditores habuimus & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum & uiuemus? Et illi quidẽ in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos: hic autẽ ad id quod utile est in recipiendo sanctificationẽ eius. Omnis autẽ disciplina in prę senti quidem uidetur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iusticiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus uestris: ut non claudicãs quis erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam: sine qua nemo uidebit deum. Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat: & per illam inquinẽtur multi. Ne quis fornicator aut prophanus ut Esau: qui propter unam escam uẽdidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea

A B C

postea, cũ uellet hæreditario iure benedictionem assequi, reprobatus sit. Non enim reperit pœnitentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæsiuisset eam. Non enim accessistis ad contactum montẽ, & incẽsum ignẽ ac turbinem, & caliginem, & procellã, tubæq; sonitum, & uocem uerborum, quam qui audierant, deprecati sunt, ne his adiungeretur oratio. Non enĩ ferebant, quod edicebatur: Si bestia tetigerit montem lapidabitur, aut iaculo configetur. & adeo terribile erat uisum, quod apparebat. Moses dixit: Expauefactus sum, ac tremebũdus: sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem dei uiuẽtis, Hierusalem cœlestem, & ad innumerabilium angelorũ cœtum, & ad concionem primogenitorum, qui cõscripti sunt in cœlis, & ad iudicem uniuersorum deum, & ad spiritus iustorũ perfectorum, & ad noui testamẽti conciliatorẽ Iesum, & ad sanguinẽ aspersionis, meliora loquentẽ, q̃ loquebatur sanguis Abel. Videte ne aspernemini eum, qui loquitur. nam si illi nõ effugerũt, qui auersabantur eum qui loquebatur in terra, multo magis nos, si eum qui de cœlis est, auersemur: cuius uox tum concussit terram, at nunc denunciauit, dicens: Adhuc semel ego concutio, nõ modo terram, uerumetiã cœlũ. Porrò illud quod dicit, adhuc semel, significat eorum quæ concutiũtur translationẽ, utpote quæ facta sint, ut maneãt ea quę nõ cõcutiũtur. Quapropter regnũ assumẽtes quod cõcuti nõ possit, habeamus gratiam, per quam ita colamus deũ, ut illi placeamus cum reuerentia & religione.

Etenim deus noster ignis consumens est. Fraterna charitas maneat. Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidã inscientes exceperunt angelos hospitio. Memores estote uinctorum, tanq̃ unà cum illis uincti, eorũ qui affliguntur, uelut ipsi quoq; uersantes in corpore. Honorabile est inter omnes cõiugium, & cubile impollutũ. Scortatores autem & adulteros iudicabit deus. Sint mores alieni ab auaritia, contẽti ijs quæ adsunt. Siquidẽ ipse dixit: Non te desero, neq; derelinquo, ut fidẽtes dicamus: dñs mihi auxiliator, nec timebo, quid faciat mihi homo. Memores estote eorum qui præsunt uobis, qui locuti sunt uobis sermonẽ dei, quorũ imitemini fidẽ, cõsiderantes qui fuerit exitus cõuersationis illorum. Iesus Christus heri & hodie, idem est etiã in secula

---

postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit pœnitentiæ locum: quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem & turbinem & caliginem & procellam & tubæ sonum & uocem uerborum: quam qui audierunt excusauerunt se: ne eis fieret uerbum. Non enim portabant quod dicebatur: & si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod uidebatur. Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem & ad ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cœlestem & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis: & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorẽ Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos qui de cœlo loquentem nobis auertimus: cuius uox mouit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel & ego mouebo, non solum terram, sed etiam cœlum. Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum: ut maneant ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipientes, habemus gratiam per quam seruiamus, placentes deo cum metu & reuerẽtia. Et enim deus noster ignis consumens est.

CAPVT XIII

Charitas fraternitatis maneat in uobis: & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote uinctorum tanquam simul uincti, & laborantium tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia contenti præsentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neq; derelinquam, ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbum dei: quorũ intuentes exitum, conuersationis imitamini fidem. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula

Marginalia: Exod.20 c; Exod.19 b; Apo.21 b; Gene.4 b; Abacuc.2 b; Deut.4 d; Præcepta quædam Christianis cõmoda et obseruanda tradit; Deut.31 d; Iosu.1 a; Psalm. 55.117

secula. Doctrinis uarijs ac peregrinis ne circu/
feramini. Bonum est enim, gratia constabiliri
cor, non escis quæ non profuerunt ijs qui uer/
sati sunt in illis. Habemus altare, de quo nō est
fas edere, ijs qui tabernaculo deseruiunt. Ani/
malium enim quorū sanguis infertur pro pec
cato, in sancta per pontificem, horum corpo/
ra cremantur extra castra. Quapropter & Ie/
sus, ut sanctificaret per proprium sanguinem
populum, extra portam passus est. Exeamus
igitur ad eum extra castra, opprobrium eius
portantes. Non enim habemus hic manentē
ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum
igitur offerimus hostiam laudis semper deo,
hoc est fructum labiorum, confitentium no/
mini eius. Cæterum beneficentiæ, & commu/
nicationis ne obliuiscamini. Talibus enim ui/
ctimis placetur deo. Parete ijs qui præsunt uo
bis, & concedite, siquidem illi uigilant pro ani
mabus uestris, tanquàm rationem reddituri,
ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.
nam id est inutile uobis. Orate pro nobis, cō/
fidimus enim quod bonam habemus consciē
tiam inter omnes cupientes honeste conuersa
ri. Magis autē obsecro uos, ut id faciatis, quo
celerius restituar uobis. Deus autem pacis, qui
reduxit à mortuis pastorem ouium illum ma/
gnum per sanguinem testamēti æterni, domi
num nostrum Iesum, absolutos uos reddat in
omni opere bono, ad faciendum uoluntatem
ipsius, efficiens, ut quod agitis, acceptum sit in
cōspectu suo per Iesum Christum, cui gloria
in secula seculorum. Amen. Obsecro uos fra/
tres, sufferte sermonem exhortatiōis. Etenim
paucis scripsi uobis. Scitis fratrem nostrū Ti/
motheum solutum esse, cū quo, si celerius ue/
nerit, uisam uos. Salutate omnes qui præsunt
uobis, & omnes sanctos. Salutant uos Itali.
Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Exod. 29 b
Leuit. 4 c
Nume. 19 a
Psalm. 91 a
Ezech. 34 b

secula. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite
abduci. Optimum est enim gratia stabilire
cor: non escis quæ non profuerunt ambulan/
tibus in eis. Habemus altare de quo edere nō
habent potestatem qui tabernaculo deserui/
unt. Quorum enim animalium infertur san/
guis pro peccato in sancta per pontificem, ho
rum corpora cremantur extra castra. Pro/
pter quod & Iesus ut sanctificaret per suum
sanguinem populum, extra portam passus
est. Exeamus igitur ad eum extra castra, impro C
perium eius portantes. Non enim habemus
hic manentem ciuitatem, sed futuram inquiri/
mus. Per ipsum ergo offeramus hostiam lau/
dis semper deo: id est fructum labiorum con/
fitentium nomini eius. Beneficentiæ autem &
communionis nolite obliuisci. Talibus enim
hostijs promeretur deus. Obedite præpositis
uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant:
quasi rationē pro animabus uestris reddituri,
ut cū gaudio hoc faciant, & nō gemētes. Hoc
enim nō expedit uobis. Orate pro nobis. Cō/
fidimus enim, quia bonam consciētiam habe/
mus in omnibus bene uolentes cōuersari. Am
plius autem deprecor uos hoc facere: quo ce/ D
lerius restituar uobis. Deus autem pacis qui e/
duxit de mortuis pastorem magnum ouium
in sanguine testamenti æterni, dominum no/
strum Iesum Christū, aptet uos in omni bo/
no: ut faciatis eius uoluntatem: faciens in uo/
bis quod placeat coram se per Iesum Christū
cui est gloria in secula seculorum: Amen. Ro/
go autem uos fratres ut sufferatis uerbum so/
latij. Etenim perpaucis scripsi uobis: cognosci
te fratrem nostrum Timotheum dimissum:
cum quo si celerius uenerit uidebo uos. Salu/
tate omnes præpositos uestros & omnes san/
ctos. Salutāt uos de Italia fratres: gratia cum
omnibus uobis: Amen.

Missa ab Italia per Timotheum.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

IAcobus, qui appellatur frater domini, cognomento Iustus, ut nonnulli existimant, Ioseph, ex alia uxore, ut autem mihi uidetur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionem domini, statim ab apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, unam tātum scripsit epistolam quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Hegesippus uicinus apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro, de Iacobo narrans ait. Suscepit ecclesiam Ierosolymæ, post apostolos frater domini Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi uocabantur. Hic de utero matris sanctus fuit, uinum & siceram non bibit, carnem nullā comedit, nunquam attonsus est, nec unctus unguēto, nec usus balneo. Huic soli licitū erat ingredi sancta sanctorū. Siquidē uestibus laneis nō utebatur, sed lineis: solusq́ ingrediebatur templū: & fixis genubus, pro populo deprecabatur, in tantū, ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in uicesimo libro antiquitatum refert, & Clemens septimo Hypotyposeon, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinū: qui cum necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publice Iacobū ut Christū dei filiū denegaret, contradicentē lapidari iussit. qui cum præcipitatus de pinna templi confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlū manus diceret, Dn̄e ignosce eis, quod enim faciūt nesciūt: fullonis fuste, quo rudia uestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus, interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, ut propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas, Alium autē apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorū super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoq; quod appellatur Secundum Hebræos, & à me nuper in Grecum, Latinumq́ sermonem trāslatum est, quo & Origenes sæpe utitur, post resurrectionem saluatoris refert, Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec uideret eum resurgentem à mortuis. Rursusq́; post paululum, Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statimq́; additur, Tulit panem, & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit ecclesiam, id est usq; ad septimum Neronis annū, & iuxta templū ubi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usq; ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidā è nostris in monte olíueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM *Catholicam Iacobi apostoli.*

IACOBVS apostolus sanctum instruit clerum de cultura cœlestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ. & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI

ERASMI VERSIO

A

1 IACOBVS dei ac domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideritis uarias, illud scientes, quod exploratio fidei uestræ parit patientiam. Cæterum patientia opus per-

fectum

VVLGATA EDITIO

1 IACOBVS Dei & domini nostri Iesu Christi seruus duodecim tribubus quę sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tētationes uarias incideritis: scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur. Patientia autem opus

perfectum

Patientiā docet, & quomodo deus suos tētet: deq́; uera pietate

fectum habeat, ut sitis perfecti, & integri,
Pro.2.a nullaq; in parte diminuti: Quod si cui uestrũ
deest sapientia postulet ab eo qui dat, nempe
deo, qui dat inquã omnibus simpliciter, nec ex/
probrat, ac dabitur ei. Sed postulet cum fidu/
cia, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis
est fluctui maris, qui uentis agitur, & impetu
rapitur. Neq; em̃ existimet homo ille, se quic/
quã accepturum à dño. Vir animo duplici, in
constãs est in omnibus uijs suis. Glorietur au/
tem frater qui est humilis, in sublimitate sua,
Eccli.44.b cõtra qui diues est, in humiliatione sui: quoniã
Esa.40.a ueluti flos herbæ præteribit. Exortus est enim
sol cũ æstu, & exaruit herba, & flos illius deci
dit, & decor aspectus illius perijt. Sic & diues
in uijs suis marcescet. Beatus uir qui suffert tẽ/
tationẽ, quoniã cum probatus erit, accipiet co
ronã uitę, quam promisit dñs ijs, à quibus fue
rit dilectus. Ne quis cũ tentatur, dicat se à deo
tentari. Nam deus ut malis tentari nõ potest,
ita nec ipse quẽquam tentat. Imò unusquisq;
tentatur, dum à propria concupiscẽtia abstra
hitur & inescatur. Deinde cõcupiscentia post/
eaquàm concepit, parit peccatũ: peccatum ue
ro perfectum progignit mortem. Ne erretis
Prou.2.d fratres mei dilecti. Om̃is donatio bona, & o/
mne donum perfectum, è supernis est descen
dens à patre luminum, apud quẽ nõ est trans/
mutatio aut conuersionis obumbratio. Is de/
stinata uoluntate progenuit nos sermone ue/
ritatis, ut essemus primitiæ quædã suarũ crea/
turarum. Itaq; fratres mei dilecti, sit om̃is ho/
Prou.17.d mo uelox ad audiendũ, tardus ad loquendũ,
Eccli.5.b tardus ad iram. Nam ira uiri iusticiam dei nõ
efficit. Quapropter deposita omni immundi/
cia & redundantia maliciæ, cum mansuetudi/
ne recipite insitum sermonem, qui potest sal/
uas reddere animas uestras. Sitis autem effe/
ctores sermonis, & non auditores tantum, fal
lentes uosmetipsos. Quoniã si quis audiat ser/
monem, nec eum factis exprimat, hic similis
est uiro consideranti faciem natiuitatis suæ in
speculo. Considerauit enim seipsum, & abijt,
& cõtinuo oblitus est qualis esset. At qui pro/
spexerit in legem perfectã, quæ est libertatis,
& permanserit, hic cum sit non auditor obliui/
osus, sed effector operis, beatus facto suo erit.
Si quis uidetur religiosus esse inter uos, qui
non frenat linguam suã, sed aberrare sinit cor
suum, huius uana est religio. Religio pura &
immacula/

perfectum habet ut sitis perfecti & integri, in
nullo deficientes. Si quis autem uestrum indi/
get sapiẽtia, postulet à deo, qui dat omnibus
affluenter, & non improperat, & dabitur ei.
Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Qui e/
nim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à uen
to mouetur & circumfertur. Non ergo existi/
met homo ille quod accipiat aliquid à domi/ B
no. Vir duplex animo inconstans est in omni
bus uijs suis. Glorietur autem frater humilis
in exaltatione sua: diues autem in humilitate
sua: quoniam sicut flos feni transibit. Exortus
est enim sol cum ardore: & arefecit fenum: &
flos eius decidit: & decor uultus eius deperijt.
Ita & diues in itineribus suis marcescet. Bea/
tus uir qui suffert tentationem: quoniam cum
probatus fuerit accipiet coronam uitæ: quam
repromisit deus diligentibus se. Nemo cum
tentatur dicat: quoniam à deo tentetur. Deus
enim intentator malorum est. Ipse autem ne/
minem tentat. Vnusquisq; uero tentatur à cõ
cupiscentia sua: abstractus & illectus. Deinde
concupiscentia cum conceperit parit peccatũ:
Peccatum uero cum consummatum fuerit ge C
nerat mortem. Nolite itaq; errare fratres mei
dilectissimi. Omne datum optimum & omne
donum perfectum desursum est descendens
à patre luminum: apud quem non est trans/
mutatio: nec uicissitudinis obumbratio. Vo/
luntarie enim genuit nos uerbo ueritatis: ut
simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fra
tres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo
uelox ad audiendum: tardus autẽ ad loquen/
dum: & tardus ad iram. Ira enim uiri iustici/
am Dei non operatur: propter quod abijci/
entes omnem immundiciam & abundãtiam
malicię, in mansuetudine suscipite insitum uer
bũ quod potest saluare animas uestras. Esto/
te autem factores uerbi & non auditores tan/ D
tum fallẽtes uosmetipsos: quia si quis auditor
est uerbi & nõ factor, hic comparabitur uiro
consideranti uultum natiuitatis suæ in specu/
lo. Considerauit enim se & abijt: & statim ob/
litus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit
in lege perfectæ libertatis & permanserit in ea
non auditor obliuiosus factus, sed factor
operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis
autem putat se religiosum esse non refre/
nans linguam suam, sed seducens cor su/
um, huius uana est religio. Religio munda &
immacula/

immaculata apud Deum & patrem hæc est, inuisere orphanos & uiduas in afflictiõe sua, immaculatum seipsum seruare à mundo.

A FRatres mei, ne cum respectu personarũ habeatis fidẽ domini nostri Iesu Christi ex opinione. Nam si ingrediatur in cœtum uestrum uir aureum gestãs anulum, ueste indutus splendida, ingrediatur autem & pauper in sordida ueste, & respexeritis ad illum qui uestem gestat splẽdidam & dixeritis illi, tu sede hic bene, & pauperi dicatis, tu sta illic, aut sede hic subter scabellũ meũ, & nõ diiudicati estis in uobisipsis, & facti estis iudices cogitationũ malarum. Audite fratres mei dilecti, nõne deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni, quod promisit ijs, à quibus dilectus fuerit? B Vos autẽ contemptui habuistis pauperem. Nonne diuites tyrãnidem exercent in uos, & ijdem trahunt uos ad tribunalia? Et ijdem male loquuntur de bono nomine quod inuocatũ est super uos? Si legem quidem regiam perficitis iuxta scripturam, diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis: sin uero personã respicitis, peccatũ committitis, & redarguimini à lege ueluti trãsgressores. Quisquis enim totã legẽ seruauerit, offenderit autem in uno, factus est omniũ reus. Nam qui dixit, ne mœcheris, dixit etiam, ne occidas. quod si nõ fueris mœchat9, occideris tamen, factus es trãsgressor legis. Ita loquamini, & ita faciatis ueluti per legẽ libertatis iudi- C candi. Siquidem iudicium absq; misericordia erit ei, qui nõ præstiterit misericordiã. Et gloriatur misericordia aduersus iudicium. Quæ utilitas fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, facta uero non habeat? Num potest fides saluũ facere illũ? Quod si frater aut soror nudi fuerint, & egentes quotidiano uictu, dicat autem aliquis uestrum illis, abite cum pace, calescite & saturamini: non tamen dederitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides si facta non habuerit, mortua est per se. Sed dicet aliquis, tu fidẽ habes, & ego facta habeo. Ostende mihi fidem tuã ex factis tuis, & ego ostẽdã tibi ex factis meis fidẽ meã. Tu credis q deus unus est? Recte facis. Et dæmonia credũt, ac cõtremiscunt. D Vis uero scire ô homo inanis, quod fides absq; factis mortua sit? Abrahã pater noster nonne ex factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium

immaculata apud deum & patrem hæc est: uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorũ: & immaculatũ se custodire ab hoc seculo.

CAPVT II

FRatres mei: nolite in personarũ acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentũ uestrum uir aureum anulum habens in ueste cãdida: introierit autẽ & pauper in sordido habitu: & intendatis in eũ qui indutus est ueste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autẽ dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meorũ: nonne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres dilectissimi: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiã opprimunt uos: & ipsi trahunt uos ad iudicia? Nõne ipsi blasphemãt bonũ nomen, quod inuocatũ est super uos? Si tamen legẽ perficitis regalẽ secũdum scripturas: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, bene facitis. Si autem personã accipitis, peccatum operamini: redarguti à lege quasi trãsgressores. Quicunq; autẽ totam legẽ seruauerit, offendat autẽ in uno: factus est omniũ reus. Qui enim dixit: nõ mœchaberis, dixit & nõ occides. Quod si nõ mœchaberis, occides autem, factus es trãsgressor legis. Sic loquimini & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi qui nõ facit misericordiã. Superexaltat autẽ misericordia iudiciũ. Quid proderit fratres mei si fidẽ quis dicat se habere: opera aũt nõ habeat? Nũquid poterit fides saluare eũ? Si autem frater & soror nudi sint & indigeant uictu quotidiano: dicat autem aliquis ex uobis illis: ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autẽ eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera mortua est in semetipsa. Sed dicet qs: Tu fidem habes: & ego opera habeo: Ostende mihi fidem tuã sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam unus est deus: bene facis: & dæmones credunt & contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis: quoniam fides sine operibus mortua est: Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium

Nõ sit respectus psonarũ: deq; charitate & fide.

Matth. 6. 5 a

Leui. 19 c

Ezech. 18 g

Exod. 20 c

Matth. 7 c

filium suum super altare? Vides, quod fides adiumento fuerit factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et impleta est scriptura, quæ dicit: Credidit Abraham deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei uocatus est. Videtis igitur quod ex factis iustificetur homo, & non ex fide tãtum? Similiter autem & Rhaab meretrix, an non ex factis iustificata est cum excepisset nuncios, & alia uia emisisset? Nam quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides absque factis mortua est.

Gene.15 b *Rom.4 a* *Iosu.2.6*

Linguæ mala, & quomodo compescenda; deq; discrimine diuinæ ac humanæ sapientiæ

Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quod maius iudicium sumpturi simus. In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est uir, qui possit freno moderari totũ etiam corpus. Ecce equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis, & totũ corpus illorũ circũagimus. Ecce naues quoq; cum tantæ sint, & à uentis sæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunq; impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quãtam materiã incendit. Et lingua ignis est, mundus iniquitatis, sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotã natiuitatis, & inflãmatur à gehẽna. Omnis enim natura & ferarum & uolucrũ serpentiumq; & marinorum domatur, & domita est à natura humana. Linguã autem nullus hominum domare potest, incoercibile malũ, plena ueneno mortifero. Per ipsam benedicimus deo & patri, & per ipsam maledicim⁹ hominibus, qui ad similitudinem dei cõditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri. Nũquid fons ex eodem foramine emittit dulcẽ & amaram aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullus fons salsam ac dulcem potest ædere aquã. Quis sapiens & scientia præditus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione opera sua cum mansuetudine sapientiæ. Quod si æmulationem amaram habetis, & contentionem in corde uestro, nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia è supernis descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.

Eccli.14.19. *25* *Gene.1 d* *Rom.13 d*

Quæ

filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est. Et suppleta est scriptura, dicẽs: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iusticiã: & amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantum. Smiliter & Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios: & alia uia eijciẽs? Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est: ita fides sine operibus mortua est.

CAPVT III

A Nolite plures magistri fieri fratres mei: scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo nõ offendit: hic perfectus est uir. Potest etiam freno circunducere totum corpus. Si autem frenos equis in ora mittimus, ad cõsentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus. Et ecce naues cum magnæ sint, & à uentis ualidis minentur: circunferuntur autem à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est: & magna exaltat. Ecce B quantus ignis quam magnam siluam incendit. Et lingua ignis est: uniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus: & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentium & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana: linguã autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum plena ueneno mortifero. In ipsa benedicimus deũ & patrẽ: & in ipsa maledicimus homines C qui ad imaginẽ & similitudinẽ Dei facti sunt. Ex ipso ore ꝓcedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hęc ita fieri: Nunqd fons de eodẽ foramine emanat dulcẽ & amaram aquã? Nũquid potest fratres mei ficus uuas facere: aut uitis ficus? Sic neq; salsa dulcẽ potest facere aquã. Quis sapiẽs & disciplinat⁹ inter uos. Ostẽdat ex bona cõuersatione operationẽ suã in mãsuetudine sapiẽtiæ. Quod si zelũ amarũ habetis: & cõtentiões sint in cordi D bus uestris: nolite gloriari & mẽdaces esse aduersus ueritatẽ. Nõ est ẽm ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrena animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauum.

Quæ

Quæ autem è supernis est sapientia, primum quidē casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absq; dijudicatione, sine simulatione. Fructus autem iusticiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

A VNde bella & lites in uobis? Nōne hinc? nimirū ex uoluptatibus uestris, quæ militant in membris uestris? Cōcupiscitis & non habetis, inuidetis & ęmulamini, & nō potestis adipisci. pugnatis & bellatis, nō habetis, propterea quod non postulatis. Petitis & nō accipitis, eo quod male petatis, ut in uoluptatibus uestris insumatis. Adulteri & adulteræ nescitis, quod amicitia mūdi, inimicitia est cū deo? B Quicunq; ergo uoluerit amicus esse mūdi, inimicus dei cōstituitur. an putatis quod inaniter scriptura dicat: Ad inuidiam cōcupiscit spiritus qui habitauit in nobis? Maiorem aūt dat gratiam. Subditi ergo estote deo, resistite autē diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus ò peccatores, & purificate corda duplices animo. Affligimini & lugete & plorate, risus uester in luctum cōuertatur, & gaudiū in mœ C rorem. Humiles uos reddite in conspectu domini, & eriget uos. Nolite detrahere uobis inuicem fratres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrē suum, detrahit legi, & iudicat legem: quod si iudicas legem, nō es obseruator legis, sed iudex. Vnus est legislator, qui potest seruare & perdere. Tu quis es qui iudicas aliū? Age nunc qui dicitis: hodie & cras eamus in hanc ciuitatē, & faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus, qui ignoratis, quid D futurum sit postero die. Quæ est enim uita uestra? Vapor enim est, qui ad exiguum tēpus apparet, & deinde euanescit: pro eo quod dicere debueritis, si dominus uoluerit, & si uixerimus, faciamus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis mala est. Igitur qui nouerit recte facere, nec facit, hic peccator tenetur. CAP. V

A AGite nunc diuites, plorate, ululantes super miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra tineis obnoxia facta sunt. Aurum & argentum uestrum erugine uiciatum est, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & exedet carnes uestras sicut ignis. Thesaurum cō/ gessistis

Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis: iudicans sine simulatione. Fructus autem iusticiæ in pace seminatur facientibus pacem. CAPVT IIII

VNde bella & lites in uobis? Nonne ex cōcupiscentijs uestris quæ militāt in mēbris uestris? Cōcupiscitis & nō habetis: occiditis & zelatis, & nō potestis adipisci. Litigatis & belligeratis, & nō habetis: propter quod non postulatis. Petitis & nō accipitis, eo quod male petatis: ut in concupiscentijs uestris insumatis. Adulteri: nescitis quia amicitia huius mūdi inimica est deo? Quicunq; ergo uoluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei constituitur. An putatis, quia inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam cōcupiscit spiritus qui habitat in uobis? Maiorem autē dat gratiā. Propter quod dicit. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote deo: resistite aūt diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete & plorate: risus uester in luctū cōuertatur, & gaudiū in mœrorē. Humiliamini in cōspectu dn̄i, & exaltabit uos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrē suum: detrahit legi & iudicat legē. Si aūt iudicas legē: non es factor legis, sed iudex. Vnus est em̄ legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu aūt quis es, q iudicas proximū tuum? Ecce nūc qui dicitis: hodie aut crastino ibimus in illā ciuitatē: & faciemus ibi quidē annū & mercabimur & lucrū faciemus, qui ignoratis quid erit in crastinū. Quæ est em̄ uita uestra? Vapor est ad modicum parens & deinceps exterminabitur: pro eo ut dicatis, si dn̄s uoluerit: & si uixerimus faciemus hoc aut illud. Nūc autem exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis maligna est. Scienti igitur bonū facere & non facienti, peccatū est illi.

AGite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt: & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum eruginauit: & erugo eorum in testimonium uobis erit: & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesauriza/ stis

De uoluptatibus carnis, ob trectatiōibus & auaritia frenādis, deq; oratione

Gal. 1 b

1. Pet. 5 a

Ezech. 28 a

Obiurgat diuites auaros, ac docet quæ officia ægrotis præstāda, et quæ sit efficacia oratiōis fidelis

gesſiſtis in extremis diebus. Ecce merces operariorũ qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraude non reddita eſt à uobis, clamat: & clamores eorũ qui meſſuerãt, in aures domini ſabaoth introierunt. In delitijs uixiſtis ſuper terram, & laſciuiſtis. enutriſtis corda ueſtra, ut in die occiſionis. Condẽnaſtis, & occidiſtis iuſtũ, & nõ reſiſtit uobis. Patientes igitur eſtote fratres uſq; ad aduentũ dñi: Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter expectãs illũ, donec accipiat pluuiã tempeſtiuã & ſerotinã. Patientes igitur eſtote & uos, & cõfirmate corda ueſtra, quoniã aduentus dñi appropinquat. Nolite ingemiſcere alius aduerſus aliũ fratres, ut ne condẽnemini. Ecce iudex ante ianuã aſsiſtit. Exemplum accipite fratres mei, afflictionis ac patiẽtiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatos ducimus eos qui ſuſtinẽt. Tolerantiã Iob audiſtis, & finem dñi uidiſtis, quod ualde miſericors ſit dominus ac cõmiſerans. Ante omnia aũt fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlũ, neq; per terrã, neq; aliud quodcũq; iuſiurandũ, Sit aũt ueſtrum eſt, eſt: non, non, ut ne in ſimulationẽ incidatis. Affligitur aliquis inter uos? oret. Aequo animo eſt aliquis? pſallat. Infirmatur quis inter uos? accerſat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine domini. Et obſecratio fidei ſaluum reddet laborantẽ, & eriget eum dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Confitemini inuicem alius alij delicta, & orate pro uobis inuicẽ, ut ſani ſitis. Multum enim ualet deprecatio iuſti efficax. Helias homo erat ſimiliter obnoxius affectionibus ut nos, & precatione precatus eſt ne plueret: & non pluit ſuper terram annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & de terra produxit fructum ſuum. Fratres, ſi quis inter uos errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum, ſciat, quod qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Iob. 1. 2

3. Reg. 13. 18

ſtis uobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorũ qui meſſuerunt regiões ueſtras quę fraudata eſt à uobis, clamat: & clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terrã, & in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum: & nõ reſtitit uobis. Patientes igitur eſtote fratres uſq; ad aduentũ domini. Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat tẽporaneũ & ſerotinum. Patientes igitur eſtote uos & cõfirmate corda ueſtra: quoniã aduẽtus domini appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrũ: ut non iudicemini: Ecce iudex ante ianuã aſsiſtit. Exemplũ accipite fratres exitus mali & longanimitatis & laboris & patientiæ, prophetas: qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiã Iob audiſtis, & finem domini uidiſtis: quoniã miſericors eſt dominus & miſerator. Ante omnia aũt fratres mei nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terrã: neq; aliud quodcunq; iuramentũ. Sit aũt ſermo ueſter, eſt eſt: non non: ut non ſub iudicio decidatis. Triſtatur autem aliquis ueſtrum, oret æquo animo & pſallat. Infirmatur quis in uobis: inducat presbyteros eccleſiæ: & orent ſuper eũ, ungẽtes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit, remittẽtur ei. Cõfitemini ergo alterutrum peccata ueſtra: & orate pro inuicem ut ſaluemini. Multum enim ualet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſsibilis: & oratione orauit ut non plueret ſuper terram: & non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei ſi quis ex uobis errauerit à ueritate: & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ: ſaluabit animam eius à morte: & operit multitudinem peccatorum.

B C D

Beati Iacobi epiſtolæ FINIS.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

SIMON Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, uico Bethsaida, frater Andreæ apostoli, & princeps apostolorũ, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationẽ dispersiõis eorũ qui de circũcisione crediderant, in Põto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secũdo Claudij anno, ad expugnãdum Simonẽ Magum Romã pergit: ibiq; uigintiquinq; annis cathedrã sacerdotalẽ tenuit, usq; ad ultimum annũ Nerõis, id est decimumquartũ. A quo & affixus cruci martyrio coronatus est, capite ad terram uerso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignum ut sic crucifigeretur ut dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda, à plerisq;, eius esse negatur, propter styli cũ priore dissonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri aũt eius è quibus unus actorum eius inscribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta uiam triumphalem, totius urbis ueneratione celebratur.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM PRIMAM Petri apostoli.

DISCIPVLOS saluatoris inuicti toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat: & præteritæ uitæ pœnitere suadet, & in nouam uitã proficere, tota cum solicitudine exhortatur Simon Petrus filius Ionæ prouinciæ Galilææ, è uico Bethsaida, frater Andreæ apostoli.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI PRIMA.

ERASMI VERSIO.	VVLGATA EDITIO.
A PETRVS apostolus Iesu Christi, aduenis sparsim incolẽtibus Põtum, Galatiã, Cappadociã, Asiam, & Bithyniã, delectis iuxta præfinitionem dei patris, per sanctificationẽ spiritus, in obedientiã, & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur. Laudandus est deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suam misericordiã regenuit nos in spẽ uiuã, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis in hæreditatẽ immortalẽ, & incõtaminabilẽ, atq; immarcescibilem, conseruatã in cœlis erga uos, qui uirtute dei custodimini per fidem, ad salutem, quæ in hoc parata est, ut patefiat in tẽpore supremo: in quo exultatis, nunc ad breue tẽpus afflicti in uarijs experimentis, si opus sit: q̃ exploratio fidei ueſtræ, multo preciosior auro, quod perit, & tamen per ignẽ probatur, reperiatur in laudẽ & gloriã & honorẽ, tum cũ reuelabitur Iesus Christus: B quem cum nõ uideritis, diligitis: in quem in præsentia, cũ non uideatis, credentes tamẽ, exul	PETRVS apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ, secundũ præscientiam dei patris in sanctificationem spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi: qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in cœlis, in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc, si oportet contristari in uarijs tẽtationibus: ut probatio uestræ fidei multo preciosior sit auro quod per ignẽ probatur: inueniatur in laudẽ & gloriam & honorem in reuelatione Iesu Christi: quem cum non uideritis, diligitis. In quem nunc quoque non uidentes creditis: credentes autem exul

Spe præmiorũ inuitat ad patiẽtiam & ad uitã Christo duce dignam

Iob 23 a

exultatis gaudio ineffabili & glorificato, re-
portantes finē fidei uestræ, salutem animarū,
de qua salute exquisierūt, & scrutati sunt pro-
Gene.49 phetæ, qui de uentura in uos gratia uaticinati
Daniel.2 sunt, scrutantes ad quē, aut cuiusmodi tempo-
ris articulum significaret, qui in illis erat spiri-
tus Christi: qui priusquam acciderēt, testaba
tur uenturas in Christum afflictiones, & quæ
essent consecuturæ glorias, quibus & illud re-
uelatum est, quod haud sibiipsis, imò nobis
ministrarēt, hæc quæ nunc annūciata sunt uo-
bis, per eos qui uobis prędicauerūt Euangeliū
per spiritum sanctū emissum è cœlo, in quę de
siderāt angeli prospicere. Quapropter succin-
cti lumbis mentis uestræ, sobrij, perfecte spe-
rate in eā quæ ad uos defertur gratiā, dum uo
bis patefit Iesus Christus, tanꝗ filij obedien-
tes, ut nō accōmodetis uos pristinis cōcupiscē
Leuit.11.19 tijs, quibus dum adhuc ignoraretis Christū,
agebamini, sed queadmodum is qui uocauit,
sanctus est: ita ipsi quoqꝫ sancti in omni cōuer
satione reddamini, propterea quod scriptum
est: Sancti estote, nam ego sanctus sum. Et si
patrē inuocatis citra personarum respectū iu
dicantē iuxta cuiusqꝫ opus, uidete ut in timore
conuersantes, incolatus uestri tēpus transiga-
tis. Cum sciatis uos, nō caducis rebus uelut ar
gento & auro fuisse redēptos à uana uestra cō
uersatiōe, quā ex patrū acceperatis traditiōe,
sed precioso sanguine uelut agni immaculati,
& incōtaminati Christi, qui præordinatus qui
dem fuerat, anteqꝫ conditus esset mūdus, sed
manifestatus fuit extremis tēporibus propter
uos qui per illū creditis in deū, qui illū excita-
uit è mortuis, & gloriā ei dedit, ut uos fidē ac
spem haberetis erga deū, qui animas uestras
purificastis obediēdo ueritati, ꝑ spiritū cū cha
ritate fraterna, ab omī simulatiōe aliena, ex pu
ro corde uos inuicē diligite impense, renati nō
ex semine mortali, sed ex imortali, ꝑ sermonē
uiuētis dei & manētis in æternū, propterea ꝙ
omis caro gramē sit, & omis gloria hois quasi
Esa.40 a flos graminis. Exaruit gramen, & flos decidit,
at uerbū dñi manet in æternū. Hoc autem est
uerbū, quod per euangeliū delatū est ad uos.

Adhortatur ad innocentē uitā, ne ob malefacta uideātur affligi: & ut pareāt magistratibus

Proinde deposita omni malitia, & omi do
lo, & simulationibus, & inuidētijs, & omi-
bus obtrectationibus, ut modo nati infantes,
lac illud nō corporis, sed animi, qd dolū nescit
appetite, ut ꝑ illud subolescatis. Siquidē gusta
stis, quod

exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata,
reportantes finem fidei uestrę salutem anima
rum uestrarum. De qua salute exquisierunt
atque scrutati sunt prophetæ: qui de futura
in uobis gratia prophetauerunt: scrutantes
in quod uel quale tempus significaret in eis C
spiritus Christi, prænūcians eas quæ in Chri-
sto sunt passiones, & posteriores glorias: qui-
bus reuelatum est: quia nō sibimetipsis, uobis
autem ministrabant ea quæ nunc nunciata
sunt uobis per eos qui euangelizauerunt uo-
bis, spiritusancto misso de cœlo: in quem de-
siderant angeli prospicere. Propter quod suc-
cincti lumbos mentis uestræ, sobrij perfecti
sperate in eam quæ offertur uobis gratiam
in reuelationē Iesu Christi, quasi filij obedien
tiæ: non configurati prioribus ignorantiæ ue-
stræ desiderijs: sed secundum eum qui uoca-
uit uos sanctum: ut & ipsi in omni conuersa-
tione sancti sitis: quoniam scriptum est: San-
cti eritis: quoniā ego sanctus sum. Et si patrē
inuocatis eum qui sine acceptione personarū
iudicat secundum uniuscuiusqꝫ opus, in timo
re incolatus uestri tēpore conuersamini: scien-
tes quod nō corruptibilibus auro uel argento D
redempti estis de uana uestra conuersatione
paternæ traditiōis: sed precioso sanguine qua
si agni incontaminati & immaculati Christi:
præcogniti quidem ante mundi constitutio-
nem: manifestati autem nouissimis tempori-
bus propter uos qui per ipsum fideles estis in
Deo: qui suscitauit eum à mortuis: & dedit ei
gloriam ut fides uestra & spes esset in deo. A-
nimas uestras castificātes in obedientia chari-
tatis, in fraternitatis amore simplici ex corde
inuicem diligite attentius: renati non ex semi-
ne corruptibili: sed incorruptibili per uerbum
dei uiui & permanentis in æternum: quia om-
nis caro ut fœnum: & omnis gloria eius tan-
quam flos fœni. Exaruit fœnum & flos eius
decidit, uerbum autem domini manet in æter
num. Hoc est autem uerbum quod euangeli-
zatum est in uos.

CAPVT II.

Deponentes igitur omnem maliciam & A
omnem dolum & simulationes & inui-
dias & omnes detractiones, sicut modo geni-
ti infantes rationabiles, sine dolo lac concupi-
scite: ut in eo crescatis in salutē: si tamen gusta-
tis quoniam

stis, quod benignus sit dn̄s,ad quē accedētes, qui lapis est uiuus,ab hominibus quidē reprobatus,apud deū uero electus ac preciosus,ipsi quoq; ueluti uiui lapides ædificemini, domus spiritualis,sacerdotiū sanctū ad offerendū spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christū. Quapropter & cōtinet scriptura, Ecce pono in Siō lapidē,in summo ponendū angulo,electū,preciosum. Et qui crediderit in illo,nō pudefiet. Vobis igitur preciosus est,qui creditis. Cæterū ijs qui nō credunt lapis quē reprobauerāt ędificātes,hic cœpit esse caput anguli: & lapis in quē impingit, & petra ad quā offendant, nempe ijs qui impingunt in sermonē,neq; credunt in id ad quod & instituti fuerāt. Vos autē genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta,populus q in lucrū accessit, ut uirtutes prædicetis illius,qui ē tenebris uos uocauit in admirabilē suā lucē. Qui quondā eratis nō populus,nūc populus dei,q quondā nō cōsecuti misericordiā, nūc estis misericordiā consecuti. Dilecti, obsecro tāquā aduenas ac peregrinos, abstinete à carnalibus cōcupiscentijs, quæ militāt aduersus animā,& conuersationē uestrā habete honestam inter gētes, ut in hoc quod obtrectāt uobis quasi maleficis, ex bonis opibus æstimantes uos, glorificent deū in die uisitatiōis. Proinde subditi estote cuiuis humanę creaturæ propter dn̄m,siue regi tanquā præcellēti,siue præsidibus, ut qui per eū mittātur ad uindictā quidē nocentiū, laudē uero recte agentiū. Qm̄ sic est uolūtas dei,ut benefaciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus,tanq; liberi,& nō ueluti prætextū habentes maliciē libertatem, sed tanq; serui dei. Oēs honorate,fraternitatē diligite, deū timete,regē honorate. Famuli subditi sint cū timore dn̄is,non solū bonis ac humanis,uerumetiā prauis. Nā hæc est gratia,si quis propter conscientiā dei suffert molestiās,præter meritū affectus malis. Quæ enim est laus,si cū peccātes alapis cędimini sufferetis? At si cū benefacitis, & tamē malis afficimini, suffertis.Hæc em̄ est gratia apud deū. Siquidē in hoc uocati estis, quoniā & Christus afflictus est pro nobis,relinquēs nobis exemplū,ut insequeremini uestigia ipsius,q peccatū nō fecerat nec inuētus est dolus in ore illius, qui cū maledictis incesseretur,nō regessit maledicta: cū malis afficeretur, nō minabatur. Sed tradidit uindictā ei qui iudicat

tis quoniā dulcis est dominus. Ad quem accedentes, lapidē uiuum ab hominibus quidem reprobatum,à deo autem electum & honorificatum, & ipsi tāquàm lapides uiui superædificamini domos spirituales, in sacerdotiū sanctum,offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce ponam in Sion lapidem summum, angularem, probatum, electum,preciosum: & qui crediderit in eum,nō confundetur. Vobis igitur credētibus honor: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali his qui offendunt uerbo:nec credunt in quo & positi sunt. uos autem genus electum,regale sacerdotium, gens sancta: populus acquisitionis:ut uirtutes annūcietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumē suum. Qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei:qui non consecuti misericordian, nunc antem misericordiam consecuti. Charissimi, obsecro uos tanquàm aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs: quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de uobis tanquā de malefactoribus,ex bonis operibus uos cōsiderantes, glorificēt deū in die uisitatiōis. Subiecti igitur estote om̄i humanæ creaturæ ꝑpter deum:Siue regi quasi præcellēti: siue ducibus tanq; ab eo missis ad uindictā malefactorū,laudē uero bonorū. Quia sic est uolūtas dei, ut benefaciētes obmutescere faciatis imprudētiū hominū ignorantiā. Quasi liberi,& nō quasi uelamen habentes maliciæ libertatē, sed sicut serui dei: Omnes honorate:fraternitatem diligite. Deū timete:regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tātum bonis & modestis,sed etiam discholis. Hæc est enim gratia,si propter dei cōscientiam sustinet quis tristicias patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis:hæc est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis quia & Christus passus est ꝓ nobis,uobis relinquens exemplū,ut sequamini uestigia eius. Qui peccatū nō fecit:nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cū malediceret, nō maledicebat:cū pateretur,nō cōminabatur. Tradebat autem iudicanti

Esa.28c Psal.117c Ephe.6a

dicat iuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis mortui iustitiæ uiueremus. Cuius eiusdem uibice sanati fuistis. Nam eratis uelut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & curatorem animarum uestrarum.

Esa.53 a

Et uxoribus & maritis sua officia scribit iuxta institutum Christi

Similiter uxores subditæ sitis uestris uiris, ut etiã qui nõ obtẽperant sermõi, per uxorũ conuersatiõnẽ absq; sermone lucrifiãt: dũ cõsiderãt cum reuerentia coniunctã castam conuersatiõnẽ uestrã, quarũ ornatus sit, nõ externus, qui situs est in plicatura capillorũ, & additione auri, aut in palliorũ amictu, uerũ occultus, qui est in corde homo, si is careat omĩ corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac quietus, qui spirit9 in oculis dei magnifica ac sumptuosa res est. Nã ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres sperãtes in deo, comebãt sese, & subditæ erant suis uiris, queãdmodum Sara obediuit Abrahæ, dñm illum appellãs, cuius factæ estis filiæ, dũ benefacitis & nõ terremini ullo pauore. Viri similiter cohabitent secundum scientiã, uelut infirmiori uasi muliebri impartientes honorẽ, tanq; etiã cohæredes gratiæ uitæ, ne interrumpantur preces uestræ. In summa, omẽs sitis unanimes, similiter affecti, fraterna prędit charitate, misericordes, affabiles, nõ retaliantes malũ malo, aut cõuicium cõuicio, sed cõtra, benedicẽtes, sciẽtes uos in hoc uocatos esse, ut benedictiõnẽ hæreditate possideatis. Nam qui uult uitã diligere, & uidere dies bonos, coerceat linguã suam à malo, & labia sua ne loquãtur dolũ. Declinet à malo, & faciat bonũ, quærat pacẽ, & ꝑsequatur eã: qm̃ oculi dñi super iustos, & aures eius ad deprecationẽ illorũ. Rursus aspectus dñi super eos q faciũt mala. Et quis est, qui sit afflicturus uos, si bonitatis ęmulatores fueritis? Imò si quid etiã acciderit incõmodi ꝓpter iustitiã, beati tamen estis. Cęterũ terrore illorũ ne terreamini, neq; turbemini, sed dñm deum sanctificate in cordibus uestris. Sitis aũt parati semper ad respondendũ cuilibet petẽti, ut loquamini de ea quæ in uobis est spe, cũ mansuetudine & reuerẽtia, conscientiã habentes bonã, ut in hoc qđ uobis detrahunt, tanq; scelerosis, pudefiãt hi qui incessunt uestrã bonã in Christo cõuersationẽ. Præstat enim, ut bene agẽtes, si ita uelit dei uolũtas, malis afficiamini, q̃ male faciẽtes. Quãdoquidẽ & Christus semel pro peccatis passus

Gen.18 b

Pro.20 c

Psal.33 b

canti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ: ut peccatis mortui iusticiæ uiuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum.

CAPUT III

A Similiter & mulieres subditæ sint uiris suis: ut etsi qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant, cõsiderantes in timore sanctam conuersationem uestram. Quarum non sit extrinsecus capillatura: aut circundatio auri: aut indumenti uestimentorũ cultus: sed qui abscõditus est homo cordis in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se subiectæ proprijs uiris: sicut Sara obediebat Abrahæ, dominũ eum uocans: cuius estis filiæ benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationẽ. B Viri similiter cohabitantes secundum sciẽtiam, quasi infirmiori uasculo muliebri impertientes honorem tanquàm cohæredibus gratiæ uitæ, ut non impediantur orationes uestræ. In fide autem omnes unanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles: non reddentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc uocati estis, ut benedictionẽ hæreditate possideatis. Qui eñ uult uitam diligere & dies uidere bonos, coerceat linguã suã à malo: & labia eius ne loquantur dolũ. C Declinet aũt à malo & faciat bonũ: inquirat pacẽ & persequatur eã, quia oculi dñi sup iustos: & aures eius in preces eorũ, uultus aũt dñi super faciẽtes mala. Et quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini ꝓpter iusticiã, beati. Timorẽ aũt eorum ne timueritis, ut non cõturbemini. Dñm aũt Christũ sanctificate in cordibus uestris: parati semp ad satisfactionẽ omĩ poscẽti uos rationẽ de ea quæ in uobis est spe & fide: sed cũ modestia & timore cõscientiam habentes bonam: ut in eo quod detrahent de uobis confundantur, qui calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem. D Melius est enim ut benefacientes si uoluntas dei uelit pati quàm malefacientes: quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus

passus fuit, iustus pro iniustis, ut nos adduceret deo, mortificatus quidē carne, sed uiuificatus spiritu, in quo etiā abijt & spiritibus qui erant in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerant quondā. Cum semel expectabatur dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ fuerūt per aquā. cuius figuræ nūc respōdēs baptismus, nos quoq; saluos reddit, quo nō carnis sordes abijciūtur, sed q̄ fit, ut bona cōscientia bene respōdeat apud deū, p resurrectionē Iesu Christi, q est ad dexterā dei, pfect⁹ in cœlū subiectis sibi angelis, & potestatib. ac uirtutib.

A CVm igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoq; iuxta eandē cogitationē armemini, quod q patiebatur in carne, destitit à peccato, in hoc, ut iam nō cōcupiscētijs hominū, sed uolūtati dei, quod superest in carne tēpus uiuat. Sat enim est nobis q̄ anteacto uitæ tēpore uoluntatē gentiū patrauerimus, cū uersaremur in lasciuijs, cōcupiscentijs, uinolētijs, comessationibus, cōpotationibus, & nefarijs simulacrorū cultibus. Atq; id absurdū illis uidetur, quod nō accurratis unà cū ipsis in eādē luxus refusionē, qui de uobis male

B loquūtur. Qui redditurì sunt rationē ei, qui paratus est ad iudicādū uiuos & mortuos. Nā in hoc mortuis quoq; prædicatū est euangeliū, ut iudicētur quidē secundū homines carne, uiuāt aūt iuxta deū spiritu. Porrò rerū omniū finis imminet. Sitis igitur sobrij, & uigilātes ad orandū. ante oia uero charitatē inter uos uehementē habētes. Nā charitas operiet multitudinē peccatorū. Hospitales estote erga uos inuicē, sine murmuratiōibus, ut quisq; accepit donū, ita alius in aliū illud ministrātes, ut boni dispēsatores uariç gratię dei. Si quis loquitur, lo

C quatur ut eloquia dei: si quis ministrat, ministret tanq̄ ex uirtute, quā suppeditat deus, ut oībus glorificet̄ deus p Iesum Christū, cui est gloria et imperiū in secula seculorū. Amē. Charissimi, ne miremini dū p ignē exploramini, q̄ res ad expimētū uestri fit, pinde q̄si nouū aliqd uobis obtingat, imò in hoc qd cōsortes estis afflictionū Christi, gaudete, ut i reuelatione q̄q; gloriæ eiusdē gaudeatis exultātes. Si p bris afficimini in noīe Christi, beati estis: qm gloria & spūs dei sup uos reqescit. Iuxta ipsos qdē maledictis afficit̄, iuxta uos aūt glorificat̄.

D Ne qs em̄ uestrū affligatur, ut homicida, aut fur

tuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo mortificatos quidē carne: uiuificatos aūt spū. In quo & his qui in carcere erāt spiritu ueniēs prędicauit: q increduli fuerāt aliquādo: quādo expectabāt dei patiētiā in dieb⁹ Noe cū fabricaret̄ arca: in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt p aquā. Quod & uos nūc similis formæ saluos facit baptisma: nō carnis depositio sordiū, sed cōsciētiæ bonę interrogatio in deū p resurrectionē Iesu Christi à mortuis q est in dextera dei degluties mortē: ut uitæ ęternæ hęredes efficeremur: pfect⁹ in cœlū subiectis sibi angelis & potestatib. & uirtutibus.

CHristo igitur passo in carne: & uos eadē cogitatiōe armamini: qa qui passus est in carne, desiit à peccatis: ut nō iā desiderijs hominū, sed uolūtate dei quod reliquū est in carne uiuat tēporis. Sufficit enim præteritū tēpus ad uolūtatē gentiū cōsummandā, his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uinolentijs, comessatiōibus, potatiōibus, ebrietatibus & illicitis idolorū cultibus. In quo admirantur, non cōcurrentibus uobis in eandē luxuriæ cōfusionem blasphemantes: qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est ut iudicentur quidē secundū homines in carne: uiuant aūt secundum deum in spiritu. Omnium aūt finis appropinquabit. Estote itaque prudentes & uigilate in orationibus: Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinē peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione: Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat tanq̄ ex uirtute quā administrat deus, ut in omnibus honorificetur deus: per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum: Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit: quasi noui aliquid uobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete: ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobamini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris gloriæ & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescet. Nemo autem uestrum patiatur quasi homicida, aut fur

C. IIII Et in hoc cap. excitat eos ad patientiā afflictionū, tū ad preces ac uigilias, mutuāq; charitatem

Prō. 10 b

Hier. 23 e

fur, aut facinorosus, aut curiosus alienarum rerum. Porrò si ut Christianus affligitur aliquis ne pudefiat, imò glorificet deũ in parte hac. Quandoquidẽ & tempus est, ut incipiat iudicium à domo dei, quod si primũ incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt dei euangelio? Et si iustus uix saluus efficitur, impius & peccator ubi cõparebit? Proinde qui affligũtur iuxta uolũtatẽ dei tanquam apud fidelẽ cõditorẽ deponãt anĩas suas benefaciẽdo.

Et presbyteros & plebẽ excitat ut strẽnue functionẽ Christianam subeant

PResbyteros qui inter uos sunt obsecro, qui sum & ipse presbyter, ac testis afflictionũ Christi, atque idẽ consors gloriæ, quæ reuelabitur: pascite quantũ in uobis est gregẽ Christi, curam illius agentes nõ coacte, sed uolentes: nõ turpiter affectantes lucrũ, sed propẽso animo, neque ceu dominiũ exercentes aduersus cleros, sed sic ut sitis exẽplaria gregis. Et cũ apparuerit ille pastorum princeps reportabitis immarcescibilẽ gloriæ coronã. Similiter iuniores subditi estote senioribus, sic ut omnes alius alij uicissim subijciamini. Humilitatẽ animi uobis infixã habete: propterea quod deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Humiliemini igitur sub potenti manu dei, ut uos extollat cum erit opportunũ, omni cura uestra coniecta in illum. Nã illi cura est de uobis. Sobrij estote, uigilate, quoniã aduersarius uester diabolus tanquã leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. Cui resistite, solidi fide, scientes easdẽ afflictiones uestræ quæ in mũdo est fraternitati cõsummari. Sed deus omnis gratiæ, qui uocauit nos ad æternã suã gloriam per Christum Iesum, parumper afflictos, idem instauret uos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria, imperium in secula seculorũ. Amen. Per Syluanum uobis fidelẽ fratrem, ut arbitror, paucis scripsi, adhortans ac testificans hanc esse ueram gratiam dei, in qua statis. Salutat uos ea, quæ est in Babylõe, uestræ cõsors electiõis ecclesia, & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis osculo. Pax uobis omnibus, qui estis in Christo Iesu. Amen.

Pro. 11 a

fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si aũt ut Christianus, nõ erubescat: glorificet autem deum in isto nomine: quoniã tempus est ut incipiat iudicium à domo dei. Si aũt primũ à nobis: quis finis eorum qui non credunt dei euangelio? Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt. Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

CAPVT V

A SEniores ergo qui in uobis sunt, obsecro cõsenior & testis Christi passionum: qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ cõmunicator. Pascite qui in uobis est gregẽ dei, prouidẽtes nõ coacte, sed spõtanee secundũ deũ: neque turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neque ut dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cũ apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcescibilẽ gloriæ coronã. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatẽ insinuate: quia deus superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiã. Humiliamini igitur sub potenti manu dei B ut uos exaltet in tempore uisitationis, omnem sollicitudinem uestrã proijcientes in eum: quoniã ipsi cura est de uobis. Sobrij estote & uigilate: quia aduersarius uester diabolus tanquã leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionem ei quæ in mundo est uestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos: ipse perficiet, confirma C bitque, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum: Amen. Per Siluanum fidelem fratrem uobis ut arbitror, breuiter scripsi obsecrans & contestans hanc esse ueram gratiam dei in qua statis. Salutat uos ecclesia quæ est in Babylone collecta: & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia uobis omnibus qui estis in Christo Iesu: Amen.

FINIS.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM SECVNDAM *Petri apostoli.*

SIMON Petrus, per fidem, huic mundo sapientes mortuos esse declarat, eiusdemque pietatis quãta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

EPISTOLA PETRI
APOSTOLI SECVNDA.

ERASMI VERSIO

A SYMEON Petrus,ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti, ijs qui æque 1 precioſam nobiſcum ſortiti ſunt fidē, per iuſticiā dei noſtri,& ſeruatoris Ieſu Chriſti. Gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem dei, & Ieſu dñi noſtri, ſic ut eius diuina uirtus omnia nobis largita eſt, quæ ad uitā ac pietatem pertinēt per agnitionem eius qui uocauit nos per gloriā & uirtutem,per quæ precioſa nobis ac maxima promiſſa donata ſunt, ut per hæc efficeremini diuinæ cōſortes naturæ, ſi refugeritis à corruptione quæ eſt in mundo per cōcupiſcentiā. Sed & in hoc ipſum omni adhibito ſtudio, ſubminiſtrate in fide ueſtra uirtutē, in uirtute uero ſcientiam, in ſcientia uero temperantiā,in temperantia uero patientiam,rurſus B in patiētia pietatem, in pietate aūt fraternam charitatem,in fraterna uero charitate dilectionē.Hæc enim cum uobis adſint,& exuberent, haud ocioſos, nec in irritū laborātes efficiunt ad domini noſtri Ieſu Chriſti cognitionē.Nā cui nō adſunt hæc, is cæcus eſt,& manu uiam tentans, oblitus ſeſe à ueteribus peccatis ſuis fuiſſe purgatum. Quapropter fratres potius operam date,ut uocationem & electionem ueſtram firmam efficiatis. Hæc enim ſi feceritis, non labemini unquā. Siquidem ad hunc modum abūde ſubminiſtrabitur uobis introitus in æternum regnū domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti. Quapropter haud negligā,uos ſemper commonere de his, tametſi ſciatis, & confirmati ſitis in præſenti ueritate. Attamen iuſtum arbitror,quandiu ſum in hoc tabernaculo,excitare uos per cōmonitionem,cum ſciā C breui futurum, ut deponā hoc tabernaculum meum, quēadmodum & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Quin & dabo ſemper operam,ut uos poſt exitum meū,horum mentionem facere poſſitis. Non enim arte compoſitas fabulas ſecuti, notam uobis fecimus domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutem, & aduentū,ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius

maieſta

VVLGATA EDITIO

SIMON Petrus ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti, his qui coæ1qualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, in iuſticia dei noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Gratia uobis & pax adimpleatur in cognitiōe dei & Chriſti Ieſu dñi noſtri. Quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis ſuæ quæ ad uitam & pietatē donata ſunt per cognitionē eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute: per quē maxima & precioſa nobis promiſſa donauit: ut per hoc efficiamini diuinæ cōſortes naturæ: fugientes eius quæ in mūdo eſt cōcupiſcentiæ corruptionem. Vos aūt curam omnē ſubinferentes, miniſtrate in fide ueſtra uirtutem: in uirtute aūt ſcientiam: in ſcientia aūt abſtinentiam: in abſtinentia autem patientiā: in patientia aūt pietatem: in pietate autem amorem fraternitatis: in amore aūt fraternitatis charitatem. Hęc enim ſi uobiſcum aſſint & ſuperēt: non uacuos, nec ſine fructu uos cōſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt & manu tentās, obliuionē accipiens purgationis ueterū ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam ueſtram uocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur uobis introitus in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod uos incipiam ſemper commonere de his: & quidem ſcientes & cōfirmatos uos in præſenti ueritate. Iuſtum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare uos in commonitione: certus quod uelox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere uos poſt obitum meum: ut horum omnium memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus uobis domini noſtri Ieſu Chriſti uirtutē & præſcientiam; ſed ſpeculatores facti illius

magnitu

Quum dei naturæ participes ſimus, uult ut ipſius ſectemur uirtutes

Col. 2 b

2. Tim. 4 a

maiestatem. Acceperat enim à deo patre ho/
norẽ & gloriã,uoce ad illum delata huiusmo/
di à magnifica gloria:Hic est ille filius meus di
lectus,in quo mihi complacitũ est. Et hanc uo
cẽ nos audiuimus è cœlo delatã,cum essemus
unà cum illo in mõte sancto. Et habemus fir/
miorẽ sermonẽ propheticum, cui dum atten/
ditis,ceu lucernæ apparẽti in obscuro loco,re/
cte facitis,donec dies illucescat, & lucifer exo/
riatur in cordibus uestris. Si illud prius noue/
ritis,quod omnis prophetica scriptura non sit
priuatæ interpretatiõis. Non enim uoluntate
hominis allata est olim ꝑphetia, sed à spiritu
sancto impulsi,locuti sunt sancti dei homines.

FVerunt autem & pseudoprophetæ in po
pulo,quemadmodũ & inter uos erunt fal
si doctores,qui clam inducent sectas pernicio
sas,etiam dominũ qui illos mercatus est,abne
gãtes, accersentes sibiipsis celerem interitũ: &
plerique sequentur illorũ exitia. per quos uia ue
ritatis maledictis afficietur, & per auariciã fa/
cticijs sermonibus de uobis negociabuntur,
quibus iudicium iam olim non tardat, & per/
ditio illorum nõ dormitat. Nã si deus angelis
qui peccauerãt,nõ pepercit, sed catenis noctis
in Tartarũ precipitatos, tradidit seruatos in iu
dicium, & prisco mundo non pepercit,sed o/
ctauum iusticiæ præconẽ Noe seruauit, dilu/
uio in mundũ impiorum inducto, & ciuitates
Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem reda
ctas,subuersione condemnauit,eosque fecit ex
emplum ijs,qui impie forent acturi: & iustum
Lot, qui opprimebatur à nefarijs per libidino
sam conuersationem,eripuit. Is enim oculis &
auribus iustus,cũ habitaret inter illos,cottidie
animam iustam iniquis illorum factis excru/
ciabat. Nouit dominus pios è tentatiõe eripe/
re,iniustos autem in diẽ iudicij puniendos ser/
uare,maxime uero illos, qui carnem sequẽtes
in concupiscentia pollutionis ambulant,ac do
minationẽ cõtemnunt, audaces,præfracti,qui
gloria præcellentes non uerentur conuitijs in/
cessere.Cum ipsi angeli,qui sunt robore ac uir
tute maiores, non ferunt aduersus sese apud
dominum,maledicum iudicium. At isti ueluti
bruta animãtia, natura genita in capturam &
in perniciem, in his quæ non intelligunt male/
dicentes in perditione sua peribunt, reportan
tes mercedẽ iniusticię,pro uoluptate ducẽtes,
si in diem delitijs fruantur, labes ac maculæ,
qui

Matt.17 a
Marc.9 a
Luc.9 d

Pseudopro/phetas nũquã defuturos de que eorũ ingenio & pœna

Esa.14 c

Gen.19 c

Hiere.12 d

magnitudinis. Accipiens enim à deo patre ho
norem & gloriã uoce delapsa ad eum huius/
cemodi à magnifica gloria:Hic est filius meus
dilectus in quo mihi cõplacui:ipsum audite.Et D
hanc uocẽ nos audiuimus de cœlo allatã, cũ
essemus cum ipso in monte sancto. Et habe/
mus firmiorẽ propheticum sermonẽ:cui bene
facitis,attendentes quasi lucernæ lucenti in lo/
co caliginoso: donec dies elucescat & lucifer o/
riatur in cordibus uestris.Hoc primum intelli/
gentes quod omnis prophetia scripturæ pro/
pria interpretatione non fit. Non enim uolun
tate humana allata est aliquando prophetia,
sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti
dei homines.

CAPVT II

FVerunt uero & pseudoprophetæ in po/ A
pulo:sicut & in uobis erunt magistri men
daces,qui introducent sectas perditiõis, & eũ
qui emit eos,deum negant: superducentes si/
bi celerem perditionẽ. Et multi sequentur eo/
rum luxurias, per quos uia ueritatis blasphe/
mabit: & in auaricia fictis uerbis de uobis ne/
gociabuntur. Quibus iudiciũ iam olim nõ ces/
sat:& perditio eorum non dormitat. Si enim
deus angelis peccantibus nõ pepercit, sed ru/
dentibus inferni detractos in Tartarum tradi
dit cruciandos in iudicium reseruari: & origi/
nali mundo non pepercit, sed octauum Noe
iusticiæ præconem custodiuit, diluuium mun
do impiorum inducens,& ciuitates Sodomo/
rum & Gomorræorum in cinerem redigens B
euersione damnauit, exemplum eorum qui
impie acturi sunt ponẽs: & iustũ Loth oppres
sum à nephandorũ iniuria,ac luxuriosa cõuer
satione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus
erat,habitans apud eos qui de die in diem ani
mam iustã iniquis operibus cruciabãt. Nouit
deus pios de tentatiõe eripere:iniquos uero in
diẽ iudicij reseruare cruciãdos. Magis aũt eos
qui post carnẽ in concupiscentia immundiciæ
ambulant, dominationẽque cõtemnunt auda/
ces,sibi placentes,sectas nõ metuunt introdu/
cere blasphemantes. Vbi angeli fortitudine &
uirtute cum sint maiores, non portant aduer-
sum se execrabile iudiciũ. Hi uero uelut irratio C
nabilia pecora naturaliter in captionem & in
perniciem in his quæ ignorant blaphemãtes,
in corruptione sua peribunt, percipientes
mercedem iusticiæ. Voluptatem existiman/
tes diei delitias coinquinationis & maculæ:
delitijs

qui conuiuantes in erroribus suis, insultant uobis, oculos habentes plenos adulteræ, & qui à peccãdo cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatũ rapinis, execrabiles filij, qui relicta recta uia, aberrauerũt, secuti uiam Balaã filij Bosor, qui mercedẽ iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate. Animal subiugale mutũ, humana uoce loquens prohibuit prophetæ dementiam. Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ quæ à procella feruntur, quibus caligo tenebrarum in æternũ seruata est. Siquidẽ ubi uehemẽter fastuosa uanitatis uerba sonuerint inescãt homines per cõcupiscentias carnis uoluptatibus, eos qui uere aufugerãt, ab his qui in errore cõuersantur, dum illis libertatẽ pollicentur, cum ipsi serui sint corruptionis. Siquidẽ à quo quis superatus est, huic etiã in seruitutem est addictus. Nã si posteaq̃ refugerũt ab inquinamẽtis mundi, per agnitionẽ dñi, & seruatoris Iesu Christi: tamẽ his rursum inuoluti superãtur, facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enĩ fuisset illis, nõ cognouisse uiã iustitiæ, q̃ ubi cognouerũt, cõuerti ab eo, q̃d illis traditũ fuit, sancto pcepto. Verum accidit illis, id q̃d uero puerbio dici solet, Canis reuersus ad suũ ipsiꝰ uomitũ: & sus lota, reuersa ad uolutabrũ cœni

Hasce iam alteras uobis charissimi, scribo literas, in quibus extimulo uestram, per cõmonitionem, syncerã mentẽ, ut memores sitis uerborum, quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, & mãdati nostri, qui sumus apostoli dñi & seruatoris, illud primũ scientes, uenturos in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias cõcupiscentias ambulẽt: & dicant: Vbi est pollicitatio aduentus eius. Siquidẽ ex quo die patres obdormierũt, sic omnia permanent ab initio cõditionis. Nã illud uolentes nesciunt, quod cœli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquã cõsistentes dei sermone, per quæ is qui tum erat mundus, aqua inundatus perijt. At qui nũc sunt cœli ac terra, eiusdẽ sermone repositi sunt, & seruãtur igni, in diẽ iudicij & perditiõis impiorum hominũ. Vnum autẽ hoc ne lateat uos dilecti, q̃ unus dies apud dominũ perinde est, ut mille anni, & mille anni ut dies unus. Haud tardat dominus qui promisit, quemadmodũ nonnulli tarditatẽ existimant. Verum patiens est erga nos, dum non uult ullos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere

---

delitijs affluentes in conuiuijs suis, luxuriãtes uobiscũ: oculos habẽtes plenos adulterij & incessabilis delicti: pelliciẽtes animas instabiles, cor exercitatum in auaricia habentes, maledictiõis filij, derelinquentes uiã rectã, errauerũt, secuti uiã Balaã ex Bosor: qui mercedẽ iniquitatis amauit: correptionẽ uero habuit suæ uesaniæ, subiugale mutum animal in hominis uoce loquẽs prohibuit prophetæ insipientiã. Hi sunt fontes sine aqua & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superbia enim uanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Qui in errore conuersati libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius et seruus est. Si enim refugientes coinquinationes mũdi in cognitiõe domini nostri & saluatoris Iesu Christi: his rursus implicati superãtur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiã iustitiæ, quã post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbij: Canis reuersus ad suum uomitum: & sus lota in uolutabro luti.

Numer. 22. 23 24. 31

Prouer. 26 b

CAPVT III

Hanc ecce uobis charissimi secundã scribo epistolam, in quibus uestram excito in cõmonitione sinceram mentem: ut memores sitis eorum quæ prædixi uerborum à sanctis prophetis, & apostolorum uestrorũ præceptorum domini & saluatoris. Hoc primum scientes quod uenient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias cõcupiscentias ambulantes, dicẽtes: Vbi est promissio aut aduẽtus eius? Ex quo enim patres dormierũt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc uolentes, q̃ cœli erant prius & terra de aqua: & per aquam consistẽs dei uerbo per quæ ille tunc mundus aqua inũdatus perijt. Cœli aũt qui nũc sunt & terra eodem uerbo repositi sunt igni reseruati in diem iudicij, perditionis impiorum hominum. Vnum uero hoc non lateat uos charissimi: quia unus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti

Inculcat eis constantiã detestãs eos qui aduentũ Christi negabant

Ezec. 12 d

Psalm. 89 d

recipere. Veniet autem dies domini sicut fur in nocte, quo cœli, procellæ in morem transibunt: elementa uero æstuantia soluentur, terraque & quæ in ea sunt opera, exurentur. Cum igitur hęc omnia soluātur, quales oportet esse uos in sanctis cōuersationibus ac pietatibus, expectantes & accelerantes aduentū diei dei: per quē cœli incensi soluentur, & elementa æstuantia liquescent. Sed cœlos nouos ac terrā nouam iuxta promissum illius expectamus, in quibus iusticia inhabitat. Quapropter dilecti, hæc expectātes, date operā, ut immaculati & incōtaminati, ab illo reperiamini in pace, dominique nostri patientiā, salutem arbitremini. quemadmodum & dilectus frater noster Paulus, iuxta sibi datam sapientiā scripsit uobis, etiā in omnibus fere epistolis loquens de his, inter quæ sunt nōnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumque firmi detorquent, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perniciem. Vos igitur dilecti, posteaque præmoniti estis, cauete ne simul cum aliis nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate, sed crescite in gratia, & cognitione domini nostri & seruatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nūc & in diem æternitatis. Amen.

Esa. 65 c

reuerti. Adueniet autē dies domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa C uero calore soluentur: terra autem & omnia quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectātes & properantes in aduentum diei domini: per quem cœli ardentes soluentur: & elementa ignis ardore tabescēt. Nouos uero cœlos & nouā terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iusticia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & domini nostri Iesu Christi lōganimitatem, sa- D lutem arbitramini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit uobis: sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quædā difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant: sicut & cęteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite uero in gratia & cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis: Amen.

ARGUMENTUM IN EPISTOLAM PRIMAM *Iohannis apostoli.*

Rationem uerbi, & quod deus ipse sit charitas, manifestat, & susurrones fratrū nec deū scire, nec pios fieri posse eousque dissertat, ut esse cōprobet homicidas, eo quod odiū sit interfectiōis occasio.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI PRIMA.

ERASMI VERSIO

Christum esse lucē, & in ea ambulādum, agnoscētibus peccata deum ignoscere

QVOD erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris: quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de sermōe uitæ, & uita manifestata est, uidimus: etiā testamur, & annūciamus uobis uitā æternā, quæ erat apud patrē, & manifestata est nobis. Quod uidimus & audiuimus annūciamus uobis, ut & uos societatē habeatis nobiscum, & societas nostra sit cū patre & filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus uobis

VVLGATA EDITIO

A QVOD fuit ab initio quod audiuimus quod uidimus oculis nostris: quod perspeximus: & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ: & uita manifestata est: & uidimus & testamur & annūciamus uobis uitam æternam quæ erat apud patrem & apparuit uobis. Quod uidimus & audiuimus annunciamus uobis: ut & uos societatē habeatis nobiscum: & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus uobis

bis,ut gaudium uestrum sit plenũ. Et hæc est promissio,quam audiuimus ex ipso,& annunciamus uobis,quod deus lux est,& tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus, quod societa-

B tem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur, & ueritatẽ nõ facimus. Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus inter nos mutuam, & sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus:peccatũ non habemus,nosipsos fallimus, & ueritas in nobis nõ est. Si confiteamur peccata nostra,fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus: non peccauimus,mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

A Filioli mei,hæc scribo uobis ne peccetis:& si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christũ iustum. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris:nõ pro nostris autem tantũ, sed etiã pro totius mundi. Et per hoc scimus, quod cognouimus eum,si iussa illius obseruamus. Qui dicit:noui eum,& præcepta eius non seruat,mendax est,& in eo ueritas nõ est, Qui autẽ seruat sermonẽ eius, uere in hoc charitas dei perfecta est. Per hoc scimus,ꝙ in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere,debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Fratres, non præceptũ nouum scribo uobis.sed præceptũ uetus,quod habuistis ab initio. Præceptũ uetus est sermo,quẽ audistis ab initio. Rursum pręceptũ nouum scribo uobis.

B quod uerũ est in ipso, idẽ uerũ est & in uobis: quia tenebræ prætereũt, & uerũ lumẽ iã lucet. Qui dicit se in luce esse,& fratrẽ suũ odit, in tenebris est usq; adhuc. Qui diligit fratrẽ suum, in lumine manet, & offendiculũ in eo non est, Qui aũt odit fratrẽ suum,in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Scribo uobis filioli,quoniã remittũtur uobis peccata propter nomẽ eius. Scribo uobis patres,qm̃ cognouistis eũ qui ab initio est. Scribo uobis adolescẽtes, qm̃ uicistis illũ malũ. Scribo uobis filioli, qm̃ cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniã cognouistis eũ, q ab initio est. Scripsi uobis adolescẽtes, qm̃ fortes estis,& uerbum dei manet in uobis,& uicistis illũ malũ. Ne diligatis mundũ,neq; ea quæ in mundo sunt. Si

C quis diligit mundũ,nõ est charitas patris in eo

Quoniam

bis ut gaudeatis: & gaudiũ uestrum sit plenũ. Et hęc est annũciatio quã audiuimus ab eo,& annunciamus uobis, q̃niã deus lux est,& tenebræ in eo nõ sunt ullæ. Si dixerimus q̃niam societatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus,mentimur: & ueritatẽ nõ facimus. Si aũt in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatẽ habem9 ad inuicẽ:& sanguis Iesu Christi filij eius emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus q̃niam peccatũ nõ habemus,ipsi nos seducim9,& ueritas in nobis nõ est. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata nostra: & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam nõ peccauimus, mendacẽ facimus eum:& uerbũ eius non est in nobis.

CAP. II.

Filioli mei hæc scribo uobis ut nõ peccetis. etsi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ,Iesum Christũ iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris aũt tantũ, sed etiã pro totius mũdi. Et in hoc scimus quoniã cognouimus eũ, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deũ,& mãdata eius nõ custodit,mendax est: & in eo ueritas nõ est. Qui aũt seruat uerbũ eius: uere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus qm̃ in ipso sumus: Qui dicit se in Christo manere debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Charissimi:nõ mãdatũ nouũ scribo uobis, sed mandatũ uetus ꝙ habuistis ab initio. Mãdatũ uetus est uerbum q̃d audistis. Iterũ mãdatum nouũ scribo uobis quod uerum est: & in ipso & in uobis: quia tenebræ trãsierunt, & uerum lumen iã lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrẽ suum odit,in tenebris est usq; adhuc Qui diligit fratrẽ suũ,in lumine manet:& scandalum in eo nõ est. Qui aũt odit fratrẽ suũ, in tenebris est,& in tenebris ambulat, & nescit q̃ eat:quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, q̃niam remittuntur uobis peccata propter nomẽ eius. Scribo uobis patres, qm̃ cognouistis eũ qui ab initio est. Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes quoniam cognouistis patrem. Scribo uobis patres: q̃niam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis iuuenes:quoniã fortes estis:& uerbum dei manet in uobis,& uicistis malignũ. Nolite diligere mundũ,neq; ea quę in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.

Esa.53 b

Christũ esse mediatorẽ,& filiũ dei:Charitatem imprimis necessariam, deq; pseudochristis

Ioan.13 d

Quoniam

Quoniam omne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus uitæ, non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius, Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum. Filioli, nouissimũ tempus est: & sicut audistis, quod Antichristus uenturus sit, etiã nũc antichristi multi cœperũt esse. Vnde scimus nouissimũ tempus esse. E nobis egressi sunt, sed nõ erãt ex nobis. Nã si fuissent ex nobis, permãsissent utiq; nobiscum. Sed ut manifesti fierent, q, non sint omnes ex nobis. Sed uos unctionẽ habetis à sancto illo, & nostis omnia. Non scripsi uobis, quasi ignorantibus ueritatẽ, sed tanq; scientibus eã. Quodq; omne mendacium ex ueritate nõ est. Quis est mendax, nisi is qui negat Iesum esse Christũ? Hic est Antichristus, qui negat patrẽ & filium. Quisquis negat filium, is ne patrem quidẽ habet. Vos igitur quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis pmanserit q̃d audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio, qua ipse pollicitus est nobis, uitã æternam. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos. Et unctio quã uos accepistis ab eo, manet in uobis. Et non necesse habetis, ut quisq; doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus, & uerax est, & nõ est mẽdacium. Et sicut docuit uos, manete in ea. Et nunc filioli manete in eo, ut cũ apparuerit, habeamus fiduciã, & nõ pudefiamus ab eo in aduentu eius. Si scitis quod iustus est, scitote, q, omnis qui facit iusticiam, ex ipso natus est.

Psalm. 89 a
Esa. 40 a
Esa. 54 e

De dilectione dei erga hominẽ: de peccatis & odio: et q̃d deus imprimis requirat

Videte qualem charitatẽ dedit nobis pater, ut filij dei nominemur. Propter hoc mundus nõ nouit uos, quia nõ nouit eũ. Charissimi, nũc filij dei sumus, & nõdum apparuit id quod futuri sumus. Scimus aũt, quod si apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ sicuti est. Et om̃is q̃ habet hãc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est. Om̃is qui cõmittit peccatũ, idẽ & iniquitatẽ cõmittit: & peccatũ est iniquitas. Et scitis quod ille apparuit, ut peccata nostra tolleret, & peccatũ in eo nõ est. Omnis qui in eo manet, nõ peccat: omnis qui peccat, nõ uidit eũ, nec cognouit eũ. Filioli nemo uos seducat. Qui exercet iusticiã, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui cõmittit peccatũ ex diabolo est: quoniã ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit fili9 dei, ut dissoluat opera diaboli

Esa. 53 d

Quoniam omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est: & cõcupiscẽtia oculorũ & superbia uitæ: quæ nõ est ex patre, sed ex mũdo est: Et mũdus trãsit & cõcupiscentia eius. Qui aũt facit uoluntatẽ dei, manet in æternũ. Filioli: nouissima hora est. Et sicut audistis q̃a Antichrist9 uenit, nũc Antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierũt, sed nõ erãt ex nobis. Nã si fuissent ex nobis, permãsissent utiq; nobiscũ. Sed ut manifesti sint, quoniã nõ sunt oẽs ex nobis. Sed uos unctionẽ habetis à sctõ, & nostis omnia: nõ scripsi uobis quasi ignorantib. ueritatẽ, sed quasi sciẽtibus eã: & quoniã omne mẽdaciũ ex ueritate nõ est. Quis est mendax, nisi is qui negat, quoniã Iesus non est Christus? Hic est antichrist9 q̃ negat patrẽ & filiũ. Om̃is qui negat filiũ, nec patrẽ habet. Qui cõfitetur filiũ & patrẽ habet. Vos quod audistis ab initio, in uobis pmaneat: quia si in uobis permãserit q̃d audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et hęc est repromissio quã ipse pollicitus est nobis uitã æternã. Hæc scripsi uobis de his q̃ seducũt uos: & uos unctionẽ quã accepistis ab eo, maneat in uobis. Et nõ necesse habetis ut aliq̃s doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus: & uerũ est, & nõ est mẽdacium. Et sicut docuit uos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: ut cum apparuerit, habeamus fiduciã, & nõ cõfundamur ab eo in aduẽtu eius. Si scitis quoniã iustus est: scitote quoniã & omnis qui facit iusticiam, ex ipso natus est.

D

CAPVT III

Videte qualem charitatẽ dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus, Propter hoc mundus nõ nouit nos: quia nõ nouit eũ. Charissimi: nunc filij dei sumus: & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quoniã cũ apparuerit, similes ei erimus: quoniã uidebimus eũ sicuti est: Et om̃is qui habet hanc spẽ in eo, sanctificat se sicut & ille sanctus est. Omnis q̃ facit peccatũ, & iniquitatẽ facit. Et peccatũ est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non uidit eum, nec cognouit eum. Filioli: nemo uos seducat. Qui facit iusticiã, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli

A

B

ra diaboli. Omnis qui natus est ex deo, pecca/
tum non cōmittit: quoniam semen ipsius in eo
manet, & nō potest peccare, eò quod ex deo
natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij
diaboli. Omnis qui non facit iusticiam, nō est
ex deo, & qui non diligit fratrē suum. Quoniā
hæc est annunciatio, quā audistis ab initio, ut
diligam⁹ nos inuicē. Nō sicut Cain ex illo ma
lo erat, & occidit fratrē suum. Et propter quid
occidit eum? Quia opera eius mala erant, fra/
tris aūt eius iusta. Ne miremini fratres mei, si
odit uos mundus. Nos scimus, quod translati
C sumus de morte ad uitam, quia diligimus fra/
tres. Qui nō diligit fratrē, manet in morte. O/
mnis qui odit fratrē suum, homicida est. Et sci
tis, quod omnis homicida nō habet uitā æter/
nam in se manentē. Per hoc cognouimus cha
ritatem, quoniam ille animam suā pro nobis
posuit, & nos debemus pro fratribus animas
ponere. Qui uero habuerit substantiā mundi,
& uiderit fratrē suum egentē, & clauserit uisce
ra sua ab eo, quomodo charitas dei manet in
eo? Filioli mei, ne diligamus uerbo, neq; lin-
gua, sed opere & ueritate. Per hoc cognosci/
D mus, quod ex ueritate sumus, & in conspectu
eius suadebimus cordibus nostris. Quoniā si
condemnet nos cor nostrum, maior est deus
corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si
cor nostrū non condēnet nos, fiduciam habe/
mus erga deū, & quicquid petierimus, accipi/
mus ab eo: quoniā præcepta ei⁹ custodimus,
& ea quæ sunt placita corā eo, facimus. Et hoc
est præceptū eius, ut credamus nomini filij e/
ius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo, sicut
dedit præceptum. Et qui seruat præcepta eius,
in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc scimus,
ꝙ manet in nobis è spiritu, quem nobis dedit.

A CHarissimi, ne cuiuis spiritui credatis, sed
probate spiritus an ex deo sint, quoniā
multi pseudoprophetæ exierunt in mundum
Per hoc cognoscite spiritū dei. Omnis spiritus
qui cōfitetur Iesum Christū in carne uenisse,
ex deo est. Et omnis spiritus, qui non cōfitetur
Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non
est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo
audistis, quod uenturus sit, & nunc iam in mū
do est. Vos ex deo estis filioli, & uicistis eos:
quoniā maior est qui in uobis est, ꝙ̄ qui in mū
do. Ipsi è mundo sunt, ideo è mundo loquun/
tur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus.
Qui

ra diaboli. Omnis qui natus est ex deo, pecca
tum non facit: qm̄ semē ipsius in eo manet: &
nō potest peccare, quoniā ex deo natus est. In
hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Om/
nis qui nō est iustus, nō est ex deo: & qui nō di
ligit fratrē suum. Quoniā hęc est annunciatio
quā audistis ab initio, ut diligatis alterutrum.
Nō sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit
fratrē suū. Et propter quid occidit eum? Quo
niam opera eius maligna erant: fratris aūt eius
iusta. Nolite mirari fratres si odit uos mūdus.
Nos scimus quoniā translati sumus de morte
ad uitā, quoniā diligimus fratres. Qui nō dili/
git manet in morte. Omnis qui odit fratrem
suū homicida est. Et scitis quoniā omnis homi
cida non habet uitam æternā in se manētem.
In hoc cognouimus charitatē dei, quoniā ille
animā suā pro nobis posuit, & nos debemus
ꝓ fratribus animas ponere. Qui habuerit sub
stantiā huius mundi, & uiderit fratrē suum ne
cesse habere: & clauserit uiscera sua ab eo: quo
modo charitas dei manet in eo? Filioli mei, nō
diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & ue/
ritate. In hoc cognoscimus quoniā ex ueritate
sumus, & in cōspectu eius suadebimus corda
nostra. Qm̄ si reprehēderit nos cor nostrum,
maior est deus corde nostro, & nouit omnia.
Charissimi si cor nostrū nō reprehēderit nos,
fiduciā habemus ad deū: & quicquid petieri/
mus, accipiemus ab eo: qm̄ mādata eius custo
dimus: & ea quæ sunt placita corā eo facimus.
Et hoc est mandatū eius ut credamus in nomi
ne filij eius Iesu Christi: & diligamus alteru/
trū, sicut dedit mandatū nobis. Et qui seruat
mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in
hoc scimus, quoniā manet in nobis de spiritu
quem dedit nobis.

Gen. 4 b

Ioan. 15

CAPVT IIII

De discernendis hominum animis, & de charitatis indicio

CHarissimi: nolite omni spiritui credere:
sed probate spiritus si ex deo sint: quo/
niam multi pseudoprophetæ exierunt in mū/
dum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis
spiritus qui confitetur Iesum Christum in car
ne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui sol
uit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichri/
stus de quo audistis: quoniam uenit: & nunc
iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli &
uicistis eum: quoniam maior est qui in uo/
bis est, quàm qui in mundo: ipsi de mun/
do sunt: ideo de mundo loquuntur: &
mundus eos audit. Nos ex deo sumus.

 Qui

Qui nouit deum, audit nos: qui nō est ex deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritū erroris. Charissimi, diligamus nos inuicē, quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deū, quoniā deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, ꝙ filium suum unigenitū misit deus in mūdū, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, nō quod nos dilexerimus deū, sed quod ipse dilexerit nos: & miserit filiū suū propiciationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuo diligere. Deū nemo uidit unqūā. Si diligamus nos inuicē, deus in nobis manet, & charitas eius, est pfecta in nobis. Ex hoc cognoscimus, in eo nos manere, & ipsum in nobis: quod de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus & testamur, quod pater misit filium seruatorem mūdi. Quisquis cōfessus fuerit, quod Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus & credidimus charitatē, quā habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quod sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem, quoniam timor cruciatum habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos diligimus eū, quoniā ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrē suum quem uidit, deum quē non uidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

Roma. 5 a

Exod. 33 d

Charitas dei unde dinoscatur & quātū possit

OMnis qui credit Iesum esse Christū, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eū qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quod diligamus filios dei, cū deū diligimus, & præcepta eius seruamus. Hæc est em̄ charitas dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia nō sunt. Quoniam omne quod natū est ex deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus: nō per aquam solum, sed per aquā & san

Qui nouit deum, audit nos: qui nō est ex deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum ueritatis & spiritum erroris. Charissimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit fratrem suum, ex deo natus est: & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deum: quoniā deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniā filiū suum unigenitū misit deus in mundum: ut uiuamus per eū. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: & misit filiū suum propitiatorē pro peccatis nostris. Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo uidit unquā. Si diligimus inuicem, deus in nobis manet: & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus: quoniā in eo manemus & ipse in nobis: quoniā de spiritu sancto suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur: quoniā pater misit filiū suū saluatorē mundi. Quisquis confessus fuerit q̄niā Iesus est filius dei: deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus & credimus charitati quam habet deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & de⁹ in eo. In hoc pfecta est charitas nobiscū, ut fiduciā habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē: quoniam timor pœnā habet. Qui aūt timet, nō est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deū: quoniā deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniā diligo deū & fratrē suum oderit, mendax est: Qui enim nō diligit fratrē suum quē uidet, deum quē non uidet quomodo potest diligere? Et hoc mādatū habemus à deo: ut qui diligit deū, diligat & fratrē suū. c. V

B C D A

OMnis qui credit quoniā Iesus est Christus, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eū qui genuit, diligit & eū qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniā diligimus natos dei, cum deū diligamus & mādata eius faciamus. Hæc est enim charitas dei, ut mādata eius custodiamus, & mandata eius grauia nō sunt. Quoniā omne quod natum est ex deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uincit mundū: fides nostra. Quis est autem qui uincit mūdū, nisi qui credit quoniā Iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquā & sanguinē Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & san

B & sanguinē. Et spiritus est qui testificatur, quoniam spiritus est ueritas. quoniā tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, sermo, & spiritussanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimoniū dant in terra, spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimoniū hominum accipimus, testimonium dei maius est: quoniam hoc est testimonium dei, quo testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium in seipso. Qui non credit deo, mendacem fecit eum: quia non credit in testimonium, quod testificatus est deus de C filio suo. Et hoc est testimonium, quod uitam æternam dedit nobis deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam, qui nō habet filium dei, uitam non habet. Hæc scripsi uobis, qui creditis in nomine filij dei, ut sciatis quod uitam habetis æternam, & ut credatis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus apud eum: quod si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Et si scimus, quod audit nos, quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiōes quas postulaui D mus ab eo. Si quis uiderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei uitam, peccātibus non ad mortem. Est peccatum ad mortē, nō pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatū est. Et est peccatū non ad mortē. Scimus, quod omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed qui genitus est ex deo, seruat seipsum, & malus ille nō tangit eum. Scimus quod ex deo sumus, & mundus totus in malo cōstitutus est. Scimus aūt quod filius dei uenit, & dedit nobis mentē, ut cognoscamus illū qui uerus est: & sumus in uero, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna. Filioli, cauete uobis à simulacris. Amen.

& sanguine. Et spiritus est qui testificatur: quoniam Christus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritussanctus. Et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua & sanguis. Et hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est: Quoniā hoc est testimonium dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui uero non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimoniū quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium: quoniam uitam æternam dedit nobis deus: & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium dei, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet. Hæc scribo uobis ut sciatis quoniam uitam habetis æternā, qui creditis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quā habemus ad deū: quia quodcūcunque petierimus secundū uolūtatē eius audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suū peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum ad mortem. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed generatio dei conseruat eum: & malignus non tanget eum. Scimus quoniam ex deo sumus: & mūdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei uenit & dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerum: & simus in uero filio eius. Hic est uerus deus & uita æterna. Filioli, custodite uos à simulacris.

Iohan. 5 d

Hier. 7 b

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM SECVNDAM Iohannis apostoli.

VSQVEADEO ad sanctam fœminam scribit, ut eandem dominam non dubitet literis appellare: eiusdem filijs testimonium quod ambulent in ueritate, perhibet.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI SECVNDA

ERASMI VERSIO

A SENIOR electæ dominæ & filijs eius, quos ego diligo in 8 ueritate: & nō ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem propter ueritatem

VVLGATA EDITIO

SENIOR electæ dominæ & natis eius quos ego diligo in 8 ueritate: & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem propter ueritatem

Hac epistola hortatur ad charitatē, iubet uitari eum qui à doctrina Christi diuerterit

tem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. Erit nobiscum gratia & misericordia, pax, à deo patre, & à dño Iesu Christo filio patris in ueritate & charitate. Gauisus sum ualde, quod inueni de filijs tuis ambulãtes in ueritate, sicut præceptũ accepimus à patre. & nunc rogo te dña, non tanq̃ mandatum nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundũ præceptum eius. Hoc est præceptum, queadmodum audistis ab initio, ut in eo ambuletis: quoniã multi seductores ingressi sunt in mundũ, qui nõ confitentur Iesum Christum uenturum in carne. Hic est seductor & antichristus. Intuemini uosipsos, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedẽ plenã recipiamus. Omnis qui transgreditur, & nõ manet in doctrina Christi, deum nõ habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrẽ & filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinã nõ affert, ne recipiatis eũ in domũ, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malis. Cũ multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramentum. Sed spero me uẽturum ad uos & præsentem præsentibus locuturum, ut gaudium nostrum sit completum. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.

Matth.17 a

2.Thes.3 b

tatem quæ permanet in uobis: & uobiscum erit in æternum. Sit uobiscum gratia, misericordia, pax à deo patre: & Christo Iesu filio patris in ueritate & charitate. Gauisus sum ualde, quoniam inueni de filijs tuis ambulãtes in ueritate: sicut mandatum accepimus à patre. Et nunc rogo te dña: nõ tanq̃ mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Et hæc est charitas ut ambulemus secundũ mãdata eius. Hoc est enim mãdatũ ut queadmodũ audistis ab initio in eo ambulemus: q̃m multi seductores exierunt in mũdum, qui nõ cõfitentur Iesum Christum uenisse in carne. Hic est seductor & Antichristus. Videte uosmetipsos ne perdatis quę operati estis: sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & nõ permanet in doctrina Christi: deum nõ habet. Qui permanet in doctrina, hic & patrem & filium habet. Si quis uenit ad uos & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi uobis, ut in die dñi nõ cõfundamini. Plura habẽs uobis scribere: nolui p chartã & atramentum. Spero em̃ me futurum apud uos, & os ad os loqui, ut gaudium uestrũ plenũ sit. Salutãt te filij sororis tuæ electæ. Gratia tecum. Amen.

B

C

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM TERTIAM Iohannis Apostoli.

CAiũ pietatis causa extollit: atq; ut in ipsa pietate maneat, exhortatur. Diotrephen impietatis et superbiæ causa obiurgat: Demetrio autem bonũ testimoniũ perhibet, cum fratribus uniuersis.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI TERTIA

ERASMI VERSIO.

Beneficentiã extollit, maxime eã quæ in ministros uerbi exhibita est

SENIOR Gaio dilecto, quẽ ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto, ut prospere agant, & recte ualeant sicut p̃spere agit anima tua. Gauisus sum em̃ ualde uenientibus fratribus, & testimoniũ reddẽtibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. Maius ijs nõ habeo gaudiũ, q̃ ut audiã filios meos in ueritate ambulare. Charissime, fideliter facis q̃cquid oparis in fratres

VVLGATA EDITIO.

SENIOR Gaio charissimo, quem ego diligo in ueritate. Charissime, de om̃ibus orationẽ facio p̃spere te ingredi & ualere: sicut p̃spere agit aĩa tua. Gauisus sum ualde ueniẽtibus fratrib. & testimoniũ phibẽtibus ueritati tuæ: sicut tu in ueritate ambulas. Maiorẽ horũ nõ habeo gratiã, q̃ ut audiã filios meos ĩ ueritate ambulare. Charissime: fideliter facis q̃cqd oparis in fratres

A

fratres,& in hospites, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ, quos, benefacies, si deduxeris digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritati. Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes nõ recipit nos. Propter hoc si uenero, indicabo facta illius quæ facit, uerbis maliciosis garriens in nos,& nec his cõtentus, non solum non recipit fratres, uerum etiam uolentes recipere, prohibet,& è congregatiõe eijcit. Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex deo est: qui autem malefacit, nõ uidet deum. Demetrio testimonium redditum est ab omnibus,& ab ipsa ueritate, sed & nos testimonium perhibemus,& nostis, quod testimoniũ nostrum uerum est. Multa habebã quæ scriberem sed nolo per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus me uisurum te,& præsentes corã loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. saluta amicos nominatim.

fratres:& hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderũt charitati tuæ in cõspectu ecclesiæ, quos benefacies deducens digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gẽtilibus. Nos ergo debemus suscipere huiuscemodi: ut cooperatores simus ueritatis. Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc si uenero commoneam eius opera quæ facit, uerbis malignis garriens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant: neq; ipse suscipit fratres:& eos qui suscipiunt, prohibet & de ecclesia eijcit. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonũ est. Qui benefacit, ex deo est: qui aũt malefacit, non uidet deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus,& ab ipsa ueritate: sed & nos testimonium perhibemus:& nosti quoniam testimonium nostrum uerum est. Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te uidere:& os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici: saluta tu amicos nominatim.

Psal. 36 a

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IVDAS frater Iacobi paruam quidem quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisq; reijcitur, tamen autoritatẽ uetustate iam & usu meruit,& inter sanctas scripturas computatur.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM IVDAE APOSTOLI.

IVDAS apostolus fratres de corruptoribus uiæ ueritatis ita informat, ut illicitum esse differtet de subiugo semel erutos seruitutis, denuo operam suam officijs nauare seruilibus.

EPISTOLA IVDAE APOSTOLI CATHOLICA.

ERASMI VERSIO

A 1 IVDAS Iesu Christi seruus, frater Iacobi, ijs qui in deo patre sanctificati sunt, quiq; Iesu Christo seruati sunt, uocatis. Misericordia uobis,& pax,& charitas multiplicetur. Dilecti tãtum mihi studium fuit scribendi ad uos, de communi salute, ut non potuerim non scribere uobis obsecrans, ut uestris

VVLGATA EDITIO

1 IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: his qui sunt in deo patre dilectis:& Christo Iesu conseruatis & uocatis. Misericordia uobis & pax & charitas adimpleatur. Charissimi, omnẽ sollicitudinẽ faciens scribendi uobis de cõmuni uestra salute, necesse habui scribere uobis deprecans

Stomachatur in aduersarios Christi: deq; Michaelis cũ diabolo altercatione

ut ueſtris laboribus adiumēto ſitis fidei, quæ ſemel data eſt ſanctis. Obiter enim ſubierunt quidā homines impij, qui prius deſcripti fuerant in hoc iudiciū, qui dei noſtri gratiā trāsferūt ad laſciuiā, ac deum qui ſolus eſt herus, ac dominū noſtrum Ieſum Chriſtū negant. Volo aūt uos cōmonefacere, cum ſciatis ſemel illud, quod dn̄s, poſteaq́ populū ex Aegypto

Num.4 d

ſaluum eduxerat, rurſus eos qui nō credebāt, perdidit: quodq́ angelos qui non ſeruauerāt ſuam originē, ſed reliquerant ſuum domiciliū, ad iudicium magni illius diei uinculis æternis ſub caligine ſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha & his finitimæ ciuitates, quæ ad conſimilē modum cum illis ſtupris inquinatæ fuerant, ac ſecutæ fuerant carnem alienā, propoſitæ ſunt exēplo, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter ſanè & hi deluſi inſomnijs carnē quidem polluunt, dominos uero ſpernunt, in poteſtate præditos maledicta congerunt. At

Zach.3 a

Michael archangelus, cū aduerſus diabolum certās diſceptaret de corpore Moſi, nō auſus eſt illi impingere notam maledicti, ſed dixit: Increpet te dn̄s. At iſti quæ non nouerunt, ea maledictis inſectātur: quæ uero natura ceu animantia rationis expertia ſciunt, in his corrūpūtur: uę illis quoniā uiam Cain ingreſſi ſunt:

Num.14.10

& deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effuſi ſunt, & cōtradictione Core perierunt. Hi ſunt inter charitates ueſtras, maculæ inter ſe cōuiuantes, abſq́ ullius timore, ſuopte ductu arbitrioq́ uiuentes, nubes aquā nō habentes, quæ à uentis circūagūtur, arbores autumno marceſcentes, infrugiferæ, bis emortuæ, & eradicatæ: undæ efferæ maris, deſpumantes ſua ipſorum dedecora: ſtellę erraticæ, quibus caligo tenebrarū in ętern ū ſeruata eſt. Prius aūt his uaticinat⁹ eſt ſeptimus ab Adā Enoch, dicēs: Ecce uenit dn̄s in ſanctis millib⁹ ſuis, ut faciat iudiciū aduerſus om̄eis, & redarguat oēs ex eis qui ſunt impij, de factis oībus quæ impie patrarūt, deq́ omnibus duris quæ locuti ſunt aduerſus eū, peccatores impij. Hi ſunt murmuratores, queruli, iuxta cōcupiſcentias ſuas ambulātes, & os illorū loquitur tumida, admirantes perſonas, utilitatis gratia. Vos aūt dilecti, memores eſtis uerborū, quæ antehac dicta fuerunt ab apoſtolis domini no-

1.Tim.4 a

ſtri Ieſu Chriſti, quod dixerunt uobis in extremo tēpore futuros illuſores, qui iuxta ſuas impias

ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierūt enim quidam homines qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium impij, domini noſtri gratiā transferentes in luxuriam: & ſolum dominatorē & dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtū negantes. Commonere uos autem uolo, ſcientes ſemel omnia: quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans: ſecundo eos qui non crediderunt, perdidit. Angelos uero qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerūt ſuum domicilium, in iudiciū magni dei, uinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, facti ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi qui carnem quidem maculant: dominationem autem ſpernunt: maieſtatem autem blaſphemant. Cum Michael archangelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore: non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit: Imperet tibi deus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant: quæcunque autem naturaliter tanquàm muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Væ illis qui in uia Cain abierunt: & in errore Balaam mercede effuſi ſunt: & in contradictione Chore perierunt.

B

C

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ: conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes: nubes ſine aqua quæ à uentis circunferuntur: arbores autumnales infructuoſæ: bis mortuæ, eradicatæ: fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones: ſidera errantia, quibus procella tenebrarum conſeruata eſt in æternum. Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce ueniet dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt: & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra deum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecūdum deſideria ſua ambulantes: & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus cauſa. Vos autem chariſsimi memores eſtote uerborum quæ prædicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti qui dicebant uobis:

D

Quoniam in nouiſsimis temporibus uenient illuſores ſecundum deſideria ſua ambu

impias cupiditates ambularent. Hi sunt qui segregant animales, spiritũ non habentes. Vos aũt dilecti, sanctissimę uestræ fidei superstruẽtes uosipsos, per spiritũ sanctum orantes, uos B inuicẽ in charitate dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitã æternã. Et hos quidẽ cõmiseremini dum diiudicamini: illos autẽ per timorem saluos facite, ex incendio rapientes, odio prosequẽtes & eã quæ ex carne est maculatam tunicam. Ei uero qui potest illos seruare à peccato immunes, & statuere in conspectu glorię suæ incontaminatos cum exultatione, soli sapienti deo seruatori nostro, gloria & magnificẽtia, & imperium, & potestas, nunc & in omnia secula. Amen.

ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos: animales, spiritum non habẽtes. Vos aũt charissimi superædificantes uosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei: in spiritu sancto orantes, uosmetipsos in dilectione dei seruate: expectãtes misericordiã dñi nostri Iesu Christi in uitã æternã. Et hos quidẽ arguite iudicatos: illos uero saluate de igne rapientes. Aliis aũt miseremini in timore odiẽtes eã quæ carnalis est maculatã tunicã. Ei aũt q potẽs est uos cõseruare sine peccato: & cõstituere ante cõspectũ glorię suę immaculatos in exultatione, in aduẽtu dñi Iesu Christi: soli deo saluatori nostro p Iesum Christũ dñm nostrũ, gloria & magnificentia, imperiũ & potestas ante oĩa secula: & nũc & in oĩa secula seculorũ: Amẽ.

APOCALYPSIS

ERASMI VERSIO.

A REVELATIO Iesu Christi, quam dedit illi deus, ut palam faceret seruis suis, quæ oporteat fieri cito, & significauit, cũ misisset mãdatũ p angelũ suũ seruo suo Iohanni, qui testificatus est sermonem dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcunque uidit: Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ & seruat ea, quę in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Ie- B su Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. ei qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem ipsius, & fecit nos reges & sacerdotes deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Et plãgent se super eum omnes tribus terrę, etiam, Amen. Ego sum alpha & Ω, principium & finis, dicit dominus, qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Ego Iohannes frater uester & particeps in afflictione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ uocatur Patmos, propter sermonem dei & testimonium Iesu Christi. Fui in spiritu in dominico die, & au

VVLGATA EDITIO.

APOCALYPSIS Iesu Christi quam dedit illi deus palam facere seruis suis quæ oportet fieri cito: & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Iohanni qui testimonium perhibuit uerbo dei: & testimonium Iesu Christi quæcunq; uidit. Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est: & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ: etiam Amẽ. Ego sum Alpha & Ω, principium & finis, dicit dominus deus qui est & qui erat: & qui uenturus est omnipotens. Ego Iohannes frater uester & particeps in tribulatione & regno & patientia in Christo Iesu: fui in insula quæ appellatur Pathmos: propter uerbum dei & testimoniũ Iesu Christi. Fui in spiritu in dominica die. Et au

Esa. 44 b

& audiui post me uocē magnā tanquā tubæ, dicētis: Ego sum alpha & Ω, primus & nouissimus. Quod uides scribe in libro: & mitte septē ecclesiis, quę sunt in Asia, Epheso, & Smyrnę, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et cōuersus sum ut uiderem uocē quæ loquebatur mecū. Et cōuersus uidi septē candelabra aurea, & in medio septē candelabrorū aureorum similē filio hominis, uestitū ueste ad pedes usq; demissa, & præcinctū ad mamillas zona aurea. Caput autē eius & capilli erant cādidi, uelut lana alba, & tanq̄ nix. Et oculi eius tanq̄ flāma ignis, & pedes eius similes chalcolibano, uelut in camino ardētes. Et uox illius tanq̄ uox aquarū multarū, & habebat in dextera sua stellas septē. Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Et cū uidissem eū, cecidi ad pedes eius tanq̄ mortuus. Et posuit dexterā suā sup me, dicēs mihi: Noli timere, ego sum prim⁹ & nouissimus, & uiuus, & fui mortuus, & ecce sum uiuēs in secula seculorū, amē, & habeo claues inferorū & mortis. Scribe quæ uidisti, & quæ sunt, & quę oportet fieri post hæc. Sacramētū septē stellarū, quas uidisti in dextera mea, & septē candelabra aurea. Septē stellæ angeli sunt septē ecclesiarū, & candelabra septē q̄ uidisti, septē ecclesiæ sunt.

Esa. 44 b

Esa. 22 d

ANgelo Ephesinæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū. Scio opera tua, & laborē & patientiam tuam, & quod non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces, & tulisti, & patientiam habes, & propter nomen meum laborasti & non defecisti. Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primā reliquisti. Memor esto itaq; unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin minus, ueniam tibi cito, & mouebo cādelabrum tuum de loco suo, nisi resipueris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in medio paradisi dei. Et angelo Smyrnæorum ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & uiuit. Scio opera tua & afflictionem & paupertatem, sed diues es: & blasphemiam eorum

Esa. 41 a

Et audiui post me uocem magnam tanquā tubæ, dicētis: Quod uides, scribe in libro: & mitte septē ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et conuersus sum ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus, uidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similē filio hominis uestitum podere: & præcinctū ad mā millas zona aurea. Caput autē eius & capilli erant candidi, uelut lana alba: & tanquā nix. Et oculi eius tanquā flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco: sicut in camino ardēti. Et uox illius tanquā uox aquarū multarū: & habebat in dextera sua stellas septē. Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Et cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius tāquam mortuus. Et posuit dexteram suā super me, dicēs: Noli timere: ego sum primus & nouissimus & uiuus, & fui mortuus: & ecce sum uiuens in secula seculorum. Et habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ uidisti: & quæ sunt, & quæ oporet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarū quas uidisti in dextera mea: & septem candelabra aurea: septē stellæ angeli sunt septem ecclesiarum, & cādelabra septem, septem ecclesiæ sunt. C. II

ET angelo Ephesi ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui tenet septē stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem cādelabrorum aureorum. Scio opera tua & laborē & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse & non sunt: & inuenisti eos mendaces. Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca: quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Sin autem uenio tibi: & mouebo candelabrum tuum de loco suo: nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes: quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Et angelo Smyrnę ecclesię scribe. Hęc dicit primus & nouissimus: qui fuit mortuus & uiuit. Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his

C D A B

eorum qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanę. Nihil horũ timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tẽtemini, & habebitis afflictionem dierum decem. Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Et angelo Pergamensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet rhomphæam utraq; parte acutam: Scio opera tua & ubi habitas ubi sedes est satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meã. Et in diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi satanas habitat. C Sed habeo aduersus te pauca, quia habes istic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat in Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere ex ijs quæ simulacris immolantur & scortari: ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarum, quod odi. Resipisce, alioqui ueniam tibi cito, & pugnabo cũ illis gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesiis: Vincenti dabo edere ex manna abscondito, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit. Et angelo Thyatirensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquàm flammam ignis, & pedes eius similes chalcolibano. Noui opera tua, & charitatem, & ministeriũ, & fidẽ, & patiẽtiã tuã, & opera tua, & nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca, qa permittis mulierẽ Hiezabel, quæ se dicit prophetã, docere, & seducere seruos meos, scortari D & edere ex ijs quæ simulachris immolãtur. Et dedi illi tempus, ut resipisceret à scortatiõe sua, nec resipuit. Ecce ego mittã eam in lectũ, & qui adulterio miscentur cum ea, in afflictionem maximam, nisi pœnitentiã egerint ab operibus suis, & filios eius interficiam morte, & scient omnes ecclesiæ, quod ego sim ille scrutans renes & corda, & dabo unicuiq; uestrum secundum opera sua. Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ estis: quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt profunditates satanæ, quemadmodũ dicunt, nõ mittã super uos aliud põdus: tamẽ id quod habetis, tenete, donec ueniam. Et qui uicerit & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas

ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt: sed sunt synagoga sathanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usq; ad mortem: & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Qui uicerit non lædetur à morte secunda. Et angelo Pergami ecclesiæ scribe. Hæc dicit, qui habet romphæam ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas, ubi sedes est sathanæ: & tenes nomen meum, & nõ negasti fidem meam, Et in diebus illis Antiphas testis meus fidelis qui occisus est apud uos ubi sathanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam: qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, & edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam age, si quo minus, ueniam tibi cito & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem audiat: quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum: & dabo illi calculum candidum & in calculo nomẽ nouum scriptum: quod nemo scit nisi qui accipit. Et angelo Tyatiræ ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei: qui habet oculos tanquàm flammam ignis: & pedes eius similes aurichalco. Noui opera tua & fidem & charitatem tuam & ministerium & patientiam tuam: & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Hiezabel quæ se dicit prophetem docere, & seducere seruos meos, fornicari & manducare de Idolothitis. Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret: & non uult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum: & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt: nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: & filios eius interficiã in mortem: & scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo unicuiq; uestrum secundum opera sua. Vobis autem dico: & cæteris qui Thyatiræ estis: quicunque non habent doctrinã hanc: & qui non cognouerũt altitudinem sathanæ: quemadmodum dicunt non mittam super uos aliud pondus: tamen id quod habetis: tenete donec ueniam. Et qui uicerit & custodierit usq; in finem opera mea: dabo illi potestatẽ super gentes: & reget eas

Num. 25. 31

3. Reg. 16 d

Hier. 17

eas uirga ferrea, & tanquam uasa figuli confrin/ gentur. Sicut & ego accepi à patre meo, & da bo illi stellam matutinam. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.

ET angelo ecclesiæ, quæ est Sardis, scribe, Hæc dicit qui habet septē spiritus dei, & septem stellas. Scio opera tua, quia nomē ha/ bes, quod uiuas & mortuus es. Esto uigilās & confirma cætera quæ moritura erāt. Nō enim inueni opera tua plena corā deo. In mēte ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua, & resipisce. Si ergo nō uigilaueris, ueniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora ueniā ad te. Ha/ bes pauca nomina & Sardis, qui non inquina uerunt uestimēta sua; & ambulabunt mecū in albis, quia digni sunt. Qui uicerit, sic uestietur uestimētis albis: & non delebo nomen eius de libro uitæ, & cōfitebor nomen eius corā patre meo, & corā angelis eius. Qui habet aurē au/ diat, quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Phi/ ladelphiensis ecclesię scribe: Hæc dicit sanctus & uerax, qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi corā te ostium apertū, & nemo potest claudere illud, quia modicam ha bes uirtutem. Et seruasti sermonem meum, & non negasti nomen meum. Ecce do de syna/ goga satanæ, qui dicunt se Iudęos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos, ut ue/ niant, & adorent ante pedes tuos, & sciant quod ego dilexi te, quoniam seruasti sermonem pa tientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tenta/ tionis, quæ uētura est in orbem uniuersum, ut tentet habitantes in terra. Ecce uenio cito: te/ ne quod habes ut nemo accipiat coronā tuā. Qui uicerit faciam illum columnā in templo dei mei, & foras nō egredietur amplius. Et scri bam super eum nomen dei mei, & nomen ci/ uitatis dei mei nouæ Hierusalem, quæ descen/ dit de cœlo à deo meo, & nomen meum no/ uum. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Laodicensium eccle/ siæ scribe: Hæc dicit Amen testis fidelis & ue/ rus, principium creaturæ dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque feruidus, utinā fri/ gidus esses aut feruidus. Itaque quoniā tepidus es & nec frigidus nec feruidus, incipiā te euo/ mere ex ore meo: quia dicis, diues sum, & dita tus sum, & nullius egeo, & nescis quod tu es mi/ ser & miserabilis, & pauper, & cęcus, ac nudus.

Esa. 22 d

Eccli. 24 d

Suadeo

eas in uirga ferrea: & tanquam uas figuli confrin/ gentur: sicut & ego accepi à patre meo: & da/ bo illi stellam matutinam. Qui habet aurē au diat, quid spiritus dicat ecclesiis. CA. III

ET angelo ecclesiæ Sardis scribe: Hæc di/ cit qui habet septem spiritus dei & septē stellas. Scio opera tua: quia nomen habes quod uiuas: & mortuus es. Esto uigilans & cōfirma cætera quæ moritura erāt. Nō enim inueni o/ pera tua plena corā deo meo. In mēte ergo ha be qualiter acceperis & audieris & serua: & pœ nitentiam age. Si ergo nō uigilaueris, ueniā ad te tāquā fur: & nescies qua hora ueniam ad te Sed habes pauca nomina in Sardis qui nō in/ quinauerunt uestimēta sua: & ambulabūt me cum in albis: quia digni sunt. Qui uicerit sic ue stietur uestimentis albis: & non delebo nomē eius de libro uitæ, & cōfitebor nomen eius co/ ram patre meo, & coram angelis eius. Qui ha bet aurē audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe. Hæc di/ cit sanctus & uerus qui habet clauem David: qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo a/ perit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostiū apertū quod nemo potest claudere: quia mo/ dicam habes uirtutē. Et seruasti uerbum meū: & non negasti nomen meū. Ecce dabo de sy/ nagoga sathanæ, qui dicunt se Iudæos esse & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos ut ueniant & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te. Quoniam seruasti uerbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora ten tationis quæ uentura est in orbem uniuersum tentare habitātes in terra. Ecce uenio cito. Te/ ne quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui uicerit, faciam illum columnam in templo dei mei: & foras non egredietur am/ plius. Et scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem: quæ descendit de cœlo à deo meo & nomen meum nouum. Qui habet aurē audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo Laodiciæ ec/ clesiæ scribe. Hæc dicit Amen testis fidelis & uerus: qui est principiū creaturæ dei. Scio ope ra tua: quia neque frigidus es neque calidus: utinā frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euome re ex ore meo: quia dicis quod diues sum, & lo cupletatus & nullius egeo, nescis quia tu es mi ser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.

A B C D

Suadeo

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igni,ut locuples fias,& uestimētis albis induaris,ut non appareat dedecus nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Ego quoscunq; amo,arguo & castigo. Aemulare ergo ac resipisce,ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meā, & aperuerit ianuā, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo:sicut & ego uici,& consedi cū patre meo in throno eius. Qui habet aurem audiat,quid spiritus dicat ecclesijs.

A POst hæc uidi, & ecce ostiū apertū in cœlo, & uox prima quā audiui tanq; tubæ loquētis mecū,dicens:Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hęc.Et statim fui in spiritu.Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu,lapidi iaspidi & sardio,& iris erat in circumitu sedis,similis aspectui smaragdino.

B Et in circumitu sedis sedilia uigintiquatuor & super thronos uidi uigintiquatuor seniores sedentes,circumamictos stolis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas. Et de throno procedebāt fulgura & tonitrua, & uoces & septem lāpades ignis ardētes ante thronum,quæ sunt septem spiritus dei.Et in cōspectu sedis tanq; mare uitreum simile crystallo, & in medio sedis & in circumitu sedis quatuor

C animalia,plena oculis ante & retro. Et animal primū simile leoni,& secundum animal simile uitulo,& tertiū animal habens faciē uelut homo,& quartum animal simile aquilę uolāti.Et quatuor animalia singula eorū habebant alas senas in circumitu,& intus plena erant oculis. Et requiē non habent die ac nocte,dicētia: Sā ctus,sanctus,sanctus dn̄s deus omnipotens, qui erat,& qui est,& qui uenturus est. Et cum

D darent illa animalia gloriā & honorem & benedictionem sedenti super thronum, uiuenti in secula seculorum, procidūt uigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorant uiuentem in secula seculorum, & abijciunt coronas suas ante thronum,dicētes: Dignus es domine accipere gloriam & honorem & uirtutem:quia tu creasti omnia,& propter uoluntatem tuam sunt,& creata sunt.

A ET uidi in dextera sedētis super thronum librum scriptum intus et in tergo,signatū sigillis septem.Et uidi angelum fortem,prædicantem

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum,probatum: ut locuples fias: & uestimentis albis induaris: ut non appareat confusio nuditatis tuæ:& collyrio inūge oculos tuos ut uideas.Ego quos amo arguo & castigo. Aemulare ergo:& pœnitentiā age.Ecce sto ad ostiū & pulso.Si quis audierit uocē meā, & aperuerit mihi ianuā:intrabo ad illū, & cœnabo cū illo: & ipse mecū.Qui uicerit,dabo ei sedere mecū in throno meo: sicut & ego uici & sedi cū patre meo in throno eius.Qui habet aurem audiat, qd spiritus dicat ecclesijs. *Prou.3 b*

CAP. IIII

POst hæc uidi:& ecce ostiū apertū in cœlo:& uox prima quā audiui tanq; tubę loquentis mecū,dicens:Ascende huc & ostendā tibi quæ oportet fieri cito.Post hæc statim fui in spiritu.Et ecce sedes posita erat in cœlo: & supra sedem sedēs. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis Iaspidis & Sardinis: & iris erat in circumitu sedis similis uisioni Smaragdinæ.Et in circumitu sedis sedilia uigintiquatuor & super thronos uigintiquatuor seniores, sedētes circumamicti stolis albis:& in capitibus eorum coronas aureas.Et de throno procedebant fulguta & uoces & tonitrua: & septem lāpades ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus dei.Et in cōspectu sedis tanquā mare uitreum simile crystallo: & in medio sedis & circumitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni:& secundum animal simile uitulo: & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ uolanti.Et quatuor animalia singula eorū habebant alas senas: & in circumitu & intus plena sunt oculis. Et requiem nō habebāt die ac nocte,dicentia: Sanctus sanctus,sanctus dn̄s deus omnipotens:qui erat & qui est & qui uenturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionē sedenti super thronū uiuenti in secula seculorū procidebāt uigintiquatuor seniores ante sedentē in throno:et adorabant uiuentē in secula seculorū: & mittebant coronas suas ante thronū,dicentes:Dignus es dn̄e deus noster accipere gloriam & honorē & uirtutem:quia tu creasti omnia:& propter uolūtatē tuā erāt,& creata sunt. *Dan.7 b* *Esa.6.a*

CAP. V

ET uidi in dextera sedentis super thronū librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.Et uidi angelum fortem,prædi

 cantem

cantem uoce magna: Quis es dignus aperire librum & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo, neq; in terra, neque subter terram aperire librum, neq; aspicere illũ. Et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset aperire & legere librum, nec uidere eũ. Et unus de senioribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum, & soluat septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnus stans tanq; occisus, habens cornua septem & oculos septẽ, qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et uenit, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum accepisset librum, quatuor animalia, & uigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt precatiões sanctorum, & canunt canticum nouum, dicentes: Dignus es accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos deo per sanguinem tuũ, ex omni tribu & lingua & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terrã. Et uidi & audiui uocem angelorũ multorum in circumitu throni & animalium & seniorum & milia milium, dicentia uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutẽ, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionẽ. Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & quæ super terram, & sub terra & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audiui dicentes: sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorũ. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentem in secula seculorum.

Gene.49 b
Esa.31 b
Dan.7 b

ET uidi cum apparuisset agnus unum de sigillis, & audiui unũ de quatuor animalibus, dicens tanquam uocem tonitrui: Veni & uide. Et uidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit uincẽs & ut uinceret. Et cũ aperuisset sigillum secundum, audiui secũdum animal, dicens: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei, ut tolleret pacem de terra, & ut inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.

Zacha.1.6

Et cum

cantem uoce magna: Quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra neq; subtus terram aperire librum: neq; respicere illum. Et ego flebam multum: quoniã nemo dignus inuentus est aperire librũ nec uidere eũ. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum: & soluere septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium: & in medio seniorum agnum stantẽ tanquam occisum, habentẽ cornua septem & oculos septẽ: qui sunt septẽ spiritus dei missi in omnẽ terrã. Et uenit & accepit de dextera sedẽtis in throno librũ. Et cũ aperuisset librũ, quatuor animalia, & uigintiquatuor seniores ceciderunt corã agno habẽtes singuli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum: quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouũ, dicentes: Dignus es dñe aperire librum & soluere signacula eius: quoniã occisus es: & redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione. Et fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes: & regnabimus super terrã. Et uidi & audiui uocem angelorum multorũ in circumitu throni & animalium & seniorum: & erat numerus eorũ milia miliũ, dicentium uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est accipere uirtutẽ & diuinitatẽ sapientiã & fortitudinẽ & honorẽ & gloriam & benedictionẽ. Et omnẽ creaturã quæ in cœlo est, & quæ super terram, & subtus terram & mare, & quæ in eo sunt: omnes audiui, dicẽtes sedenti in throno & agno: Benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorũ. Et quatuor animalia dicebãt: Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderũt in facies suas: & adorauerunt uiuentẽ in secula seculorum.

B C D

CAPVT VI

ET uidi quod aperuisset agnus unũ de septem sigillis: & audiui unũ de quatuor animalibus, dicens tanq; uocem tonitrui: Veni & uide. Et uidi: & ecce equus albus & qui sedebat super eum habebat arcũ: & data est ei corona: & exiuit uincens ut uinceret. Et cum aperuisset sigillũ secundum: audiui secundum animal, dicens: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra: & ut inuicem se interficiant: & datus est ei gladius magnus.

A

Et cum

Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: ueni, & uide. Et uidi, & B ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat statheram in manu sua. Et audiui uocem in medio quatuor animalium, dicentem: Choenix tritici denario uno, & tres choenices hordei denario uno, & uinum & oleum ne laeseris. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui uocem quarti animalis, dicentem: Veni et uide. Et uidi, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequitur eum. Et data est illis potestas interficiendi super quartam partem terrae, gladio, & fame, & morte, et à bestijs terrae. Et cum aperuisset C sigillum quintum, uidi subter altare animas interfectorum propter uerbum Dei & propter testimonium quod habebant. Et clamabant uoce magna dicentes: usquequo domine, qui es sanctus, & uerax, non iudicas ac uindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datae sunt illis singulae stolae albae, & dictum est illis, ut requiescerēt adhuc tempus modicum, donec complerentur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi essent sicut & illi. Et uidi, cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terraemotus magnus factus est. Et sol factus est niger tanquam sacD cus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellae de coelo ceciderūt super terram, sicut ficus abijcit grossos suos, cum à uēto magno mouetur. Et coelum recessit sicut liber, qui circumuoluitur, & omnis mons & insulę de locis suis motae sunt, & reges terrae, principes, & diuites, & tribuni, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium. Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos, abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni: quoniam uenit dies magnus irę illius. Et quis poterit stare?

A POst haec uidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor uentos terrae, ne flaret uentus super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum Dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae, neque mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum

Et cum aperuisset sigillum tertium: audiui tertium animal, dicēs: Veni & uide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquā uocem in medio quatuor animalium, dicentium: Bilibris tritici denario uno: & tres bilibres hordei denario uno: & uinum & oleum ne laeseris. Et cum aperuisset sigillum quartum audiui uocē quarti animalis, dicentis: Veni & uide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi mors: & infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terrae interficere gladio, fame & morte & bestijs terrae. Et cum aperuisset sigillum quintum: uidi subtus altare animas interfectorū propter uerbum dei & propter testimonium quod habebant. Et clamabant uoce magna, dicentes Vsquequo dn̄e sanctus & uerus, non iudicas et non uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datę sunt illis singulae stolae albae: & dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum: qui interficiendi sunt sicut & illi. Et uidi cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terremotus magnus factus est. Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellae de coelo ceciderūt super terram: sicut ficus emittit grossos suos cum à uento magno mouetur. Et coelum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons & insulae de locis suis motę sunt: & reges terrae & principes & tribuni, et diuites & fortes & omnis seruus & liber: absconderunt se in speluncis & in petris montium: Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos, abscondite nos à facie sedētis super thronum et ab ira agni: quoniam uenit dies magnus irae ipsorum. Et quis poterit stare?

4. Esd. 15 b. Dan. 12 b.

Osee. 10 b. Luc. 23 c.

CAP. VII

POst haec uidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae: tenentes quatuor uentos terrae ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari: neque arboribus quoadusqꝫ signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum. Et audiui numerum signatorum

gnatorum,centum quadragintaquatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel.Ex tribu Iuda,duodecim milia signati.Ex tribu Ruben, duodecim milia signati. Ex tribu Gad, duodecim milia signati.Ex tribu Aser, duodecim milia signati.Ex tribu Neptalim, duodecim milia signati. Ex tribu Manasse, duodecim milia signati.Ex tribu Symeõ, duodecim milia signati.Ex tribu Leui,duodecim milia signati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati.Ex tribu Zabulon, duodecim milia signati.Ex tribu Ioseph,duodecim milia signati.Ex tribu Beniamin,duodecim milia signati. Post hæc uidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus,& tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum,& in cõspectu agni,amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant uoce magna, dicentes:Salus ei qui sedet super thronũ dei nostri & agno. Et omẽs angeli stabãt in circumitu throni & seniorum, & quatuor animalium,& procubuerunt in cõspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum,dicẽtes:Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarumactio, honor & uirtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum,Amen.Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & unde uenerunt? Et dixi illi, Domine,tu scis. Et dixit mihi:Hi sunt qui uenerunt ex afflictione magna, & dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem agni.Ideo sunt ante thronũ dei,& seruiũt ei die ac nocte in tẽplo ei9,& q sedet in throno, habitabit sup illos.Nõ esuriẽt neq; sitient amplius,nec cadet sup illos sol,neq; ullus ęstus:quoniã agn9 qui in medio throni est,reget illos,& deducet eos ad uiuos fontes aquarũ,& abstersurus est deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ.

Esa.49

Esa.25

ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo media fermè hora.Et uidi septẽ angelos stãtes in cõspectu dei,& datæ sunt illis septẽ tubæ. Et alius angelus uenit & stetit ante altare habens thuribulũ aureum,& data sunt illi incensa multa, ut daret de precationibus sanctorũ omniũ super altare aureum,quod est ante thronũ. Et ascendit fumus incẽsorum de precibus sanctorũ è manu angeli corã deo.Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit

gnatorum centum quadragintaquatuor milia signati ex omni tribu filiorũ Israel.Ex tribu Iuda,duodecim milia signati.Ex tribu Ruben duodecim milia signati.Ex tribu Gad,duodecim milia signati. Ex tribu Aser,duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim milia signati.Ex tribu Manasses, duodecim milia signati. Ex tribu Symeon,duodecim milia signati.Ex tribu Leui,duodecim milia signati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim milia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim milia signati. Post hæc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis stantes ante thronum,& in cõspectu agni amicti stolis albis, & palmę in manibus eorũ,et clamabãt uoce magna,dicentes: Salus deo nostro qui sedet sup thronũ & agno. Et oẽs angeli stabant in circumitu throni & seniorũ & quatuor animaliũ & ceciderũt in cõspectu throni in facies suas, & adorauerunt deũ,dicentes:Amen. Benedictio & claritas, et sapiẽtia, et gratiarumactio, honor & uirtus & fortitudo deo nostro, in secula seculorũ,Amen.Et respondit unus de senioribus,et dixit mihi:Hi qui amicti sunt stolis albis,qui sunt,& unde uenerũt? Et dixi illi: Dñe mi tu scis.Et dixit mihi: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerũt stolas suas,&dealbauerũt eas in sanguine agni.Ideo sunt ante thronũ dei,et seruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius, & qui sedet in throno,habitabit super illos. Nõ esuriẽt neq; sitiẽt amplius, nec cadet super illos sol, neq; ullus æstus:quoniã agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad uitæ fontes aquarũ, & absterget deus omnem lachrymã ab oculis eorum.

B C D

CAPVT VIII

ET cum aperuisset sigillum septimum,factum est silentiũ in cœlo quasi media hora.Et uidi septem angelos stantes in cõspectu dei,& datæ sunt illis septẽ tubę. Et alius angelus uenit & stetit ante altare, habẽs thuribulũ aureũ,& data sunt illi incẽsa multa ut daret de orationibus sanctorũ omniũ super altare aureũ q̃d est ante thronũ dei.Et ascẽdit fumus incensorũ de orationibus sanctorũ de manu angeli coram deo.Et accepit angelus thuribulum aureũ, & impleuit illud de igne altaris & misit

A

B misit in terram:& facta sunt tonitrua & uoces & fulgura & terremotus,& septem angeli qui habebant septem tubas,præparauerunt se,ut tuba canerent.Et primus angelus tuba cecinit & facta est grando,et ignis mixta sanguine,et missa sunt in terram,& tertia pars arborum cõcremata est,et om̃e fœnum uiride combustũ est. Et secundus angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens proiectus C est in mare.Et facta est tertia pars maris sanguis,& mortua est tertia pars creaturarũ,quę erant in mari,quæ habebant animas,& tertia pars nauium interijt. & tertius angelus tuba cecinit, et cecidit è cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum,& in fontes aquarũ,& nomen stellæ dicitur absinthium.Et uersa est tertia pars in absinthium, & multi homines mortui sunt D ex aquis, quia amaræ factæ sunt. Et quartus angelus tuba cecinit: & pcussa est tertia pars solis,& tertia pars lunæ,et tertia pars stellarũ, ita ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret pars tertia,et noctis similiter.Et uidi,& audiui unum angelum uolantem per medium cœli, dicentem uoce magna: Væ uæ uæ habitantibus in terra,è cæteris uocibus tubæ trium angelorum,qui erant tuba canturi.

A ET quintus angelus tuba cecinit, & uidi stellam de cœlo cecidisse in terram,& data est ei clauis putei abyssi.Et aperuit puteum abyssi,& ascẽdit fumus putei,sicut fumus fornacis magnæ,& obscuratus est sol & aer à fumo putei. Et de fumo exierunt locustę in terram,& data est illis potestas,sicut habent potestatem scorpiones terræ. Et præceptum est illis ne læderent fœnum terræ, neque omne uiride, neque omnem arborem, nisi tantum homines,qui non habent signum dei in frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpij,cum per B cusserit hominem. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum similes equis paratis in prelium,& super capita earum tanquam coronæ,similes auro, & facies earum tanquam facies hominum.Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum quasi leonum erant.Et habebãt loricas sicut loricas ferreas

misit in terram:& facta sunt tonitrua & uoces & fulgura et terremotus magnus: & septem angeli qui habebant septem tubas: præparauerunt se ut tuba canerent.Et primus angelus tuba cecinit.Et facta est grando & ignis mixta in sanguine:& missum est in terram. Et tertia pars terræ combusta est: & tertia pars arborum concremata est: & omne fœnũ uiride combustum est. Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis: & mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari: & tertia pars nauium interijt. Et tertius angelus tuba cecinit:& cecidit de cœlo stella magna ardens tanq̃ facula.Et cecidit in tertiam partem fluminum et in fontes aquarũ, & nomen stellæ dicitur absinthiũ.Et facta est tertia pars aquarũ in absinthium:& multi hominum mortui sunt de aquis: quia amaræ factæ sunt.Et quart9 angelus tuba cecinit,& percussa est tertia pars solis,& tertia pars lunæ,et tertia pars stellarum:ita ut obscuraretur tertia pars eorum: & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.Et uidi et audiui uocẽ unius aquilę uolãtis per mediũ cœli dicentis uoce magna: Væ,uæ,uæ,habitantibus in terra, de cæteris uocibus trium angelorũ qui erãt tuba canituri.

CAPVT IX

ET quintus angelus tuba cecinit: & uidi stellã de cœlo cecidisse in terram: & data est ei clauis putei abyssi.Et apuit puteũ abyssi.Et ascendit fumus putei,sicut fumus fornacis magnæ:et obscurat9 est sol & aer de fumo putei.Et de fumo putei exierũt locustæ in terrã:& data est illis potestas,sicut habẽt potestatem scorpiones terræ. Et præceptũ est illis ne læderẽt fœnũ terræ neq; om̃e uiride neq; om̃nẽ arborẽ:nisi tantũ homines q nõ habent signũ dei in frõtib.suis.Et dictũ est illis ne occiderẽt eos:sed ut cruciarẽt mẽsib9 qnq;. Et cruciatus eorũ ut cruciatus scorpij:cũ percutit hominẽ.Et in diebus illis quærẽt homines mortẽ & nõ inueniẽt eã:& desiderabũt mori, et fugiet mors ab eis.Et similitudines locustarũ similes equis paratis in præliũ: & super capita earũ tanq̃ coronæ similes auro:& facies earum tãq̃ facies hominũ.Et habebãt capillos sicut capillos mulierũ:dẽtes earũ sicut dẽtes leonũ erãt.Et habebant loricas sicut loricas ferreas:

Zacha.9.b

Osee.10.b

reas,& uox alarum earum sicut uox curruum equis multis currentibus ad bellum. Et habēt caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum,& potestas earum nocere hominibus mensibus quinqꝫ.Et habent super se regem angelum abyssi,cui nomen Hebraice ab abdon,Græce autem ἀπολλύων, id est, perdens. Væ unum abiit, & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc.Et sextus angelus tuba cecinit,& audiui uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei,quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo,qui habebat tubam:Solue quatuor angelos,qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli,qui parati erant in horam, & diem, & mensem,& annum,ut occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus uicies millies decem milia. Et audiui numerum eorum.Et ita uidi equos in uisione,& qui sedebant super eos habebant thoraces igneos & hyacinthinos & sulphureos.Et capita equorum erant tanqꝫ capita leonum,& de ore ipsorū procedebat ignis & fumus & sulphur. Ab his tribus *plagis* occisa est tertia pars hominū, de igne & de fumo & sulphure,quæ procedebant ex ore ipsorum.Potestas enim eorum in ore eorum est, & *in caudis eorum*. Nam caudæ eorum similes serpentibus habentes capita,& per hæc nocent. Et cæteri homines qui non sunt occisi his plagis,neqꝫ resipuerunt ab operibus manuum suarum,ut non adorarent dæmonia & simulacra aurea,& argentea,& ærea & lapidea & lignea,quæ neqꝫ uidere possunt, neqꝫ audire,neqꝫ ambulare,& nō egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis,neqꝫ à ueneficiis suis,neqꝫ à fornicatione sua,neqꝫ à furtis suis.

Psalm.114.b

CAPVT X

ET uidi alium angelum fortem descendētem de cœlo,amictum nube,& iris in capite eius,& facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquàm columnę ignis.Et habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare sinistrum autem super terram,& clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas.Et cum locuta fuissent septem tonitrua uoces suas, & ego scripturus eram.Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi: Obsigna quæ locuta sunt septē tonitrua,& ne ea scribas.Et angelus quem uidi stantem

Dan.12.b

& uox alarū earum sicut uox curruum equorum multorum currentium in bellū. Et habebāt caudas similes scorpionum:& aculei erant in caudis earum: & potestas earū nocere hominibus mēsibus quinqꝫ.Et habebāt super se regem angelū abyssi:cui nomē Hebraice Abaddon:gręce autē Apollyon:& latine habens nomen exterminans. Væ unum abiit: & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc.Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui uocem unam ex quattuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei:dicentem sexto angelo qui habebat tubam:Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horam & diem mensem & annum:ut occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus:uicies milies dena milia.Et audiui numerum eorum. Et ita uidi equos in uisione:& qui sedebant super eos habebāt loricas igneas & hiacinthinas & sulphureas. Et capita equorum erant tanquàm capita leonum:& de ore ipsorū procedebat ignis & fumus & sulphur.Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominuum: de igne & fumo & sulphure: quæ procedebant ex ore ipsorum. Potestas ēm equorū in ore eorū est:& in caudis eorum.Nā caudæ eorū similes serpētibus habētes capita & in his nocēt. Et cęteri homines qui nō sunt occisi in his plagis,neqꝫ pœnitentiam ægerūt de operibus manuū suarū: ut nō adorarent dæmonia & simulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea: quæ neque uidere possunt neqꝫ audire neqꝫ ambulare:& nō ægerunt pœnitentiam ab homicidiis suis neqꝫ à ueneficiis suis:neqꝫ à fornicatione sua:neqꝫ à furtis suis.

C

D

CAPVT X

ET uidi alium angelum fortem descendētem de cœlo amictum nube & iris in capite eius. Et facies eius erat ut sol: & pedes eius tanquam columna ignis. Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare: sinistrum autem super terram:& clamauit uoce magna:quemadmodum cum leo rugit.Et cū clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas.Et cū locuta fuissent septem tonitrua uoces suas:& ego scripturus erā.Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi:Signa quæ locuta sunt septē tonitrua: & noli ea scribere. E angelus quem uidi stantem

A

B

di stantem super mare & super terram leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum: qui creauit cœlum & ea quæ in illo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare & ea quæ in eo sunt: tempus non fore amplius, sed in diebus uocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummandum esse mysterium Dei, sicut euangelizauit seruis suis prophetis. Et audiui uocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe libellum apertum in manu angeli, stantis super mare & super terram. Et abij ad angelum, dicens ei, ut daret mihi libellum. Et dixit mihi: Accipe libellum & deuora illum, & faciet amaricari uentrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis tanquàm mel. Et accepi libellum de manu angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquàm mel dulcis. Et cum deuorassem eum, amaricatus est uenter meus. Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare in gentibus, & linguis & populis & regibus multis.

ET datus est mihi calamus similis uirgæ, & dictum est mihi: Surge & metire templum dei & altare, & adorantes in eo. Et atrium quod intra templum est, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gẽtibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus, & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu dei terræ stantia. Et si quis uoluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum & deuorat inimicos eorum. Et si quis uoluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudẽdi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotiescunque uoluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso faciet aduersus eos bellum, & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus noster crucifixus est. Et uidebũt de tribubus, & populis & linguis, et gẽtibus copora eorũ, per tres dies & dimidium, & corpora eorũ nõ sinent poni in monumẽtis. Et habitãtes terram gaudebunt super illis & lætabuntur, et munera

di stantem supra mare & supra terram: leuauit manum suam ad cœlum: & iurauit per uiuentem in secula seculorum: qui creauit cœlũ & ea quæ in illo sunt: & terram & ea quæ in ea sunt: & mare & ea quæ in eo sunt: quia tempus non erit amplius: sed in diebus uocis septimi angeli, cum ceperit tuba canere consummabitur mysteriũ dei: sicut euangelizauit per suos prophetas. Et audiui uocẽ de cœlo iterũ loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe librum apertum de manu angeli stantis supra mare & super terram. Et abij ad angelum dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricari uentrem tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorassem eum amaricatus est uenter meus. Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus & populis & linguis & regibus multis.

Ezech. 3 a

CAPVT XI

ET datus est mihi calamus similis uirgæ: & dictum est mihi: Surge & metire templum dei & altare: & adorantes in eo. Atriũ aũt quod est foris templum eijce foras: & ne metiaris illud, quoniam datum est gẽtibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis: & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia in conspectu domini terræ stantes. Et si quis uoluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorũ. Et si quis uoluerit eos lędere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatẽ claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ illorum: & potestatem habẽt super aquas cõuertendi eas in sanguinem: & percutere terram omni plaga quotiẽscunq; uoluerint. Et cũ finierint testimoniũ suũ: bestia quę ascẽdit de abysso faciet aduersus eos bellum: & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorũ iacebũt in plateis ciuitatis magnæ quæ uocatur spiritaliter Sodoma & Aegyptus: ubi & dominus eorũ crucifixus est. Et uidebunt de tribubus, & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos & iocundabuntur: & mu-

Ezech. 40. 41 42. 43

Zach. 4 a

munera mittẽt inuicem:quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram.Et post dies tres & dimidium spiritus uitæ à deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos,& timor magnus cecidit super eos qui uiderunt eos.Et audierunt uocem magnã de cœlo,dicentem ipsis: Ascendite huc, Et ascenderunt in cœlum in nube, & uiderunt illos inimici eorum.Et in illa hora factus est terræmotus magnus,& decima pars ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem milia & reliqui territi sunt, & dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abijt & ecce uæ tertium ueniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt uoces magnæ in cœlo,dicentes:Facta sunt regna huius mundi domini nostri & Christi eius,& regnabit in secula seculorum, *Amen.* Et uigintiquatuor seniores,qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum,dicentes:Gratias agimus tibi domine deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui uenturus es, quia accepisti uirtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua & tempus mortuorum ut iudicẽtur: & reddas mercedẽ seruis tuis prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis,& perdas eos qui perdunt terram.Et apertum est templum dei in cœlo, & uisa est arca testamenti eius in templo eius,& facta sunt fulgura & uoces & tonitrua & terræmotus & grando magna.

Hierem.10 a

CAPVT XII

ET signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius,& in capite eius corona stellarum duodecim.Et in utero habens,clamat parturiens, et cruciatur ut pariat.Et uisum est aliud signum in cœlo,& ecce draco magnus rufus, habens capita septem,et cornua decẽ: & in capitibus suis diademata septẽ, et cauda eius trahit tertiã partẽ stellarũ cœli,& misit in terrã, et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cũ peperisset filiũ eius,deuoraret.Et peperit filium masculũ,qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea,& raptus est filius eius ad deũ et ad thronum eius:& mulier fugit in solitudinem,ubi habet locum paratũ à deo, ut ibi pascant eã diebus mille ducentis sexaginta.Et factum est prælιũ magnum in cœlo. Michael et angeli

Dan.10 f

tur: & munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram.Et post dies tres & dimidiũ spiritus uitæ à deo intrauit in eos.Et steterunt super pedes suos:& timor magn9 cecidit super eos qui uiderunt eos.Et audierunt uocem magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube: & uiderunt illos inimici eorũ. Et in illa hora factus est terremotus magnus:& decima pars ciuitatis cecidit.Et occisa sunt in terremotu nomina hominum septem milia: & reliqui in timorem sunt missi:& dederunt gloriam deo cœli. Væ secundum abijt:& ecce uæ tertium ueniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit:& factæ sunt uoces magnæ in cœlo,dicentes. Factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius:et regnabit in secula seculorũ: Amen. Et uigintiquatuor seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas:& adorauerunt deum,dicentes: Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotens: qui es & qui eras & qui uenturus es,quia accepisti uirtutem tuam magnam & regnasti. Et iratæ sunt gẽtes,& aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari: & reddere mercedẽ seruis tuis prophetis & sanctis:et timentibus nomen tuum,pusillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperũt terram.Et apertum est templum dei in cœlo:& uisa est arca testamẽti eius in templo eius, & facta sunt fulgura & uoces & tonitrua & terremotus,& grãdo magna.

C

D

CAP. XII

ET signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius,& in capite eius corona stellarum duodecim.Et in utero habẽs:& clamabat parturiens & cruciaṫ ut pariat.Et uisum est aliud signũ in cœlo:& ecce draco magnus rufus habẽs capita septẽ & cornua decẽ,& in capitibus suis septẽ diademata: & cauda eius trahebat tertiã partẽ stellarũ cœli:& misit eas in terrã: & draco stetit ante mulierẽ quæ erat paritura:ut cũ peperisset filiũ eius deuoraret.Et peperit filiũ masculũ qui recturus erat oẽs gentes in uirga ferrea: & raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius:& mulier fugit in solitudinẽ ubi habebat locum paratũ à deo:ut ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prælιũ magnum in cœlo:Michael & angeli

A

B

angeli eius præliabantur cum dracone,& draco pugnabat & angeli eius,& nõ ualuerũt,neque locus inuentus est eorũ amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus,serpẽs antiquus,qui uocatur diabolus & satanas,qui seducit totum terrarũ orbem,& proiectus est in terra, & angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audiui uocẽ magnam dicentẽ: In cœlo nũc C facta est salus & uirtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius:quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte, & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni, & propter sermonem testimonij sui,& non dilexerunt animam suam usque ad mortem.Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad uos habẽs iram magnam,sciens quod modicum tempus habet. Et postquam uidit draco,quod proiectus esset in terrã,per- D secutus est mulierem quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in desertũ in locũ suũ ubi alitur per tẽpus & tẽpora & dimidiũ tẽporis à facie serpentis.Et eiecit serpens ex ore suo post mulierẽ aquã tanquam flumen,ut eã faceret rapi à flumine.Et adiuuit terra mulierẽ,& aperuit terra os suũ,& absorbuit flumẽ q̃d eiecerat draco ex ore suo.Et iratus est draco aduersus mulierẽ,& abijt ut faceret pliũ cũ reliquis de semine eius q custodiũt mãdata dei,& habẽt testimoniũ Iesu Christi.Et stetit super arenam maris.

A ET uidi de mari bestiã ascendentẽ, habentem capita septẽ & cornua decẽ,& super cornua ei9 decẽ diademata,& super capita ei9 nomẽ blasphemiæ. Et bestia quã uidi,similis erat pardo,& pedes eius sicut pedes ursi,& os eius sicut os leonis.Et dedit illi draco uirtutem suã & sedẽ suã & potestatẽ magnã. Et uidi unũ de capitib.ei9 quasi occisum in mortẽ,& plaga mortis eius curata est. Et admiratio fuit in uniuersa terra post bestiã.Et adorauerũt draconẽ,qui dedit potestatẽ bestiæ, & adorauerũt bestiã,dicẽtes:Quis similis bestiæ,& qs poterit pugnare cũ ea? Et datũ est ei os loquens B magna & blasphemias,& data est ei potestas faciendi mẽses XLII.Et apuit os suũ in cõuitia ad deũ,ut conuitijs afficeret nomẽ eius & tabernaculũ eius,& eos qui in cœlo habitant.Et est datũ illi bellũ facere cũ sctis & uincere eos.

Et data

angeli eius præliabantur cum dracone:& draco pugnabat & angeli eius,& non ualuerunt, neque locus inuentus est eorũ amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui uocatur diabolus & sathanas : qui seducit uniuersum orbẽ:& proiectus est in terram,& angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnã in cœlo,dicentẽ:Nunc facta est salus & uirtus & regnũ dei nostri & potestas Christi eius:quia proiectus est accusator fratrũ nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte:& ipsi uicerũt eum propter sanguinẽ agni: & propter uerbũ testimonij sui:& nõ dilexerũt animas suas usque ad mortẽ.Propterea lætamini cœli:& qui habitatis in eis. Væ terræ & mari:quia descendit diabolus ad uos habens irã magnã,sciens quod modicũ tempus habet. Et postquam uidit draco quod proiect9 esset in terrã, persecutus est mulierẽ quæ peperit masculũ.Et datę sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ ut uolaret in desertũ in locũ suũ ubi alitur per tempus & tẽpora & dimidiũ tẽporis à facie serpẽtis.Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquã tanquã flumẽ, ut eã faceret trahi à flumine.Et adiuuit terra mulierem:& aperuit terra os suũ:& absorbuit flumẽ quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem:& abijt facere prælium cũ reliquis de semine eius:qui custodiunt mãdata dei:& habent testimonium Iesu Christi.Et stetit super arenam maris.

Dan.7,18

CAPUT XIII

ET uidi de mari bestiã ascendentẽ habentem capita septem & cornua decem:& super cornua eius decem diademata:& super capita ei9 nomina blasphemiæ.Et bestia quã uidi similis erat pardo,& pedes eius sicut pedes ursi:& os eius sicut os leonis.Et dedit illi draco uirtutem suã & potestatem magnã.Et uidi unum de capitibus suis quasi occisum in mortẽ: & plaga mortis ei9 curata est.Et admirata est uniuersa terra post bestiã.Et adorauerũt draconẽ:qui dedit potestatẽ bestię & adorauerũt bestiã,dicẽtes:Quis similis bestię:& quis poterit pugnare cũ ea?Et datũ est ei os loquẽs magna & blasphemias:& data est ei potestas facere mẽses q̃draginta duos. Et apuit os suũ in blasphemias ad deũ,blasphemare nomẽ eius & tabernaculũ ei9 : & eos qui in cœlo habitãt. Et ẽ datũ illi bellũ facere cũ sctis,& uicere eos.

Et data

Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & adorabunt eam omnes qui inhabitant terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro uitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem ducit, in captiuitatem uadit: qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic eſt patientia & fides ſanctorum. Et uidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo, ſimilia agni, & loquebatur ſicut draco. Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem facit in conſpectu eius, & facit terram, & inhabitantes in ea, adorare beſtiam primam, cuius curata eſt plaga mortis. Et facit ſigna magna, ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeducit habitantes in terra propter ſigna quæ data ſunt illi ut faceret in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem beſtiæ, quę habet plagam gladij, & uixit. Et datum eſt illi ut daret ſpiritũ imagini beſtiæ, & ut loquatur imago beſtiæ: & faciet, ut quicunq; nõ adorauerint imaginẽ beſtiæ occidantur. Et facit omnes puſillos & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & ſeruos accipere characterẽ in manu ſua dextera, aut in frontibus ſuis. Et ne quis poſſet emere aut uendere, niſi qui habeat characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

Gene. 9 a

ET uidi, & ecce agnus ſtans ſuper montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor milia habentia nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui uocem de cœlo tanquam uocem aquarum multarũ, & tanquam uocem tonitrui magni, & uocem audiui citharœdorum citharizantiũ citharis ſuis. Et cantant quaſi canticum nouum ante ſedem & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat diſcere canticum, niſi illa centũ quadragintaquatuor milia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnũ quocunq; ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitię deo & agno, & in ore eorũ nõ eſt inuẽtus dolus. Sine macula eñ ſunt ante thronum dei. Et uidi alterum angelum uolantem

per

Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum: & populũ & linguã & gentẽ, & adorauerũt eam oẽs qui inhabitant terrã: quorum nõ ſunt ſcripta nomina in libro uitæ agni, q occiſus eſt ab origine mũdi. Si quis habet aurẽ audiat. Qui in captiuitatẽ duxerit, in captiuitatẽ uadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic eſt patientia & fides ſanctorum. Et uidi aliam beſtiã aſcendentem de terra: & habebat cornua duo ſimilia agni: & loquebatur ſicut draco. Et poteſtatem prioris beſtiæ omnẽ faciebat in conſpectu eius: & fecit terrã & inhabitantes in ea, adorare beſtiam primam: cuius curata eſt plaga mortis, & fecit ſigna magna ut etiã ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeduxit habitantes in terra ꝑpter ſigna quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra: ut faciant imaginem beſtiæ quę habet plagã gladij, & uixit. Et datum eſt illi ut daret ſpiritum imagini beſtiæ: & ut loquatur imago beſtiæ: & faciet ut qcunq; nõ adorauerit imaginem beſtiæ, occidatur. Et faciet omnes puſillos & magnos & diuites & pauperes & liberos & ſeruos habere characterem in dextera manu aut in frontibus ſuis. Et ne quis poſſet emere aut uendere, niſi qui habeat characterem aut nomẽ beſtiæ: aut numerum nominis eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt: & numerus eius ſexcẽti ſexagintaſex.

CAPUT XIIII

ET uidi & ecce agnus ſtabat ſupra montẽ Sion, & cum eo cẽtum quadragintaquatuor milia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui uocem de cœlo tanquam uocem aquarũ multarum: & tanquã uocẽ tonitrui magni, & uocem quam audiui ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabãt quaſi canticum nouum ante ſedem, & ante quatuor animalia & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadragintaquatuor milia qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno: & in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronum dei. Et uidi alterum angelum uolantem

per

per medium cœli, habentem euangelium æ/
ternum, ut euangelizaret habitantibus ſuper
terram, & omni genti & tribui, & linguæ & po
pulo, dicentem magna uoce: Timete Deum,
& date illi honorem, quia uenit hora iudicij e/
ius: & adorate eum, qui fecit cœlum & terram
mare & fontes aquarum. Et alius angelus ſe/
cutus eſt, dicens: Cecidit cecidit Babylon ciui/
tas illa magna: quia à uino iræ fornicationis
ſuæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus
ſecutus eſt illos, dicẽs uoce magna. Si quis ad/
orauerit beſtiã & imaginem eius, & acceperit
characterem in fronte ſua, aut in manu ſua, &
[C] hic bibet de uino iræ dei, quod mixtũ eſt me/
ro in calice iræ ipſius. Et cruciabitur igne & ſul
phure in conſpectu angelorum ſanctorum,
& ante conſpectum agni. Et fumus tormenti
eorum aſcendit in ſecula ſeculorũ. Nec habẽt
requiem die ac nocte, qui adorant beſtiam &
imaginem eius, & ſi quis acceperit characterẽ
nominis eius. Hic patientia ſanctorũ eſt. Hic
qui cuſtodiunt mandata dei & fidem Ieſu. Et
audiui uocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe:
Beati mortui, qui in domino moriuntur amo/
do: etiã dicit ſpiritus, ut requieſcant à labori/
bus ſuis, ſed opera illorum ſequuntur illos. Et
uidi & ecce nubem candidã, & ſuper nubem
ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in
capite ſuo coronam auream, & in manu ſua
[D] falcem acutam. Et alius angelus exiuit de tem
plo, clamans uoce magna ad ſedentem ſuper
nubem: Mitte falcem tuam & *mete*, quia ue/
nit tibi hora ut metas, quoniã aruit meſſis ter/
ræ. Et miſit qui ſedebat ſuper nubem, falcem
ſuam in terrã, & demeſſa eſt terra. Et alius an/
gelus exiuit de templo, quod eſt in cœlo, ha/
bens & ipſe falcem acutã. Et alius angelus exi
uit de altari, qui habebat poteſtatem ſupra i/
gnem, & clamauit uoce magna ad eũ, qui ha/
bebat falcem acutam, dicẽs: Mitte falcem tu/
am acutam, & uindemia botros terræ, quoni/
am maturæ ſunt uuę eius. Et miſit angelus fal
cem ſuam acutam in terram, & uindemiauit
uineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei ma/
gnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, &
exiuit ſanguis de lacu, uſq; ad frenos equorũ
per ſtadia mille ſexcenta.

CAPVT XV

[A] ET uidi aliud ſignũ in cœlo magnũ & mi/
rabile, angelos ſeptem, habentes plagas
ſeptem

per medium cœli habentem euangelium æter
num, ut euãgelizaret ſedentibus ſuper terram
& ſuper omnem gentẽ & tribum & linguam
& populum, dicens magna uoce: Timete do/
minum & date illi honorem: quia uenit hora
iudicij eius: & adorate eum qui fecit cœlum &
terram, mare & fontes aquarũ. Et alius ange/
lus ſecutus eſt eum, dicens: Cecidit cecidit Ba/ [Eſa. 21 b]
bylon ciuitas illa magna, quæ à uino iræ forni [Hier. 51 b]
cationis ſuæ potauit omnes gentes. Et tertius
angelus ſecutus eſt illos, dicens uoce magna:
Si quis adorauerit beſtiam & imaginem eius,
& acceperit characterem in fronte ſua, aut in
in manu ſua, hic bibet de uino irę dei quod mi
xtum eſt mero in calice iræ ipſius. Et cruciabi/
tur igne & ſulphure in conſpectu angelorum
ſanctorũ, & ante conſpectum agni. Et fumus
tormentorũ eorum aſcendet in ſecula ſeculo/
rum. Nec habent requiẽ die ac nocte qui ado
rauerunt beſtiam & imaginem eius: & ſiquis
acceperit characterem nominis eius. Hic pati/
entia ſanctorum eſt qui cuſtodiunt mandata
dei & fidem Ieſu. Et audiui uocem de cœlo di
centem mihi: ſcribe: Beati mortui qui in domi
no moriuntur. A modo iam dicit ſpiritus ut re
quieſcant à laboribus ſuis: opera enim il/
lorum ſequuntur illos. Et uidi, & ecce nubem
candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem
filio hominis habentem in capite ſuo coronã
auream, & in manu ſua falcem acutam. Et a/
lius angelus exiuit de templo clamãs uoce ma
gna ad ſedentem ſuper nubem: Mitte falcem [Ioel. 3 b]
tuã & mete: quia uenit hora ut metatur: quo/
niã maturuit meſſis terrę. Et miſit qui ſedebat
ſuper nubem, falcem ſuam in terram, & meſ/
ſuit eã. Et alius angelus exiuit de tẽplo quod
eſt in cœlo habens & ipſe falcem acutam. Et
alius angelus exiuit de altari qui habebat po/
teſtatem ſupra ignem, & clamauit uoce ma/
gna ad eum qui habebat falcem acutam, di/
cens: Mitte falcem tuam acutam & uindemia
botros uineam terræ: quoniam maturæ ſunt
uuæ eius. Et miſit angelus falcem ſuã acutam
in terram & uindemiauit uineam terræ: & mi/
ſit in lacum iræ dei magnum: & calcatus eſt la/
cus extra ciuitatẽ, & exiuit ſanguis de lacu uſ/
que ad frenos equorum per ſtadia mille ſex/
centa.

CAPVT XV

ET uidi aliud ſignũ in cœlo magnũ & mi/
rabile, angelos ſeptem habentes plagas
ſeptem

septem nouissimas, quoniam in illis cōsumma ta est ira dei. Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igni, & eos qui uictoriā reportarant de bestia & de imagine eius, & de charactere eius, & de numero nominis eius, stātes super mare uitreū, habentes citharas dei, & cantant canticū Moysi serui dei, & canticū agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opa tua dn̄e deus omnipotēs: iustæ, & ueræ sunt uiæ tuæ rex sanctorū: Quis non timebit te dn̄e, & magnifi cabit nomē tuum? Quia solus pius es, quoniam omnes gentes uenient, & adorabunt in cō spectu tuo, quoniam iudicia tua manifestata sunt. Et post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo, & exierunt septē angeli habentes septem plagas, de tēplo, uestiti lino mūdo & cādido, & pręcincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit septē angelis septē phialas aureas, plenas iracundiæ dei uiuētis in secula seculorū. Et impletū est templum fumo à maiestate dei, & de uirtute eius, & nemo poterat introire in templū, donec cōsummarentur septem plagæ septem angelorum.

Hierem. 10 a

ET audiui uocem magnam de tēplo dicētem septem angelis: Ite, effundite *septem* phialas iræ dei in terrā. Et abijt primus *angelus* & effudit phialā suam in terrā, & factū est uulnus malū ac noxium in homines, qui habebant characterē bestię, & in eos qui adorabāt imaginē eius. Et secūdus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima uiuens, mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialā suam in flumina & in fontes aquarū, & factæ sunt sanguis. Et audiui angelum aquarū dicentem: Iustus es dn̄e, qui es, & qui eras, & sanctus, quia hęc iudicasti, quia sanguinē sanctorū & pphetarū effuderūt, & sanguinē eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audiui alterū è sanctuario dicētem: Etiā dn̄e deus omnipotēs, uera et iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suā in solem, et datum est illi æstu affligere homines per ignem. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerūt nomen dei habentis potestatē super has plagas, neque egerunt scelerum pœnitentiā, ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialā suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & cōmanducauerunt linguas suas

septē nouissimas: Quoniā in illis cōsummata est ira dei. Et uidi tanquam mare uitreū mixtū igne, & eos q uicerūt bestiā & imaginē eius, & numerū nōis eius stantes supra mare uitreū, habētes citharas dei, & cantātes canticū Moysi serui dei, & canticū agni dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua dn̄e deus omnipotens, iustæ & ueræ sunt uiæ tuæ dn̄e rex sanctorum. Quis non timebit te dn̄e & magnificabit nomen tuū? Quia solus pius es: quoniā omnes gentes uenient & adorabunt in cōspectu tuo: quoniā iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc uidi & ecce apertum est templū tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septē angeli habētes septē plagas de templo, uestiti lapide mundo & cādido & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unū ex quatuor animalibus dedit septem angelis septē phialas aureas plenas iracundiæ dei uiuentis in secula seculorū. Et impletū est templū fumo à maiestate dei, & de uirtute eius: & nemo poterat introire in templū donec cōsummarentur septē plagæ septem angelorum.

B

C

CAP. XVI

A

ET audiui uocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite & effudite septem phialas iræ dei in terrā. Et abijt primus angelus & effudit phialam suam in terram: & factum est uulnus sæuum ac pessimum in homines qui habebant characterē bestiæ, & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginē eius. Et secūdus angelus effudit phialam suā in mare: & factus est sanguis tanquam mortui: & om̄is anima uiuens mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suā super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum, dicentem: Iustus es domine qui es & qui eras sanctus qui hoc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt: & sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterum angelum dicentem: Etiam domine deus omnipotens uera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suā in solem: & datū est illi æstu affligere homines & igne. Et æstuauerūt homines ęstu magno: & blasphemauerūt nomē dei habētis potestatē super has plagas, neque egerunt pœnitentiā ut darent illi gloriā. Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum: & commanducauerunt linguas suas

B

C suas præ dolore, & conuitijs affecerunt deum cœli præ doloribus suis, & ulceribus suis, nec resipuerunt ab operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten, & siccata est aqua eius, ut præpararetur uia regum ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modũ ranarũ. Sunt enim spiritus dæmoniorũ faciẽtes signa, ut procedãt ad reges totius terræ ad congregandũ illos in prælium diei illius magni dei omnipotentis. Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideãt turpitudinẽ eius. Et cõgregauit illos in locũ qui uocatur Hebraice Armageddon. Et septimus D angelus effudit phialam suam in aerem, & exiuit uox magna de templo cœli, à throno, dicens: Factũ est. Et facta sunt fulgura & uoces, & tonitrua, & terręmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerũt super terram, talis terræmotus adeo magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna uenit in memoriã ante deũ, ut daret illi calicem uini indignationis iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes nõ sunt inuenti. Et grando magna sicut talentũ descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt deum homines propter plagã grandinis, quoniam magna facta est plaga eius uehementer.

A ET uenit unus de septem angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens mihi: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua scortati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit me spiritu in desertũ. Et uidi mulierem sedentẽ super bestiam coccinam, plenam nominibus maledicentiæ, habentẽ capita septem & cornua decem. Et mulier erat circũdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureũ in manu sua, plenum abominationibus & immunditia libidinis suæ. Et in fronte eius nomen scri-B ptum mysteriũ Babylon magna mater scortationum, & abominationũ terræ. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrũ Iesu. Et miratus sum, cum uiderem

suas præ dolore, & blasphemauerũt deũ cœli præ doloribus & uulneribus suis, & non egerunt pœnitentiã ex operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suã in flumen illud magnum Euphraten, & siccauit aquã eius ut pręparetur uia regibus ab ortu solis. Et uidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudo prophetæ exire spiritus tres immundos in modũ ranarũ. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedent ad reges totius terræ cõgregare illos in præliũ ad diẽ magnum omnipotentis dei. Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideãt turpitudinẽ eius. Et congregabit illos in locũ qui uocatur Hebraice Hermageddon. Et septimus angelus effudit phialam suã in aerem, & exiuit uox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura & uoces, & tonitrua, & terręmotus factus est magnus qualis nunquã fuit, ex quo homines fuerunt super terrã, talis terrę motus magnus. Et fracta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna uenit in memoriam ante deum, dare illi calicem uini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt deũ homines ꝓpter plagã grandinis, quoniam magna facta est uehementer.

Matth. 24 d
Luc. 12 e

CAPVT XVII

ET uenit unus de septem angelis qui habebant septẽ phialas, & locutus est mecũ, dicens: Veni & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineã, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circũdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immundicia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium Babylon magna mater fornicationum & abominationum terræ. Et uidi mulierẽ ebriã de sanguine sanctorũ, & de sanguine martyrũ Iesu. Et miratus sum cũ uide

uiderem illam admiratione magna. Et dixit mihi angelus: quare miraris? Ego dicam tibi mysteriũ mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, et cornua decẽ. Bestia quam uidisti, fuit, & non est & ascensura est de abysso, et in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terrã, quorum nomina scripta non sunt in libro uitæ, à condito mundo, uidentes bestiam, quæ erat & non est. Hic est mens quæ habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondũ uenit. Et cum uenerit, oportet illũ breue tẽpus manere. Et bestia quę erat et non est, & ipse octauus est, & de septẽ est, & in interitum uadit. Et decem cornua quæ uidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatẽ tanquam reges una hora accipient cum bestia. Hi unũ consilium habent, et uirtutem & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cũ agno pugnabũt, et agnus uincet illos, quoniam dominus dominorum est, & rex regum, et qui cum illo sunt uocati, & electi et fideles. Et dicit mihi: Aquæ quas uidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt et turbæ, & gentes, et linguæ. Et decem cornua quæ uidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, et desolatam facient illam & nudam, & carnes eius comedent, et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum est illi, ut unam faciant uoluntatem, ut dent regnum suum bestiæ, denec consummentur uerba dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

Luc.10 b

1.Timot.6 c

ET post hæc uidi aliũ angelum descẽdentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit per fortitudinem uoce magna, dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, et facta est habitatio dæmoniorũ, et custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ, & inuisæ, quia de uino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de uirtute delitiarũ eius diuites facti sunt. Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius usq; ad cœ

Supra14 b

Gene.19 c

uiderem illam admiratione magnã. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, et bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem. Bestia quã uidisti fuit, et non est, & ascensura est de abysso, et in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina scripta non sunt in libro uitæ à constitutione mundi, uidentes bestiã quæ erat et non est. Et hic est sensus qui habet sapientiã. Septem capita, septẽ montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq; ceciderũt, unus est, et alius nondum uenit. Et cũ uenerit, oportet illum breue tẽpus manere. Et bestia quæ erat & non est, et ipsa octaua est, & de septem est. Et in interitum uadet. Et decem cornua quæ uidisti, decẽ reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatẽ tanquã reges una hora accipiẽt post bestiã. Hi unũ consilium habent & uirtutẽ et potestatẽ suam bestiæ tradent. Hi cũ agno pugnabunt, et agnus uincet illos, quoniã dominus dominorum est, & rex regum, et qui cum illo sunt uocati & electi & fideles. Et dixit mihi: Aquæ quas uidisti ubi meretrix sedet, populi sunt et gentes, & linguæ, & decem cornua quæ uidisti in bestia, hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam, et carnes eius manducabunt, & ipsam igne cõcremabunt. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitum est illi, ut dent regnum suum bestiæ, donec consummentur uerba dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas magna quæ habet regnum super reges terræ.

C

D

CAPVT XVIII

ET post hæc uidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis uolucris immundæ, & odibilis quia de uino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de uirtute delitiarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam uocẽ de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius usq; ad cœ

A

B ad cœlū,& recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis,& duplicate ei duplicia secūdū opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantū glorificauit se & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum, quia in corde suo dicit. Sedeo regina, & uidua non sum, & luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne comburetur: quia fortis est dominus deus, qui iudicabit illam. Et flebunt illam & plangent se super illa reges terræ, qui cum illa scortati sunt,& in delitijs uixerunt, cum uiderint fumū incēdij eius, longe stantes propter timorē tormenti eius, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam in una hora uenit iudicium tuum. Et negociatores terræ flent & lugent super illa: quoniam merces eorum nemo emit amplius, merces auri & ar-

C gēti & lapidis preciosi, neq; margaritæ,& byssi,& purpurę,& serici,& coccini,& omne lignū thyinū,& omne uas eburneū,& omne uas de ligno preciosissimo & ære,& ferro,& marmore,& cinnamomum,& odoramentū,& unguētum,& thus,& uinū,& oleū,& similam,& triticum,& iumenta,& oues,& equorum,& rhedarum,& mācipiorum,& animas hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserūt à te,& omnia pinguia & pręclara perierūt à te,& amplius illa iā nō inuenies. Mercatores horū qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormēti eius, flentes ac lugētes, & dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso,& purpura,& cocco,& deaurata erat auro & lapide precioso & margaritis: quoniam una hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ,& omnis gubernator, & oīs in nauibus uersantium turba & nautæ,& qui in mari operātur, longe steterunt:& clamauerunt, uidentes fumum incendij eius, dicētes: Quæ similis ciuita-

D ti huic magnæ? Et miserunt puluerē super capita sua,& clamauerunt flentes & lugētes, dicētes: Væ uæ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt oēs qui habebant naues in mari de precijs eius, quoniā una hora desolata est. Exulta super eam cœlū & sancti apostoli & prophetæ, quoniā iudicauit deus iudiciū uestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnū,& misit in mare, dicēs: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna

ad cœlum:& recordatus est dominus iniquitatū eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis:& duplicate duplicia secūdum opera eius. In poculo quo miscuit uobis, miscete illi duplum. Quantū glorificauit se & in delitijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo ut regina,& uidua non sum & luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius mors & luctus & fames,& igne comburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt & plangent se super illam reges terræ qui cū illa fornicati sunt, & in delitijs uixerunt, cum uiderint fumum incēdij eius: longe stantes propter timorem tormētorum eius, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna Babylon: ciuitas illa fortis: quoniam una hora uenit iudicium tuum. Et negociatores terræ flebunt & lugebūt super illam: quoniā merces eorum nemo emet amplius: merces auri & argenti & lapidis preciosi & margaritę & byssi & purpurę & serici & cocci:& omne lignum tynum:& omnia uasa eboris: & omnia uasa de lapide precioso & æramēto & ferro & marmore. Et cinnamomū & amomū & odoramētorum & unguēti & thuris & uini & olei & similæ & tritici:& iumētorum & ouiū & equorum & rhedarū & mācipiorum & animarum hominum. Et poma desiderij animæ tuæ discesserūt à te,& omnia pinguia & præclara perierunt à te:& amplius illa iam non inuenient mercatores hominū. Qui diuites facti sunt ab ea, lōge stabūt propter timorē tormentorū eius: flētes ac lugētes,& dicētes: Væ uæ ciuitas illa magna quæ amicta erat bysso & purpura & cocco:& deaurata est auro & lapide precioso & margaritis: quoniam una hora destitutę sunt tātæ diuitię:& oīs gubernator,& oēs qui in lacū nauigāt & nautæ & qui in mari operātur lōge steterūt,& clamauerūt uidentes locū incēdij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnę? Et miserunt puluerē super capita sua:& clamauerūt flētes & lugētes, dicētes: Væ uę ciuitas illa magna in qua diuites facti sunt oēs qui habebāt naues in mari de precijs eius, quoniā una hora desolata est. Exultate super eam cœlum & sancti apostoli & prophetæ: quoniam iudicauit deus iudicium uestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna

Esa.47 a

Iere.51 b

gna,& ultra iam non inuenietur.Et uox citharœdorũ & musicorũ,& tibia canentiũ & tuba nõ audietur in te amplius,& omnis artifex cu iuscunq; artis non inuenietur in te amplius, & uox molæ non audietur in te amplius,& lux lucernæ non lucebit in te amplius,& uox sponsi & sponsæ non audietur posthac in te quia mercatores tui erãt principes terræ:quia in ueneficijs tuis errauerũt oẽs gentes,& in ea sanguis prophetarũ & sanctorũ inuentus est, & omniũ qui interfecti sunt in terra.

Iere.16 25

POst hæc audiui quasi uocem magnã turbæ multæ in cœlo dicẽtis:Alleluia. Salus & honor,& gloria,& uirtus domino deo nostro est:quia uera & iusta iudicia eius,quia iudicauit de meretrice magna,quæ corrupit terram prostitutiõe sui,& uindicauit sanguinẽ seruorum suorũ de eius manu.Et iterũ dixerunt: Alleluia.Et fumus eius ascendit in secula seculorũ.Et ceciderunt uigintiquatuor seniores, & quatuor animalia, & adorauerunt deũ sedentem super thronũ,dicentes:Amen alleluia.Et uox de throno exiuit,dicẽs:Laudẽ dicite deo nostro oẽs sancti eius,& qui timetis eũ pusilli & magni.Et audiui sicut uocem turbæ multę, & sicut uocẽ aquarũ multarũ, & sicut uocem tonitruorũ magnorũ,dicentiũ, Alleluia: quoniã regnauit dñs deus noster omnipotẽs,Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ agni,& uxor eius pręparauit se.Et datũ est illi ut cooperiat se byssino puro & splẽdido.Byssinum enim iustificationes sunt sanctorũ.Et dicit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni uocati sunt. Et dicit mihi:Hæc uerba dei uera sunt.Et cecidi ante pedes eius,ut adorarẽ eum.Et dicit mihi:Vide ne feceris.Conseruus tuus sum,& fratrum tuorũ habẽtium testimoniũ Iesu.Deũ adora. Testimonium enim Iesu,est spiritus prophetiæ. Et uidi cœlum apertum, & ecce equus albus,& qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax,& per iusticiam iudicat,& pugnat. Oculi autem eius sicut flãma ignis,& in capite eius diademata multa, habẽs nomẽ scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse.Et uestitus erat ueste tincta sanguine,& uocatur nomẽ eius,sermo dei.Et exercitus q̃ sunt in cœlo , sequebãtur eũ in equis albis uestiti byssino albo & mũdo, & ex ore eius procedit gladius acutus,ut eo percutiat gẽtes.Et ipse reget eas uirga ferrea

Esa.63 a

Psal.2 b

gna:& ultra iam nõ inuenietur. Et uox citharœdorũ,& musicorũ,& tibia canentiũ,& tuba nõ audietur in te amplius:& omnis artifex,omnisq; ars nõ inuenietur in te amplius.Et uox molę nõ audietur in te amplius.Et lux lucernæ non lucebit in te amplius:& uox sponsi & spõsæ nõ audietur adhuc in te:quia mercatores tui erant principes terræ:quia in ueneficijs tuis errauerũt oẽs gentes.Et in ea sanguis prophetarũ & sanctorũ inuentus est,& omnium qui interfecti sunt in terra. CAP.XIX.

E

POst hæc audiui quasi uocẽ magnã tubarũ multarũ in cœlo dicẽtiũ alleluia : Laus & gloria & uirtus deo nostro est: quia uera & iusta iudicia sunt eiusqui iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terrã in prostitutione sua,& uindicauit sanguinẽ seruorũ suorum de manibus eius.Et iterũ dixerunt,alleluia.Et fumus eius ascẽdit in secula seculorum.Et ceciderũt uigintiquatuor seniores & quatuor animalia,& adorauerũt deum sedentẽ super thronũ dicẽtes:Amen alleluia.Et uox de throno exiuit dicẽs:Laudẽ dicite deo nostro omnes sancti eius & qui timetis deũ pusilli & magni. Et audiui quasi uocẽ tubæ magnæ,& sicut uocẽ aquarũ multarũ:& uocẽ tonitruorũ magnorũ dicẽtiũ,alleluia:quoniã regnauit dominus deus noster omnipotẽs. Gaudeamus & exultemus & demus gloriã ei, quia uenerũt nuptiæ agni,& uxor eius pręparauit se.Et datũ est illi, ut cooperiat se byssino splẽdẽti & cãdido.Byssinũ enim iustificatiões sunt sanctorũ.Et dixit mihi:Scribe:Beati qui ad cœnã nuptiarũ agni uocati sunt.Et dixit mihi:Hæc uerba dei uera sunt.Et cecidi ante pedes eius,ut adorarẽ eũ. Et dixit mihi: Vide ne feceris. Cõseruus tuus sum,& fratrũ tuorũ habẽtiũ testimoniũ Iesu. Deũ adora. Testimoniũ enim Iesu est spiritus prophetiæ.Et uidi cœlũ apertũ:& ecce equus albus,et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerax:et cũ iusticia iudicat et pugnat. Oculi autẽ eius sicut flamma ignis,et in capite eius diademata multa,habens nomen scriptum,quod nemo nouit nisi ipse. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine:et uocabatur nomen eius,uerbum dei.Et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis albis uestiti byssino albo et mũdo:et de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus:ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in uirga ferrea

A

B

C

D

rea. Et ipse calcat torcular uini furoris & iræ dei omnipotentis. Et habet in uestimento & in femore suo nomen scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus quæ uolabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magni dei, ut edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & E carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omniũ liberorum ac seruorum, & pusillorũ ac magnorũ. Et uidi bestiã & reges terrę, & exercitus eorũ cõgregatos ad faciendum prælium cũ illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehẽsa est bestia, & cum illa pseudo propheta, qui fecit signa coram ipsa, in quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui coniecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure: & cæteri occisi sunt gladio sedentis super equum, qui procedit ex ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

A ET uidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehẽdit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit eum, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et uidi B sedes, & sederũt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter sermonem dei, & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginẽ eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: & uixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri uero mortuorum non reuixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. C Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In ijs secunda mors non habet potestatẽ, sed erũt sacerdotes dei & Christi, & regnabũt cũ illo mille annis. Et cũ cõsummati fuerint mille ãni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit ut seducat gẽtes quæ sunt sup quatuor ãgulos terrę, Gog & Magog, ut congreget eos in pręliũ, quorũ nũerus est sicut arena maris. Et ascẽderunt sup latitudinẽ terræ, &

circunierunt

rea. Et ipse calcat torcular uini furoris iræ dei omnipotentis. Et habet in uestimento & femore suo scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantem in sole: & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus quæ uolabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magnam dei, ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum ac seruorum & pusillorum ac magnorum. Et uidi bestiam & reges terræ & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudo propheta, et qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ: & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

1.Tim.6 e

CAP. XX

ET uidi angelum descendentem de cœlo habentem clauẽ abyssi, & catenã magnã in manu sua. Et apprehẽdit draconẽ serpẽtem antiquum qui est diabolus & sathanas: & ligauit eũ per annos mille: & misit eũ in abyssum: & clausit & signauit super illũ ut non seducat amplius gẽtes, donec cõsummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore. Et uidi sedes: & sederũt super eas, & iudicium datum est illis. Et animas decollatorũ propter testimoniũ Iesu: & propter uerbũ dei, & qui non adorauerũt bestiam: neq; imaginem eius: neq; acceperunt characterẽ eius in frontibus aut in manibus suis: & uixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri uero mortuorũ non uixerunt, donec consummẽtur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes dei & Christi eius: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur sathanas de carcere suo: & exibit & seducet gentes quæ sunt super quattuor angulos terræ Gog & Magog: & congregabit eos in pręliũ quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderũt super latitudinẽ terræ, &

Deu.7 b

Ezech.38 A

 cirunierunt

circumierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudo propheta cruciabũtur die ac nocte in secula seculorum. Et uidi thronum magnũ candidum & sedentem super eũ, à cuius conspectu fugit terra & cœlũ, & locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos, qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis secundũ opera ipsorum. Et infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro uitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

Deu.12 a

ET uidi cœlum nouum, & terrã nouã. Primum enim cœlũ, & prima terra abijt, & mare iã nõ est. Et ego Ioannes uidi sanctã ciuitatem Hierusalẽ nouã descendentẽ de cœlo, à deo paratã, sicut sponsam ornatã uiro suo. Et audiui uocem magnam de cœlo dicentẽ: Ecce tabernaculũ dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi eius erũt, & ipse deus cũ eis erit eorũ deus. Et abstersurus est deus omnẽ lachrymã ab oculis eorũ. Et mors ultra nõ erit neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quia prima abierũt. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dixit mihi: Factũ est. Ego sum alpha & Ω, initium & finis. Ego sitiẽti dabo de fonte aquę uiuæ gratis. Qui uicerit, possidebit omnia, & ero illi deus, & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & scortatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mẽdacibus pars illorũ erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secũda. Et uenit ad me unus de septẽ angelis habentibus septẽ phialas plenas septẽ plagis nouissimis, & locutus est mecũ, dicens: Veni & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me spiritu in montem magnũ & altũ, & ostendit mihi ciuitatem magnam, sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à deo, habentẽ claritatem dei. Et lumen eius simile lapidi preciosissimo

Esai.65 c
Ezech.43 a
Esa.25 a
Supra 1 b

circumierũt castra sanctorũ & ciuitatem dilectam. Et descẽdit ignis à deo de cœlo & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnũ ignis & sulphuris: ubi & bestia & pseudo prophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et uidi thronum magnum candidum & sedentem super eum: à cuius cõspectu fugit terra & cœlũ, & locus nõ est inuẽtus ab eis. Et uidi mortuos magnos, & pusillos stãtes in cõspectu throni: & libri aperti sunt: & alius liber apertus est qui est uitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundũ opera ipsorum. Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnũ ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro uitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

D E

CAP. XXI

ET uidi cœlum nouum & terram nouam. Primũ enim cœlum & prima terra abijt: & mare iam non est. Et ego Ioannes uidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendẽtem de cœlo à deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de throno dicentẽ: Ecce tabernaculum dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: & ipse deus cũ eis erit eorum deus. Et absterget deus omnẽ lachrymã ab oculis eorũ. Et mors ultra nõ erit neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierũt. Et dixit: qui sedebat in throno: Ecce noua facio oĩa. Et dixit mihi: Scribe quia hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum Alpha & o: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, possidebit hæc. Et ero illi deus: & ipse erit mihi filius. Timidis autem & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & ueneficis & idololatris & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et uenit ad me unus de septẽ angelis habẽtib. phialas plenas septẽ plagis nouissimis: & locutus est mecum, dicens: Veni & ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnũ & altũ, & ostẽdit mihi ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ descẽdentẽ de cœlo à deo, habentẽ claritatẽ dei. Et lumen eius simile lapidi precio

A B C

ciosissimo tanquã lapidi iaspidi crystallizanti. Et habebat murũ magnum & altum, habentẽ portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & nomina inscripta, quę sunt noia duodecim tribuũ filiorum Israel. Ab oriente portæ D tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres, & murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensurã arundineã aureã, ut metiretur ciuitatẽ & portas eius, et murũ eius. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quãta & latitudo, et mẽsus est ciuitatẽ de arundine aurea per stadia duodecim milia, et longitudo et altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centum quadragintaquatuor cubitorũ, mensura hominis quę est angeli. E Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas aurũ mundũ, similis uitro mũdo, & fundamẽta muri ciuitatis omĩ lapide pcioso ornata. Fundamentũ primũ, iaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: quartũ, smaragdus: quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octauum, berillus, nonum topazius: decimũ, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt, per singulas, & singulæ portæ singulis margaritis, & platea ciuitatis aurũ mundum, tanquam uitrum perlucidum. Et tem- F plum non uidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neque luna, ut luceat in ea. Nam claritas dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes, quæ seruatæ fuerunt in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam, & portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni.

CAP. XXII

A ET ostendit mihi purũ fluuiũ, aquæ uiuę, splendidũ tanquã crystallũ, procedentem de sede dei & agni. In medio plateæ eius, & ex utraq; parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos red

ciosо tanquam lapidi Iaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, et in portis angulos duodecim, & nomina inscripta quę sunt nomina duodecim tribuũ filiorum Israel. Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum & agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam aureã, ut metiretur ciuitatem, et portas eius, et murum. Et ciuitas in quadro posita est, & lõgitudo eius tanta est quanta & latitudo, & mensus est ciuitatẽ de arundine aurea per stadia duodecim milia, & longitudo & altitudo, et latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est muros eius centum quadragintaquatuor cubitorum mensura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide: ipsa uero ciuitas aurum mundum, simile uitro mundo: & fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Et fundamentum primum Iaspis: secundum Saphyrus: tertium Calcedonius: quartum Smaragdus: quintum Sardonyx: sextum Sardius: septimum Chrysolithus: octauum Beryllus: nonum Topazius: decimum Chrysopassus: undecimũ Hyacinthus: duodecimũ Amethistus. Et duodecim portæ duodecim Margaritæ sunt per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis Margaritis: & platæa ciuitatis aurum mundum tanquam uitrum perlucidum. Et templum non uidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus. Et ciuitas nõ eget sole neq; luna, ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Et ambulabũt gentes in lumine eius, & reges terræ afferent gloriam suã & honorem in illa. Et portæ eius non claudentur per diem. Nox enim nõ erit illic, & afferẽt gloriã & honorem gentiũ in illam. Non intrabit in eã aliquid coinquinatum aut abominationẽ faciẽs & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni.

Zach. 2 a
Ezech. 43 b
Esa. 60 b

CAPVT XXII

ET ostendit mihi fluuiũ aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystallum procedentem de sede dei & agni. In medio plateæ eius, & ex utraq; parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos red

Ezech. 47 a
Zach. 14 b

reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentiũ. Et omne maledictum nõ erit amplius, sed sedes dei & agni in illa erit, & serui eius seruient illi. Et uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus suis. Et nox illic non erit, & non egent lumine lucernæ, neq; lumine solis, quoniã dominus deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia sunt, & uera. Et dñs deus sanctorum prophetarũ misit angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui & uidi hæc. Et postquã audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant uerba *prophetiæ* libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne obsignaueris uerba prophetiæ libri huius. Tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc, & qui sordidus est, sordescat adhuc, & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc, & ecce uenio cito, & merces mea mecum est, ut reddam unicuiq; ut opus illius erit. Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui seruant mandata illius, ut sit potestas eorum in ligno uitę, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum ut testificaretur uobis hæc in ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, ueni. Et qui audit dicat, ueni. Et qui sitit, ueniat, & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius è libro uitæ & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam uenio cito. Amen, etiam: ueni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amen.

Esa.60 d
Act.10 14
Supra 1. 11
Esa.55 4
Ioan.7 d

reddens fructum suũ, et folia ligni ad sanitatẽ gentium. Et omne maledictum nõ erit amplius, sed sedes dei & agni in illa erũt, & serui eius seruient illi. Et uidebunt faciẽ eius & nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra nõ erit, & non egebunt lumine lucernæ, neq; lumine solis, quoniã dñs deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorũ. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelissima sunt & uera. Et dñs deus spirituum prophetarum misit angelum suũ ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui & uidi hæc. Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi: Vide ne feceris: Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui seruant uerba prophetiæ libri huius. Deũ adora. Et dixit mihi: Ne signaueris uerba prophetiæ libri huius. Tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et qui iustus est, iustificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce uenio cito, & merces mea mecũ est, reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha & o, primus et nouissimus, principium & finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, et idolis seruientes, & omnis qui amat, et facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum testificari uobis hæc in ecclesijs. Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus et sponsa dicunt, ueni. Et qui audit dicat, ueni. Et qui sitit, ueniat, et qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetię huius, auferet deus partem eius de libro uitæ, & de ciuitate sancta, et de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam uenio cito, Amen. Veni domine Iesu. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus nobis, Amen.

B C D

NOVI TESTAMENTI FINIS.

INTERPRETATIONES PRAECIPVORVM ET PROPRIORVM HEBRAICORVM CHALDAICORVMQVE NOMINVM

iuxta alphabeti ſeriem, ad Hebraicam ueritatē accuratiſſime emendatæ per Seb. Munſterum.



Aron, Heb. Aharon mons aut conceptio.
Ab & Chal. Abba. pater.
Abadlia, ſeruus uel ſeruitium domini.
Abacuck, Heb. Habacuck amplexus, uel abſcondens euacuationem.
Abadon, perditio, exterminium.
Abana, lapideus, uel ædificatio.
Abaria, tranſitus domini.
Abarim, tranſitus, progreſſiones.
Abdiel, miniſtrans deo, uel ſeruus dei.
Abdimelech, ſeruus regis.
Abdenago, ſeruus ſplendoris eius.
Abdias, ſeruus domini.
Abdiel, ſerui mei deus, uel ſeruiens deo.
Abdon, ſeruus doloris uel uanitatis.
Abel, Heb, Hæbel, uanitas. Item Abel per aleph, luctus.
Aben ezer, lapis auxilij.
Aben boen, lapis pollicis.
Abeſſalom, pater pacis, uel pater conſummationis.
Abia, pater domini.
Abiam, pater maris, item patris mei populus.
Abiaſaph, patris mei congregatio.
Abiathar, patris mei abundantia.
Abida, pater mi ſcias, uel pater cognitionis.
Abiel, pater meus deus.
Abiezer, pater auxilij.
Abigail, patris mei exultatio.
Abiahil, pater fortitudinis aut diuitiarum.
Abihu, pater meus eſt.
Abihud, pater gloriæ.
Abimelech, pater meus rex.
Abinadab, pater meus ſpontaneus.
Abinoam, pater meus pulcher, uel iucundus.
Abiram, pater meus excelſus.
Abiſag, patris mei apprehenſio, uel patris ignorantia ſeu error.
Abiſai, patris mei munus.
Abiſua, pater meus diues, uel patris clamor.
Abiſur, patris murus: & per zade, pater meus robuſtus.
Abital, pater roris: compoſitum ex Hebræo & Chaldaico.
Abiud, patris iactus, uel patris confeſſio.
Abitub, pater meus bonus.
Abner, pater lucernæ.
Abra, per ain, tranſitus: per aleph, ala uel robur.
Abram, pater excelſus.
Abraham, pater multitudinis, uel pater uidens multitudinem.
Abrech, pater tener, uel præpoſitus, nomen eſt quod Pharao Ioſepho in Aegypto impoſuit.
Abſalom & non Ablalon, pater pacis, uel integritatis, aut retributionis,

Accos, ſpina uel æſtas.
Accub, ueſtigium uel ſupplantatio.
Achan, conturbator.
Achab, frater patris.
Achaz, fortis uel apprehendens.
Accaron, ſterilitas uel fundamentum.
Acheldemach ſeu uerius, hakal dema, ager ſanguinis, Chaldæum eſt.
Achi uel potius Ahi, frater, & hinc multa componuntur nomina.
Achia, frater domini.
Achiezer, frater auxilij.
Achiud, frater laudis & confeſſionis.
Achimaas, in zade deſinens, frater cōſilij, uel frater conſiliarius.
Achim, fratres. Et cum Kuph conſurgens.
Achimai, frater aquarum mearum.
Achimelech, frater meus rex.
Achinoem, frater decorus uel iucundus.
Achior, fratris lumen.
Achis, certe eſt, uel ſic eſt, uel attamen uir.
Achiſamech, frater ſuſtentans uel coniungens.
Achitob, frater bonus.
Achitophel, frater inſulſus ſeu fatuus, aut frater ruinæ.
Achor, turbator, de quo in Ioſue.
Achzib, mendacium, mendax uel utiq; fluens.
Ada, teſtimonium.
Adad, per aleph, perditio, per he, clamor, celeuma.
Adadezer, Heb. Hadadezer, decorū auxilium, uel clamor auxilij.
Adaias, teſtimonium domini.
Adam, terrenus, rufus: quidam addunt, ſed inepte, ſanguineus.
Adama, humus rufa.
Adar per ain, grex: per aleph, pallium uel magnificus, per he, gloria, decor.
Adarezer, decor auxilij.
Adbeel, contriſtans deum, uel nubes in deo.
Addo, teſtis eius.
Adiel, ornatus dei, uel teſtis meus deus.
Adon & Adonai, dominus & dominus meus, uel domini mei.
Adonias, dominator dominus, uel baſis domini.
Adonis, amaſius Veneris, ſed nō eſt Hebraicum. Nam Hebræi uocant hoc idolum Tamuz, Eze. 8.
Adonibezeck, domini fulgur, uel dominus fulguris.
Adoniram, dominus excelſus.
Adoniſedeck, qer zade, domini iuſtitia.
Adramelech, pallium regis.
Adulam, teſtificati ſunt eos.
Aduram, magnificentia eorum.
Aenon, fons, ſcaturigo.
Aegyptus, Hebraice Mizraijm, tribulationes anguſtiæ.

Aethiopia, Hebraice Cusch, idem quod niger.
Agag, tectum uel solarium.
Agabus seu Hagabus, per heth, locusta: per he, sublimis.
Agar, Heb. Hagar, peregrina, uel quæ inhabitat, aut incitatrix.
Aggeus, Heb. Haggeus, festiuus.
Ahia, frater domini.
Ahiam, frater matris.
Ahicam, frater resurgens.
Ahaz, apprehendens uel obtinens.
Ahihel, frater dei.
Ahiezer, fratris auxilium.
Ahilaim, frater illis, uel dolore afficiam eos.
Ahiman, frater quis, uel fratrem constitue.
Ahilud, frater Libyæ, uel frater geniture.
Ahimelech, frater meus rex.
Ahinadab, frater spontaneus.
Ai, per ain, aceruus uel uastitas.
Aicham, Heb. Ahikam, frater consurgens.
Ain, fons uel oculus.
Air, ciuitas, oppidum.
Aleph, mille, uel doctrina.
Alleluia, Heb. Halleluia, laudate dominum.
Alphæus, millesimus uel doctus.
Amalech, populus lambẽs, uel labor retusus.
Aman, Heb. Haman, strepitus eorũ, uel qui constituit.
Amana, fides.
Amarias, uerbum uel sermo domini.
Amasa, populum tolle.
Amasai, populi munus.
Amasias, onus domini.
Amazias, per zade, fortitudo domini, quarto Reg. decimoquarto.
Amathi, uerus, ueritas.
Amen, quasi hiamen, uerum fiat, firmum sit.
Amiel, populi mei deus.
Ammisaddai, populus omnipotentis.
Amiotal, Heb. Hamiutal, feruor roris.
Ammiur, Heb. Ammihur, populus libertatis, uel populus perforatus.
Aminadab, populus meus spontaneus.
Ammiud, populi mei decor uel confessio.
Ammon, populatio: uel populus uanitatis.
Amon & Amnon, per aleph, fidelis.
Amorræus, dicens, loquens.
Amos per zade, fortis.
Amos per samech, onus.
Amraphel, uerbo cadens.
Amram, populus excelsus.
Amri per ain, manipulus.
Ana, respondens uel afflictio.
Anna, Heb. Hanna gratificatio, donatio.
Anachim, torques.
Anamelech cum heth, gratificatio regis, cum ain afflictio regis.
Annaneel, Heb. Hananeel, gratia dei.
Ananias, Heb. Hananias, gratificatio dei.
Annas, gratificatio.
Anatoth, responsiones uel afflictiones.

Andreas, uirilis, Græca uox est ab Hebræis usurpata.
Aniel, Heb. Haniel, gratus deo.
Antipas, contra omnem, Græcum.
Apedno, cinctorium eius uel thronus.
Ar, suscitatio uel euacuatio.
Arabia, mixtura uel uespera.
Arachæus, longus.
Arad, asinus syluestris.
Aram, Syria, excelsus.
Ararat, Armenia, maledictio currentis.
Aranna, irrigatio.
Aran, montanus prægnans.
Areth, altare, leo dei & lux dei.
Arbea, quatuor.
Arphad, stratorium.
Arphaxat, lenis extensio.
Argob, illuminans tergum, uel lux alta.
Ariel, leo dei.
Arimathia, suscitans donum dei, uel mons doni dei.
Arioch, prolixitas uel inebriatio tua.
Arnon, arca, uel illuminatio mœroris.
Aroer, exinaniens uigilem, myrica.
Artaxerxes, Chal. Arthachschasta, incertũ quid in Chald. sonet.
Asa: sanans, per samech.
Asabia, herba domini.
Asael, Heb. Hazael, uidens deum.
Asaph, congregans aut finiens.
Asaia, factura domini.
Ascalon, ponderatio, ignis ignominiæ.
Ascenez, Germanica natio, secũdum modernos Iudeos: potest etiam sic uerti, ignis sic sparsus
Aser, beatus.
Asermoth, atriũ mortis, sed in Heb. habet à fronte heth.
Aseroth, Heb. Haseroth, atria.
Asenath, mors, exitium.
Asion gaber, medietas hominis, uel consiliũ uiri.
Assyria, beatus uel munus.
Asor, atrium.
Asrael, qui est dei, uel beatitudo dei.
Astaroth per ain, greges, caulæ.
Assuerus, Heb. Ahasueros, frater radicatus.
Assur, beatificatus, uel incessus.
Atad, spina, rhamnus.
Athalia, tempus uel occasio domini.
Atarot, coronæ, circuli.
Athumoth, obturatæ, uel occultæ.
Aua, iniquitas.
Auothiair, Heb. Hauothiair, uiculi, uel castella illuminata.
Axa, ornamentum, uel furor.
Azabias, Hab. Hazabias, uidens patrẽ dominũ.
Azael, Heb. Hazael, uidens deum.
Azareel, adiutorium dei.
Azarias, auxilium domini.
Azecha, per aleph, catena: per ain, annulus, sigillum.
Azotus, Heb. Asdod, ignis patrui uel uberis.

Azuba, derelicta.

BAal, maritus, dominus habens, inde Baalim idola, & Beelzebub, pro quo Heb.
Baalzebub, magister muscæ.
Baalpharasim, uir diuisionum.
Baalgad, uir fortunæ.
Baalbrith, dominus fœderis.
Baal Hermon, dominus exterminij.
Baalmaon, uir habitaculi.
Baaloth, in ascensionibus.
Baalsalisa, uir ternarius.
Baalthamar, habens palmam.
Baasa, uenit faciens, uel in opere.
Babel, confusio, commixtio.
Badaias, in sufficientia domini.
Badan, in iudice.
Bahurim, electi iuuenes.
Bagad, uestis uel feliciter.
Balaam, sine populo.
Balach, exterminator.
Bala, inueterata.
Baldad, absq; amore, uel non patruus.
Bale, deuoratio.
Baltasar, Chal. Balschazer, inuestigator thesauri.
Bama, Excelsum, uel in quo.
Bamoth, excelsa, altaria.
Bana, ædificauit.
Banaias, ædificium dei, uel filius domini.
Bar, filius Chald.
Barrabas, filius magistri.
Barach, Heb. Barac, fulgur.
Barachel, fulgur dei, & cum Caph, benedictio dei.
Barachias, benedictio domini.
Bariona, filius columbæ: Chal.
Barad, grando in descensu.
Bartholomeus, filius sulci uel acerui.
Barnabas, filius prophetæ, uel filius consolationis,
Barsabas, filius pœnitens uel rediens.
Barthimæus, filius perfectus uel admirabilis.
Baruck, benedictus.
Barzilai, ferreus.
Basan, locus pinguis.
Basematu, in deuastatione.
Bathsaba, filia septimæ uel filia iuramẽti, nomen uxoris Vriæ.
Bathuel, filia dei, uel mensura dei.
Baurim, Heb. Bahurim, electi adolescentes.
Bazatha, contemptus, despectio.
Becher, primogenitus.
Becherias, primogenitus domini.
Bethsabee, Heb. Bathsaba, ut supra.
Beelphegor, Heb. Baalpheor, habens hiatum.
Beelsephon, habens absconditum.
Beelzebub, dominus muscæ.
Behemoth, belua, fera.
Beera, fons, puteus.
Beelmon, habens habitaculum.
Bel, uetustas uel confusio.
Bela, uetustas,
Belial, absq; iugo, impius.
Ben, filius. inde fiunt compositiones.
Beneniaacan, filij tribulationis.
Ben decar, filius transfixionis.
Benhail, filius fortitudinis.
Benhur, filius libertatis.
Benedab, Heb. Benedad, filius clamoris.
Bengaber, filius fortis.
Beniamin, filius dextræ.
Bennon, filius mœroris.
Ben Oni, filius mœroris mei, uel uirtutis meæ.
Ben Nun, filius piscis.
Beor, in luce, uel incensio.
Ber & Bera, fons, puteus.
Beri, filius meus, uel puteus meus.
Berith, fœdus, pactum.
Beroth, putei, fontes.
Bersabee, puteus iuramenti, nomen loci. Mater uero Salomonis, non uocatur Bersabee, sed Bethsabee.
Berzellai, ferreus.
Beseleel, in umbra dei.
Besor, nuncium uel incarnatio.
Beth, domus, inde.
Beth Araba, domus planiciei.
Bethacaren, domus sterilitatis.
Bethagla, domus uitulæ.
Bethamoth, domus mortis.
Bethanan, domus gratiæ.
Bethania, domus gratiæ, uel domus afflictionis, si scribas per ain.
Betharam, domus sublimitatis.
Betharan, domus furoris.
Bethauen, domus uanitatis seu idoli.
Bethdagon, domus piscis.
Bethemec, domus uallis.
Bethgamul, domus retributionis.
Bethel, domus dei.
Bethiesimoth, domus deserti.
Bethphage, domus seu locus ficuum, uel locus maxillæ.
Bethphalet, domus salutis.
Bethpheor, domus hiatus.
Bethlehem, domus panis.
Beththaphna, domus pomi.
Bethmaon, domus habitaculi.
Bethoron, domus furoris.
Bethsaida, domus uenationis uel deuastationis.
Bethsabee, domus iuramenti, uel saturitatis.
Bethsames, domus solis.
Bethsur, domus petræ.
Bethulia, uirgo domini.
Bezech, fulgur.
Bithia, filia domini.
Boanerges, filij tonitrui.
Bocci, lugens: & cum kuph, uomens.
Bochri, primogenitus meus.
Booz, in quo robur.
Bosra, prohibitio, uindemia.
Bosor, munitio uel uindemia.

Buzi, contemptibilis.
Breschith, in principio.
CAath, Heb. Kahath, hebetatio seu retusio, item congregatio.
Cabzeel, congregatio dei.
Cademoth, principia priora.
Cades, sanctitas: item scortatio.
Cademoth, antiquitates.
Cades barne, sanctitas filij mobilis.
Cain, possessio, acquisitio.
Cainan, nidificatio.
Caleb, canis, uel iuxta cor.
Camuel, surrexerunt deo.
Cana, zelus uel arundo.
Caphtor, nodus, sphærula,
Caph. manus, curuus.
Caphernaū, uilla consolationis.
Carchamis, uinea uiri.
Caree, caluus.
Cariath, dissyllabum, ciuitas.
Cariath iarim, ciuitas syluarum.
Cariath arbe, ciuitas quatuor.
Ceriathbaal, ciuitas domini.
Cariathaim, ciuitates duæ.
Cariat sepher, ciuitas libri uel literarum.
Carmelus, campus frugifer, far contritum,
Carmi, uinea mea.
Carnaim, cornua,
Cartha, ciuitas.
Casleu, mensis anni tertius, hoc est, nouember.
Cedar, mœror, caligo, nigredo.
Cedron, denigratio, tristicia.
Cedes, sanctitas.
Cephas, Chal. petra, saxum.
Ceila, uallis, uel tentorium.
Cenereth, cithara.
Cenez, zelus, sparsus.
Cerethi, succisor, exterminator.
Cethæus, Heb. Hethæus, formidabilis.
Cethim, italia, item contritiones.
Cethura, suffumigata.
Chabul, terra infructuosa.
Chaldæa, Heb. Chasdim, quasi agri.
Chalne & Chalanne, quasi diuersorium.
Cham, Heb. Ham, calidus.
Chamos, quasi contrectatio.
Chamuel, surrexerunt deo.
Chana, zelus, æmulatio.
Chanaan. negociator uel humiliatio.
Charran, ira, furor.
Chermel, locus fertilis.
Cherub, imago hominis, item quasi multitudo, capitur etiam pro qualibet pictura.
Chobar, multiplex, fortis.
Chodchod, uertex, fastigium.
Chodorlaomor, quasi generatio manipuli.
Chonenias, pauimentum domini.
Chore, Heb. Chorah, clauus.
Chorreus, Heb. Horræus, iracundus.
Chorozaim, quasi arcana.
Chus, Aethiopia.
Chusai, Heb. Husai, festinans.
Chusi, niger, Aethiops.
Cinæus, possidens.
Cinoth, lamentationes.
Cis, Heb. kis, durus.
Cison, durities, uel cucumerarium,
Corban, donum.
Coheleth, ecclesiastes seu concionator.
Cyrus, Heb. Chores, uicia, frumenti species.

DAbre iamim, uerba dierum, Heb. Dibre iamim, id est, paralipomenon liber.
Dagon, piscis, uel piscatio.
Dalila, non Dalida, attenuata, depauperata.
Dalmanuta, tenuis numeratio.
Damascus, sanguinem potans, uel qui procuratorem agit.
Dan, iudicium, iudicans.
Daniel, iudicium dei.
Darius, Heb. Dariauesch, inquisitio, scrutinium.
Dathan, constitutio uel lex eorum.
Dauid, dilectus uel manu sufficiens.
Deblatha, carica, massa ficuum.
Debir, oraculum, item loquutio.
Debora non Delbora, apis, nomen mulieris.
Dedan, hoc iudicium, uel mamilla eorum.
Deleth & Daleth ianua.
Denaba, iudicium uenit, uel Chald. cauda.
Dinon, idem quod stercus uel sanguinolentia.
Dibon, sufficientia intellectus.
Dina, causa, iudicium.
Dithalassum, Isthmos, duplex mare, & est Græca dictio.
Dodan, patruus eorum.
Doeg, solicitus, mœrens.
Domim, sanguinea, rufa.
Don, iudicium uel iudex.
Dor, ætas, generatio.
Dorcas, Chal. Tabia, caprea.
Dothain, leges, statuta.
Dura, habitatio, pyra. Chald.

EBal, aceruus uetustus.
Ebrona per ain, transitus.
Ebron, Heb. Hebron, societas, commercium, incantatio.
Eden, uoluptas.
Edom, rufus. terrenus.
Edraim, greges.
Eglon, uitulus uel quadriga.
Aegyptus, Heb. mizraim, tribulationes.
El, deus, fortis, potens.
Ela, maledictio, execratio: item quercus.
Elam, mundus uel absconsio.
Eleale, dei ascensus.
Elkana, non helkana, dei possessio.
Elchanan, deo gratus.
Eleazar, deus adiutor.
Eleph, mille.
Eli, deus meus.
Elias, deus dominus.

Eliasaph, dei augmentum.
Eliab, deus meus pater.
Eliachim, deus meus suscitabit.
Eliada, deus cognouit.
Eliasub, deus meus conuertet.
Eliezer, dei mei adiutorium.
Eliphal, deus meus mirabilis.
Eliphalet, deus meus saluans.
Elimas, subuertens, uel dei mei tactus.
Elim, dij, fortes, arietes.
Elimelech, deus meus rex.
Eliphaz, dei aurum.
Elisaphan, deus aquilonis.
Elisaphat, dei iudicium.
Elisabeth, dei mei saturitas.
Elisama, deus meus audiuit.
Elisæus, deus meus saluator.
Elihu, deus meus est.
Eliud, dei mei confessio.
Elle haddebarum, Hæc sunt uerba titulus Deuteronomij.
Elle schmoth, Hæc sunt nomina, titulus libri Exodi.
Elnathan, deus dedit.
Eli, deus meus: Eloha, deus: in plurali, Elohim, dij.
Elon, quercus, robur.
Elul, ultimus anni mensis, Augusto nostro respondens.
Emath, Heb. Hemat, uenenum, furor, hydria.
Emanuel, Heb. Immanuel uobiscum deus.
Emaus, mater festinans, uel mater consilij.
Emmer, uerbum, sermo.
Emim, populi horrendi.
Emor. Heb. Hemur, asinus.
Enach, Heb. Enak, gigas, torques, inde Enachim potentes.
Enai, fons meus, uel oculi mei.
Enan, nubes.
Encænia, dedicatio, Græcum.
Endor, oculus uel fons generationis.
Engaddi, Heb. Engedi, fons uel oculus hœdi.
Engallim, fons procellarum uel scaturiginum.
Engannim, fons hortorum.
Enoch, Heb. Henoch, dedicatus.
Enos, homo, uir.
Ensames, fons uel oculus solis.
Ephetah, adaperire, sis apertus.
Ephi, modius, mensura.
Ephod, cinctorium, superhumerale.
Ephraim, germinationes, augmenta.
Ephra per aleph, frugifera: per ain, puluis.
Ephrem, fertilitas eorum,
Ephron, puluerisatio.
Epher, fauilla, cinis.
Epinicion, celebritas, carmen.
Esaias, Heb. Isaiahu, salus domini.
Esau, factura uel fecit eum.
Eschol, uua, botrus.
Esdras, Heb. Ezra, auxilium.
Esebon, Heb. Hesbon, computatio, cogitatio.
Esriel, beatitudo dei.

Esthaol, postulatio, uel mulier stulta.
Esron, Heb. Hezron, clangor.
Ester, absconsio.
Ethan, fortis, robustus, idem Ethan per aleph.
Ethæus, Heb. Hethæus, formidabilis.
Eua, Heb. Haua, uita, uiuificatio, item calamitas, miseria.
Euæus, ferox, peruersus.
Euphrates, Heb. Phrat, frugifer.
Euil, stultus, insipiens.
Euilmerodach, stultus amaritudine pressus.
Euilath, heb. Heuila, dolens, infirmitas, partus.
Euim, iniqui, peruersi.
Ezecha, Heb. Hezeka, fortitudo.
Ezechias, Heb. Hizkia, robur domini.
Ezechiel, Heb. Iehezkel, fortitudo dei.
Ezra, auxilium.
Ezraites, indigena.
Ezrael, auxilium dei.
Ezrikam, auxilium meum surrexit.

F literam Hebræi non habent, sed pro ea utuntur ph, uide ergo infra in ph nomina quæ apud Latinos ab f. incipiunt.

GAbaa, & gabaat & gabaon, collis.
Gabatha, locus æditus, sublimitas.
Gabelus, terminus, limes.
Gabim, cisternæ uel sublimitates.
Gaber, uir, fortis.
Gabriel, fortitudo dei.
Gad, succinctus uel fortuna.
Gadgad, expeditio.
Gader, murus, sepes.
Gaderoth, maceriæ.
Gal, aceruus, cumulus, gurges.
Galaad, aceruus testimonij, Heb. Gilead.
Galgal & galgala, rota, orbis.
Galilæa, confinium, terminus: item reuolutio.
Gallim, aceruí uel fluctus.
Gamaliel, retributio dei.
Gamarias, perfectio dei.
Gamuel, absorbitio dei.
Gan, hortus.
Garizim, excisiones.
Garmi, osseus, fortis.
Gaza, Heb. Aza, fortis.
Gazer, diuisio, sententia.
Gedeon, contritio.
Gebal, terminus.
Geddiel, hœdus dei.
Gedera, murus.
Gehenna, Heb. Gehinnam, uallis gratiæ eorum.
Gelboe, aceruus tumoris uel ebullitionis.
Gelonites, transmigratio mea.
Genezar, ortus extranei.
Geon, Heb. Gihon, unus ex paradisi fluuijs, & potest exponi pro extractione.
Gerar, geraris, serratura.
Gergesæus, aduena propinquans,
Gerson, Heb. Gersam, aduena ibi. Sed Gerson, à quo Gersonitæ, interpretatur eiectio.

Geſſen, in Heb. Goſen, terra paſcuoſa, dictio Ae-gyptiaca.
Geſſemani, uallis pinguis, in Matthęo & Marco.
Geſſur, applica ignem.
Geth, torcular, & Gethaim torcularia. Idem Ge-theus.
Gethrimmon, torcular mali punici.
Gihezi, uallis uiſionis.
Gimel, retribuit.
Gob, ciſterna uel locuſta.
Godolias, magnificentia domini.
Gog, tectum, ſolarium.
Goim, gentes, gentiles.
Golan, tranſmigratio.
Golgotha, cranium, caluaria.
Golias ſeu Goliat, tranſmigratio uel reuelatio.
Gomor, Heb. Amor, menſuræ genus.
Gomorrha, Heb. Amorra, manipulus, menſura.
Goſan, tonſio aut uellus.
Goſen, locus paſcuoſus in Aegypto.
Gur, catulus uel habitatio.

HAber, particeps, ſocius. Idem Habor.
Hadriel, greges dei.
Hapher per ain, puluis: per heth, foſſa uel fodiẽs.
Habacuc, luctator uel amplexator.
Hakal, dama, ager, ſanguinis.
Haccus, ſpina uel æſtas.
Hadrach, acutus & tener, uel conclaue tuum.
Haggæus, feſtiuitas domini.
Haga, meditatio, loquutio.
Hai, aceruus, per ain.
Hailon, per heth, uita pernoctantis, uel fortitudo doloris: per aleph, quercus.
Hahul, qui dolet.
Halac, portio, pars, lubricum.
Hamiel. populus meus dei,
Hamul, per heth, propitius factus: per ain, elabo-ratus.
Hanameel, gratia ex deo.
Hanani, gratioſus.
Hanath, per ain, reſponſio.
Hananiel, gratia dei.
Hananias, gratia domini.
Hanna, gratioſa.
Haniel, gratia dei, uel per ain, reſponſio dei.
Haſarmoth, atrium mortis.
Haſeroth, atria, ueſtibula.
Hauoth, uiculi, oppida.
Hazael, uidens deum.
Heber, tranſitus, ultra, & habet primam ain. Idem Hebræus.
Heber per heth, ſocius particeps.
Hebal, aceruus uetuſtatis.
Hares, ſol, teſta.
Hareth, ſculptura, libertas.
Haſabias, ſupputatio domini.
Haſadias, pietas domini.
Haſor, atrium, ueſtibulum.
Hebron, ſocietas, incantatio.
Hedai, prima cum ain, ornatus meus.

Hela cum aleph, quercus.
Helon, prima cum aleph, uallis.
Helcana, dei zelus, uel ad æmulationem.
Helchias, pars uel portio domini.
Heliopolis, ſolis ciuitas, & eſt Græca dictio.
Helleſmoth, heb. Ele ſmoth, iſta ſunt nomina, & uocatur ſic Exodus.
Heli, heb. Eli, deus meus. Item Heli cum ain, pi-la.
Helias, heb. Elija, deus dominus.
Heliab, pro Eliab, dei mei pater.
Heliaſaph, Deus meus addidit.
Helim, per aleph, arietes robuſti.
Heliſæus, deus meus ſaluat.
Heliu, heb. Elihu, deus meus ipſi.
Helnathan, deus dedit.
Hemath, Antiochia, furor, feruor.
Hemor, aſinus.
Heman, per he, ſonitus, fremitus.
Hennon, heb. Hinnam, ecce ipſe.
Her, per ain, uigilans, euacuans.
Herem, anathema, deuaſtatio.
Heri, uigil meus, cum ain.
Herma, anathema: idem Hermon.
Herodes, pellibus glorians. Hebræi tamen ſcribũt à principio cum he.
Heſebon, numerus, ſupputatio.
Heſter, abſconſio, latibulum.
Heth, pauor, formido. Idem Hethæus.
Heſron, ſagitta exultationis uel atrium.
Heua, priua noſtra parens, mater uiuentium.
Hæuæus, demonſtratus, indicatus.
Heuila, nomen regionis orientalis.
Hieruſalem, uiſio pacis.
Hin, menſura liquidorum.
Hiram, ſuccendit eos, uel æſtus eorum, uel uita ex celſa, aut ſi mauis unam eſſe dictionem, excom municatio.
Hiſmael, audiet deus.
Holophernes, infirmitas fructificans, uel aſcenſus contritus uel conterens.
Helda, ęuum, duratio mundi uel muſtela.
Hor, mons: uel per heth, foramen.
Horeb, ardor, ſiccitas, ſolitudo.
Horræus, liber uel iracundus.
Horma, deſtructio, anathema.
Hur, heb. Vr, ignis.
Hus, patria Iob, conſultatio.
Huſi, per heth feſtinus.

IA, dominus, dominator.
Iabes, ſiccitas arida, & quando deſinit in zade: triſtitia dolor, erubeſcentia.
Iabin, intelligentia.
Iacob euacuatio.
Iachabed, heb. Iachobod, ubi gloria.
Iachan, præparatio.
Iacob, ſupplantator, calcator.
Iadiel, ſcientia dei.
Iadaia, cognoſcens dominum.
Iahel, profectus, utilitas, caprea.

Hela, Iair,

Iair & Iairus, illuminans.
Iapheth, dilatatio.
Iamim, dies pluraliter.
Iamin, dextera.
Iamnia, dextera domini.
Iamuel, dies eius deus.
Iared, descensio.
Iarib, obiurgans uel multiplicans.
Iasub, reuersio, pœnitentia.
Iauan, cœnosus, uel contristans.
Iazer, adiutorium.
Iazias, auscultator domini.
Iaziel, auscultans deum.
Icabod, ubi gloria uel decor.
Idaia, cognitio domini, uel manus domini.
Idicla, dilectus amabilis.
Idithun, proiectio uel confessio.
Idumæa, rubedo.
Ieboc, euacuatio uel lucta.
Iebusæus, conculcator, præsepiator.
Iechenias, præparatio domini.
Iechonias, idem.
Iediel sciens deum.
Iehu, dominus ipse.
Iemini, dexter.
Iephone, respiciens, uertens.
Iephte, aperiens, aperiet.
Ierahmeel, misericordia dei.
Ieremiel, exaltabit deum.
Ieremias, exaltabitur dominus.
Iericho, luna u el mensis eius.
Ierimoth, timens mortem.
Ierobaal, disceptans contra Baal.
Ieroboam, dijudicans populum, uel augens populum.
Ierusalem, uisio pacis, uel timor perfectus.
Iesse, heb. Isai, existens, uel commodabit. Item munus.
Iesus, heb. Ieschua, salus.
Iesimoth, desolatio, deuastatio.
Iethro, abundantia eius.
Iezabel, insulæ hospitium uel habitatio.
Iezonias, auscultatio dei.
Iezrael, seminatio dei.
Ioab, desiderans, uel domini pater.
Ioachaz, dominum apprehendens.
Ioachim, domini resurrectio.
Ioas, domini oblatio, uel desperans.
Ioathan, heb. Iothan, dominus perfectus.
Iob, heb. ijob, inimicitia uel dolor.
Iobab, eiulatus, clamor.
Iobel & Iubelæus, cornu arietis.
Iochabed, domini honor.
Iool, confessio, laus.
Iohannan, & Ioannes, dei gratia uel deus gratificauit.
Ioel, incipiens, acquiescens, uolens.
Ioiada, dominum cognouit.
Ioiarib, dominus disceptabit.
Iona, columba uel depopulans.
Ionadab, domini liberalitas.
Ionathan, dominus dedit.
Ioppe, pulchritudo.
Ioram, domini exultatio.
Iordanis descensus.
Iosabeth, heb. Iosaba, domini, saturitas uel iuramentum.
Iosaphat, domini iudicium.
Ioseph, augmentum, additio.
Iosias, domini oblatio, uel existentia.
Iosedech, domini iusticia.
Iosue, salus, saluatus.
Irad, syluestris.
Isaac, risus, iocus.
Isachar, merces, uel est merces.
Isai, existens, uel salus. Item munus, oblatio.
Isaias, salus domini.
Isboseth, uir confusionis.
Iscarioth, incertum quomodo Hebraice scribendum sit.
Ismael, audiet deum, uel obediet deo.
Israel, principatus dei, uel dominabitur deo.
Ituræa, obturatio: uel Syriace, montanus.
Iubal, educetur, & riuus aquarum.
Iudas, confessio, laus. Idem Iudæa.

LAban, albus, candidus, uel later.
Lachis, ad Aethiopem, uel tibi existens.
Lais, leo. Laisa, leena.
Lama azabtani, & Cald. Lama sabactani, quare dereliquisti me.
Lamech, ad contritum uel contritionem.
Lamuel, cum eis deus.
Lapidoth, fulgura uel lampades.
Lazarus, in adiutorium.
Lebna, luna, albedo.
Læsem, lapis lygurius.
Lechi, maxilla. mandibula.
Lehem, panis.
Leui, adhæsio, adiunctio.
Leuiathan, societas uel coniunctio earum.
Lia, labor, fatigatio.
Libanus, candor, mons thuriferis abundās lignis.
Lobni, albus, candidus, uel luna.
Lot, inuolutus.
Lucas, Cald. percussura, heb. tardatio.
Lud, natiuitas uel generatio.
Luhit, tabulatum.
Luza, auellana nux.

MAacha, conquassatio, contritio, uel confixio. Idem Maachati.
Maala, heb. Mahala, chorus, uel infirmitas.
Maalon, heb. Mahalon, de fenestra uel infirmitas.
Maara, spelunca uel euacuatio.
Mahasia, refugium domini.
Maasias, opus domini.
Mabsap, munitio, protectio.
Machabæus, extinguens uel extinctor. Hebræi dicunt Hasmonai.
Machir, uendens, uenditio.

Machmas, percussor uel pauper tangens.
Maceloth, cœtus ecclesię.
Madai, mensuræ meæ, uel uestes meę
Madian, iudicium, causa.
Madmena, mensura, numeri.
Madon, contradictio.
Magdal & magdalum, turris magnitudo.
Magala, circulus, rotunditas, currus.
Magdiel, pomum dei.
Magdalena, turris eius, uel magnificentia eius.
Magedda, annunciatio.
Magog, contectio, contignatio.
Malach, angelus.
Malachias, angelus domini.
Malachim, reges: sin aleph interponas, sonat, angeli siue nuncij.
Malachot, regna.
Malaleel, laudans deum.
Malasar, plenus angustia.
Malcus, decollatio, iugulatio, uel rex consilij, uel regnum.
Mambre, Heb. Mamre, amaritudo, uel formido, aut si mauis perspicuitas.
Mammon & mammona, diuitiæ, substantia.
Mamser, spurius, nothus.
Mamuchan, habitatus, uel habitatio earum.
Man, præparatio scilicet cibi, unde manhu, præparatio illa, uel præparatum hoc, ubi translatio nostra habet, quid hoc.
Manaim, Heb. Mahanaim, castra, turmæ.
Manahen, Heb. Manahem, consolans, consolator.
Manasses, obliuiscens, obliuio.
Mane, Chal. Mne, numerauit.
Manue, Heb. Manoah, requies,
Maol, Heb. Mahol, chorus.
Maon cum ain, habitaculum.
Maozim, fortitudines.
Mara & Marath, amaritudo.
Maranatha, Syrum, dominus noster uenit.
Marcus, defricatio, purgatio: aut si mauis scribere per Caph. teneritudo.
Mardochæus, amaritudine contritus.
Maresa, caput principium: item hæreditas.
Maria, Heb. Miriam, dissyllabum, amarum mare, uel domina maris si interpreteris Chaldaice.
Marimuth, amaritudo mortis.
Martha per thet, depilatio, polities: et per tau, amaritudo uel domina.
Maspha, specula, speculatio, idem Masphat & masphe.
Masloth, Heb. Misle, prouerbia.
Masma, auditus, obedientia.
Matha & mathat, & mathan, donum.
Mathania, donatio domini.
Mathathias, donatio domini.
Matthæus & Mathias, donans uel donatus.
Mathusalem, mortem misit.
Mauman, strepitus, tumultus.
Mauiael, ostendens deum.
Medaba, aquæ criminis uel doloris.

Media, mensuræ meæ.
Melchi rex meus.
Melchias, rex dominus.
Melchiel, rex meus deus.
Melchizædec, rex iusticiæ.
Melchisua, rex salutis.
Melchon, rex eorum.
Mello, plenitudo, uel repletio.
Meneni, præparatio uel munus.
Meremoth, amaritudo, uel myrrha mortis.
Mem, ex ipsis.
Merari, amaritudo mea.
Meribaal, amaritudinem habens, uel litigãs cum marito.
Merob, multitudo.
Merodach, amaritudinem conterens.
Messias, Heb. Moschiah & Meschiag, Christus unctus.
Meselemia, pax domini uel perfectio domini.
Mesollan, pacificus, perfectus.
Mesopotamia, medium fluuiorum, Græcum uocabulum: pro quo Hebræi dicunt, Aramnaharijm, Syria duorum fluuiorum.
Mesraim, Heb. Mezraim, Aegyptus & interpretatur Latine, tribulationes, angustiæ.
Metabaal, lapsus mariti uel uiri, uel quàm bonus deus.
Micha, uel Micheas, quis hic.
Michael, quis sicut deus.
Michol, ex omnibus, uel continentia, uel quis omnia.
Miphiboseth, ex ore confusionis.
Misael, petitio uel à petente, item quis commodatus.
Misle, prouerbia, parabolæ.
Misphat, iudicium.
Mna, libra, talentum.
Moab, ex patre,
Modin, iudicium uel mensurantes.
Moyses, Heb. Mosche, extractus.
Molada, natiuitas.
Moloch & molech & milchom, rex & rex, uel regimen eorum.
Mool, Heb. Mohol, infirmitas, uel chorus.
Morathi, hæres meus, uel potius doctrina mea, iactus meus.
Morasthi, hæres meus.
Moria, uisio uel timor, & est mons quidam.
Mosel, ambulans.
Mosera, traditio, eruditio.
Mosellamoth, dominans morti.

NAaman, pulchitudo, amœnitas.
Naarias, puer domini.
Naas, Heb, Nahas serpens.
Naason, Heb. Nahson, augurium.
Nabaioth, prophetiæ.
Nabal, stultus, insipiens.
Naboth, fructus, prophetia, loquelæ.
Nabat, uisio, aspectus.
Nablum, musicum instrumentum.
Nabo, prophetia eius uel germen eius.

Nabuchodo-

Nabuchodonosor, Heb. Nebucadnezar, perplexus quasi custodia, uel fructus, hydriæ, flos, uel thesaurus.
Nabuzardan, sparsa basis.
Nachor, perforatus, uel quies lucis.
Nadab, uoluntarius, spontaneus.
Nadabia, uotum domini.
Nahaliel, torrens dei.
Naim, pulcher, iucundus.
Naioth, pulchritudo, decor, uel habitaculum.
Namsi, palpans uel palpatus.
Namuel, somnus dei.
Napheg, dissolutus.
Nathania, donum domini.
Nathan, dedit, & donum.
Nathanael, dedit deus.
Nathinnei, dati uel donati.
Naum, Heb. Nahum, consolatus.
Nazareth per zade, custodia uel uirgultum: sed per zain, consecratio, separatio.
Nazaræus, mundus, sanctus.
Nebo, uaticinium uel germen, fructus.
Nechao, clauus, percussus.
Nehemias, consolatio dei.
Nehiel, commotio dei.
Nemrod, uagus, rebellis.
Neptalim, Hebraice. Nephthali, associatio, coniunctio.
Ner, lucerna.
Nergel, lucerna acerui.
Neria, lucerna domini.
Netupha, gutta, gummi. Idem Netophati.
Nicanor, innocens lucerna.
Nicodemus, innocens sanguis.
Niniue, speciosa uel habitaculum.
Nobe, prophetia, germen.
Noe, Heb. Noah, quies, uel consolatio per syncopam.
Noemi, pulchra, iucunda.
Nohestha, metallum, æs.
Nun, piscis, Chaldaicum. Item posteritas.

OBab, amplexans, dilectus, Heb. scribitur Hobab.
Obadia, seruus domini.
Obed, seruiens, operans.
Obed, Edon, seruus uel operator rufus.
Oboth, pythones, magi.
Ochozias, apprehensio uel possessio domini.
Odollam, testimonium uel ornamentum illorum.
Og, panis subcinericius.
Ohola, tabernaculum, tentorium.
Ooliba, tabernaculum meum in ea.
Oliab, Heb. Holiab, patris infirmitas.
On, dolor, mœror, item iniquitas.
Onias, dolor domini, uel uirtus domini.
Oolibama, tabernaculi celsitudo.
Ophaz, gemma, aurum, obryzum.
Ophel, obscuritas.
Ophir, locus ubi nascitur preciosum aurum.
Ophni, pugnus uel pugillus.

Oreb,

Oreb, Heb. Horeb, siccitas, ardor, destructio, solitudo. Item prima per ain, coruus.
Orpha, Heb. Horpha, ceruix eius.
Orma, Heb. Horma, anathema.
Ornan, arca eorum, lux posteritatis.
Oronaim, furores, iræ, uel libertates.
Osanna Chaldaice, & Hoschina Hebraice, Salua quæso.
Osee, Heb. Hoschea, saluator.
Othoniel, tempus uel oportunitas dei.
Oza, fortitudo.
Ozas, fortitudo domini.
Oziel, fortitudo dei.

PAlestina, absconsio, inuolutio.
Parasceue, præparatio: Græcum.
Persia, ungula, diuidens.
Pascha, Heb. Pæsah, transitus, saltus.
Phacee, apertio.
Phadaia, redemptores mei.
Phalech, Heb. Peleg, diuisio.
Phalet, saluatus, euadens.
Phaltias, euasor domini.
Phaltiel, euasor dei, uel saluatus per deum.
Phanuel, facies dei.
Pharan, gloria earum.
Pharao, ociosus, dissipans, discooperiens.
Phares per zade, auctus robore, item diuisio.
Pharos, pulex.
Pharisæus, expositor seu interpres scripturæ, uel secundum alios separatus.
Phasga, fortitudo, uertex, collis.
Phasur, Heb. Phashur, creuit foramē, uel augmentum album.
Phat Moab, buccella Moab.
Phatuel, suaserunt deo, uel buccella dei.
Phegor & peor, apertio, denudatio.
Pheleti, saluans me.
Pherezæus, habitans absque muris.
Phenos, buccella toris.
Phicol, os totum.
Phihahiroth, os principatuum.
Philippus, os coniunctionis.
Philistæa, inuolutio, uel casus natium.
Philistijm, casus duorum, uel inuoluentes.
Phylacteria, conseruatoria, Græcum.
Phinees, Heb. Pinehas, os confisum, uel facies confidentiæ.
Phitom. oris consummatio.
Phison, frugifer, fluuius Indiæ.
Phogor, Heb. peor, hiatus, apertio.
Phul, faba uel pisum, item ruina.
Phurim, urnæ sortium.
Phut, Libya, Aphrica.
Phutæi, seducens uel latitudo.
Putiphar, Libyæ taurus uel dissipator.
Ptolemæus, Heb. Tolmai, sulcatores mei.

RAab, Heb. Rahab, latitudo, per he uero scriptum significat superbiam.
Rabba, multa copiosa.
Rabbath, multitudo, copia.

Rabbi,

Rabbi,magiſter,doctor,copioſus in ſcientia.
Rabboni, magiſter meus.
Rabſaces, magnus potator, uel diſceptãs oſculo.
Rabſaris, magiſter eunuchi.
Racha,Heb. Raca, uanum, inutile.
Rachael,Heb. Rahel,ouis.
Ragau, paſcentes,uel male agentes.
Rages, concuſſio,tumultus,tempeſtas.
Raguel, pabulum dei.
Ram, excelſus: Rama excelſa.
Ramatha, excelſa uel ſublimitas.
Ramathaim, celſitudines.
Rameſſes, tonitruum tineæ.
Ramoth, excelſa,celſitudines.
Raphael,medicus dei.
Raphaim,gigantes, medicinæ: itẽ infernales ſeu ſepulchro conditi.
Raphidim, ſtramentum.
Razon,tenuitas uel ſecretum.
Raſin,curſores.
Rebecca,ſaginata,impinguata.
Reblata,Chal. cribrum,cribratio.
Rechab,currus,inde Rechabitæ.
Recem,pictura.
Rempha, excelſum os, uel ſublimis laqueus.
Remmon,malum granatum,altitudo.
Res,Chald.caput.
Reſpha,per zade,carbo ignitus,pauimentum.
Reu,ſocius,amicus.
Rinna, canticum.
Riphat, relaxatio.
Roboam,dilatans populum.
Rogel,exploratio,exercitatio.
Roob,Heb.Rohob,platea,latitudo.
Romelia,excelſus domini.
Ruben, Heb. Reuben, uidete filium,uel ecce filius.
Ruma, celſitudo.
Ruth, tremor: uel Chal.inopia.

SAba, per ſin, regio quædã in Arabia, ſed per Samech,inebriatio.
Sabaias, captiuitas uel conuerſio domini.
Sabaoth, Heb. Zebaoth, exercitus, uirtutes,militiæ.
Sabama, captiuitas eorum.
Sabarim,confractiones.
Sachar,merces.
Sabbatum,quies,ceſſatio.
Sabæus, captiuus uel pœnitens,aut ebrius,potator.
Saddai, omnipotens, ſibi ſufficiens.
Sade per zade, inſidiæ: per Sin, campus,ager.
Sadoch,Heb.Zadoc,iuſtus.
Saducæus,iuſtificatus.
Salamiel, perfectio uel retributio dei.
Salathiel,Heb.Schealtiel,poſtulaui deum.
Salem, pax,integritas.
Saliſa,ternaria.
Salmana, umbra prohibita.
Salmanaſar, perfectionem ſeruans, uel potius, pax uincta ſeu clauſa.
Salmon,integritas,perfectio.
Salome,pacifica. Idem Salomith.
Salomon,Heb.Schlomo,pacificus.
Salphaad,Heb. Zalphahad,umbra pauoris.
Samaa, auditus.
Samaria,cuſtodia.
Samgar, nos Sangar,ibi aduena.
Samaritanus,cuſtos.
Samma,deſolatio.
Samri,cuſtodiens.
Samech,Suſtentatio,appropinquatio.
Samſon,ſolis irradiatio,uel adminiſtratio.
Samuel, poſtulatus à deo,uel nomen eius deus.
Sanaballat,odiens magnificentiam.
Sanir, ſecunda noualia.
Saphan,abſconſio: item per Sin,lepuſculus.
Saphat, iudicans uel iudicium.
Saphatias: iudicium domini.
Sarai,dominæ meæ,uel principes mei: at Sara eſt domina,princeps.
Saraballa, fœmoralia,chlamydes.
Sarabias, ariditas domini.
Saraia,princeps domini.
Saraſar,princeps tribulationis,uel theſauri.
Sarepta, conflatio, purgatio.
Sares,radix.
Sarug, palmes intricatus.
Saron,dominatus,uel canticum.
Saruia,anguſtiata.
Satan & Satanas, contrarius, aduerſarius.
Saul,petitus,poſtulatus.
Saue,æqualis planus.
Schibboleth,ſpica.
Scenopegia, celebritas tabernaculorum.
Seba,ſeptem,ſeptimus.
Seboleth, Heb.Schibboleth, alueus fluminis. Iudicum 12.
Sebenias captiuitas uel conuerſio domini.
Sechenias, habitatio domini.
Seboim,damulæ capreæ.
Sedechias,iuſtitia dei.
Segor,paruulus, iunior.
Seon,Heb.Sihon,tractio ad terram.
Seir,hirſutus,piloſus,
Sela & Scheela,petitio.
Sela per Samech,ſemper & perpetuo.
Selemias,retributio domini.
Selmon,imago,imaginatio.
Sellum, retributio,pacificatio.
Sella,umbra uel terrefactio.
Sem, nomen, fama.
Semmaia,auditus domini,
Semei,auditus meus.
Semeias,audiens dominum.
Semida, nomen cognitionis.
Semla, ueſtimentum.
Semes, ſol.
Semua,nominatus,auditus.
Sennaar, regio quædam in Babylonia, & poteſt interpretari, dentis exinanitio.

Sennacherib,odiens deuastationẽ, uel rubus solitudinis.
Seor,candidus, lucidus.
Sepher,liber, epistola.
Sepharphaim,literati,librarij.
Sephat,iudicium.
Sephor,auis,mane:idem Sephora.
Seraphim, ardentes spiritus.
Seruia,tribulata,angustiata.
Sesach,byssus tua uel gaudiũ tuum,& per kuph, saccus byssinus.
Seth,ponens, posuit.
Setim,Heb. Schittim,pinus.
Siba, per zade, uirtus, exercitus:per Sin, qui uenit,uel captiuus.
Sichar, per Sin, ebrius, mercenarius: & per Samech,clausit,obstruxit.
Sicelech,effusionem lambit.
Sichem, humerus, pars.
Siclus,statera,pondus,Heb.Sekel.
Sidon,uenatio.
Sidrach, mamilla tenera.
Silo, abundantia, felicitas.
Siloa,Heb.Siloah,missio.
Simeon,auditus,obedientia.
Sin per zade,arma uel frigus,sed per Schin,deus per Samech,spina.
Sinai, rubus.
Sion per zade, titulus, aceruus lapidum: sed per Sin, quietus.
Sir per Samech, olla,lebes: sed per Sin, carmen, canticũ.Inde Sir hasirim,canticũ canticorum.
Syria,Heb. Aram,sublimitas.
Sirion, lorica, & est mons Herman qui & Sanir uocatur.
Sisara,equi uisio, uel hirundinem uidens.
Soba per zade, exercitus: per Samech,inebriatio:per Sin, captiuitas.
Sobab,conuertens uel auertens.
Sobal,spica,uel pes,fœmur.
Sobi,conuersio uel captiuitas.
Sobna,conuersio uel sessio.
Sobochai,perplexitas,inuolutio.
Sochot, tentoria,tabernacula.
Socho,protectio eius.
Sodoma, compes eorum,uel secretum eorum.
Sophar,buccina,tuba.
Sophim, speculæ uel speculantes.
Sophonias,absconsio uel secretum domini.
Sophar per zade, matutinus uel corona.
Sophtim,iudices:& uocatur sic apud Hebræos liber Iudicum.
Soreth,Heb.Sorec,uinea,item sibilus.
Stephanus,corona,Græcum.
Sua,clamor, item opulentia.
Sual,uulpes.
Suph per Samech,scirpus, caricosum.
Suites,Heb. Suhites,cauernosus uel incuruatus.
Sulamitis,non Sunamitis,perfecta,integra.
Sunamitis uero. 3. Reg. 1, significat iteratam dormitionem.
Sur, murus, bos, per schin scilicet: sed per zade, angustia, petra,fortitudo.
Susanna, flos, lilium. Idem Susan, pro quo nos Susis in Ester.

TAbeel,bonus deus,uel bonitas dei.
Tabita, dorcas, caprea.
Tabee,iugulatio,occisio.
Thadæus,Chaldaice, mamilla.
Talitha,in Marco, non Tabitha, puella.
Tamnath,hæres, numeratio solis.
Tarthan,turturis datio.
Taphsar,princeps,dux.
Tau, signum.
Telaim,oues.
Thabor,purificatio,purificabis.
Thamar,palma.
Thaphuah,pomum uel inflatio.
Thamuz,nomen idoli cuiusdam.
Thare,exufflatio, spiratio.
Thalassar,suspensio principis.
Thamna,prohibitio.
Tarsis, mare, Tarsus Ciliciæ, alij accipiunt pro Carthagine.
Thekel, ponderauit, appendit.
Thecua,clangor buccinæ.
Theglatphalassar, transmigrans cadentẽ principem.
Theman,Auster, Aphricus, consummatio.
Themanites, Aphricanus.
Theodas,laudans confitens.
Theraphim, simulacra, statuæ.
Thersa,placebit.
Thesbi,captiuitas,conuersio.
Thet,nona litera alphabeti, inclinatio, diuersio.
Thogorma,inossatio, robur,conuocatio.
Tholad, generatio.
Thoi,error.
Thophel,uanitas,insulsum.
Thola,uermis, coccinum.
Thomas,geminus,gemellus,Græce didymus.
Tholmai, sulcatores mei.
Thophet,infernus, gehenna.
Thubal Cain, ducetur possessor.
Timotheus,Græca uox est,preciosus, uel honorans deum.
Tob,bonum, pulchrum.
Tobias, bonitas dei.

VAijcra, & uocauit,sic exorditur & uocatur liber Leuiticus.
Vaiedaber, & loquutus est, titulus & initium libri numerorum.
Vasthi, & duæ:& stamen scilicet textoris,uel & potus.
Vr, lumen, ignis.
Vrias, lux domini.
Vriel, lux mea deus.

ZAbadia, donum dei.
Zabdia, donatio mea, uel fluxus abundans.

Zabdiel, donatio dei.
Zabulon, habitatio, habitaculum.
Zachai, iusti mei.
Zacharias, memoria domini.
Zachæus, mœrens, iustus, purus.
Zachur, memoratus.
Zain, cibus, alimonia.
Zalmon, obumbratio, imaginatio.
Zambri, Heb. Zimri, carmen, psalmus, incisio, palmes.
Zamira, putatio.
Zarah, oriens, orientalis.
Zarahias, claritas domini.
Zares, extranea miseria.
Zeb, lupus.
Zebee, uictima, sacrificium.
Zebedæus, donatus, dotatus.
Zebub, musca.
Zebul, habitatio.
Zechri, memoria mea.
Zelpha, effusio.
Ziph. acus, stilus, uel mutuatio.
Zoeleth, fluxus, protractio serpendi.
Zorobabel, alienus à confusione, uel alienatio confusionis.
Zuph, fauus mellis.

FINIS.

IN VNIVERSA BIBLIORVM VOLVMINA SYLLABVS COPIOSISSIMVS, QVICQVID OBSERVATIONE DIGNVM IN IPSIS

tractatur, quanta potuit fieri breuitate complectens.

A

generum

philopater

INDICIS FINIS

SERIES CHARTARVM

α abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx
Yy aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk *ll mm nn oo pp qq rr ff tt uu xx yy zz.*
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK. A. A B *Omnes terniones, præter* Yy
quaternionem, & KK *duernionem.*

BASILEAE EX OFFICINA HIERONYMI FROBENII ET NICO-
LAI EPISCOPII MENSE MARTIO, ANNO
M. D. XXXVIII.




FRO
BEN



